

R. 4 68^b.

T. Pat. 8

1311 d. 4/17

T. Pat. 1.

PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS

SIVE

BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRÆ, UNIFORMIS, COMMODA, OECONOMICA,

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD USQUE INNOCENTII III TEMPORA
FLORUERUNT;

RECUSIO CHRONOLOGICA OMNIUM QUÆ
EXISTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER DUODECIM
PRIORA ECCLESIAE SÆCULA,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CÔDICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM
DILIGENTER CASTIGATA;

DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS LECTIONIBUSQUE VARIANTIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA;

OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS
DETECTIS, AUCTA,

INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS, SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI
SUBSEQUENTIBUS, DONATA;

CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM
DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA;

OPERIBUS CUM DUBIIS TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM
ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA;

DUOBUS INDICIBUS GENERALIBUS LOCUPLETATA: ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID
UNUSQUISQUE PATRUM IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO
SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN
QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ
TEXTUS COMMENTATI SINT.

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR: CHARACTERUM NITIDITAS,
CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS
TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO OPERIS DECURSU CONSTANter
SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSENTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA,
SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM
AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS
FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

SERIES PRIMA,

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIAE LATINÆ
A TERTULLIANO AD GREGORIUM MAGNUM.

ACCURANTE J.-P. MIGNE, *Cursuum Completorum* IN SINGULOS SCIENTIÆ
ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIÆ TOMUS XVII.

S. AMBROSII TOMI SECUNDI ET ULTIMI PARS POSTERIOR.



PARISIIS, VENIT APUD EDITOREM,
IN VIA DICTA D'AMBOISE, PRÈS LA BARRIÈRE D'ENFER,
ou PETIT-MONTROUGE.

1845

SANCTI
AMBROSII
MEDIOLANENSIS EPISCOPI
OPERA OMNIA.


EDITIO PRÆ ALIIS OMNIBUS COMPLETA, QUARUM INSTAR HABERI POTEST;

**AD MANUSCRIPTOS CODICES VATICANOS, GALLICANOS, BELGICOS, ETC., NECNON AD VETERES
EDITIONES, MAXIME VERO AD BENEDICTINIANAM RECENSITA ET EMENDATA;**

NOTIS LECTIONIBUSQUE VARIANTIBUS, TEXTUI SUBJACENTIBUS, CONTINENTER ILLUSTRATA;

**VARIIS INSUPER OPUSCULIS QUÆ VEL OMISERE VEL NE MEMORAVERE QUIDEM ERUDITI
BENEDICTINI, LOCUPLETATA.**

TOMI SECUNDI ET ULTIMI PARS POSTERIOR.



**VENIT APUD EDITOREM,
IN VIA DICTA D'AMBOISE; PRÈS LA BARRIÈRE D'ENFER,
OU PETIT-MONTROUGE.**

1845.

ELENCHUS OPERUM

QUÆ IN HAC POSTERIORIS TOMI PARTE CONTINENTUR.

De XLII Mansionibus filiorum Israel.	Col. 9
Commentaria in Epistolas B. Pauli.	45
Tractatus de Trinitate.	509
Tractatus de Fide orthodoxa.	549
De Dignitate sacerdotali libellus.	567
Libellus ad Virginem devotam.	579
Sermones S. Ambrosio ascripti.	603
Epistolæ ex Ambrosianarum numero segregatæ.	733
Precationes duæ ante Missam.	751
Expositio in septem visiones libri Apocalypsis.	765
De Pœnitentia liber unus.	971
De Spiritu sancto libellus.	1005
De Concordia Matthæi et Lucæ in genealogia Christi.	1011
De Dignitate conditionis humanæ libellus.	1015
Exorcismus.	1019
Acta S. Sebastiani.	1021
Liber de vitiorum virtutumque conflictu.	1057
De Vocatione gentium libri duo.	1073
De Moribus Brachmanorum.	1131
Philosophorum breves Epistolæ.	1147
Epistolæ duæ de Monacho energumeno.	1154
Explanatio Symboli ad initiandos.	1155
Epistola de fide.	1159
Hymni S. Ambrosio attributi.	1171

Col. 272, lin. 20 (ascendendo) : CAPUT XV ; lege CAPUT XVI.
Col. 503, lin. 7 (ascendendo) : CAPUT PRIMUM ; lege CAPUT UNICUM.
Col. 686, lin. 12 (ascendendo) : *occurit* ; lege *occurrit*.
Col. 1031, lin. 24 : *conversi* ; lege *conversi*.

AD OPERA SANCTI AMBROSII APPENDIX.

Pars prima.

COMPLECTENS OPERA A BENEDICTINIS IN SUA EDITIONE ADMISSA.

IN LIBRUM SUBSEQUENTEM ADMONITIO.

Hunc tractatum Romani editores primi vulgaverunt. Qua vero id fecerint auctoritate, an uno pluribusve codicibus nixi, et rursus an prisca recentiore manu exaratis, admonere supersederunt. Nos ne vel unicum manuscriptum usquam detezimus: nihilominus tamen eadem hæc opella argumenta suggerit, quibus ejusdem suppositio deprehendatur. Etenim ut omittamus discrimen styli ac tractandi argumenti discrepantiam, in ea Josephum, ascriptis ipsius verbis, subinde citatum reperire est, quod abhorrere ab Ambrosii consuetudine negabit nemo. Sed illud omnem dubitandi tollit rationem, quod hujus tractatus Auctor non solum Origenis et Hieronymi commentationes utcumque est imitatus, verum etiam non raro ipsamet Hieronymi verba usurpavit, et locos Origenis e Rufini translatione id temporis vix dum edita petitos exscripsit: que omnia nos ad margines indicabimus. Cæterum de Auctore hujus operis certiora forsitan traderemus, nisi hoc loco cogermur vni Romanæ editioni credere, cujus fides quam sublesta sit, vel solus tractatus de Trinit. et Resurrect. Mort. docere poterit. Verumtamen hoc ipsum opus, quale habetur, ea suppeditat rationum momenta unde non injuria illud sermonibus ad populum habitis constare, et forte etiam Auctorem ejus monachum exstitisse subodoremur. Neque vero invitati adduceremur in hanc sententiam, ut eum sin minus Bedæ ac Rhabani vixisse temporibus, saltem illorum rationem in eo tenuisse existimemus, quod illi in eadem materiam scribere aggressi, Hieronymum, aut eum potius cujus sermones initio Appendicis ad quintum Operum Augustinianorum tomum leguntur, quenique non pauca ex Origene mutuatum constat sæpius ad verbum transcribere.

DE XLII MANSIONIBUS FILIORUM ISRAEL TRACTATUS.

I NUMERORUM liber, de quo nunc nobis est sermo, unus est ex quinque Moysi libris. Eo vero nomine legimus appellari, quoniam Israeliticæ plebis ex Ægypto egressæ virorum perfectorum numerum et computationem Dei præcepto continet. Sic enim Moysi locutus est Deus: *Accipe summam universæ congregationis filiorum Israel a viginti annis et supra, per domos familiarum ipsorum, omnis egrediens ad præliandum in Israel.* Itaque Dominus cum homines a viginti annis et supra, et ad præliandum idoneos numerari præceperit, manifestum quod viros perfectos intellexerit. A qua summa mulieres femineæ infirmitatis obstaculo, servi, utpote, vita moribusque degeneres, Ægyptii, ut alienigenæ et barbari excluduntur (*Origenes hom. 1 in Num. ex vers. Ruf.*). Soli numerantur Israelitæ, nec ii omnes; sed robore tantum et virtute præstantes. Sic enim scriptum est: *Numeratio filiorum Israel cum exercitu eorum a viginti annis et supra, omnis egrediens ad præliandum in Israel, etc. (Num. 1, 45).* Nec id mysterio vacat: nam dum puerilis et lubricus sensus, vel feminea et resoluta segnitie nobis inest, vel dum Ægyptios, barbarosque gerimus mores, sancto Dei calculo numerari non meremur. In eodem deinde libro filiorum Israel itinera, profectiones, mansionesque a sinibus Ægypti usque ad tempus et locum, quo Moyses defunctus est, mandato Dei recensentur. Inquit enim: *Et scripsit Moyses profectiones eorum et mansiones eorum, per verbum Domini (Ibid. 44).* Nec vero sine causa Moysi hoc scribere a Domino præceptum est; quia propter instructionem nostram: inquit enim Apostolus: *Omnia in figura contingebant illis: scripta*

sunt autem hæc ad correctionem nostram (1 Cor. X, 11). ut legentes et probantes quanta nobis in hac ad terram viventium profectione immineant discrimina, quantæ hostium insidiæ, bellorum conficiationes spiritualium, marium et fluminum, mundi et voluptatum pericula (*Origenes hom. 27 in Num. ex vers. Ruf.*); iter nostrum non segniter, neque remisse carparamus, quo labente die, in medio deficiamus itinere, noctis tenebris obruti. Nocte enim Ægypti primogenita ab exterminatore percutiuntur (*Exod. XII, 29*): nocte avari anima divitis a dæmonibus reposcitur (*Luc. XII, 20*). Sed prudenter itineri nos accingentes, fortiterque ad bella præparati, de virtute ad virtutem transeamus, et Dominus Deus noster præcedat nos ante faciem nostram, debellans inimicos nostros, portansque nos, ut mater filium suum, ac ducens nos in die per nubem, et nocte per ignem; ut tandem superatis quibusque itineris difficultatibus, adversariorumque incursibus potestatum, profectionem nostram gloriose perficiamus. Mansiones vero filiorum Israel quadraginta et duæ numero computantur, quæ denarii, quaternarii, et binarii ratione numeri quem continent, multa nos mysteria docent. Volentes autem id vobis, fratres, explicare, intuemini, obsecro, et figite memoriæ; ne verbi contemptores inveniamini, nec fiat anima vestra via, ubi grana jactata non germinent: et veniant, inquit, volatilia cœli, et rapiant ea. Percipite ergo hæc, et recondite in cordibus vestris. Denarius numerus mysticus est, et non mediocriter a Moyse commendatus: ad eum namque primitias, oblationesque et vota refert. Inquit enim: *Omnis decima terræ, et a*

fructu ligneo, Domino est : et omnis decima boum et ovium, et omne quod venerit tibi numero, sub virga, decima erit sancta Domino (Levit. xxvii, 30 et seq.). Denique Jacob, Deo sibi dum ad Laban avusculum suum in Mesopotamiam proficisceretur, in itinere apparenti pollicitus est, dicens : *Omnia quæ mihi dederis, decimam decimabo tibi* (Gen. xxviii, 22). Hanc ob causam Noe ille qui primus fuit veteti Scriptura justus pronuntiatus est, decimus a protoplasto inducitur, non ad ostendendam viventium tunc ætatem, vel ad præscribendum numerum hominum : sed ut aperte doceretur quod sicut denarius, numerorum qui unitatem sequuntur, perfectissimus est, ita tranquillitas in anima, finis est re vera actionum vitæ. Tertio enim per seipsum multiplicatus novenarium complet, et lites, dissidia, bellaque divinis indicat oraculis, ut patet in quatuor et quinque regibus dissidentibus, seseque mutuo impugnantibus. Unitas vero novenario superveniens, denarium perficit, et pacem, amicitiamque designat. Novem enim certantibus regibus sapiens Abraham quasi decimus superveniens pro tempestate tranquillitatem, pro bello pacem, pro morte victoriam, Deo favens, attulit. Unde et Melchisedech summi Dei sacerdoti decimas exsolvit. Denarius ergo numerus perfectus est, et unitatem designat. Quaternarius quoque et ipse mysticus est, et in Scriptura commendatur : nam speciosam illam lucem, quæ seipsam et cætera manifestat, luminisque genitores solem et lunam, ac præfulgidum stellarum chorum, quæ noctem, diemque, menses, annosque oriendo et occidendo terminant, die quarto creata esse sermo propheticus declarat. Mundi radices quatuor numerantur, terra, aqua, ignis et aer. Et annuæ temporum vices sunt totidem, hiems, æstas, ver et autumnus. Denique de terræ fructibus Deo oblationes annum ante quartum fieri prohibetur : Sic enim scriptum est : *Fructus terræ tres annos erit vobis immundus, non comedetis ex eo : at anno quarto erit omnis fructus ejus sanctus et laudabilis Domino* (Levit. xix, 23, 24). Nec immerito : quaternioni enim insunt omnia, punctum, linea, superficies, et soliditas, mensuræ universorum. Insunt etiam potissimæ symphonix musicæ. Deinde quadranguli latera oportet esse æqualia. Æqualitas vero mater est justitiæ, quæ cæterarum virtutum dux est et magistra. Justitiam ergo quaternarius insinuat. Binarius demum nec ipse expers est mysterii. Legimus enim viduam illam insigni laude a Domino commendari, quæ æra duo in gazophylacium misit (Luc. xxi, 2). Samaritanus pro curatione sauciati binos erogavit nummos (Luc. x, 35). Apud Samaritanos biduum transegit Salvator Christus (Joan. iv, 43) : bipartitam namque significat charitatem, Dei nempe, et proximi : *In his duobus, dicit Dominus, universa Lex pendet et Prophetæ* (Matth. xxii, 40). Mansiones igitur filiorum Israel ab Ægypti finibus, usque ad repromissionis terram quadraginta duæ a Moyse recensentur. Sic et sanctus Matthæus Christi generationem describens, quadraginta duas enume-

rat. Inquit enim : *ab Abraham usque ad David, generationes quatuordecim : a David usque ad transmigrationem Babylonis generationes quatuordecim ; et a transmigratione Babylonis usque ad Christum, generationes quatuordecim* (Matth. i, 17) : ut ostenderet quod verus Israelita qui de sæculi hujus Ægypto ad cælum, veram viventium terram, per tot rerum discrimina et inimicorum tentamenta, pervenire festinat, pace per denarium, justitia per quaternarium, charitate per binarium, armari oportet. Pace ; quia scriptum est : *In pace vocavit nos Deus* (I Cor. vi). Justitia ; quia dicit idem Apostolus : *State induti lorica m justitiæ* (Ephes. vi, 14). Charitate ; quia *charitas operis multitudinem peccatorum* (I Pet. iv, 8). Christus ergo ad Virginem, Israel ad Jordanem, Christianus ad cælum pari mansionum numero deveniunt : Sed jam ipsas Israelis perfectiones sigillatim consideremus.

I^a mansio, RAMESSES. — Perfectionum ordo, mansionumque distinctio filiorum Israel ex Ægypto exeuntium ad terram usque patribus repromissam, iis qui post Deum ambulare contendunt, ad virtutumque profectus aspirant, propter mysteria quæ includuntur in his, scito valde necessaria sunt (Orig. hom. 27 ex vers. Ruf.). Ea enim quæ in populo patrum corporaliter gesta sunt, nōdum historiam, rerumque gestarum seriem nobis ostendunt ; sed instructioni nostræ spiritaliter intellecta maxime proficiunt. Huc spectabat Apostolus, dum in epistola ad Romanos dicebat : *Quæcumque scripta sunt ; ad nostram doctrinam scripta sunt* (Rom. xv, 4). Et ad Timotheum : *Omnis Scriptura divinitus inspirata, utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum et ad erudiendum : in justitia, ut perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus* (II Tim. iii, 16). Legimus ergo quod filii Israel, postquam Ægyptus universa tantis plagis percussa est, tempore cælesti oraculo designato, ut ad immolandum Domino Deo in solitudinem proficiscerentur, terram Gessen, quam ad incolendum acceperant, deserentes, in Ramessem urbem primo convenerunt ; ibi substituerunt, ibique primam fixerunt mansionem. Rameses Ægypti civitas est, ab Hebræis munita, quando sæviente in eos Pharaone, luto, latere et paleis opprimebantur : Sic enim scriptum est : *Et ædificaverunt civitates munitas Pharaonis, Phiton Ramessem et On* (Exod. i, 11). Est denique in extremis illius regni finibus sita, ut habetur in libro Exodi (Exod. xii, 37). In hac mansionem populus patrum, mactato agno, ejusque sanguine domorum liminibus, ac utrisque postibus illitis, exterminatoris evaserunt plagam : in hac Ægyptus primogenita sua vidit extincta : in hac farinam non fermentatam, vasaque argentea et aurea ab Ægyptiis mutuo accepta, verbo Dei, sibi populus congregarunt. Horum quæ dicta sunt, fratres, singula mysteriis referta sunt, et nostræ proficiunt disciplinæ. In primis quia Rameses secundam aliquos interpretatur commotio turbulenta, quæ significat poenitentiam : per ipsam enim turbu-

lenta sit in peccatore commotio, ut aboleatur vetustas peccati et indicatur novitas gratiæ: ut homo vetus affigatur cruci, et novus homo resurgat: ut vetere tandem deposita conversatione carnis, novitas inducatur spiritus. Pœnitentiæ ergo magnam commotionem turbationemque gignit. Ideo propheta: *Postquam cognovi, ego ingenui (Jerem. xxxi)*. Qui ergo ad repromissam æternæ hæreditatis patriam profectisci desiderat, ac Domino Deo seipsum ut hostiam viventem, sanctam, & Patri placentem immolatoris accedit, debet primo adire Ramesse, hoc est commotionem, quæ sit per pœnitentiam, ibique suam figere mansionem. Ibi suam mansionem fixit Achab, quando scissa veste sua, induto cilicio, jejunavit, dormivit in sacco, et demisso ambulavit capite (III Reg. xxi, 27). Ibi Ninive Rex fixit mansionem, quando surgens de throno suo, abstulit stolam propriam, et sacco indutus sedit in cinere (Jon. iii, 6). Ibi Corinthii mansionem fixerunt, quando contristati sunt secundum Deum: quæ tristitia, ut scribit Apostolus, *Pœnitentiam in salutem stabilem operatur (II Cor. vii, 10)*. Deinde agni mactatio quid aliud est quam passio Christi; qui, ut Propheta dicit, *tamquam agnus innocens adductus est ut sacrificetur (Jerem. xi, 19)* † Cujus sanguine super domorum postes effuso, liberamur ab Exterminatore; quia Christi passione per sacramenta nobis participata, liberamur ab eo qui habebat mortis imperium, id est, diabolo, ut ad Hebræos scribit Apostolus (Hebr. ii, 14). Ideo in alio loco dicit: *Christus ut per suum sanguinem sanctificaret populum, extra portam passus est (Hebr. xiii, 12)*. In hac etiam mansione Ægypti primogenita extinguuntur; hoc est, pravi carnis affectus, et desideria mala quæ militant adversus animam. Extinguuntur vero Ægyptii, dum non agis opera tenebrarum: extinguuntur Ægyptii dum non carnaliter; sed spiritaliter vivis: extinguuntur Ægyptii, dum impuras sordidasque cogitationes vel depellis e corde, vel omnino non recipis. Ideo quærenti: *Quis me liberabit de corpore mortis hujus?* respondit Apostolus: *Gratia Dei per Jesum Christum Dominum nostrum (Rom. vii, 24, 25)*. In hac mansione farina, argentum et aurum cumulantur. Farina, ex qua panis conficitur, doctrina Christi est; quia panis Christus est, dicente Joanne: *Ego sum panis vivus (Joan. vi, 51)*. Argentum, divinum designat eloquium: *Eloquia enim Domini, eloquia casta, argentum igne exanatum, probatum terræ, purgatum septuplum (Psal. xi, 7)*. Aurum, mens bona est: quæ non immerito comparatur auro: Nam sicut aurum cæteris præstat metallis, ita mens bona in homine cæteris potior est humanæ substantiæ portionibus. Tria ergo in Ramesse coæquantur, farina, argentum et aurum: doctrina, eloquium, et mens bona: in quibus census sapientis consistit: Sed interim pretiosam commutationem consideremus. Filii Israël dederunt paleas quæ inextinguibili comburuntur igne, et receperunt farinam, in qua sapiens illa mulier fermentum abscondit. Dederunt lutum, quod

deletur, quia scriptum est: *Ut lutum platearum delebo eos (Psal. xvii, 43)*: et receperunt argentum, quod est sermo justus. Scriptum est enim: *Argentum igne examinatum lingua justus (Prov. x, 20)*. Dederunt lateres, qui cadunt; quia scriptum est: *Lateres ceciderunt, et receperunt aurum (Esai. ix, 10)*, quod est mens bona qua servimus legi Dei. Bona ergo commutatio: unde dicit Apostolus: *Jam saturati estis, jam divites facti estis (I Cor. iv, 8)*. Has nos divitias comparemus nobis, quibus intelligibiles animæ nostræ thesauros repleamus: sed ipse Dominus dat nobis gratiam, ut ab Ægyptiis illas eripere possimus: Ideo bene dicit Apostolus ad Hebræos: *Optimum est gratia stabilire cor (Hebr. xiii, 9)*. Bona igitur mansio Ramesse.

B II^a mansio, Socoth. — Secunda filiorum Israel profectio fuit in Socoth: ibique tentoria, Ægypto reflecta, figentes, secundam mansionem habuerunt. Ideo dicit: *Profecti autem filii Israël ex Ramesse, castrametati sunt in Socoth (Num. xxxiii, 3)*. Intentio sancti Prophetæ Moysi, qui Dei mandato populi processum ex Ægypto usque ad Jordanem descripsit, non fuit singula notare loca ad quæ ei in universo itinere divertere contigerit; sed illa tantum in quibus aliqua mysteria facta sunt. Socoth urbs est in montanis, extra terram Ægypti; ei tamen finitima, ut legitur in libro Jesu Nave (Josue xiii, 7). Denique Socoth interpretatur tabernacula. Unde Jacob quando ab Esau qui ei a Mesopotamia revertenti occurrit, se divisit. *Reversus est, inquit Scriptura, in tabernacula (Gen. xxxiii, 17)*. Ubi alia translatio habet: *Reversus est Socoth*. Et subjungit ibi: *Et fecit Jacob sibi domos, et pecoribus suis fecit tabernacula: propter hoc vocavit nomen loci illius, Tabernacula*. Et ibi alia translatio dicit: *Appellavit nomen loci illius Socoth, id est, tabernacula*. In hac quoque mansione coe-runt farinam: Dicitur enim in libro Exodi: *Et fecerunt ex farina subcinericio azymos (Exod. xii, 39)*; Non enim fermentata fuit: ejecerunt namque eos Ægyptii. In hac sit insuper annorum computatio quibus Israël fuit in Ægypto. Inquit enim: *At habitatio filiorum Israel, quam habitaverunt ipsi et patres eorum in terra Ægypti, etc. (Ibid., 40)*. In hac tandem præcipitur ut hujus ex Ægypto liberationis perpetuam exstet apud eos memoriale. Inquit enim: *Dixit Moyses ad populum: Recordamini dici hujus, in qua egressi estis ex Ægypto, ex domo servitutis: in manu enim forti eduxit vos hinc Dominus (Exod. xiii, 3)*. In hac demum solemnitas azymorum, ritusque azyma comedendi præscribitur. Nam inquit: *Sex dies comedetis azyma; at die septima festum Domino: non apparebit ibi fermentatum (Ibid., 6)*. Hac quoad litteram. Quoad mysteria vero, dicimus quod profectus filiorum Israel in Socoth, quod interpretatur Tabernacula, designat quod qui mansionem habuit in Ramesse, hoc est in commotione pœnitentiæ, debet proficisci in Socoth, hoc est, in tabernacula quasi per considerationem ambulare. Quod sicut ille qui alio tendit, nec firmam habet domum, moratur in tabernaculis. Unde quid

aliud est in tabernaculis habitare, quam peregrinari? sicut Apostolus ad Hebræos de patribus loquens testatur. Inquit enim : *Confidentes quod peregrini et hospites essent super terram* (Hebr. xi, 13) : et videns se peregrinum in terra, dicat cum Propheta : *Advena ego sum in terra* (Psal. xxxviii, 13). Consideret item Apostoli dictum : *Non habemus hic manentem civitatem* (Hebr. xiii, 14). Cognoscat denique quod quamdiu est in corpore, peregrinatur a Domino : unde rejiciat ea quæ in mundo sunt ; quia concupiscentia carnis est ; quia concupiscentia oculorum ; et quia superbia vitæ. Sequatur Apostoli consilium : *Ne tetigeritis, ne gustaveritis, neque adtaminaveritis, quæ sunt omnia in interitum, ipso usu : sed ingemiscat habitationem quæ de cælo est, semper contendens placere Deo* (Coloss. ii, 21 et seq.). Subcinericiorum coctio azymorum docet, quod expurgato is veteri philosophorum nequitia et Judæorum malitia fermento, epuletur in azymis sinceritatis et veritatis. Memoria jugiter unusquisque nostrum teneat illud Domini præceptum dicentis : *Intuemini et cavete a fermento Pharisæorum* (Matth. xvi, 6), et apostoli ne obliviscatur cautionem : *Videte ne quis vos deprædetur per Philosophiam et inanem fallacium* (Coloss. ii, 8). Deinde in Socoth indicitur computatio annorum quibus populus fuit in Ægypto : quia pœnitenti dicitur quod debeat sicut hirundo clamare, et sicut columba meditari annos ejus in amaritudine animæ suæ (Esa. xxxviii, 14) : nec de propitiatione peccati esse sine timore (Eccli. v, 5) ; sed dolere, et cum Propheta dicere : *Et peccatum meum contra me est semper* (Psal. l, 5). Quod non retro aspiciat, pristinas appetendo vanitates, ut uxor Lot, et ut canis revertens ad vomitum. Quin potius sicut semetipsum imunditiæ et iniquitati prostituit, ita exhibeat membra sua servire justitiæ in sanctificationem, ut quantum se glorificaverit et in deliciis fuerit ; tantum errata sua corrigens et in se vindicans, sentiat tormentum et luctum. Demum festum et perpetua azymorum solemnitas præscribitur, hoc est, meditationis et operum perseverantia indicitur : *quia qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit*. Unde Apostolus : *In disciplina perseverate, filii* Profectio igitur ex Ramesse ad Socoth est ad meliora.

III^a mansio, ETHAN. — Tertia mansio est Ethan. Nam a Socoth recedentes filii Israel, pervenerunt in Ethan : ibique tentoria figentes, tertiam stationem peregerunt. Inquit enim : *Et profecti e Socoth, castrametati sunt in Ethan* (Num. xxxiii, 5). Ethan regio est inter Ægyptum et solitudinem in qua est Petra oppidum, in ejus spelunca habitavit Samson cum ab Allophylis infestaretur : *Et sedit, inq̄uit, in spelunca Petræ Ethan*, qui locus erat valde munitus, ut testatur Josephus (Lib. Antiq. cap 10). Erat autem hæc regio in principio solitudinis. Ideo dicit : *Et est pars deserti*. Regionis hujus meminit David propheta dicens : *Tu siccasti fluvios Ethan* (Psal. lxxiii, 15). In hac mansionem primum apparuit Dominus nocte in columna ignis, et die in columna nubis, ostendens

A iter populo, ad terram usque successionis eorum : *Et non defecit, inquit, columna nubis in die, et columna ignis in nocte, coram omni populo* (Exod. xiii, 22). Verum quia Ethan nobis sonat fortitudo ; unde adversus Jeroboam parans se Roboam defendere : *Ædificavit, inquit, civitates munitas, Ethan et Thecæ* (II Paral. xi, 6), hoc est civitates fortitudinis, docemur quod ubi in Socoth hujus peregrinationis, in meditatione et exercitio honorum operum usque in finem perseverare quis statuerit, ascendit ad Ethan, hoc est, ad fortitudinem : quia ipse Dominus dat virtutem et fortitudinem plebi suæ. Hinc dicebat Apostolus : *Omnia possum in eo qui me confortat Christus Jesus* (Philip. iv, 13), immo per nubem et ignem aperit ei viam, et fit dux itineris ejus, donec videat bona Domini in terra viventium. Ascendamus igitur et nos in Ethan, ut diabolo resistamus fortes in fide.

IV^a mansio, OS EROTH. — Quarta mansio dicitur Os Eroth. Unde sequitur : *Et profecti ex Ethan, castrametati sunt ad Os Eroth, quæ est contra Beelsephon, et contra Magdalon* (Num. xxxiii, 7). Os Eroth alia translatione dicitur Phiairoth ; vicus est et suburbium Magdali, versus mare Rubrum, ut habetur in libro Exodi. In hac mansionem indignatus Pharaon quod Israel Ægyptum desereret, comparato exercitu grandi, eos insequitur, dicens : *Quid fecimus, ut dimitteremus filios Israel, ut non servirent nobis* (Exod. xiv, 2 et seq.). Et subjungit : *Junxit ergo Pharaon currus suos, etc.* (Ibid., 5). Quo vero ad morale : per Os Eroth, quod os nobilium interpretatur (Hierony. ep. 127), ostenditur quod assumpta fortitudine in Ethan, ascendimus in Os Eroth, quia nobilitamur in Domino. Quod vero Os Eroth sit vicus, non caret mysterio : ut primo parva quæque capiuntur : est enim ordo ut a parvis ad magna veniantur : Periculosa namque semper fuit in initiis immoderata prosperitas æque ac adversitas (Orig. hom. 27. in Num. ex Ruf. vers.). Sicut ergo per suburbium ad urbem progredimur, ita per ima ad summa ascendimus. Denique Beelsephon, quod est interpretatum, Dominus Aquilonis, diabolus designat : quia dixit, ut testatur Esaias propheta : *Sedebo in monte sublimi, super montes excelsos ad Aquilonem* (Esa. xiv, 13). Est igitur os Eroth contra Beelsephon, id est, contra diabolum, qui stat semper ut advertere euntibus in Hierusalem, quæ in cælo est. Ideo dicebat Apostolus : *Induite vos armaturam Dei ut possitis stare adversus insidias diaboli* (Ephes. vi, 13). Idem quoque designatur per Pharaonem populum insequentem.

V^a mansio, MARAH. — Marah quinta est mansio : Sic enim dicit : *Et profecti contra Os Eroth, transierunt per medium maris in desertum, et ambulaverunt viam trium dierum per desertum ipsi, et castrametati sunt in Marah*. Marah locus est in deserto Sur, tali vocatus nomine ob aquarum amaritudinem : sic enim scribitur in libro Exodi : *Venerunt autem in Marah, et non potuerunt bibere aquam de Marah* (Exod. xv, 23). Amara enim erat, propter hoc vocatum est nomen

loci illius, Amaritudo. Circa hanc mansionem tria sunt considerata, profectio, mansio et operatio. Profectio, quia in hujus itinere filii Israel Rubrum mare sicco vestigio transierunt: nam dicit Scriptura: *At Filii Israel perrezerunt per siccum in medio maris: et aqua erat eis murus a dextris, et murus a sinistris, Pharao vero cum suo exercitu submersus est in aquis vehementibus (Exod. iv, 22)*: sic enim de eo scribitur: *Et reversa aqua cooperuit currus et ascensores, et omnem exercitum Pharaonis, qui ingressi fuerunt post eos in mare, et non relictus est ex eis ullus (Ib. 28)*. Mansio; quia invenerunt aquas amaras, quarum amaritudinem sentientes, bibere nequiverunt, licet magna vexarentur siti. Operatio; quia mandato Domini Moyses ligno tetigit aquas: et quæ prius erant amaræ, in dulcedinem versæ potabiles effectæ sunt, unde sitim extinguere potuerunt. Per quæ primo significatur nobis quod ad gratiam properantibus occurrit Pharao cum exercitu suo, hoc est, diabolus cum potestate tam forti, ut, sicut scriptum est (*Apoc. xx, 9*), non sit quidquam in terra simile factum illi: sed tandem ut Pharao cum exercitu submergitur in aquis vehementibus, ita et diabolus mittitur in stagnum ignis et sulphuris. Unde nec ideo terreamur, ut desertionem faciamus. Deinde in mansionem aquæ gustantur amaræ, quoniam adhuc existentes in gratia multiplices manent tribulationum amaritudines. Unde Joannes apostolus dicebat: *Ego Joannes frater vester et particeps in tribulatione (Apoc. i, 9)*. Immo apostolus Paulus dicebat: *Si extra disciplinam estis, adulterini et non filii estis (Hebr. xii, 8)*. Denique in operatione, sicut verbo suo adest Dominus, ut dulcescant aquæ, ita præstat in tribulationibus suam nobis præsentiam, dicente Propheta: *Cum ipso sum in tribulatione, ut afflictiones mitescant (Psal. xc, 15)*. Hinc Esaias proclamat Propheta: *Si transieris per aquam, tecum sum, et flumina non cooperient te: et si transieris per ignem, non combureris (Esa. xliii, 2)*. Ideo Stephano in dulcedinem fuerunt torrentis lapides: et Laurentio in refrigerium præparæ. Merito igitur dicit Apostolus: *Gloriamur in tribulationibus (Rom. v, 3)*.

VI^a mansio, ELIM. — Mansio sexta vocatur Elim: A Marah enim recedentes filii Israel, venerunt in Elim: ibi substiterunt, et ibi tabernacula erexerunt. Unde dicit: *Et profecti ex Marah, venerunt in Elim. In Elim vero erant duodecim fontes aquarum, et septuaginta arbores palmarum; et castrametati sunt illic apud aquas (Num. xxxiii, 9)*. Idem legitur in libro Exodi: Sed pulcher ordo, felixque virtutis progressus, qui semper tendit ad optima: ex tenebris ad lucem, ex ærumnis ad felicitatem. Ecce filii Israel, post Pharaonis et Ægyptiorum sævitias, post maris desertique discrimina, post triduanæ sitis ardorem, et Marah amaritudines, venerunt tandem ad palmas, venerunt ad fontes. Per quod instrumur quod qui asperitatibus prægravantur, eos tandem læta et amœna **7** loca suscipiunt: quoniam ad requiem non nisi per laborem, et ad gaudia, non nisi per tristia per-

venitur. Venit populus ad palmas: sed prius Ægyptiorum plurimas sustinuit angustias. Venit ad fontes; sed prius trium dierum sitim, et aquarum amaritudines passus est. Nec tamen in his adhuc finis est itineris, nec ultima laborum requies; quia et graviora manent: sed cunctorum dispensator Deus, qui omnia suaviter disponit, interserit in ipso etiam itinere refrigeria quædam, ut iis refota, vique reparata anima promptior ad reliquos redeat labores (*Orig. hom. 27 in Num. ex vers. Ruf.*). Denique observandum est quod Elim interpretatur Arietes. Arietes vero duces sunt ovium. Ideo duodecim fontes, et septuaginta palmæ designant Christiani gregis duces: nempe duodecim Apostolos, de quibus ita scribit Lucas: *Elegit duodecim ex ipsis, quos Apostolos nominavit (Luc. vi, 13)*, et septuaginta Discipulos quos sanctus Lucas alibi meminit, dicens: *Designavit Dominus et alios septuaginta, et misit illos binos ante faciem suam (Luc. x, 1)*. Quorum distinctionem ponit Apostolus, agens de Domini post ejus resurrectionem apparitionibus. Inquit enim ad Corinthios: *Visus est Cephæ, et post hoc undecim, et deinde visus est Apostolis omnibus (I Cor. xv, 1)*. Qui tamen omnes duces et magistri sunt gregis Domini. Quare de iis scriptum est: *Qui vos audit, me audit: et qui vos spernit, me spernit (Luc. x, 16)*. Hauriamus igitur nos de uberimis hujusmodi fontibus, et bibamus: carpamus quoque de solidis harum victoriæ palmarum fructibus, et manducemus alacriter, ut talibus cibo potuque relecti, validiores ad reliquas mansiones peragendas inveniamur (*Hieronym. ep. 127*).

VII^a mansio, MARE RUBRUM. — Septima mansio est juxta mare Rubrum: nam transito mari Rubro, et Marah et Elim mansionibus peragratis, occurrit iterum filiis Israel sinus quidam ipsius maris (*Hier. ep. 127*). Et quia ibi applicuerunt, tentoriaque erexerunt, ideo nunc ad mare castrametari dicuntur. Dicit enim: *Et profecti ex Elim, castrametati sunt super mare Rubrum (Num. xxxiii, 10)*. Sed observa quod vident mare, non tamen illud intrant, nam sufficit semel tantum intrasse et pertransisse, quoniam illud mare baptismi nostri figura fuit (*Orig. hom. 27 in Num. ex vers. Ruf.*), ut Apostolus ad Corinthios scribit dicens: *Quia patres nostri omnes baptizati sunt in nube et in mari (I Cor. x, 2)*. Sed baptismus eorum in D figura fuit, nostrum autem in veritate. Et quia baptismus iterandus non est, cum scriptum sit: *Unus Deus, una fides, unum baptisma (Ephes. iv, 5)*, sicut semel baptizari oportuit, ita et semel mare intrasse satis fuit. Nunc igitur pergenti ad promissam hæreditatem populo iterum mare occurrit, ut illud videns, illiusque undas aspiciens, cautius incedat, ne deterius aliquid ei contingat.

VIII^a mansio, desertum SIN. — Octava mansio est desertum Sin. Ideo dicit: *Et profecti a mari Rubro, castrametati sunt in desertum Sin (Num. xxxiii, 11)*: sed observandum quod tota hæc solitudo a mari Rubro, usque ad montem Sinai appellatur Sin (*Hier. ep. 127*). In qua filii Israel quinque habuerunt man-

siones : nempe mare Rubrum, ut supra, hæc de qua agimus, et tres sequentes. Hæc autem specialis est; licet communi nomine appellatur desertum Sin, ex nomine totius deserti : sicut et Moab nomen est civitatis et provinciae. Verum quia Sin interpretatur rubus, significat nobis quod sicut octava mansione venimus ad Sin, hoc est ad rubum, in quo actum est de liberatione filiorum Israel a servitute Aegypti : ita in resurrectione, quæ per octavam intelligitur, veniemus ad rubum, in quo agitur de liberatione nostra a servitute corruptionis : quam expectamus, ut Apostolus dicit : *Et ipsi intra nos gemimus, adoptionem filiorum expectantes redemptionem corporis nostri* (Rom. viii, 23). Et alibi : *Salvatores expectamus Dominum nostrum Jesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritudinis suæ* (Philipp. iii, 20). Et tunc videbimus rubum arere et non comburi; quia corpus humanitatis nostræ morietur; sed non consumetur; immo resurget ad majorem claritatem. Dicit Apostolus : *Seminatur in ignobilitate, surget in gloria : seminatur in infirmitate, surget in virtute* (I Cor. xv, 43). Oremus igitur Deum ut ad octavam mansionem venire valeamus, vel potius ipsa ad nos cito veniat.

IX^a mansio, DEPHCHA. — Nonna mansio dicitur Dephcha : quæ in mansionibus deserti Sin tertia computatur : recedentes enim filii Israel a mansionem quæ a communi nomine, desertum appellatur, venerunt ad hanc. Quare subjungit : *Et profecti de deserto Sin, castrametati sunt in Dephcha* (Num. xxxii, 12). Hæc mansio in Exodo non habetur : sed a deserto ad Raphidim tantum profectio scribitur. Sub silentio igitur præteritur hæc et sequens mansio : quia non ille erat locus in quo per verbum Dei profectioes feriatim Moyses recenseret. Denique Dephcha sanitas interpretatur (Orig. hom. 27 in Num. ex vers. Ruf.). Perfecta autem animæ sanitas est quæ non potest peccare, sicut perfecta corporis sanitas est quæ non contigit ægrotare; quod non nisi in resurrectione succedit : tunc enim, sicut dicit Esaias propheta : *In capite eorum laus et lætitia apprehendet eos : fugiet dolor, metus et gemitus* (Esai. li, 11). Vides igitur ordinem profectuum. Filii Israel de octava mansionem assequuntur Dephcha : et nos a resurrectione perfectam animæ et corporis adipiscimur sanitatem, ut Joannes Apostolus in Apocalypsi testatur, dicens : *Et absterges Deus omnem lacrymam ab oculis eorum et mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra* (Apoc. xxi, 4). Sed quia animæ languor peccatum est unde dixit Propheta : *Sana animam meam, quia peccavi tibi* (Psal. xl, 5) : languor animæ nostræ superbia est, ira est, avaritia est : ideo unusquisque nostrum cordis et corporis genus decens orat Dominum nostrum Jesum Christum, qui sanat omnes infirmitates nostras : et cum propheta dicat : *Sana me, Domine, et sanabor ; salva me, et salvabor* (Jerem. xvii, 14). Dicat et cum David : *Sana me, Domine, quoniam conturbata sunt omnia ossa mea* (Psal. xi, 3).

X^a mansio, HALUS. — Decima mansio Halus est : ad quam a Dephcha profecti sunt filii Israel. Ideo dicit : *Et profecti de Dephcha, castrametati sunt in Halus* (Num. xxxiii, 13). In Exodo nec ista mansio distincte nominatur; sed comprehenditur sub mansionibus a deserto Sin usque ad Raphidim. Dum enim dicit : *Et profecta est quædam congregatio filiorum Israel ex deserto Sin per castra sua, secundum verbum Domini* (Exod. xvii, 1); inquit quod plures fuerint castrametationes et hospitia. Tria in hac mansionem geruntur. Primo, populus Dei gloriam inquitur : nam scriptum est in Exodo : *Et gloria Domini apparuit in nube* (Exod. xvi, 10) : Deinde, pasceatur carnibus : *Factum est vespere*, ut ibi legitur, *et ascendit coturnix, et cooperuit castra* (Ibid., 13). Tertio, cibatur manna de cælo. Sic enim Moyses populum alloquitur : *Hic est panis quem dedit vobis Dominus ad manducandum* (Ibid., 15) : hoc est verbum quod constituit Dominus. Per quæ monetur quod in decima quiescit mansione, id est in observatione legis, per denarium enim numerum lex significatur, quæ in decem verbis consistit, ut scriptum est : *Et scripsit Moyses verba hæc decem in tabulis fæderis* (Exod. xxxiv, 28) : Dei gloriam conspicit. Quare sciscitanti Prophetæ, quis habiturus in Dei tabernaculo, et quis in monte sancto ejus requiescitur esset, respondetur quod sedulus observator legis, dum dicitur : *Qui ingreditur sine macula, et operatur iniquitatem : qui loquitur veritatem in corde suo*, etc. (Isai. xlv, 2 et seq.). Et idem carne et manna cælesti pasceatur, hoc est, pretioso Domini nostri Jesu Christi corpore. Cujus corpus est vera caro, dicente Joanne apostolo : *Caro mea vere est cibus*, et verum est manna, non in typo, sed in veritate : *Ego sum*, inquit, *panis vivus qui de cælo descendi* (Joan. vi, 35). Est vera caro propter veram humanitatem : est panis vivus propter divinitatem. Cum igitur Christi corpus manducamus, divinitatem et humanitatem participamus, ut Apostolus ad Corinthios scribit (I Cor. xi, 24 et seq.). Merito autem beneficia hæc potiora in hoc loco præstantur : Nam Halus interpretatur labor; laboranti autem congruum est ut Domini appareat gloria, quo præmii visione alacrius labores sustineat. Congruum est etiam ut subministretur cibus, quo refectus inchoatum fortius prosequatur iter.

XI^a mansio, RAPHDIM. — Undecima mansio peragitur in Raphidim : Ibi enim populus duro fatigatus itipere, refrigerium sumpsit. Ideo sequitur : *Et profecti ex Halus, castrametati sunt in Raphidim : et non erat illic aqua ad bibendum* (Num. xxxiii, 14). Eadem mansio scribitur etiam in Exodo : *Et castrametati sunt, inquit, in Raphidim, non erat autem aqua populo ad bibendum* (Exod. xvii, 1). Hæc mansio iniquum admirabilem operum prerogativa maxime decoratur. Primo, mirabili educatione aquæ e petra : nam populus montium asperitate et longitudine vite lassus, magno sitis ardore flagrabat. Veniens autem Raphidim, visoque loco arido, aquisque carente, adversus Moysen iratus tumultuari cepit (Ibid., 7). Unde locus

jurgii in Scriptura nuncupatus est. At ille accepta virga, petram Domini mandato percussit: illa vero percussa jam largam aquarum effudit copiam, ut populus ac iumenta omnem sitim extinguere possent. Quod admirans David propheta, in hæc prorupit verba: *Quoniam percussit petram, et fluxerunt aquæ et torrentes inundaverunt (Psal. lxxvii, 20)*. Secundo, memoranda contra Amalechitas victoria: Nam populo suam hic stationem agente, Amalechitarum gentes ei obsistere, eum vexare, eumque valido comparato exercitu oppugnare cœperunt. At Moyses, consideratis populi viribus longi itineris defatigatione jam fractis, et ad repellendam hostium audaciam non satis aptis, ad divinum confugere decrevit auxilium. Unde et resistendi hosti, et belli gerendi toto negotio penes Josue relicto, ipse Deum oraturus in collem secessit. Sed o mira orationis potentia! dum Moyses palmas tendebat ad cœlum, prævalebat Israel: dum vero remittebat, succumbebat. Aaron autem et Hur manus ejus usque ad solis occasum sustentantibus, adeptus est Josue victoriam, ut Scriptura dicit: *Fugavit Amalech et omnem populum ejus in occasione gladii (Exod. xvii, 13)*. Tertio, prudenti consilio in moderandis rebus publicis Jethro: nam cernens Jethro Moysen ejus generum in audiendis vulgi causis diutius quam par esset occupari, et a diluculo usque ad vesperum in his tempus omne consumi: consuluit ut iudices, tribunos, et alios belli pacisque præfectos institueret, qui populum iudicarent, causas audirent, lites dirimerent et breviter levia cuncta absolverent, rebus tantum gravibus ejus iudicio reservatis. Cui Moyses assensit. Ideo scriptum est: *Audivit autem Moyses vocem voceri sui, et fecit quæcumque dixit ei (Exod. xviii, 24)*. Et quia Raphidim laus iudicii interpretatur, merito in ejus mansionem petra exhibit aquam: quia petra Christus custodiens iudicium super aquam gratiam exhibet: nam scriptum est: *Benti qui custodiunt iudicium (Psal. cv, 5)* vincitur Amalech; quia iudicio damnatur diabolus: decatur recta populi administratio; quia scriptum est: *Judex sapiens docet populum suum (Eccl. x, 27)*: hic est, qui iudicat omnia, et ipse a nemine iudicatur (1 Cor. ii, 15).

XII^a mansio, desertum SINAI. — Duodecima mansio habita est in deserto Sinai. Ideo subjungit: *Et profecti ex Raphidim, castrametati sunt in deserto Sinai (Num. xxxiii, 15)*. Celebratissima est mansio hæc ubi Deus descendit in igne, in montem, et Moyses purificato populo, Dei mandato in verticem montis ascendit, et cum eo locutus est, et accepit præcepta decalogi. Ibi ostenditur exemplar fabricæ Tabernaculi, ibi præcipitur victimarum multiplicij, vasorum distinctio, iudumenta Pontificis, Sacerdotum et Levitarum ceremoniarum. Ibi numerus populorum Levitarumque, et per singulas tribus populi distributio: oblationes quoque principum in hac mansionem descriptæ sunt. Duæ quoque argenteæ tubæ ad promovenda castra ibidem fieri jubentur, ibique præcipitur immundis super animam hominis, qui primo mense

A Paschæ interesse non potuissent, ut mense secundo convenirent: et qui longius habitabant, vel immundi fuerant, in secundo mense Pascha iussi sunt facere. Quod nimirum in typum intelligitur populi gentium, quæ cum dæmonii fornicatione fuerint, immundæ videbantur in anima salubri vero fidei confessione in secunda nativitate, quasi in secundo mense purificari præcipiuntur. Jubetur quoque in hac mansionem Nazareis, ut vinum et siceram non bibant, nec acetum quidem a vino vel siceram: nec uvam recentem comedant, nec uvas quidem passas (Num. vi, 2 et seq.); quod et in Proverbiis præcipitur: *Principes qui iracundi sunt, vinum non bibant; ne cum biberint, obliviscantur sapientiæ (Prov. xxxi, 4, 5)*. Quid ergo Nazareorum nomine, nisi abstinendum continentiumque vita significatur; quibus in vino luxuria prohibetur, in sicera omnis voluptas terrena? Sicera enim ex diverso conficitur genere, sicut voluptas ex diversa vitiorum oritur colluvie. Unde illi vinum bibere dicuntur, qui ad decipiendos homines umbras quasdam et imagines se simulant habere virtutum. Uva passa illi vescuntur, qui propter humanos oculos abstinentiæ pallore inficiuntur, ut gloriam capiant ab hominibus. Acetum autem hi bibunt, qui post vitæ sanctitatem in præteritis relaxantur vitis, et corruptione veteris sequitæ delectantur. Præcepit itaque Deus, ut qui sanctitatis induerint titulum, cunctis careant vitis, nullamque huiusmodi perturbationem quæ statum mentis evertat, appellent. In hac mansionem separantur de castris leprosi, semivivus, et immundi: leprosi doctrina, semivivus cogitatione, immundi agere, id est, hæretici, schismatici et luxuriosi: hi tanquam contagiosi et morbidi a castris ejiciuntur, ne contagione perditionis vel merum suorum, vitam polluant innocentium. Denique ab anno vigesimo et supra annuuntur populi qui ad prælium apti inveniuntur: sed cur ab anno vigesimo, nisi quia hæc ætate contra unumquemque vitiorum bella nascuntur. Ideoque ad pugnam eliguntur, ut habeant contra libidinem conflictum, nec luxuria superentur. Hic etiam ab anno vigesimo et quinto Levitis in Tabernaculo seruire mandatur, et a quinquagenario custodes vasorum constituuntur: quid enim per annum 10 quintum ac vigesimum, in quo hos juvenutis oboritur, nisi ipsa contra unumquemque vitiorum bella significantur: et quid per quinquagenarium, in quo Jubilæi ratione, etiam terra quiescit, nisi æterna requies edomita bello mentis exprimitur? Quid per vasa tabernaculi, nisi fidelium animæ figurantur? Levitæ ergo ab anno vigesimo et quinto tabernaculo seruiunt, et a quinquagenario custodes vasorum sunt, ut videlicet qui adhuc impugnantium vitiorum cartamina per consensum delectationis admittunt, aliorum curam suscipere non præsumant. Cum autem tentantium bella subegerint, cum apud se jam de intima tranquillitate securi præhabilius æstimantur, tunc animarum custodia deputari poterunt: sed quis hæc argelia sibi perfecte superare potest, cum Paulus dicat: *Videat aliam legem*

in membris meis repugnantem legi mentis meæ (II Cor. xi, 2)? Sed aliud est bella fortiter perpeti, aliud bellis enerviter expugnari. In illis exercitatur virtus, ne quis extolli debeat, in his omnino extinguitur, ne subsistat. Præcepit dehinc lex Levitas omnes pilos carnis radere (Num. viii, 7) : quia hi qui obsequiis divinis assumuntur, debent ante Dei oculos a cunctis carnis cogitationibus mundi apparere, ne illicitas cogitationes mens proferat; et pulchram animæ speciem quasi pilis excrescentibus deformem reddant. Post hæc jubentur etiam fieri duæ tubæ, quarum clangore populi moverentur ad prælium. Sic enim scriptum est de his ad Moysen : *Fac tibi duas tubas argenteas ductiles* (Num. x, 2); et paulo post : *Et cum concisus clangor increpaverit, movebuntur castra* (Ibid., 5). Per duas enim tubas exercitus ducitur, quia per duo Testamenta, sive per duo præcepta charitatis ad prælium fidei populus vocatur, quæ idcirco argenteæ fieri præcipiunt, ut prædicatorum verba eloquii nitore refulgeant, et auditorum mentes nulla sui obscuracione confundant; idcirco autem ductiles, quia necesse est ut hi qui venturam vitam prædicant, tribulationum præsentium tonsione crescant. Bene autem dicitur : *Cum concisus clangor increpaverit, movebuntur castra*; quia nimirum cum subtilior ac minutior prædicationis sermo tractatur, auditorum mentes contra tentationum certamina ardentius excitantur. Jam abhinc promoventur Filii Israel de monte Sina, et transeunt in Sepulcra concupiscentiæ.

XIII^a mansio, SEPULCRA CONCUPISENTIÆ.—Decima tertia mansio habetur in Sepulcra concupiscentiæ. Ideo inquit : *Et profecti de deserto Sinai, castrametati sunt in Sepulcra concupiscentiæ* (Num. xxxiii, 16). Hæc mansio ab eventu nomen accepit : Nam populus manna pertæsus, carnes, pisces, pepones, et alia quæ apud Ægyptios erant gulæ incitamenta concupivit, et adversus Moysen tumultum excitavit. Quare iratus Dominus, misit coturnicum prope terram volantium innumerabilem copiam, quibus eorum gulam possent explere : Sed dicit Scriptura : *Carnes adhuc erant in dentibus eorum* (Num. xi, 33) : hoc est, antequam digererentur, percussit Dominus populum plaga magna valde : *Et hinc, inquit, vocatum est nomen loci illius, Sepulcra concupiscentiæ : quia ibi sepelierunt populum desideratorem* (Ibid., 34). Ex quibus docemur, ut qui conversationem reliquimus sæculi, et Ægyptias ollas id est carnalium desideriorum fervores contempsimus, non debere murmurare contra cælestem panem, nec virulenta Ægyptiorum appetere, quæ sunt magnarum carniū; sed simplicem mannae cibum, id est, puram et cælestem vitam quærere. Alioquin si post præcepta, Angelicam escam, mannaque cælestis vitæ, sive doctrinæ rursus carnes Ægyptias, quæ sunt carnales hujus sæculi voluptates, et vetustorum concupiscentias vitiorum appetere voluerimus, statim ira Domini percussi torquebimur, desideria nostra vertentur in tumulos, ut simus sepulcra dealbata, quæ foris apparent hominibus speciosa, intus vero plena

sunt omni spurcicia. In hac mansione Moyses mandato Dei septuaginta viros seniores ex populo delegit, qui ad regendam plebem ei adjuutores forent : *Et sustinebunt, inquit, tecum impetum populi, et non ferres illos tu solus* (Exod. xi, 22). Super quos postea Spiritus descendit, et prophetaverunt. Quod in typo factum est : quoniam Spiritus sanctus in die Pentecostes Apostolis se infudit, ut et ad fundandam Ecclesiam sapientes essent, et ad regendam fortes : *Attendite, inquit, ut in actibus Apostolorum legitur, vobis et universo gregi, in quo posuit vos Spiritus sanctus episcopos regere Ecclesiam Dei* (Actor. xx, 28). Donum itaque virtutis cælestis quod olim in Moysen et in Prophetis exiit, super Apostolos visibiliter apparuit.

XIV^a mansio, ASEROOTH.—Decima quarta mansio in Aseroth consummatur : nam **I** subjungit : *Et profecti ex Sepulcra concupiscentiæ, castrametati sunt in Aseroth* (Num. xxxiii, 17). De eadem mansione alibi sic quoque legitur : *A Sepulcra concupiscentiæ profectus est populus in Aseroth* (Num. xi, 34). Hic Aaron et Maria soror, eo quod Moyses Æthiopissam alienigenam duxerat uxorem, satis ei prociaciter obtrectarunt. Unde illa contagione lepræ illico perfusa ab aliorum consortio, ad sanitatis usque tempus ejecta fuit. Quod novi figuram mysterii prætulit evidentem : nempe quod sacerdotalis illa plebs patrum, zelo Christi Salvatoris nostri adversus Ecclesiam ex gentibus congregatam insurrectura foret. Quo perfidiæ impura livore in Dei tabernacula non admittenda veniret, donec præfinitum claruerit tempus, quo plenitudo gentium consummaretur, ut ad Romanos scripsit Apostolus (Rom. xi, 25). Nam tunc tantum pristinam poterit recuperare sanitatem, cum sepiiformis ei Spiritus gratia ad veniam fuerit suffragata. Verum quia Aseroth beatitudo interpretatur, merito a sepulcra concupiscentiæ in hanc stationem venit : quoniam nisi carnis concupiscentias quis sepelierit, ad æternam beatitudinem pervenire non poterit. Idcirco inquit Apostolus, *Caro et sanguis regnum Dei possidere non possunt* (I Cor. xv, 50).

XV^a mansio, RETHMA.—Decima quinta mansio dicitur Rethma. Ideo sequitur : *Et profecti ex Aseroth castrametati sunt in Rethma* (Num. xxxiii, 18). Verum quia alibi legitur : *Et post hæc profectus est populus de Aseroth, et castrametatus est in deserto Pharan* (Num. xiii, 1) : ne Scripturæ loca contrariari videantur, attendendum est quod hinc usque ad Asiongaber, mansiones omnes, quæ decem et octo enumerantur, omnes, inquam, sequentes ad trigesimam usque secundam, sub deserti Pharan nomine continentur. Appellatur ergo mansio hæc alibi, Pharan, communi nomine solitudinis cum cæteris multis; sed Rethma voce propria. Scriptura in alio loco Pharan commendat, dicens : *Deus ab Austro venit, et sanctus de monte umbroso Pharan* (Habac. iii, 2). Sub hoc deserto viros duodecim ad terram explorandam mandato Dei Moyses destinavit, qui botrum uvæ, mala punica, et ficus terræ retulerunt (Num.

xiii, 4). Sub hoc deserto Dathan, Abiron et Core filii A cum eorum familiis hiati terræ, ob seditionem sorbentur. Sub hoc deserto Aaron sacerdos inter viventes mortuosque medius constitutus, incensi oblatione Deum indignantem placavit, plagam cohibuit. Sub hoc deserto Aaron virga in tabernaculo arens posita, miraculo et germinavit et floruit : et alia plurima, prout in libro Numerorum legitur, gesta sunt, non tamen per singulas distributa mansiones. Per quæ mystice docemur quod viri ad explorandam uberem terram missi, et qui populum a promissa Domini hæreditate desperarunt, scribarum et pharisæorum prætulerunt imaginem : sicut enim illi a Moysæ missi sunt ut fecunditatem soli consideratione sollicita tractantes, populum ad ejus adeptionem animarent : ita et isti per Legem et Prophetas, ut Scripturarum investigatione Dominicum specularentur adventum, in quo vitam æternam consequi possent, constituti sunt : sed sicut illi a spe possidendæ hæreditatis retraxerunt, vel ipse populus eorum revelatione a Dei promissione se alienavit : ita et isti ne in Christum Dominum crederent, plebi fallacis dissuaserunt. Ideo in eos dicitur : *Væ vobis qui tulistis clavem scientiæ : ipsi non introistis, et eos qui introibant, prohibuistis* (Luc. xi, 52). Botrum vero quem retulerunt, Christus est. Ideo in Canticis Canticorum dicit Ecclesia de Christo : *Botrum Cypri fraternus meus mihi in vineis Engaddi* (Cant. i, 13). Malum punicum ob ejus ruborem sanguis Christi est. Unde Esaias : *Unde fulvor vestium de Bosra* (Esa. lxiii, 1) ? Ficus ob ejus suavitatem lex evangelica : ideo jugum C meum suave est (Math. xi, 30). Per Dathan et Abiron, quid aliud quam qui hæreses et schismata in ecclesiam introducunt, significantur ? Ille sacerdotis auctoritate contempta, ab eo et Dei Ecclesia se segregantes, alias ecclesias, aliud altare, alios mores, ut Apollinaris, Novatianus, et similes somniant : et Dei ordinatione rejecta, proprias conantur statuere vanitates : hæreticis tandem Schismaticisque terræ deglutitis voragine, Aaron sacerdos, id est, Christus Dominus sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech constituitur medius ad placandum Deum : quia ipse sempiternum habet sacerdotium, semper vivens ad interpellandum pro nobis (Heb. vii, 24). Arida virga Aaron quæ postea miraculo germinavit, Christi caro est, quæ virga dicitur a propheta : *D Egre dietur virga de radice Jesse* (Esa. xi, 1). Hæc arida floruit, quia mortua resurrexit.

XVI^a mansio, REMON-PHARES. — Decima sexta mansio Remon-phares appellatur. Sequitur enim : *Et profecti ex Rethma, castrametati sunt in Remon-phares* (Num. xxxiii, 19) 12. Hæc est mansio secunda in deserto Pharan, quæ in nostra lingua divisio sublimis interpretatur : quia ubi quis in Rethma, quod est os videntis, commoratus est, hoc est, perfectam rerum adeptus est intelligentiam, venit ad Remon-phares, hoc est, ad sublimem divisionem, qua a terrenis cælestia, et ab infimis sublimia separare potest. Nec immerito : nam vigorato intellectu, crescenteque

rerum notitia, infunditur iudicium, quo a temporalibus æterna, et a caducis perpetua discernuntur. Ideo per Prophetam dicitur : *Si eduxeris pretiosum a vili, quasi os meum eris* (Jerem. xv, 19).

XVII^a mansio, LEBNA. — Mansio decima septima in Lebna agitur, quare subjungit : *Et profecti ex Remon-phares, castrametati sunt in Lebna* (Num. xxxiii, 20). Hac mansione mystice docemur, quod in itinere hujus vitæ abluti corpore et mundi corde esse debemus, ut Apostolus ad Hebræos scribit dicens : *Accedamus cum vero corde in plenitudine fidei, aspersi corda a conscientia mala, et abluti corpus aqua munda* (Hebr. x, 22). Id ipsum namque Lebna vocis interpretatio indicat : sonat enim Latine Lebna idem quod dealbatio. Non est autem dealbatio, qua culpabiliter dicitur et paries dealbatus, et sepulcra dealbata (Orig. hom. 27 in Num. ex vers. Ruf.) ; sed quam Propheta precatur, dicens : *Lavabis me, et super nivem dealbabor* (Psal. l, 9), quam Dominus per prophetam pollicetur dicens : *Si fuerint peccata vestra sicut phœnicium, quasi nivem dealbabo : et si fuerint sicut coccinum, velut lanam candida efficiam* (Esa. i, 18). Hæc dealbatio ex candore iudicii de Remon-phares, et claritate visionum de Rethma, ubi verus Israelita suas peragit mansiones, potenter exurgit.

XVIII^a mansio, RESSA. — Mansio decima octava in Ressa peragitur. Unde subjungit : *Et profecti ex Lebna, castrametati sunt in Ressa* (Num. xxxiii, 21). Mystice hac mansione docemur quod quamvis profectus fuerit plurimum videatur, grandesque profectus fuerit consecutus, eum tamen tentationes non deserunt : tantum enim jam profecerat Paulus apostolus, ut et usque ad tertium cælum raptus fuerit, audieritque arcana ineffabilia, nihilominus prodigiis adhuc tentationibus urgeri se sentiebat. Unde querebatur : *Datus est mihi stimulus carnis Angelus Satanæ, ut me colaphizet* (II Cor. xii, 7). Tentationes tamen hujusmodi laudabiles esse Jacobus apostolus testatur, dicens : *Omne gaudium existimate, fratres, cum in varias tentationes incideritis* (Jacob. i, 2), hæc namque velut custodia quædam homini adhibentur. Sicut enim caro quamvis præcipua sit, nisi sale aspergatur, corrumpitur : ita et anima, quantumvis perfecta, nisi assiduis saliatu tentationibus, relaxatur (Orig. hom. 27 in Num. ex vers. Ruf.). Hoc autem, quia Ressa, laudabilis tentatio interpretatur.

XIX^a mansio, CALATHA. — Decima nona mansio Calatha dicitur : ad quam filii Israel Ressa abeuntes pervenerunt. Unde sequitur : *Et profecti de Ressa, castrametati sunt in Calatha* (Num. xxxiii, 22). Calatha sonat Latine virgam, et dominium significat. Juxta illud : *Virga æquitatis : virga regni tui* (Psal. xlvi, 7). Merito autem post Ressa sequitur Calatha : quoniam ubi anima in Ressa tentationes superavit, ita fortis evadit ut ascendat Calatha, hoc est, ut dominium acquirat necum inferiorum suarum virtutum, sed et totius mundi. Huc ascenderat Apostolus, quando dixit : *Mihi mundus crucifixus est, et ego*

inundo (Galat. vi. 14). Castrametamur igitur et nos in hac mansionem, ut carnem cum vitiis et concupiscentiis crucifigentes, et facta eius mortificantes, dicamus cum Apostolo: *Quod autem vivo in carne, in fide vivo Filii Dei* (Galat. ii, 20).

XX^a mansio, ARSAPHAR. — Mansio vigesima est in Arsaphar. Ideo dicit: *Et profecti de Calatha, castrametati sunt in Arsaphar* (Num. xxxiii, 23). Animosa statio ista est; ad ardua quippe nos invitat, nempe ad bella, et bella asperissima, et contra fortissimos et savissimos hostes. De quibus dicebat Apostolus: *Non est nobis lucta adversus carnem et sanguinem, sed adversus principatus et potestates hujus mundi, adversus tenebrarum harum rectores*, etc. (Ephes. vi, 12). A quibus urgeri, vimque sibi inferri, idem Apostolus sentiebat; unde dixit: *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus* (Rom. vii, 24)? Hoc autem, quia Arsaphar tubæ clangor, sive tubicipatio est, quod est belli signum. Nec immerito; quoniam anima superioribus mansionibus, tot tantisque virtutibus se cernens armatam, contineri non potest, quin procedat in medium, et se ad certamina nedum offerat, sed paratam se præferat: quin et tubarum clangor reliquos etiam cum Propheta provocet, dicens: *Assumite arma, scuta adducite in prævocat, sternite equos, ascendite equites, polite lanceas* (Jerem. xlvi, 4). Immo cum alio propheta dicat: *Prædicatæ hoc in gentibus, sanctificate bellum, suscite pugnatores, accedite viri bellatores* (Joel iii, 9). Hoc hellum tractarunt **13** et vicerunt patres, ut refert Apostolus ad Hebræos: *Obtulerunt ora leonum, extinxerunt impetum ignis, effugaverunt aciem gladii, fortes facti sunt in bello* (Hebr. xi, 33). Plena igitur roboris ac spiritus hæc mansio est.

XXI^a mansio, ARADA. — Vigesima prima mansio Arada est; ideo dicit: *Et profecti ex Arsaphar, castrametati sunt in Arada* (Num. xxxiii, 24). Hæc quoque mansio longis est præconiis recolenda. Arada namque idoneum effectum indicat. Adest pulcher ordo; sed observandi sunt proficientium gradus, et series profectuum inspicienda est. Nam ubi anima tentationes superavit, vires inferiores premere audet: et ubi super eis imperium habere se conspicit, adversariis potestatibus insultat, earumque potentias nedum non timet, sed ad certamen provocat. Nunc autem de victoria secunda ascendit in Arada, id est, gloriatur in Domino se idoneam effectam, et dicit cum Apostolo: *Sufficiencia postea ex Deo est, qui et idoneos nos fecit ministros novi Testamenti* (II Cor. iv, 5, 6). Oremus igitur Deum, ut et nos ad Arada pervenire, et ibi stationem habere valeamus.

XXII^a mansio, MACELOTH. — Mansio vigesima secunda dicitur Maceloth; ideoque subiungit: *Et profecti de Arada, castrametati sunt in Maceloth* (Num. xxxiii, 25). Maceloth interpretatur ab initio, per quod innuitur quod qui tendit ad perfectionem, vel eam aliquo modo assecutum ac sentit, ad rerum initium, a quo universa dependent, respicere, ad

insumque cuncta referre debet, nec ab eo unquam recedere (Orig. loco sup. cit.). Deus est principium et finis, ut in Apocalypsi scribitur: *Ego sum principium et finis, dicit Dominus Deus qui est, et qui erat, et qui venturus est omnipotens* (Apoc. i, 8). Ideo ad Deum reducenda sunt omnia. Hunc ut principium recognoscebat propheta, dum dixit: *Nonne tu a principio, Domine Deus meus sancte* (Habac. i, 12). Hunc recognoscebat Apostolus dicens: *Flecto genua mea ad Patrem Domini nostri Jesu Christi, ex quo omnis familia in caelis et in terra nominatur* (Ephes. iii, 14).

XXIII^a mansio, THAATH. — Mansio vigesima tertia est Thaath; ideo sequitur: *Et profecti de Maceloth, castrametati sunt in Thaath* (Num. xxxiii, 26). Verum quia Thaath longanimitatem seu tolerantiam latine significat, per ipsam indicatur nobis, quod qui in via Dei proficere, aliisque prodesse contendit, multa pati, multa æquanimitèr perferre necesse est. Idcirco apostolis dicitur: *In patientia vestra possidebitis animas vestras* (Luc. xxi, 19). Ad tolerantiam nos invitat Apostolus, præcedentium patrum, Christi que exemplum proponens. Inquit enim: *Ideoque et nos tantam habentes impositam nubem testium, deponentes omne pondus et circumstanti peccatorum, per patientiam curramus ad propositum nobis certamen, aspicientes in ancilorem fidei et consummatorem Jesum Christum* (Heb. xii, 1). Dominus enim noster Jesus Christus multa erga homines mansuetudinis, tolerantie sanctorum, prout dilucide recensentur in Evangelii, exempla, quo ejus sequeremur vestigia, ut Petrus apostolus dicit, nobis exhibuit (I Pet. ii, 21).

XXIV^a mansio, THARE. — Mansio vigesima quarta dicitur Thare; sequitur namque: *Et profecti de Thaath, castrametati sunt in Thare* (Num. xxxiii, 27). Thare Latine interpretatur stupor, græce *ἄσυχος*, quæ est vehementis cujusdam admirationis species, ex arduarum et insolitarum rerum visione proveniens. Nam cum aliqua insolita, naturæ vero impossibilia humano se offerunt obitu; quia in investigatione hujusmodi causæ sensus deficiunt, et ratio succumbit, mens stupet. Quod Daniel clarius expressit, dicens: *Stupor et horribilia facta sunt in terra* (Jerem. v, 30). Et quia in iis mansionibus multa præclara et admirabilia edita sunt opera, quorum causas non potest humana mens ratione comprehendere, ideo tandem innuitur in Thare, hoc est, in stupore; sic enim interpretatur. *Unde scriptum est: Stupor autem operis super magnalia Dei* (Luc. ix, 44).

XXV^a mansio, METSAL. — Mansio vigesima quinta

agitur in Metcha; ideo dicit: *Et profecti de Thare, A qui facit opus Dei negligenter (Jerem. XLIII, 40). castrametati sunt in Metcha (Num. XXXIII, 28).* Metcha Latine dicitur nova mors. Ut autem intelligatur quæ sit nova mors, est observandum quod triplicem mortem legimus in Scripturis. Una est mors corporis, qua terrestris domus nostra hujus habitationis, ut Apostoli utar verbis, dissolvitur, et a corporis tabernaculo anima recedit. De **14** hac scribit Apostolus: *Statutum est hominibus semel mori (II Cor. v, 1).* Hac Abraham et prophetae mortui sunt, hac morte omnes moriemur, et sicut aqua effusa super terram, non congregabimur. Alia mors est animæ, qua peccati contagio anima confecta moritur, non quidem in sui substantia, quæ mori nescit, sed in Dei vivificatrice gratia. Nam demerito peccati, Deo recedente, spiritalem animæ vitam **B** amittit. Unde dicit Apostolus: *Quæ vivens mortua est (II Tim. v, 6).* Mori autem tunc per peccatum dicitur; quia anima quæ peccaverit, ipsa morietur (*Ezech. XXXII, 4*). Morietur autem Domino non naturæ infirmitate, sed demerito culpæ, quæ non est ab hac vita recessus, sed lapsus erroris. Tertio est culpæ, qua carnis concupiscentia moritur, ut mens Deo vivat; de qua Apostolus: *Vetus homo noster simul crucifixus est, ut destruaturs corpus peccati, ut ultra non serviamus peccato (Rom. vi, 6).* Nec id immerito; nam sicut mortuus vita non est amplius obnoxius culpæ, sic renatus per gratiam non debet ulterius servire peccato. De qua morte loquitur Apostolus, dicens: *Mortui enim estis, et vita vestra abscondita est cum Christo in Deo (Coloss. III, 3).* **C** Hujusmodi mortuos redarguens idem Apostolus, dicit: *Si mortui estis cum Christo ab elementis mundi, quid tamquam viventes in mundo decernimini (Coloss. II, 20)?* Una igitur mors est naturalis, alia pœnalis, tertia spiritalis. Hanc postremam designat Metcha, quæ nova mors dicitur, quia veterem innovat hominem, et novam facit creaturam, dicente Apostolo: *Vetera transierunt, ecce facta sunt omnia nova (II Cor. v, 17).* Itaque et nos hic mansionem faciamus, ut peccati mortui, justitiæ perpetuo vivamus.

XXVI^a Mansio, ESMONA. — Mansio vigesima sexta Esmona punctoratur; nam dicit: *Et profecti ex Metcha, castrametati sunt in Esmona (Num. XXXIII, 29).* Esmona Latine dicitur acceleratio, quod congrue huic mansioni aptatur. Nam ubi anima morte peccati per superiorem stationem in novam evasit creaturam, sistere animo non potest, non otio torpere: sed ulterius progredi, et accelerare iter contendit. Viatoribus autem celeritas optissima est: ea propter populo patrum manducare pascha præcipitur, et festinanter. Hinc apostolis mandatum est: *Neminem per viam saluaveritis (Luc. x, 5).* Sic Elisæum in Regnorum libro Giezi injunxisse legitur: *Accinge, inquit, lumbos tuos, et tolle baculum meum in manibus, et pede; et si inveneris aliquem, non benedicas ei, et si benedixerit tibi quispiam, non respondeas ei (IV Reg. IV, 29):* nam opus Dei præproperam etiam festinationem exigit. *Maledictus, inquit propheta,*

qui facit opus Dei negligenter (Jerem. XLIII, 40). Ideo discipulus ille, qui citius Petro ad monumentum præcurrebat (*Joan. XX, 4*), immodice commendatur. In via Dei vel festinam oportet progressionem esse, ut diabolo, qui stat semper a dextris, quo sanctis adversetur, coeptum iter impediendi spatium non relinquatur. Nos igitur qui peccatis mortui, justitiæ per Metcha vivimus, non sequamur modo ad palmam supernæ vocationis; sed in Esmona curramus, festinantes ad propositum nobis certamen. Festinantes namque pastores venerunt, et invenerunt puerum Jesum (*Luc. II, 16*).

XXVII^a mansio, MOSEROTH. — Mansio vigesima septima appellatur Moseroth; dicit enim: *Et profecti ex Esmona, castrametati sunt in Moseroth (Num. XXXIII, 30).* Congruè nunc Moserothi succedit; significat enim disciplinas, ut qui festinationem in Esmona sibi adscribit, eam modo ad comparandas disciplinas sapienter accersat: *Et sit, quod Jacobus apostolus docet, omnis homo velox quidem ad audiendum (Jacob. I, 19).* Deus disciplinæ hujus auctor est: dicitur enim per prophetam: *Quis ascendit in cælum, et accepit eam, et aduxit eam e nubibus? Quis transiit frans mare, et invenit eam, et afferet eam auro electo? Non est cognoscens viam ejus, neque qui consideret semitas ejus: sed sciens omnia cognoscit eam, et adinvenit eam prudentia sua (Baruch. III, 29 et seq.).* Ideo ab ipso expectanda est, dicente Jacobo apostolo: *Si quis vestrum indiget sapientia, postulet a Deo qui dat omnibus, affluenter (Jacob. I, 5).* **C** Hæc Deum, ejusque opera revelat. Doctrina, inquit Salomon, est Dei disciplina, et electrix operum illius, ejus custodia virga correctionis est. Scriptam est enim: *Plagæ et correptiones dant sapientiam (Prov. XXX, 15).* Legitur in Numeris hominem quemdam in die sabbati ligna colligentem comprehensum fuisse, coram Moysæ et senioribus sisti mandatum, et tandem jussu Dei morte punitum, lapidibus obrutum: *Morte, inquit, morietur homo, lapidabitur eum lapidibus omnis congregatio extra castra (Num. XV, 35).* Quod in hac mansionem aliqui factum putant. Hinc Apostolus quoque dicit: *Peccantem coram omnibus argue, ut ceteri timorem habeant (I Tim. V, 20).* Habeamus igitur stationem in Moserothi, **25** id est, correptionum mortificatione in disciplina Dei continueamur.

XXVIII^a mansio, BANEJACHAM. — Vigesima octava mansio in Banejacham peragitur; inquit enim: *Et profecti de Moseroth, castrametati sunt in Banejacham (Num. XXXIII, 31).* Qui in Dei disciplina stationem habet, studium omne, omnemque operam, ut ne minimum quidem ex ipsa Dei lege violatum intercidat, sedulo impendere debet; et ut Salvator ait, *ne iota unum, aut unus apex a Lege prætereat (Matth. V, 18).* Debet enim illud evangelii mente perpetuo retinere, quo dicitur: *Dico tibi, non exis inde, donec etiam minimum quadrante reddas (Matth. V, 26)?* nam sicut non prius scenoris debitum evacuatur, quam totius sortis ad minimum usque nummu-

lum quocumque solutionis genere quantitas universa solvatur; sic nec peccati poena, nisi charitatis reliquarumque compensatione virtutum, vel stricta satisfactione dissolvitur. Non eluitur peccatum, fratres, nisi poenis tamdiu noxius exerceatur; ut commissi supplicia erroris expendat. Dicebat Jacobus apostolus: *Qui totam Legem servaverit, offendat autem in uno, factus est omnium reus* (Jacob, II, 10). Ponderanda est quoque illa Dei sententia, quæ in Lege scripta est: *Ego sum Dominus Deus tuus, Deus zelotes* (Exod. xx, 5). Lex igitur Dei exactissima quaque censura est examinanda, et omni qua potest majori sedulitate servanda, ne ab ea forte excidamus. Hoc nos præsens mansio docet: Banejacham enim excolationem designat. Qui autem legem Dei percolat, ne minima quidem vel syllaba vel apex negligenter labatur, diligenter observat.

XXIX^a mansio, GADGAD. — Vigesima nona mansio habetur in monte Gadgad; dicit namque: *Et profecti de Banejacham, castrametati sunt in monte Gadgad* (Num. xxxiii, 32). Tentatio animæ fidei custodia, fortitudo et virtutis augmentum est; nam anima justi, nisi tentationibus interdum se urgeri sentiret, nedum in custodia non maneret, quin potius tamquam gratiarum copia diffuens relaxaretur. A Moyses sancto documentum hoc clare habetur. Dum populus lampades et montem fumigantem cerneret, vocesque audiret, et territus a Domino fugeret, dixit Moyses: *Confidite, causa enim tentandi vos venit Deus ad vos; ut sit timor ejus invobis, et non peccetis* (Exod. x, 20). Dicitur quoque fortitudo; nam anima a multiplicibus se tentamentis septem agnoscens, cautius incedit, et majorem a Domino virtutem postulat, dicens cum Propheta: *Miserere mei, Deus, quoniam multi bellantes adversum me* (Psal. lv, 2). Virtutis vero augmentum, quatenus anima tentationibus exercita purior egreditur. Ideo Salomon in Proverbiis dicit: *Sicut probatur in camino argentum et aurum, sic electa corda apud Dominum* (Prov. xvii, 3). Tentationibus animam proficere sanctus quoque Jacobus apostolus testatur dicens: *Beatus vir qui suffert tentationem; quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ* (Jacob. I, 12). Sunt igitur non fugiendæ, sed expectendæ tentationes; unde David propheta dicit: *Proba me, Domine, et tenta me* (Psal. xxv, 2). Progreredientibus ergo in via Domini tentamenta frequentius ingeruntur, ut cautius, fructuosiusque incedant. Hoc nobis mansio hæc insinuat; nam Gadgad tentamentum interpretatur. Ne igitur tantarum copia virtutum superiorum mansionum viator diffueret vel laberetur, superiori ista mansio succedit.

XXX^a mansio, JETHEBATHA. — Mansio trigesima celebratur in Jethebatha; unde sequitur: *Et profecti de monte Gadgad, castrametati sunt in Jethebatha* (Num. xxxiii, 33). Tentationum experimento virtus justi, ut in superiori mansione dictum est, magis conspicua, clariorque elucescit. Hinc etiam Petrus apostolus: *Exultabilis nunc, inquit, si oportet contristari variis tentationibus; ut probatio vestræ fidei multo pre-*

tiosior auro, quod per ignem probatur, invenitur (I Pet. I, 6). Majorem etiam per illud acquirit gratiam, ideo in libro Sapientiæ scriptum est: *Probata autem virtus corripit insipientes* (Sap. I, 3). Per illud in medio etiam nationis prævæ latens exerit se virtus et lucet; ideo apostolus Paulus ad Corinthios inquit: *Oportet hæreses esse, ut qui probati sunt, manifesti fiant in vobis* (I Cor. xi, 19). Sincerior bonitas et tentationibus prodit, sicut purius argentum e camino ignis; inquit enim Scriptura: *Quoniam in igne probatur argentum, et homines receptibiles in camino humilitatis* (Eccles. II, 5). Cum igitur purior e tentatione bonitas veluti e camino exeat, merito nunc Jethebatha, quæ bonitas interpretatur, succedit.

XXXI^a mansio, EBRONA. — Mansio trigesima prima agitur in Ebrona; ideo dicit: *Et profecti de Jethebatha, castrametati sunt in Ebrona* (Num. xxxiii, 34). Justus quamvis in hac vita ad bonitatem etiam perfectam devenerit, haud tamen animo sistit, nec præsentis contentatur statu; quin potius cuncta pertransiens, flagranti etiam desiderio ad meliora contendit. Hinc David propheta dixit: *Hæc recordatus sum, et effudi in me animam meam; quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis, usque ad domum Dei* (Psal. IV, 5). Ibi vero quiescet, ibi implebitur omne ejus desiderium. Ideo alio in loco idem propheta dixit: *Satiabor, Domine, cum apparuerit mihi gloria tua* (Psal. xvi, 15). In hac vita non quies, sed perennis est transitus. Quare sponsus in Canticis canticorum ob cursus pernicitatem capræ hinnuloque cervorum assimilatur (Cant. II, 9); unde et salit super montes, et transilit super colles. Hoc nos docet mansio ista, quoniam Ebrona transitus est; ut quamvis ad bonitatem per superiorem mansionem perveneris, omnia tamen sunt prætereunda: oportet te ad meliora transire, quousque venias ad illud bonum, quod est summum, et quod omne satiat desiderium, et in quo perpetuo permanere debeas. (Orig. loco cit.)

XXXII^a mansio, ASIONGABER. — Mansio trigesima secunda dicitur Asiongaber, quo filii Israel applicuerunt; unde sequitur; *Et profecti de Ebrona, castrametati sunt in Asiongaber* (Num. xxxiii, 35). Postrema filiorum Israel in deserto Pharan statio hæc est; nam ut in superioribus diximus, plurimas ambiens mansiones illa solitudo hucusque pretenditur; interpretatur vero consilia viri. Et recte intentioni quadrat: quoniam qui tantas peregit mansiones, tot virtutum penetravit sinus, tot charismatum spiramina sensit, tot se studiis perfectionum exercuit; jam desiit esse puer sensibus, jam ad mensuram ætatis plenitudinis Christi pervenit, jam crevit in virum perfectum. Et ideo viri consilia adeptus est, ut cum Apostolo dicat: *Cum autem factus sum vir, quæ parvuli erant, deposui* (I Cor. xiii, 11). Quin potius altum adeptus est consilium, quia Salomon in Proverbiis dicit: *Aqua profunda consilium in corde viri* (Prov. xx, 5). De consilio isto sapiens dicebat: *Sine consilio nihil facias, et in faciendo ne te pœniteat* (Eccl. xxxii, 24). Quod non est illud, de quo queritur Dô-

minus, per prophetam dicens: *Væ filii apostata! hæc A* dicit Dominus: *Fecistis consilium non per me, et pactum non per Spiritum meum (Esaï. xxx, 1)*. Sed illud de quo sapiens: *Cognitio sapientis tamquam inundatio abundabit, et consilium illius sicut fons purus vitæ, quod custodit a malo (Eccl. xxi, 16)*; quia consilium bonum custodiet te, cogitatio autem sancta servabit te. Huc ergo incunctanter pergamus, et nostra hic alacres tentoria erigamus; ut Deo in toto corde nostro, sicut David in concilio iustorum, et congregatione, confiteri valeamus (*Psal. cx, 1*).

XXXIII^a mansio, SIN. — Mansio trigesima tertia est in deserto Sin; quare subjungit: *Et profecti de Asiongaber, castrametati sunt in deserto Sin. (Num. xxxiii, 36)*. Octava mansio supra eodem quoque nomine nuncupatur; inquit enim: *Et profecti a mori B* Rubro, castrametati sunt in deserto Sin. Sed attendendum quod hic locus alius ab illo est; ideo infra subjungitur: *De deserto Sin, hæc est Cades (Num. xx, 1)*. Et alibi, dum populus in hac moraretur mansione, mittens nuntios Moyses ad regem Edom: *Et nunc sumus, inquit, in Cades civitate, ex parte finium tuorum (Ibid., 14)*. Hanc meminit David propheta, dicens: *Et commovebit Dominus desertum Cades (Psal. xxviii, 8)*. Hic Maria Moysi soror diem suum obiit, mortua et sepulta est, ut supra legitur. Quod Josephus quoque describit dicens: *Tunc itaque sororem ejus Mariam finis vitæ accepit, [cum quadragimum complisset annum, ex quo Ægyptum dereliquit: sepelieruntque eam publice nimis splendide (Lib. iv Antiqq. cap. 4)*. Hic denique penuria aquæ laborat populus; quare iratus tumultuatur in Moysen: a quo petra jussu Dei mirabili virga percussa, aqua manavit copiosa; unde bibentibus cunctis cupiditas sitis ablata est.

XXXIV^a mansio, HOR. — Mansio trigesima quarta est in monte Hor; dicit enim: *Et profecti de deserto Sin, hæc est Cades, castrametati sunt in Hor monte prope terram Edom (Num. xxxiii, 37)*. Stationem apud Cades in deserto Sin filiis Israel agentibus, Moyses ad Idumæorum regem, ut per illius fines viam sibi una cum suo populo concederet, legatos misit; certiores tamen eum facturos, ut nec aquam sine pretio sibi exhiberi posceret. Ille vero petitioni non consentiens, nec transitum cedens, respondit: *Non transibis per me, alioquin bello in occursum tibi exibo (Num. xx, D 18)*. Quare populus mandato Dei, ut in Deuteronomio habetur, ab eo declinavit: et de Cades egressus ad Hor montem pervenit, et hanc quam legimus (*Ibid., 27 et seq.*), habuit mansionem. Ubi juxta Domini præceptum Aaron cum Moyse fratre et Eleazar filio in Hor montem ascendit: ubi Moyses verbo Dei pontificalibus Aaron indumentis nudato Eleazar filium, cui propter ætatem pontificatus obveniebat, universo vel mirante populo, qui ex adverso stabat, protinus vestivit. Ibi quoque Aaron vita functo, ad 17 suamque populum apposito, Eleazar filius sacerdos pro Aaron patre suo declaratus est. Memorabilis est igitur ista mansio.

XXXV^a mansio, SALMONA. — Mansio trigesima quinta habetur in Salmona; nam sequitur: *Et profecti ex Hor monte, castrametati sunt in Salmona (Num. xxxiii, 38)*. Egressus ex Hor monte populus, non rectam quam cœperat, prosecutus est viam: sed Edom terram circumiens, mare Rubrum versus iter arripuit; ut juxta verbum Domini, fratres suos bello non incesset, nec prorsus læderet: inquit enim: *Ne moveatis contra ipsos bellum (Deut. ii, 5)*. Tot igitur viarum fatigatus anfractibus, manna pertæsus, locutus est, inquit, contra Deum et Moysen. Quare iratus Dominus virulentos lethiferosque serpentes, qui morsu internecabant, in populum immisit; unde periit populus multus nimis. De quibus meminit etiam Apostolus, dicens: *Neque tentemus Christum, sicut quidam eorum tentaverunt, et a serpentibus perierunt (I Cor. x, 9)*. Tunc oranti Moysi pro serpentum extinctione, respondit Deus: *Fac tibi serpentem æneum et pone illum pro signo: et omnis morsus videns illum, vivet (Num. xxi, 8)*. Fecit Moyses juxta mandatum Domini, et populus a plaga liberatus est. Verum quia Salmona interpretatur umbra, factum istud mansioni recte aptatur. Serpens namque ligno suspensus, typus et umbra Christi fuit pro salute nostra in cruce pendens, sicut ipse exponit in Evangelio, dicens: *Sicut Moyses exaltavit serpentem in deserto; ita exaltari oportet filium hominis; ut omnis qui credit in eum, non pereat; sed habeat vitam æternam (Joan. iii, 14)*. Frequentemus igitur nos stationem istam, ut aspiciamus Christum pro mundi salute in cruce pendentem; quoniam salutaris est.

XXXVI^a mansio, PHINON. — Mansio trigesima sexta Phinon nuncupatur; dicit namque: *Et profecti de Salmona, castrametati sunt in Phinon (Num. 35, 42)*. Linguae moderationem inter ea quæ homini non minus necessaria quam difficilia sunt, sanctus Jacobus apostolus fuso enumerat sermone, dicens: *Si quis in verbo non offendit, hic perfectus est vir, potens freno circumducere etiam totum corpus (Jacob. iii, 2)*. Ecce equis frena in ora mittimus, ad consentiendum nobis, et omne corpus illorum circumferimus. Ecce et naves, cum tam magnæ sint, et a ventis validis minentur, circumferuntur a modico gubernaculo, quocumque impetus dirigentis voluerit. Ita et lingua modicum membrum est, et magna jactat. *Ecce parvus ignis quam magnam silvam incendit. Et lingua ignis est, universitas iniquitatis (Eccl. xxviii, 28, 29)*; et cætera quæ tibi sanctus apostolus disserit ad propositum facientia. Si tot mala homini e lingua imminuant, quis illam moderatione non indigere, dicere audebit? Ideo Sapiens id præcipit, dum dicit: *Circumvalla possessionem tuam spinis, et ori tuo fac januas et seras: argentum tuum et aurum tuum confla, et sermonis tui fac stateram, et ori tuo fac portam et seram (Ibid., 12)*. Verum cum statera, porta et sera pro lingua non facile ei occurreret, dicebat Idem Sapiens: *Quis dabit mihi super os meum custodiam, et super labia mea signaculum (Eccl. xxii, 33)*? David vero propheta a Domino hæc dona præstari agnoscens,

Dominum his precabatur verbis : *Pone, Domine, custodiam ori meo, et ostium circumstantiæ circum labia mea* (Psal. cxl, 3). Linguae moderatio in hac mansione suam habet sedem. Nam Phinon oris parcimoniam interpretatur. Caremus igitur et nos nostram hinc stationem habere; ut quæ, quando, quomodo et quibus loqui deceat, scire valeamus: et os nostrum meditetur sapientiam, et lingua nostra iudicium loquatur (Psal. xxxvi, 39).

XXXVII^a mansio, Oboth. — Mansio trigesima septima dicitur Oboth, quo demum filii Israël appeterant; sequitur ergo: *Et profecti de Phinon, castrametati sunt in Oboth* (Num. xxxix, 43). Ne hac mansione alibi legitur: *Et profecti filii Israël, castrametati sunt in Oboth* (Num. xxi, 11). Verum attendendam quod majora pernicioraque tentamenta, quibus anima in hac vita impugnatur, dæmonum illusiones, magorumque ac pythorum præstigia omnium consensu æstimantur. Si namque maleficiis magicisque artibus, ut divinitatis culturam ab hominum cordibus eliminant, ea efficere protestantur, quæ divinæ tantum naturæ sunt possibilia. Unde ejus potestati perpetuo resistere audent. Sed tandem vanitatibus eorum detectis, artibusque profligatis, virtus semper divina supereminet. Magi coram Pharaone Moysi resistere audebant, suasque virgas fieri dracones contendebant. Sed tandem Moysi virga Dei providentia et virtute in columbram versa, in magorum dracones insiliens, eos illic devoravit (Exod. vii, 10 et seq.). Nam a Moysen non errore, non præstigiis, sed veritate ista fiebat; ideo mirabili potentia subsistebat. Legitur etiam in Actibus apostolorum (Act. xiii, 8 et seq.), **18** quod dum prædicaret Paulus apostolus coram Sergio præconsule, qui verbum Dei audire cupiebat, *resistebat*, inquit, *Elymas magus, quærens avertere, proconsulem a fide*. Denique dum ab Apostolo argueretur, cæcus effectus est, ita ut circumiens, inquit, quæreret qui ei daret manus. Ideo in lege eorum commercium caveri præcipue jubetur; inquit enim: *Anima quæ secula fuerit ventriloquos, vel incantatores, ut fornicetur post eos; obfirmabo faciem meam contra animam illam, et perdam illam de populo suo* (Levit. xx, 6). Hæc statio ad magos perdendos colitur: nam Oboth in magos interpretatur. Adeamus igitur et nos ad Oboth, erigamus tibi tabernacula nostra; ut in protectione Dei cæli commorantes, non timeamus a timore nocturno, non a sagitta volante in die, non a negotio perambulante in tenebris, nec ab insursu et dæmonio meridiano (Psal. xc, 2, 6).

XXXVIII^a mansio, JEABARIM. — Mansio trigesima octava vocatur Jeabarim; sic enim habetur: *Et profecti ex Oboth, castrametati sunt in Jeabarim, in eo quod ultra, in finibus Moab* (Num. xxxiii, 44). De hac mansione in alio loco clarius legitur: *Et discedentes, inquit, ex Oboth, castrametati sunt in Jeabarim, in deserto quod est in conspectu Moab, ad orientem solis* (Num. xxi, 11). Propter quod meminisse oportet quod Idumæi, ut in superioribus diximus, per eorum

A terras transitam filii Israël præstare hostiliter recusarunt. Unde divertentes ad eis, Moabitarum fines circumire coacti fuerunt. Hinc dicitur quod in finibus Moab ad orientem venerant. Jeabarim vero acervum lapidum transeuntium sonat, quod est Ecclesia justorum. Lapidem enim transeuntis iusti sunt. Et namque propter eorum firmitatem lapides appellantur, de quibus Petrus apostolus scribit dicens: *Et ipsi tamquam lapides vivi superædificamini domus spiritualis* (I Pet. ii, 5). Justis vero firmitas recte adscribitur, eo quod ipsi nec fluctuant, nec circumferantur omni vento doctrinæ; unde in Evangelio domus supra firmam petram fundata, in quam descendit pluvia, venerunt flamma, flaverunt venti, et non cecidit, comparatur (Math. vii, 2). Transeuntis etiam dicuntur; quia secundum Apostolum, consistunt quod *hospites et advenæ sunt super terram* (Hebr. i, 13). Denique merito Ecclesia dicitur acervus lapidum; quia *ipsa est columna et firmamentum veritatis* (I Tim. iii, 15). Habeamus igitur et nos stationem in Jeabarim, ut secundum apostolum Paulum, *teneamus propositam spem, sicut anchoram animæ tutam ac firmam, et incidentem usque ad interiora velaminis* (Hebr. vi, 19); ut juxta apostolum quoque Petrum, *præcipientes caveamus, ne errore nesciorum abducti, excidamus a propria firmitate* (II Pet. iii, 17).

XXXIX^a mansio, DIBONGAD. — Mansio trigesima nona habetur in Dibongad; sic enim legitur: *Et profecti ex Jeabarim, castrametati sunt in Dibongad* (Num. xxxiii, 45). Verum de hac mansione longe diversum in alio loco legi videtur; nam scriptum est: *Et discedentes ex Oboth, castrametati sunt in Jeabarim, in deserto quod est in conspectu Moab, ad orientem solis. Inde discesserunt, et castrametati sunt in valle Zared, hæc ibi* (Num. xxi, 11). Si ergo (Origon loco cit.) in valle Zared castrametati sunt, dices: Quomodo in Dibongad? Verum ibi locus communis, hic vero proprius exprimitur. Est enim Dibongad circa vallem Zared, quæ est inter fines Amorrhæorum et Moabitarum. Mystice vero Dibongad apiarium tentationum significat. Quo docemur quod quamvis justus perfectionis vel summæ proximus existat, haud tamen ei tentationes desunt. Quod est divinæ castelæ providentiæ, ne a recto deflectendi bonis successibus ansam arripiamus. Hinc Job dicebat: *Beatus homo quem corripuit Dominus: increpationem omnipotentis ne renuas* (Job v, 17). Quod et si dum in carne sumus, tentationes nobis amara videntur, miridae nihilominus ad futuram nobis vitam proficiunt, dicens Apostolo: *Omnia quidem disciplina in presenti videtur non esse gaudii, sed meritorie: postea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet justitias* (Hebr. xii, 11). Accedamus ergo nos, et in hanc mansionem ingredi festinemus: scientes quod a Domino interdum cœripimur, ne cum hoc mundo damnemur (I Cor. xi, 32). Certam quoque spem habeamus, quod non patietur nos Deus supra id quod possumus, tentari: sed faciet cum tentatione proventum, ut possimus sustinere (I Cor. x, 13).

XL^a mansio, ELMON DEBLATHAIM. — Mansio quadragesima in Elmon debelathaim a filiis Israel peragitur; sic enim scribitur: *Et profecit ex Dibongad, castrametati sunt in Elmon debelathaim (Num. xxxiii, 46).* Vox hæc Elmon debelathaim sicut est duplex, ita et duo indicat, nempe contemptam sciant, sic est, contemptam terrenæ dulcedinis; scus namque dulcedinem ostendunt. Unde Hieronimus propheta vidit scus bonas, bonas valde (*Jerem. xxiv, 5*). Et Salvator noster **19** cœntiens, scribarum pharisæorumque amaritudines deserens, accessit ad arborem ficī; ut saltem se plebe aliquam inveniret dulcedinem: et cum non invenisset nisi folia tantum, maledixit ei, dicens: *Namquam es te fractus nascatur (Math. xxi, 19).* Contemptus ergo terrenarum delectationum ad cœlam properanti apprime necessarius est. Nam his voluptatibus illecebras, et ea quæ in terris defectare videntur, neglexerimus, ad cœlestia nos ipsos erigere non possumus: Ideo Apostolus admonet, dicens: *Quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram (II Coloss. iii, 2).* Immo sapere terrenis, confusio est. Ita scribit Apostolus: *Gloria in pudendis ipsorum, qui terrena sapiant (Philip. iii, 19).* Verum quia nostra conversatio in cœlis est, qui cum Christo surreximus (*Ibid., 20*), omni cordis alacritate calcatis mundi illecebris, in ejus mansionis tabernacula ingrediamur, quæ sursum sunt quærentes, ubi Christus est in dextera Dei sedens (*Coloss. iii, 1*); contentianusque sive absentes sive presentes placere domino Deo nostro.

XLII^a mansio, ABARIM. — Mansio quadragesima prima sit a filiis Israel in montibus Abarim; nam sequitur: *Et profecit ex Elmon debelathaim, castrametati sunt super montes Abarim contra Nebo (Num. xxxiii, 47).* Veritas longe altiora videtur huic, quod alio in loco de hac mansionem legitur. Nam inquit: *Castrametati sunt in valle Zared; inde descendentes, castrametati sunt trans Arnon in deserto, quod eminet a fluvio Amorrhæorum (Num. ii, 12, 13).* Ex quibus verbis videtur quod filii Israel non in montibus Abarim, sed in deserto trans Arnon mansionem post Elmon habuerint: Sed nulla est diversitas, quoniam Abarim in deserto est trans Arnon. Quod ergo alibi sub columni, hic sub proprio nomine Scriptura expressit. Unde subiungit: *Est enim Arnon ad fines Moab sicut Amorrhæos; et ibi habetur mons Abarim, ad cuius radices juxta Amorrhæos Arnon habetur amnis. Dicitur vero mons Abarim trans Arnon, non ad transitum Hebræorum, sed ad situm terræ sanctæ; sicut mos est Moysi in hac descriptione; nam in libro Deuteronomii legitur: *Hæc verba quæ locutus est Moyses omni Israel trans Jordanem in deserto ad occidentem (Deut. i, 1).* Moyses tamen, Jordanem nullatenus transiit: erat ergo extra ad Hebræorum viam, trans vero ad terræ sanctæ situm. Sub hac mansionem ad Seon Amorrhæorum regem legatos Moyses destinavit, ut ei cum populo per duas terras committentem praberet, adque omni scorum prorsus lesione: *Transivimus, inquit, per terram tuam, non delicta-**

bitas neque ad agrum, neque ad vineam, neque bibemus aquam de puteo; via regia transivimus (Num. xxi, 22). Seon vero id omnino recusans dura respondit: immo valido exercitu armato, ad fluvium Arnon, qua Israel transiturus erat, ut viam impediret, oppugnantique resisteret, primus descendit. Sed divina factum est virtute, ut rege in prælio extincto, Hebræi Amorrhæorum populum in occisione gladii percusserint, eorumque terras vastantes depopularint. Interim Og rex Basan, ut auxilium Amorrhæo praberet amico, ingentes copias armat, quibus Israel hostiliter impugnaturus aggreditur. Sed Israel superna dominans ope, et ipsum in bello regem peremit, exercitum omnem extinxit, universam denique terram eorum subegit; unde cum insigm victoria grandes divinarum copiarum reportavit. Quæ omnia Josephus suo sermone perscripsit (*Lib. iv Antiquit. cap. 4*).

XLIII^a mansio, apud JORDANEM. — Mansio quadragesima secunda habetur in campestribus Moab apud Jordanem; ideo dicit: *Et profecit de Anibus Abarim, venerunt ad occidentem Moab, supra Jordanem juxta Jericho; ibique castrametati sunt apud Jordanem inter Belsimon, usque Balsachin, in occidente Moab (Num. xxxiii, 48).* Alto in loco mansionem eandem meminit Scriptura, dicens: *Et discedentes filii Israel, castrametati sunt ad occidentem Moab, apud Jordanem, juxta Jericho (Num. xxi, 1).* Denique postrema lujus laboriosi diuturnique filiorum Israel itineris a Moysè per verbum Dei descripta mansio hæc est. In qua licet pfulum dicta gesta que sint memoratu digna, pauca tamen hæc enarrabimus. Primus Balac Moabitæ rex cerneis filios Israel tanto proficere incremento, tamque secundis eorum res prosperari succubibus, magnam rerum statum formidinem concepit, ut in iis quæ ad populum Madian prælocutus est, apparet. Inquit enim: *Nunc linget congregatio hæc omnes, qui in cœnita nostro sunt, sicut linguæ dirutus videntis ex campo (Ibid., 4).* Quare armis haud eos palam invadere ausus, deliberavit; ne sustinent potentiores officerentur, ad vacatas artes confugere. Unde Balaam magum ad se accersitum rogavit, ut imprecationibus, maledictisque ejus artibus populum malediceret, perderetque. Quod ab ipso nec suasionibus, nec muneribus, divina obstantem providentia, obtinere unquam potuit; quin imo ipse magus, Domino os ejus aperiente, bona precatus est populo, factisque predixit successus: *Quam pulchræ, inquit, tæc domus, Jacob, tabernacula tua, Israel, tanquam valles ubundantes, tanquam flori super fluvium, et velut tabernacula quæ fixi Bonitas (Num. xxiv, 3); et infra: Benedicentes te benedicti sint, et maledicentes te maledicti sint; item: Orietur stella ex Jacob, et exurges homo ex Israel (Ibid., 17).* Deinde quia Madianitarum amore mulierum populus, deserto vero Deo, ad idola diverterat, Phinees Eleazar filius, Aaronque nepos zelo zelatus pro Domino exercituum, antequam per licentiam fortibus grassarentur iniquitas, Hebræum et Madianitidem fecerunt in fornicatione comprehensus, et coram Moysè addu-

ctos publice evaginato pugione peremit : cujus exemplo provocati plerique arreptis in fornicarios armis insurrexerunt, et ad internecionem cæsa sunt die illa viginti quatuor hominum millia. Quare peremptis fornicariis, reconciliatus est cum populo Deus : *Et cessavit, inquit, plaga a filiis Israel (Num. xxv, 8)*. Insuper quia Chananæorum terra, ad quam filii Israel possidendam per verbum [Dei tendebant, e vicino jam prominebat, ipsique terræ sanctæ per quadraginta et plures annos fugientis fere jam oras predebant ; et quia non nisi armata manu, viribusque infractis, illam capere ipsis præstatur : idcirco Eleazar sacerdos novam populi ad bellum apti computationem facere Dei mandato decrevit, in qua præter tribum Levi, ad specialem Dei cultum destinata, et mulieres, sexcenta millia et mille septingenti triginta viri, a viginti annis et supra, ad bella parati, ut Scriptura inquit, numerati sunt. Alia vero quam plurima ad religionem Dei que cultum, nec non ad rem publicam bello paceque moderandam spectantia, Moyses Eleazarque sacerdos in hac mansionem in ordinem redegerunt (*Num. xxvi, 51*) : quæ ne in nimis longum nostram protraherent lectionem, vel quia sæpius aliis in locis ea digessimus, nunc omittenda censemus. Silentio tamen prætereundum non duximus, quod Moyses extremum sibi tandem per verbum Dei instare diem agnoscens, declarato sibi successore, populi que duce, mandato Dei, Jesu Nave, præscriptisque benedictionibus ac maledictionibus (*Deut. xxxiv, 1 et seq.*), quibus observatores prævaricatoresve divinæ legis incurrerent, nec non

A prænuntiatis singulis tribubus quæ in illos singillatim superventura forent, super montem Nebo descendit, indeque amplam, optimamque Chananæorum regionem, terram utique lacte et melle manantem, patribus repetitis etiam oraculis repromissam, monti Nebo ex adverso positam, et oculis perlustravit, et animo consideravit, et ut Apostoli verbis (*Hebr. xi, 13*) utar, e longe salutavit. Quo denique peracto, dixit illi Dominus : *Ostendi terram hanc oculis tuis, sed illius non ingredieris (Deut. xxxiv, 4)*. Et confestim per verbum Dei mortuus est, et sepultus in valle : et sepulcrum ejus nemo novit usque in hodiernum diem. Hic finis Moysi, mansionumque populi jussu Dei in ordinem recensitarum. Cæterum nonnulla mystica nunc explicanda forent, nisi horum pleraque per tractatum præsentem sparsissemus, alia vero in aliis locis explicassemus. Illud denique observandum operæ pretium judicavimus, quod universis hic transitus ideo commemoratur, propterea que omnis hic cursus consummandus proponitur ; ut ad Jordanem Dei fluvium demum pervenientes, divinæ undis sapientiæ irrigemur ; ut per omnia purificati, promissionis terram, Deo tandem miserante, intrare, et cum Apostolo dicere valeamus : *Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi, et justitiæ coronam quam Dominus justus judex reddet in illa die iis, qui diligunt adventum ejus (II Tim. iv, 7, 8)*, reponatur nobis per Jesum Christum Dominum nostrum, cui cum Patre et Spiritu sancto omnis est honor, gloria, et perpetuitas in sæcula sæculorum. Amen.

IN SUBSEQUENTIA COMMENTARIA ADMONITIO.

Quantum olim multis sæculis conspiratum est, ut sequens Opus sancto Ambrosio tribueretur ; tanta consensione quotquot nunc viri eruditi audiunt, illud eidem volunt adjudicatum. Etenim jam inde a nono sæculo Hincmarus (*Tract. de Divortio Lotharii, etc.*), *Ecclesia Lugdunensis (Tom. iv Bibl. PP. part. II)*, concilium Aquisgranense tertium (*Ann. 862, cap. 8*), Amalarius, Prudentius, Haymo et plures alii ejusdem temporis auctores multa ex his ipsis Commentariis sub Ambrosii nomine protulerunt. Rabbanus Hincmari synchronus in *Expositione Paulinarum epistolarum ex Patribus collecta plurimos locos in quinque priores epistolas adducit tamquam vere Ambrosianos, qui re vera exstant in his nostris Commentariis. Inde quoque nonnulla in priorum ejusdem Pauli epistolarum explicationem transtulit Sedulius, Ambrosii nomine semel ascripto. Lanfrancus etiam in sua Compilatione sancto Doctori attribuit ea fragmenta, quæ ex hoc Opere mutuatus est. Denique hoc Opus pro Ambrosiano admissum fuit a Gratiano, P. Lombardo, Ivone Carnutensi, aliisque innumeris. Verumtamen cum tam universalis opinio Erasmo, Turriano, aliisque non usque adeo certa visa esset, illam deinceps, re penitus examinata, uno calculo omnes proscriptere.*

Quamobrem actum agere nobis videremur, si longius in probanda re sane quam exploratissima immoraremur. Non silebinus tamen stylum Operis tantopere abhorre ab Ambrosiano, ut plane mirum sit tam tarde deprehensam esse illam diversitatem. Sed nec levis inter utriusque auctoris doctrinam dissidium est ; quippe in Ambrosiastro non solum occurrunt quædam placita extraordinaria, et a veri Ambrosii opinionibus immane quantum discrepantia ; verum etiam in asserendis dogmatibus maxime catholicis inter utrumque non satis convenit, et iis refellendis quæ Ariani objicere solebant, ab illo adhibentur ea responsa, quibus neglectis, omnino diversa proponit sanctus Doctor. Ad hæc inutile fuerit id, quod nemini non est obvium, observare, nimirum in græca lingua prorsus peregrinum existisse illum scriptorem. Quid vero si subjungamus non tantæ perspicuitatis esse, num omnino Commentaria in Paulum fecerit Ambrosius ? Verum ut maxime hujusmodi expositionem vir Sanctus ediderit, saltem admodum credibile est eam Cassiodori temporibus jam periisse ; hoc enim conjici potest e sequentibus ejusdem verbis : Dicitur etiam, inquit, beatum Ambrosium subnotatum codicem epistolarum omnium

sancti Pauli reliquisse, suavissima expositione completum; quem tamen adhuc invenire non potui, etc. (*Lib. de Inst. divin. litter. cap. 8*).

*In eo ergo tota difficultas est, ut verus parens hujus Operis investigetur. Placuit nonnullis compilatorem fuisse illum, qui scissis ex Chrysostomo et Hieronymo laciniis centonem inde consecerit. Volunt alii prologos singulis expositionibus præfixos inepti consarcinatoris esse, potissimum ex Hieronymo frustula multa suffurati. Attamen in Operum eorundem Patrum collatione hoc nequaquam deprehendimus. Contra vero satis frequenter animadvertimus ab illorum opinionibus hunc dissidere, alias explicationes afferre, interdum non eodem modo, quo illi solent, Apostolicum textum citare, ac tandem sicubi cum ipsis conveniat, id inde factum, quod eos qui commentaria lucubrant in eundem librum, ubique discrepare impossibile sit. Neque tamen ibimus inficias auctorem nostrum ab Hieronymo mutuatum quædam videri, sed eum propterea compilatorem, quo quidem sensu illi intelligunt, habendum esse non arbitramur. Ex aliis autem qui horum Commentariorum auctorem eruere conati sunt, qui eadem Remigio attribuerunt, frustra fuere. Etenim cum in Bibliotheca Patrum, tum in manuscriptis non paucis Remigiana exstant ab his nostris plane diversa. Non desuerunt etiam qui hanc commentationem vel Juliani vel alterius cujuspiam Pelagiani esse contenderent. Sed inventi sunt similiter scriptores, quibus illius auctor videretur liberandus ab ista nota, et si quid forte quod illis hæreticis favere posset, illic occurrat, hoc eo referendum, quod cum ante exortam eorundem hæresim ille scriberet, minus caute considerateque esset locutus. Ultima tandem, quæ et communior, eorum opinio est, qui Hilarium Romanæ Ecclesiæ diaconum, qui cum Luciferiano schismati adhærisset, ab Hieronymo tam aspero stylo exceptus fuit (*Dial. adv. Lucifer. post med.*), verum hujusce Operis Auctorem dicunt. At cum sint quoque a quibus huic sententiæ contradicatur, illud accuratius perpendendum est.*

*Observabimus in primis vix ullum veri Ambrosii Opus esse, cujus plura exemplaria omnium ætatum ab octingentis annis reperiuntur, quam hujus Ambrosiastri: sed eorum nonnulla ab aliis dissidere haud mediocriter. Enimvero in bibliotheca Corbeiensi unum habetur tomis duobus comprehensum, quo nullum aliud, sive antiquitatem, sive characterem elegantiam spectes, præstantius videre nobis licuit. At cum in eo Commentaria in omnes Pauli epistolas, illa excepta quæ ad Hebræos inscribitur, sub nomine Ambrosii contineantur, cum aliis codicibus scriptis atque editis tantummodo in priores tres epistolas consentit, discrepat vero in cæteras. Rabbanus Maurus in Commentario suo ex Patribus collecto ulterius progressus, ea omnia nomine Ambrosii donat, quæ ex Ambrosiastro in epistolas quinque priores petita citat: sed in reliquis quidquid inserit sub titulo sancti Doctoris, ea in solo Corbeiensi codice reperire est. Citantur quoque ab Ivone Carnutensi (*Decret. part. xvi, cap. 84*) ex prologo expositionis epistolæ ad Philemonem verba nonnulla, quæ non nisi apud Rabbanum et in Corbeiensi codice reperias.*

Isthæc omnia quicquid attente consideraverit, jam mirari desinet multa in Auctore nostro desiderari, quæ a Lanfranco tamquam ex Ambrosianis Commentariis in Apostolum proferuntur: facileque animadvertet variis Paulinarum epistolarum enarrationibus Ambrosii nomen ab antiquariis inditum esse. Illud in super ad-jiciendum est eodem librarios magna licentia saltem in tres priores epistolas abusos esse; quandoquidem ab eis non raro longa fragmenta ibidem inserta fuisse probabile est, quæ in vetustioribus manuscriptis non inveniuntur, ut in variis lectionibus annotabitur. Indeque duci potest vehemens conjectura contra hujus Operis integritatem ac sinceritatem; nec expediti judicii rem esse cognoscitur, utrum unius an plurium auctorum lucubratio sit, affirmare.

*Cæterum si negabimus plurium esse, simul etiam satendum videbitur antiqui esse commentatoris. Quod enim ait (*In Epist. I ad Timoth. cap. iii*) de Ecclesia, cujus hodie rector est Damasus, aut interpolatori tribui debet (et sane illorum temporum usum non sapit, neque sensui necessarium est), aut planum fiet eundem auctorem ante annum 384, quo idem papa vivere desiit, Commentaria sua scripsisse. Hinc etiam potest id confirmari, quod marcionistas adhuc superesse illic testatur; quamvis, inquit (*Ibid., cap. 4*), pene defecerint. Certum quidem est ex Epiphanio (*Hæres. 42*) ac Theodoro (*Lib. I Hæres. fabul. cap. 24*) tarde admodum extinctos esse hos hæreticos: sed constat etiam pluribus locis haud ægre illos in Manichæorum, qui frequentius hic memorantur, partes transisse. Obiter quoque observandum videtur in hoc Opere mentionem fieri (*In Epist. II ad Timoth. cap. iii*) legis cujusdam adversus eos a Domitiano promulgatæ, quam in sola Collectione legum Mosaicarum et Romanarum intenas. Illud adhuc Auctoris antiquitatem magis designat, quod patricianos (*In Epist. I ad Tim. cap. iv*), quorum Philastrius (*Lib. de Hæresibus*) Angustinusque superstitum meminere, non prætermittit; cum ultra sæculum quintum nequiquam pervenerint. Præterea cæterorum hæreticorum, quos aggreditur longe plurimos, nullus refertur paulo recentior. Cumque in Donatistis, Novatianis, Arianis et Photiniunis refellendis crebrius atque operosius quam in aliis incumbat, id haud dubie indicio est posteriores hæreticos, puta Nestorianos et reliquos sequentium temporum necdum emersisse, sed eorum, quos modo nominabamus, hæreses tunc viguisse. Huc adde ab eo scriptore textum Apostoli subinde citari ex alia versione, quam qua nunc utimur: et veteris Testamenti testimonia ex versione LXX Senum petita esse. Illud etiam eodem spectat, quod ex auctoribus ecclesiasticis non nisi Tertulliani, Cypriani, ac Victorini locos adhibet, quorum ultimus Damasum æquavit antiquitate. Ad postremum inde similiter astrui potest eadem ætas, quod in ægrotantium baptisate, aliisque capitibus non paucis, ecclesiasticam illorum temporum disciplinam pulchre repræsentet.*

Omnia a nobis hic memorata videntur suffragari eorum sententiæ, qui hæc Commentaria ab Hilario edita videntur: in quam opinionem adducti fuere Augustini testimonio, contra Pelagianos ita scribentis (Lib. IV cont. duas Epist. Pelag. cap. 4): Nam etsi sanctus Hilarius intellexit quod scriptum est: In quo omnes peccaverunt, ait enim: In quo, id est, in Adam, et cætera quæ ad apices in hoc Opere legere licet. Atqui isthæc, inquit, quadrare nequeunt nisi in Hilarium Diaconum, qui se Damaso fuisse coævum ipse significat. Illis quidem objectionem fuit rebaptizantes acriter argeri ab hoc Auctore; cum eodem crimine Hilarius infestus esset: ac præterea nunquam Augustinum attributurum fuisse huic Hilario titulum sancti, quem factio schismate, ab Ecclesia recessisse non ignorabat. Sed responderetur eum non omnes hæreticos rebaptizandos arbitratum esse, ab solos Arianos, easque distinctione ipsum indicasse in eam opinionem non alia re sese adductum, quam quia fidem hæretici de Trinitate non recte sentientes, forma etiam non legitima in baptismate uterentur; atque adeo nihil vetuisse, quominus hæreticos, qui catholicos rebaptizabant, is impeteret. Secundæ objectioni satisfacere sibi videntur, si memoratum honoris titulum argumento esse negaverint sanctum Augustinum de Hilario Luciferiano accipiendum; sed potius indidem conjiciendum esse aut diaconum illum secessionem nunquam fecisse ab universa Ecclesia, servata nimirum cum ejusdem capite beato Damaso pace et comunione: aut ipsum tandem priusquam e vivis excederet, in gratiam rediisse cum catholicis. Verum hujusmodi responso plane contrarius est Hieronymus; quippe qui de Hilario non tamquam ab episcopis aliquot, aut tantum ad tempus, sed ab omni catholica societate, ac per universum vitæ curriculum separato loquatur (Dialog. adv. Lucifer. post med.). Contra hanc opinionem id etiam facit, quod Hilarius, utpote Romanæ Ecclesiæ diaconus, de eadem non quasi peregrinus aut alienus locutus esset. Quo enim pacto de sua Ecclesia potuisset scribere: Nunc septem diaconos esse oportet, et aliquantos presbyteros, ut bini sint per Ecclesias (In Epist. ad Timoth. cap. III)? Etenim cum, imperante Diocletiano (Optat. lib. II), jam basilicæ quadraginta essent in Urbe, non aliquantos presbyteros, sed ut minimum octoginta illic ordinari necesse erat.

Nec dubium est quin hæ ipsæ causæ Petavio in mentem induxerint, ut eadem Commentaria Hilario quidem arrogaret, sed alii a Luciferiano, quisquis denum ille fuerit. Et sane (Ughellus Ital. sacr. tom. I, part. II, pag. 6) ut Hilarium sub Damaso non haberemus Papiensem episcopum, sanctitate et zelo in Arianos clarum, cui forte illa possunt ascribi, supersunt adhuc multæ scriptiones, quorum auctores tantum cognoscantur nomine tenus, quosque penitus ignoraremus, nisi eosdem ab alio semel nominari casu contigisset. Verum licet universim negari ista nequeunt; possunt tamen illis opponi Augustinum contra Pelagianos acerrime originalis culpæ doctrinam impugnantes non usurum fuisse testimonio ejus auctoris, qui sicubi eam videtur agnoscere, aliquando tamen contrariam præ se fert: quique aperte Pelagianis favere a gravissimis et probatissimis theologis existimatur, et uno saltem loco manifeste Semipelagianus pronuntiatur a Justiniano e Societate Jesu viro doctissimo (Comment. in Epist. I ad Cor. cap. XIV). Quid si huc adjecerimus et alios errores, qui passim iisdem in Commentariis deprehenduntur? Certe defendi non potest eorum auctor, quin cum Origene senserit (Ex Estii Comment. in Epist. ad Eph. cap. III) in voluntate dæmonum esse ab errore resilire. Exploratum quoque ulcus est, quod marito fas usque esse contendit (In Epist. I ad Cor. cap. VII), uxore propter adulterium repudiata, aliam ducere: uxori autem ab adultero conjugæ separatæ cum alio inire conjugium licere negat. Sed nec illa etiam satis sana sunt, quod factam (In Epist. I ad Cor. cap. XI et XIV, et in Epist. ad Colos. cap. III) ad imaginem Dei mulierem esse: natione superioris presbyteris gradum obtinere (In Epist. ad Eph. cap. IV), aut diversâ instillatæ ordinatione inficiari; et quædam alia communi catholicorum sensui minus congrua subinde tradit.

Præterea etiamsi multa sint, quæ ad vindicandam huic Operi eandem cum Damaso antiquitatem favere videantur, in eo quoque occurrunt alia, ex quibus in ætatem multo posteriorem rejici possit. Ut enim hic omittamus nullum Latinorum in Pauli Epistolas præterquam Victorini Commentarium agnosci ab Hieronymo in Auctoribus Ecclesiasticis; minime abhorret a verisimili plurima in hosce libros ex Augustino, Chrysostomo, et Hieronymo translata esse; immo etiam, quod observatu sane dignum est, ex illo ipso commentatore, cujus lucubratio ad calcem operum Hieronymi edita, Pelagii esse a nullis perhibetur. Etenim cum sint loci non pauci qui totidem verbis legantur in utroque commentario, atque adeo alterum ab altero mutuo sumpsisse non sit dubium, minus probabile existimamus Hieronymi astrum, qui tam brevis ac concisus est, ex Ambrosiastro quædam petiisse, quam e converso. Ad hæc insuper licebit adjungere ab hoc auctore non minore studio probari Christum Dominum adoptione non esse Dei Filium, quam si post errores Felicis atque Elipandi scripsisset (In Epist. ad Philipp., cap. II).

Illis temporum differentiis si addideris nonnullam in diversarum epistolarum expositionibus dictionis ac sententiæ super eadem materia discrepantiam, nec non disserendi modo fusissime, modo contractissime inæqualitatem, erit forsitan qui ejusdem manus omnia hæc Commentaria esse dissensiat, aut saltem ad quempiam hujusmodi compilatorem referenda autumat, qui in metendis variis Operibus, quorum multa interciderint, aliquas temporis singularum notas ita retinuerit, ut sui pariter æri nonnullas adjecerit. Verum quantavis difficultas sit in assignanda sive Auctoris, sive Operis antiquitate, manu exarata eorundem Commentariorum volumina, sicut et scriptores a quibus citata expilatave reperiuntur, planum faciunt eisdem tempus sæculo octavo posterius adjudicari nequitiam posse.

Non deerunt fortasse, qui sententiam nostram scire abeant de Auctore Quæstionum novi et veteris Testa-

menti, quem cum Ambrosiastro eundem esse multi post Theologos Lovanienses, a quibus iidem libri in appendicem Operum sancti Augustini (Tom. III, part. 1) reiecti fuere, arbitrati sunt. Verum quæ hæcenus disputavimus, satis ostendunt de hac re statuere non esse proclivis negotiis. Proferuntur quidem longe plurima, quæ in utroque Opere iisdem verbis, iisdemque citatis Scripturæ locis in oculos incurrant: sed nihil inde colligi potest, nisi hæc ipsa ex ullo in aliud transcripta esse. Attamen magis probabile est auctorem Quæstionum, si tamen earum auctor unus est, cum sit in tractando multo fustior, et Ambrosiastri erroribus plures adjecerit sibi proprios, hujus esse compilatorem.

Cæterum cum negari nequeat huic Operi utilitatem inesse suam, cumque ad hanc usque editionem locum inter Ambrosii commentationes obtinuerit, nec non citata ejus nomine passim occurrat; in hanc Appendicem eo libentius istud admittimus, quo plures mss. erant ad manum, quorum subsidio exiret multo correctior. Inter alias autem emendationes amplissimum fragmentum in fine Commentarii epistolæ primæ ad Corinthios, et in sequentis initio restitimus, cujus facturam e laciniæ Commentarii Pseudo-Hieron. resararat scriptor quispiam.

Admonendum modo superest Commentarium in Epistolam ad Hebræos a nobis esse prætermissum. Illud antiquiores nos. non agnoverunt neque Amerbachius neque Erasmus. Cum vero ab his qui postea curam Ambrosianæ edit. suscepere, admissum esset, adeo non fessit viros iudicii eruditioris, ut nequidem ejusdem auctoris, cui tribuntur superiora, esse crederetur, multo igitur minus Doctoris nostri. Et re vera nihil aliud est, quam parum digesta Patrum aliquot compilatio, quæ cum amplior inter Opera Rhabani Mauri vulgata fuerit, ibique singulorum fragmentorum auctores a regione legere liceat, nihil esse causæ nobis visum est, cur ea in editionem nostram reciperetur.

COMMENTARIA IN XIII EPISTOLAS BEATI PAULI.

IN EPISTOLAM AD ROMANOS.

PROLOGUS.

25 Ut rerum notitia habeatur plenior, principia earum requirenda sunt prius; tunc enim ^a potest facilius causæ ratio declarari, si ejus origo discatur: cum enim epistolæ datæ modum et rationem ostenderit, potest verum videri, quod dicimus. Constat itaque temporibus apostolorum Judæos, propterea quod sub regno Romano agerent, Romæ habitasse: ex quibus hi qui crediderant, tradiderunt Romanis ut Christum profitentes, Legem servarent: Romani autem audita fama virtutum Christi, faciles ad credendum ^b fuerunt, utpote prudentes: nec immerito prudentes, qui male inducti statim correcti sunt, et permanserunt in eo.

^c Hi ergo ex Judæis, ut datur intelligi, credentes Christo, non accipiebant Deum esse de Deo, pu-

^A tantes uni Deo adversum; quæm obrem negat illos spirituales Dei gratiam consecutos, ac per hoc confirmationem eis deesse. Hi sunt qui et Galatas subverterant, ut a traditione apostolorum recederent: quibus ideo irascitur Apostolus, quia docti bene, facile transducti fuerant. Romanis autem irasci non debuit, sed et laudare fidem illorum; quia nulla insignia virtutum ^d videntes, nec aliquem apostolorum, susceperant fidem Christi ritu licet Judaico, in verbis potius quam in sensu; non enim expositum illis fuerat mysterium crucis Christi. Propterea quibusdam ^e advenientibus, qui recte crediderant, de edenda carne et non edenda quæstione sebant; et utrumnam spes quæ in Christo est, sufficeret, aut et Lex servanda esset.

^B Quatuor igitur modis scribit ^f Romanis, arguens

^a Rom. edit., *facillius poterunt demum intelligi, cum earum origines discantur*: aliæ vero et mss. satis inter se consentiunt; nisi quod Flor., Vind. et Corb. unus in verborum ordine, et sæpe etiam in sententiis a cæteris col. discrepant, quos tamen ob scripturæ antiquitatem in hoc prologo potissimum sæculi sumus.

^b Edit. Gill. in marg. et Rom. in corp., *fuerant: sed male inducti, statim se correxerunt, et manserunt in eo, utpote prudentes*. At Rom. edit. duo postrema incisa etiam invertit.

^c Edit. ac mss. non pauci, *Isti igitur ex Judæis credentes, et improbe sentientes de Christo, Legem ser-*

vandam dicebant, quasi non esset in Christo salus plena. Ideo negat illos spirituales gratiam consecutos. Hi sunt qui et Galatas subverterant, ut a traditione Apostoli recedentes judaizarent.

^d Iidem. mss. et edit., *videntes insignia, susceperant fidem Christi, quamvis corrupto sensu; non enim audierant*; Rom. edit., *plane audierant mysterium*, etc.

^e Citati mss. et edit., *de Judæa in urbem Romam advenientibus, sicut et Priscilla et Aquila, qui recte sentirent*; edit. cum Flor., Vind. et Colb. soti exhibent sequentia, et utrumnam spes... et Lex servanda esset.

^f Edit. Rom., *hi enim caput sunt omnium gentium,*

ab initio genus hominum physica ratione; hi enim caput sunt omnium gentium, ut in his discant ceteri universique gentiles. Primus modus est, quod se ostendit quid sit, et quid fuerit, et cuius sit, quo et hæreses percutit. Secundus modus est, quo arguit quod naturæ ratione non se subjecerint uni Deo, et quæ inhonesta et turpia egerint invicem, despecti ob hoc a Deo; ut gratulentur credentes. Tertius modus est, quod Legem spreverunt datam; unde anteponebat Græcis Judæos. Quartus modus est, quo docet Judæos exorbitasse a Lege et promissione Dei in causa Christi, factosque similes gentilibus; ut utrique indigeant misericordia Dei, non per Legem salutem sperando, sed per fidem Christi Jesu.

Hinc est unde omni industria id agit, ut a Lege eos tollat; quia Lex et prophetæ usque ad Joannem (*Luc. xvi, 16*): et in sola illos fide Christi constituat, et quasi contra Legem, Evangelium vindicat, non destruens Legem, sed præferens christianismum. ^c Asserit enim sic Christum promissum, ut prædicato eo cessaret Lex: non tota, quia abbreviatio facta Legis est, quæ compendio daret salutem; multa enim **26** veteribus tradita sunt propter duritiam cordis illorum, ut oneri esset, quæ misericordia Dei abbreviavit per Christum data præteritorum remissione. Ingratus est ergo misericordiæ Dei, qui vult esse sub Lege; nam dixerat Moyses: Sic timentes ^d facietis filios Israel (*Levit. xv, 34*); ut quacumque se verterent, Legem haberent, ut sine sollicitudine omnino non essent. Igitur ut in Christo sine Lege spem vitæ salutisque ponendam tradat, et Dominum ipsum esse omnium doceat, sic incipit:

CAPUT PRIMUM.

(Vers. 1.) *Paulus servus Christi Jesu.* Apud veteres nostros ^e ratione nomina componebantur, ut Isaac propter risum, et Jacob propter calcaneum; ita et iste propter inquietudinem Saulus est nuncupatus: postquam autem credidit, ^f ex Saulo Paulum se dicit, hoc est, immutatum. Et quia Saulus secundum supradictum sensum, inquietudo seu tentatio interpretatur, hic cum ad fidem Christi accessit, Paulum se dicit, id est, quasi ex tentatore factum quietum, humilemque, vel parvulum; quia pax est fides nostra. Cum prius enim tentationes ^g ex inquietudine Judaismi Dei servis inferret, post

ut in his discant ceteri, arguens ab initio genus hominum partim physica ratione, partim per Legem: mss. vero nobiscum faciunt, nisi quod alii retinent, partim per Legem, alii prætermittunt.

^a Ita Carn. et alii quatuor mss.; reliqui vero et edit., a Lege et prophetis in causa Christi.

^b Cod. Prat. et Gen., *Evangelium vincat.*

^c Omnes edit., *Ostendit... ut illo adveniente: mss. vero plures, ut in textu.*

^d Corb. codex, *facietis filii Israel.*

^e Rom. edit., *occasione nomina imponebantur.*

^f Eadem edit., *ex Saulo Paulum nuncupatum, hoc est, immutatum: aliæ edit. ac mss. nobiscum faciunt, nisi quod pro immutatum, cod. Mich. legit, imminutum; non incommode.*

^g Edit. Gill. in marg. et Rom. in textu, cum mss.

ipse tentationes passus est propter spem, quam ante amore Judaismi negarat.

Servum autem Christi Jesu se profitens, a Lege se exutum ostendit. Et ideo utrumque posuit, id est, Jesu Christi: ut et Dei et hominis personam signaret: quia in utroque est Dominus, sicut et Petrus apostolus testatur dicens: *Hic est, inquit, omnium Dominus.* Quia ergo et Dominus, et Deus est, dicente David: *Quia Dominus ipse est Deus* (*Psal. xcix, 3*): quod hæreses negant. Marcioni enim videtur odio Legem Christum et corpus ejus negare, Jesum profiteri: Judæis autem et Photino propter zelum Legis, Jesum negare quod Deus sit.

^b Nam quotiescumque aut Jesum dicit aut Christum; aliquando Deum, aliquando hominem significat, sicut hoc loco inter cætera: *Et unus, inquit, Dominus Jesus, per quem omnia* (*1 Cor. viii, 6*), quod utique ad Dei Filium pertinet, juxta quod Deus est. Et alio loco: *Jesus autem, inquit, proficiebat ætate et sapientia* (*Luc. ii, 52*), quod utique homini competit.

Vocatus apostolus. Propter quod Deum cognovit et fatetur, factus idoneus ⁱ servus, promotum se ostendit dicens: *Vocatus apostolus, hoc est, a Domino missus ad res ejus agendas.* Per quod ostendit ⁱ hunc meritum habere apud Deum, qui servit non Legi, sed Christo; Dominus est enim Filius hominis etiam sabbati (*Matth. xii, 8*).

Segregatus in Evangelium Dei. Evangelium Dei est bonum nuntium Dei, quo peccatores ad indulgentiam convocantur: Apostolus autem, quoniam in Judaismo locum doctoris habebat, utpote pharisæus, ideo a Judaismi prædicatione segregatum se dicit in Evangelium Dei; ut a Lege dissimulans, Christum prædicaret, qui quod Lex non potuit, **27** credentes in se ^k justificaret. Sed non contra Legem, sed pro Lege est: ipsa enim hoc dicit futurum, dicente Esaiæ propheta: *Veniet ex Sion, qui eripiat et avertat captivitatem ab Jacob; et hoc illis a me testamentum, cum abstulero peccata eorum.*

Igitur si lex Dei data est per Moysen, et prædicatio novæ Legis Dei est; quid est quod differt, ut a Lege quam Deus dedit, translatum se dicat in Evangelium Dei? Sic est hoc, quomodo qui a secundo gradu accedit ad primum, et a bono ad melius. Lex enim a Deo data est ad correctionem disciplinæ;

quibusdam, ex æmulatione Legis; hoc est, inquietudine, etc.

^b Ita edit. Amerb. et Eras. cum mss.; Gill. autem et Rom. edit., *Nam quotiescumque Scriptura.* Sed in aliis recte subintelligitur *Paulus, vel Apostolus.*

ⁱ Mss. nonnulli, *servus primo, tum se ostendit.*

^j Corb. codex, *hoc meritum se habere.*

^k Rom. edit. cum mss. nonnullis quidquid a verbo *justificaret* usque ad *Igitur si lex Dei* interjicitur, jugaverat, quod nos et pluribus mss. et ant. edit. restituumus. Itursus vero eadem edit. Rom. totum illud quod ab eisdem vocibus *Igitur si lex Dei* incipiens, aliis istis terminatur, et quem misisti Jesum Christum, ex variis lectionibus Gill. in textum restituit, quod nos earumdem lectionum ac ms. Corb. auctoritate retinuumus.

Evangelium autem Dei est, per quod mysterium Dei manifestatur, quod latuit a sæculis in Deo: quod est Christus. Ad quod omnes invitati apophoreta duplicia consequuntur; remissam enim peccatorum accipiunt, et filii Dei fiunt: ut jam mori non possint secunda morte. Hinc est quod Dominus in Evangelio: *Hæc est, inquit, vita æterna, ut cognoscant te solum verum Deum, et quem misisti Jesum Christum* (Joan. xvii, 3).

(Vers. 2.) *Quod ante promiserat.* Ut probet ratam et integram fidei spem esse in Christo, jam prius Evangelium ejus dicit a Deo promissum: et ut ex eo idoneum illum sponsorem vitæ doceret, priusquam veniret, testimonium ei datum ostendit, paria attestante Petro apostolo: *Nec enim aliud datum est, inquit, nomen sub cælo, in quo oporteat nos salvos fieri* (Act. iv, 12).

Per prophetas suos. Ut manifestius salutarem esse adventum Christi significaret, etiam personas, per quas promissionem signaverit, demonstravit: ut quam vera et magnifica sit promissio ex his videretur. Nemo enim rem vilem magnis præcursoribus nuntiat.

In Scripturis sanctis. Hoc ad cumulum veræ protestationis adjecit, ut majorem fiduciam credentibus faceret, et Legem commendaret; sanctæ enim sunt scripturæ, quæ et vitia damnant: et sacramentum illic unius Dei, et incarnationis continetur Filii Dei pro salute humana, testibus signorum prodigiis.

(Vers. 3.) *De filio suo.* Dignum fuit, ut quia Deus Filium suum proprium mundo promittebat, per claros viros illum promitteret; ut ex iis quam potentissimus esset, qui prædicabatur, posset sciri, ut Scripturis sanctis adventum ejus futurum insereret, et ut falsum non posset videri, quod a sanctis prædicatum est Scripturis.

Qui factus est ei ex semine David secundum carnem. Eum qui erat Dei Filius secundum Spiritum sanctum, id est, secundum Deum (quia Deus spiritus est, et sine dubio sanctus est), factum dicit juxta carnem Dei Filium ex semine David, juxta illud: *Et Verbum caro factum est* (Joan. i, 14); ut jam unus sit Dei et hominis Filius Christus Jesus, et sicut verus Deus est, verus esset et homo: verus autem non erit, nisi sit ex carne et anima; ut sit perfectus. Qui enim ex æterno Dei Filius erat, ignorabatur a creatura: dum vult autem manifestari pro humana salute, visibilis debuit et corporeus fieri; quia et cognosci se voluit per virtutem, et hominem a peccatis abluere in carne, morte devicta. Et ideo ex semine David fit, ut sicut de Deo rex ante sæcula natus est; ita et secundum carnem ex rege ortum regium caperet, factus opere Spiritus sancti de Virgine,

^a Eadem Rom. edit. sola, et integram fidem esse.

^b Mss. aliquot, *Dei Filium ex Maria.*

^c *Ut sicut verus... ex carne et anima,* ex variis lect. Gill. a Rom. edit. in textum admissa sunt, sed omissa illa, ut si perfectus, quæ nos ex eisdem Gill. lectionibus et cod. Corb. et Remig. restituumus.

^d Ita mss. magno consensu: edit. autem *Deus ante*

hoc est, natus: ut reverentia ei reservata, ex hoc ultra hominem cognosceretur; quia ab humanæ legis nativitate distaret, sicut prædictum fuerat ab Esaia propheta: *Ecce virgo in utero concipiet* (Esa. vii, 14), ut cum novum factum videretur, ac laude dignum, providentia quædam Dei circa visitationem humani generis futura dignosceretur.

(Vers. 4.) *Qui prædestinatus est Filius Dei in virtute secundum spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum Jesu Christi Domini nostri.* Filium Dei dicens, Patrem significavit Deum; addito autem spiritu sanctificationis, ostendit mysterium Trinitatis. Hic ergo qui incarnatus, quid esset, latebat; tunc prædestinatus est secundum spiritum sanctificationis in virtute manifestari Filius Dei, cum resurgit a mortuis, sicut scriptum est in psalmo octogesimo quarto: *Veritas de terra orta est* (Psal. lxxxiv, 12). Omnis enim ambiguitas et dissidentia resurrectione ejus calcata est, et compressa; siquidem adhuc in cruce positum, centurio videns magnalia, Dei Filium constitetur (Matth. xxvii, 54). **28** Nam et discipuli in morte ejus dubitaverunt, dicente Cleopha in Emmaus: *Nos putabamus quia ipse erat, qui incipiebat liberare Israel* (Luc. xxiv, 21). Et ipse Dominus ait: *Cum exaltaveritis Filium hominis, tunc cognoscetis quia ipse ego sum* (Joan. viii, 28); et iterum: *Cum exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me* (Joan. xii, 32), id est, tunc cognoscar omnium esse Dominus. Ideo autem non dixit ex resurrectione Jesu Christi, sed ex resurrectione mortuorum; quia resurrectio Christi generalem tribuit resurrectionem. Hæc enim major videtur virtus in Christo et victoria, ut ea potestate operaretur mortuus, qua operatus fuerat et vivus. Quo facto apparuit illuisse mortem, ut redimeret nos; unde Dominum nostrum hunc vocat.

(Vers. 5.) *Per quem accepimus gratiam et apostolatam ad obediendum fidei in omnibus gentibus pro nomine ejus.* Post resurrectionem manifestatus Filius Dei in virtute, gratiam dedit, justificans peccatores, et apostolos nominavit, quorum se hic socium dicit; ut apostolatus cum gratia esset doni Dei, non sicut Judæorum sunt apostoli. A Deo ergo Patre per Christum dominum hanc acceperunt potestatem, ut vice Domini signis doctrinam Dominicam acceptabilem facerent; ut virtutem, quam in Salvatore zelarentur perfidi Judæi, hanc in servis ejus a turbis admirari videntes, vehementius torquerentur. Testis enim doctrinæ virtus est, ut quia quod prædicatur, incredibile mundo est, gestis fieret credibile. Missos igitur apostolos vocat, ut prædicarent fidem omnibus gentibus, ut obedirent, et salvarentur; ut donum Dei non jam solis Judæis, verum sæcula natus est.

^e Mss. aliquot, *qui incarnatus quidem est, et latebat.*

^f Nonnulli mss., *et apostolos confirmavit.*

^g Rom. edit., *Mittit igitur apostolos, ut prædicarent.*

etiam omnibus gentibus concessum videretur : et hanc esse Dei voluntatem, ut in Christo, et per Christum omnibus miseretur, vicariis ejus predicantibus, hoc est : *Pro nomine ejus* ; sicut alibi dicit : *Pro quo legationis fungimur* (II Cor. v, 20).

(Vers. 6.) *In quibus estis et vos vocati Jesu Christi.* Hoc est, legatione nobis fungentibus in omnibus gentibus pro nomine Jesu Christi, inter quos estis et vos vocati ; quia donum Dei omnibus missum est, ut cum audiunt se inter ceteros vocatos, scirent se sub Lege agere non debere, quia sine lege Moysi susceperunt ceteræ gentes legem Christi.

(Vers. 7.) *Omnibus qui sunt a Romæ, dilectis Dei, vocatis sanctis.* Quamvis Romanis scribat, illis tamen scribere se significat, qui in charitate Dei sunt. Qui sunt hi, nisi qui de Dei Filio recte sentiunt? Isti sancti sunt, et vocati dicuntur ; sub Lege enim agentes male intelligunt Christum : et injuriam Deo Patri faciunt, cum an in Christo perfecta spes salutis sit, dubitant. Ideo sancti non sunt, neque vocati dicuntur.

Gratia vobis et Pax a Deo Patre nostro, et Domino Jesu Christo. Gratiam et pacem cum iis dicit esse, qui recte credunt. Gratia est, quia a peccatis absoluti sunt : pax vero, quia ex inimicis reconciliati sunt creatori, sicut dicit Dominus : *In quamcumque domum introieritis, et receperint vos, dicite : Pax huic domui* (Luc. x, 5). Et ut sine Christo nullam esse pacem et spem doceret, adjecit gratiam et pacem non solum a Deo Patre esse, sed et a Christo Jesu. Deum Patrem nostrum dicit propter originem, quia ab ipso sunt omnia : Christum autem Dominum, quia ejus sanguine redempti, facti sumus filii Dei.

(Vers. 8.) *Primum quidem gratias ago Deo meo per Jesum Christum pro omnibus vobis ; quia fides vestra annuntiat in universo mundo.* Finita præfatione ante omnia gaudium suum esse testatur, utpote gentium Apostolus, quod cum Romani regnarent in mundo, subjecerint se fidei christianæ, quam prudentibus sæculi humilis et stulta videtur. Cum ergo multa essent ex quibus gauderet in Romanis (c erant enim doctrina memorabilis et boni operis cupidi, studiosique magis agendi bene, quam sermonis, quod non longe est a religione divina), in hoc tamen primum gaudere se dicit, quia fides illorum in omni loco currebat ; d quamvis non secundum regulam ab auctoribus tradita veritatis, tamen quia quod ab uno Deo erat, interposito Christi nomine, coperant venerati, gratulatur, sciens illos posse proficere. Per quod etiam charitatem suam circa illos ostendit, quando congaudet bono concepto illorum, et hortatur ad profectum.

29 Gratias ergo agere se dicit Deo suo dicitur,

a Codex Mich., *Romæ in charitate Dei.*

b Rom. edit. sola, *sæculi hujus stulta videtur.*

c Eadem edit., *disciplina moralis*; vet. edit. et plures mss., *doctrinæ*; quidam, *disciplina memorabilis*. At omnino legendum cum Carn. ms. *doctrina memorabilis*, nisi quis malit cum Vat. cod. *doctrinæ memorabilis*.

d Codex Remig. ista inserit : *Mira enim res vide-*

quæ adhuc illorum non erat plene ; quia ex ipso est omnis paternitas (Ephes. iii, 15). Sed quia omnis dispositio salutis nostræ a Deo quidem, sed per Christum est, non per Legem, neque per aliquem prophetam, gratias quidem agere se dicit Deo, sed per Christum, quia fama fidei illorum erat profectus multorum ; ut hoc ipsum ad Dei providentiam referat per Christum. Aut enim gaudebant roborati, qui crederant : ceteri, quia videbant e principes suos factos : aut certe qui non crederant, poterant credere horum exemplo. Facile enim facit inferior, quod fieri viderit a priore.

(Vers. 9.) *Testis enim mihi est Deus, cui servo in spiritu meo, in Evangelio Filii ejus, quod sine intermissione memoriam vestri facio semper in orationibus meis.* Ut suadet charitatem, Deum testem dat, cui servit, ad quem et pretem pro his facit, non in Lege serviendo, sed in Evangelio Filii ejus, hoc est, non in eo quod Moyses servus tradidit, sed in eo quod Filius dilectissimus docuit ; quantum enim distat servus a domino, tantum distat evangelium a Lege : non quod mala sit Lex, sed quia melius est Evangelium. Deo itaque servit in Evangelio Filii ejus, ut ostendat Dei esse voluntatem, ut credatur in Christum.

Cui et servo. Quomodo? *In spiritu meo*, inquit, non in circumcissione mansueta, neque in neomeniis, et sabbato, et discretionis escarum ; sed in spiritu, id est, in mente. Quia Deus spiritus est, spiritu vel animo potius debet illi servire ; cui enim animo servitur, ex fide illi servitur. Hæc et Dominus factus est ad Samaritidem, putantem quod in mente adorari se Deus velit dicens : *Venit hora, et nunc est, quando veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu et veritate. Etenim Pater tales quærit, qui adorent eum. Spiritus est Deus* (Joan. iv, 23, 24). Adorantes ergo, in spiritu et veritate oportet adorare ; et non locus orationem commendat, sed devotus animus. Hoc est, in veritate adorare in spiritu Deum spiritum et Christum, unum ex quo omnia, et unum per quem omnia (I Cor. viii, 6). Hos quærit adoratores Pater. Memorem ergo se illorum in orationibus suis flagitat, ut seminet in illis charitatem ; facit enim illis desiderium sui. Quis enim non amet eum, quem audit memorem sui esse? Si enim ab iis qui missi non erant, libenter acciperant doctrinam sub nomine Christi, adulteratis verbis ; quanto magis ab eo, quem scirent esse apostolum, et ejus verba comitarentur virtus, desideraret audire !

(Vers. 10.) *Obsecrans si quomodo tandem aliquando prosperum iter habeam in voluntate Dei, veniendi ad vos.* Orationis suæ pro illis sensum ostendit ; Deum enim se dicit petere, e ut veniret ad Urbem ad probatur, et Domini gentium inclinarentur promissioni Judæorum.

e Ita vet. edit. ac mss. complures : edit. vero Gill. in marg. et Rom. in corp. cum abis mss., *principes suos fratres sibi factos in fide... viderit a potiore.*

f Edit. Gill. ac Rom., *ut Romam veniret ad profectum, etc.*

lectum illorum cum Dei voluntate, cujus prædicat donum. Tunc enim profectus adest, si quod agendum est, cum Dei voluntate agatur. Orat ergo ut quacumque ex causa jam daretur occasio, qua veniret ad Urbem; quia occupatus erat aliis prædicando: sic prosperum iter reputans, si Deo volente veniret; quia provida est Dei voluntas. Prosperum ergo iter est non incassum laborem itineris subire. Ilæc rogat ut Deus impleat, vocando illos ad suam gratiam. Aviditate animi loquitur; desiderat enim illos, sciens et illis et sibi prodesse, sicut alibi dicit: *Quod est gaudium nostrum et corona? Nonne vos in adventum Domini* (I Thess. II, 19)? Fructus enim Apostoli est uberior, si lucretur multos. Præterea quia majus gaudium est, si potentes mundi convertantur ad Deum, quia quanto inimici graves sunt, tanto magis reconciliati necessarii. Voluntati itaque ejus sic occasio data est, ut coæctus appellaret Cæsarem, et dirigeretur ex alia causa ad urbem Romam, Deo volente; ut impleret propositum voluntatis suæ. Denique in naufragio posito astitit Dominus dicens: *Noli timere, Paule, sicut enim testificatus es de me Hierosolymis, ita et Romæ* (Act. XXVII, 24).

(Vers. 11.) *Desidero enim videre vos, ut gratiam spiritualem vobis administrem ad confirmandos vos.* Confirmatio hæc tres personas requirit, annuentis Dei, administrantis Apostoli, accipientis populi. Nunc ergo desiderii sui voluntatem ostendit, quoniam esset voto circa illos; cum enim dicit: *Ut gratiam spiritualem vobis administrem*, carnalem illos sensum assecutus significat; quia sub nomine Christi non illa quæ Christus docuerat, fuerant assecuti, sed ea quæ fuerant a Judæis tradita. Se autem eupere citius venire, ut 30 ab hac illos traditione abstraheret, et spirituale illis traderet donum, ut acquirat illos Deo, participes illos faciens gratiæ spiritualis, ut in professione et fide sua essent perfecti.

Hinc datur intelligi superius non fidem illorum laudasse, sed facilitatem et votum circa Christum; christianos enim se profitentes, sub Lege agebant simpliciter, sicut illis fuerat traditum. Nam misericordia Dei ad hoc data est, ^a ut Lex cessaret, quod sæpe jam dixi; quia Deus consulens infirmitati humane, sola fide addita legi naturali, hominum genus salvare decrevit.

Quid est tamen ut cum scriptis illos corrigat, et a carnali sensu abstrahat, præsentiam suam necessariam dicat, ut gratiam illis spiritualem ministraret; cum ea quæ scribit, spiritualia sint: nisi propter hoc quia aliter dicta ad aliud solent rapi, sicut ab hæreticis fit? Ideo desiderat ut præsens doctrinam evangelicam sensu quo scribit, his tradat; ne sub auctoritate litterarum ejus non auferretur error, sed firmaretur: quippe cum præsens quæ verbis suadere non poterat, suaderet virtute, ut magis illis proficiat aditis.

(Vers. 12.) *Id est, simul consolari in vobis per eam*

A quæ invicem est, fidem vestram atque meam. Consolari se dicit cum illis, si apprehendant spiritualia; quia quamvis congaudeat fidei illorum, doleat tamen quia non rectam accipiebant fidem. Hoc affectu fuit Apostolus, ut aliena vitia quasi sua doleret. Ac per hoc consolemur, inquit, per unam atque eandem fidem, ut tunc consolatio una sit, si unius fidei efficerentur in Christo; ut administratio gratiæ spiritualis, evangelizante Apostolo, hunc præstaret effectum.

(Vers. 13.) *Non autem arbitror ignorare vos, fratres, quia sæpe proposui venire ad vos, et prohibitus sum usque adhuc.* Propositum et votum suum ostendit, quod quidem scire illos non ambigit per eos fratres, qui ab Hierusalem vel confinibus civitatibus causa suæ religionis ad Urbem veniebant, sicut Aquilla et Priscilla, votum ejus insinuantes Romanis. Cum enim sæpe vellet venire, et prohiberetur, sic factum est ut scriberet epistolam; ne diu in mala exercitatione detenti, non facile corrigerentur. Et fratres eos vocat, non solum quia reati erant; sed et quia erant inter eos, licet pauci, qui recte sentirent. Unde dixit: *Vocatis sanctis* (Rom. I, 7). Quid tamen est, *Vocatis sanctis*? Si enim jam sancti sunt, quomodo vocantur, ut sanctificentur? Sed hoc ad Dei pertinet præsentiam, quia quos scit Deus futuros sanctos, jam apud illum sancti suat, et vocati permanent.

Prohibitum tamen se dicit usque ad tempus datæ epistolæ, a Deo utique, qui sciens adhuc imparatos illos, ad alias urbes direxit Apostolum, quæ jam ad recipiendam veritatem essent capaces; quamvis sub nomine agerent Salvatoris, sed vitiis prohibebantur carnalibus; ne digni jam essent addiscere spiritualia. Denique volentes aliquando in Bithyniam ire, prohibiti sunt a sancto Spiritu Paulus et Silas (Act. XVI, 7): cur, nisi sciret adhuc affectum deesse? Apud Corinthios autem commonetur Apostolus, dicente Domino: *Loquere, ne tacueris; quia populus mihi multus est in hac civitate* (Act. XVIII, 9, 10). Non ergo otiose prohibitum se dicit, sed et causas morarum discrevit, et hos ut se præpararent adhortatus est; ut audientes sibi gratiam spiritualem ministrandam fore, dignos se efficerent, a vitiis carnalibus abstinentes, ad exiipiendam eam.

Ut aliquem fructum habeam et in vobis, sicut et in cæteris gentibus. Pro utilitate communi cupidum se veniendi ad hos declarat, ut et hi salutem spiritualis gratiæ consequantur, ratam habentes fidei suæ professionem; ut hic fructum habeat apud Deum ministerii sui, per quod accessit illos ad fidem rectam, exemplo cæterarum gentium: promptior enim sit quis ad rem sibi traditam, si illi multos videat assentiri.

(Vers. 14.) *Græcis et Barbaris, sapientibus et insipientibus debitor sum.* Debitorem se dicit horum, quos memorat, quia ad hoc missus est, ut omnibus prædicaret: per quod etiam omnes significat debitores; confiteri enim creatorem Deum, ex quo om-

^a Mss. aliquot, ut cessarent onera legis, quia, etc.

nia, et per quem omnia, et debitus honor est, et salus contentis. Græcos ergo gentiles posuit, sed eos qui Romani dicantur sive natione, sive adoptione: Barbaros vero eos qui Romani non sunt, quorum genus adversum est, ^a et sunt gentiles. Sapientes autem illos dixit, **31** qui mundanis rationibus eruditi, sapientes vocantur in sæculo; dum aut siderum speculatores sunt, aut mensuris, aut numeris, aut arti grammaticæ student, rhetoricæ, aut musicæ. His omnibus ostendit nihil hæc prodesse, nec vere sapientes esse, nisi credant in Christum: stultos vero hos dixit, qui simplicitatem sequentes, harum rerum imperiti sunt. His omnibus missum se prædicare testatur. De Judæis autem tacuit, quia magister gentium est. Ac per hoc debitorem se profitetur; quia ad hoc accepit doctrinam, ut tradat: et cum tradit, acquirit.

(Vers. 15.) *Itaque quod in me est, promptus sum, et vobis qui Romæ estis, evangelizare.* Quamvis se missum prædicare omnibus dicat gentibus, promptum tamen se Romanis asserit tradere Evangelium gratiæ Dei, apud quos ^b regni Romani caput et sedes est. Ad membrorum enim utilitatem vel requiem pertinet, si caput inquietum non fuerit. Ideo Romanorum pacem optat, ut non multum se jactet Satanas, et uberioris fructus habeat operis sui.

(Vers. 16.) *Non enim erubescere Evangelium; virtus enim Dei est in salutem omni credenti.* Hoc dicto illos tangit, a quibus acceperant non rectam fidem, apostolorum tamen doctrinam virtus commendabat; ut quia incredibile videbatur, quod prædicabatur, signa et prodigia ab apostolis facta testimonio essent, non diffidendum de iis quæ ab illis dicebantur, in quibus tanta virtus inesset (nulli enim dubium verba virtuti cedere, ac per hoc quoniam illorum ^c nulla visa erant portenta, prædicatio illorum sine virtute Dei erat), ideoque non se dicit erubescere Evangelium Dei, illos autem erubescere; quia ^d quod illi tradiderant, in reprehensionem veniebat, nec quoquam testimonio firmabatur, et discordabat a doctrina apostolica. Virtus igitur Dei est, quæ invitat ad fidem, et dat salutem omni credenti, dum peccata donat, et justificat; ut a secunda morte detineri non possit signatus mysterio crucis. Prædicatio enim crucis Christi ^e indicium est mortis evictæ, dicente apostolo Joanne: *Ad hoc enim venit Filius Dei, ut solveret opera diaboli* (1 Joan. iii, 9), ut omnis credens non teneatur a morte; quia signum habet quod victa mors est.

Judæo primum, et Græco. Id est, huic qui ex genere est Abrahamæ, et huic qui ex gentibus; in Græco enim gentilem significat: in Judæo vero eum, qui

^a Edit. Amerb. atque Eras. ac plures mss., et non sunt gentiles: melius edit. Gill. et Rom. cum cod. Mich. et Vall. negationem excludunt.

^b Ita vet. edit. ac mss. nisi quod pro Romani in nonnullis Roma ponitur; at neutra vox in Rom. edit. admissa est.

^c Mss. Flor. et Vind., nulla visa erat potentia; Corb., nulla vis erat potentia.

ex genere fuerit Abrahamæ. Nam Judæi ex tempore Judæ Machabæi dici cœperunt, qui in causa cladis restitit sacrilegiis gentium, et fiducia Dei collegit populum, et defendit genus suum. Fuit autem ex filiis Aaron. Quamvis ergo præponat Judæum causa Patrum, tamen similiter etiam ipsum indigere dicit dono Evangelii Christi. Si ergo et Judæus non justificatur, nisi per fidem Christi Jesu; quid opus est esse sub Lege?

(Vers. 17.) *Justitia enim Dei revelatur in eo ex fide in fidem.* Hoc dicit, quia in illo qui credit, sive Judæus sit, sive Græcus, justitia Dei revelatur (Habac. ii, 4). Justitiam Dei dicit, quia gratis justificat impium per fidem, sine operibus Legis, sicut alibi dicit: *Ut inveniar in illo non habens meam justitiam, quæ ex Lege est, sed illam, quæ ex fide est* (Phil. iii, 9). Quæ ex Deo est justitia in fide, ipsam justitiam dicit revelari in Evangelio; dum donat homini fidem per quam justificetur. Ostenditur enim in eo veritas et justitia Dei, dum credit et profitetur: justitia est Dei, quia quod promissit, dedit. Ideo credens hoc esse se consecutum, quod promiserat Deus per prophetas suos, justum Deum probat, et testis est justitiæ ejus.

Ex fide in fidem. Quid aliud est, ex fide in fidem, nisi quia fides Dei est in eo, quod de se repromissit; et fides hominis, qui credit promittenti; ut ex fide Dei promittentis in fidem hominis credentis Dei justitia reveletur? In credente enim justus Deus apparet: in eo autem qui non credit, injustus videtur; negat enim veracem Deum, qui non credit Deum dedisse quod promissit. Hoc contra Judæos loquitur, qui negant hunc esse Christum, quem promissit Deus.

Sicut scriptum est: Justus autem ex fide vivit (Habac. ii, 4). Propterea ad exemplum prophetæ Habacuc se convertit, ut declararet **32** olim ostensum justum ex fide, non ex Lege vivere, hoc est, non justificari hominem apud Deum per Legem, sed per fidem: vita enim ex fide non hæc præsens est, sed futura; quia justus ex fide vivit, sed apud Deum.

(Vers. 18.) *Revelatur enim ira Dei de cælo in omnem impietatem et injustitiam hominum eorum, qui veritatem Dei in injustitia detinent.* Sicut enim in illo qui credit, justitia Dei revelatur, sicut supra memoravi; ita et in eo qui non credit impietas et injustitia revelatur. Ex ipsa enim cœli fabrica iratus illis Deus videtur; idcirco enim tam pulchra astra condidit, ut ex iis quantus et quam admirabilis creator eorum est, possit agnosci, et solus adorari. Unde scriptum est in psalmo: *Cœli enarrant gloriam Dei, et opera manuum ejus annuntiat firmamentum* (Psal. xviii, 2). Per naturalem ergo legem reum facit genus humanum; potuerunt enim id per legem naturæ appre-

^d Vet. edit. et plures mss., quod illis tradiderat; Rom. edit. cum cod. Prat. et Gem. aptius, ut in contextu.

^e Codex Mich. et quædam edit. Paris., *judicium est.*

^f Mss. Gem. ac Prat., *hoc esse constitutum.* Infra vero, ubi vet. edit. cum mss., *quod de se repromissit;* edit. Rom. sola, *quod promissit.*

hendere, fabrica mundi testificante, auctorem Deum solum diligendum, quod Moyses litteris tradidit (*Deut. vi, 5*): sed impii facti sunt non colendo creatorem, et injustitia in eis apparet, dum videntes dissimulant a veritate, ^a non fatentes unum Deum.

(Vers. 19.) *Quia quod notum est Dei, manifestum est in illis.* Notitia Dei manifesta est ex mundi fabrica; ut enim Deus, qui natura invisibilis est, etiam visibilibus possit sciri, opus factum est ab eo, quod opificem visibilitate sua manifestaret, ut per certum incertum posset sciri: ac per hoc quod cæteris impossibile est, ille esse Deus omnium crederetur, qui hoc opus fecit.

Deus enim illis manifestavit, ^b hoc est, opus fecit, per quod possit agnosci per fidem.

(Vers. 20.) *Invisibilia enim ejus a creatura mundi per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur.* Idem sensus est, quem repetit; ut absolutius doceat quia cum per se potentia et majestas Dei creaturæ oculis aspici non possint, ^c opere mundi intellecta conspiciuntur. Hoc igitur genere reos facit eos, qui sine lege vixerunt et naturæ et Moysi; consuetudine enim peccandi obruerunt legem naturæ, ^d oblitique memoriam ejus: legem autem quæ ad reformationem data fuerat, percipere noluerunt, ut duplici modo obnoxii fierent damnationi.

Sempiterna quoque ejus virtus et divinitas, ita ut sint inexcusabiles. Ut omnino excusari impietas non possit, adjecit etiam virtutem Dei, et divinitatem sempiternam cognitam esse ab hominibus, et stupore quodam hebetasse ad honorandum Deum, quem et esse, et operari ad utilitatem suam non ignorent; ea enim quæ humanis usibus evoluto anno gignuntur, ipsum decrevisse nulli in dubium venit. *Æterna ergo virtus ejus Christus est, per quem insituit, quæ non erant, et manent in eo.* Cujus si dudum persona agnita non est, opera tamen manifesta sunt: Divinitas vero, quia in opere sibi decreto perdurant elementa rerum.

Ut sint inexcusabiles. Multis enim modis qui reus convincitur excusari non potest.

(Vers. 21.) *Quoniam cum cognovissent Deum; non sicut Deum magnificaverunt, aut gratias egerunt.* Usque adeo non ignoraverunt, ut faterentur unum esse principium, a quo omnia initium sortita sint, cœlestia et terrestria et inferna: et hunc unum esse qui omnibus decreverit proprietates et officia naturaliter; et hæc scientes non egerunt gratias. De ante-

rioribus loquitur, ut præsentibus et futuros corrigat.

Sed evanuerunt in cogitationibus suis. ^e Evanuerunt; videntes enim mundum miro ornatu aptatum ab eo, quem ejus opificem cognoverant, dissimularunt.

Et obscuratum est insipiens cor eorum. Nebula erroris textit cor illorum, quia cum creatorem ex iis, quæ fecit pulchra, amplius honorificare debuerint, obtusi sunt, relicto illo, hæc sola dicentes sibi sufficere ad culturam, quæ videntur.

(Vers. 22.) *Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt.* Sapientes enim se arbitrantur; quia rationes physicas investigasse se putant, scrutantes cursus siderum, et qualitates elementorum, dominum autem horum spernentes; ideo **33** stulti sunt; cum si hæc laudanda sint, quanto magis creator illorum! Solent tamen pudorem passi, neglecti Dei misera uti excusatione, dicentes per istos posse ire ad Deum, sicut per comites pervenitur ad regem. Age, numquid tam demens est aliquis, aut salutis suæ immemor, ut honorificentiam regis vindicet comiti; cum de hac re si qui etiam tractare fuerint inventi, jure ut rei damnentur majestatis? Et isti se non putant reos, qui honorem nominis Dei deferunt creaturæ, et relicto Domino, conservos adorant; quasi sit aliquid plus, quod reservetur Deo. Nam et ideo ad regem per tribunos aut comites itur; quia homo utique est rex, et nescit quibus debeat rempublicam credere. Ad Deum autem, quem utique nihil latet (omnium enim merita novit), promerendum, suffragatore non opus est, sed mente devota. Ubi quæque enim talis locutus fuerit ei, respondebit illi.

(Vers. 23.) *Et mutaverunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis.* Sic obæcaturum est cor illorum, ut majestatem invisibilis Dei, quem ex his factis agnoverant, ^f non hominibus, sed quod pejus est, et inexcusabile crimen, in similitudinem hominum mutarent; ut forma corruptibilis hominis Deus ab his vocetur, hoc est, simulacrum hominis: ut quos vivos hoc nomine donare non audent, mortuorum imagines in gloriam Dei recipiant. ^g Quanta hebetudo, quanta stultitia, hos sapientes appellare ad suam damnationem, apud quos plus potest imago quam veritas; et mortui potiores sunt vivis! A vivo enim Deo recedentes, mortuis favent, in quorum numero sunt, sicut scriptum est in sapientia Salomonis: *Mortalis fugit mortuum manibus iniquis* (*Sap. xv, 27*).

^a Edit. Amerb. et Eras. cum mss. haud paucis, non facientes unum Deum: edit. Gill. ac Rom. cum cæteris mss., non fatentes, etc.

^b Ita vet. edit. ac mss. nisi quod in illis habetur, agnosci fides, in his, agnosci per fidem; at Rom. edit. sic locum præfert: *Manifestavit se Deus illis, dum opus fecit, per quod possit agnosci. Invisibilia enim, etc.*

^c Gill. ac Rom. edit. cum mss. quibusdam opere; mss., opera, mundanæ fabricæ; Amorb. et Gill. cum reliquis cod., opere; plures mss., opera, mundi.

^d Sic edit. Amerb. et Eras. cum multis mss.; Gill. vero et Rom. edit. cum aliis, oblitendo memoriam ejus.

^e Mss. nonnulli et Gill. in variis lect., vere vanitas est hoc, ut cognoscentes veritatem, cogitarent aliud colendum, quod nesciebant verum esse; ut dissimulantes ab eo, colerent idola. Et contenebratum est, etc.

^f Rom. edit. ac pauci mss., non in homines. Infra vero ubi eadem cum aliis edit. ac mss. aliquot, ut forma corruptibilis hominis; mss. nonnulli omittunt hominis, alii cæterum ut forma corrupta filii hominis.

^g Vet. edit. ac propemodum omnes mss., Quanta ægritudo... apud quos plus mortui possunt, quam vivi; et mortui potiores sunt vivis. Optime Rom. edit. cum mss. aliquot. ut nos in textu.

Et voluerum, et quadrupedum, et serpentium. ^a His subjectis cumulavit ad poenam hebetudinis, ut ultra stultitiam et vanitatem sint hujusmodi. Sic enim Dei majestatem et gloriam minuerunt, ut horum ^b quæ minima et parva sunt, similitudini Dei honorificentiam darent; primi enim Babylonii Deum vocaverunt figmentum Beli cujusdam quondam hominis mortui, qui principatum in eos dicitur egisse. Coluerunt et serpentem draconem, quem occidit Daniel homo Dei (*Dan.* xiv, 26), cujus similitudinem habent. *Ægyptii* autem colebant quadrupedem, quam dicebant Apin, in similitudinem vaccæ; quod malum imitatus est Hieroboam (*II Reg.* xii, 29), vaccas instruens in Samaria, quibus sacrificarent Judæi; et volucres, quia Coracina sacra habebant pagani. Harum tamen omnium rerum quas memoravi, simulacra coluerunt *Ægyptii*, et alia quæ nunc dicere non est necesse. Hæc ab his facta sunt, qui se sapientes aestimaverunt in mundo; quia enim invisibilem Deum agnoscentes non honoraverunt ista faciendo, nec in iis quæ visibilia sunt, sapere potuerunt. Difficile enim ^d in majoribus prudens, in minoribus non sapit.

(Vers. 24.) *Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis illorum, in immunditiam, ut contumeliis afficiant corpora sua in semetipsis.* Quoniam, inquit, ad injuriam creatoris Dei fragmenta et similitudines rerum deificaverunt, traditi sunt illudendi; et traditi non ut illa agerent, quæ volebant; sed ut illa perficerent, quæ desiderabant. Et hic bonitas Dei est; cum enim dignum fuisset subjei filios, ut facerent quæ volebant et cruciarentur; quia licet bonum, si contra voluntatem fiat, amarum et malum est. Isti autem avertentes se a Deo, traditi sunt diabolo. Tradere autem est permittere, non incitare aut immittere; ut ea quæ in desideriis conceperant, adjuti a diabolo explerent in opere: nec enim possent hujusmodi bonum cogitatum habere.

Traditi ergo sunt in immunditiam, ut contumeliis afficiant corpora sua in semetipsis. Cum præterita recolat, etiam ³⁴ præsentis temporis mala significat; quia traduntur nunc usque ut contumeliis afficiant corpora sua. Originis enim illius nunc usque sunt homines qui dicuntur corpora sua dehonestare invicem. Cum cogitatio animæ sit in crimine, corpora

^a Ita vet. edit. ac mss. nisi quod in quibusdam dicitur: *Hic cumulat eorum hebetudinem, ut, etc.*

^b Rom. edit., quæ inimica et prava sunt: vet. vero edit. ut in contextu, nisi quod Eras. et Gill. in marg. et ms. Corb. in corp. scribunt, et prava sunt.

^c Corb. cod., imitatus Hieroboam vaccas instituit et in Dan, et Bethel: cæteri ac edit. nobiscum faciunt, nisi quod in mss. non paucis legitur instruens aut instituit pro instituens. Infra vero pro Coracina aut coronica sacra, quidam cod. habent Latina voce corvina sacra.

^d Ita vet. edit. ac mss. longe plurimi: at alii nonnulli efferunt, in majoribus imprudens, in minoribus sapit; Rom. edit. sola, in minoribus prudens, in majoribus non sapit, inepto sensu.

^e Quæ subsequuntur, cod. Corb., Remig., Colb. et Gill. in variis lect. ita exhibent: *Dant illis quod non sunt, ut Dei veritas sit mendacium, quando*

dicantur dehonestari; quare, nisi quia macula corporis indicium est peccati animæ? Cum enim corpus contaminatur, nemo ambigit animæ esse peccatum.

(Vers. 25.) *Qui commutaverunt veritatem Dei in mendacium, et coluerunt et servierunt creaturæ potius quam Creatori, qui est benedictus in sæcula. Amen.* Commutaverunt veritatem Dei in mendacium, hoc est nomen Dei qui verus est, dederunt iis, qui non sunt dii. Lapidibus enim et lignis, vel cæteris metallis auferentes quod verum, ^a dant illis quod non sunt, et hoc est immutare verum in falsum. Non enim vocantur jam lapis aut lignum, sed Deus: hoc est servire potius creaturæ quam creatori. Non enim negant Deum, sed serviunt creaturæ: quo non excusantur, sed accusantur magis; quia cognoscentes, non honorant Deum.

Qui est benedictus in sæcula. Amen; hoc est, verum. Deus vero ait: *benedictus in sæcula;* quia permanet Deus; diis autem gentium ad tempus impietatis dat honorem; ideo non est verum. In Deo autem manet veritas. Hanc benedictionem alio loco Filio Dei assignat, inter cætera dicens: *Et ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula. Amen* (*Rom.* ix, 5). Aut uterque ad Christum pertinens; aut eadem dixit de Filio, quæ et de Patre.

(Vers. 26.) *Propterea tradidit illos Deus in passionem ignominie. Nam feminæ eorum immutaverunt naturalem usum in eum usum qui est contra naturam.* Hæc irato Deo propter idololatriam humano generi provenisse testatur, ut mulier mulierem turpi desiderio ad usum appeteret. Quod quidam aliter interpretantur, non perspicientes vim dicti. Quid est enim immutare naturalem usum in eum usum qui est contra naturam, nisi sublato concesso usu aliter uti, ut una sitque eadem pars corporis uniuscujusque inter se invicem sexus aliter se ad usum præbeat, quam concessum est? ^a Nam si illa est pars corporis quam putant, quomodo immutaverint usum naturæ, cum non habeant hujusmodi usum datum a natura? Superius iam dixerat traditos in immunditiam, non tamen qualitatem operis immunditiæ ipsius ostenderit, pro quo nunc declarat:

(Vers. 27.) *Similiter autem et masculi, relicto naturali usu feminæ, exarserunt in desideriis suis in invi-*

lapis dicitur Deus; quando factum pulsat Deum, qui verus est; ut quia communi nomine arbitrantur falsi et veri, simili modo verus Deus habeatur, ut falsus. Hoc est immutare verum in falsum. Sic servierunt creaturæ potius quam creatori; non enim negant, quidam invocant Deum, sed serviunt creaturæ: ut enim viderentur digne hæc colere, Dei honorem his imposuerunt, ut injuria Dei horum esset cultura. Idcirco ad poenam eorum proficit, quia cognoscentes, etc.

^a Ita vet. edit. ac plures mss. a quibus Rom. edit. hoc tantum recedit, quod prima verba sic immutavit, nisi naturali concessoque usu aliter uti: totum vero locum mss. nonnulli hoc modo contrahunt, nisi sublato concesso usu aliter se ad usum præbeat.

^b Mss. nonnulli, Nam si illa est pars corporis, quam immutavit. Infra vero omnes edit. cum habeant hujusmodi, reposuimus et cunctis mss. cum non habeant, etc.

cem, masculi in masculos turpitudinem operantes. Nunc manifestavit quomodo, quod superius de mulieribus dixit, intelligi debeat. Quando autem subiicit: Similiter et masculi, dicens, ^a exarsorunt in desiderium sui; ostendit aperte peccatum mulierum. Denique non dixit de viris quod immutaverunt naturalem usum in invicem; quia hujusmodi usus huic parti concessus non est, sed de feminis. Et quid mirum, cum hodieque tales mulieres reperiantur; ut sicut illud a viris, itaque et hoc a mulieribus sit inventum? Denique mulieres inter se accusant, et viri similiter; manifestum est ergo ut qui jam veritatem Dei immutaverunt in mendacium, immutarent et naturalem usum in eum usum, per quem dehonestarentur, rei facti moris secundæ. Quoniam vero aliam legem dare non potest Sathanas, nihil enim habet, concessa et licita in alium ordinem versat, ut dum aliter sunt, quam concessa sunt, sint peccatum.

^b Et compensationem mercedis quam oportuit, erroris sui in semet ipsis recipientes. Hanc dicit compensationem esse contempti Dei, id est, turpitudinem et contaminationem; hæc est enim prima causa hujus peccati. Quid enim pejus, quid deteriorius hoc peccato? Quotum enim idololatria perimpium **35** et gravissimum delictum est; tantum et compensatio ejus horrenda, et persordida passio est.

(Vers. 28.) Et sicut non probaverunt Deum habere in notitia, tradidit illos Deum in reprobum sensum, ut faciant ea quæ non conveniunt. Propter errores simulacrorum traditi sunt ad turpia faciendâ invicem, sicut jam dictum est. Et quia impunitatem horum æstimaverunt, incruentum Deum judicantes, ac per hoc negligendum. Hinc additum est, ut magis ac magis hebetati, ad omnia mala admittenda fierent promptiores; ut facta quæ hominibus non ambigerent displicere, Deum crederent non vindicare. Nunc enumerat omnia mala, quæ illis superaddita sunt; ut vel sic conversi ad naturalem intellectum, intelligerent, iratò Deo, hæc sibi provenisse.

^a Pauci mss., relicto naturali usu femineo, accensam in desiderium sui in invicem.

^b Ms. Corb. Et reciprocam mercedem... Hanc dicit reciprocam mercedem, etc.; alii nonnulli et edit., Et mercedem: sed alii omnium optime, ut in contextu.

^c Idem codex, hoc peccato, quod diabolo decipiente, hominem mortificet obnoxium? Et sicut, etc.

^d Ita Rom. edit. eum mss. quibusdam ac variis lect. edit. Gill. quibusdam tamen additis et mutatis: vel. autem edit. ac mss. nostri contractus exhibent, Malitia, fornicatione. Hæc fornicatio, etc.

^e Vet. edit. ac plures mss., non possit credi. Et cætera quæ manifesta videntur: avaritia, nequitia, plenos invidia, homicidiis, contentione, dolo, malignitate, susurratores, detractores, Deo odibiles, contumeliosos, superbos, elatos, inventores malorum, parentibus non obedientes. Quanta autem insolentia. Corb. cod. post rō non obedientes subjungit, insipientes, incompósitos, sine affectu, sine misericordia, qui cum justitiam Dei cognovissent, non intellexerunt quomodo qui talia agunt, digni sunt morte: non solum qui illa faciunt; sed etiam qui consentiunt facientibus. Caput iniquitatis, et cætera, ut supra. Nos varias Gill. lectiones in textum Rom. edit. jam receptas retinimus.

(Vers. 29, 30.) Repletos, ait, omni iniquitate. Ille summam locutus est, et subiicit membra iniquitatis: ^a Malitia, impudicitia, inquit, avaritia, nequitia, plenos invidiam, homicidiis, contentione, dolo, malignitate, susurratores, detractores, Deo odibiles, contumeliosos, superbos, elatos, inventores malorum. Caput iniquitatis malitiam dixit, cujus opus fornicationem posuit atque avaritiam. Hæc fornicatio habet in se et adulterium; si enim dixisset adulterium, videbatur excusasse fornicationem, sicut leges Romanæ: ideo quod minus est posuit, ut quod majus est, iustum ^e non possit credi.

Deinde adjecit, nequitia, cujus affectus invidiam parit et homicidia, contentionem ac dolum. Post hæc subiicit, malignitate, quæ gignit susurrations atque detractiones; et quoniam hæc Deo non displicere non possunt, ait: Deo odibiles; et quia nec hominibus placent, contumeliosos, inquit, superbos, elatos, inventores, id est, auctores, malorum. Non ergo semper malum. Isti autem imitatores facti patris sui diaboli, idololatriæ malum invenerunt, per quod omnia vitia in mundo sunt nata, et perditio maxima. Nam diabolus, quem ab initio Scriptura peccare testatur (I Joh. III, 8), quamquam tyrannicæ præsumptioni studeat, non tamen id ausus est profiteri, ut dicat: Ego sum Deus. Denique inter cætera dixit ad Dominum: Hæc omnia mihi tradita sunt (Luc. IV, 6). non dicit: A me sunt; vel, mea sunt. Et in libro Job potestatem sibi dari ^f exposcit (Job I, 12). Quamobrem peiores isti sunt, qui non tantum elementis, sed et sumentis tribuunt deitatem.

(Vers. 31.) Parentibus non obedientes. Quanta autem insolentia arrepti sunt, ^g et nec parentes suos, quos auctores in nativitate habent, agnoscerent, quique se natos gauderent: illos tamen per quos esse cœperant, contemebant! Hoc est esse sine intellectu, sine charitate, sed Dei; nam erat in illos charitas carnis. Hi Dei justitiam cognoscentes per legem naturæ (sciverunt enim hæc Deo displicere, sed in animo ponere

^f Ms. Corb., exposcit. Et in propheta Zacharia contradicere se putat sacerdoti, non sibi vindicans potestatem. Quam ob rem, etc.

^g Gill. varietates cum ms. Corb. et Remig. ad finem capituli ferme conveniunt. Potior tamen est et D correctior hujus series, quam exhibemus: Ut nec parentes suos cognoscerent honorandos; ideo insipientes incompósitos esse dixit, nec Dei nec hominum habentes affectum. Hinc est unde et immisericordes essent. Qui enim in suos crudeliter est, quanto magis in alienos? In his ergo omnibus contumaces effecti, cognitam habentes Dei justitiam, in animo ponere noluerunt, quoniam qui hæc agunt, digni sunt morte: et nec hos immunes esse a morte qui, cum hæc non faciunt, consentiunt facientibus. Istis enim non horrentibus, nec arguentibus, illi in pejus proficiunt. Quando enim videt honorari se ab his, qui non sint tales, crescit in malitiam, et gloriatur fore se talem; idcirco dignum est una hos pœna multandos. Omnis tamen conscientia novit Dei justitiam creditam mundo; occulte enim quæ puniendâ sunt, operantur. Quomodo ergo credunt ista impune futura, quæ non audent publice gerere? Cod. Thuan. et Colb. illis consentiunt usque ad verba, ponere noluerunt: cætera vero exhibent ut in textu.

nia, et per quem omnia, et debitus honor est, et salus confidentis. Græcos ergo gentiles posuit, sed eos qui Romani dicantur sive natione, sive adoptione: Barbaros vero eos qui Romani non sunt, quorum genus adversum est, ^a et sunt gentiles. Sapientes autem illos dixit, **31** qui mundanis rationibus eruditi, sapientes vocantur in sæculo; dum aut siderum speculatores sunt, aut mensuris, aut numeris, aut arti grammaticæ student, rhetoricæ, aut musicæ. His omnibus ostendit nihil hæc prodesse, nec vere sapientes esse, nisi credant in Christum: stultos vero hos dixit, qui simplicitatem sequentes, harum rerum imperiti sunt. His omnibus missum se prædicare testatur. De Judæis autem tacuit, quia magister gentium est. Ac per hoc debitorem se profiteretur; quia ad hoc accepit doctrinam, ut tradat: et cum tradit, acquirit.

(Vers. 15.) *Itaque quod in me est, promptus sum, et vobis qui Romæ estis, evangelizare.* Quamvis se missum prædicare omnibus dicat gentibus, promptum tamen se Romanis asserit tradere Evangelium gratiæ Dei, apud quos ^b regni Romani caput et sedes est. Ad membrorum enim utilitatem vel requiem pertinet, si caput inquietum non fuerit. Ideo Romanorum pacem optat, ut non multum se jactet Satanas, et ubiores fructus habeat operis sui.

(Vers. 16.) *Non enim erubescam Evangelium; virtus enim Dei est in salutem omni credenti.* Hoc dicto illos tangit, a quibus acceperant non rectam fidem, apostolorum tamen doctrinam virtus commendabat; ut quia incredibile videbatur, quod prædicabatur, signa et prodigia ab apostolis facta testimonio essent, non diffidendum de iis quæ ab illis dicebantur, in quibus tanta virtus inesset (nulli enim dubium verba virtuti cedere, ac per hoc quoniam illorum ^c nulla visa erant portenta, prædicatio illorum sine virtute Dei erat), ideoque non se dicit erubescere Evangelium Dei, illos autem erubescere; quia ^d quod illi tradiderant, in reprehensionem veniebat, nec quoquam testimonio firmabatur, et discordabat a doctrina apostolica. Virtus igitur Dei est, quæ invitat ad fidem, et dat salutem omni credenti, dum peccata donat, et justificat; ut a secunda morte detineri non possit signatus mysterio crucis. Prædicatio enim crucis Christi ^e indicium est mortis evictæ, dicente apostolo Joanne: *Ad hoc enim venit Filius Dei, ut solveret opera diaboli* (1 Joan. iii, 9), ut omnis credens non teneatur a morte; quia signum habet quod victa mors est.

Judæo primum, et Græco. Id est, huic qui ex genere est Abrahæ, et huic qui ex gentibus; in Græco enim gentilem significat: in Judæo vero eum, qui

^a Edit. Amerb. atque Eras. ac plures mss., et non sunt gentiles: melius edit. Gill. et Rom. cum cod. Mich. et Vall. negationem excludunt.

^b Ita vet. edit. ac mss. nisi quod pro Romani in nonnullis Roma ponitur; at neutra vox in Rom. edit. admissa est.

^c Mss. Flor. et Vind., nulla visa erat potentia; Corb., nulla vis erat potentia.

A ex genere fuerit Abrahæ. Nam Judæi ex tempore Judæ Machabæi dici cœperunt, qui in causa cladis restitit sacrilegiis gentium, et fiducia Dei collegit populum, et defendit genus suum. Fuit autem ex filiis Aaron. Quamvis ergo præponat Judæum causa Patrum, tamen similiter etiam ipsum indigere dicit dono Evangelii Christi. Si ergo et Judæus non justificatur, nisi per fidem Christi Jesu; quid opus est esse sub Lege?

(Vers. 17.) *Justitia enim Dei revelatur in eo ex fide in fidem.* Hoc dicit, quia in illo qui credit, sive Judæus sit, sive Græcus, justitia Dei revelatur (Habac. ii, 4). Justitia Dei dicit, quia gratis justificat impium per fidem, sine operibus Legis, sicut alibi dicit: *Ut inveniar in illo non habens meam justitiam, quæ ex Lege est, sed illam, quæ ex fide est* (Phil. iii, 9). Quæ ex Deo est justitia in fide, ipsam justitiam dicit revelari in Evangelio; dum donat homini fidem per quam justificetur. Ostenditur enim in eo veritas et justitia Dei, dum credit et proficitur: justitia est Dei, quia quod promisit, dedit. Ideo credens hoc esse se consecutum, quod promiserat Deus per prophetas suos, justum Deum probat, et testis est justitia ejus.

Ex fide in fidem. Quid aliud est, ex fide in fidem, nisi quia fides Dei est in eo, quod de se repromisit; et fides hominis, qui credit promittenti; ut ex fide Dei promittentis in fidem hominis credentis Dei justitia reveletur? In credente enim justus Deus apparet: in eo autem qui non credit, injustus videtur; negat enim veracem Deum, qui non credit Deum dedisse quod promisit. Hoc contra Judæos loquitur, qui negant hunc esse Christum, quem promisit Deus.

Sicut scriptum est: Justus autem ex fide vivit (Habac. ii, 4). Propterea ad exemplum prophetæ Habacuc se convertit, ut declararet **32** olim ostensum justum ex fide, non ex Lege vivere, hoc est, non justificari hominem apud Deum per Legem, sed per fidem: vita enim ex fide non hæc præsens est, sed futura; quia justus ex fide vivit, sed apud Deum.

(Vers. 18.) *Revelatur enim ira Dei de cælo in omnem impietatem et injustitiam hominum eorum, qui veritatem Dei in injustitiâ detinent.* Sicut enim in illo qui credit, justitia Dei revelatur, sicut supra memoravi; ita et in eo qui non credit impietas et injustitia revelatur. Ex ipsa enim cæli fabrica iratus illis Deus videtur; idcirco enim tam pulchra astra condidit, ut ex iis quantus et quam admirabilis creator eorum est, possit agnosci, et solus adorari. Unde scriptum est in psalmo: *Cæli enarrant gloriam Dei, et opera manuum ejus annuntiat firmamentum* (Psal. xviii, 2). Per naturalem ergo legem reum facit genus humanum; potuerunt enim id per legem naturæ appre-

^d Vet. edit. et plures mss., quod illis tradiderat; Rom. edit. cum cod. Prat. et Gem. aptius, ut in contextu.

^e Codex Mich. et quædam edit. Paris., judicium est.

^f Mss. Gem. ac Prat., hoc esse constitutum. Infra vero, ubi vet. edit. cum mss., quod de se repromisit: edit. Rom. sola, quod promittit.

hendere, fabrica mundi testificante, auctorem Deum solum diligendum, quod Moyses litteris tradidit (*Deut. vi, 5*): sed impii facti sunt non colendo creatorem, et iniustitia in eis apparet, dum videntes dissimulant a veritate, ^a non fatentes unum Deum.

(Vers. 19.) *Quia quod notum est Dei, manifestum est in illis.* Notitia Dei manifesta est ex mundi fabrica; ut enim Deus, qui natura invisibilis est, etiam visibilibus possit sciri, opus factum est ab eo, quod opificem visibilitate sua manifestaret, ut per certum incertum posset sciri: ac per hoc quod cæteris impossibile est, ille esse Deus omnium crederetur, qui hoc opus fecit.

Deus enim illis manifestavit, ^b hoc est, opus fecit, per quod possit agnosci per fidem.

(Vers. 20.) *Invisibilia enim ejus a creatura mundi per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur.* Idem sensus est, quem repetit; ut absolutius doceat quia eum per se potentia et majestas Dei creaturæ oculis aspici non possint, ^c opere mundi intellecta conspiciuntur. Hoc igitur genere reos facit eos, qui sine lege vixerunt et naturæ et Moysi; consuetudine enim peccandi obruerunt legem naturæ, ^d oblitique memoriam ejus: legem autem quæ ad reformationem data fuerat, percipere noluerunt, ut duplici modo obnoxii fierent damnationi.

Sempiterna quoque ejus virtus et adivinitas, ita ut sint inexcusabiles. Ut omnino excusari impietas non possit, adjecit etiam virtutem Dei, et divinitatem sempiternam cognitam esse ab hominibus, et stupore quodam hebetasse ad honorandum Deum, quem et esse, et operari ad utilitatem suam non ignorarent; ea enim quæ humanis usibus evoluta anno gignuntur, ipsum decrevisse nulli in dubium venit. *Æterna ergo virtus ejus Christus est, per quem instituit, quæ non erant, et manent in eo.* Cujus si dudum persona agnita non est, opera tamen manifesta sunt: Divinitas vero, quia in opere sibi decreto perdurant elementa rerum.

Ut sint inexcusabiles. Multis enim modis qui reus convincitur excusari non potest.

(Vers. 21.) *Quoniam cum cognovissent Deum; non sicut Deum magnificaverunt, aut gratias egerunt.* Usque adeo non ignoraverunt, ut faterentur unum esse principium, a quo omnia initium sortita sint, cœlestia et terrestria et inferna: et hunc unum esse qui omnibus decreverit proprietates et officia naturaliter; et hæc scientes non egerunt gratias. De ante-

rioribus loquitur, ut præsentem et futuros corrigat.

Sed evanuerunt in cogitationibus suis. ^e Evanuerunt; videntes enim mundum miro ornatu aptatum ab eo, quem ejus opificem cognoverant, dissimularunt.

Et obscuratum est insipiens cor eorum. Nebula erroris textit cor illorum, quia cum creatorem ex iis, quæ fecit pulchra, amplius honorificare debuerint, obtusi sunt, relicto illo, hæc sola dicentes sibi sufficere ad culturam, quæ videntur.

(Vers. 22.) *Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt.* Sapientes enim se arbitrantur; quia rationes physicas investigasse se putant, scrutantes cursus siderum, et qualitates elementorum, dominum autem horum spernentes; ideo **33** stulti sunt; cum si hæc laudanda sint, quanto magis creator illorum? Solent tamen pudorem passi, neglecti Dei misera uti excusatione, dicentes per istos posse ire ad Deum, sicut per comites pervenitur ad regem. Age, numquid tam demens est aliquis, aut salutis suæ immemor, ut honorificentiam regis vindicet comiti; cum de hac re si qui etiam tractare fuerint inventi, jure ut rei damnentur majestatis? Et isti se non putant reos, qui honorem nominis Dei deferunt creaturæ, et relicto Domino, conservos adorant; quasi sit aliquid plus, quod reservetur Deo. Nam et ideo ad regem per tribunos aut comites itur; quia homo utique est rex, et nescit quibus debeat rempublicam credere. Ad Deum autem, quem utique nihil latet (omnium enim merita novit), promerendum, suffragatore non opus est, sed mente devota. Ubicumque enim talis locutus fuerit ei, respondebit illi.

(Vers. 23.) *Et mutaverunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis.* Sic obæcatum est cor illorum, ut majestatem invisibilis Dei, quem ex his factis agnoverant, ^f non hominibus, sed quod pejus est, et inexcusabile crimen, in similitudinem hominum mutarent; ut forma corruptibilis hominis Deus ab his vocetur, hoc est, simulacrum hominis: ut quos vivos hoc nomine donare non audent, mortuorum imagines in gloriam Dei recipiant. ^g Quanta hebetudo, quanta stultitia, hos sapientes appellare ad suam damnationem, apud quos plus potest imago quam veritas; et mortui potiores sunt vivos! A vivo enim Deo recedentes, mortuis favent, in quorum numero sunt, sicut scriptum est in sapientia Salomonis: *Mortalis fugit mortuum manibus iniqui* (*Sap. xv, 27*).

^a Edit. Amerb. et Eras. cum mss. haud paucis, non facientes unum Deum: edit. Gill. ac Rom. cum cæteris mss., non fatentes, etc.

^b Ita vet. edit. ac mss. nisi quod in illis habetur, agnosci fides, in his, agnosci per fidem; at Rom. edit. sic locum præfert: *Manifestavit se Deus illis, dum opus fecit, per quod possit agnosci. Invisibilia enim, etc.*

^c Gill. ac Rom. edit. cum mss. quibusdam opere; mss., opera, mundanæ fabricæ; Amerb. et Gill. cum reliquis cod., opere; plures mss., opera, mundi.

^d Sic edit. Amerb. et Eras. cum multis mss.; Gill. vero et Rom. edit. cum aliis, obliterando memoriam ejus.

^e Mss. nonnulli et Gill. in variis lect., *vere vanitas est hoc, ut cognoscentes veritatem, cogitarent aliquid colendum, quod nesciebant verum esse; ut dissimulantes ab eo, colerent idola. Et contenebratum est, etc.*

^f Rom. edit. ac pauci mss., non in homines. Infra vero ubi eadem cum aliis edit. ac mss. aliquot, ut *forma corruptibilis hominis*; mss. nonnulli omittunt *hominis*, alii efferunt *ut forma corrupti filii hominis*.

^g Vet. edit. ac propemodum omnes mss., *Quanta ægritudo... apud quos plus mortui possunt, quam vivi; et mortui potiores sunt vivos*. Optime Rom. edit. cum mss. aliquot. ut nos in textu.

Et voluerunt, et quadrupedum, et serpentium. ^a His subjectis cumulavit ad poenam hebetudinis, ut ultra stultitiam et vanitatem sint hujusmodi. Sic enim Dei majestatem et gloriam minuerunt, ut horum ^b quæ minima et parva sunt, similitudini Dei honorificentiam darent; primi enim Babylonii Deum vocaverunt figmentum Beli cujusdam quondam hominis mortui, qui principatum in eos dicitur egisse. Coluerunt et serpentem draconem, quem occidit Daniel homo Dei (Dan. xiv, 26), cujus similitudinem habent. Ægyptii autem colebant quadrupedem, quam dicebant Apin, in similitudinem vaccæ; quod malum imitatus est Hieroboam (II Reg. xii, 28), vaccas instruens in Samaria, quibus sacrificarent Judæi; et volucres, quia Coracina sacra habebant pagani. Harum tamen omnium rerum quas memoravi, simulacra coluerunt Ægyptii, et alia quæ nunc dicere non est necesse. Hæc ab his facta sunt, qui se sapientes aestimaverunt in mundo; quia enim invisibilem Deum agnoscere non honoraverunt ista faciendo, nec in iis quæ visibilia sunt, sapere potuerunt. Difficile enim ^d in majoribus prudens, in minoribus non sapit.

(Vers. 24.) *Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis illorum, in immunditiam, ut contumeliis afficiant corpora sua in semetipsis.* Quoniam, inquit, ad injuriam creatoris Dei signata et similitudines rerum deificaverunt, traditi sunt illudendi; et traditi non ut illa agerent, quæ volebant; sed ut illa perlicerent, quæ desiderabant. Et hic bonitas Dei est; cum enim dignum fuisset subijci illos, ut facerent quæ volebant et cruciarentur; quia licet bonum, si contra voluntatem fiat, amarum et malum est. Isti autem avertentes se a Deo, traditi sunt diabolo. Tradere autem est permittere, non incitare aut immittere; ut ea quæ in desideriis conceperant, adjuti a diabolo explerent in opere: nec enim possent hujusmodi bonum cogitatum habere.

Traditi ergo sunt in immunditiam, ut contumeliis afficiant corpora sua in semetipsis. Cum præterita recolat, etiam ³⁴ præsentis temporis mala significat; quia tradantur nunc usque ut contumeliis afficiant corpora sua. Originis enim illius nunc usque sunt homines qui dicuntur corpora sua debonestare invicem. Cum cogitatio animæ sit in crimine, corpora

dicantur debonestari; quare, nisi quia macula corporis indicium est peccati animæ? Cum enim corpus contaminatur, nemo ambigit animæ esse peccatum.

(Vers. 25.) *Qui commutaverunt veritatem Dei in mendacium, et coluerunt et servierunt creaturæ potius quam Creatori, qui est benedictus in sæcula. Amen.* Commutaverunt veritatem Dei in mendacium, hoc est nomen Dei qui verus est, dederunt iis, qui non sunt dii. Lapidibus enim et lignis, vel cæteris metallis auferentes quod sunt, et dant illis quod non sunt, et hoc est immutare verum in falsum. Non enim vocantur jam lapis aut lignum, sed Deus: hoc est servire potius creaturæ quam creatori. Non enim negant Deum, sed serviunt creaturæ: quo non excusantur, sed accusantur magis; quia cognoscentes, non honorant Deum.

Qui est benedictus in sæcula. Amen; hoc est, verum. Deus vero ait: *benedictus in sæcula;* quia permanet Deus; diis autem gentium ad tempus impietatis dat honorem; ideo non est verum. In Deo autem manet veritas. Hanc benedictionem alio loco Filio Dei assignat, inter cætera dicens: *Et ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula. Amen* (Rom. ix, 5). Aut uterque ad Christum pertinens; aut eadem dixit de Filio, quæ et de Patre.

(Vers. 26.) *Propterea tradidit illos Deus in passionem ignominiam. Nam feminæ eorum immutaverunt naturalem usum in eum usum qui est contra naturam.* Hæc irato Deo propter idololatriam humano generi provenisse testatur, ut mulier mulierem turpi desiderio ad usum appeteret. Quod quidam aliter interpretantur, non perspicientes vim dicti. Quid est enim immutare naturalem usum in eum usum qui est contra naturam, nisi sublato concessio usa aliter uti, ut una atque eadem pars corporis utriusque inter se invicem sexus aliter se ad usum præbeat, quam concessum est? ^e Nam si illa est pars corporis quam putant, quomodo immutaverunt usum naturæ, cum non habeant hujusmodi usum datum a natura? Superius iam dixerat traditos in immunditiam, non tamen qualitatem operis immunditiæ ipsius ostenderat, pro quo nunc declarat:

(Vers. 27.) *Similiter autem et masculi, relicto naturali usu feminæ, exarserunt in desideriis suis in invi-*

^a Ita vet. edit. ac mss. nisi quod in quibusdam **D** omittitur ad: Rom. autem edit. sic immutavit: *Hic cumulat eorum hebetudinem, ut, etc.*

^b Rom. edit., *quæ inimica et prava sunt*: vet. vero edit. ut in contextu, nisi quod Eras. et Gill. in marg. et ms. Corb. in corp. scribunt, *et prava sunt.*

^c Corb. cod., *imitatus Hieroboam vaccas instituit et in Dan, et Bethel*: cæteri ac edit. nobiscum faciunt, nisi quod in mss. non paucis legitur *instruens aut instituit pro instituens*. Infra vero pro *Coracina* aut *coronica sacra*, quidam cod. habent Latina voce *corvina sacra*.

^d Ita vet. edit. ac mss. longe plurimi: at alii nonnulli efferunt, *in majoribus imprudens, in minoribus sapit*; Rom. edit. sola, *in minoribus prudens, in majoribus non sapit*, inepto sensu.

^e Quæ subsequuntur, cod. Corb., Remig., Colb. et Gill. in variis lect. ita exhibent: *Dant illis quod non sunt, ut Dei veritas sit mendacium, quando*

lapis dicitur Deus; quando factum pulsat Deum, qui verus est; ut quia communi nomine ardrantur falsi et veri, simili modo verus Deus habeatur, ut falsus. Hoc est immutare verum in falsum. Sic servierunt creaturæ potius quam creatori; non enim negant, quidam invocant Deum, sed serviunt creaturæ: ut enim viderentur digne hæc colere, Dei honorem his imposuerunt, ut injuria Dei horum esset cultura. Idcirco ad poenam eorum proficit, qui cognoscentes, etc.

^f Ita vet. edit. ac plures mss. a quibus Rom. edit. hoc tantum recedit, quod prima verba sic immutavit, *nisi naturali concessioque usa aliter uti*: totum vero locum mss. nonnulli hoc modo contrahunt, *nisi sublato concessio usa aliter se ad usum præbeat.*

^g Mss. nonnulli, *Nam si illa est pars corporis, quam immutavit. Infra vero omnes edit. cum habeant hujusmodi, repositimus e cunctis mss. cum non habeant, etc.*

cent, masculi in masculos turpitudinem operantes. Nunc manifestavit quomodo, quod superius de mulieribus dixit, intelligi debeat. Quando autem subiecit: Similiter et masculi, dicens, ^a exarserunt in desiderium sui; ostendit aperte peccatum mulierum. Denique non dixit de viris quod immutaverunt naturalem usum in invicem; quia huiusmodi usus huic parti concessus non est, sed de feminis. Et quid mirum, cum hodieque tales mulieres reperiantur; ut sicut illud a viris, itaque et hoc a mulieribus sit inventum? Denique mulieres inter se accusant, et viri similiter; manifestum est ergo ut qui jam veritatem Dei immutaverunt in mendacium, immutarent et naturalem usum in eum usum, per quem debonestarentur, rei facti mortis secundæ. Quoniam vero aliam legem dare non potest Satanas, nihil enim habet, concessa et licita in altum ordinem verat, ut dum aliter sunt, quam concessa sunt, sint peccatum.

^b Et compensationem mercedis quam oportuit, erroris sui in semet ipsis recipientes. Hanc dicit compensationem esse contempti Dei, id est, turpitudinem et contaminationem; hæc est enim prima causa huius peccati. Quid enim peius, quid deterius hoc peccato? Quotum enim idololatria perimpium **35** et gravissimum delictum est; tantum et compensatio ejus horrenda, et persordida passio est.

(Vers. 28.) Et sicut non probaverunt Deum habere in noitia, tradidit illos Deum in reprobum sensum, ut faciant ea quæ non conveniunt. Propter errores simulacrorum traditi sunt ad turpia faciendâ invicem, sicut jam dictum est. Et quia impunitatem horum aestimaverunt, incuriosum Deum judicantes, ac per hoc negligendum. Hinc additum est, ut magis ac magis hebetati, ad omnia mala admittenda fierent promptiores; ut facta quæ hominibus non ambigerent displicere, Deum crederent non vindicare. Nunc enumerat omnia mala, quæ illis superaddita sunt; ut vel sic conversi ad naturalem intellectum, intelligerent, iratò Deo, hæc sibi provenisse.

^a Pauci mss., relicto naturali usu femineo, accensi sunt in desiderium sui in invicem.

^b Ms. Corb. Et reciprocam mercedem... Hanc dicit reciprocam mercedem, etc.; alii nonnulli et edit., Et mercedem: sed alii omnium optime, ut in eon-textu.

^c Idem codex, hoc peccato, quod diabolo decipiente, hominem mortificet obnoxium? Et sicut, etc.

^d Ita Rom. edit. cum mss. quibusdam ac variis lect. edit. Gill. quibusdam tamen additis et mutatis: vel. autem edit. ac mss. nostri contractius exhibent, Malitia, fornicatione. Hæc fornicatio, etc.

^e Vel. edit. ac plures mss., non possit credi. Et cætera quæ manifesta videntur: avaritia, nequitia, plenos invidia, homicidiis, contentione. Dolo, malignitate, susurratores, detractores, Deo odibiles, contumeliosos, superbos, elatos, inventores malorum, parentibus non obediens. Quanta autem insolentia. Corb. cod. post rō non obediens subiungit, insipientes, incompositos, sine affectu, sine misericordia, qui cum iustitiam Dei cognovissent, non intellexerunt quomodo qui talia agunt, digni sunt morte: non solum qui illa faciunt; sed etiam qui consentiunt faciendis. Caput iniquitatis, et cætera, ut supra. Nos varias Gill. lectiones in textum Rom. edit. jam receptas relinquimus.

(Vers. 29, 30.) Reptos, ait, omni iniquitate. Sic summam locutus est, et subiecit membra iniquitatis: ^a Malitia, impudicitia, inquit, avaritia, nequitia, plenos invidiam, homicidiis, contentione, dolo, malignitate, susurratores, detractores, Deo odibiles, contumeliosos, superbos, elatos, inventores malorum. Caput iniquitatis malitiam dixit, cujus opus fornicationem posuit atque avaritiam. Hæc fornicatio habet in se et adulterium; si enim dixisset adulterium, videbatur excusasse fornicationem, sicut leges Romanæ: ideo quod minus est posuit, ut quod majus est, inultum ^e non possit credi.

Deinde adiecit, nequitia, cujus affectus invidiam parit et homicidia, contentionem ac dolum. Post hæc subiecit, malignitate, quæ gignit susurratores atque detractiones; et quoniam hæc Deo non displicere non possunt, ait: Deo odibiles; et quia nec hominibus placent, contumeliosos, inquit, superbos, elatos, inventores, id est, auctores, malorum. Non ergo semper malum. Isti autem imitatores facti patris sui diaboli, idololatriæ malum invenerunt, per quod omnia vitia in mundo sunt nata, et perditio maxima. Nam diabolus, quem ab initio Scriptura peccare testatur (1 Joh. iii, 8), quamquam tyrannicæ præsumptioni studeat, non tamen id ausus est profiteri, ut dicat: Ego sum Deus. Denique inter cætera dixit ad Dominum: Hæc omnia mihi tradita sunt (Luc. iv, 6). non dicit: A me sunt; vel, mea sunt. Et in libro Job potestatem sibi dari ^f exposcit (Job 1, 12). Quamobrem peiores isti sunt, qui non tantum elementis, sed et figmentis trihuunt deitatem.

(Vers. 31.) Parentibus non obediens. Quanta autem insolentia arrepti sunt, ^g ut nec parentes suos, quos auctores in nativitate habent, agnoscerent, quique se natos gauderent: illos tamen per quos esse coeperant, contemnebant! Hoc est esse sine intellectu, sine charitate, sed Dei; nam erat in illos charitas carnis. Hi Dei iustitiam cognoscentes per legem naturæ (sciverunt enim hæc Deo displicere, sed in animo ponere

^f Ms. Corb., exposcit. Et in propheta Zacharia contradicere se putat sacerdoti, non sibi vindicans potestatem. Quam ob rem, etc.

^g Gill. varietates cum ms. Corb. et Remig. ad finem capitis ferme conveniunt. Potior tamen est et correctior huius series, quam exhibemus: Ut nec parentes suos cognoscerent honorandos; ideo insipientes incompositos esse dixit, nec Dei nec hominum habentes affectum. Hinc est unde et immitericordes essent. Qui enim in suis crudeliter est, quanto magis in alienos? In his ergo omnibus contumaces effecti, cognitam habentes Dei iustitiam, in animo ponere noluerunt, quoniam qui hæc agunt, digni sunt morte: et nec hos immunes esse a morte qui, cum hæc non faciunt, consentiunt faciendis. Istis enim non horrentibus, nec arguentibus, illi in pejus proficiunt. Quando enim videt honorari se ab his, qui non sint tales, crescit in malitia, et gloriatur fore se talem; idcirco dignum est una hos pœna multandos. Omnis tamen conscientia novit Dei iustitiam creditam mundo; occulte enim quæ puniendâ sunt, operantur. Quomodo ergo credunt ista impune futura, quæ non audent publice gerere? Cod. Thuan. et Colb. illis consentiunt usque ad verba, ponere noluerunt: cætera vero exhibent ut in textu.

noluerant ^a Quoniam qui hæc agunt, digni sunt A morte), usque adeo justitiam Dei cognoverunt, ut non negent hæc omnia, quæ faciunt, pœna digna et morte. Et non solum qui faciunt ea, sed etiam qui consentiunt facientibus. Assensus enim participatio est.

(Vers. 32.) Qui cum justitiam Dei cognovissent, non intellexerunt, quoniam qui hæc agunt, digni sunt morte: et non solum faciunt ea, sed etiam consentiunt facientibus. Hæc omnia mala corpus est peccatorum, cui mancipati facti sunt potestatis ejusdem, ut faciant puniendæ. Hæc enim malorum causa a Sodomitis cœpta est offensioe Dei, sicut supra dictum est, et in omnem prope partem mundi ramos suos extendit, iram Dei idololatriæ causam nuntians, quæ prima pars est erroris et impietatis, quam primum condemnat; ut cum hæc emendata fuerint, facile B corrigantur et morum vitia. Sublato enim malitiæ semine, nequitia fructus arescent; non enim dat arbor fructus, cujus excisæ sunt ^b radices. 36 Nam ideo et Moyses (Gen. xix, 24 et seq.) Sodomæ et Gomorrhæ gesta memoravit, exitiumque non tacuit, ut timorem poneret hujus rei vitandæ. Non ergo hoc vitium et contaminatio dehonestatæ vitæ ab eo admittitur, qui in animo cogitat Deum.

Sunt quidam qui se reos non putant, si non operentur quæ mala sunt, assentiant autem facientibus. Assentire autem est, si, cum possit reprehendere, taceat: aut audiens has fabulas, aduletur. Sciens enim impurus et malignus non ignorari quæ agit, et minime se vitari, sed etiam honori esse, ^c gloriatur forte se talem: nec confundi potest in his, quando C quia per id quod negligit, non bona se fecisse, quæ fecit, ostendit; sed quia bona fecisse negari non potest (indignum est enim et improbable bonum mala fecisse), curam eorum necesse est ut dicatur agere; quia contumelia ejus erit et accusatio, si bonorum a se factorum negligens inducatur: quippe cum ejus nutu ac providentia vita ipsa sustentetur ministerio elementorum, sicut ipse Dominus dicit: Qui solem suum oriri facit super bonos et malos, et 37 pluit super justos et injustos (Matth. v, 45). Qui ergo præstat curam, non agit conservare quod fecit, ut amantes se remuneret, spernentesque condemnet?

CAPUT II.

(Vers. 1.) Quapropter inexcusabilis es, o homo omnis, qui judicas. In quo enim judicas alterum, te ipsum D Dei ad pœnitentiam te provocat? Hæc dicit, ut non jam se putet evasisse, si illum bonitas Dei patitur diu peccantem: nec patientiam ejus putet contemnendam, quasi non curantem res humanas: intelligat autem ideo a se dissimulari, quia non in hac vita

^a Ita mss. ac vet. edit. nisi quod præmittunt: *Inipientes, in compositos, sine affectione, sine misericordia; quæ verba cum cod. Flor., Corb., Vind. et Rom. edit. recidimus. Retinimus vero, Usque adeo... digna sunt et morte, quæ verba in iisdem tribus cod. desiderantur, quæque in Rom. edit. resecatis aliis usque ad Qui cum justitiam Dei, post eundem Scripturæ textum rejiciuntur.*

^b Voci radices mss. aliquot adjungunt: *De his qui faciunt, et contradicunt; unus, væ his, etc. Similiter etiam infra post verba, assentiant autem facien-*

hujusmodi inexcusabilem fore. Non enim justum est, ut huic impune concedatur; quia per hypocrisin ostendit se non talem, cum pejor esse deprehendatur. Fallit enim, ut dum puniendus sit, honore dignus appareat.

(Vers. 2.) Scimus autem quoniam judicium Dei est secundum veritatem in eos, qui talia agunt. Hoc est, non ignoramus Deum judicaturum de his in veritate, quando nos ipsi de his judicamus. Si enim nobis displicet, quanto magis Deo, qui magis justus est et opus suum zelatur! In veritate ergo cum dicit judicaturum Deum de his, terrorem incutit; ut quem hi perfidi incuriosum dicunt, iste malos secundum veritatem dicat judicaturum, hoc est, verissime reddere secundum mensuram uniuscujusque, et non parcere.

(Vers. 3.) Existimas autem hoc, o homo, qui judicas de iis, qui talia agunt, et facis ea; quia tu effugies judicium Dei? ^e Hoc est, numquid quia tibi examen datum est potestatis judicandi de malis et stupris, cum eadem agas, et non est qui te ad præsens judicet, effugies judicium Dei? Non utique; quia si judicium Dei in mundo evasisti, quia omnis hæc potestas et judicium ab eo est, in futurum non evades. Per se enim judicaturus est Deus, apud quem cessat adulatio et personarum acceptio. Aut certe si justum alicui videtur, ut hujusmodi immunis a pœna sit, dicat. Quod si justum est ut non evadat, credat Deum judicaturum; ut et quod justum esse judicat, verum sit, et impleatur; et Deum conditorem mundi providenter et curiose operis sui merita requirere fateatur. Si enim fecit et negligit, malus opifex dicitur; quia per id quod negligit, non bona se fecisse, quæ fecit, ostendit; sed quia bona fecisse negari non potest (indignum est enim et improbable bonum mala fecisse), curam eorum necesse est ut dicatur agere; quia contumelia ejus erit et accusatio, si bonorum a se factorum negligens inducatur: quippe cum ejus nutu ac providentia vita ipsa sustentetur ministerio elementorum, sicut ipse Dominus dicit: Qui solem suum oriri facit super bonos et malos, et 37 pluit super justos et injustos (Matth. v, 45). Qui ergo præstat curam, non agit conservare quod fecit, ut amantes se remuneret, spernentesque condemnet?

(Vers. 4.) An divitias bonitatis ejus, et patientiæ, et longanimitatis contemnis, ignorans quoniam bonitas D Dei ad pœnitentiam te provocat? Hæc dicit, ut non jam se putet evasisse, si illum bonitas Dei patitur diu peccantem: nec patientiam ejus putet contemnendam, quasi non curantem res humanas: intelligat autem ideo a se dissimulari, quia non in hac vita

tibus, annectunt, *De his (unus Væ his) qui assentiant facientibus.* Verum hi tituli sunt, e marginibus in textum a librariis incautius trajecti.

^e Ver. edit., *gloriatur fore se talem; Rom. et mss. prope ad unum, gloriatur forte, etc.*

^d Rom. edit., *facientes enim nefaria, illa vindicant.*

^e Ms. Corb., *Non vult hujus rei impunitatem ab his sperare, quia injustum est quibus examen potentis datum est de malis vel stupris hujusmodi judicare, cum sint tales, effugere. Quia si deest, inquit, ad præsens qui de te judicet, effugere tamen judicium Dei non poteris in futuro.*

Judicium Dei promissum est futurum, ut in ventura A vita pœniteat illum judicem Deum ^a non credidisse: in pœna enim positus sine fructu pœnitentiæ, pœnitebit; quia non credidit judicium Dei, quod videt verum. Necessè est enim ut acrius emendetur, immo pœnis perennibus torqueatur, quem patientiæ longanimitas non emendavit. Severissime loquitur, scien- sianis malignam mentem non posse nisi timore a vitiis facile revocari.

(Vers. 5, 6.) *Secundum duritiam autem tuam, et impœnitens cor thesaurizas tibi iram in die iræ, et revelationis justi judicii Dei, qui reddet unicuique secundum opera sua.* Impunitatem sperans peccatorum, non solum durat inconvertibilis et intractabilis manens; sed adhuc acerbius peccat, securus quod non sit ultio futura, cor habens impœnitens, ignorans B quia iram sibi congregat in die iræ. Necessè est enim sæviori pœna ut plectatur, immo flammis perennibus torqueatur, qui longa Dei patientia non solum se emendare noluit, sed adhuc addens ad contemptum exaggeravit peccata. Dies iræ est peccatoribus, quo puniuntur; ^b ideo ipsis est ira, quia sentiunt pœnam in die revelationis justi judicii Dei. Revelabitur enim, id est, agnoscerit, quod modo futurum negatur; ideoque cum ostenditur, quod non esse creditur, revelatur. His enim ostenditur, qui negant, quod credentibus manifestum est; ut constentur etiam invitæ justum judicium Dei, cum unicuique reddet secundum opera sua. Numquid ^c non hæc fatebuntur juste fieri, cum viderint mala invicem facta ulcisci?

(Vers. 7.) *Iis qui secundum patientiam boni operis, gloriam et honorem, et incorruptionem, quærentibus vitam æternam.* Quoniam judicium Dei ^d justum prædicatum est, quale autem bonis futurum est, declaravit: hos dicit, qui patientiam Dei scientes, partim ad correptionem, partim ad majorem ultionem non se corrigentium protelari, priorum operum pœnitentes bene versantur, freti fiducia fidei; ne diu hic positi damnum incurrant promissæ vitæ. Dabit ergo eis *gloriam et honorem.* Et ne non hoc valde magnum ad comparationem præsentis vitæ videretur, quia et hic gloriosi videntur et honorati, adjecit: *Et incorruptionem;* ut ex eo alia gloria et alter honor intel- ligeretur, quando incorruptio simul comitabitur. In præsentem enim honor vel gloria frequenter amittitur; D quia corruptibilis est, qui dat, et quod dat, et qui

accipit; in die enim judicii Dei incorruptibilis jam dabitur honor et gloria, ut sint ^e tota æterna: ipsa enim glorificabitur substantia, quadam immutatione meritorum. Hi ergo quærun- vitam æternam, qui non solum bonæ professionis sunt, sed et vitæ.

(Vers. 8.) *Iis vero qui ex contentione, et qui diffidunt veritati, obediunt autem iniquitati, ira et indignatio, tribulatio et angustia, hoc est iterata angustia.* Diffidentes de futuro Dei judicio per Christum, ac per hoc et patientiam ejus contemnentem, contem- dunt evacuare illud, cum sit verum et stabile. *Credunt autem iniquitati;* iniquitas est enim negare quod Deus futurum prædixit. Tria ergo alia posuit incredulitati condigna, dicens: *Ira et indignatio, et angustia.* Ira est enim non ei, qui judicat; sed illi, qui judicatur, dum sit reus. Irasci enim dicitur Deus, ut vindicaturus credatur; nam Dei natura ab his passionibus immunis est. Et ut non solum irasci, sed et vindicare credatur, adjecit: *Et indignatio;* indignatio est, quam addendo **38** super iram, injuriam suam Deum vindicaturum significat. *Angustia* vero sunt, quibus sententia constrictus, tribulabitur in pœna.

(Vers. 9.) *Super omnem animam operantis malum.* In hoc opere non solum facta significat, sed et perfidiæ professionem. De incredulo enim dicit; et ideo super animam dixit, ut spiritualem pœnam intelligas, non corporalem; quia anima invisibilibus pœnis aretabitur.

Judæi primum, et Græci. Semper Judæum antepo- nit prærogativa Patrum, ut aut coronetur primus, C aut damnetur; quia credens honorificentior est propter Abraham, diffidens autem pejus tractandus est; quia donum promissum Patribus refutavit.

(Vers. 10.) *Gloria autem et honor et pax omni operanti bonum, Judæo primum, et Græco.* Quomodo incredulis tria pœnalia posuit, sic et fidelibus tria magnifica, ut honorem ^f habeant geminum, quasi filii Dei; gloria sit pro immutatione; pax vero, co- quod bene viventes quieti erunt in futuro, nulla perturbatione commoti; quippe quia omnis homo ^g a contrariis se abstinens, apud judicem habet pacem.

(Vers. 11.) *Non enim personarum acceptio est apud Deum.* Quoniam ostendit Judæum sive Græcum non despici a Deo, si tamen credat in Christum, sed D accepto ferri ambobus justitiam fidei; sic iterum non credentes pariter reos esse, quia magis oberit

^d Rom. edit., *justum prædicavit, nunc quale bonis futurum est, declarat, iis videlicet.*

^e Omnes edit. ac mss. quidam, *tota vita æterna;* melius vero in aliis *ad vitam* omittitur. Non autem ita bene quod pro *glorificabitur*, nonnulli cod. habent, *gloriantur.*

^f Mss. haud pauci, *habeant genuinum, aut honorificentiam... genuinam.* Continuo vero post, ubi vet. edit. ac mss., *gloria sit pro immutatione, pax vero eo quod;* nonnulli, *pax vero et honor quod;* Rom. edit. reposuerat, *gloriam in immutatione, pacem vero eo quod, etc.*

^g Rom. edit., *ab adversario se abstinens... acceptor est Deus.*

^a Mss. Remig., Corb., Thuan. et Colb., *non credidisse, qui ut terrorem futuri judicii sui ostenderet, et patientiam non contemnendam, ait: Tacui, numquid semper tacebo? Hujusmodi ergo in judicio positus sine fructu pœnitebit, videns judicium Dei, quod negavit futurum; ut nec pudorem habeat deprecandi, quia longanimitatem bonitatis Dei ridendam putavit. Necessè, etc.*

^b Rom. edit., *ideo lapsis est ira, qui, etc.* Sequenti autem versu ms. Remig. et Corb. hæc effert: *Manifestabitur enim quod modo futurum negatur, ut confiteantur etiam invitæ justum judicium Dei, videntes reddi unicuique secundum opera sua. Iis quidem qui secundum patientiam, etc.*

^c Nonnulli mss., *non effabuntur juste fieri.*

circumcisio sine fide, et proderit præputium per fidem : ac per hoc docet personarum acceptorem Deum non esse. Nec enim prærogativam generis sequitur, ut dissidentem suscipiat causa patrum, aut credentem abiciat a se propter indignitatem parentum; sed unumquemque proprio merito aut remunerat, aut condemnat.

(Vers. 12.) *Quicumque enim sine Lege peccaverunt, sine Lege et peribunt.* Quomodo potest sine lege peccari, cum omnes simul subditi simus legi naturali? Sed de Moysis lege dicit, cui Judæi obnoxii sunt, dum non credunt: nec non et gentiles, sed jam dudum; quia adjungere se illi noluerunt. Non credentes ergo gentiles duplici genere sunt rei; quia neque legi datæ per Moysen assenserunt; neque Christi gratiam receperunt; ideo dignum est ut peccent. Igitur sicut qui sine lege peccat, peribit; ita et qui sine lege legem servaverit, justificabitur. Justitiam enim naturaliter servans, custos legis est. *Si enim justo non est lex posita* (1 Tim. I, 9), sed injustis; qui non peccat, amicus legis est. Huic sola fides deest, per quam fiat perfectus; quia nihil illi proderit apud Deum abstinere a contrariis, nisi fidem in Deum acceperit, ut sit justus per utraque; quia illa temporis justitia est, hæc æternitatis.

Et quicumque in Lege peccaverunt, per Legem a judicabuntur. Quoniam Judæi legem habent, in qua salus illis promissa est; non credentes, vel non recipientes promissum, per legem judicabuntur, sub qua vixerunt. Ipsa enim accusante, pœnas exsolvent: nam prope gravior Judæorum causa est apud eos ipsos, quam gentium. Sicut enim credentes præferuntur; ita et cum diffidunt, pejores inveniuntur: plus enim displicet, qui quod habuit, amisit; quam qui quod non speravit, consequi non potuit. Iste enim non intravit in regiam, ille foras missus est.

(Vers. 13.) *Non enim auditores Legis justi sunt apud Deum, sed factores Legis justificabuntur.* Hoc dicit, quia non hi justi sunt qui audiunt Legem, sed qui credunt in Christum, quem eadem Lex promisit: et hoc est facere Legem. Omnis autem non facit Legem, qui non credit Legi; dum non recipit, cui Lex testimonium perhibet. Qui autem in Lege non videtur esse; quia incircumcisus est carne, credit autem in Christum, hic fecisse Legem dicitur. Et ille qui se dicit in Lege esse, id est, Judæus, auditor Legis fit, non factor; quia non credit in Christum scriptum in Lege, sicut dixit Philippus ad Nathanael: *Quem in lege scripsit Moyses et prophetae, invenimus Jesum* (Joan. I, 45).

39 (Vers. 14.) *Cum enim gentes quæ Legem non*

^a M. s. aliquot., *judicabuntur. Sicut gentiles ac si legem naturæ custodiant, peribunt tamen nisi acceperint fidem Christi; major enim causa est solum Deum profiteri, quod Deus unus sit, quam a cæteris abstinere peccatis; hæc enim Dei causa est, illa nostra. Ita et Judæi sub lege agentes, a lege accusati judicabuntur; quia non recipiunt Christum in lege promissum. Et, si quæras, major dolor est gentibus; pejus*

habent, naturaliter quæ Legis sunt, faciunt. Gentes christianos dicit alio loco: Vobis enim dico gentibus (Coloss. II, 16); quia incircumcisi neque neomenias, neque sabbatum, neque escarum legem servant, et duce natura credunt in Deum et Christum, id est, in Patrem et Filium; hoc est enim Legem servare, Deum Legis agnoscere. Prima enim sapientiæ pars hæc est, timere Deum Patrem, ex quo sunt omnia: et Dominum Jesum Filium ejus, per quem sunt omnia. Ipsa ergo natura proprio judicio creatorem suum agnoscit, non per legem, sed per rationem naturæ; opus enim opificem cernit in se.

(Vers. 15.) *Hi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex, qui ostendant opus legis scriptum in cordibus suis.* Idem sensus est; quia dum natura duce credunt, opus legis ostendant non per litteram, sed per conscientiam. Opus autem legis est fides, quam cum dietis exhibet Deo, naturali judicio ostendit semetipsum legem sibi esse; quia quod mandat lex, ultro facit, ut credat in Christum.

Testimonium reddente ipsis conscientia ipsorum. Teste interiore conscientia sua credunt, quia consilii sibi sunt convenire sibi, quod credunt; congruum est enim creaturæ credere et venerari suum conditorem: nec absurdum est, ut dominum servus agnoscat.

(Vers. 16.) *Et inter se cogitationibus invicem accusantibus, aut etiam defendentibus in die, qua judicabit Deus occulta hominum, secundum Evangelium meum, per Jesum Christum Dominum nostrum.* Quoniam Judæos dissidentes per Legem dixit judicandos fore (Lex enim illos accusabit, quæ Christum illis promisit, quem venientem recipere noluerunt), gentes autem, quæ Legem utique non habent, per conscientiam judicabuntur, si credere noluerint. Primum quidem accusatores erunt gentiles credentes non credentium gentilium; sicut Judæis non credentibus dicit Dominus de discipulis suis: *Ipsi iudices vestri erunt* (Matth. XII, 27); quia perfidia Judæorum judicabitur fide apostolorum, qui cum ex ipsis essent, illis dissidentibus, crediderunt. Deinde cogitationibus suis accusabuntur gentiles, si compuncti creatoris fidem et virtutem noluerint credere: aut si stupore quodam non considerant, ut credant verbis et gestis Dominicis, defendentes se conscientia in die judicii, quia non cogitavit se debere credere; et judicetur non quasi malevolus, sed quasi ignorans: non tamen sine pœna futuros; quia id non licet ignorare. Gentes enim duplici genere significat, tam credentes quam infidos; superius enim de gentibus credentibus dicit: post autem subjecti etiam de eis gentibus, quæ non credunt; ut sicut per conscientiam suam

est enim promissionem amisisse, quam quod desperavit, non accepisse.

^b Mss. complures, *non intravit in regnum.*

^c Codex Corb. et alii nonnulli, *quia quæ dicuntur, non transfundit ad mentem, non factor legis fit, sed auditor, non enim credit, etc.*

^d Rom. edit., *stupore quodam alienati a via Dei, non crediderint, etc.*

laudantur credentes, ita et per conscientiam suam A
accusentur diffidentes: Quamvis enim sibi videatur
minime reus, qui non credidit; quia apud se tractare
istud non potuit, ratione tamen convincitur; quia
non sibi suavitatem verum hoc esse, quod et virtutum
testimoniis viderat confirmari, et multos sequi.

Puto etiam sic posse intelligi, si tota quaestio ^a de
gentibus credentibus dixisse credatur, quia ait:
Quid mihi de his, qui foris sunt, iudicare (I Cor. v,
12)? Et, *Qui non credideris, inquit, jam iudicatus es*
(Joan. iii, 18). Et, *Quia non resurgunt impii in ju-*
dicio (Psal. i, 5). Sine lege enim peccantes, sine
lege et peribunt; ac per hoc ante tribunal Christi
stare non poterant, et reddere causas; quia resur-
gentes ducentur ad gehennam. Illi enim quos dicit
invicem cogitationibus suis accusari aut defendi in B
die iudicii Dei, christiani sunt ii, qui discordant a
catholica veritate, diversa sentientes de Christo, aut
de sensu Regis in traditione Ecclesiae, sive Cataphry-
gae, sive Novatiani, sive Domatiani, aut ceteri hae-
retici. Horum cogitationes invicem se accusabant in
die iudicii; si intellexit quis veram esse catholicam
doctrinam, et ne videretur emendatus, sequi noluit,
erubescens ab eo quod diu tenuit recedere, in die
iudicii cogitatione sua accusabitur. Duae enim cogi-
tationes in homine invicem se accusabant, bona et
mala. Bona accusat malam, quia contradixit veri-
tati: mala iterum accusat bonam, quia non secuta
est, ut sensit: et per hoc constituitur reus, qui cogi-
tavit, sentiens bonam et veram esse Ecclesiam
catholicam, et permansit in haeresi vel schismate. Ejus
autem cogitationes se invicem defendent, qui semper
hoc cogitavit, putans utile ⁴⁰ quod secutus est. Dictus
est enim: Semper in cogitationibus meis hoc putavi
utile, quod secutus sum: haec fuit fides mea. Hic levio-
rem habebit causam, quamvis emendandum sit; quia
a conscientia sua non accusabitur in die iudicii. Hoc
modo iudicabuntur occulta hominum in die iudicii
Dei per Jesum Christum Dominum nostrum.

(Vers. 17.) Si autem tu Judaeus cognominaris.
Cognomen Judaei est, quia ex prerogativa parentum
est, ut dicantur Israelitae. Et tamen si totum velimus
quod ad causam pertinet, comprehendere, cognomen
Judaeis ^b tripartito genere significatum debe-
mus advertere. Primum quia filii sunt Abrahae, qui
per fidei suae meritum pater positus est cunctarum
gentium. Deinde propter Jacob, qui augmentandae
fidei gratia Israel appellatus est; coepta enim patris
dignitas nobilitatur in filiis. Tertio non magis pro-
pter Judam, sed propter Christum; quia ex Juda ortus
est secundum carnem, Judaei cognominantur; quia
in Juda hoc significatum est, quod futurum erat in
Christo. Dictum est enim: *Judas erit dux vester* (Ju-
dic. xx, 18); et, *Juda, te collaudant fratres tui* (Gen.
xlix, 8). Quae laus data Judae non probatur, sed

Christo, quem omnes quotidie collaudant ii, quos
fratres suos dignatus est appellare. Ipse enim dixit
mulieribus: *Ite, et dicite fratribus meis, quia precedo*
vos in Galilaeam (Matth. xxviii, 7). Quis enim non
laudet eum, cujus beneficio vivit? Apostolus ergo
sub hac significatione, quae posterior numero, sed
perfectior merito est, totum voluit comprehendere:
quod Judaei non intelligentes, nomen sibi carnalis
Judae defendunt.

(Vers. 18.) *Et requisicis in Lege, et gloriaris in*
Deo, et nosti voluntatem ejus, et probas utiliora, in-
structus per Legem. Non magnum valde videri vult,
si Judaeus credat; quippe cum sit instructus per
Legem: periculosum autem valde si non credat;
ducem enim habet Legem. Sed ut praeponeatur cre-
dens, meritum facit Patrum; quia quamvis aliquis
per se floreat, erubescit tamen in suis.

(Vers. 19, 20.) *Confidisque te ipsum ducem esse*
sacerum, lumen eorum qui in tenebris sunt, erudito-
rem insipientium, magistrum infantium, habentem
formam scientiae et veritatis in Lege. Vera sunt haec;
quia Legis documentum hoc est, erudire imperitos,
et Deo subicere profanos: vel ab idololatriae cultura
impios promissione, quae facta est per Legem, ad
melloris spei fiducia provocare. Recte ergo gloria-
tur in his legis doctor, quia formam tradit veritatis.
Si autem non recipit eum quem Lex promisit, frustra
glorietur de Lege, cui injuriam facit, dum Christum
spernit promissum in Lege; et nec jam eruditor erit
insipientium, nec magister infantium, nec lumen
eorum, qui in tenebris sunt; sed dux omnium ho-
rum ad perditionem.

(Vers. 21.) *Qui ergo alium doces, te ipsum non do-*
ces. Hoc est, tu qui gentiles arguis quod sine Lege
et Deo sint, te ipsum non arguis: diffidens enim de
Christo in Lege promisso, in iisdem quae arguis, in-
venit.

(Vers. 22.) *Qui praedicas non furandum, furaris; c*
facis enim quod praedicas fieri non debere. Dum
enim fidem Christi per malam interpretationem sub-
ripis, negas Christum nostrum in Lege promissum.

Qui dicis non moechandum, moecharis (II Cor. ii,
17). Adulteras autem Legem, quando veritatem Chri-
sti tollis, et mendacium ponis. Unde alio loco dicit:
Adulteratores verbi Dei.

^D *Qui execeraris idola, sacrilegium facis:* Sacrilegus
es, quando Christum, quem Lex et propheticus
sermo Deum significant, negas; dicit enim Esaias:
Quia in te est Deus, et non est Deus praeter te. Tu es
enim Deus, et nesciebamus: Deus Israel salvator (Esai.
xlv, 14). Numquid Judaei de Deo Patre dicebant: *Tu*
enim es Deus, et nesciebamus; cum tota Lex Dei Patris
auctoritatem praedicit, ex quo sunt omnia? Sed quia
Filius Dei semper quidem apparuit, latebat autem quis
esset; cum post resurrectionem cognoscitur, dicitur

derivatum.

^c Rom. edit., hoc est, cum negas Christum in lege
promissum, fidem ejus per malam interpretationem
subripis; facis enim quod praedicas fieri non debere.

^a Omnes edit., de gentibus non credentibus: mss.
contra prope universi excludunt negationem.

^b Ita mss. plerique: alii autem nonnulli, ac vet.
edit., tripartito genere significandum; Rom. edit.,...

ei in confessione : *Tu enim es Deus, et nesciebamus.* A Et qui putabatur in Lege tantum Angelus, et dux exercitus Domini : at cum intelligitur Filius esse Dei, dicitur ei cum gratiarum actione : *Tu enim es Deus, et nesciebamus.* Per hoc ergo significat quia ipse esset ; qui apparuerat quidem ^a patriarchis in Deum, et post incarnatus est, sed non fuerat intellectus ab omnibus.

(Vers. 23.) *Qui in Lege gloriaris, per prævagationem Legis Deum inhonoras.* ¶ Prævicator Legis es, quando sensum Legis, qui de incarnatione et divinitate Christi est, præteris : et Deum inhonoras, dum testimonium ejus, quod dedit de Filio suo, non recipis. Ipse enim dixit : *Hic est Filius meus dilectus* (Matth. III, 17).

(Vers. 24.) *Nomen enim Dei per vos blasphematur inter gentes, sicut scriptum est* (Esai, LI, 5). Hoc dixit Esaias propheta, quia Dei nomen blasphematur inter gentes ; quando Judæos pro noxis suis traditos sibi non advertentibus : sed idolis suis dabant gloriæ, quasi Judæorum Deum vicissent in Judæis. Ita et tempore apostolorum Dei nomen blasphemabatur in Christo ; quia Judæi Christum Deum negando, blasphemabant et Patrem, sicut dicit Dominus : *Qui me recipit, non me recipit, sed eum qui me misit* (Luc. IX, 48). Et ideo inter gentes blasphemabatur, quia credentibus gentibus Judæi suadere nitebantur Christum Deum non credendum ; ut blasphemium gentium a Judæis vel Photini auctoribus sit profectum.

(Vers. 25.) *Circumcisio quidem prodest, si Legem observes.* Potest dici e contra : Si prodest circumcisio, cur prætermittitur ? Sed tunc prodest si Legem observes. Tenenda ergo circumcisio est ; et ut possit prodesse, servanda est Lex. Quid ergo prohibuit quod prodesse, si Lex servetur, ostendit ? Videtur ergo male prohibitum, quod non per se displicet, sed per alterius negligentiam frustrari dicitur.

Si autem prævicator Legis sis, circumcisio tua præputium facta est. Hoc est quod dicit, quia si Lex servata non fuerit, Judæus gentilis efficitur. Sed circumcisionem pro genere posuit Abrahæ ; quia ex Abraham circumcisio : nec enim poterat ædificare, quæ destruxerat. Hoc enim ait, ut doceat tunc prodesse ex genere Abrahæ esse, si Lex servetur, id est, si in Christum credatur, qui promissus est Abrahæ ; quia et suum meritum habent justificati per fidem, et honore Patrum sublimantur. Omnis enim salus in Lege de Christo est. Hic ergo servat Legem, qui credit in Christo : si autem non credit, transgressor est Legis ; quia non recipit Christum, quem Lex ad justificationem venturum cecinit, quam ipsa dare non potuit : et nihil illi proderit dici filium Abrahæ ; quia hic secundum meritum filius est Abrahæ, qui fidem sequitur, per quam dignus Deo

existit Abraham. Unde ait : *Circumcisio tua præputium facta est, id est, gentili similis factus es, non credens in eum, qui in signo ^b circumcisionis filius promissus est Abrahæ.*

(Vers. 26.) *Si igitur præputium justitias Legis custodiat, nonne præputium illis in circumcisionem reputabitur ?* Justitia Legis fides est christiana, sicut alio loco dicit : *Finis legis Christus ad justitiam omni credenti* (Rom. X, 4). Ideo manifestum est quia si gentilis credat in Christum, sit filius Abrahæ, qui pater est fidei.

(Vers. 27.) *Et judicabit quod ex natura est præputium, Legem perficiens, te, qui per litteram et circumcisionem prævicator es Legis.* Credens gentilis, duce natura, in Christum, condemnat Judæum, cui Lex promiserat Christum, et advenienti ei credere noluit. Quanta ergo gentilis dignus est gloria, qui per solam naturam intellexit auctorem, sicut dicit Petrus apostolus : *Auctorem vero vitæ interfecistis* (Act. III, 15) ; tanto magis Judæus puniendus est, qui neque per naturam, neque per Legem Christum agnovit auctorem.

(Vers. 28, 29.) *Non enim qui in manifesto, Judæus est ; neque quæ palam in carne, est circumcisio : sed qui in occulto, Judæus est ; et circumcisio cordis in spiritu, non littera : cujus laus non ex hominibus, sed ex Deo est.* ^c Non est obscurum quia circumcisionem carnis negat laudem habere apud Deum (nec enim Abraham ideo justificatus est, quia circumcisus : sed quia credidit, justificatus est, postea autem circumcisus est), cordis autem circumcisionem laudabilem apud Deum esse. Circumcidere enim cor, amputato errore, agnoscere est Creatorem. Et quia circumcisio cordis futura erat, primus Moyses dixit : *Circumcidetis duritiam cordis vestri* (Deut. X, 16). Et Hieremias ^d similiter : *Circumcidite præputium cordis vestri* (Jerem. IV, 4). Hoc dixit Judæis idola sequentibus ; velamen est enim circa cor, quod conversus ad Deum circumcidit : quia fides aufert nebulam erroris, et tribuit perfectam Dei cognitionem in mysterio Trinitatis, quod incognitum erat a sæculis. Hujus ergo circumcisionis laus ex Deo est, occulta hominibus ; cordis enim meritum est, quod aspicit Deus, non carnis. Nam Judæorum laus ex hominibus est ; gloriantur enim in carnis circumcisione, quod ex Patribus sit. ^d Unde inter cætera ait : *Et gloria in pudendis eorum, qui terrena sapiunt* (Philip. III, 19) ; hoc est, qui circumcisionem carnis gloriam putant. Terrena enim sapit, qui in carne gloriatur : qui vero in spiritu gloriatur, hujus laus ex Deo est ; spiritu enim non carne creditur.

CAPUT III.

(Vers. 1 et 2.) *Quid enim amplius est Judæo, aut missus est Abrahæ.*

^a Post vocem, *patriarchis*, expunxerat Rom. edit. in *Deum*. Ubi vero eadem, ac vet. edit. cum mss. aliquot, *intellectus ab hominibus*, mss. complures inclius legunt, *intellectus ab omnibus*.

^b Rom. edit., ac pauci mss., *circumcisionis pro-*

^c Rom. edit., *Non est obscurum circumcisionem carnis laudem non habere.*

^d Eadem edit., cum uno aut altero mss., *Unde in alia epistola inter cætera.*

quæ utilitas circumcisionis? Multum per omnem modum. Primum quidem quia credita sunt illis eloquia Dei. Quamquam multa sint, quæ ad honorificentiam et meritum pertineant seminis Abrahamæ; hoc tamen solum aperte memorat, quia maximæ laudis eorum est, ut Legem per quam addiscerent rectum a perverso distinguere, digni judicarentur accipere; ut post hoc primum cætera qualia sint, possint intelligi. Quoniam autem Judæis carnalibus, id est, incredulis, nihil proficere testimonium generis ostendit; ne omnes, ^a id est, et credentes male tractasse videretur, docet multum utile esse Judæis credentibus, quia filii sunt Abrahamæ. His enim eloquia Dei sunt credita, dum Legem, quæ peccatis hominum obsoleverat, quasi impune peccaretur apud Deum, merito Patrum reformatam accipiunt, et populus Dei vocantur. Ægyptus quoque propter injurias illorum diversis plagis percutitur: cælesti pane cibantur, omnibus gentibus terrori sunt, testante hoc Rahab meretrice: quibus etiam Christus salvator ad sanctificationem promissus est (Josue II, 9 et seq.). Ideo ait multum utile Judæis per omnem modum, quia filii sint Abrahamæ: anteponuntur enim gentibus, sed qui credunt.

(Vers. 3.) *Quid enim si quidam illorum non crediderunt? Numquid incredulitas illorum fidem Dei evacuabit? Absit.* ^b Non inquit, quia aliqui Judæorum credere noluerunt, quæ Deus promisit filiis Abrahamæ, idcirco præjudicabitur cæteris Judæis; ne digni dicantur accipere quod Deus promisit fidelibus: quippe cum sic facta sit promissio, ut credentibus proficeret. Igitur non indignatus Deus propter illorum perfidiam, id est, Judæorum, dabit reliquis credentibus vitam æternam, quam promisit futuram per fidem Christi; quia qui non crediderunt, ipsi se indignos fecerunt sine præjudicio cæterorum. His dictis commendat credentes Judæos; quia nihil obest eis, quia multi ex illis credere noluerunt.

(Vers. 4.) *Est enim Deus verax, omnis autem homo mendax, c sicut scriptum est: Ut justificeris in sermonibus tuis, et vincas cum judicaris (Psal. L, 6).* Ut firmaret quod supra dixit, quod Deus in promissione

^a Rom. edit., id est, et credentes, et non credentes: bene alix, ac mss. ut in textu, est enim, et credentes idem atque, etiam ipsos credentes.

^b Rom. edit., Absit, quasi dicat: Quia aliqui... promisit fidelibus. Non inquit: quippe cum, etc. Gill. in variis lect., Hoc dicit, quia non præjudicabitur Judæis credentibus, ne digni dicantur accipere, quod promisit Deus cæteris diffidentibus, quia sic facta promissio est, ut donum gratiæ ejus credentibus proficeret.

^c Corb. cod. aliique nonnulli, et Dion. apud Gill., sicut scriptum est. Igitur quoniam Deus verax est, dat quod promisit: hominis autem est fallere, quem tempora et naturæ imbecillitas faciunt mutabilem, per id quod præsentiam non habet. Deus autem apud quem nihil futurum est, immutabilis perseverat, sicut dicit: Ego sum, et non mutabor. Omnem ergo hominem dicit mendacem, et verum est; natura enim quæ fallitur, non absurde dicitur mendax. Itaque aliquando studio, aliquando errore mendax est. Non ergo hoc de Deo sperandum est, qui et verus est, et benevolus, ut im-

pleat quod promisit. Quod etiam prophético oraculo firmat dicens, sicut scriptum est: Ut justificeris in sermonibus tuis, et vincas, dum judicaris. Huic autem versui subnectunt cod. Dion. et Remig., Deum justum promisit et verbis suis prophético sermo testatur nec aliquorum perfidia fidem ejus minui, sed dando vincere. Quod perfidi non credentes negant eum daturum. Dabit ergo quod judicatur, ut vincat faciendo, quod negatur facturus. Tunc vincetur impietas, quæ dum non credit, negat vera esse, quæ promisit Deus. Videbit enim factam resurrectionem, quam negavit: et sciet victam esse perfidiam pollicitatione et veritate Dei. Hoc est quia Deus verax est, omnis autem homo mendax, qui negat quod futurum est. Nam et Christus, etc. ^d Mss. aliquot, ut sciat veram esse pollicitationem ac veritatem Dei. ^e Duo mss. addunt, in inferis, hoc est, quia omnis homo mendax, Deus autem solus verax. ^f Nonnulli mss., quo judicatur non dare his qui peccant.

(Vers. 5 et 6.) *Si autem injustitia nostra Dei justitiam commendat, quid dicemus? Numquid iniquus Deus, qui infert iram (secundum hominem dico) absit.* Hoc juxta sensum prophetæ David dicit Apostolus: David autem quando peccaverat in causa Uriæ Heethæ (II Reg. II, 4), sciens quia promissio peccatoribus dari non potest, exorat ut justificatio verborum Dei vincat judicium ^f quo judicantur ii qui peccant (Psal. L, 6); et pœnitentem reformet sanctificans, ut det ei quod justis se daturum promisit. Ac per hoc subject: Si autem injustitia nostra Dei justitiam commendat, etc., id est, si quia nos peccatores sumus, Deus justificatur; iniquus erit, si vindicet. Nam si injustitia nostra ei proficeret, sine dubio iniquus

erat si damparet peccantes; ^a quia iniustitia nostra Deum facit justum, si peccantibus nobis det, quod promisit sanctis. Quia quamvis peccatores simus, reformamur tamen per poenitentiam; ut non jam peccatores, sed abluji promissionem mereamur accipere. Non ergo is sensus est in verbis prophetae David, cum dicit: *Tibi soli peccavi, et malum coram te feci; ut justificeris in sermonibus tuis, et vincas cum iudicaris (Ibidem)*, qui malevolorum hominum prava interpretatione asseritur; ut peccata hominum et mali actus Dei justificationi proficiant et per mala nostra bonus appareat, et iniustitia nostra illum justum ostendat. Quoniam itaque iniquus non est Deus, cum irrogat iram, jam non peccatis nostris iustificatur: quia si peccatis nostris iustificaretur, iniquus esset, si vindicaret: sed quia non est iniquus, cum vindicat, manifestum est quia iniustitia nostra Dei justitiam non commendat. Si autem commendaret, non vindicaret, quia justus est.

Ac per hoc subiecit: *secundum hominem, inquit, dico. Absit, hoc est, absit, ne Deus iniquus dicatur; quia hoc homini competit, quem constat et errare, et falli et fallere. Nam Deus immutabilis perseverat, nec potest non amare, quæ facit.*

Alioquin quomodo iudicabit Deus hunc mundum? Verum est, quia non erat justum ut iudicaret Deus mundum, si peccata ejus ipsi proficerent; ut nutu ejus peccantes dum veniam consequuntur, Deus bonus videretur: ^b et si non peccarent, non videretur justus; si enim non peccent, non habendo cui remittat, non erit bonus.

(Vers. 7.) *Si enim veritas Dei in meo mendacio abundavit in gloriam ipsius, quid adhuc et ego tamquam peccator iudicor?* Manifestum est, quia si ad gloriam Dei proficit mendacium hominum, ut ille solus verus appareat, peccatores non sunt dicendi, qui peccant; quia non voluntate, sed impulsu ejus videbantur peccare: quod absit.

(Vers. 8.) *Et non, sicut blasphemamur, et sicut aiunt nos quidam dicere, faciamus mala, ut veniant bona?* ^c Nunc aperit quorum causa hæc sollicitæ, et cum reverentia disputat. A *perversis* enim hoc opponebatur, quasi hic esset sensus prædicantium remissionem peccatorum, ut facerent mala, et venirent bona, hoc est, peccarent, ut remittendo illis Deus videretur bonus, secundum quæ supra dicta sunt: quod blasphemium appellat, et abjicit a sensu divinæ doctrinæ. Nec enim peccare debere fides tradit, quippe cum iudicaturum Deum prædicet; sed delinquentibus consulit, ut recuperata salute, sub lege Dei viventes jam non peccent.

^a Quidam mss., *Et verum est, si tamen ei proficiat nostra iniquitas. Sed quia periculosum est hoc dicere, non est iniquus Deus, si iudicat; quia non illi iniustitia nostra proficit, ut nobis peccantibus ille iustificetur, id est, ut gaudeat peccatis nostris, per quæ ille solus justus appareat. Sed absit, ait, secundum hominem dico, hoc est, sensus hic homini convenit, non Deo, quia non cadit in Deum, ut iniquus sit, sed in hominem. Nec enim iniustitia nostra Deum facit justum,*

A Ideoque subiecit: *Quorum damnatio justa est, id est, horum hominum qui æmulatione invidiæ istud de nobis interpretantur, quod supra dictum est, damnatio justa est. Hæc enim iactabant Judæi, ut doctrinam apostolicam criminarentur, dicentes quod cum remissionem peccatorum prædicant, peccandi somitem præbeant; ut quasi securi 44 homines de remissione, prompte peccarent: cum conaret post acceptam fidem periculosum esse peccare, et hoc prædici credentibus.*

(Vers. 9.) *Quid ergo præcellimus eos? Nequaquam. Causati enim sumus Judæos et Græcos omnes sub peccato esse. Hoc est, quid adhuc immoramur lajjs loquentes? Ostendimus enim redditis causis, tam Judæos quam Græcos, omnes reos esse, ideoque frustra legem servari. Primum enim Græcos ostendit reos juxta legem naturæ, et quod neque Legem Moyse recipere; quæm obrem pessima eorum et pergravissima causa. Deinde etiam Judæos ostendit reos, qui sub lege Dei vivere videntur, ac sibi merito patrum descenderent dignitatem, ex eo præcipue, quod promissionem patrum spreverint, Dei gratiam in irritum deducantes. Ad quam rem Urmandam exemplum propheticum subdidit ex psalmo tertio decimo dicens:*

(Vers. 10.) *Sicut scriptum est, quia non est justus quisquam (Real. xiv, 4 et seq.).* Alii iniustitia cœpit mala opera eorum enuperare, et partim peiora subdicere; ut manifestaret in his nullam spem videri, nisi implerent misericordiam Christi, qui peccata dimittit.

C (Vers. 11 et 12.) Deinde adjecit: *Non est intelligens.* Verum est, quia si daret operam intelligere, injustus non esset.

Non est requirens Deum. Nec istud occultum est, quia si intelligeret quid prodesset, Deum quæreret: et non sicut Asa rex Juda, qui post multa Dei beneficia sic depravatus est; ut infirmitatem pedum passus, propheta præsentem, non quæreret Deum.

Omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt (III Reg. xv, 25). Nemini dubium, quia omnes non quærentes Deum, inclinantur, ut auxilium requirant a vanitate: vanitas autem est idolum; ideo inutiles fiunt.

Non est qui faciat bonum, non est usque ad unum. Quia neglecto Deo, inutiles facti sunt, bonum utique D facere non possunt; jam enim depravati proficiunt in pejus.

(Vers. 13.) *Sepulcrum patens est guttur eorum.* Jam malis mancipati honos, si posset fieri, devorare volebant; ut sicut sepulcrum patet ad recipienda cadavera, ita et adversus bonos guttur eorum.

si peccantibus nobis det, quod promisit sanctis.

^b Mss. aliquot, *ut si non peccarent, non habendo quod remitteret, non esset bonus.*

^c Nonnulli mss., *Hoc est unde sibi quæstionem fecit Apostolus. A perversis, etc.*

^d Quidam mss., *de promissione.* Infra vero pro, *et hoc prædici, Rom. edit. reposuit, et hoc prædicare.*

^e Mss. aliqui, *Quid ergo tenemur amplius? Causati, etc.*

Linguis suis dolose agebant. Qui tam malis operibus assueverant, quæ loquebantur, in fallacia erant.

Venenum aspidum sub labiis eorum. Hoc dicit, quia verba huiusmodi hominum muscipula sunt. Ad hoc enim loquuntur, ut decipiant; ut sicut per labia serpentis venenum infunditur, ita et per labia eorum dolus et circumventiones.

(Vers. 14.) *Quorum os maledictione et amaritudine plenum est.* Manifestum est quia contra honos mali semper maledicta et amara proponunt, in convicium illorum prorumpentes et detractionem.

(Vers. 15.) *Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem.* Hoc de nece prophetarum dixit, quos occiderunt impigre, ad bonum segnes, ad parricidium veloces.

(Vers. 16.) *Contritio et infelicitas in viis eorum.* Quoniam citati erant ad malefaciendum, iter ipsorum vel gressum tribulatum et infelicem pronuntiat.

Et viam pacis non cognoverunt. Via pacis lenis est et inturbata; omnis enim bona vita tranquilla est, et actus modesti ipsi sunt pacifici, et per istos itur ad Deum. Illi ergo nolentes hæc scire, elegerunt viam tribulationum, per quam itur in gehennam.

(Vers. 17.) *Non est timor Dei ante oculos eorum.* Quoniam huiusmodi sine sensu sunt, Dei timorem non habent: *Initium enim sapientiæ timor Domini*, dicit Salomon (Proverb. 1, 7). Et non dixit timorem Dei hos non habere, sed: *Non est, inquit, timor Dei ante oculos eorum.* Videntes enim tam maligna opera sua, et non horrentes, timorem Dei dicuntur ante oculos non habere. Istos omnes et propheta Hieremias significat, dicens inter cætera: *Tunc omnes incurrerunt in prophetam Domini, volentes occidere eum.* Et sequitur: *Omnis autem populus non periecit* (Jerem. xxvi, 8, 16). Illos ergo omnes dicit, 45 sed malos; et hos omnes, sed bonos. Neque enim quia dicit: *Omnes declinaverunt*, totam penitus plebem significat, sed hanc partem plebis, sicut et memoratus propheta refert: *In qua omnes mali se condiderunt.* Semper enim duo populi sunt in una plebe. Hic est ergo populus quem increpat Dominus sub nomine Hierusalem, dicens: *Hierusalem, Hierusalem, quæ occidis prophetas* (Matth. xxiii, 37). Et alio loco: *Generatio, ait: mala et adultera, et: Natio viperarum* (Ibid. xii, 39). De huiusmodi queritur etiam propheta Esaias, dicens: *Væ genti peccatrici, semen pessimum* (Esai. 1, 4)! Per malam enim voluntatem, dum fructus malos faciunt, semen pessimum sunt. Et quia si voluerint, possunt converti, vox probat Apostoli in alia Epistola dicentis: *Eramus et nos aliquando natura filii iræ, sicut et cæteri* (Ephes. ii, 3).

(Vers. 18.) *Scimus autem quoniam quæcumque Lex loquitur, iis qui in lege sunt, loquitur.* Manifestum est quia hos increpat Lex, qui et primum non credi-

^a Corb. codex, et Dion. apud Gill., non cognoverunt, inimicitarum viam eligentes; per quam itur ad mortem secundam, iter quo pergitur ad æternam vitam: quæ idcirco pax dicitur, quia nullam perturbationem habebit. Deum habentes propitium spreverunt, volentes scire quoniam bonæ voluntatis homines hanc requiem

derunt duci suo Moysi, neque prophetis parentibus suis, quos et persequentes occiderunt, neque apostolis cognatis suis secundum carnem, quorum sanguinem effuderunt, semper impii, et in Deum rebelles; ut per legem damnentur, cuius auctoritatem contemnebant putarunt. Sicut enim omnium maiorum una est causa in malo, ita et cunctorum bonorum. In istis ergo omnium similium arguitur malum. Hæc ad Judæorum confusionem pertinent, qui sibi et parentibus suis testimonium ex lege ferebant.

(Vers. 19.) *Ut omne os obstruatur, et subditus fiat omnis mundus Deo.* Hoc dicit, quia Judæis in peccatis constrictis, omnis mundus subditus fit Deo. Nulli enim dubium est, quia pagani obruti sunt delictis et impietatibus, ac per hoc totus mundus Deo prostratus est, ut possit ad indulgentiam pervenire; quia omnis mundus Judæi erant et gentiles, a quibus segregati sunt fideles. Quando ergo Judæos qui legem acceperunt a Deo, et quibus facta promissio est, peccatis probat obnoxios, dubium non est omnes Græcos reos esse mortis. Quamobrem: *Omne os obstruatur, ait, et subditus fiat omnis mundus Deo; dum omnes rei probati indigent misericordia Dei, tam Judæi, quam etiam Græci.*

(Vers. 20.) *Quoniam quidem non justificabitur ex operibus Legis omnis caro coram Deo.* Non ideo minime justificatos homines asserit apud Deum; quia legem justitiæ non servaverunt in præceptis: sed quia sacramentum mysterii Dei, quod in Christo est, credere noluerunt. Per hæc enim decrevit Deus justificare hominem, non per legem, quia lex ad tempus justificat, non apud Deum. Ideo legem servantes in tempore, justi sunt non apud Deum; quia fides per quam justificantur homines apud Deum, non est in eis. Major enim fides est, quam lex; quia lex ad nos pertinet, fides ad Deum. Idcirco lex temporalem habet justitiam, fides æternam. Nam omnem carnem dicens omnem hominem significavit, sicut et propheta Esaias ait: *Et videbit omnis caro salutare Dei* (Ezai. xl, 5); id est, videbit omnis homo Christum Dei, in quo salus omnium continetur. Et idcirco carne significantur, quia peccatis obnoxii sunt. Sicut enim justitia spirituales facit, ita et deficta carnales; ut ex actu nomen accipiat homo.

Per legem enim cognitio peccati: per fidem autem abolitio; ideo sequenda fides est. Quæ est hæc lex, per quam dicit cognitum esse peccatum, et cognitum quomodo? Videmus enim veteres non ignorasse peccatum; quia et Joseph in carcerem missus est, licet per calumniam (Gen. xxxix, 20); et pincerna et pistior Pharaonis, causa peccati (Gen. xl, 3). Quomodo ergo latebant peccata? Triplex quidem lex est; ita ut prima pars de sacramento divinitatis sit Dei: secunda autem quæ congruit legi naturali, quæ inter-

habebunt apud Deum.

^b Ms. Corb., Remig. et Thuan., unum est nomen in malo.

^c Idem Corb. codex, ad indulgentiam pertinere, omnis enim mundus Judæi erant et gentiles, ad quos facta promissio est, peccatis probat obnoxios.

dicit peccatum : tertia vero factorum, id est, sabbati, neomeniæ, circumcisionis, etc. Hæc est ergo lex naturalis, quæ per Moysen partim reformata, partim auctoritas ejus firmata in viliis cohibendis, cognitum fecit peccatum; non quod lateret, sicut dixi : * sed ostendit peccata quæ fiunt, non impune futura apud Deum; ne forte quis ad tempus evadens, legem illuisse putaretur. Hoc est quod lex ostendit.

(Vers. 21.) *Nunc vero sine lege justitia Dei manifestata est, testimonium 46 habens a lege et prophetis.* Apertum est quia justitia Dei sine Lege apparuit, sed sine lege sabbati et circumcisionis et neomeniæ et vindictæ; non tamen sine sacramento divinitatis Dei: quippe cum justitia Dei de sacramento Dei sit. Nam quando quos lex reos tenebat, justitia Dei ignovit illis, sine lege utique hoc fecit; quia in quos lex vindicatura erat, hæc donavit illis peccatum. Et ne hoc forte contra legem factum putaretur, adjecit justitiam Dei testimonium habere ex Lege et prophetis, hoc est, quia ipsa Lex ex alia parte olim istud futurum dixerat; quia venturus erat, qui homines salvaret (Esai. xix, 20) : quod legi concessum non erat, ut peccata donaret. Ideo autem justitia Dei dicta est, quæ videtur esse misericordia; quia de promissione originem habet: et cum promissum Dei redditur, justitia Dei dicitur. Justitia enim est, quia redditum est, quod promissum est: et cum suscipit confugientes ad se, justitia dicitur; quia non suscipere confugientem iniquitas est.

(Vers. 22.) *Justitia autem Dei per fidem Jesu Christi.* Quid est aliud per fidem Jesu Christi, nisi quia ipsa Dei justitia manifestatio Christi est? Per fidem enim prædicationis Jesu Christi agnoscitur donum dudum promissum a Deo, vel sumitur.

In omnes vel super omnes, qui credunt, hoc est, super omnes Judæos et Græcos credentes veri Dei justitiam.

(Vers. 23.) *Non enim est distinctio; omnes enim peccaverunt, et egent gloria Dei.* Quia dixerat super omnes Judæos et Græcos Dei esse justitiam, ut hoc probaret, adjecit: *Omnes enim, ait, peccaverunt.* Hoc generaliter accipiendum, ut intelligantur tam Judæi quam Græci; unde ait: *Non est distinctio; omnes enim hic comprehendit, etiam et sacerdotes, ut ostenderet nihil profuisse legem sine fide.* Sic enim lex data est, ut fides esset in lege, quæ futuram speraret salutem. Quamobrem mors Christi omnibus profecit, quia et hic in sæculo quid credendum et observandum est, docuit: et de inferno omnes eripuit.

(Vers. 24.) *Justificati gratis per gratiam ipsius.* Justificati sunt gratis, quia nihil operantes, neque vicem reddentes, sola fide justificati sunt dono Dei.

Per redemptionem quæ est in Christo Jesu. Gratiam Dei in Christo esse testatur; quia voluntate Dei a

* Iidem codices, sed ostendit futurum Dei iudicium, ut nullus peccator immunis a pœna sit; ne forte . . . Hoc est quod lex ostendit, quia peccatum imputaretur auid Deum.

b Iidem mss., justitiam, id est, gratiam. Et ut probaret, adjecit: *Omnes enim, ait, peccaverunt, tam*

A Christo redempti sumus; ut manu missi justificemur, sicut et ad Galatas dicit: * *Christus nos redemit (Galat. iii, 13), offerens se pro nobis.* Permisit enim se diabolo sævienti, sed impræscio. Putans autem se Christum posse retinere, veluti accepit eum: sed quia virtutem ejus ferre non potuit, omnes quos tenebat, simul cum illo amisit.

(Vers. 25.) *Quem proposuit Deus propitiorem fidei.* Hoc dicit quia in Christo proposuit Deus, id est, disposuit propitium se futurum humano generi, si credant.

In sanguine ipsius. Ideo in sanguine ipsius, quia morte ejus liberati sumus; ut et manifestaret illum mortuum, et mortem passione ejus damnaret.

(Vers. 26.) *Ad ostensionem justitiæ suæ, hoc est, ut promissum suum palam faceret, quo nos a peccatis liberaret, sicut ante promiserat; quod cum implevit, justum se ostendit.*

Propter propositum præcedentium delictorum, in patientia Dei. Sciens Deus propositum benignitatis suæ quo censuit peccatoribus subvenire, tam iis qui sunt apud superos, quam iis qui in inferno tenebantur; utrosque diutissime expectavit, evacuans sententiam, qua justum videtur omnes damnari; ut ostenderet nobis, quod olim decreverat liberare genus humanum per Christum, sicut promisit per Ilieremiam prophetam, dicens: *Propitius ero iniquitatibus eorum, et delictorum illorum non memorabor (Jerem. xxxi, 34).* Et ne forte hoc donum solis Judæis promississe videretur, per Esaiam dicit: *Domus mea domus orationis vocabitur in omnibus gentibus*

(Esai. lvi, 7). Quamvis enim Judaismo facta promissio sit, sed præscius Deus eo quod donum ejus reprobari essent impii Judæi, gentes se ad percipiendam gratiam suam promisit admittere, quarum æmulatione in iram missi cruciarentur impii Judæi.

In hoc tempore, id est, tempore nostro, quo dedit Deus, quod olim promiserat dandum tempore, quo dedit. Ut sit 47 justus justificans eum, qui est ex fide Jesu Christi. Recte ait, quia ut sit justus, dedit quod promisit: hoc autem promisit, justificare se credentes in Christo. Dicit autem in Habacuc: *Justus autem ex fide vivit (Habac. ii, 4);* ut dum Dei fidem habet et Christi, sit justus.

(Vers. 27.) *Ubi est ergo gloriatio tua? Exclusa est.*

Per quam legem? factorum? Non, sed per legem fidei. Reddita ratione, ad eos loquitur, qui agunt sub lege, quod sine causa gloriantur, blandientes sibi de lege, et propter quod genus sint Abrahæ, videntes non justificari hominem apud Deum, nisi per fidem.

(Vers. 28.) *Arbitramur enim justificari hominem per fidem sine operibus legis.* Gentilem dicit hominem pro certo haberi, quod justificetur credens, nulla faciens opera legis, id est, sine circumcissione, aut neomeniis, aut veneratione sabbati.

Judæi quam Græci; ut ostenderet nihil profuisse Legem.
 * Corb. cod., *Christus nos redemit de maledicto Legis, offerens se pro nobis, factus pro nobis maledictum. . . . Putavit enim se Christum posse retinere, veluti accipiter avem.*

(Vers. 29.) *An Judæorum Deus tantum? nonne et gentium? Immo et gentium.* Sine dubio omnium Deus unus est. Nec enim soli Judæi possunt sibi vindicare, quod Deus illorum non etiam gentium sit; cum relegant ab uno Adam omnium esse originem, et nulum advenam volentem ad legem accedere, prohiberi. Denique aliquanti exierunt cum illis ^a in eremum de Ægyptiis, quos suscipere jubentur (*Exod. xii, 28 et seq.*), tantum ut circumciderentur, et pariter cum illis ederent azyma vel pascha, nec non et Cornelium donum Dei accepisse gentilem non judaizantem, et quod justificatus sit, divino testimonio comprobatum (*Act. x, 31*).

(Vers. 30.) *Quoniam quidem unus Deus, qui justificavit circumcisionem ex fide et præputium per fidem.* In circumcissione Judæos significat, eo quod ex fide **B** promissionis justificati sunt, credentes hunc esse Christum, quem in lege promiserat Deus. In præputio vero gentiles significat per Christi fidem justificatos apud Deum. Tam enim gentiles, quam Judæos non aliter quam credentes justificavit; quia enim omnium unus est Deus, una ratione omnes justificavit. Quid ergo prodest carnis circumcisio, aut quid obest præputium; quando dignitatem et meritum non facit nisi fides?

(Vers. 31.) *Legem ergo evacuamus per fidem? Absit: sed legem statuimus.* Non utique lex exinanitur per fidem, sed adimpletur; firmatur enim status ejus, quando quod futurum dixit, fides istud advenisse testatur. Hoc propter Judæos, qui putant fidem Christi legi esse inimicam, ignorantes sensum legis. Non ergo evacuat legem, cum illam cessare debere jam docet; quia tempore suo recte illam datam asserit, sed jam agere non debere. In ipsa enim lege dictum est, tempore exolutæ promissionis legem cessare debere; Angelus enim Gabriel Danieli prophetæ desiderium hujus rei sciendæ habenti ostendit (*Dan. ix, 25*), inter cætera dicens, adveniente Christo, chrisma, id est, unctionem regalem cessare, quæ potestas intelligitur. Et judicium, ait, non erit amplius, quod est lex, et tollitur sacrificium mæum. Ideo, inquit, *meum*, ut sciretur oblationem veterem cessaturam. Quem sensum adaperiens Salvator: *Lex, ait, et prophetæ usque ad Joannem (Luc. xvi, 16).* Et quia lege Moysis cessante, meliora præcepta daturus erat Deus, Hieremias propheta cecinit, dicens: *Ecce dies venient, dicit Dominus, et consummabo domui Israel, et domui Juda testamentum novum non secundum quod dedi patribus eorum (Jerem. xxxi, 31).* His utique qui venientem Christum ex promissione receperunt. Ideo Salvator: *Non veni, ait, solvere legem aut prophetas, sed adim-*

^a Rom. edit., in eremum Ægypti, qui suscipi jubentur.

^b Corb. codex, et Remig., *Nam Abrahami habet quidem gloriam apud Deum, sed ex fide, per quem justificatus est; quia ex operibus Legis nemo justificatur, ut habeat gloriam apud Deum. Et quia servantes Legem justificantur ad præsens, ait: Si Abraham ex operibus Legis justificatus est, habet gloriam, sed*

plere (Matth. v, 17). Et quia domus Dei non tantum in sola Hierosolyma, sed et in cæteris locis futura erat, ait Zacharias propheta: *Ponam Hierusalem in omnibus gentibus (Zach. xii, 2):* quæ est Ecclesia.

CAPUT IV.

(Vers. 1.) *Quid ergo dicemus invenisse Abraham patrem nostrum secundum carnem?* Postquam ostendit non posse per opera legis quemquam justificari apud Deum, adjecit, nec Abraham potuisse aliquid mereri secundum carnem. Carnem dicens circumcisionem significavit, quia nihil quæsit Abraham per circumcisionem. Ante enim justificatus est, quam circumcideretur.

(Vers. 2.) *Si enim Abraham ex operibus Legis justificatus est, habet gloriam, sed non apud Deum.* Hoc proponentis est. ^b Nam Abraham ex fide justificatus est, quod nulli dubium est: ideo habet gloriam apud Deum. Sed quia qui legem servant sive **48** Moysi, sive naturalem, justificantur ad præsens; ne rei sint in præsentis judicio; ideo ait: *Ex operibus legis si Abraham justificatus est, non habet apud Deum gloriam; quia qui fecerit, inquit, legem, vivet in ea, id est, non morietur ut reus: nec tamen meritum ex hoc habebit apud Deum, sed fidei causa.*

(Vers. 3.) *Quid enim dicit Scriptura? Credidit Abraham Deo, et reputatum est ei ad justitiam (Gen. xv, 6).* Manifestavit non ideo Abraham gloriam apud Deum habere, quia circumcisus est, aut quia abstinuit se ab iniquitate; sed quia Deo credidit, hinc et justificatus est, laudis suæ præmium in futuro consecuturus.

(Vers. 4.) *Ei autem qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum.* Absolutum est ei qui legi factorum, id est, Moysi, subjectus est, aut naturali; non imputari meritum ad mercedem, ut gloriam habeat apud Deum. Debitor est enim facere legem, quia necessitas imposita est per legem; ut, velit nolit, faciat legem, ne damnetur, sicut alio loco dicit: *Qui autem contemnunt, ipsi sibi damnationem adquirunt; quia ad præsens rei sunt (Rom. xiii, 2).* Credere autem aut non credere, ^c voluntatis est. Neque enim quis cogi potest ad id, quod manifestum non est, sed invitatur; quia non extorquetur, sed suadetur. Quamobrem assentiens præmiis afficiendus est, sicut et Abraham, qui quod non vidit, credidit.

(Vers. 5.) *Ei vero qui non operatur, id est, ei qui obnoxius est peccatis; qui non operatur, quod mandat lex. Credenti autem in eum, qui justificat impium, reputatur fides ejus ad justitiam.* Hoc dicit, quia sine operibus legis credenti impio, id est gentili, in Christum, reputatur fides ejus ad justitiam, sicut et Abraham. Quomodo ergo Judæi per opera legis justi-

non apud Deum, sed apud mundum; ne præsentis lege obnoxius videatur. Apud Deum autem fidelis habet gratiam. Quid enim dicit, etc.

^c Cod. Corb., Thuan. et Remig., *voluntatis est; quia non extorquetur, sed suadetur. Ideo ad meritum proficit, credit enim quod non novit, sed sperat. Ei vero qui non operatur, etc.*

scari se putant justificatione Abraham; cum videant Abraham non per opera legis, sed sola fide justificatum? Non ergo opus est lex, quando impius per solam fidem justificatur apud Deum.

Secundum propositum gratiæ Dei. Sic decretum dicit a Deo, ut cessante lege, ^a solam fidem gratiæ Dei posceret ad salutem.

(Vers. 6.) *Sicut et David dicit. Hoc ipsum munit exemplo prophetæ. Beatitudinem hominis, cui Deus accepto fert justitiam sine operibus.* Beatos dicit de quibus hoc sanxit Deus, ut sine labore ^b et aliquid observatione, sola fide justificentur apud Deum. Temporis ergo beatitudinem prædicat, quo natus est Christus, sicut ipse Dominus ait: *Multus justus et prophetæ cupierunt videre, quæ videtis; et audire, quæ auditis, et non audierunt (Matth. xiii, 13).*

(Vers. 7 et 8.) *Beati quorum remissa sunt iniquitates, et quorum tecta sunt peccata. Beatus vir cui non imputavit Dominus peccatum (Psal. xxxi, 1 et seq.).* Manifeste beati sunt, quibus sine labore vel opere aliquo remittuntur iniquitates, et peccata teguntur, nulla ab his requisita pœnitentiæ opera, nisi tantum ut credant. Beatus etiam hic vir est, cui non imputavit Dominus peccatum. Remittere, et tegere, et non imputare, una ratio, et unus est sensus; omnia enim uno modo obtinentur et donantur.

Videtur autem quibusdam tripartita ratio in his dictis; quia diversis propheta usus est verbis, et quia a plurali numero ad singularem descendit. ^c Cum enim verba Dei in ubertatem gratiæ, quia peccati diversa sunt nomina, per delictorum vocabula enumerare vult, latius locutus est; unius tamen formæ et significationis sunt verba; quia et cum tegit, remittit: et cum remittit, non imputat. Ad laudem enim gratiæ Dei prolixius loquitur, ^d ut amplifcet gratiam. Tres enim gradus fecit propter delictorum varietatem: quorum primus gradus est iniquitas vel impietas, dum non agnoscitur Creator: secundus, in gravium peccatorum operibus; tertius vero levium; hos tamen omnes in baptismate obliterari. Tribus his gradibus totius peccati corpus significavit.

Quemadmodum autem ad pœnitentiam personam potest pertinere, cum dicit: *Beati quorum tecta sunt peccata*; cum constet pœnitentes labore et gemitu remissionem peccatorum acquirere? Aut quomodo ^D martyrio congruit, quod dicit: *Beatus vir, cui non imputavit Dominus peccatum*; ⁴⁹ cum sciamus gloriam martyrii passionibus et pressuris acquiri?

Propheta autem tempus felix prævidens in Salvatoris adventu, beatos nuncupat, quibus sine labore vel aliquo opere per lavacrum remittuntur, et teguntur et non imputantur peccata. Apostolus tamen propter plenitudinem temporum, et quia plus gratiæ

in apostolis est, quam fuit in prophetis, majora protestatur, quæ ex dono baptismatis consequuntur; quia non solum remissionem peccatorum accipere nos, sed justificari, et filios Dei fieri proficitur; et beatitudo hæc perfectam habeat et securitatem et gloriam.

(Vers. 9.) *Beatitudo ergo hæc in circumcissione tantum manet, an et in præputio? Id est, numquid beatitudo ista Abraham tantum filijs concessa est, an et illis qui incircumcisi sunt? Si enim illo tempore non prohibita sunt gentes accedere ad legem et promissionem Abraham, qui fieri poterat, ut tempore Christi prohiberentur ^e venientes ad gratiam; quando Deus gratia plene invitavit?*

^B *Dicimus enim, hæc est, si sensu legis loquimur, quia reputata est Abraham fides ad justitiam.* Ab origine incipit, ut omnem tergiversationem cavillationis excludat; quia qui a capite excluditur, non habet unde incipiat facere quæstionem.

(Vers. 10 et 11.) *Quomodo ergo reputata est? cum in circumcissione esset, an in præputio? Non in circumcissione, sed in præputio. Et signum accepit circumcissionis signaculum justitiæ fidei, quæ est in præputio; ut sit pater omnium credentium per præputium; ut reputetur et illis ad justitiam (Gen. xvii, 10 et 11).* Abraham cum esset in præputio, creditur Deo. Quid creditur? Semen se habiturum, id est, filium, in quo omnes gentes justificarentur per fidem in præputio, sicut et Abraham justificatus est: Nam circumcissionem accepit circumcissionis signaculum fidei: credens enim se filium habiturum, hujus rei quam creditur, signum accepit; ut quia credens justificatus sit, cerneretur. Non ergo circumcisio aliquid habet dignitatis, sed signum est tantum. Quod signum ille accipiebant filii Abraham, ut scirentur ejus filii esse, qui credens Deo hoc signum acceperat; ut æmuli essent paternæ fidei, et crederent in Jesum, qui promissus est Abraham, cujus in figura natus est Isaac. Nec enim in Isaac omnes gentes benedicuntur, sed in Christo: *Quia non est aliud nomen datum sub cælo, in quo oportet salvos fieri (Act. iv, 12)*, dicit Petrus apostolus.

(Vers. 12.) *Et sit pater circumcissionis non solum eorum qui ex circumcissione sunt, sed et eorum qui sequuntur vestigia fidei, quæ est in præputio patris nostri Abraham.* Hoc dicit, quia credens Abraham, primus factus est pater circumcissionis, sed cordis, non tantum eorum qui sunt ex ejus origine, sed et eorum qui similiter credunt ex gentibus. Secundum carnem enim Judæorum pater est, secundum fidem vero omnium credentium.

(Vers. 13.) *Non enim per legem promissio Abraham aut semini ejus, ut hæret esset mundi, sed per justitiam fidei.* Manifestum est, quia neque adhuc Lex dicitur

^a Rom. edit., *sola fides gratiæ Dei proficeret ad salutem.*

^b Corb. codex, *et aliqua obsecratione.*

^c Rom. edit., *Cum enim ubertatem gratiæ Dei, quia, etc.*

^d Eadem edit., Rom. cum niss. quibusdam, *ut amplifcet donum Dei.*

^e Nonnulli niss., *venientes ad gloriam.* Continuo vero post, Rom. edit. *sola, quando Dei gratia plenius invitavit.*

erat, neque jam erat circumcisio; quando promissio jam facta est Abraham credenti, et semini ejus, quod est Christus ^a qui hominum peccata ablueret. Unde dicit Joannes Baptista: *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi* (Joan. 1, 19). Non ergo merito servatae legis haeres factus est mundi, sed fidei: haeres autem mundi haeres est terrae, quam in filiis consecutus est: Christus autem haeres est gentium, ut David canit: *Et dabo tibi gentes hereditatem tuam, et possessionem tuam terminos terrae* (Psal. xiv, 8); ipsi enim moriemur et vivemus cum eo.

(Vers. 14.) *Si enim qui ex lege, hi sunt haeredes*; id est, si ii qui ex lege vel sub lege sunt, haeredes ex lege sunt, *Evacuata est fides, abolita est promissio* (Rom. xiv, 8). Manifestum est, quoniam si ex lege haereditas, promissio quae ex fide facta est ad Abraham, in irritum venit. Sed non est per Legem facta promissio, sed per justitiam fidei haereditas; ostendit enim Apostolus quid mali sit haereditatem sperare ex lege.

(Vers. 15.) *Lex enim iram operatur*. Ut penitus ostendat non posse justificari hominem per legem apud Deum, neque promissionem per legem fieri potuisse: *Lex*, ait, *iram operatur*; ad hoc enim data est, ut reos faceret delinquentes. Fides ^b autem donum est misericordiae Dei, ut per legem rei facti, veniam consequantur; idcirco fides gaudium operatur. Nec contra legem loquitur, sed antepōnit illi fidem; quia qui per legem salvi esse non poterant, gratia Dei salvantur per fidem. Non ergo lex ira est, sed iram operatur peccanti, id est, poenam; dum non ignoscit, sed vindicat. Poena enim per iram generatur, ira autem nascitur ex peccato; ac per hoc relinqui vult legem, ut ad fidem confugiat, quae delicta ignoscit, ut solvet.

Ubi enim non est lex, nec praevicatio. Hoc dicit, quia sublatis reis de potestate legis, data venia, praevicatio nulla est; justificati enim sunt, qui per praevicationem legis fuerant peccatores. Cessat enim factorum lex, id est, observatio sabbatorum, neomeniarum, circumcisionis, escarum discretio, animalis mortui, ^b aut sanguinis mustellae observatio.

(Vers. 16.) *Ideo ex fide, ut secundum gratiam firma sit promissio omni semini*. Firma esse non potest promissio omni semini, hoc est, omni homini ex omni gente, nisi fuerit ex fide; quia origo promissionis ex fide est, non ex lege; quia qui sub lege sunt, rei sunt: promissio autem reis dari non potest; ac per hoc purificandi sunt prius per fidem; ut digni fiant dici filii Dei, et sit firma promissio. Si enim filios Dei se dicant, cum sint rei, hoc est, sub lege, non est firmum; quia filii Dei liberi sunt a peccato. ^c Si ergo qui sub lege sunt, erudiendi de sub lege sunt,

^a Rom. edit. ac pauci mss., quia omnium peccata ablueret.

^b Corb. cod., aut sanguis mortis lege expiandus est. Remig. ac Thuan., mustellae expiandus.

^c Mss. aliquot, Si ergo qui sub lege sunt, erudiendi sunt: nonnulli, Si ergo quasi sub lege sunt erudiendi,

A ut promissionem mereantur accipere; quanto magis qui sub lege non sunt! Non ergo expedit, ut se mittat sub lege; ut possit compendio miseriam vitiositatis invenire.

Non est qui ex lege est tantum, sed et ei qui ex fide est Abraham. Hoc est quod supra dixit: *Omni semini*, tam Judaeorum, qui usque ex lege veniebant, quam gentilium, qui fidem sequuntur Abraham, quam gentilis habuit, ut esset justus. Sine lege enim creditur Abraham, ideoque magis gentilibus jungitur; ut firma sit eis promissio, credentibus ei, cui creditur ipse.

(Vers. 17.) *Qui est pater omnium nostrum, sicut scriptum est: Quia patrem multarum gentium posui te* (Gen. xvii, 4). Confirmavit exemplo Legis Abraham omnium patrem esse, sed eorum qui credunt: et sic firmam esse promissionem, si fidei causa recedatur a lege; quia promissio regni caelorum justis deputata est, non peccatoribus. Et qui sub lege sunt, sub peccato sunt; quia omnes peccaverunt, nec posse aliquem et sub lege esse, et gratiam consequi; sicut et ad Galatas ait: *Evacuati estis a Christo, qui in lege justificamini, a gratia excidistis* (Galat. v, 4).

Ante eum cui credidisti Deo. Ut unum Deum omnium doceat, alloquitur gentiles, Abraham ipse Deo credidisse, et justificatum ^d esse ante eum; in quem et gentes credunt; utificentur, ut non sit distantia Judaei et Graeci in fide; quia sublata circumcissione et praepotio, unum sunt in Christo; quia et Abraham in praepotio credidit, et justificatus est.

C *Qui vivificat mortuos, et vocat ea quae non sunt, tamquam ea quae sunt*. Hoc dicto ad fidem Abraham gentes iuvat; quia cum esset in praepotio, credens Deo, cujus nunc fides praedicatur in Christo, ^e vivificatus est cum sua conjuge. Cum essent enim obsoleta aetate, seniores reviruerunt; ita ut non diffideret habiturum se ex Sara filium, quam sterilem sciebat, et in qua jam fluxus muliebris naturae defecerat; ut per haec non curent neque de praepotio, neque de circumcissione, et prompti sint circa fidem: securi quia credunt ei, qui vivificat mortuos, nec alium esse qui hanc habeat potestatem: et cum voluerit esse, quod non sunt, statim ejus voluntate subsistant. Ideo Abraham cum pater adhuc non esset, vocatus est pater multarum gentium, et credidit, securus de Dei potentia. Ut autem pater Christi idem esse Deus crederetur, cui credidit Abraham, tale signum datum est in Zacharia et Elisabeth (Luc. 1, 13), cum promissio redditor in mundo, imminente Christo, quale datum fuerat in Abraham et Sara, quando signata promissio est; ut simili genere emortua corpora senectute generarent sanctum Joannem, sicut natus fuerat et Isaac.

(Vers. 18.) *Qui contra spem in spem credidit* (Gen. ut sub lege sint.

^d Codex Corb., esse apud eum, ut et gentes credant.

^e Ita edit. Gill. in marg. et Romi. in corp. cum mss. nonnullis: aliae autem edit. ac mss., justificatus est, unus judicatus est, cum sua conjuge, duo in sua conjuge.

xv, 5). Manifestum est, quia dum spem non haberet generandi Abraham, credidit Deo **51** fidem habens contra spem generare se, sed sciens omnia posse Deum.

Ut fieret pater multarum gentium, secundum quod dictum est: Sic erit semen tuum (Gen. 15). Hoc in Genesi; ostendens enim illi stellæ cœli dixit: Sic erit semen tuum, quod credens justificatus est. Credit enim quod mundo impossibile videtur, dum in rerum naturam non cadit, ut possint senes generare, et tanta copia multiplicari semen eorum, ut numerari non possit. Ideoque pretiosa est fides, quia contra id quod scit aut videt, credit futurum: hac spe consolatur se, quia Deus est qui promittit; de quo plus sentiri par est, quam humana imbecillitas capit.

(Vers. 19-22.) Et non infirmatus est fide: nec consideravit corpus suum jam emortuum, cum jam fere centum esset annorum, et emortuam vulvam Saræ. In re promissione autem Dei non hæsitavit diffidentia, sed confirmatus est in fide, dando gloriam Deo: certum habens quia quæ promissit, potens est et facere; ideoque æstimatum est illi ad justitiam. Hoc laude dignum prædicat Abraham; quia cum se sciret non posse, infirmitatem suam fide firmavit; ut crederet se posse per Deum, quod sciret fieri per mundi decreta non posse. Magni ergo, meriti est apud Deum, qui contra scientiam suam Deo credidit, non dubitans posse illum, ut pote Deum, quod scit secundum mundi rationem fieri non posse. Pro certo enim habet Deum ultra rationem mundi esse; nemo enim intra id esse dicendus est, quod creavit. Ideo huiusmodi remunerandus est a Deo, quia auctori suo plus tribuit, quam ipse sapit. Quod quidem nullius pretii esset, si omnes æqua sentirent: sed multorum diffidentia commendatur fides credentium apud Deum. Hortatur ergo gentes ^a ad hanc fidei firmitatem, ut Dei promissionem et gratiam sine aliqua ambiguitate suscipiant, securi exemplo Abrahæ quia inde credenti laus crescit, si quod incredibile est, et mundo stultum videtur, credatur; quia ^b quanto impossibile putatur quod creditur, tanto magis honorabilior erit credens: et vere tamen stultum esset hoc credere, si sine Deo fieri diceretur. Et ideo tanto laudabilior est Abrahæ fides cæterorum fide; quia nullis signorum prodigiis attracta est. Quoniam autem mundus certa lege et potestate gubernatur, et regitur modo definito a Deo: ^c hominès autem carnis amore circa rationem studiosi, Deum huius opificem neglexerunt; Deus, ut errorem auferret, et dominum se omnium demonstraret, hoc se posse et fecisse prædicari voluit, quod mundo impossibile est; ut qui hoc crederent damnatis iis qui ratione mundi in-

^a Codex Corb., ad hanc fidei dignitatem.

^b Nonnulli mss., quanto stultum putatur.

^c Rom. edit., Homines autem circa rationem carnis studiosi.

^d Vet. edit. pluresque mss., quod non creditur, quidam, quod non credit: melius aut edit. Rom., quod creditur, aut cod. Mich., quod nunc creditur.

^e Ita mss. plures ac potiores: alii tamen nonnulli,

flati Deum neglexerunt, discreti salvarentur, Dei dominio mancipati.

(Vers. 23-25.) Non autem scriptum est tantum propter ipsum solum, quia reputatum est illi ad justitiam (Gen. xv, 4): sed et propter nos, quibus reputabitur credentibus in eum, qui suscitavit Jesum Christum Dominum nostrum a mortuis, qui traditus est propter peccata nostra, et resurrexit propter justificationem nostram. In Abraham formam datam dicit Judæis et gentibus, ut exemplo ejus credamus in Deum, et in Christum, et in Spiritum sanctum, et reputetur nobis justitia. Quamvis differat ^d quod nunc creditur, unum tamen donum habet fides. Hoc ergo consequimur, quod credimus: credentes enim Christum Dei esse Filium, a Deo adoptamur in filios; nihil enim ultra potuit donare credentibus, quam ut filii Dei dicantur, perfidis abdicatis. Nos enim filii Dei vocamur, illi autem nec servi digni sunt nuncupari. Pro infinita enim magnificentia sua Deus hoc donavit diligentibus se, quod sua dignum est majestate, non quod homines mereantur; quia in dono plus magis dantis quam accipientis consideratur sublimitas, et ex eo plus accipit laudis, cum parvulis magna dona largitur per Christum, qui nostri causa occidi se passus est; ut nos, data venia, a secunda morte erueret, id est, a pena inferni: et surrexit, ^e ut per lætitiã triumphis mortis evictæ gratiam nobis, justificationis donaret, ut digni essemus dici filii Dei. Ante passionem enim qui baptizati sunt, solam remissionem acceperunt peccatorum quorum zelo satanas occidit Salvatorem: post resurrectionem vero, tam si qui prius, quam isti qui postea baptizati sunt omnes justificati sunt per datam formam **52** fidei Trinitatis, acceptoque Spiritu sancto, qui signum est credentium, quod sint filii Dei. Et ut ad cumulum nobis justificationis proficeret, resurgens præceptis suis auctoritatem tribuit; ut eorum ^f æmuli meritis augeamus nos, per quæ gloriam adepti, clari appareamus in regno Dei, hac fiducia qua justificati a morte teneri non possumus. Passione enim Salvatoris victa mors, quæ prius causa peccati dominabatur, justificatos ab eo retinere non audet.

CAPUT V.

(Vers. 1.) Justificati igitur ex fide, pacem habeamus ad Deum per Dominum nostrum Jesum Christum. Pacem cum Deo habere fides facit, non lex: hæc enim nos Deo reconciliat, sublatis peccatis, quæ nos Deo fecerant inimicos. Et quia Dominus Jesus hujus gratiæ minister est, per ipsum pacificati sumus Deo: major enim fides, quam lex est; lex enim nostra causa est, fides Dei: et lex ad præsentem disciplinam pertinet, fides vero ad salutem per-

et omnes edit., ut pro lætitiã triumphis: unus præ lætitiã triumphis

^f Omnes edit. ac quidam mss., æmulus nos hac fiducia faceret, per quam justificemur, meritis nos augeamus, per quam (Rom. edit., meritisque augeamur, et tandem) gloriam adepti, clari appareamus in regno Dei; quia justificati, etc. Sed multo commodius alii cod. ut in contextu.

petuam. Sed qui de Christo non ita sentit, ut debet, ad fidei præmia non poterit pervenire; quia fidei non tenet veritatem.

(Vers. 2.) *Per quem et accessum habemus per fidem in gratiam istam; in qua stamus, et gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei.* Manifestum est per Christum nos aditum habere ad gratiam Dei; ipse enim est arbiter Dei et hominum, qui nos doctrina sua erigens, sperare fecit donum gratiæ Dei, stantes in fide ejus. Ideo stantes, quia prius jacuimus: credentes autem erecti sumus, gloriantes in spe claritatis, quam promisit Deus nobis.

(Vers. 3.) *Non solum autem, sed et gloriamur in tribulationibus nostris.* Quoniam per tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei (Act. xiv, 24), ideo et in his gloriandum docet. Spei autem addita tribulatio augmentum facit præmii; index enim fixæ spei tribulatio est, quæ testimonium perhibet ad coronam. Unde Dominus ait: *Beati eritis, cum vos persequentur, et dicent omne malum adversum vos propter justitiam Dei. Gaudete et exsultate; ecce enim copiosa est merces vestra in cælo (Matth. v, 41).* Contemnere enim præsentia, et quæ oblectamento sunt, et in pressura non cedere spe futurorum magni meriti est apud Deum. Ideoque in tribulationibus gloriandum est; quia tanto plus accepturum se credit, quanto in tribulatione se viderit fortiorem.

Scientes quod tribulatio patientiam operatur. Hoc est tribulationem patientiam operari, si tribulatio ipsa motum non patiatur infirmitatis aut dubitationis.

(Vers. 4.) *Patientia autem probationem.* Manifestum est quia patientia, si talis fuerit qualem diximus, firma videbitur probatio.

Probatio autem spem. Spes in eo qui probatus videtur, non immerito dicitur; dignus enim sciatur, accepturus remunerationem in regno Dei.

(Vers. 5.) *Spes autem non confundit; quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis.* Spes non confundit, dum stulti et hebetes a perfidis judicamur, credentes quæ mundana carent ratione; pignus enim charitatis Dei habemus in nobis Spiritum sanctum datum nobis. Fidele enim esse promissum Dei probat Spiritus sanctus datus apostolis, et nobis, qui præstitit; ut diversis linguis imperiti loquerentur cum interpretationibus ad confirmandam spem, et ut charitatem Dei commendaret in nobis (Actor. ii, 4); ut quia charos falli impossibile est, securos nos faceret de promissione: quia et Deus est, qui promisit; et iis quos charos habere vult promisit; quia enim fidei nostræ rationem humana verba asserere non valent nisi virtutum testimonio, quæ cum tacent, clamant, rationabilis approbatur ad confusionem prudentium

^a Rom edit., *Nam dum apud homines mori videbatur, ille apud inferos, etc.*, Vet. edit. ac mss. inter se non discrepant, nisi quod pro *irreverentes* legitur in nonnullis, *reverenter*.

^b Rom. edit., *et decementum*. Infra vero pro *muta-*

mundi: qui audacia verborum terrenis armis contra cœlestia dimicant, et carnalibus adversus spiritalia; et prudentes se dicere non erubescunt. Nam sicut peregrini hominis improbabilis origo in terra aliena est; ita et fidei nostræ veritas peregrinatur in terris: et quia natura ejus verbis explicari non potest, virtutis, quæ major res est, testimonio commendatur.

(Vers. 6 et 7.) *Ut quid enim Christus, cum adhuc peccatores essemus, secundum tempus pro impiis mortuus est? Vix enim pro justo quis moritur; nam pro bono forsitan quis audeat mori? Si pro 53 incredulis ac Deo inimicis Christus ad tempus morti se dedit, ad tempus enim mortuus est, quia tertia die resurrexit; quanto magis cum in illum credimus, auxiliis suis munit nos? Ad hoc enim pro nobis mortuus est, ut et vitam et gloriam nobis acquireret. Itaque si pro inimicis mortuus est, quantum præstet amicis, debet intelligi.* ^a Apud homines ergo, id est, secundum tempus mori visus est; ille enim apud inferos pro salute animarum irreverentes et nequam spiritus judicabat. Tempora in mundo sunt, ubi oritur et occidit sol, et luna incrementum ^b et detrimentum facit, et dies et nox in statu suo non perseverant; res enim quæ tempori et ætati subjecta est, mutabilis semper est. Huic ergo tempori Christus mortuus est, dum excessit e corpore. Ubi autem tempus non est et ætas, ibi non solum vivus, sed et victor repertus est. Hinc voluit affectum Salvatoris erga nos commendare, cum dicit: *Vix pro justo quis moritur: Christus autem pro impiis mortuus est.*

Si enim pro justo vix aliquis moritur, pro impiis quomodo potest fieri ut quis moriatur? Et si pro bono uno forte audeat quis mori, aut forte non audeat, quia utrumque difficile esse significat; quemadmodum videri potest, ut audeat aliquis pro multorum impietatibus mori. Etenim si quis pro justo aut bono audeat forte mori miseratione quadam illectus, aut affectu honorum operum ejus: pro impiis vero non solum, quod suadeat mori, deest; sed et quod in lacrymas provocet. Christus autem mortuus est pro impietatibus populi, et adhuc ^c non sui; ut omnia quæ mundus diffidit, faceret credibilia. Duos ergo gradus fecit, justis, et bonis: quamvis enim et justus bonus dicendus sit; tamen genera ipsa posuit, justum exercitio significans, bonum vero natura, qui simplicitate innocens dicatur. Unde quamvis melioris meriti sit, quantum ad locum istum pertinet, justus quam bonus; tamen *pro bono*, inquit, *forte aliquis audeat mori*; ut quia miserabilior causa innocentia est, ad hoc cogi forte aliquem posse significat. Benigne optant parentes pro bonis filiis mori, non dicam uxores pro bonis maritis. Nam si velimus de bono et justo proponere, aliquando meliorem justum

bilis, nonnulli mss. habent mortalis.

^c *Non sui*, huc mss. Corb. et Remig. addit, *sicut pro callidis debitoribus aut tardis tarde quis fidem suam obligare patiatur.*

deprehendimus; aliquando præponendum bonum: Si enim iuxta Dei legem qui justus est, melior homo est; sed ille qui necdum secum laboravit, ut amplificaret se bonis; exercitio enim bonum naturæ suæ justus meliorabit. Si autem juxta mundum fuerit justus, præponitur illi bonus propter innocentiam, quia hujusmodi non est sine severitate justitia. Itaque omnis natura bona est, justitia autem legis Dei fructus est competens naturæ; ideoque justitia bonitas est, unde justus semper appellantur et boni. Non tamen semper boni justus, quia non propter opera vocantur boni; sed propter innocentiam: justitia enim perfecta est bonitas dum explet opere naturæ suæ bona.

(Vers. 8.) *Commendat autem suam charitatem Deus in nobis.* Sic commendat suam charitatem, dum adhuc inimicis suis benevolus est, et mittit qui salvet eos; cum utique non mereantur.

(Vers. 9.) *Quoniam si cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est, multo magis justificati nunc in sanguine ipsius, salvi erimus ab ira per ipsum.* Hoc dicit, quia si pro peccatoribus Filium suum Deus occidi permisit, quid faciet pro justificatis, nisi servet eos ab ira, id est, tutos illos præstet ab illusionem diaboli; ut securi sint in die judicii, cum cœperit perfidos ultio devastare? Quoniam enim bonitas Dei nullum perire vult, mortem dignissimam dedit; ut intelligentibus Dei gratiam circa se, adderet dignitatem et gloriam, ^b ingratis cumulari pœnam. Ingrati ii sunt qui, Deo vocante, dissentiant, Dei gratiam abnuentes; ut in proposito erroris et malignitatis permaneant.

(Vers. 10.) *Si enim cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem Filii ejus, multo magis reconciliati salvi erimus in vita ipsius.* Manifestum est, quia si, ut reconciliaret nos sibi, Deus Filium suum morti tradidit, quanto magis reconciliatos salvos faciet in vita ipsius? ^c Non enim poterit **54** minime diligere amicos, qui prodest inimicis. Si enim mors Salvatoris profuit nobis adhuc impiis, quanto magis justificatis vita ipsius, cum resurgit a mortuis? Quia sicut mors ejus a diabolo nos eruit, ita et vita ejus de die judicii Dei nos liberabit.

(Vers. 11.) *Non solum autem hoc, sed et gloriamur in Deo per Dominum nostrum Jesum Christum, per quem nunc reconciliationem accepimus.* Non tantum pro accepta salute et securitate Deo gratias agendas docet, sed et gloriamur per Christum Jesum in Deo, ^d qui dignatus est ex impiis et inimicis dici nos suos amicos; ut omnia beneficia per

Christum consecutos nos gaudeamus: ut quia per ipsum cognovimus Deum, gloriantes in eo, reddamus ei honorificentiam parem Deo Patri, ipso sibi idoneo teste prædicante; *Ut honorificent, inquit, Filium, sicut honorificant Patrem (Joan. v. 23).* Post Dei ergo Patris providentiam, et donum quod dedit per Christum, ut personam Filii nobis gratam faceret, quia per ipsum Christum redempti sumus ab ultio Deo Patre, adjecit:

(Vers. 12.) *Propterea sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, et per peccatum mors; sic in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccaverunt.* Quoniam superius Dei gratiam per Christum datam ostendit secundum ordinem veritatis; ^e nunc ipsum ordinem unius Dei Patris, per unum Christum Filium ejus declarat; ut quia Adam, unus, id est, Eva, et ipsa enim Adam est, peccavit in omnibus; ita unus Christus Filius Dei peccatum vicit in omnibus. Et quia propositum gratiæ Dei erga genus humanum ostendit; ut ipsa primordia peccati ostenderet, ab Adam cœpit, qui primum peccavit; ut providentiam unius Dei per unum reformasse doceret, quod per unum fuerat lapsum et tractum in mortem. Hic ergo unus est per quem salvati, hanc illi reverentiam, quam Deo Patri debemus, ipso volente. Dicit enim idem alio loco: *Qui in his servit Christo, placet Deo (Rom. xiv. 18);* cum scriptum sit: *Dominum Deum tuum adorabis, et illi soli servies (Deut. vi. 13).* Si ergo soli Deo serviendum dicit, et Christo servire præcepit, in unitate Dei est Christus, nec dispar aut alter Deus; quando cum soli Deo serviendum ^f lex dicat, communiter utique Christo serviens Deo placere prædicatur. Igitur sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, et per peccatum mors, ita et per unum Christum damnatio et mors peccati, præstans vitam æternam, quod inferius declarat.

In quo, id est, in Adam, omnes peccaverunt. Ideo dixit, in quo, cum de muliere loquatur, quia non ad speciem retulit, sed ad genus. Manifestum itaque est in Adam omnes peccasse quasi in massa; ipsa enim per peccatum corruptus, quos genuit, omnes nati sunt sub peccato. Ex eo igitur cuncti peccatores, quia ex eo ipso sumus omnes; hic enim beneficium Dei perdidit, dum prævaricavit, indignus factus edere de arbore vitæ, ut moreretur. Mors autem dissolutio corporis est, cum anima a corpore separatur. Est et alia mors, que secunda dicitur in gehenna, quam non peccato Adæ patimur, sed ejus occasione propriis peccatis acquiritur: a qua boni immunes sunt, tantum quod in inferno erant, ^g sed

^a Omnes editi. ac plures mss., *sine impietate justitia*: magis concinne alii plures, *sine severitate justitia*, e quibus aliqui adjiciunt, *nec severitas immunis a malitia*.

^b *Ingratis cumulari pœnam*, abest a cunctis mss. at in nulla edit. non exhibetur.

^c Rom. edit. e variis lect. Gill. hæc restituit: *Non enim... qui prodest inimicis*; quæ verba etiam in cod. Vind. Thuan. et Remig. reperiuntur.

^d Mss. aliquot., *qui dignatus est filio suo arbitro ex impiis*, etc.

^e Ita vet. edit. et cuncti mss. At contra Rom. edit. *nunc ipsam unius Dei Patris*, etc.

^f Omnes editi., *Lex commovent Christo serviens Deo placere dicitur*: mss. vero frequentissimi, ut nos in textu.

^g Nonnulli mss., *sed superiore, quasi libera puritate*: alii aliquot., *sed superiora, quasi libera*, Vall.

superiori, quasi in libera, qui ad cœlos ascendere non poterant; sententia enim tenebantur data in Adam, quod chirographum in decretis morte Christi deletum est (*Coloss. II, 14*). Sententia autem decreti fuit, ut unius hominis corpus solveretur super terram: anima verò vinculis inferni detenta exitia pateretur.

(Vers. 15.) *Usque ad legem enim peccatum erat in hoc mundo: peccatum autem non imputabatur, cum lex non esset.* In Adam omnes dicit peccasse, sicut supra memoravi, et usque ad legem datam non imputatum esse peccatum; putabant enim se homines apud Deum impune peccare, sed non apud homines. Nec enim lex naturalis penitus obtorpuerat; quia non ignorabant quia quod pati volebant, aliis facere non debebant. Nam usque adeo non ignotum fuit peccatum inter homines, ut Jacob cum idola sua apud illum quæreret socer ejus Laban, in quo inventum fuisset furtum (*Gen. xxxi, 30 et seq.*), morte dignum judicaret: et Joseph quamvis per calumniam; tamen quasi reus clausus in carcere est (*Gen. xxxix, 20*): et pistor, et pincerna Pharaonis ob delictum similiter passi sunt (*Ibid. xl, 3*): et Moyses, occiso Ægyptio, a terrore lege est (*Exod. II, 12*). Quomodo ergo non imputabatur peccatum, cum lex non esset? aut quomodo vindicabatur, nisi lex sciretur?

Lex naturalis semper est, nec ignorabatur aliquando; sed putabatur ad tempus tantum auctoritatem habere, non et apud Deum reos facere. Ignorabatur enim quia iudicaturus esset Deus genus humanum, ac per hoc non imputabatur peccatum, quasi peccatum non cognitum esset apud Deum, incuriosum Deum asserentes. At ubi autem lex data est per Moysen, manifestatum est curare Deum res humanas, et non impune iis futurum qui malefacientes, quacumque ex causa in presenti evadunt. Nam utique si inter se, magistra justitia vel natura, peccata non inulta censebant; quanto magis Deum, quem mundi sciebant opificem, hæc requisitum non debuerant ignorare? Quippe cum Sodomæ et Gomorrhæ per ignem adjudicatæ sint deperire (*Gen. xix, 24*), quod oblivio quidem texerat; Moyses autem ut firmaret Deum iudicem fore, scribendo manifestavit. Sed cum prætermisso Deo, signenta ceperunt in honorem Dei recipere, depravati mente, partem legis naturalis, quæ prima est, calcaverunt. Quia lex naturalis tres habet partes, cujus prima hæc est, ut agnitus honoretur Creator, nec ejus claritas et majestas affici de creaturis deputetur: secunda autem pars est moralis, hoc est, ut bene vivatur, modestia gubernante; congruit enim homini ha-

beni notitiam Creatoris vitam suam lege refrænare, ne frustretur agnitio: tertia vero pars est docibilis, ut notitia creatoris Dei, et exemplum, morum cæteris tradatur; ut discant e quemadmodum apud Creatorem meritum collocatur. Hæc est vera et Christiana prudentia.

(Vers. 14.) *Sed regnavit mors ab Adam usque ad Moysen.* Quoniam non imputabatur peccatum, antequam lex daretur per Moysen, sicut dixi; ipsa usurpationis impunitate regnabat mors, sciens sibi illos devotos. Regnabat ergo mors securitate dominationis suæ tam in hos, qui ad tempus evadebant, quam in illos qui etiam hic pœnas dabant pro malis suis operibus. Omnes enim suos esse videbat; quia qui facit peccatum, servus est peccati (*Joan. viii, 34*): impune enim cedere putantes, magis delinquebant: circa hæc tamen peccata promptiores, quæ mundi quasi licita nutriebat. Quo facto gaudebat Satanas, securus quod causa Adæ relictum a Deo hominem in possessionem habebat.

Regnabat ergo mors in eos, qui peccaverunt in similitudinem prævaricationis Adæ, qui est forma futuri: quod in subjectis monstrabimus. Itaque non in omnes mortem regnasse manifestum est, quia non peccaverunt omnes in similitudinem prævaricationis Adæ, id est, non omnes, contempto Deo, peccaverunt. Qui autem sunt qui, contempto Deo, peccaverunt; nisi qui neglecto Creatore servierunt creaturæ, deos sibi constituentes quos colerent, ad injuriam Dei? Idcirco lætabatur in istis diabolus, quia videbat illos imitatores suos effectos. Nam et Thare pater Abraham, et Nachor et Laban proprios Deos sibi vindicabant. Et peccatum Adæ non longè est ab idololatria; prævaricavit enim, putans se hominem futurum Deum. Estimavit enim hoc magis futurum, quod diabolus suscitavit, quam quod Deus jussit, in loco Dei diabolus stans; unde et subjectus est diabolo. Similiter et hi, transgresso Deo, dum creaturæ serviunt, peccant simili modo, non eodem; quia similitudo solet habere aliquid dissimile. Nec enim potest dici quia et hi qui præceptum acceperunt non edendi de arbore sicut Adam fuerunt (*Gen. II, 16*), qui peccaverunt, non prævaricato Deo, sed in lege naturali. Qui enim intellexit, sive ex traduce, sive indicio naturali, et veneratus est Deum, nulli honorificentiam nominis ac majestatis ejus impertiens; si peccavit, quia impossibile est non peccare, sub Deo peccavit, non in Deum, quem iudicem sensit: ideoque in hujusmodi mors non regnavit. In hos autem, sicut dixi, regnavit, qui sub specie idolorum servierunt diabolo. Propterea quod lex in auctoritate non erat promul-

addit, tenebant, non incommode. Attamen melius reliqui mss. et omnes edit., sed superiori, quasi in libera, ubi subintellige custoditæ.

* Mss. aliquot, territus fugit.

† Omnes edit. et quidam mss., quasi peccatum non esset: alii plures nobiscum, quasi peccatum cognitum non esset: Corb. solus, quia peccatum non esset cognitum apud Deum, incuriosum Deum asserent.

* Corb. codex, depravati legem mentis naturalis, quæ prima, etc.

† Mss. aliquot, alicui præter Filio deputetur.

* Corb. ms., quemadmodum creator merito colatur.

† Idcirco lætabatur.... effectos, deerat in omnibus edit. quod nos prope ex omnibus mss. restitimus.

gata, judicem Deum præsentire nequiverunt. Maxima enim pars mundi Deum fore judicem ignorabat : perpauci autem in quos non regnavit mors ; in quos autem regnavit, post istam mortem, quæ prima dicitur, a secunda excepti sunt ad pœnam et perditionem futuram. In quos autem non regnavit, quia non peccaverunt in similitudinem prævaricationis Adæ, sub spe reservati sunt ^a adventui Salvatoris in libera : sicut legitur de Abraham, quia quamvis apud inferos fuerit ; discretus tamen longo intervallo est ; ita ut chaos esset ingens inter justos et peccatores (Luc. xvi, 26). Si inter justos et peccatores chaos ingens erat, ^b quanto magis inter impios, ut justis esset refrigerium, et peccatoribus æstus, implis vero ardor ; ut ante iudicium quid unusquisque dignus esset, non lateret ? Ac per hoc regnabat in eos mors, quia videbat opera subtilitatis suæ profecisse eis ad pœnam quasi inimicis. Non enim latuit illum ad hoc factum hominem in mundo, ut imperium unius Dei prædicaret, quod prævaricatus est Satanas.

Ac si in Græco non ita cautum dicatur ; sic enim dicitur scriptum, etiam in eos mortem regnasse, qui non peccaverunt in similitudinem prævaricationis Adæ. Totum enim hic complexus videtur, ut quia mors, id est, dissolutio, per invidiam facta est diaboli, etiam in eos qui non peccaverunt, regnasse mortem dicat, moriuntur enim, quod voti est Satanæ. Quod si verum esset, non oportuit dici : *Regnavit mors ab Adam usque ad Moysen* ; si ab initio usque ad finem regnat in omnes. Aut forte gradus fecit, ut ab Adam usque ad Moysen regnaverit, et a Moysen usque ad Christum, a Christo vero usque ad finem ; ut ad quam utilitatem hæc locutio proficeret, cum nec sic locutus probetur. Dixit enim : *Ab Adam regnavit mors usque ad Moysen*, propter quod Lex non erat manifestata, ut data Lege, sub auctoritate ejus viverent, scientes quid caverent, ne regnaret in eos mors. Igitur qui ante Legem hoc servavit, natura duce, quod postea Lex mandavit, numquid potest dici quia mors regnavit in eum ? Nam vide quid de eo scriptum sit : *Peccatum, inquit, non imputabatur, cum Lex non esset* ; et adjecit : *Sed regnavit mors ab Adam usque ad Moysen* ; eo utique tempore, quo Lex non erat : et convenit ut quia antequam Lex daretur, mors regnavit, in eos regnasse dicatur, qui peccaverunt in similitudinem prævaricationis Adæ, sicut supra memoravimus. Sicut enim post Legem datam qui idolis aut fornicationi servierunt, contemnentes legislatorem, regnavit in eos mors ; ita et ante Legem qui sensum Legis præsen-

^a Cod. nonnulli, *adventui Salvatoris in liberationem* ; alii vero, et edit. hoc inter se dissident, quod mss. non pauci, ac vet. edit. efferunt, *adventu* : reliqui melius, *adventui* : Rom. edit. sola, *adventus*.

^b Ita Gill, ac Rom. edit. cum mss. nonnullis : vet. autem edit. et reliqui mss., *quanto magis piis, et justis esset refrigerium*.

^c Rom. edit., *Constat autem hoc per quosdam Latinos de veteribus Græcæ translatis olim codicibus. quos*

A serunt, honorificantes auctorem ejus, non utique regnavit in eos mors : propterea enim regnasse dicitur, quia cognitio unius Dei evanuerat in terris. Denique sic cœpit data Lex : *Ego sum, inquit, Dominus Deus tuus, qui eduxi te de Ægypto, de domo servitutis : non erunt tibi dii alii præter me ; et non facies tibi idolum, neque ullam similitudinem* (Exod. xxi, 2). Data igitur Lex est, ne mors regnaret ; ut abolitis peccatis prioribus, uni Deo obsecundaret genus humanum. Unde alio loco dicit idem Apostolus : *Non regnet peccatum in vestro mortali corpore, ut obediat ei* (Rom. vi, 12). Quo dicto ostendit etiam nunc regnare mortem, si Lex contemnat. Quod enim regnum mortis est, nisi cum sit voluntas ejus, dum imperat, ad perniciem obedientis, cujus imperii voluntas B caput est idololatriæ ?

Et tamen sic præscribitur nobis de Græcis codicibus, quasi non ipsi ab invicem discrepent ; quod facit studium contentionis. Quia enim propria quis auctoritate uti non potest ad victoriam, verba legis adulterat ; ut sensum suum quasi verba legis asserat, ut non ratio, sed auctoritas præscribere videatur. ^c Constat autem porro olim quosdam Latinos de veteribus græcis translatis codicibus, quos incorruptos simplicitas temporum servavit et probat : postquam autem a concordia animis discedentibus, et hæreticis perturbantibus torqueri quæstionibus cœperunt, multa immutata sunt ad sensum humanum ; ut hoc contineretur **57** in litteris, quod homini videretur : unde etiam ipsi Græci diversos codices C habent. Hoc autem verum arbitror, quando et ratio et historia et auctoritas observatur : nam hodieque in Latinis reprehenduntur codicibus, sic inveniuntur a veteribus posita, Tertulliano, Victorino et Cypriano.

Primum igitur in Judæa cœpit destrui regnum mortis, quia *notus in Judæa Deus* (Psal. lxxv, 2) ; nunc autem in omnibus gentibus quotidie destruitur, dum magna ex parte ex filiis diaboli sunt filii Dei. Itaque non in omnes regnavit mors, sed in eos qui peccaverunt in similitudinem prævaricationis Adæ, sicut supra memoravi. Adam autem ideo forma futuri est, quia jam tum in mysterio decrevit Deus per unum Christum emendare, quod per unum Adam ^d peccatum erat, sicut dicitur in Apocalypsi Joannis apostoli : *Agnus, inquit, qui occisus est a constitutione mundi* (Apoc. xiii, 8). Denique subjecit :

(Vers. 15.) *Sed non sicut delictum, ita et donum*. Propter quod enim formam esse dixit unius Christi unum Adam ; ne et causam Adæ talem significasset putaretur, qualis et Christi est ; ideo ait : *Sed non incorruptos simplicitas temporum servavit et servat : postquam autem concordia animis dissidentibus... torqueri quæstionibus cœpit*. Vet. autem edit. ac mss. nobiscum faciunt, nisi quod eadem edit. ac pauci mss. pro *discedentibus* habent *dissidentibus*, minus concinne.

^d Ita plerique mss. at alii nonnulli, et omnes edit., *prævaricatum erat* : cod. vero Corb., *per prævaricationem peccatum increverat*.

sicut delictum, ita et donum; quia in eo tantum forma Adam Christi est, quia quod unus peccavit, unus emendavit.

Si enim unius delicto multi mortui sunt, multo magis gratia Dei et donum in gratia unius hominis Jesu Christi in plures abundavit: hoc est, si unius delicto multi mortui sunt, imitantes prævaricationem ejus; magis gratia Dei et donum in plures abundavit confugientes ad se. Plures enim gratiam consequuntur, quam mortui sunt delicto Adæ. Unde manifestum est non de hac morte, quæ omnibus communis est, significasse; quia omnes omnino moriuntur, et non tamen omnes gratiam consequuntur: neque mortem in omnes regnasse, sed in eos qui delicto Adæ mortui sunt, significatur, a quos in similitudinem prævaricationis Adæ dicit peccasse. Si sunt quos dicit in unius delicto multos mortuos, gratiam autem Dei in plures abundare; quia et in iis qui delicto Adæ mortui dicuntur, similiter peccantes, et in iis qui non peccaverunt in hac Adæ prævaricationis similitudine, Dei gratia abundavit: paterno autem peccato ex Dei sententia erant apud inferos, gratia Dei abundavit in descensu Salvatoris, omnibus dans indulgentiam, cum triumpho sublatis eis in cælum.

(Vers. 16.) Et non sicut per unum peccatum, ita et donum: nam judicium quidem ex uno in condemnationem, donum autem ex multis delictis in justificationem. Manifeste diversum est, quia uno Adæ peccato condemnati sunt, qui in similitudinem prævaricationis ejus peccaverunt: gratia vero Dei per Christum non ex uno delicto, sed ex multis justificavit homines, dando illis remissionem peccatorum. Hoc ad magnificentiam pietatis Dei et Christi loquitur; ut cum delicto Adæ multi tenentur a morte secunda in inferno inferiori; donum tamen gratiæ Dei, cum justum esset plecti illos, non solum ignoscit illis, sed justificat.

(Vers. 17.) Si enim unius delicto mors regnavit per unum, multo magis abundantiam gratiæ et donationis et justitiæ accipientes, in vita regnabunt per unum Jesum Christum. Contuendum est unum esse sensum, et in nullo differre: mortem enim dicit regnasse, non regnare; quia qui intellexerunt per Legem judicium Dei, sublatis sunt de ejus imperio. Regnavit autem, quia sine manifestatione legis timor Dei in terris non erat. Superior ergo sensus est, ut quia mors regnavit ab Adam usque ad Moysen in eos, qui peccaverunt in similitudinem prævaricationis Adæ; multo magis gratia regnet abundantia doni Dei in vitam per unum Jesum Christum. Si enim mors regnavit, quare non magis gratia regnet, quæ multo plures justificat, quam hi sunt in quos regnavit mors: quanto magis gratia regnare credenda est, quæ confert vitam per Christum?

(Vers. 18.) Igitur sicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem; sic et per unius ju-

sticiam in omnes homines in justificationem vitæ: hoc est, sicut per unius delictum omnes condemnationem meruerunt similiter peccantes, ita et in justitiâ unius omnes justificabuntur credentes. Si qui 58 autem condemnationem hanc generalem esse putant, simili modo et justificationem generalem accipient. Sed non est verum, quia non omnes credunt.

(Vers. 19.) Sicut enim per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt plures: ita et per unius obedientiam justii constituentur multi. Quos supra omnes dixit, hic plures et multos significat; plures enim delictum Adæ secuti sunt prævaricando, non omnes: et multi justii constituentur per fidem Christi, non omnes. Non ergo in eos regnavit mors, qui non peccaverunt in similitudinem prævaricationis Adæ.

(Vers. 20.) Lex autem subintravit, ut abundaret delictum. Potest dici e contra: Non ergo oportuit dari Legem, ne peccata increscerent; si enim ante Legem minus peccatum est, non opus fuit lege. Plane necessaria fuit Lex, ut ostenderet imputari apud Deum peccata, quæ impune fieri credebantur; ut de cætero scirent quid evitare deberent. Unde Esaias propheta: Lex, inquit, in adjutorium data est (Esai. viii, 20): ut quia ipsi naturæ quodammodo inserta sunt justitiæ semina, addita Lex est, cujus auctoritate et magisterio ingenium naturale proficeret ad fructum justitiæ faciendum. Sicut enim b nativitas interit, nisi nutrimenta habeat, quibus fota adolescat; ita et naturale justitiæ ingenium, nisi habeat quod respiciat et veneretur, non facile proficit, sed c ægrotat, et supervenientibus cedit peccatis. Consuetudine enim delinquendi premitur, ne crescat in fructum, et per hoc exstinguitur. Providenter ergo data est Lex in adjutorium, sicut testatur propheta: sed populus veterem consuetudinem sequens multiplicavit peccata. Ipso enim usu plus cœpit peccare, quam antea peccaverat: et sic factum est, ut data Lege non minuerentur, sed abundarent peccata: Apostolus enim ostendit quid provenerit data Lege, non quid Lex fecerit. Quomodo autem Legis vitio crescebant peccata, quæ comminabatur, ne peccetur: sed subintrasse dicitur ut abundaret peccatum? Verum est, quia quasi profutura intravit, et cum humilitate: postea autem cœpit dominari eis, quibus præceperat ne peccarent, et peccabant. Ostenderè enim cœpit lex abundantiam peccatorum; cum quæ interdixerat, plus fiebant quam facta erant. c Igitur hoc modo ut abundaret delictum, data est lex; commendans enim Apostolus fidem, per quam utique peccata delentur, legem dixit fecisse, ut abundaret peccatum, sicut supra dixi; quia non data est, ut abolerentur peccata, sed ut abundarent: dum et ante legem peccatores ostendit, et post legem reos omnes tenuit.

Ubi autem abundavit peccatum, superabundavit gratia. Manifestum est, quia cum abundaret pecca-

a Corb. cod., quos in prævaricatione similitudinis Adæ peccasse asserit.

b Idem codex Corb., nativitas intepescit.

c Paris. quædam edit., Igitur huic mundo, etc.

tum, superabundavit gratia : dum donum Dei venit ex promissione, et omnium ^a peccata contextit ; ut diaboli invidia nihil se profecisse doleat. Quia enim cum data esset lex ad utilitatem humanam, id egit diabolus, ut suadendo illicita, inverteret ; ut quod profuturum datum erat, in contrarium proficeret, dum mandata contempta sunt, ^b ut non utilitas ex Lege, sed iudicium ad vindictam procederet : tunc justus atque misericors Deus, ut gloriam diaboli quam de triumphato homine quaesierat, exinaniret, Filium suum venturum decrevit, qui omnia peccata donaret ; ut major fieret laetitia ex dono gratiae, quam fuerat luctus ex peccato. Gaudium enim doni Dei etiam his proficit, de quibus triumphare non potuit Satanas ; idcirco superabundavit gratia super peccatum, quod evasit Satanas.

(Vers. 21.) *Ut quemadmodum regnavit peccatum in mortem, ita et gratia regnet per justitiam in vitam aeternam per Jesum Christum Dominum nostrum.* Peccatum regnavit videndo opus suum peccantibus in mortem proficere, in qua gloriabatur ^c similimodo ut et gratia regnet per justitiam in vitam aeternam, per Jesum Christum Dominum nostrum ; ut sicut per Adam coeptum peccatum regnavit, ita et per Christum gratia. Sic autem regnat gratia per justitiam, si accepta remissione peccatorum, justitiam sequimur ; ut videns gratia fructum se habere in bonis, quos redemit, regnet in vitam aeternam, sciens nos futuros aeternos. Superabundat ergo gratia, quia peccatum ad tempus regnavit, gratia autem in aeternum. Dei enim regnum est, gratia ⁵⁰ regnante, sicut diaboli regnum erat, peccato regnante. Totum tamen ad Christum refert, ut omnis gratia Dei ^d a Christo discatur. Ad superiorem igitur sensum respondet dicens :

CAPUT VI.

(Vers. 1.) *Quid ergo dicemus ? Permanebimus in peccato, ut gratia abundet ? Absit.* Hoc est, numquid semper peccandum est, ut donum Dei abundet, tegens nostra peccata ; ut semper remissionem peccatorum sperantes, quia Deus pius est, Christi gratiam praeramus ? Non utique. Ideo enim nostri misertus est Deus per Christum, ut de caetero non peccantes, et meritum nobis et Dei gratiam in nos regnare faciamus. Aufert enim regnum gratiae Dei, et tradit peccato, qui rursus redit ad veterem hominem, id est, ad ritum praeteritae vitae. Duabus enim ex causis misericordiam accepimus ; ut et diaboli regnum excluderetur, et Dei imperium ignorantibus predicaretur, per hoc ipsum dignitate nobis quaesita.

(Vers. 2.) *Qui enim mortui sumus peccato, quomodo adhuc vivemus in illo ?* Hoc dicit, quoniam vi-

^a Corb. cod., *peccata contraxit.* Continuo vero post Amerb. edit. et mss. non pauci legunt *profecisse doceat*, ubi Eras. ac seq. edit. cum aliis mss. magis congrue, *profecisse doleat.*

^b Vet. edit., *ut non utilitas ex Lege, commendatio gratiae Dei ; sed iudicium ad vindictam procederet :* mss. vero et Rom. edit. in nostram lectionem conveniunt, nisi quod pro *ad vindictam*, illorum non-

ventes peccato, mortui eramus apud Deum ; qui peccat enim, vivit peccato, sicut qui non peccat, vivit Deo. Superveniente enim gratia Dei per Christum, et nos per fidem Javacrospirituali regenerante, coepimus vivere Deo, mortui autem esse peccato, qui est diabolus ; hoc est tamen mori peccato, liberari a peccato, fieri autem servum Dei. Itaque mortui jam peccato, non redeamus ad mala pristina ; ne iterum vivamus peccato, et morientes Deo, amissa dignitate, penam quam evasimus, incurramus.

(Vers. 3.) *An ignoratis quia quicumque baptizati sumus in Christo Jesu, in morte ejus baptizati sumus ?* Hoc dicit, ut sciamus baptizatos nos jam non debere peccare ; quia cum baptizamur, commorimur Christo. Hoc est in morte ejus baptizari ; illic enim omnia peccata nostra moriuntur, ut innovati deposita morte, resurgere videamur ad vitam renati : ut quomodo Christus mortuus peccato resurrexit, ita et nos per baptismum spem resurrectionis habeamus. Baptisma itaque mors peccati est, ut alia sequatur nativitas, quae corporis manente compagine, hominem mente innovat, sepulta omnium malorum actuum vetustate.

(Vers. 4.) *Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem ; ut quemadmodum Christus resurrexit a mortuis per virtutem Patris, ita et nos in novitate vitae ambulemus.* Haec dicens, etiam istud significat, quod primum est ; quia Christus corpus suum a mortuis excitavit, ipse enim virtus est Dei Patris, sicut dicit : *Solve templum hoc, et ego tribus diebus excitabo illud.* Hoc autem, inquit, dicebat de templo corporis sui (Joan. II, 19 et 21) ; et quia resurrexit in novam vitam, quae jam mori nesciat. Nova autem dicitur ; quia a Christo data est, quae est disciplina christiana. Nos autem baptizati consepulti sumus Christo (Coloss. II, 12) ut de caetero hanc vitam sequamur, in qua Christus resurrexit. Baptisma itaque resurrectionis pignus est, et imago ; ut jam in praecipis Christi manentes, ad praeterita denuo non revolvamur. Qui enim moritur, jam non peccat : mors enim finis peccati est. Nam ideo per aquam celebratur, ut sicut aqua sordes corporis abluat ; ita et nos per baptismum ab omni peccato spiritualiter purgatos nos et innovatos credamus ; ut quod incorporale est, invisibiliter abluatur.

(Vers. 5.) *Si enim complantati sumus similitudini mortis ejus, simul et resurrectionis erimus.* Tunc nos feliciter dicit posse resurgere, si similitudini mortis ejus fuerimus complantati, id est, si in baptismo omnia vitia deponentes, in novam vitam translati, de caetero non peccemus : per quod simul et resurrectionis illius similes erimus ; similitudo enim mortis

nulli habent, et vindicta.

^c Mss. quidam : *Simili modo et gratia regnet, et inobedientes sibi facit ; dum tamen quibus misericordiam dedit, recte versantur, haeredes futuri per Christum, sicut fuerant perditionis obnoxii per Adam. Quid ergo dicemus ?* etc.

^d Rom. edit. sola, *a Christo dicatur.*

similem præstabit resurrectionem. Quod in epistola sua Joannes apostolus memorat dicens : *Scimus quia cum apparuerit, similes ei erimus* (1 Joann. iii, 2), hoc est, immortalem et gloriosum resurgere. Nec enim hæc erit similitudo, ut nihil distet; quia similis erit in corporis gloria, non in divinitatis natura.

(Vers. 6 et 7.) *Scientes hoc quia vetus homo noster simul crucifixus est, ut destruat corpus peccati, et ultra non serviamus peccato.* Multa innecit et iherat, ut baptizatos doceat jam non debere peccare : maxime ne ad idololatriam revertantur; gravissimum enim crimen, et caput totius erroris est; ne perdant gratiam acceptam a Deo per Christum. Hominem ergo veterem actus præteritos dicit; quia sicut a novus homo per fidem et puram vitam dicitur, ita et vetus homo per dissidentiam et malos actus. Hos æquus crucifixus dicit, id est mortuus; ut corpus destruat peccati, quod est cuncta crimina. Omnia enim peccata simul corpus appellat, quod destrui dicit per bonam vitam, et fidem catholicam.

(Vers. 8.) *Si autem mortui sumus cum Christo, credimus quod etiam simul vivemus cum illo* (Galat. v, 24). Manifestum est hos qui carnem crucifixerunt, id est, mundum cum vitiis et concupiscentiis ejus, mori mundo, et commori Christo, æternam quoque vitam ac salutari coinquinari; ut gloriæ Christi similes effici mereantur. Caro vero, id est, corpus sic crucifigitur, si desideria ejus calcantur, quæ manente in ea peccato, creantur ex prævaricatione primi hominis cæpta : in carne enim diabolus crucifigitur; ipse enim est, qui fallit per carnem. Caro ergo aliquando mundus, id est, elementa, aliquando vero corpus hominis intelligitur, vel ipsa anima sequens corporea vitia.

(Vers. 9 et 10.) *Scientes quod Christus resurgens ex mortuis, jam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel : quod autem vivit, vivit Deo.* Securitatem æternitatis in resurrectione Salvatoris ostendit : ad quam venire contingit, si melioris vitæ fuerit æmulatio. Qui enim bene agendo vivit Deo, hic vere vivit; quia æternam habet vitam.

(Vers. 11.) *Ita et vos existimate vos mortuos quidem esse peccato, viventes autem Deo in Christo Jesu Domino nostro.* Sic loquitur, ut doceat non aliter mori posse peccato, et Deo vivere, quam ut in Christo sit omnis spes : quem Dominum nostrum appellat, ut nihil Legis ad salutem proficiat capessendam in futuro sæculo, quando non aliter Deo vivitur, quam per Christum.

(Vers. 12.) *Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, ut obediat concupiscentiis ejus.* Mortale corpus est ex causa prævaricationis Adæ, ex fide

A autem Christi fore creditur immortale. Ut autem ad promissionem hanc veniatur, non odediendum dicit peccato; ne regnet in nostro mortali corpore : regnat autem dum imperat. Si autem non regnat, non videbitur corpus hoc esse mortale, quia in spe æternitatis est. Non propter dissolutionem dixit mortale corpus, sed propter penam gehennæ; ut ille mortalis dicatur, qui in gehennam mittendus est; quia qui peccato obediunt, mortem secundam inferni non evadunt, a qua Salvator in se credentes liberavit. Mortale ergo dicens corpus, totum hominem significavit; quia qui obediunt peccato, mortales dicuntur : *Anima enim, inquit, quæ peccat ipsa morietur* (Ezech. xviii, 4), id est, totus homo, nemo enim sine corpore judicabitur.

B (Vers. 13.) *Sed neque exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato.* Ostendit diabolus nostris nos jaculis impugnare; occasio enim datur illi per nostra peccata; ut deserente nos Deo, accepta potestate illudat et mortificet nos. Ideo membra nostra ab omni opere iniquitatis continere debemus, ut inimicus noster inermis inventus subiciatur. Et non dixit : *Exhibete corpora vestra, sed membra vestra*; membris enim ministris erratur, non toto corpore.

Sed exhibete vos Deo, tanquam ex mortuis viventes. Mortem ignorantiam et infidelitatem cum mala vita significat; quia vita est cognoscere Deum per Christum. Quia enim nemo sine parente ortum sumit vitam, omnia autem a Deo orta sunt ad vitam per Christum; idcirco qui non cognoscit parentem omnium esse Deum per Christum, vitam habere non dicitur, hoc est, sic habetur ac si non sit : ipse enim semetipsum esse negat, dum sine parente Deo esse se putat. Itaque ignorantia et turpis vita mors est; vitia enim ista mortem acquirunt, non mortem hanc, quæ communis est omnibus, sed mortem gehennæ, sicut supra memoravi; ut cognitio parentis Dei, et sancta conversatio vitæ sit, non hæc quæ occasui subjacet, sed illa futuri sæculi, quæ vocatur æterna. Quamobrem, *exhibete vos Deo, inquit, quam cognoscentes profecistis in salutem; ut inhonestæ vitæ renuntiantes, essetis ex mortuis viventes.*

61 *Et membra vestra arma justitiæ Deo.* Tanto nos modestia conversationem nostram vult gubernare, ut actus nostri justitiæ Dei proficientes, non mundanæ justitiæ (quia mundi justitia sine fide est Christi, atque quæ non vita, sed mors est) arma præbemus illi ad defendendos nos : cui cum arma per opera bona præbemus, dignos nos facimus adjuvari ab ea; quia justitia Dei indignos despicit. Ubi enim justitia Dei fuerit, ibi habitat Spiritus sanctus ad adjuvandam imbecillitatem nostram; sicut enim peccato arma præbemus, cum male agimus : ita et justitiæ, cum

^a Quidam mss., *novus homo per Christum, id est, qui ejus fidem habet, puramque vitam exerceat, novus dicitur, etc.*

^b Mss. aliquot, *quæ manent in ea; peccato enim creantur, etc.*

^c Vet. edit. cum mss. non paucis, *mortem inferni; Gill. in marg. et Rom. edit. in corp. cum mss.*

quibusdam, *mortem secundam; mss. vero Gem. Prat. Mich. Vall. Thuan. et Remig. mortem secundam inferni.*

^d Nonnulli mss., *sine causa corpore judicabitur.*

^e Mss. non pauci, *membris enim, prout peccata dictaverint, ministerii erratur, aut ministris armatur.*

recte versamur, membra nostra custodientes ab A *duobus Dominis servire* (Matth. vi, 24). ^e Et in lege dictum est : *Deus non deridetur* (Galat. vi, 7).

(Vers. 14.) *Peccatum autem vestri jam non dominabitur; non enim sub Lege estis, sed sub gratia.* Si secundum præcepta quæ dat, ambulemus, peccatum nobis dicit non posse dominari; ^a iis enim dominatur, qui peccant. Non enim ita ambulantes, ut præcipit, sub Lege sumus : si vero non peccemus, non sumus sub Lege, sed sub gratia. Si autem peccemus, ^b vertimur sub Lege, et incipiet nostri dominari peccatum; quia qui *facit peccatum, servus est peccati* (Joan. viii, 34): et necesse est ut sit sub Lege, quamdiu remissa non accipit; peccatum enim auctoritate Legis reum facit peccatorem : ac per hoc cui data remissio est, et custodit se, ne de cætero peccet, neque peccatum ei dominabitur, neque sub Lege est. Cessat enim circa eum auctoritas Legis, qui liberatus est a peccato; quos enim reos tenet lex, traditi sunt illi a peccato. Qui ergo peccatis exutus est, non potest esse sub Lege.

(Vers. 15.) *Quid ergo? peccabimus, quia non sumus sub Lege, sed sub gratia? Absit.* Quoniam Lex a Deo est, ac per hoc ne forte opponeretur, ^c ipse sibi proposuit : Si ex Deo est Lex, inquit, cur non debemus esse sub Lege. Hoc purgat, ac docet cum Dei voluntate, qui Legis auctor est, a Christo nos liberatos de sub lege, quamvis enim recte data sit Lex (data est enim, ut et reos ostenderet apud Deum, qui peccaverunt ante Legem; et timori esset, ut de cætero non peccaretur) sed quia infirmitatis suæ imbecillitate genus humanum a peccatis se inhibere non potuit, factum obnoxium mortis inferni; motus Deus pietate clementiæ suæ, qua semper humano generi subvenit, providit per Christum, qua ratione desperatis jam daretur medela; ut remissione peccatorum accepta, eruti a Lege, quæ illos habebat obnoxios, et relevati et reparati, Deo adjuvante ^d per fidem, vitis a quibus prius subacti fuerant, repugnarent; ideoque non peccavimus quasi Legem spernentes Dei, sed ipsius Dei quasi providentiam secuti sumus per Christum.

(Vers. 16.) *Nescitis quia cui exhibetis vos servos ad obediendum, servi estis ejus, cui obedistis, sive peccati in mortem, sive obediens ad justitiam.* Nunc ne aliud profidentes, aliud faciamus, et cum Dei servi dicimur, gestis servi diaboli inveniamur; prænonet et denuntiat ejus nos servos esse, cujus et voluntatem explemus operibus; et non parum obesse Deum confiteri Dominum, et actibus diabolo famulari : nam hoc olim Deus denotat, et accusat dicens : *Plebs hæc labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me* (Esai. xxix, 13). Et Dominus ait in Evangelio : *Nemo potest*

^a Corb. cod., *Iis enim dominatur, qui peccant; quia omnis peccator servus est peccati, et necesse est esse sub Lege.*

^b Rom. edit. sola, *versamur sub Lege.*

^c Ead. edit. sola, *ipse sibi opposuit.* Infra vero ubi hæc ipsa cum mss. nonnullis, et Gill. in marg., *Hoc purgat;* vet. edit. cum aliis mss. exhibent, *Hoc cognoscit.*

(Vers. 17, 18.) *Gratias autem Deo, quod cum fuissetis servi peccati, obedistis ex corde in eam formam doctrinæ, in qua traditi estis. Credentes autem in Christum, servi facti sumus justitiæ.* Ejus enim dicimur servi, cui obedimus. Et quia justum est obedire Christo (et ipse enim justitia est, et quæ præcipit, justa sunt) idcirco dicit servos nos factos justitiæ ex corde, non ex lege; ex voluntate, non ex timore : ut professio nostra animi judicio promatur. Per naturam enim inducti sumus ad fidem, non per legem, in qua forma doctrinæ Dei imperio facti sumus, qui finxit naturam. In natura enim habemus, ut cognoscamus a quo, et per quem, et in quo sumus creati.

B Forma ergo doctrinæ est, in quam tradidit nos creator naturaliter, hoc est, quod supra dixit : **62** *Ipsi sibi sunt Lex* (Rom. ii, 14); dum vident naturæ suæ esse, quod credunt; ut quod Judæis lex et propheta prædicarunt de Christo, hoc gentiles ^f ex corde confidunt. Hinc gratias refert Domino, quia cum essemus servi peccati, obedivimus ex corde credentes in Christum; ut servircmus Deo, non per legem Moysi, sed per legem naturæ.

(Vers. 19.) *Humanum dico propter infirmitatem carnis vestræ.* Dum infirmitatem carnis memorat, minus se significat exigere ab homine, quam dignum est circa Dei culturam. Denique subinfertur :

C *Sicut enim exhibuistis membra vestra servire immunditiæ et iniquitati, ad iniquitatem; ita nunc exhibete membra vestra servire justitiæ, in sanctificationem.* Ut occasionem nobis auferret timoris accedendi ad fidem, quia quasi importabilis nobis et aspera videretur, ea mensura nos Deo servire præcepit, qua prius famulabamur diabolo : cum utique propensius deberet serviri Deo quam diabolo, quippe cum hic salus, illic damnatio operetur; medicus tamen spiritualis non plus a nobis exigit, ne dum præcepta quasi gravia fugeremus, perpendentes infirmitatem nostram, maneremus in morte. Unde Dominus : *Tollite, inquit, jugum meum super vos... quia suave est, et onus meum leve* (Matth. xi, 29).

(Vers. 20 et 21.) *Cum enim servi essetis peccati, liberi fuistis justitiæ. Quem enim fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis? Nam finis illorum mors est.* Manifestum est, quia qui liber est a Deo, est servus peccati; dum peccat enim, recedit a Deo, et fit sub peccato. Quales ergo sunt fructus peccati, ^g in quibus conversati addiscentes bonam vitam, confundimur, eo quod dudum turpiter vixerimus : et non solum hoc, quia et sententia paganorum turpis et fœda est, maxime quæ in Phrygia inventa est, in

^d Ita edit. omnes : at contra mss. ad unum voces per fidem non admittunt.

^e Rom. edit. sola, *et alibi dictum est.*

^f Ita omnes mss. contra vero omnes edit., *ex corde confiteantur;* Amerb., *confitentur.*

^g Omnes edit., *in quibus addiscentes;* melius omnes mss., *in quibus conversati, addiscentes;* unus abdicantes, sed pravo sensu.

qua nisi spurcus intersit, sacramentum mutum est, et torpescit religio! Ecce maculis plena libertas, et squaloribus obligata, cujus opus turpem mercedem habet: *Cujus finis mors est*: finem dixit exitum vitæ et actuum, cui aut mors, aut vita succedit. Sed hoc loco mors duplex, a morte enim ad mortem transitur.

(Vers. 22.) *Nunc vero liberati a peccato, servi autem facti Deo, habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem vero vitæ æternam.* Hoc est, si accepta remissione peccatorum, bonorum actuum æmuli fuerimus, acquiremus sanctitatem, finem vero habebimus, id est, exitum, vitam perpetuam; a morte enim hæc, quam finem dixit, transibimus ad vitam, quæ sine fine est.

(Vers. 23.) *Nam merces peccati mors est.* Quæstum peccati mortem dicit, quia per peccatum mors: ac per hoc qui de cætero abinent se a peccatis, stipendium accipiunt vitam æternam; quia qui non peccant, alieni sunt a morte secunda.

Gratia autem Dei vita æterna in Christo Jesu Domino nostro. Sicut enim sequentes peccatum, acquirunt mortem; ita et sequentes gratiam Dei, id est, fidem Christi, quæ donat peccata, habebunt vitam æternam; ut gaudeant se ad tempus dissolvi, scientes se hanc vitam consecuturos, quæ et omni tædio careat, et successionem non habeat. Quam sanctus Simeon exoptans, petiit se hinc dissolvi (*Luc. II, 29*); ut iret in pacem, id est vita, quæ nullam patitur inquietudinem. Et hoc donum a Deo per Christum nobis datum Dominum nostrum testatur; ut Deo Patri gratias per nullum alterum nisi per Filium ejus agamus.

CAPUT VII.

(Vers. 1.) *An ignoratis, fratres, scientibus enim legem loquor.* Ut animos eorum firmet in doctrina divina, exemplo humanæ legis utitur; ut iterum per terrena suadeat cœlestia, sicut et a mundi creatura Deus cognoscitur; quia enim unius est totum, licet diversæ sint res, ex aliqua tamen parte sibi invicem similes sunt. Sciunt ergo legem Romani; quia non sunt barbari: sed comprehenderunt naturalem justitiam e partim ex se, partim ex Græcis: nam leges Romanis ex Athenis perlatae sunt: sicut et Græcis ex Hebræis. Ante Moysen enim non latebat Lex; sed ordo non erat, neque auctoritas. Non ignorantibus ergo legem dicit:

Quia Lex dominatur homini, quanto tempore vivit.

Non est occultum omnem vitam hominis esse sub

^a Vet. edit. et mss. nonnulli, *Nisi spurcitiis intersit*; Rom. edit. ac pauculi etiam mss., *nisi spurcitiis intersit*; sed alii mss. multo plures, ut in textu. Rursum vero pro *sacramentum mutum est*, ut in edit. et mss. quibusdam habetur, in aliis cod. legitur, *sacramentum motum est*, in aliis *nothum est*.

^b Omnes edit. ac pauci mss., *quia peccatum mors*: melius cæteri, *quia per peccatum mors*.

^c Sic omnes edit. et mss. aliquot: alii vero non pauci hæc præ se ferunt: *partim ex Græcis, partim ex Hebræis; quamvis ante Moysen non latuerit Lex: sed ordo non erat, neque auctoritas; nam Legis ordo*

a lege naturæ, quæ data est mundo: hæc Lex generalis est. Nunc vero aliam proponit specialem (quamvis et ipsa generalis est, sed dum non recipitur ab omnibus, sit specialis) per quam vult probare assertionem suam; gradatim enim vult tradere veritatem. Dicit ergo:

(Vers. 2.) *Nam quæ sub viro est mulier, vivente viro, alligata est legi viri.* Hæc lex de Evangelio est, non ex Moysen, neque ex justitia terrena. Aliquid ergo, duce natura, aliquid ex lege Moysi addiscentes, perfecti facti sunt per Evangelium Christi. Sequenti ergo exemplo apertius suadet Christianismum exitum esse a lege factorum, non ab omni lege; nec ultra jam expedire esse sub lege, ne gratiam Dei evacuet reversus sub legem; quia Dei gratia liberavit a lege hominem, ut spiritu, id est mente, serviat Deo. Sicut enim mulier, mortuo viro, liberata est a lege viri, non a lege naturæ: ita et hi qui gratia Dei liberati a lege sunt, a qua tenebantur rei; ut mortua illis sit, ut Christianismo juncti non sint adulteri. Si enim lex apud illos vivit, adulteri sunt, et nihil illis proderit dici Christianos, quia obnoxii erunt ultioni. Nec enim legis erit adulter, sed Evangelii, qui mortua lege junctus Evangelio, post redit ad legem; mortua enim lex dicitur, quando quem tenebat reum, ignotum est ei, auctoritate legis cessante.

(Vers. 3.) *Quod si mortuus fuerit vir ejus, liberata est a lege viri; ut non sit adultera, si juncta fuerit alteri viro.* Sublati a Lege, accepta remissione peccatorum, et juncti Evangelio, non sunt adulteri Legis; quia mortua apud illos est. Si autem servantes Legem, accedere se putant ad Evangelium, rei erunt et adulteri; quia viva lege junxerunt se fidei, et erunt in utraque adulteri.

(Vers. 4.) *Itaque, fratres mei, et vos mortificati estis Legi per corpus Christi.* Quoniam Salvator noster corpus suum diabolo crucifigere permisit, sciens pro nobis esse et contra illum; idcirco per corpus Christi salvos nos dicit factos. Mori enim legi Deo vivere est; quia Lex dominatur peccatoribus. Cui ergo dimittuntur peccata, moritur Legi, hoc est, liberari a Lege. Itaque per corpus Christi hoc consequimur beneficium; tradens enim corpus suum Salvator, mortem vicit, et peccatum damnavit. In ipso enim peccavit diabolus, cum illum innocentem occidit, qui peccatum omnino nesciret; cum enim hominem sibi peccati causa defenderet, inventus est in eo reus, in quo accusabat. Hinc factum est ut omnes credentes in Christum, eruantur a lege, sublato peccato; quia

Romanis ex Athenis perlatus est; alii nonnulli, partim ex Græcis; sicut et Græci ex Hebræis: quamvis enim ante Moysen... nam Leges Romanis ex Athenis perlatæ sunt.

^d Mss. aliquot, *liberati a Lege non erunt sub illa, a qua tenebantur rei, nec ultra expedire esse sub Lege; ut mortem, etc.*

^e lidem cod. *Mortua enim Lex dicitur, cum cessat ejus auctoritas. Si autem mortuus, etc.*

^f Mss. Carn., *quia vincium peccatum... a quo vincit est.*

victum peccatum, quod est diabolus, per corpus Christi, non habet auctoritatem in eos, qui ad illum pertinent, a quo victus est. Dum enim non peccat et occiditur quasi reus; vicit peccatum de peccato, hoc est, diabolus proprio peccato, quod in eo admisit, damnavit: et chirographum quod peccato Adæ decretum erat, delevit (*Coloss. II, 14*); quando ab inferis resurrexit, data huiusmodi forma credentibus sibi, ut a morte secunda teneri non possent. Ac per hoc mortui sumus Legi per corpus Christi; qui enim Legi mortuus non fuerit, reus est: et qui reus est, secundam mortem evadere non potest.

Ut sitis alterius qui ex mortuis resurrexit, ut fructificemus Deo. Hoc dicit, quia ideo mortui sumus Legi, ut de cætero Christi simus servi solius: et hoc erit fructificare Deo. Acquiritur enim Deo, qui in gratia ejus manet, dignus resurrectione promissa.

(Vers. 5.) *Cum enim essemus in carne.* Cum in carne sit, est enim in corpore, negat se esse in carne; quia hic dicitur esse in carne, qui aliquid sequitur, quod lege prohibetur. Igitur in carne esse multifarie intelligitur: nam omnis incredulus in carne est, id est, carnalis; et Christianus sub lege vivens in carne est; et qui de hominibus aliquid sperat, in carne est; et qui male intelligit Christum, in carne est; et si quis Christianus luxuriosam habet vitam, in carne est. **64** Hoc tamen loco in carne esse sic intelligemus, quia ante fidem in carne eramus; sub peccato enim vivebamus, hoc est, carnales sensus sequentes, vitiis et peccatis subiacebamus. Sensus autem carnis est, non credere spiritalia, id est, sine commixtione viri virginem peperisse, et ex aqua et Spiritu sancto hominem denuo nasci, et solutam animam a copula carnis rursus in carne resurgere. De his diffidens, in carne est, hinc:

Vitia, ait, peccatorum, quæ per Legem ostenduntur, operabantur in membris nostris, ut fructificarent morti. Manifestum est quia qui non credit sub peccato agit, et captivus trahitur ad vitia admittenda; ut fructum faciat morti secundæ: lucrum enim tunc facit mors, cum peccatur. In membris tamen dicit vitia operari, non in corpore, ne occasio esset male tractantibus corpus; quia in maliloquio lingua arguitur, et in furto manus corripitur, et in dissimulante aures increpantur, et ita in cæteris, quæ quamvis de corde exeant, **D** Domino in Evangelio attestante (*Matth. xv, 18*); membrorum tamen ministerio explentur operibus. Disputatio hæc tangit Judæos, et eos qui Christiani dicuntur, et sub Lege volunt vivere; ut discentes carnales se esse, recedant a Lege. Vitia tamen peccatorum quæ dominari in carne agentibus dicit, per Legem ostendi, non per Legem fieri demonstrat; index enim peccati Lex est, non genitrix, reos faciens peccatores.

(Vers. 6.) *Nunc autem soluti sumus a Lege mortis,*

^a *Verb. cod., cum peccatur in membris. Sane vitia dicit operari, etc.*

^b *Domino in Evangelio attestante, aberat ab edit. omnibus, et mss. nonnullis: sed ex aliis pluribus*

A in qua delinebamur. Soluti sumus a Lege, dum remissionem peccatorum accepimus; non enim jam habet in nos potestatem, in infidis enim et peccatoribus dominatur. Lex autem mortis ideo dicta est, quia punit reos; mortificat autem peccatores: non ergo mala est, sed justa. Quamvis enim malum sit patientibus, quod infertur a Lege; sed illa non est mala, quia juste infert iram. Itaque non mala est peccatoribus, sed justa, bonis vero spiritalis est. Quis enim dubitet spiritale esse prohibere peccare? Sed quia hoc non potuit, ut salvaret hominem remittendo peccata, lex fidei data est, quæ credentes liberaret a dominio Legis; ut possent reparare se ad vitam, quos Lex tenebat reos ad mortem. Ipsi enim Lex mortis est, quibus iram operatur causa peccati.

Ita ut serviamus in novitate spiritus, et non in vetustate litteræ. Hic legem tangere putatur, quam quidem ad comparisonem legis fidei inferiori facit; non tamen inimicam judicat. Nam ideo dicit nos erutos a lege mortis, ut serviamus legi fidei, quæ nobis præsidium contulit salutare, quod vetus lex non potuit; ne gratiæ beneficium inaspere videamur, legi veteri servientes. Lex vetus non criminis utique nomen est, sed temporis vel ætatis; seniit enim, quia cessavit. Lex autem spiritus ipsa est lex fidei; quia fides in animo est, nec operibus addiscitur, sed corde creditur: et mens ipsa intelligit naturæ suæ esse quod credit, nec oculis cernitur, aut manibus palpatur: et quæ sperantur dona, non visibilia sunt, nec terrena, sed spiritalia. Vetus ergo lex in tabulis lapideis formata est; lex autem spiritus in tabulis cordis spiritaliter scribitur, ut sit æterna: littera autem legis veteris ætate consumitur. Est et alia interpretatio legis spiritus; ut quia prior lex ab opere malo inhibuit, hæc autem, cum nec in corde peccare debere dicit, lex spiritus vocatur; ut totum hominem faciat spiritalem.

(Vers. 7.) *Quid ergo dicemus? Lex peccatum est? Absit.* Quoniam legem mortis hæc dicit, et erutos nos ab ea gratulatur, et in illa Deo servire negat; ne iniquam hanc asserere putaretur, hoc purgat, cum dicit: *Absit.*

Sed peccatum non cognovi, nisi per Legem. Non ergo peccatum est Lex, sed index peccati; ostendit enim et quæ latebant peccata, et quia impune futura non essent apud Deum. Quo comperto, homo factus est reus; et ideo non videtur gratias agere Legi. Quis enim libenter habeat eum, qui sibi poenam imminere annuntiat? Legi autem fidei gratias agit; quia qui per legem Moysi reus factus est, per legem fidei reconciliatus est Deo: quamvis et illa justa et bona sit; ostendere etenim imminens periculum, bonum est. Sed huic magis gratias agit, per quem ereptus de periculo vivit.

65 *Nam et concupiscentiam nesciebam, nisi Lex af-*

restitutum est.

^c *Mss. aliquot, Litteræ autem... consumuntur... ab errore malo inhibuit.*

ceret in Exodo : *Non concupisces* (Exod. x, 17). Non A
discrevit concupiscentiam hanc a peccato, sed mis-
culi, hoc significans, quia cum nec suspicio quidem
esset istud non licere apud Deum ; cognovi, inquit,
esse peccatum. Sub sua persona quasi generalem
agit causam. Lex itaque concupiscentiam prohibet,
quæ propterea quod oblectamento est, non putaba-
tur esse peccatum. Simplex enim videbatur causa,
concupiscere aliquid proximi, hoc autem Lex prodi-
dit esse peccatum : sæcularibus namque hominibus
a nihil tam inultum videtur et placidum, quam vo-
luptas.

(Vers. 8.) *Occasione ergo accepta, peccatum per
mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam.*

Omnem dicens concupiscentiam, cuncta peccata si-
gnificat. Supra enim concupiscentiam juxta Legem B
memorat, cui nunc cætera addens vitia, omnem dixit
concupiscentiam operatam in homine impulsu dia-
boli, quem in peccato significat ; ut in contrarium
fieret homini Lex, quæ data erat, ut prodesset. Vi-
dens enim diabolus auxilium per Legem provisum
homini, quem in b conditione se tam propter pec-
catum Adæ, quam propter ipsius habere gratulaba-
tur, intellexit factum adversum se. Quem enim vidit
factum sub Lege, pro certo habuit de suo sublato
dominio ; agnovit enim homo quomodo pœnam
inferni evaderet. Hinc exarsit iracundia adversus
hominem, ut illi Legem inverteret ; ut prohibitas ad-
mittendo, Deum rursus offenderet, et denuo in po-
testatem diaboli caderet. Cœpit non imperare, sed
subtiliter fallere ; quoniam in Lege data amisit do-
minium diabolus, sciens hominem ad Dei judicium
de cætero pertinere.

Sine Lege enim peccatum mortuum erat. Hoc du-
plici genere intelligendum est, ut et diabolum in
peccato scias significatum, c et hoc ipsum peccatum,
quod vocatur peccatum. Mortuus enim dicitur fuisse
diabolus ; quia cessabat ab illusionem hominis ante
Legem, sed erat quasi quietus ; securus enim erat
de possessione ejus. Peccatum autem mortuum esse
dixit ; quia putabatur quod non imputaretur apud
Deum : ideo apud hominem mortuum erat, quasi
impune peccaretur. Nam non latebat peccatum, sic-
ut supra dixi : sed ignorabatur hoc, quia Deus ju-
dicaturus est. Quod cum data Lege manifestum est
revixisse peccatum. Quare revixit, nisi quia ante D
vixerat, et postea desidia hominum mortuum æsti-
matum est, cum viveret ? Putabatur enim non im-
putari peccatum, cum imputaretur. Vivens ergo pro
mortuo habebatur.

(Vers. 9.) *Ego autem vivebam sine Lege aliquando.*
Quid est sine Lege, cum Lex semper fuerit, sicut

a Edlt. quædam Paris., nihil tamen jucundum. Non
satis apte.

b Ita vet. edit. a quibus hoc sola recessit Rom.
quod voces alio ordine collocauit : mss. autem ma-
jori numero, quem in conditione se (nonnulli sua)
propter peccatum Adæ habere gratulabantur : alii vero,
licet corrupti, magis ad edit. accedunt lectionem,
quam retinemus.

supra memoravi ; nisi quia sine timore Dei homo
vivebat, securus quod non esset Deus judicaturus
actus humanos.

Sed cum venisset mandatum, peccatum revixit. Ideo
dixit revixisse peccatum, ut significaret quia ante
vixerat : postea autem desidia hominum mortuum
æstimatum est, cum viveret, sicut assolet falsa fama
sieri peregrinis. Hoc ergo significat quod in initiis
non latuerit peccatum imputari apud Deum, hoc est
vixisse : sed cum consuetudo peccandi hoc oblitte-
rasset, mortuum æstimatum est ; ut crimen cum per-
sona delictæ putaretur. Cum autem data esset Lex
vel reformata, revixit apud eos, apud quos mortuum
æstimatum erat ; cœperunt enim scire imputari
peccatum.

(Vers. 10.) *Ego autem mortuus sum.* Mortuus est
homo ; quia videt se reum esse apud Deum, qui ante
se putabat non futurum obnoxium ex his quæ
peccabat.

*Et inventum est mihi mandatum, quod erat ad vitam
datum, hoc esse ad mortem.* Verum est, quia Lex ad
vitam data est : sed cum hominem non solum de
præterito, sed et de futuro peccantem reum fecit,
e facta est Lex data ad vitam, esse ad mortem : sed
ut dixi, peccanti ; quia obedientibus proficit ad vi-
tam.

(Vers. 11.) *Nam peccatum, occasione accepta per
mandatum, seduxit me, et per illud occidit.* Peccatum
hoc loco diabolus intellige, qui auctor peccati est.
Hic occasionem per legem invenit, quomodo crude-
litatem suam de nece hominis satiare ; ut quia
f Lex comminata est peccatoribus, homo 66 instinctu
ejus prohibita semper admittens, offenso Deo, ultio-
nem Legis incurreret ; ut ab ea quæ illi profutura
data erat, damnaretur. Quia enim invito illo data est
Lex, exarsit invidia adversus hominem, ut eum am-
plius vitiosis voluptatibus macularet, ne manus ejus
evaderet.

(Vers. 12.) *Itaque Lex quidem sancta, et mandatum
sanctum, et justum, et bonum.* Ut nihil adversæ suspi-
cionis remaneret in Lege, sic illam commendat, ut
non solum justam hanc, sed et sanctam et bonam
pronuntiet. Nam mandatum Legem intelligi Evan-
gelicus sermo testatur. Ait enim : *Si vis ad vitam
venire, serva mandata* (Math. xix, 17).

(Vers. 13.) *Quod ergo bonum est, mihi mors est ?
Absit.* Vere absit ; unde enim fieri potest, ut quod
bonum esse probatur, mors intelligatur ?

*Sed peccatum ut appareat peccatum, per bonum mihi
operatum est mortem.* Diabolus dicit per bonum oc-
casionem accepisse, ut malum operaretur homini,
dum illum seducit ad mortem ; quia ut ea quæ ante

c Rom. edit., et hoc ipsum quod vocatur peccatum.
Mortuus enim dicebatur diabolus.

d Voci peregrinis subnectunt non pauci mss. non
vera : sed parum scite.

e Rom. edit. sola, inventa est Lex data, etc.

f Vet. edit. cum mss. non paucis, Lex dominata
est ; Rom. edit. cum alijs mss., Lex comminata est.

Legem male gesta sunt, per illecebram cupidinis probarentur esse peccata, et de cætero vitarentur, ^a data est Lex, manifestata in litteris. Tunc incensus est Satanæ, per bonum utique; vidit enim provideri homini, et illicita illi suasit; ut pro vita ex Lege ei mors proveniret. Quod quidem negligentiae humanæ ascribendum est, quæ sic vigorem naturæ suæ infirmavit cupiditate peccandi, ut suggestiones adversarii reprimere non posset. Inimicus tamen, quem in peccato significat, ut appareat esse inimicus, per Legem accepit occasionem operari homini mortem. Dum enim ad illicita illum suasit, apparet esse inimicus. Quamquam et ante legem mortem homini procuraverit, excepta prima causa Adæ, post Legem tamen majores ei pœnas apud inferos, ubi mors secunda est, adinvenit. Minus enim criminis est ante Legem manifestatam peccasse, quam post Legem.

Ut fiat supra modum ipsum peccatum peccans per mandatum (Gen. xv, 16). Quid est, supra modum; quasi datus sit modus delinquentibus, cum peccare non liceat? Sed Dei verba sunt dicentis: *Non sunt completa peccata Amorrhæorum (Ibid.)*. Per quod ostendit mensuram quamdam esse delictorum, quam cum impleverint peccatores, vita digni minime judicentur; sicut et Pharaon, ^b quia istum modum impleverat, Dei virtutes et signa in illum ostensa sunt, per quæ cæteri territi ad emolumenta vitæ se exercerent, ut in mortuo vita discatur. Sed alius est modus, quem tractat Apostolus; ut ostendat enim plus peccatum esse sub Lege, quam fuerat ante Legem, supra hunc modum peccatorum ampliorem modum significat crevisse post Legem invidia et astutia Satanæ; ut providentia Dei contraria flecteret homini, cum timore Legis minime peccare debuerit. Ideo Deus ut invidiam diaboli vinceret, et providentiam suam homini ratam faceret, mutavit ordinem, mittens Salvatorem Christum ^c qui et diabolum vinceret, et statuta Dei erga hominem firmaret.

(Vers. 14.) *Scimus enim quod Lex spiritalis est. Quoniam scientibus Legem loquitur, ideo ait: Scimus quia Lex spiritalis est; nec enim se sub Lege darent, nisi agnoscerent istam esse spiritalem. Legem Moysis spiritalem vocat, quæ est data in tabulis: quæ quia peccare prohibet, spiritalis est; quippe cum visibilia et carnalia coli prohibeat. Hæc ad commendationem Legis pertinent, ne culpa forte digna putaretur ab aliquo; quia severitatem exercuit in peccatores.*

Ego autem carnalis sum, venumdatus sub peccato. Hominem autem carnalem appellat, dum peccat. Venditus sub peccato. Hoc est venditum esse sub peccato ex Adam qui prior peccavit, originem trahere, et proprio delicto subjectum fieri peccato, sicut dicit Esaias propheta: Venditi estis, inquit, peccatis

^a Rom. edit., *data est Lex litteris formata in lapidibus.*

^b Mss. aliquot, *quia justum istum modum. Non satis recte.*

^c Nonnulli mss., *qui et diabolum premeret, et hominem liberaret.*

*A vestris (Esai. l, 1): Adam enim vendidit se prior, ac per hoc omne semen ejus subjectum est peccato. Quamobrem infirmum esse hominem ad præcepta legis servanda, nisi divinis auxiliis muniatur, hinc est unde ait: Lex spiritalis est; ego autem carnalis sum, venumdatus sub peccato, hoc est, Lex firma est et justa, et caret culpa: homo autem fragilis est, ^d et paterno, vel proprio **67** subjugatus delicto; ut potestate sui uti non possit circa obedientiam Legis. Ideo est ad Dei misericordiam confugiendum, ut severitatem Legis effugiat, et exoneratus delictis, de cætero Deo favente, inimico resistat. Quid est enim subjectum esse peccato, nisi corpus habere vitio animæ corruptum, cui se inserat peccatum, et impellat hominem quasi captivum delictis, ut faciat voluntatem ejus? Hinc Dominus inter cætera ait: Venit diabolus, et tollit quod seminatum est in cor illorum, ne salvi fiant (Luc. viii, 12). Unde idem Apostolus in alia epistola ait: *Non est nobis colluctatio adversus carnem et sanguinem, sed adversus principes et potestates, contra spiritalia nequitiae in cælestibus (Ephes. vi, 12)*, quos satellites constat esse Satanæ. Nam ante prævaricationem hominis priusquam se manciparet morti, non erat his potestas ad interiora hominis accedere, et cogitationes adversas inserere. ^e Unde et astutia ejus factum est, ut confabulatione per serpentem hominem circumveniret (Gen. iii, 1). Postquam autem circumvenit eum et subjugavit, potestatem in eum accepit, ut interiora hominem pulsaret, copulans se menti ejus; ita ut non possit agnoscere quid suum sit in cogitatione, quid illius, nisi respiciat legem.*

(Vers. 15.) *Quod enim operor, non intelligo. Non intelligit quod operatur, quia videt aliud se per Legem scire, et aliud agere. Non enim quod volo, hoc ago: sed quod odi, illud facio. Subjectus peccato facit utique, quod non vult.*

(Vers. 16.) *Si autem quod odi, illud facio, consentio Legi. Probat Legem recte prohibere, quando invitum se hoc facere, quod lex vetat, proflitetur: et naturæ suæ dicit esse, quod mandat Lex; quia quod extra facit, odiosum sibi dicit.*

(Vers. 17.) *Nunc autem jam non ego operor illud, sed quod inhabitat in me peccatum. Quoniam lege videt prohiberi quod agit, et consentit non debere fieri ac per hoc aliud esse, cujus impulsu hæc agi declarat, id est, peccatum. Peccatum autem ideo semper nominat, ^f cum sciatur diabolus esse cum angelis suis; quia nisi peccasset primus homo, hæc non provenirent: ac per hoc peccatum est, quod ea omnia facit.*

(Vers. 18.) *Scio enim quod non inhabitat in me, hoc est, in carne mea, bonum. Non dicit, sicut quibusdam videtur, carnem malam: sed quod habitat in carne, non esse bonum, sed peccatum. Quomodo inhabitat in carne peccatum, cum non sit substantia,*

^d Ita mss. aliquot, ad Gill. edit.; cæteri autem mss. ac edit., *et paterno subjugatus delicto.*

^e Rom. edit., *Primum autem astutia ejus factum est... homo circumveniretur.*

^f Rom. edit. sola, *ut sciatur diabolus, etc.*

^a sed prævaricatio boni? Quoniam primi hominis corpus corruptum est per peccatum ut possit dissolvi: ipsa peccati corruptio per conditionem offensionis manet in corpore, robur tenens divinæ sententiæ datæ in Adam, quod est ^b signum diaboli, cujus instinctu peccavit. Per id ergo quod facti causa manet, inhabitare dicitur peccatum in carne, ad quam diabolus accedit, quasi ad suam legem, et manet quasi in peccato peccatum; quia caro jam peccati est, ut decipiat hominem suggestionibus malis; ne homo faciat, quod præcipit lex.

Nam velle adjacet mihi. Tam bona asserit, quæ jubet Lex, ut naturaliter sibi placere dicat, et velit facere. *Perficere autem bonum non invenio.* Et placet ergo quod a Lege jubetur, et voluntas est faciendi: sed ut impleatur, potestas et virtus deest; quia sic pressus est potestate peccati, ut non possit ire quo vult, neque valeat contradicere; quia potestatis ejus alter est Dominus. Homo enim jam consuetudine peccandi gravatur, et facilius succumbit peccato quam legi, quam scit bona docere; ac si velit bona facere, premit illum consuetudo, adjutore inimico.

(Vers. 19.) *Non enim quod volo, facio bonum: sed quod nolo malum, hoc ago.* Sæpe repetit, ut dilucidet. Hoc ergo est, quod supra dictum est, quia ut captivus per supradictas causas illud ^c cogitur facere, quod vult peccatum.

(Vers. 20.) *Si autem quod nolo, hoc facio; jam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum.* ^d Hoc est quod jam supra memoravit, quia pressus et subjugatus peccato, non suam, sed illius perficit voluntatem. Numquid quia invitum hominem dicit peccare, immunis debet videri a crimine; quia hoc agit, quod non vult, pressus vi potestatis? Non utique; ipsius enim vitio et desidia hæc cœpta sunt.

¶ Quia enim mancipavit se per assensum peccato, jure illius dominatur; primum enim suadet, ^e ut victo jam dominetur. Apostolus autem ut gratiam Dei præferat, hæc exponit de quantis malis hominem liberaverit, aut quæ exitia ex Adam trahit, quæ vero beneficia per Christum consecutus est; ut cui nec Lex quidem subvenire potuit, demonstraret.

(Vers. 21.) *Invenio igitur Legem volenti mihi facere bonum, quia inest mihi malum.* Legem Moysi asserit voluntati suæ dare consensum contra peccatum quod in carne habitat, quod aliud cogit facere, quam quod vult homo et Lex.

(Vers. 22.) *Condelector enim Legi Dei secundum interiorem hominem.* Animum his oblectari dicit, quæ a Lege traduntur: hic est interior homo; quia non in

animo habitat peccatum, sed in carne, quæ est ex origine carnis peccati, et per traducem fit omnis caro peccati. Si enim anima de traduce esset ^f et ipsa, et in ipsa habitaret peccatum; quia anima Adæ magis peccavit, quam corpus: sed peccatum animæ corrumpit corpus. In carne ergo habitat peccatum quasi ad januas animæ; ut non illam permittat ire quo vult. In anima autem ^g si habitaret, numquam se cognosceret homo: nunc autem cognoscit se, et condelectatur legi Dei.

(Vers. 23.) *Video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ et captivum me ducentem in legem peccati quæ est in membris meis.* Duas leges memorat ex quibus unam in membris suis videre se flagitat, id est, in exteriore homine, qui est caro vel corpus.

Hæc est lex adversa, hæc repugnans animo, trahens illum captivum in conditionem peccati; ne ultra ingrediens inveniat assertorem. Alia est lex mentis, quæ est lex Moysi, vel naturalis, quæ est in animo. Hæc pressa est violentia peccati, negligentia quidem sua, quia dum diligit vitia, subjicit se peccato, ut ipsa consuetudine teneretur captiva; dominatur enim homini consuetudo. Quatuor quidem leges nominat: primam legem spiritalem, quæ est etiam naturalis, quæ reformata est per Moysen, et posita in auctoritate, ipsa est Dei Lex: deinde legem mentis consentientem legi Dei: tertiam legem peccati, quam ex prævaricatione primi hominis in membris dicit habitare: quartam vero quæ in membris videtur, dum mala suggerit, et recedit. Sed hæc leges iteratæ quatuor videntur, cum sint duæ, id est, bona et mala. Lex enim mentis ipsa est lex spiritualis, sive Moysi, quæ vocatur lex Dei: peccati vero lex eadem est quæ et illa, quam in membris dicit videri, quæ contradicit legi mentis nostræ.

(Vers. 24, 25.) *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus? Gratia Dei per Jesum Christum Dominum nostrum.* Infelicem hominem dicit, quia nascitur sub peccato. Numquid non vere infelix est homo, qui in hanc hæreditatem prævaricationis successit, ^h hostem secum habens peccatum, per quod ad illum aditum habet Satanas? Gradus enim fabricavit Adam, per quos ad filios ejus exspoliator ascendit, nisi clementissimus Dominus motus misericordia gratiam suam per Christum dedisset; ⁱ ut et relevatum genus humanum remissione peccatorum accepta, de cætero possit resipiscere, represso et damnato peccato. Potest enim exoneratus malis et purgatus resistere adversario, potestate recepta contra illum, dum adjuvatur a Deo. Hic quasi legem si-

^a Eadem edit. Rom., sed *privatio boni.*

^b Omnes edit. *signum legis diaboli. . . . peccavit Adam; omnes mss. ut in contextu.*

^c Rom. edit. cum mss. quibusdam, *cogitur facere peccatum, quod non vult.* Minime male: sed tamen aliarum edit. et mss. lectio non est deserenda; peccatum enim hic est in recto casu, idemque sonat ac diabolus.

^d Corb. cod., *Hoc est diabolus, quem supra memoravit.* Rursus autem post versus aliquot pro vitio et desidia, idem cod. exhibet, *vitio et desiderio.*

^e Codex Corb., ut *invicto vitium jam dominetur; alii nonnulli, ut vitium jam dominetur.*

^f Nonnulli mss., et *ipsum in ipsa habitaret. In animo autem non permittitur habitare propter arbitrium liberum voluntatis. Igitur in carne, etc.*

^g Idem cod., *si habitaret, perturbaret eum, ne se omnino cognosceret.*

^h Omnes edit., *hostitem secum habens; omnes mss., hostem secum habens.*

ⁱ Ita mss. plures potioresque: alii vero et edit., *uti revelatum, etc.* Non satî recte.

dei tertiam inducit potterem, quani et gratiam vocal: **A** rit ^d Indagari invitus. Caro autem quia iudicium non habet, neque capax est discernendi (est enim bruta natura) non potest inimico aditum claudere; ne veniens introeat, atque animo contraria suadeat, ac per hoc: *Carne, ait, servo legi peccati*. Cum enim unius homo carne constet et anima, ex illa parte qua sapit, Deo servit; ex altera autem qua stolidus est, legi peccati. Si autem homo in eo quod factus est, perdurasset, non esset potestas inimico ad carnem ejus accedere, et animæ contraria *substrare*. Ut autem totus homo minime reparatus fuisset Christi gratia ad statum pristinum, sententia obstitit data in Adam (*Gen. iii, 17*); iniquum enim erat solvere sententiam jure depromptam. Idcirco manente sententia, providentia Dei remedium inventum est, ut **B** redhiberetur homini salus, quam proprio vitio amiserat; ^e ut hic sanatus crederet quia adversarius ejus devictus potentia Christi, non auderet, transpuncta sententia primæ mortis, hominem sibi defendere, adunato genere Adæ, ne ad primæ criguis redderetur facturam jam totus permanens immortalis.

Igitur ego ipse mente servo legi Dei. Legem Dei cum dicit, et Moysi significat legem, ^a et Christi. *Carne autem legi peccati*. *Ego ipse*, id est, qui liberatus sum de corpore mortis. In corpore est; quomodo liberatus est de corpore mortis, nisi quia liberatus est a cunctis malis? Remissio enim peccatorum omnia tollit peccata. Liberatus ergo de corpore mortis gratia Dei per Christum, *mente vel animo servo legi Dei, carne autem legi peccati*, **C** id est, diaboli, qui per subjectam sibi carnem suggestiones malas ingerit animæ. Quia ergo duplex est homo, ^b carne conversus et animo, legi Dei mente servire se dixit; quia animus devotus est Deo, et recuperata sui potestate, repugnare potest peccato, quod per carnem operatur. Quia enim caro corrupta est, et morti subjecta, quæ sic facta erat, ut societate et conjunctione animæ non moreretur; recepit desideria, ^c quorum quasi onus quoddam transfert ad animum, ut et ipse gravetur. Sed quid respuit illam? Mors gratiæ Dei.

Mente servo legi Dei, carne autem legi peccati, sicut dictum est. Jam enim liber animus, et in consuetudinem bonam revocatus, Spiritu sancto adjuvante, malas suggestiones potest spernere; reddita **D** est enim illi auctoritas, qua audeat resistere inimico. Qui enim jam non est obnoxius, minime pote-

^a Rom. edit. sola, et Christi. *Igitur ego ipse*. Quæ autem continuo sequuntur, multo contractus colligunt, cod. Corb., Thuan. et Remig. in hunc modum: *Qui liberatus sum de carne mortis juxta memoratum sensum, mente vel animo servo legi Dei. Jam enim liber animus, etc.*

^b Rom. edit., *carne concretus et animo*.

^c Vet. edit. ac mss. quidam, *quorum quasi honorem quemdam* (mss. nonnulli, *quondam*) *transfert ad animum, ut etiam ipse generetur*; cæteri vero, et edit. Rom. ut in contextu, nisi quod Rom. edit. præfert, *ut etiam mereretur*. At continuo post Rom. edit. reposuit: *Sed quia repulit illam mortem gratia Dei, ait*: pro eo quod vet. edit. habent, *Sed quid*

respuit illam mortem? *Gratia Dei*; mss. vero. ut in contextu, nisi quod legunt qui, ubi nos ex ant. edit. retinimus quid. Est autem *mors gratiæ Dei* mors ipsa Christi.

^d Omnes edit., *indagari in vitilis*; omnes mss., *indagari invitus*.

^e Nonnulli mss., *ut hic renatus crederet*. Infra vero ubi omnes mss. ac vet. edit., *ne primæ originis*, Rom. edit. reposuerat, *ut primæ, etc.*

^f Cod. Corb. et quidam alii, *nulla erit damnatio eorum, qui christiani sunt*. At versu sequenti Rom. edit. cum mss. nonnullis, *devotione animi servientes*.

^g Omnes edit., *ut vivificet mortuos*; omnes prope scripti cod., . . . *morituros*.

CAPUT VIII.

(Vers. 1, 2.) *Nihil ergo nunc damnationis est tuis, qui sunt in Christo Jesu, qui non secundum carnem ambulat*. Verum est, quia nulla damnatio est horum, qui sunt in Christo Jesu, legi ^f Dei sollicitè servientes. *Lex enim spiritus vitæ in Christo Jesu liberavit me a lege peccati et mortis*. Securitatem flagitat homini per gratiam Dei, ut de suggestionibus diaboli non sit sollicitus, dummodo spernat illas; nihil enim oberrunt homini apud mortem secundam; quia lex fidei, id est spiritus, liberavit hominem a morte secunda, damnato peccato: nec obest jam homini, quia carnis inest peccatum, si modo repugnet illi, memor taxilli Dei: sed et coronandus est, qui peccati in carne manentis premit consiliis; magna enim solertia est domestici hostis insidias evitare. Lex ergo spiritus vitæ, ipsa est lex fidei: nam et Moysis lex spiritualis est, quia prohibet peccare; non tamen vitæ, quia reis mortis peccata remittere non potest, ^g ut vivificet morituros. Hæc vero quia et peccare non vult, et a morte revocat, lex spiritus vitæ appellatur, non per litteram constans, sed spiritum; quia corde creditur, et spiritus est, quod creditur. Hæc itaque Lex in **70** Christo Jesu, hoc est per fidem Christi, liberat credentem a lege peccati et mortis. Lex peccati est, quam in membris dicit habitare,

respuit illam mortem? Gratia Dei; mss. vero. ut in contextu, nisi quod legunt qui, ubi nos ex ant. edit. retinimus quid. Est autem *mors gratiæ Dei* mors ipsa Christi.

^d Omnes edit., *indagari in vitilis*; omnes mss., *indagari invitus*.

^e Nonnulli mss., *ut hic renatus crederet*. Infra vero ubi omnes mss. ac vet. edit., *ne primæ originis*, Rom. edit. reposuerat, *ut primæ, etc.*

^f Cod. Corb. et quidam alii, *nulla erit damnatio eorum, qui christiani sunt*. At versu sequenti Rom. edit. cum mss. nonnullis, *devotione animi servientes*.

^g Omnes edit., *ut vivificet mortuos*; omnes prope scripti cod., . . . *morituros*.

quæ suadere nititur adversa : lex vero mortis Moysi lex est, quia mortificat peccatores. Nam et in alia epistola inter cætera dicit de auctoritate legis : *Si ministratio mortis formata in lapidibus fuit in gloria* (II Cor. III, 7).

Non ergo mirandum si lex spiritalis dicatur, et lex mortis; cum et Evangelium eodem modo sit. Dicit enim alio loco inter cætera : *Aliis odor vitæ ad vitam, aliis odor mortis ad mortem* (II Cor. II, 16). Quos enim opinio virtutum, aut rerum gestarum visus aut auditus attrahebat ad fidem, his odor vitæ erant Evangelium : illis autem quorum sensum inflammabat facta virtus ad contradicendum, mortis erat odor^a prædicatio fidei. Una ergo cum sit fides, diversitatem præstat hominibus; sicut et sol cum sit unus, ceram solvit, lutum vero stringit. Qua ergo quis mente odoratus fuerit fidem, sic et proficiet illi. Sed dicitur forte : Si eadem præstat fides quæ et Lex, cur non etiam ipsa ex parte lex mortis dicatur; mortificat enim non credentes? Sed non ita est. Fides enim data est, quæ justificat confugiens ad se; ut remittat eis, quos Lex tenet reos; ut agentes sub fide, liberi sint a peccato : nam sub lege agentes obtusos sunt. Qui ergo non obediunt fidei, non occidentur a fide, sed a Lege; quia non accedentes ad fidem, rei tenentur a Lege : ideoque omnes qui malo animo odorantur verba fidei, remanent in morte.

Videamus nunc quid intersit cum dicitur lex spiritalis et lex spiritus. Hoc interest, quia idcirco dicitur lex spiritalis; quia præcepta dat, per quæ non peccetur, quia qui non peccat, spiritalis vocatur; ^b æmulus superiorum, id est, cælestium. Lex autem spiritus propterea vocatur, quia Deus, cujus fides est, spiritus est. Illic ergo verba sunt, hic res : illic quæ Dei sunt, hic Deus ipse.

(Vers. 3.) *Quoniam quod impossibile erat Legis, in quo infirmabatur per carnem, Deus Filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, de peccato damnavit peccatum in carne.* Hæc dicit, ut baptizatos securos reddat, quia liberati sunt a peccato. *Quoniam quod impossibile erat, inquit, Legis. Cui impossibile est? Nobis scilicet impossibile erat mandatum Legis implere; quia subjecti eramus peccato.* Ob hoc Deus Filium suum misit in similitudinem carnis peccati. Hæc est similitudo carnis; quia quamvis eadem caro sit, quæ et nostra; non tamen ita facta in utero est et nata, sicut et caro nostra. Est enim sanctificata in utero, et nata sine peccato, et neque ipse in illa peccavit. Ideo enim virginalis uterus electus est ad partum Dominicum, ut in sanctitate differret eard

A Domini a carne nostra; in causa enim similis est, non in qualitate peccati substantiæ. Propterea ergo similem dixit, quia de eadem substantia carnis, non eandem habuit nativitatem; quia peccato subjectum non fuit corpus Domini. Expiata est enim a Spiritu sancto caro Domini, ut in tali corpore nasceretur, quale fuit Adæ ante peccatum; ^d sola tamen sententia data in Adam.

Misso ergo Deus Christo, *De peccato damnavit peccatum*, hoc est, peccatum peccato proprio damnavit. Christus enim cum a peccato crucifigitur, qui est Satanas, peccavit peccatum in carne corporis Salvatoris : quo facto damnavit Deus peccatum in carne, ibi utique ubi peccavit, sicut et in alia epistola ait : *Detriumphans illos in ipso* (Coloss. II, 15); id est, in Christo. Nam solet dici de quocumque damnato : In qua causa damnatus est? Respondetur, ut puta, in homicidio. Ita et peccatum in carne damnatum est, hoc est, in peccato, quod admisit in carne. Hoc itaque peccato reus factus Satanas, amisit dominium retentorum animarum, ut jam signatos signo crucis, in qua victus est, in secunda morte tenere non audeat. Quamobrem ad securitatem nostram hæc tractat Apostolus.

(Vers. 4.) *Ut justificatio Legis impleteretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum.* Ideo damnatum dicit peccatum, ut impleteretur in nobis justificatio legis **71** data a Moysæ; sublatis enim de conditione Legis, facti sumus amici ejusdem, justificati enim amici Legis sunt. Quomodo autem impleteretur in nobis justificatio, nisi cum datur remissio omnium peccatorum; ut sublatis peccatis, justificatus appareat, mente serviens legi Dei? Hoc est non secundum carnem ambulare, sed secundum spiritum; ut devotio animi, qui est spiritus, non consentiat desiderio peccati; quia per carnem seminat ^e concupiscentias animæ, quod inest peccatum. Si enim damnatum est peccatum a Salvatore, quomodo inest? Damnatum est a Salvatore, et triplici genere damnatum. Primo enim in loco damnavit peccatum, dum non peccavit, dissentiens a peccato. Deinde in cruce peccatum, quia peccavit, damnatum dicitur. Unde sublata est illi auctoritas quasi peccati, qua detinebat homines in inferno propter delictam Adæ; ut de cætero in quibus signum crucis est, detinere non audeat. Tertio damnavit peccatum, dum irrita fecit delicta, remissione peccatorum concessa. Cum enim peccator causa admissi peccati damnandus esset, ignoscens autem ei damnavit in eo peccatum. Itaque si et nos Salvatoris exemplo non peccemus, damnemus peccatum.

^a Mss. haud pauci, *prædicatio fidei.*

^b Vet. edit. ac mss. aliquot, *æmulus superiorum cælestium*; Rom. edit., *æmulus spirituum cælestium*; cæteri mss. ut nos in textu.

^c Cod. aliquot, *non eandem habuit nativitatem, expiata est enim, etc.*

^d Ita vet. edit. ac plures mss. : Rom. autem edit., *salva tamen sententia lata in Adam* : quæ verba in mss. non paucis omittuntur.

^e Vet. edit. cum mss. aliquot, *concupiscentias animæ, quod inest peccatum. Si damnatum est peccatum, quomodo inest? Damnatum est et a Salvatore, et triplici, etc.*; edit. Rom., *conc. animæ, dum inest. Si damnatum est. . . . Damnatum est et a Salvatore triplici, etc.* : plures vero et potiores mss. nobismetum fecerunt, e quibus Corb. pro *Damnatum est et a Salvatore*, etc., legendum præbet, *præsertim quod triplici, etc.*

(Vers. 5.) *Qui enim secundum carnem sunt, quæ carnis sunt sapiunt. Hoc dicit, quia qui suggestioni, quæ efficitur per carnem, obtemperat; quæ carnis sunt, sapit. Hoc enim illi suave videtur, quod sequitur, contra fas appetens usum et sententiam erroris carnis; in carne enim mundanus error signatur quacumque ex parte.*

Qui vero secundum spiritum, ea quæ sunt spiritus, sentiunt. Manifestum est, quia qui se a carnis desideriis continet, juxta legem mentis vivit; hoc enim illi utile videtur sapere, quod conveniat Legi.

(Vers. 6.) *Nam prudentia carnis mors est. Prudentia carnis peccatum est, quod generat mortem. Prudentia enim ideo dicitur, cum res stulta sit; quia sæcularibus hominibus errores ex visibilibus concepti sive in sensu sive in actu contra legem Dei, prudentia videntur: maxime quia omnis industria et astutia illorum in eo est, ut peccent. Sapere enim sibi videntur, si istud diligentius curent; cum nihil stultius sit, quam peccare. Est et alia prudentia carnis, quæ mundanis rationibus inflata, negat aliquid fieri, ut mundi careat ratione. Unde deridet Virginis partum, carnis resurrectionem.*

Prudentia autem spiritus vita et pax. Vere hæc est sapientia, quæ vitam acquirit et pacem; sequens enim spiritalia, contemptis illecebris vitæ præsentis, æternam habebit vitam cum pace, id est, sine inquietudine; ubi perturbatio et pœna non est.

(Vers. 7.) *Quoniam sapientia carnis inimica est Deo; legi enim Dei non est subjecta, nec enim potest. Non carnem dixit inimicam, sed sapientiam carnis; id est, non substantiam, sed aut malos actus, aut cogitationem, sive asseverationem, quæ nascitur de errore. Sapientia ergo carnis est primo in loco astrorum ab hominibus inventa disputatio, deinde visibilium oblectatio. Hæc inimica Deo sunt; quia elementorum Dominum, et opificem mundi his coæquant, quæ fecit, astruentes nihil posse fieri, præter quam mundi continet ratio. Quamobrem negant Deum fecisse, ut Virgo pareret, aut mortuorum corpora resurgerent; quia stultum est, inquirunt, ut*

^a Ita vet. edit. ac plures mss.: Rom. autem edit. cum Gill. in marg. et mss. aliquot, *illi sapere videntur*: quidam etiam mss., *illi vane videntur*.

^b Mss. Flor. et Corb.; *sentiunt. Hi sunt qui concupiscentias carnis, errore devicto, calcant: qui mundum præpositum* (Corb., *postpositum*, forte mundo postposito) *et in carne ambulantes, non secundum carnem militant; et quorum gloria non ex hominibus, sed ex Deo est. In his ergo operibus spiritalibus permanentes, quæ Spiritus Dei sunt, in cujus præceptis ambulant, sapiunt. Manifestum est quia, etc.* Sed Corb. omisso etiam sequenti textu, verbo *sapiunt* statim connectit *Nam prudentia carnis, etc.*

^c Gill. in variis lect. et cod. aliquot, *Prudentia enim carnis mors idcirco est, quia grave peccatum est; per peccatum enim hujusmodi mors. Prudentia enim,*

^d Ita scripti cod. magno numero: nonnulli tamen, et omnes edit., *ubi enim perturbatio est, et pœna est.*

^e Rom. edit. ex marg. Gill. cum paucis mss., *præsumpta disputatio.*

^f Voci *homo* subjungit ms. Corb., *ac per hoc non fecit.*

^g Vet. edit. ac plures mss., *ac per hoc legi Dei hoc*

Deus fecerit ultra, quam sapit homo. O prudentes mundi, qui putant Deum non debere aliter facere, quam facit ab eo condita creatura; ut ipse similis creaturis putetur! Sic cæcati sunt, ne videant qualem contumeliam Deo faciunt. Opus enim quod in laudem suam prædicandam facere dignatus est, isti vituperantes, **72** incredulum et stultum asserunt: ac per hoc Dei legi subjecta esse non potest ista carnis prudentia; ad hoc enim studium suum exacuunt, ut Dei gestis repngnent.

(Vers. 8, 9.) *Qui enim in carne sunt, Deo placere non possunt. Sapientes mundi in carne sunt, quia mundi sapientiæ student, per quam Dei legi repngnent. Quidquid enim contra legem Dei est, carnale est; quia ex mundo est; totus enim mundus caro est: omne enim visibile carni deputatur; cognata enim sunt carnis, immo elementa carnis. Ideoque qui mundanis rebus obtemperat, in carne est.*

Vos autem non estis in carne, sed in spiritu. In carne positi, dicuntur non esse in carne, si assentientes Joanni apostolo, mundana non diligant; sententia enim hominis suam quasi fingit naturam; ut hoc appelletur, quod sentit.

Si tamen Spiritus Dei habitat in vobis. Hoc ideo ambigue dicit, quia in Legem inducti, non adhuc perfectæ erant fidei: sed spem in eis videbat perfectionis. Unde aliquando quasi perfectis loquitur, aliquando quasi perfecturis, hoc est, aliquando laudat, aliquando commonet; ut si secundum supra memorata versentur juxta legem naturæ, in spiritu esse dicantur; quia Spiritus Dei in eo habitare non potest, qui carnalia sequitur.

Si quis autem Spiritum Christi non habet. hic non est ejus. Quem superius Spiritum Dei dixit, nunc Spiritum dicit Christi, propterea quia omnia Patris, Filii sunt. Hoc ergo dicit, quia qui supradictis erroribus subjectus est, ad Christum non pertinet; Spiritum enim ejus non habet, quem ut filius Dei esset, acceperat. Duabus enim ex causis deserit hominem Spiritus sanctus; cum aut sensum carnis habet, aut gesta. Itaque per hæc quæ monet, ad bonam con-

studium subjectum esse non potest in eo quod exercitatur; mss. aliquot, in eo exercitatum: Rom. autem edit. cum variis lect. Gill. et mss. quibusdam, ut in contextu, nisi quod in fine Rom. edit. et Gill. habent, ut Deo gentes repngnent.

^h Ita Rom. cum variis lect. Gill., cod. Corb. et aliis nonnullis: vet. autem edit. ac cæteri mss. *quia respicientes mundum, spiritali sapientiæ resistunt, quia totus mundus caro est.*

ⁱ Rom. edit. sola, *versentur juxta Legem, non in spiritu, etc.*

^j Omnes edit. ac pauci mss., *Spiritum Dei nunc Spiritum dicit Christi, quia, etc.* Nos locum e pluribus potioribusque mss. restituimus.

^k Ita mss. plerique: alii vero, et edit. omittunt, *quæ monet; et nonnulli ac vet. edit. pro hortatur, legunt compellit.* Continuo vero post ubi edit. ac mss. aliquot, *homines, non erunt tamen filii Dei vocati, nisi sic vixerint, ne satis indigni concessio nomine videantur; Rom. edit., . . . ut indigni concessio nomine minime videantur; mss. frequentes nobiscum faciunt, nisi quod pro onerantur, non pauci efferunt honorantur.* Absurdo sensu.

versationem hortatur; quamvis enim bonitate Dei erigantur homines, onerantur tamen filii Dei vocati, nisi sic vixerint, ne indigni concessio nomine videantur.

(Vers. 10.) *Corpus quidem mortuum est propter peccatum, a spiritu vera vita propter justificationem.* Peccati causa corpus mortuum asserit eorum, quos deserit Spiritus sanctus, nec ad istum, ^b id est, Spiritum, necis eorum passionem pervenire. Spiritus enim Dei nescit peccare; ad justificationem enim datur, ut adiutorio suo justificet. Ergo quia peccare nescit, vita est; mori enim non potest, quia per peccatum mors: ac per hoc sibi peccator oberit, non Spiritui, quem accepit. Nec enim Spiritus erit in causa, qui vult justificare. Signum enim justificationis hoc est in homine, ut per id quod inhabitat in eo, justificatus appareat esse filius Dei; non enim in ficto homine, neque in corpore subdito peccatis potest habitare Spiritus sanctus, sicut dicit Salomon (*Sap. 1, 4*): si quis autem denuo carnaliter vivat, desertus ab Spiritu sancto, in injustitia sua morietur. *Corpus* autem dicens, totum hominem significat mortuum peccati causa, sicut et a propheta sub vocabulo animæ totus homo significatur, quasi a parte totum; ait enim: *Anima quæ peccat, ipsa morietur* (*Ezech. xviii, 4*). Numquid sine corpore? Hic corpus pro toto homine posuit, ille animam. Et alius propheta carnem dicendo totum hominem significavit; ait enim: *Videbit omnis caro salutare Dei* (*Esai. xl, 5*). Et quoniam baptizato datur Spiritus sanctus, etiam ipse esse spiritus dicitur. Idcirco cætera hominis ad comparisonem ejus corpus ^c appellavit, propterea quod anima, dum peccat, caro dicatur; hoc enim vocatur, quod sequitur, sicut sæpe jam dixi. Simili modo et Dominus cum in passione sua divinitatem suam minime formidare vellet intelligi, sed hominis esse mœstiliam, ait: *Spiritus quidem promptus est, caro vero infirma* (*Matth. xxvi, 41*); ut in spiritu Deum, in carne vero hominem significaret.

73 (Vers. 11.) *Quod si Spiritus ejus, qui suscitavit Jesum a mortuis, habitat in vobis; qui suscitavit Jesum a mortuis, vivificabit et mortalia corpora vestra propter inhabitantem Spiritum ejus in vobis.* Ipsum sensum eadem tractat ratione; corpora enim dixit, per quæ homines significat. Et quia supra dixit propter peccatum corpus mori morte secunda, hic iterum propter bonam vitam mortalia corpora vivificari promisit, id est, totum hominem.

(Vers. 12.) *Igitur, fratres, debitores sumus non carni, ut secundum carnem vivamus.* Rectum et manifestum est, non nos ad inventionem Adæ, qui carnaliter egit, obsecundare debere, qui prior peccans

^a Mss. non pauci, *spiritus vero vivit.*

^b Omnes edit. id est, *Spiritum, ne quis eorum passione potest pervenire* Eras. et seq. expunxerunt ne, mss. vero prope ad unum nobiscum faciunt.

^c Vet. edit. et mss. aliquot, *appellavit.* Præterea quod anima: Rom. edit. obliiteravit *quod*. Haud incommode; melius tamen alii mss. ut in contextu.

A mortem nobis hæreditatis titulo dereliquit: sed legi Christi servire nos debere, qui nos spiritali ratione a morte supradicta redemit; huic enim debitores sumus, qui nos carnalibus vitiiis sordidatos per lavacrum Spiritus ablutos justificavit, et filios Dei fecit. Prius enim in carne positi, exemplo Adæ vivebamus subjecti peccatis: nunc vero liberati, reddere debemus obsequium Redemptori. Quod quidem obsequium non illi ^d utique proficit, qui nullius eget: sed nobis vitam acquirit æternam; sic enim diligit nos, ut sibi imputet, quod proficit nobis.

(Vers. 13.) *Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini.* Nihil verius, quia si secundum Adam vixerimus, moriemur; Adam enim prævaricans vendidit se peccato carni deputatus. Omne enim peccatum, caro est; propter quod enim deforis vitia et delicta nascuntur ex sensibus, id est, de auditu, visu, tactu, odoratu, vel gustu, carni deputantur. Omnis enim cogitatio foras respiciens, incurrit delictum; nam et primi hominis deforis peccatum natum est. Secundum carnem ergo vivere, mors est; omnis enim actus carnis extra Legem est.

Si autem spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis. Corpus vult lege animæ gubernari; unde ostendit quia si duce sancto Spiritu, actus et consilia carnis, quæ hujus mundi instigantibus postestatibus concinnantur, fuerint repressa, ne agendi accipiant potestatem, vitam præstari. Mortificari enim dicuntur, si cessent: non sunt enim, si cessant; quia peccatum non est, si non fiat.

C (Vers. 14.) *Quicumque enim Spiritu Dei aguntur, hi filii sunt Dei.* Hos dicit Spiritu Dei agi, in quorum actibus consilia principum et potestatum hujus mundi non videntur: in quorum enim videntur, non sunt filii Dei, sed diaboli; quia qui de Deo natus est, non peccat, dicit Joannes apostolus (*I Joan. iii, 9*). Hoc est enim quod probat Dei filios et diaboli. Unde Dominus ad Judæos quod male agerent, et parricidium cogitarent, ait: *Vos de patre diabolo estis* (*Joan. viii, 44*).

(Vers. 15.) *Non enim accepistis spiritum servitutis iterum in timore.* Hoc dicit, quia accepto Spiritu sancto, a timore malorum actuum exuti sumus; ut de cætero nihil tale agamus, unde iterum timeamus.

D ^e Ante enim sub timore eramus, quia Lege data, omnes rei sunt constituti. Spiritum ergo timoris Legem dixit; quia homines peccati causa in timore constituit. Lex autem fidei, quæ in spiritu adoptionis significatur, Lex securitatis est; quia a timore nos eruit dum donat peccata, ac per hos securos nos fecit: ac dicitur spiritus non timoris ^f secundum hunc modum.

Sed accepistis Spiritum adoptionis filiorum, in quo

^d Ita Rom. edit. cum mss. aliquot, et Gill. in variis lect. Vet. autem edit. cum cæteris mss., *quod promissit nobis.*

^e Ante enim sub timore eramus non reperitur in mss., at contra in omnibus edit. habetur.

^f Vet. edit. ac mss. non pauci, *secundum hunc mundum.*

clamamus: Abba, pater. Gratia Dei a timore liberati, accepimus spiritum adoptionis filiorum; ut considerantes quid eramus, et quid dono Dei sumus adepti, magna cum diligentia vitam nostram ordinemus; ne nomen Dei Patris in nobis injuriam patiat, et ea omnia quæ evasimus, veluti ingrati incurramus. Talem enim gratiam consecuti sumus, ut audeamus dicere Deo: *Abba*, id est, pater! ideoque commonet, ne accepta fiducia in temeritate vertatur; si enim huic voci, qua dicimus: *Abba, pater*, dissimilem vitam exhibeamus, injuriam Deo facturus, vocantes eum patrem. Idecirco enim bonitate sua hoc nobis indulsit, quod super naturam nostram est; ut quod substantia indigni sumus, operibus mereamur.

(Vers. 16.) *Ipse Spiritus reddit testimonium spiritui nostro, quod sumus filii Dei.* Bene agentibus nobis, et per hoc ipsum manente in nobis Spiritu sancto, huic voci et animo nostro, **74** quo clamamus in oratione: *Abba*, id est, pater, Spiritus Dei testimonium dat, dum manet in nobis, quoniam non temere dicimus, *Abba, pater*. Dignam enim vitam huic voci exhibeamus; et hoc est testimonium filiorum, si in eos per Spiritum videatur signum paternum.

(Vers. 17.) *Si autem filii, et hæredes: hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi.* Cum Deus pater nullo modo mortuus possit dici, Christus autem ejus filius mortuus dicatur causa incarnationis, quid est ut is qui mortuus est, semper viventis hæres esse dicatur; cum hæredes utique non nisi mortuorum sint? Sed hæc causa humanitatis, non divinitatis est. Nam apud Deum quæ apud nos hæreditas dicitur, donum est patris in filios obedientes transfusum; ut vivus viventis hæres sit merito proprio, non necessitate defuncti. Unde et Dominus in Evangelio non magis humana quam divina ratione vivam viventibus substantiam suam partitum esse, licet in parabola significavit (*Luc. xv, 12*); nec enim parabola absurda ratione componitur. Ut ergo promptos nos ad obedendum Deo Patri faceret, hæc spe exhortatur dicens Dei nos futuros hæredes, cohæredes autem Christi; ut quia spes magna præmii est, tanto magis in Dei rebus propensiores essemus, postponentes curam mundanorum. Quid sit autem cohæredem esse Filii Dei, ab apostolo Joanne docemur; inter cætera enim ait: *Scimus quoniam cum apparuerit, similes ei erimus* (I Joan. iii, 2).

Si tamen compatiamur, ut et simul glorificemur. Quomodo cohæredes Christi fieri possumus declarat, dicens: *Si tamen compatiamur, ut et simul glorificemur.* Videamus ergo quid sit compati. Compati est persecutiones tolerare propter spem futurorum, carnemque crucifigere cum viliis et concupiscentiis, hoc est, voluptates et pompas sæculi spernere. Cum enim hæc omnia mortua fuerint apud hominem, cru-

asitigit mundum, futuri sæculi vitam credens, in qua se sperat cohæredem Christi futurum.

(Vers. 18.) *Existimo ergo quod non sint condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis.* Exhortatio hæc ad superiora pertinet, per quam ostendit parva esse, quæ hic possunt a perfidis irrogari, ad comparisonem decreti muneris in futuro sæculo. Propterea nos jubet ad omnia exitia paratos esse debere, quia magna pro his repromissa sunt præmia; ut in tribulatione consoletur se animus, et spe crescat. Nam et quosdam, immo multos scimus pro præsentibus lucris, ad modicum ultique profuturis, quam asperos et duros subire labores, et ad quæ tendunt aliquando, quia ipsa vita fragilis est et incerta, pervenire non possunt. Nautæ pro quibus commodis tantis se procellis et tempestatibus credunt; cum sciant in his magis mortem ante oculos esse, quam vitam? Et milites spe præsentis præmii, cum incerta victoria sit, in gladios insurgerè non dubitant. Quanto ergo magis pro Christo patiendum est, cujus etiam protelata sunt nobis beneficia: qui pro parvis magnifica, pro terrenis cælestia, et pro temporalibus perpetua præmia cum gloria pollicetur! Pro Christo dicimur pati, cum nobis non illi proficiat, quod patimur: sed quia ille occasione querit remunerandi nos, hoc præcipit; ut bonus enim vel profusus largitor causam querit, quomodo donet aut indignis, aut verecundis. Denique ut ipsa exitia tolerari possint, ipse suggerit vires.

(Vers. 19.) *Nam expectatio creaturæ revelationem filiorum Dei expectat.* Quoniam præsentis temporis passiones indignas dixit ad superventuram gloriam, subjecit quod creatura hoc expectat, ut compleatur numerus filiorum Dei, destinatus ad vitam; ut tunc demum etiam ipsa creaturæ possit liberari a servitute corruptionis, et cessare a vitio.

(Vers. 20.) *Vanitati enim creatura subjecta est non voluntaria.* In Domini et creatoris potestate posita creatura, non utique sponte subjecta est vanitati; non enim proderit sibi quod subjecta est, sed nobis. Quid est ergo in quo vanitati subjecta est, nisi quia quæ generat, caduca sunt? Operatur enim, ut fructus faciat corruptibiles: corruptio ergo ipsa vanitas est; omnia enim quæ nascuntur in mundo, infirma, caduca et corruptibilia, ac per hoc vana sunt. Vana sunt enim, quia statum suum tenere non possunt: nam cuncta deformata per fluxum semper in se redeunt confusa in naturam. **75** Hoc dicit de his et Salomon, quia omnia hæc vanitas (*Eccles. i, 2*). Nec discordat ab his David, dicens: *Verumtamen vanitas omnis homo vivens* (*Ps. xxxviii, 6*). Manducare enim et bibere, et res mundi curare, nonne vanitas est? Et prodest tamen ipsa vanitas; proficit enim hominibus natis in

^a Nos jubet deerat in cunctis edit. et nonnullis mss., sed ex aliis pluribus restituitur.

^b Pro terrenis cælestia nunc primum e eod. Flor. et Vin. admittuntur in textum.

^c Ita omnes edit. ac mss. aliquot: nonnulli vere

alii, liberari a servitute corruptionis, et cessare a servitute, quidam... et cessaret in vitio; cod. tandem Corb., liberari ab officio servitutis, et pascere. Thaan. addit., in otio.

mundo, ut per hæc in corporibus exercitati, discant mysterium Creatoris. Ad comparationem enim æternorum varia sunt; nam in suo bona sunt, quippe cum sint necessaria.

(Vers. 21.) *Sed propter eum qui subiecit illam in spe.* Quæ spes sit, statim subiecit, dicens: *Quoniam et ipsa creatura liberabitur a servitute corruptelæ in libertatem gloriæ filiorum Dei.* Quoniam contradicere non potest creatura conditori suo, ejus causa subiecta est non sine spe. Habet enim in labore posita hoc solatium, quoniam habebit requiem, cum creditur omnes, quos scit Deus credituros; quorum etiam causa subiecit.

(Vers. 22.) *Scimus enim quod omnis creatura ingemiscit et parturit usque adhuc.* Parturire dolere est. Ipse sensus est, quia omnis creatura per quotidianum laborem ingemiscit et dolet usque modo. Usque modo tamdiu significat, quamdiu legitur. Ipsa enim elementa cum sollicitudine operas suas exhibent; quia et sol et luna non sine labore statuta sibi implent spatia, et spiritus animalium magno gemitu artantur ad exhibenda servitia; nam videmus illa gementia cogi invita ad laborem. Hæc ergo omnia expectant requiem, ut a servili opere liberentur. Si autem hæc esset servitus, quæ ad Deum proficeret promerendum, gauderet, non doleret creatura: sed quia nostri causa subiecta est servituti corruptionis, dolet. Videt enim quotidie opera sua interire; quotidie enim oritur et occidit opus ejus. Recte ergo dolet, cujus operatio non ad æternitatem pertinet, sed ad corruptionem. Quantum ergo datur intelligi, satis de nostra salute sollicita sunt, scientes ad liberationem suam proficere maturius, si modo nos citius agnoscamus auctorem. Hæc itaque scientes, omni cura diligentiaque dignos nos præbeamus, aliis quoque ut exemplo simus, non nostra solum miseratione commoti, sed et ejus causa quæ diebus se noctibus injurias patiens ingemiscit; solemus enim in alienis causis propensius vigilare.

(Vers. 23.) *Non solum autem illa, sed et nos qui receptaculum Spiritus habemus, nos ipsi intra nosmet ipsos ingemiscimus, expectantes redemptionem corporis nostri.* Post creaturam mundanam adiecit etiam nos hoc expectare, et ingemiscere ad Deum, ut hinc liberemur cuncti destinati ad vitam; quia christianis mundus hic pelagus est. Sicut enim mare adversis excitatur procellis, insillit, et tempestatem navigantibus facit; ita et sæculum perfidorum conspiratione commotum, perturbat fidelium mentes: et tanta diversitate hoc agit inimicus, ut quid prius evitandum sit, ignoretur. Si enim potestas desinit esse adversum nos, privatorum mentes exagitat: si et hi compescantur, per domesticos constat incen-

* Mss. aliquot. *moritur et occidit.* Infra vero ubi nos, edit. Amerb. cunctique mss., *scientes ad liberationem suam.* Verum huic auctori non hoc tantum loco contigit incongrue loqui.

† Tres mss. verbo *ignoretur* addunt *non enim deficit, unde nascatur tribulatio.* Quod autem pro potestas Rom. edit. substituit, *tempestat*, hoc non tan-

diu; et si hoc positum fuerit, arte sua Inter ipsos germanos facit discordiam; ut quatuor angulis pulsata domus, ex aliqua parte faciat ruinam. Propter quod uno consilio fugiendum est huic christianis; exemplum enim debent sequi sancti Simeonis, qui sciens bellum hic geri contra perfidiam, in pace dimitti se postulavit (*Luc. n. 29*). Hoc est quod singuli orantes pro omnibus oramus, ut veniat regnum Dei (*Matth. vi. 10*); tunc enim erit liberatio corporis nostri, id est, omnium christianorum: in corpore enim omnes significavit, quia sumus alter alterius membra. Apostolus quidem quasi vir divinus bene sensit de nobis, dicens quia ingemiscimus, ut hinc liberemur, sicut et ingemiscerat Simeon: sed video oblectatione mundi nos teneri. Igitur per hæc quæ supra dicta sunt, ostendit quam vim creatura patiatur nostri causa; cum quando nos quibus obsequium ejus proficit, quique Dei Spiritum adiutorem habemus, ingemiscimus, ut hinc liberemur, ut promissa consequamur præmia. Quanto magis ergo creatura ingemiscit, quæ neque adiutorem habet Spiritum sanctum, neque in sua causa laborat: addito hoc, quod ea quæ labore suo generat, ut alimentis servorum Dei proficiant, contra fas videt idolis immolari! Unde plus dolet, et optat citius liberari, **76** sciens hoc ad injuriam proficere Creatoris.

(Vers. 24.) *Spe enim salvati sumus.* Hoc dicit, quia sperando quod promisit Deus in Christo, nobis meritum fecimus, ut liberemur. Ergo in spe liberati sumus; quia non aliud futurum est, quam credimus.

Spes autem quæ videtur, non est spes. Manifestum est non esse spem quæ videtur, sed quod non videtur: ac per hoc credentes præmiis afflicti sunt; quia quæ non vident, sperant.

(Vers. 25.) *Num quod videt quis, quid sperat? Sed si quod non videmus, speramus, per patientiam expectamus.* Dubium non est ea sperari, quæ non videntur; expectantur enim futura. Hæc expectatio patientia est, quæ multum meretur a Deo; ut de die in diem expectatis cupiat venire regnum Dei, et non dubitet, quia tardat.

(Vers. 26.) *Similiter autem et spiritus adjuvat infirmitatem nostræ orationis.* Quoniam superius ingemiscere nos, et precari liberationem memoravit, et in dolore postuli, aut quæ longe futura dicta sunt, mox fieri volumus, aut cito tolli, per quæ ad meritum perveniamus; et videtur imbecilla oratione precari, dum illi denegatur effectus. Infirma est enim, qui contra rationem postulat: ac per hoc infirmitatem hanc a sancto Spiritu dato nobis adjuvari ostendit. Adjuvat autem, quia quæ aut ante petuntur,

tum contra cæterarum omniumque mss. auctoritatem pugnat, sed et contra legitimum sensum; potestas enim hic opponitur hominibus privatis, ut locus clamat.

* Ita edit. Amerb., Eras. et mss. plerique; alii vero mss. partim *subditum* fuerit, partim *sopitum* fuerit, quod Gill. et Rom. edit. prætulere.

quam peti debeant, aut sunt contraria, non sinit fieri. A

Nam quid oremus sicut oportet, nescimus. Infirmi-
tatem orationis nostræ ignorantiam significare de-
claravit; fallimur enim putantes prodesse quæ posci-
mus, cum non prosint. Denique eidem Apostolo
tertio deprecanti, ut tentationes ab eo cessarent,
quia crebræ erant, dictum a Domino est: *Sufficit
tibi gratia mea; nam virtus in infirmitate perficitur*
(II Cor. xii, 9), id est, sic meritum quis collocat,
dum in tribulationibus patiens invenitur. Didicit
ergo contra se esse quod petebat. Est et aliquando
superba et stulta petitio, sicut fuit duorum aposto-
lorum Jacobi et Joannis, quibus incongrua et im-
mensa petentibus dictum est: *Nescitis quid petatis*
(Matth. xx, 22).

*Sed ipse Spiritus postulat pro nobis gemitibus in-
narrabilibus.* Non humanis eloquiis postulare pro
nobis dicitur Spiritus Domini, sed more naturæ suæ.
Cum enim quod de Deo est, Deo loquitur; eo more
loquatur necesse est, quo ille loquitur, de quo est.
Nemo enim cum cive suo ^a alia lingua loquitur. Su-
perfundit enim se precibus nostris Spiritus datus
nobis; ut imperitiam, et improvidentiam nostram
motu suo operiat; et illa nobis a Deo petat, quæ pro-
sint nobis.

(Vers. 27.) *Qui autem scrutatur corda, scit quid
desideret Spiritus, quia secundum Deum postulat pro
sanctis.* Manifestum est quia Deo, cui nihil tacitum
est et occultum, nota est precatio omnium spirituum;
quanto magis Spiritus sancti, qui ejusdem utique
substantiæ est, et loquitur non impulsu aeris, neque
ut angeli, aut sicut cætera ex creaturis, sed sicut
competit ejus divinitati! Deo ergo loquitur, cum no-
bis tacere videtur; quia et videt, cum non videatur,
et hæc petit, quæ scit Deo placere, et nobis prodesse.
Tunc sane pro nobis interponit se idem Spiritus,
cum scit nos per ignorantiam, non per jactantiam
contraria postulare.

(Vers. 28.) *Scimus autem quoniam diligentibus
Deum omnia procedunt in bonum, iis qui secundum
propositum vocati sunt sancti.* Hoc dicit, quia diligen-
tes Deum etsi imperite precati fuerint, non illis
oberit; quia propositum cordis illorum sciens Deus
^b et ignaviam, non illis imputat, quæ adversa postu-
lant; sed ea annuit, quæ danda sunt Deum amanti-
bus. Unde et Dominus ait: Scit autem, inquit,
Pater vester quid vobis opus sit, antequam petatis
ab eo (Matth. vi, 32). Ii ergo secundum proposi-
tum vocantur, quos credentes præscivit Deus futu-
ros sibi idoneos; ut antequam crederent, sci-
rentur.

^a Rom. edit., *aliena lingua loquitur.... adventu
suo operiat.*

^b Ita omnes mss. ac vet. edit.; Rom. vero, *et im-
becillitatem.*

^c Rom. edit. cum mss. non nullis, *ex mortuis,
quando devicta morte ascendit in cælos.*

^d *Nec reputatur, sive ut mss. aliqui, non æstima-
bitur, alius absque eo, in textum ex mss. non paucis
testitimus. Infra vero in mss. quibusdam legitur*

(Vers. 29.) *Nam quos præscivit. Istos quos præ-
scivit futuros sibi devotos, ipsos elegit ad promissa
præmia capessenda; ut hi qui credere videntur, et
non permanent in fide cœpta, a Deo electi negen-
tur; quia quos Deus elegit, apud se permanent. Est
enim qui ad tempus eligitur, sicut Saul et Judas;
non de præscientia, sed de præsentis justitia.*

*Conformes fieri imaginis Filii sui. Hoc dicit
quia ideo 77 prædestinantur in futurum sæculum,
ut similes fiant Filio Dei, quod jam supra me-
moravi.*

*Ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Recte
primogenitus, qui ante omnem creaturam non factus,
sed natus est: ad cujus exemplum Deus homines
in filios sibi adoptare dignatus est. Est et primoge-
nitus in regeneratione Christus. Est et primogenitus
ex mortuis cujus natura ignoratur. Et primogeni-
tus post victoriam ascendens in cælos. Primogeni-
tus igitur in omnibus frater noster dicitur; quia
homo dignatus est nasci: Dominus vero est; quia
Deus noster est, sicut dicit propheta Hieremias:
Hic est Deus noster, nec reputatur alius absque eo
(Baruc. iii, 36).*

(Vers. 30.) *Quos autem prædestinavit, illos et voca-
vit. Vocare est cogitantem de fide adjuvare, aut com-
pungere eum, quem sciat audire. Et quos vocavit,
ipsos et justificavit: quos autem justificavit, hos et
magnificavit.* Hoc dicit quod supra, quia quos præ-
scivit Deus aptos sibi, hi credentes permanent, quia
aliter fieri non potest, nisi quos præscivit Deus, ipsos
et justificavit: ac per hoc et magnificavit illos, ut
similes fiant Filio Dei. De cæteris quos non præsci-
vit Deus, non est illi cura in hac gratia, quia non
præscivit illos futuros idoneos. At si credant, aut
eligantur ad tempus; quia videntur boni, ne justitia
contempta videatur, non permanent ut magnificen-
tur, sicut et Judas Iscariotes, aut illi septuaginta
duo, qui electi, post scandalum passi recesserunt a
Salvatore (Joan. vi, 71).

(Vers. 31.) *Quid ergo dicemus ad hæc? Si Deus
pro nobis, quis contra nos? Manifestum est, quia Deo
nobis testimonium perhibente, quis est qui audeat
accusare nos, quando ipse qui judex est, ante præ-
scivit nos, et idoneos judicavit?*

(Vers. 32.) *Qui proprio Filio suo non pepercit, sed
pro nobis omnibus tradidit illum. Sic securos nos de-
bere esse fidei causa hortatur; ut Deum, quasi
præscium, antequam ex impiis fideles essemus,
Filium suum pro nobis morti tradidisse ostendat.*

*Quomodo non etiam cum illo omnia nobis donavit?
Deum olim decrevisse dicit remunerandos credentes*

*partim, vocare est cogitantem hominem quod sit Dei,
vocare; partim, quid sit hominem vocare. Vocare est
cogitantem de fide, etc., in quibusdam autem omittit-
ur: nos vero lectionem omnium edit. potiorumque
mss. retinimus.*

^e *Illos futuros idoneos mss. plerique tamenque op-
timum restituere.*

^f Amerb. et Eras. cum mss. aliquot, *ut Deum,
quod præscio, etc.*

in Christum. Si enim quod majus et præcipuum est, A præstitit nobis, ut Filium suum verum et charissimum traderet propter nos adhuc impios; quare non quod minus est facturus credatur pro nobis credentibus sibi? Jam enim parata sunt credentibus præmia; minus est enim nobis omnia cum illo donare, quam illum nostri causa morti tradere.

(Vers. 33.) *Quis accusabit adversus electos Dei?* Neminem audere nec posse judicium et præscientiam Dei in nobis retractare apertum est. Quis est enim qui possit hæc, quæ Deus probat, improbare; cum nemo æqualis sit Deo?

Deus qui justificat (Esai. l., 8). Hoc in Esaia propheta est, quod hic quasi suum ponit; quia nemo est alius qui, quod probat Deus, arguat. Aut ne forte ipse nos Deus accuset: sed non potest quod B justificat, accusare.

(Vers. 34.) *Et quis erit, qui condemnet? Christus qui mortuus est, immo qui et resurrexit, et est in dextera Dei, qui etiam interpellat pro nobis.* Deum, quia nos justificat, accusare nos negat: Christum autem damnare nos non posse; quia eo affectu diligit nos, ut moretur pro nobis, et resurgens, semper causas nostras agat apud Patrem. Cujus postulatio contemni non potest; quia in dextera Dei est, hoc est, in honore quod Deus est; ut de Deo Patre securi, et Christo Filio ejus qui judicatorus est, infide ejus lætemur. Hinc est illud, quod dicit Petro apostolo: *Ecce exspostulavit Satanus, ut vos ventilet sicut triticum: ego autem rogavi pro te, ne deficiat fides tua (Luc. xxii, 31, 32).* Hoc ergo modo interpellat pro nobis Salvator; a sciens enim C impudentiam et altitudinem adversarii nostri, cum se commovet adversum nos, si non ei assentiamus, Salvator interpellat pro nobis; ne aliquid violenter præsumat circa nos, ut arceatur insolentia ejus. Hac causa tamen dicitur Filius interpellare, cum ipse agat totum, et æqualis sit Deo Patri; et quia unus dicitur Deus, ne Pater et Filius singularis, vel unio putaretur, ad personarum 78 distinctionem sic loquitur Scriptura; ut et Filium non disparem tradat: et Patrem, quia Pater est, et quia ab ipso sunt omnia, præferat.

(Vers. 35.) *Quis nos separabit a charitate Christi?* Hoc est, quis nos avertere poterit a dilectione Christi, qui nobis tam magna et innumera præstitit beneficia? *Tribulatio?* Sed non facit, quia dilectionem firmi christiani nulla vincunt tormenta. Amantis enim plus incitatur charitas, si eum cujus sensit beneficia, prohibeatur amare; dum enim putant se b in merita ejus seminare, suscitant memorata beneficia.

(Vers. 36, 37.) *An angustia? an persecutio? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius (sicut scriptum*

^a Mss. aliquot, *sciens enim potentiam; unus, imprudentiam.*

^b Omnes edit. ac mss. nonnulli, *immerita ejus seminare, memorat beneficia; ceteri mss. qui et potiores, ut nos in textu; nisi quod omittitur in quibusdam vox memorata, et pro in merita in omnibus fere scribitur immerita inepto sensu. At in merita Christi se-*

est, quia propter te morte afficimur tota die, aestimati sumus velut oves occisionis)? Sed in his omnibus superamus propter eum, qui dilexit nos. Hoc scriptum est in psalmo quadragesimo tertio. Manifestum est ergo hæc omnia, quæ enumerat, exitia, tribulationes, pressuras, et mortem, non posse conferri vel comparari charitati Christi, quam seminavit in nobis. Multo enim majora ejus beneficia habemus, quam hæc sunt omnia, quæ videntur adversa. Si enim moritur pro illo, quod gravius videtur in his, et ille mortuus est pro nobis: sed ille ut prodesset nobis; nostra autem mors non illi proficit, sed nobis. Temporalem enim vitam perdimus, ut nobis rependatur æterna. Et quid mirum si servi moriantur pro bono Domino; quando Dominus mortuus est pro servis, et malis? Vincunt ergo beneficia, et exhortantur animum ad perseverandum propter eum, qui dilexit nos.

(Vers. 38, 39.) *Confido enim quia neque mors. Confidentia hæc de sponsione Christi est, qua promisit in tribulatione adjuvare sibi dicatam fidem. Neque vita, neque angelus, neque virtus, neque altitudo, neque profundum, neque præsentia, neque futura, neque alia creatura poterit nos separare a charitate Dei, quæ est in Christo Jesu Domino nostro.* Hæc sunt omnia, quæ ad abductionem nostram a diabolo inferuntur, quæ idcirco memorat, ut muniat nos; ut si advenerint, confidentes de spe, et auxiliis Christi, armati fide adversus hæc repugnemus. Quid enim si mors illata fuerit, nonne lucrum est maximum occasionem invenire, qua citius eatur in regnum promissum? Neque si præsens vita promissa nobis fuerit dignitate munita, debet nos avertere ab spe beneficii Christi, quem scimus, quia non solum in futuro, sed et in præsentem proderit nobis. Nec quidem si se angelus nobis ostendat ad seducendos nos, c subornatus fallaciis patris sui diaboli, prævalere debet adversum nos; cum sciamus Christo, ut magni consilii Angelo, nihil præponendum (Esai. ix, 6). Neque si virtus ab aliquo facta fuerit, sicut dicitur facta a Simone mago, qui dicitur in aere sursum, ut populum Christi scandalizaret, volasse, fidem nostram debet minuere, scientium Salvatorem nube famulante susceptum ascendisse supra omnes cælos (Act. i, 9). Neque si in altitudinem se nobis ostendat, de qua dicit Joannes apostolus: *An ignoratis altitudinem Satanæ (Apoc. ii, 24)?* a devotione nos Domini Jesu debet auferre, quem scimus descendisse de cælo, d ut terrena spiritalibus sociaret. Neque si per phantasiam, qua seducere meditatur, profundum nobis ostendat horrore mirandum, qua territi forte succumbamus illi: nec sic dignum est, ut Christo fidem frangamus, quem scimus nostri causa in profundum terræ descendisse

minamus, quia ipse prior dilexit nos, ac dedit nobis.

^c Nonnulli mss., *subornatu fallacis patris sui.*

^d Rom. edit. sola, *ut terrena cælestibus sociaret.* Infra vero ubi vet. edit. ac plures mss., *errore mirandum, eadem Rom. edit. ex Gill. in marg. et mss. nonnullis restituit, horrore mirandum.*

et morte pressa genus humanum liberasse. Neque si futura nobis spondeat, quæ promisit Evæ (Gen. iii, 4), assensum dabimus illi, discreti a Christo, quem virtute et natura Deum credimus et scimus. Nec si arte^a et subtilitate astutiæ suæ aliam creaturam fingat ad horam, sicut finxerunt Jannes et Mambres coram Pharaone; inconueniens est, ut per hæc a Deo creatore vero nos revocet, quem non ignoramus per Christum Filium suum creaturam condidisse in æternum existentem (II Tim. iii, 8). Quibusdam videtur aliam creaturam dixisse de idolis; sed non est verum, quia hæc debuit significare, quam sub admiratione seductionis videtur fingere Satanas. Nam quis seducatur fidelium ad hæc, a quibus recessit manifestato errore? **79** Sed hæc meditatur et fingit, per quæ etiam electos possit seducere. Nulla ergo sunt, quæ nos possint a charitate Dei separare, quæ est in Christo Jesu: Deus enim charitatem suam in Christo nobis ostendit, dum tradit illum pro nobis.

CAPUT IX.

(Vers. 1-3.) *Veritatem dico in Christo Jesu, non mentior, testimonium mihi perhibente conscientia mea in Spiritu sancto, quia tristitia est mihi magna, et continuus dolor cordi meo; optabam enim ego ipse anathema esse a Christo pro fratribus meis, cognatis secundum carnem, qui sunt Israelitæ.* Quoniam superius contra Judæos loqui videtur, qui ex Lege justificari se putant: nunc ut votum suum et affectum circa eos ostendat; teste conscientia sua, in Christo Jesu et in Spiritu sancto dicit se loqui, ut non velut inimico illorum fides haberi non possit. Ideo Christum et Spiritum sanctum, quos nihil latet, testes dat: et quorum testimonium reprobari non potest, qui sic perhibent testimonium Apostolo, dum commendant eum virtute signorum, quæ faciebant per illum. Quia enim tam magnum præsidium est Christi, et præcipuam charitatem erga genus humanum ostendit, et dignatione ejus gloriosa et immortalia præmia repromissa: ac per hoc dolet genus suum, quod est secundum carnem; quia incredulitate sua hoc perenni et salutari beneficio se privarunt. Ergo, *optabam*, ait, non opto; quia scit fieri non posse, ut tam honestum membrum, nullo præcedente vitio, abscinderetur^b a corpore christiano; affectum tamen et dilectionem circa genus suum ostendit.

(Vers. 4.) *Quorum adoptio est filiorum.* Juste se dolere probat, quando prædicat laudem generis eorum; quia olim filii adoptati, affectum et gratiam Dei Patris in irritum habuerunt. Adjecit adhuc, ut et alios dolere pro his faciat, dicens:

(Vers. 5.) *Et gloria, et testamenta, et legislatio, et*

^a Omnes edit. et mss. ac pauci mss., et subtilitate; cæteri, in quibus antiquiores, et subtilitate. Rursus paucis interjectis, Eras. ac seg. edit. cum unq. vel altero mss. reposuerant, *conueniens est*; ubi nos cum Amerb. et plerisque mss. restitimus, *inconueniens est*.

^b Rom. edit. cum paucis mss., a corpore Christi.

^c Mss. aliquot, et *servire Patri, aut Filio, aut Spi-*

ritus sancto, uni Deo... adorat et Patrem et Spiritum sanctum... servit Filio et Spiritui sancto, etc.: reliqui vero, et edit. nobis congruunt, nisi quod Rom. pro *et servire Patri*, posuit, et si *servitur Patri*: hæc non post nulla igitur, subjunxit, in his: ac demum infra pro *consessionem* cum mss. Thuan. substituit, *professionem*, et *promissa, quorum Patres, et ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula. Amen.* Tantæ præconia nobilitatis et dignitatis generis Judæorum et promissionum enumerat, ut omnibus pro his dolorem incutiat; quia non recipiendo Salvatorem prærogativam Patrum, et promissionis meritum perdidissent, peiores gentilibus facti, quos prius, quia sine Deo erant, abominabantur: propensius enim malum est dignitatem perdidisse, quam non habuisse. Interea de Salvatore dicit:

Qui est super omnia Deus benedictus in sæcula. Amen. Quando enim nullâ paterni nominis sit mentio, et de Christo sermo est; non potest differri, ne Deus dicatur. Frequenter enim Scriptura propter unius Dei professionem, si de Deo Patre loquitur, et Deo adjungit Filium, Deum Patrem vocat, et Filium Dominum. Si quis autem non putat de Christo dictum: *Qui est Deus*, det personam, de qua dictum est: de Patre enim Deo hoc loco mentio facta non est. Sed quid mirum, si in hoc loco Christum Deum super omnia aperta voce loqueretur, de quo alia in epistola hunc sensum tali sermone firmavit, dicens: *Ut in nomine Jesu omne genua flectatur, cælestium, terrestrium et infernorum (Philip. ii, 10)?* Hæc sunt omnia, super quæ Deus Christus est. Neque enim, exceptis his, sunt aliqua, ut non super omnia Deus Christus sit: nec potest genua flectere omnis creatura, nisi Deo. Denique Joannes apostolus cum inscius angelum ut Deum vellet adorare, audit ab eo: *Ne feceris, quoniam conservus tuus sum. Deum, inquit, adora (Apoc. xix, 10).* Nec Dominus utique adorari se pateretur, nisi quia Deus est: si quominus, usurpasse dicendus est, et peccasse, quod absit; cum ipse diabolus increpans, Dominum Deum adorandum, et ipsi soli serviendum ostendat (Matth. iv, 10). Nihil ergo præjudicatur Deo Patri, cum adoratur Christus ut Deus; quia cum soli Deo serviendum dicatur, servitur et Christo. Dicit enim alia loco: *Qui in his servit Christo, placet Deo (Joan. x, 4).* Quid ergo superest, nisi ut Pater Deus, et Filius Deus; et nihilominus unus Deus credatur utique? Sive enim Patrem quis adoret, sive Filium, unum Deum dicitur adorare; et servire Patri, aut Filio, uni Deo servitium exhibetur. **80** Nulla igitur discretio est; quia qui adorat Filium, adorat et Patrem: et qui servit Patri, servit et Filio. Et ut sine adulatione deitatis hujus confessionem esse doceret, in conclusione posuit, *Amen, hoc est, verum; ut Christum Deum super omnia in veritate ostenderet benedictum in sæcula.*

(Vers. 6.) *Non autem excidit verbum Dei. Non ex-*

ritus sancto, uni Deo... adorat et Patrem et Spiritum sanctum... servit Filio et Spiritui sancto, etc.: reliqui vero, et edit. nobis congruunt, nisi quod Rom. pro *et servire Patri*, posuit, et si *servitur Patri*: hæc non post nulla igitur, subjunxit, in his: ac demum infra pro *consessionem* cum mss. Thuan. substituit, *professionem*,

cidit verbum Dei dicentis : *In Isaac vocabitur tibi semen* (Gen. xxi, 12), id est, hoc evenit, quod dixit Deus futurum; ut non hi dicerentur semen esse Abraham, qui filii ejus essent secundum carnem : sed isti qui fidem acceperunt, per quam natus est, Isaac, reformatam tempore Christi, non jam specialem, sed generalem; ut quod Abraham credidit de Isaac, isti crederent de Deo et Christo; quia natus est Dei Filius ad salutem a humani generis redimendam.

(Vers. 7.) *Neque omnes qui sunt ex Israel, hi sunt Israelitæ; neque quia semen sunt Abraham, omnes filii: sed in Isaac vocabitur tibi semen.* ^b Hoc est quod vult intelligi, non jam ideo dignos esse omnes, quia filii sunt Abraham: sed eos esse dignos, quia filii promissionis sunt, id est, quos præciit Deus promissionem suam suscepturos, sive ex Judæis, sive ex gentibus; hi enim digni sunt dici Israelitæ, id est, videntes Deum, qui credunt. Nam de Isaac utique omnes hi filii sunt Abraham; quia omnis propago generis Judæorum ex Abraham per Isaac est. ^c Sed quia, sicut dixi, hi sunt vere filii Abraham, qui promissionem sequuntur, quæ in Isaac facta est: ac per hoc reliqui filii non sunt dicendi Abraham; Abraham enim credens, Isaac accepit propter fidem, quia credidit Deo. In quo mysterium futuræ fidei designatum est; ut illi essent fratres Isaac, qui eandem fidem haberent, in qua Isaac natus est; quia Isaac in typo Salvatoris natus est ex promissione, ut qui crediderit Christum Jesum promissum esse Abraham, hic sit filius Abraham, frater vero Isaac. Dictum est ergo Abraham, quia *in semine tuo benedicentur omnes gentes* (Gen. xxii, 18); quod utique in Isaac factum non est, sed in eo, qui in Isaac promissus est Abraham, qui est Christus, in quo omnes gentes benedicuntur credentes. Cæteri ergo Judæi filii sunt carnis, dum promissione privantur: nec deputari possunt merito Abraham, qui fidem non sequuntur, per quam dignus exstitit Abraham.

(Vers. 8.) *Id est, non qui filii carnis, hi sunt filii Dei: sed qui filii promissionis sunt, æstimantur* ^d *in semine.* Apertum est quia non possunt dici filii carnis filii Dei: hi enim ex concupiscentia carnis nati sunt; isti vero ex fide spiritualiter, secundum quod promissum est Abraham; ut hi æstimarentur semen esse, qui crederent.

(Vers. 9.) *Promissionis enim verbum hoc est: Ad hoc tempus ventiam, et habebit Sara filium.* Hoc in Genesi habetur, quod præfiguratum in Christo est, ut futurus Christus promitteretur filius Abraham, in quo promissionis verbum impleteret, ut in Christo

^a Gill. ac Rom. edit. cum Thuan. cod., *humani generis reddendam.*

^b Ita mss. et vet. edit. nisi quod Gill. omittit, *Hoc est: Rom. autem edit. adjecto, ut solet, sequenti Scripturæ versu, et repetita parte superioris, ista subjungit: Vult intelligere non omnes, qui filii sunt Abraham, esse dignos, ut filii promissionis sint, id est, quos præciit, etc.*

^c Sed quia . . . quæ in Isaac facta est; in multo pluribus mss. desideratur.

benedicentur omnes gentes terræ. Quando enim promissio facta est Abraham, et audivit: *Quia in semine tuo benedicentur omnes gentes terræ*; Christus utique illi promissus est ex traduce Isaac, in quo hoc impletum videmus.

(Vers. 10.) *Non solum autem hæc, et id est, Sara, sed et Rebecca ex uno concubitu habens Isaac patris nostri.* Non tantum ergo Sarram in typo dicit generasse Isaac, sed et Rebecca uxorem Isaac. Sed alia causa est in Isaac, alia in Jacob et Esau; quia Isaac in figura Salvatoris natus est, Jacob vero et Esau duorum populorum habent typum, id est, credentium, et non credentium; ut cum ex uno sint, diversi sint tamen. In singulis enim et genus significatur, ut hi quibus generis dicantur, qui in causa fidei unum sunt, vel perfidia. Unus enim significatur in multis, non per traducem carnis, sed per communem causam; quia et ex Esau Jacob filii dicendi sunt, et ex Jacob Esau imputandi sunt filii. Næc enim quia Jacob laudatur, omnes ex eo nati, filii ejus merito dicendi sunt: aut quia Esau displicet, omnes ex ejus origine reprobi sunt; cum videamus et de Jacob traduce natos factos perfidos, et de Esau fideles et Deo charos. Nam quod de Jacob multi sint perfidi, dubium non est; omnes enim Judæi non credentes, aut credentes ex eo habent originem; et quia de Esau sunt boni et fideles, probat Job, qui est ex filiis Esau, quintus, ab Abraham, hoc est, nepos Esau.

(Vers. 11-13.) *Nam cum nondum nati fuissent, aut aliquid egissent bonum vel malum; ut secundum electionem propositum Dei maneret, non ex operibus, sed ex vocante dictum est quia major servus minori, sicut scriptum est: Jacob dilexi, Esau autem odio habui.* Hoc in Malachia habetur. Præscientiam Dei flagitat in his causis, quia non aliud potest evenire, quam novit Deus futurum. Sciendo enim quid unusquisque illorum futurus esset, dixit: *Ille erit dignus, qui erit minor; et qui major, erit indignus.* Unum elegit præscientia, et alterum sprevit: et in illo quem elegit, propositum Dei manet; quia aliud non potest evenire, quam quod seivit, et proposuit in illo, ut salute dignus sit: et in illo, quem sprevit, simili modo manet propositum, quod proposuit de illo; quia indignus erit. Hoc quasi præsciens, non personarum acceptor; nam neminem dampnat, antequam peccet: et nullum coronat, antequam vincat. Hoc pertinet ad causam Judæorum, qui sibi prærogativam desepderunt, quod filii sint Abraham: Apostolus autem consolatur se; ut quia dixerat dolorem habere se cordis captivum, causa incredulitatis eorum, quorum adoptio erat filiorum, et legis constitutio, et ex quibus Christus,

^d Amesb. et Eras. et quidam mss., *in semine.* Apertum est quia non possunt dici filii Dei; hi enim, etc.; Gill. et Rom. edit. cum paucis mss., *in semine*; Rom., *in semen.* Dicit filios carnis, et filios Dei. Hi enim, etc.: locum vero e plurimis optimisque mss. restituimus.

^e Rom. edit. et cod. Thuan. hinc resciderant, *id est Sara.* Sic etiam infra Rom. edit. sola exemerat, *Hoc in Malachia habetur*: quæ tamen reperitur in cunctis mss. et edit.

Salvator, sicut et ipse ait : *Quia salus ex Judæis est* (Joan. iv, 22); tractata Lege, invenit quia non omnes qui ex Israel sunt, credituri sunt : neque quia dicuntur filii Abrahamæ, omnes Abrahamæ filios dicendos, sicut supra memoravi. Minuit ergo dolorem suum, inveniens olim prædictum, quod non omnes essent credituri; ^a ut his solis doleat, qui per invidiam in incredulitate laborant. Possunt tamen credere, quod ex subjectis aperit. Incredulis tamen prædictis non valde dolendum est; quia non sunt prædestinati ad vitam; præscientia enim Dei olim hos non salvandos decrevit. Quis enim plangat eum, qui olim mortuos habetur? Sed subintransantibus gentibus, quæ sine Deo prius erant, et salutem quam illi perdidit, accipientibus, exsuscitatur dolor : sed iterum quia ipsi sibi perditionis causa sunt, sopitur. Præscius itaque Deus malæ illos voluntatis futuros, non illos habuit in numero bonorum; quamvis dicat Salvator illis septuaginta duobus discipulis, quos elegerat secunda classe, qui ab illo postea recesserunt : *Nomina vestra scripta sunt in cælo* (Luc. x, 20). Sed hoc propter justitiam, quia hoc est justum; ut unicuique pro merito respondeatur. Quia enim boni erant, electi sunt ad ministerium; et erant scripta nomina illorum in cælo propter justitiam, sicut dixi : secundum præscientiam vero in numero erant malorum. De justitia enim Deus judicat, non de præscientia. Unde et Moysi dixit : *Si quis peccaverit ante me, deleam eum de libro meo* (Exod. xxxii, 34) ut secundum justitiam judicis tunc videatur deleri, cum peccat : juxta præscientiam vero numquam in libro vitæ fuisse. Hinc et apostolus Joannes de hujusmodi ait : *Ex nobis exierunt, sed non fuerunt ex nobis; si enim fuissent ex nobis, permansissent utique nobiscum* (I Joan. n, 20). Non est personarum acceptio in præscientia Dei; præscientia enim est qua definitum habet, qualis uniuscujusque futura voluntas erit, in qua mansurus est, per quam aut damnetur, aut coronetur. Denique quos scit in bono mansuros, frequenter ante sunt mali : et quos malos scit permansuros, aliquoties prius sunt boni. Unde cessat querela; quia Deus acceptor personarum non est (Act. x, 34). Nam et Saul, et Judas Iscariotes ante fuerunt boni, dicente Scriptura de Saul : *Erat vir bonus, et non erat illo melior in filiis Israel* (I Reg. ix, 2); et de Juda Iscariote dicit Petrus apostolus : *Qui sortitus est sortem ministerii hujus* (Act. i, 17), id est, apostolatus, ^b in signis et prodigiis faciendis. Quomodo igitur ministerium salutare sortiretur, nisi esset bonus? In sorte enim Dei judicium fuit dignum illum fuisse tempore, quo electus est, sicut illi septuaginta duo, quos supra memoravi (Matth. xvii, 5). Hinc est unde et Judas post mali totius admissum scelus poenitentia motus, laqueo vitam finivit. Non potest enim in aliquo

^a Edit. Amerb. et Eras. cum mss. non paucis, ut *hi soli doleant* : rectius tamen aliæ edit. et mss. ut in textu.

^b Ita edit. Amerb. et Eras. ac mss. complures : at in reliquis edit. et mss. non reperimus, in signis

omne bonum penitus obliterari; quippe cum natura non possit immutari, sed voluntas : non in omnibus tamen causis; quia remanet in natura, quod testimonio sit Creatori.

(Vers. 14.) *Quid ergo dicemus? Numquid iniquitas apud Deum? Absit.* Quia enim unum diligit, et alterum odit, subinfert : **82** *Numquid iniquitas apud Deum* (Exod. xxxiii, 19)? Non plane, sed justus est Deus; scit enim quid faciat, nec retractandum est ejus judicium. Hoc in Malachia propheta habetur : *Jacob dilexi, Esau vero odio habui* (Malac. i, 3). Hoc jam de judicio dicit; nam prius de præscientia ait, *quia major serviet minori*, sicut et de præscientia Pharaonem damnavit (Gen. xxv, 23), sciens se non correcturum : apostolum vero Paulum persequentem B elegit (Act. ix, 3), præscius utique quod futurus esset bonus. Hunc ergo prævenit ante tempus, quia necessarius erat; et Pharaonem ante futurum judicium damnavit, ut crederetur judicaturus.

(Vers. 15.) *Moysi enim dicit : Miserebor cui misertus ero : et misericordiam præstabo, cui misericordiam præstitero.* Ergo misericordia, miserebor, inquit, *ejus cui misertus ero*, hoc est, ejus miserebor, cui præscius eram quod misericordiam daturus essem, sciens conversurum illum, et permansurum apud me : *Et misericordiam præstabo illi, cui misericordiam præstitero*, id est, ei misericordiam dabo, quem præscivi post errorem recto corde reversurum ad me. Hoc est dare illi, cui dandum est : et non dare illi, cui dandum non est; ut eum vocet, quem sciat obaudire : illum autem non vocet, quem sciat minime obaudire. ^c Vocare autem est non pugnare, sed compungere ad recipiendam fidem.

(Vers. 16.) *Igitur non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei.* Recte, quia non in voluntate petentis, sed in dantis arbitrio debet esse, quod poscitur. An enim dandum sit, dantis debet judicio pensari; nam Saul peccans cum petisset veniam, non accepit (I Reg. xv, 24) : at contra David peccans et ignosci sibi postulans, veniam consecutus est (II Reg. xii, 8). Ex hoc utique dantis Dei et non dantis judicium sequendum est; quia non injuste judicat, qui omnes salvos vult, manente justitia; inspector enim cordis scit petentem, an hac mente poscat, ut mereatur accipere. Et quamvis periculosum sit judicium Dei discernere; tamen propter diffidentes, ut mens eorum medelam consequi possit, ne putent judicium Dei injustum, dicentes : Unum vocat, et alterum negligit; sic arbitantes excusari posse damnandos, rebus istud potius probemus, quam verbis; ubi enim rerum gestarum exempla sunt, nemo audeat queri, nec aliquam excusationem obtendere. Duo fuerunt David et Saul, requiramus historias, qualis unusquisque eorum reperiat post judicium Dei;

et prodigiis faciendis.

^c Omnes edit. ac mss. aliquot, *vocare autem est compungere*; alii mss. multi *bonique nobiscum faciunt*.

ut si Saul bene se egisse, postquam misericordiam non accepit, probetur, injustum, quod absit, Dei iudicium arbitremur : aut si David, accepta misericordia, Deum contempsisse inveniat, an in eo manserit, in quo misericordiam consecutus est, et, ut utar compendio, uterque necessitatem passus est regni. Et quanta fuit necessitas David, ut filius ejus vellet eum regno privare! In qua necessitate flens, nudo pede, iter faciebat; ut fugeret rex et dux populi Dei, in tantum humiliatus, ut et in faciem sibi servo suo maledicenti non responderet; ut per patientiam Deum sibi propitium faceret, per quem regnum sibi credidit reservari (II Reg. xv, 16). Saul autem nec in tali necessitate inventus; quia majus malum est intestinum bellum, quam externum: insuper ferens quia semel et iterum non sit auditus, cum esset indignus, nec in prece persistit; ut meritum sibi faceret, per quod esset dignus: sed impatiens, et de Dei iudicio indignatus, ab idolis quæ prius velut nullius momenti damnaverant, auxilium requisivit. Ecce justum esse iudicium præscientiæ Dei etiam nolentibus manifestum est.

(Vers. 17.) *Dicit enim Scriptura (Exod. ix, 16) Pharaoni: Quia in hoc ipsum te servavi, ut ostendam in te virtutem meam, et ut nuntiatur nomen meum in universa terra.* Alii codices sic habent: *Ad hoc te suscitavi, ut ostendam in te virtutem meam.* Sive *servavi*, sive *suscitavi*, unus est sensus; hoc enim dicit, quia eum Pharaon, quod nomen regum erat apud Ægyptios, sicut et apud Romanos reges Augusti appellatur: ^a hic ergo Pharaon cum tantis malis esset reus, ut vita indignus esset; ita in malis suis perduravit, nec se emendare voluit; æstimans aut merito vivere, aut Deum, quem sæpe fallendum censebat, ad vindictam dandam impotentem, audit a Deo: *Ad hoc te servavi, ut ostendam in te virtutem meam, et ut nuntietur nomen meum in universa terra;* ut in hoc cæteræ gentes addicerent non esse alium Deum præter hunc, qui Judæorum erat, et factus est Christianorum; quamvis et illi Christiani fuerint, et nos nunc simus Judæi propter Judam, ex quo ^b Christus est secundum carnem; quia Judæi veteres sperando futurum Christum redemptorem, christiani erant: nam Rahab meretrix dicit exploratoribus missis a Jesu Nave, qui prius Auxes dicebatur: *Auditæ sunt hic virtutes et plagæ, quæ factæ sunt in Ægypto a Deo vestro, et conterriti sunt nimis; timent enim a facie vestra (Josue II, 9).* ^b Ad hoc ergo servatus est Pharaon, ut multa signa et plagæ ostenderentur in illum quasi jam mortuum. Suscitatus autem dictus est; quia cum apud Deum mortuus esset, modicum tempus accepit, ut vivere videretur; ut esset in cujus poena et vario tormentorum genere usque ad mortem, omnes qui sine Deo erant, metu territi, hunc solum Deum esse cum admiratione maxima fateren-

^a Ita mss. prope ad unum: edit. vero vet. et quidam mss., *hic ergo Pharaon cum tantis malis esset reus, ut vivere non deberet, numquam futurus bonus ne se aut merito . . . impotentem putaret;* unde Rom.

tur, a quo hæ vindictæ sunt. Hoc etiam genere anti- qui medici in hominibus morte dignis, vel mortis sententiam consecutis, requirebant quomodo prodesse visis, quæ in homine latebant, apertis; ut his cognoscerent causas agritudinis, et poena morientis proficeret ad salutem viventis.

(Vers. 18.) *Igitur cui vult miseretur, et quem vult indurat. Dicis itaque mihi.* Ex persona contradicentis loquitur, qui quasi putet Deum, neglecta iustitia, alicui gratiosum; ut unum e duobus paribus accipiat, alterum respuat, hoc est, unum compungat, ut credat: alterum induret, ne credat. Cui quidem ex auctoritate respondit, servata tamen iustitia, ex supra memorata præscientia dicens:

(Vers. 19.) *Quid adhuc quæritur? Voluntati enim ejus quis resistit?* Primum dicit, quia resisti ei non potest; est enim potentissimus ultra omnes. Deinde quia Deus omnium est et parens, et ideo nulli male vult; quæ fecit enim, incolumia vult manere. Nec enim competit ei, ut injustus sit, cujus benevolentia tanta apparet, ut non solum faceret esse, quæ non erant; verum ea ipsa vita æterna donaret et gloria, ut opus ejus aliquid majestatis ejus simile haberet. Qui ergo tam providus et bonus est, ambigi non debet quia justus est.

(Vers. 20.) *O homo, tu quis es, qui respondeas Deo!* Magna est, inquit, indignitas et præsumptio, hominem respondere Deo in adversis, iniquum justo, malum bono, imperitum perfecto, infirmum fortissimo, corruptibilem incorrupto, mortalem immortalis, servum nequam domino, creaturam conditori. *Numquid dicit figmentum ei, qui se finxit: Quid me fecisti sic (Esai. xlv, 9)?* Hoc de Esaia propheta est, quod hic quasi proprium ponit quo ostendit contra auctorem opus ejus queri non posse; in potestate enim auctoris est qualem velit condere creaturam.

(Vers. 21.) *An non habet potestatem figulus lutis ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud vero ad contumeliam?* Manifestum est vasa aliqua fieri ad honorem, quæ ad usus honestos sint necessaria: alia vero ad contumeliam, quæ instrumento sint culinarum; unius tamen esse substantiæ, sed differre voluntate opificis in honore. Ita et Deus, cum omnes ex una atque eadem massa simus in substantia, et cuncti peccatores, alii miseretur, et alterum despicit non sine iustitia. In figulo enim sola voluntas est: in Deo autem voluntas cum iustitia; scit enim cujus debeat misereri, sicut supra memoravi.

(Vers. 22.) *Quod si volens Deus ostendere iram, et manifestare potentiam suam, sustinuit in multa patientia in vasis iræ præparatis in interitum.* Ipse sensus est, quia voluntate et longanimitate Dei, quæ est patientia, præparantur infideles ad poenam; diu enim expectati converti noluerunt. Ideo ergo ex-

edit abscidit tres primas voces.

^b Rom. edit sola, *Ad hoc ergo quasi jam mortuus servatus est Pharaon, ut . . . ostenderetur in illo. Suscitatus, etc.*

spectati sunt, ut inexcusabiles deperirent. Scivit A enim Deus hos non credituros.

(Vers. 25.) *Et ut videret divitias gloriæ suæ in vasis misericordiæ, quæ præparavit ad gloriam.* Patientia et longanimitas Dei ipsa est, quæ sicut malos præparat ad interitum, ita et bonos præparat ad coronam; boni enim sunt in quibus spes fidei est. Omnes enim sustinet, sciens exitum singulorum; ac per hoc patientia est, quæ illos qui ex malo corriguntur, aut in bono perseverantes sunt, præparat ad gloriam. Divitiæ autem gloriæ sunt dignitas multiplex præparata credentibus. Eos autem qui ex bonis sunt mali; et incepto malo perdurant, præparat ad interitum. Hoc est autem manifestare potentiam suam in multa patientia; quia computatur non vindicaturus, quia diu dissimulat: cum cõperit vindicare, apparebit ejus potentia; quia cum possit statim vindicare, diu sustinuit, ut perfidi quiri non possint, cum damnantur. Præparare autem unumquemque est præscire quid futurum est.

(Vers. 24.) *Quos et vocavit nos, non solum ex Judæis, sed etiam ex gentibus.* Hos quos vocavit, præparavit ad gloriam, sive eos qui prope erant, sive illos qui longe, sciens permansuros in fide.

(Vers. 25, 26.) *Sicut in Osee dicit: Vocabo non plebem meam, plebem meam; et non dilectam, dilectam. Et erit in loco, ubi vocabuntur non plebs mea; ibi vocabuntur filii Dei vivi.* Apertum est istud de gentibus esse prædictum, quæ prius non erat plebs Dei: postea autem ad opprobrium Judæorum misericordiam accipientes vocatæ sunt plebs Dei: et qui dilecti ante non erant, abdicatis Judæis, adoptati in filios, et dilecti sunt; ut in loco ubi non vocabantur plebs Dei, ibi vocarentur filii Dei vivi. Prius enim nusquam vocabantur filii Dei, nisi in Judæa, hoc est, Hierosolymis, ubi domus Dei erat, sicut dicit in Psalmo septuagesimo quinto: *Notus in Judæa Deus* (Psal. lxxv, 2). Postea autem in prophetia Zachariæ: *Ponam, inquit, Hierusalim in omnibus gentibus* (Zach. xii, 2); quia ubique futuri erant filii Dei, et domus Dei in omnibus locis, quæ est Ecclesia. Hinc Dominus ait Judæis: *Quia tolletur a vobis regnum Dei, et dabitur genti facienti fructus ejus* (Matth. xx, 25).

(Vers. 27.) *Esaias autem clamavit pro Israel. Non dicit, quia Esaias clamavit pro illis, qui credidit in Christum* (Esai. x, 22). Illi enim vere sunt Israelitæ, sicut dicit Dominus ad Nathanael: *Eccæ vere Israelita, in quo dolus non est* (Joan. 1, 47).

Si fuerit numerus filiorum Israel tantummodo dentis naris, reliquæ salutis sunt. Recedentibus Judæis a merito et promissione patrum, dum illum non recipiunt, hi reliquæ sunt, qui credendo in se promissionis patris persistunt, fideles effecti; a Lege enim recedunt, qui in eam quem Lex solus ad salutem servare promittit, non credunt. Igitur apostatæ habeantur necesse est, qui dum Christum non recipiunt, rei sunt violatæ Legis. De his

itaque multitudines soles credentes dicit salvari, quos præcellit Deus.

(Vers. 28.) *Verbum enim consummans et brevians in æquitate; quia verbum breviatum faciet Dominus super terram.* Salvari hos promittit, quos reliquos dicit per verbum, quod justo definiens, breviatum Dominus super terram; convenit enim ut in solo nomine Domini conditoris consequatur salutem creatura, hoc est, per fidem; quia sublatis omnibus nomeniis, et sabbato, circumcissione, et lege escarum, et oblationibus pecorum, sola fides posita est ad salutem. Quæ abbreviata ex Lege est; quia quod in fide est, in Lege habetur quasi principale Legis, dicente Salvatore: *De me enim scripsit Moyses* (Joan. v, 46). Abbreviata ergo Lege, reliquæ Judæorum salvantur: cæteri vero salvari non possunt, quia per definitionem Dei spernantur, per quam genus humanum salvare decrevit.

(Vers. 29, 30.) *Et sicut prædixit Esaias: Nisi Dominus sabaoth reliquisset nobis semen, sicut Sodoma fuisset, et sicut Gomorra similes fuissetis* (Esai. 1, 9). Hoc semen, quod de omnibus solum relictum et reservatum est ad reformationem generis humani, Christus est, et doctrina ejus, sicut et ipse dicit: *Semen est verbum Dei* (Luc. viii, 14). Hoc ergo nobis olim promissum, sublatis quæ oneri erant Legis, reliquit ad redemptionem; ut data remissione peccatorum, non puniremur a Lege, sicut perit Sodoma. Salvatorem ergo relictum nobis dicit ad suffragium vitæ, quam Lex providere non potuit, quem ab initio Deus nasci decrevit: qui propterea quod solus sine peccato inveniretur, devicto humani generis hoste, omnium peccata deleteret. Hoc et in Apocalypsi Joannis habetur: *Quis nemo, ait, dignus inventus est, sive in caelo, sive in terra, qui aperiret librum et signacula ejus; nisi Salvator, qui vicit mortem* (Apo. v, 3). Hoc ergo est semen, quod olim promissum reservavit Deus, ut tunc fructificaret, quando omnium tam Judæorum quam gentilium peccata repleta erant. Fructus autem ejus est indulgentia peccatorum; nisi enim Christus fuisset reservatus (quomodo ideo semen dicit, quia per ipsum reparatum est genus humanum), interisset progenies Abrahæ; eo quod peccatis obruti erant, et Lex eis prodesse non potuit. Idcirco hunc sequendum docet, qui præsidium contulit vitæ.

Quid ergo dicemus? Quod gentes quæ non sectabantur justitiam, comprehenderunt justitiam: justitiam autem quæ ex fide est. Quoniam justitia est in Lege, quæ credita mundo est, quæ prohibet peccari; ideo gentes non hanc justitiam dicit comprehendisse, quæ natura magistra dignoscitur, sed eam justitiam quæ ex fide est Christi; Deo enim hæc vera justitia est, et permanens, si agnoscatur. Quid enim est tam justum, quam cognoscere Deum Patrem, ex quo sunt omnia: et Christum Filium ejus, per quem sunt omnia (I Cor. viii, 6)? Prima ergo

* Omnes edit., non periremus a Lege; omnes enim, non puniremur, etc.

hæc justitia est agnoscere Creatorem, deinde custodire quæ præcepit. Gentiles ergo quæ prius non requirerant justitiam, id est, Legem, quæ Creatori testimonium perhibebat, veniente Christo, invenierunt justitiam superabundantem, plus quam scribarum et pharisæorum. Qui enim tunc quod minus est, non sectabantur, comprehenderunt postea quod majus est: Judæi autem in Lege positi, quæ proficere magis debuerant, deterioraverunt.

(Vers. 31.) *Nam Israel sectando Legem justitiæ, in Legem justitiæ non pervenit. Perfectio Legis fides est, quam gentes apprehendentes, totam Legem implere videntur. Judæi autem dum per invidiam Salvatori non credunt, justitiæ quæ in Lege mandata est, vindicantes, id est, sabbatum, circumcisionem, etc., in Legem non pervenerunt, hoc est, Legem non perfecerunt: et qui non perficiant Legem, rei sunt juxta Legem. Hic enim implet Legem, qui a lege Moysi pervenit ad fidem Christi.*

(Vers. 32.) *Quare? Quia non ex fide, sed quasi ex operibus: Speruentes enim fidem quæ, sicut dixi, perfectio Legis est, ex operibus Legis justificari se dicebant, id est, per sabbatum, neomenias, circumcisionem, etc., immemores Scripturæ dicentis, quia Justus ex fide vivit (Habuc. 11, 4). Justitia autem Legis Ideo dicitur, quia justo judicio Dei hæc Judæis data sunt propter duritiam cordis illorum; ut si mustelam forte quæ mortuum calcasset, aut tetigisset aliquam mortificatam, aut si serex in vas ruisset, immundum diceretur (Levit. 11, 38): quod magna cum sollicitudine observantes, ex quocumque causa incurbebant, ut immundi essent. Si autem sanguis mustelæ pavimentum macuisset, non levi cura expiandum erat, et ut a cibis melioribus abstineretur. Sabbatum vero et circumcisio propriam habuerant justitiam tempore sub; quia in figura data sunt. Hoc Dominus per Ezechielem prophetam ostendit, inter cætera dicens: Propterea dedi illis præcepta non bona (Ezech. 32, 35); quia erant irreverentes et infidi. In adventu autem Christi, quia salutare donum erat daturus, per Hieremiam prædicat, dicens: Dabo illis Testamentum novum, non quæ dedi patribus illorum (Jerem. 31, 32). Hoc testamentum Legem vocat, in quam non pervenerant, sicut supra memoravi. Nam cum gentibus quæ crediderant, hæc sarcinam observationis Judæi credentes vellem imponere, tunc apostolus Petrus ait: Quid imponitis jugum super cervicem fratrum, quod neque nos, neque patres nostri portare potuerant (Act. 15, 10)? A tempore enim Christi indulgentia data est promissa in Lege; ait enim Esaias propheta: Veniet ex Sion qui eripiat, et avertat impietatem ab Jacob: Et hoc illis a me testamentum, cum absterentur peccata eorum (Esai. 54, 10), hoc est, novum testamentum a Deo promissum in Christo.*

(Vers. 33.) *Offenderunt in lapidem offensionis, sicut scriptum est: Ecce pono in Sion lapidem offensionis,*

^a Mos. non parvi, nec inferioris notæ, est appellatus, ipso Apostolo testificante: Bibebant de spiritali consecrata petra, petra autem erat Christus.

ms., et petram scandali; et qui crediderit in illum, non confundatur. Hoc in Esaiâ habetur (Esai. viii, 14; xxviii, 6). Multorum relatione compertum est in petra vel lapide Christum esse significatum; Daniel enim propheta lapidem hunc dicit, qui abscissus a monte sine manibus percussit et comminuit omnia regna, et replevit omnem terram, quod evidenter de Christo dictum est (Dan. 11, 34). Et in Lege petra de qua fluxerunt aquæ, Christus^a est appellatus: Petra autem, inquit, erat Christus. Et Petrus apostolus inter cætera ad Judæos ait: Hic est lapis, qui reprobatus est a vobis ædificantibus (I Cor. x, 4). Offensio ergo posita in Sion Christus est (Act. 15, 11). Sion vero altitudo est, sive civitas ipsa Hierusalem, quæ propter notitiam Dei non immerito excelsa dicta est, in qua Salvator a Deo Patre suo positus prædicator, offensio factus est Judæis, dum se Filium Dei prædicat, natus de Spiritu sancto ex muliere. Per corpus autem ejus scandalum passi sunt, et dicebant: Nonne mater et fratres ejus apud nos sunt? Quomodo ergo hic dicit: Quia de cælo descendi (Joan. vi, 42)? Nolebant enim verba gestis comparare, ut perinde agnoscerent, non absurdum esse, quod dicebat de cælo se descendisse; quasi corpus operaretur, et non Deo latens, operibus tamen se prodens in corpore. Petra ergo hæc scandalum est Judæis et offensio: quæ petra sine dubio corpus intelligitur Salvatoris. Hæc excisa sine manibus, propterea quia sine viro de Spiritu sancto facta de virgine est.

CAPUT X.

(Vers. 1, 2.) *Fratres, voluntas quidem cordis mei, et obsecratio fit ad Deum pro illis in salutem; testimonium enim perhibeo illis, quod æmulationem Dei habent, sed non secundum agnitionem. Quoniam a Lege vult eos auferre, credentes quia velamen est Judæis; ne hoc odio Judaismi facere videretur, ostendit affectum suum circa illos, et Legi dat multam: sed docet tempus jam servandæ Legis non esse; ac per hoc providere se illis velle testatur, si modo audiant illam, ac probent eam non esse inimicam; quando et testimonium perhibet illis nobilitatis et traditionis veteris.*

(Vers. 3.) *Ignorantes enim Dei justitiam, et eam querentes constituere, justitiæ Dei non sunt subjecti. Per ignorantiam dicit illos non credidisse in Christum, æmulationem quidem Dei habentes, sed voluntatem et consilium ejus noscetes, contra Deum agebant, quem se defendere testabantur. De his dicit, qui non malevolentia et invidia, sed errore Christum non receperunt. Quibus et Petrus apostolus dicit: Scio, fratres, quia per ignorantiam gessistis hoc malum, sicut et principes vestri (Act. 13, 17); ignorantes enim hanc esse Christum, quem promiserat Deus, alterum exspectandum dicebant. Huic justitiæ suæ, quas ex Lege habebant, antepositas,*

^b Nonnulli ass., vult auferre Judæos; quia velamen est eis, ne quod odium Judaismi, etc.

qui est Dei justitia in fide. Justitia enim ipse est, A quia quod promiserat Deus, in ipso implevit.

(Vers. 4.) *Finis enim Legis Christus ad justitiam omni credenti.* Hoc dicit, quia perfectionem Legis habet, qui credit in Christum. Cum enim nullus justificaretur ex Lege, quia nemo implebat Legem, nisi qui speraret ^a in promisso Christo; fides posita est, quæ cederet perfectioni Legis; ut omnibus prætermisissis, fides satisfaceret pro tota Lege et prophetis.

(Vers. 5.) *Moyses enim scribit justitiam quæ ex Lege est, quia qui fecerit ea homo, vivet in eis (Levit. xviii, 5).* Hoc dicit, quia justitia legis Moysis reos illos non faciebat ad tempus, si servaretur, id est, vivebant faciendo Legem; debitores enim erant. ^b Illoc dictum est in Numeris et in Levitico.

(Vers. 6, 7.) *Quæ autem ex fide est justitia, sic dicit: Ne dixeris in corde tuo: Quis ascendit in cælum (Deut. xxx, 12)?* Hoc in Deuteronomio dictum est, quod hic interpretatur Apostolus de Christo, dicens: *Hoc est Christum deducere. Aut quis descendit in abyssum? Hoc est, Christum ex mortuis reducere.* Hoc proprium Apostoli est. Itaque justitiam hanc dicit esse fidei, si non dubitetur de spe Dei, quæ in Christo est; ne diffidens dicat: Quis potuit ascendere in cælum? quia ideo passus est, ut exspoliatis inferis virtute Patris, devicta morte resurgens, cum animabus ereptis in cælum ascenderet. Omnis enim quicumque viso Salvatore apud inferos, speravit de illo salutem, liberatus est, Petro apostolo hoc testante; dicit enim quia et mortuis prædicatus est (I Petr. iv, 6). Qui de his ergo in corde suo non dubitat, justificatus est ex fide. Ex lege autem justificari timor facit; timet enim legem, quia videt illam pœnam inferre peccantibus. Ideo non magna justitia legis est, nec meritum collocat apud Deum, sed ad præsens: fides autem quia incredulis stultitia, mercedem habet apud Deum, de quo quod non videtur, speratur.

(Vers. 8.) *Sed quid dicit Scriptura? Prope est verbum in ore tuo, et in corde tuo (Deut. xxx, 14).* Hoc scriptum est in Deuteronomio, quia non est longe ab animo nostro vel ore, quod nobis dicitur, ut credamus; quamvis enim oculis non videatur, a natura tamen animarum et loquendi ratione non discordat, quod credimus. In ipsa enim natura inserta sunt velut semina, quæ auditu et voluntate ^c exulta fructificant testimonium Creatoris.

(Vers. 9, 10.) *Hoc est verbum fidei, quod prædicamus.* Nullum opus dicit Legis, sed solam fidem dandam in causa Christi. *Quia si confitearis in ore tuo Dominum Jesum, et credideris in corde tuo quod Deus illum excitavit, salvus eris. Corde enim **87** creditur*

^a Rom. edit., in promissum Christum.... quæ traderet perfectionem Legis: vet. autem edit. ac mss. inter se conveniunt, nisi quod in illis ac nonnullis mss. legitur, *crederet perfectionem*, legendum forte, in perfectionem, aut saltem eodem sensu cum iis, quos sequimur, perfectioni. Duabus vero interjectis vocibus mss. aliquot habent, *fide satisfacere per totam legem et prophetas.*

ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Quæcumque superius locutus est, hic illa manifestavit, hanc esse regulam fidei, credere Dominum esse Jesum, et non erubescere profiteri quia Deus illum ex mortuis reducens, deduxit illum in cælum cum corpore, unde venerat incarnandus; ne incurrat sententiam Evangelicam dicentem: *Multii, inquit, ex principibus crediderunt in Jesum, sed palam non profiebantur propter Judæos. Maluerunt enim gloriam hominum magis, quam gloriam Dei (Joan. xii, 42).*

(Vers. 11.) *Dicit enim Scriptura per Esaiam: Omnis qui credit in illum, non confundetur (Esai. xxviii, 16).* Dum enim examen cœperit fieri omnium rerum in die judicii, et omnia falsa commenta vel dogmata in confusionem deduci; tunc in Christum credentes tripudiant, videntes omnibus manifestari quia quod crediderunt, verum est: et prudens, quod stultum putabatur. Aspicient enim inter cæteros se solos gloriosos et prudentes, qui æstimati fuerant contemptibiles et stulti. Illic est enim vera approbatio, ubi remuneratio et condemnatio.

(Vers. 12.) *Non enim est distinctio Judæi, et Græci.* Generaliter omnes aut confundi propter diffidentiam dicit, aut sublimari causa credulitatis; quia sine Christo apud Deum nulla salus est, immo pœna est, aut mors. Nec enim Judæos commendare poterit prærogativa Patrum; aut enim legislatio, qui meritum et promissionem Patrum non receperunt. Gentes autem nullum habent testimonium, quo vel secundum carnem commendentur, nisi credant in Christum.

^C *Nam idem Dominus omnium, dives in omnibus, qui invocant illum.* Manifestum est ad omnes hoc pertinere, sive Judæos sive Græcos; quia sine invocatione Domini Christi nemo vivit apud Deum. Cum ergo omnium Dominus sit, consentiente Petro apostolo, et dicente: *Hic est, inquit, omnium Dominus;* dives tamen non est, nisi in iis qui invocant illum, quia ipsi accipient remunerationem. Perfidis vero non est dives; quia participes non sunt bonorum ejus; neque enim accipient, quod daturum illum non crediderunt. Et tamen non dixit Deum divitem credentibus, sed invocantibus illum; ut postquam credidit, non desinat animus id postulare, quod a Deo semper doctus est postulandum, ^d sicut in Evangelio secundum Lucæ tenetur scriptum propter adversarium, quia subtilis et versutus est, semper orandum esse: credentibus autem sola datur remissio peccatorum. Sequitur autem ut precibus deditus liberetur a malo, et possit consequi quod promisit Deus toto corde vigilantibus (Luc. xviii, 1 et seq.).

(Vers. 13.) *Omnis enim quicumque invocaverit nomen Domini, salvus erit.* ^e In Michæa dictum est. Ipse

^b Rom. edit. sola, *Hoc dictum est in Numeris et in Ezechiele propheta. Quæ autem, etc.*

^c Ms. Corb., *exulta significarent testimonium, non satis recte.*

^d Ita mss. plures ac probatiores: alii vero et omnes edit., *quia in evangelio Lucæ dicit propter adversarium, etc.*

^e Rom. edit., *Hoc in Joel dictum est. Sed quamvis*

enim Deus, qui visus est Moysi, dicit: *Nomen mihi Dominus est* (Exod. vi, 3). Hic est Filius Dei, qui ideo et Angelus et Deus esse dictus est; ut non ipse esse, a quo sunt omnia, putaretur: sed hic esse per quem sunt omnia, ut ad id pertineat, quia Deus dictus est, quod unum sunt Pater et Filius: Angelus autem ad hoc, quia nuntius promissæ salutis est missus a Patre. Et missus ideo dicitur, ut non ipse Pater esse credatur, sed ab eo genitus. Ideoque *quicumque invocaverit nomen Domini salvus erit*. Hoc sensu et Moyses locutus est: *Quicumque, ait, non audierit prophetam illum, exterminabitur de plebe* (Deut. xviii, 18, 19). Si ipse est omnium Dominus, ipse invocatur a servis. Et quia verum est, adjecit:

(Vers. 14.) *Quomodo ergo invocabunt, in quem non crediderunt?* ^a Certe Christo non credunt Judæi ipsi, quem dixit Dominum. Hoc sequitur, quod supra dixi, quia prius credendum est, ut sit fiducia postulandi. *Aut quomodo credent ei, quem non audierunt?* Apertum est non posse credi illi, cui obedientia denegatur. *Quomodo autem audient sine prædicante?* Nec hoc obscurum est; quia qui prædicanti resistit, auctorem ejus non recipit.

(Vers. 15.) *Aut quomodo prædicabunt, nisi mittantur?* Neque istud recipit questionem; quia non erunt veri apostoli, nisi a Christo mittantur, nec poterunt prædicare sine auctore; nulla enim his signa virtutum perhibent testimonium.

Sicut scriptum est: Quam speciosi pedes evangelizantium pacem, evangelizantium bona! Hoc propheta dicit Nabum (Nabum. i, 15). *Pedes* dicendo adventum significat apostolorum circumeuntium mundum, ^b et regnum Dei adventare prædicantium; adventus enim ipsorum illuminabat homines, viam ostendens qua itur in pace ad Deum, quam primum Joannes Baptista venerat præparare. Hæc pax est, ad quam festinant credentes in Christum. Denique sanctus Simeon, quia in mundo discordia est, lætus in ortu Salvatoris: *Nunc, ait, Domine, dimitte servum tuum in pace* (Luc. ii, 29); quia regnum Dei pax est. Omni enim amputata discordia, omnes uni Deo genu flectent. Denique Hierusalem superior civitas visio pacis interpretatur, quæ est mater nostra.

(Vers. 16.) *Sed non omnes obediunt Evangelio.* Verum est, quia quamvis illustretur mundus splendore disciplinæ Dominicæ; sunt tamen qui repugnent, qui lumen tenebras vocent. Horum enim sic errore acies obtusa est mentis, ut nec veri luminis recipiant splendorem. Quos accusat Evangelium, dicens: *Lux in tenebris lucet, et tenebræ eam non comprehenderunt* (Joan. i, 5).

Esaias enim dicit: Domine, quis credidit auditui nostro (Esai. lxxii, 1)? Hoc est, quis credidit quæ audivimus abs te, et loquimur? Firmavit exemplo prophetico Judæos esse contradictores Evangelicæ ve-

in eo propheta ii, 22, citatus locus invenitur, tamen auctoris verba cum suis nævis præstat exhibere quam sine exemplariorum auctoritate correctæ.

^a Corb. codex, certe Christum non credunt.

ritatis. Lex enim Judæos increpat; quia sicut fuit apud veteres, ita et nunc est. Hunc enim numerum non tangit, qui fidem non recipit.

(Vers. 17, 18.) *Ergo fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi.* Manifestum est, quia nisi dicatur aliquid, nec audiri potest, nec credi. *Sed dico: Numquid non audierunt?* Hoc est, audierunt, et credere noluerunt. Quamvis enim fides ex auditu sit; sunt tamen qui audientes non credunt. Audiunt enim, et non intelligunt; quia malevolentia obcæcatum est cor illorum.

Et quidem in omnem terram exiit sonus eorum, et usque ad fines orbis terræ verba illorum. Usque adeo prædicationem Dei a Judæis auditam esse testatur, ut etiam impletum orbem divina annuntiatione pronuntiet; ipsa enim fabrica mundi prædicat Creatorem. Quod enim Psalmographus de creatura dixit (Psal. xviii, 5), hoc Apostolus de evangelistis, quia ubique audita est, et pervenit in omnem locum prædicatio nominis Christi. Ubi enim præsentia hominis prædicantis defuit; sonus tamen otiosa pervenit, sicut pervenerat opinio factarum virtutum in Ægypto ad omnes gentes, teste Rahab meretrice. Si enim in omnem locum pervenit, non potuerunt non audire Judæi apostolicam prædicationem; ut nemo ex his excusatus sit a crimine diffidentiae.

(Vers. 19.) *Sed dico: Numquid Israel non cognovit?* Hoc est, cognovitne? quia per supradicta testimonia genus Israel incredulitatis causa arguit, cum dolore de omnibus Israelitis queri videretur: non negat Israel cognovisse et assecutum esse quod illi promissum fuerat in Lege: sed eum qui spiritu magis Israel est quam carne, quem et Deus præscierat crediturum. Omnes enim audierunt, et non omnes crediderunt; ideo:

Primus Moyses dicit; in cantico Deuteronomii: Ego ad æmulationem vos adducam in non gentem, in gentem insipientem, in iram vos mittam (Deut. xxxii, 21). Indignantis verba sunt, propter quod semper diffidentes ^c inventi sunt Judæi: et omnibus malis unam assignat generationem et causam; dum præsentibus increpat, ibidem tangit magis futuros, ad quos hoc pertinet. Omnium enim horum una damnatio est si permanent in diffidentia. Æmulatio ergo illis nata est invidentiæ, dum vident gentem, quæ prius quia sine Deo fuit, sensu bruta erat, Deum suum appellare, qui fuerat Judæorum; et donum illis promissum esse assecutam, per quam zelum passi iracundia distenderentur, ut malitiæ et incredulitatis suæ mercedes exsolverent. Nulla enim res sic consumit hominem, ut zelus, quem ideo Deus ultorem posuit incredulitatis, quia grave peccatum est. Nam semper in iram missi excruciantur, quando audiunt Legem et prophetas ad nos pertinere, qui Christum credimus.

^b Mss. Corb., *Et regnum Dei adventus est prædicantium.*

^c Corb. codex, *inventi sunt. In Judæis et omnibus malis, etc.*

(Vers. 20.) *Esaias audet, et dicit: Palam factus sum non querentibus me, et inventus sum inter eos, qui me non interrogabant (Esai. lxxv, 1). Quoniam supra verbis Moysi usus est de exclusione Judaeorum, ad hoc quoque Esaiæ prophetæ exemplum subdidit; ut de ejus prosecutione apostolus decreverit Deum, expulsis Judæis, ultro gentibus gratiam obtulisse ad approbrium et necem Judaeorum. Hæc enim Esaias propheta ex persona Christi testatur.*

(Vers. 21.) *Ad Israel autem quia dicit: Tota die expandi manus meas ad populum non credentem, et contradicentem (Ibid., 2). Ille Israel carnalis est, hoc est, Abraham filii, sed non secundum fidem; ☉ nam Israel verus et spiritualis est qui credendo videt Deum. Tota die, semper significat; semper enim correpti sunt. Propterea increpantur non creditari; ut sciant quia ipsi sibi causa sunt perditionis. Potest hoc et de salvatore accipi, qui in cruce extensis manibus, interficientium se peccatum arguit. Causa enim illa clamat accleratam faciem Judaeorum superius, quod ausus est dicere Esaias de iis, qui Dei fuerant inimici, ostendit hos amicos futuros: et eos qui Israelitæ dicebantur, propter quod inobedientes erant, ut inimicos abjiciendos.*

CAPUT XI.

(Vers. 1.) *Dico igitur: Numquid repulit Deus hereditatem suam? Absit. Quia populum Israel incredulum ostendit, tunc ne omnino Israel dixisse diffidentem putaretur, ostendit non repulisse Deum hereditatem suam, a quam præcivit, id est, filios Abraham, quos fideles sibi futuros solvit. Nec enim promitteret eis regnum, si sciret nullum ex iis crediturum. Hereditas ergo Domini juxta Legem filii sunt Abraham, sed credentes.*

Nam et ego Israelita sum, ex semine Abraham, de tribu Benjamin. Exemplo suo docet partem Israel salvatam, quam præcivit Deus salvandam, autadhuc posse salvari: et partem Israel propter jugam diffidentiam perditioni deputatam.

(Vers. 2.) *Non repulit Deus plebem suam, quam præcivit. Hoc est, quod dicit Salvator: Pater, quos dedisti mihi, custodisti, et nemo ex his perit, nisi filius perditionis (Joan. xvii, 12). Ita et hi quos præcivit Deus credituros, nemo ex his a promissione repulsus est; quia sic factum est, sicut præcivit Deus futurum.*

(Vers. 3, 4.) *An nescitis in Etia quid dicit Scriptura, quemodo postulat Deum contra Israel? Domine, prophetas tuos occiderunt, altaria tua affoderunt: et ego relictus sum solus, et quarunt animum meum (III Reg. xix, 10). Sed quid dicit illi responsum divinum? Reliqui mihi septem millia virorum, qui non curaverunt genus ante Baal (Ibid., 12). Aperta sunt hæc; enten-*

^a Corb. mss., quam promisit Abraham. Nec enim, etc.

^b Rom. edit., non aliud quam gratia est his, qui non requirunt. . . Duplex ergo gratia est, et hoc competit Deo, ut quis abundet misericordia, et ut requirat, etc.: vet. autem edit. ac mss. ut nos in textu.

^c Corb. codex, ut faciat ea. Quamvis et si manerent

dit enim non solum Eliam remansisse, qui devotus Deo, non adoravit idola: sed et multos, qui in fide Dei permanserunt, sicut et ex Judæis non pauci crediderunt. Huic rei et historia congruit: quia multi per speluncas occultati sunt (III Reg. xviii, 4) propter Achab regem Samarizæ, et Jezebel uxorem ejus, qui pseudoprophetas credentes, Dei prophetas persequabantur, et populum ad idololatriam hortabantur.

(Vers. 5.) *Sic igitur et in hoc tempore reliquias servandum electionem gratiæ, saltem factæ sunt. Hoc est, ita, inquit, et nunc hi remanserunt ipse Legis promissione, recedentibus multis, quos ante præcivit Deus. Qui enim susceperunt Christum quasi in Legge promissum, ii in Legge steterunt: qui autem non illum receperunt, a Legge recesserunt. Ideo credentes reliquias dicuntur, hoc est, remanentes in Legge.*

(Vers. 6.) *Si autem gratia, jam non ex operibus. Manifestum est quia gratia donum Dei est, non debita merces operibus, sed gratuita ratione, misericordia interveniente, concessa.*

Alioquin gratia jam non est gratia. Verum est, quia si merces est, non est gratia: sed quia merces non est, sine dubio gratia est; quia veniam dare peccantibus non est aliud quam gratia: et iis qui non requirunt, sed offertur illis, ut credant. Duplex ergo gratia est, quia hæc competit Deo, qui abundat misericordia; ut et requirat, quos gratia servet.

(Vers. 7.) *Quid ergo? quod quereret Israel, hoc non est assecutus; electio autem consecuta est? Israelitæ ii carnales sunt, qui ex operibus Legis justificari se putantes, non sunt adepti, ut justii essent per fidem apud Deum. Propterea cum omnes rei sint per Legem; quia maledictus annis qui non permanserit in omnibus, quæ scripta sunt in libro Legis, ut c faciat eam (Deut. xxvii, 26). Qui autem per fidem justificari se crediderunt, consecuti sunt electionem, ut justificati filii Dei fiant, memores Scripturæ dicentis: Quia justus ex fide vivit (Habac. ii, 4), id est, non ex Legge.*

(Vers. 8, 9, 10.) *Cæteri vero excæcati sunt, sicut scriptum est; hoc subjoctum in Esaiâ legitur: d Dedit illis Deus spiritum compunctionis, oculos ut non videant, et aures ut non audiant usque in hodiernum diem (Esai. vi, 9). Et David dicit: Fiat mensa eorum in laqueum, ☉ et in captionem, et in scandalum, et in retributionem illis (Psal. lxxviii, 23). Obscurentur oculi eorum, ut non videant, et dorsum illorum semper incurva. Ideo mensam maledicit malorum, quia illis decipi solent innocentes; dolo enim vocantur ad convivium, ut perimantur. Quia sic et Ammon filius David deceptus est a fratre suo Absalon (II Reg. xiii, 27), et malignus Hophernes per epulum sanatus*

in omnibus Scripturis, quod vix possibile est, non justificarentur apud Deum; quia justus ex fide vivit. Ille enim ad præsens justus est apud Deum.

^d Hoc subjoctum in Esaiâ legitur, ubi edit. Rom. Jugulatum est; quamvis in reliquis edit. et mss. multo pluribus invenitur.

Judith putavit se posse decipere (*Judith* xii, 1), et in mensa scelerati Herodis sciverunt maligni et in caput Joannis prophetae (*Marc.* vi, 28). Unus scensus est duorum prophetarum de hujusmodi hominibus, qui ab initio fidei et repugnantes inventi sunt hostes bonorum. Sed aliqui illorum emendati sunt et correcti, licet tarde: quidam vero in pertinacia manentes, severitatem sententiae non evaserunt in perpetuum curvati, hoc est, excæcati; ne de cætero possint veritatis viam aspicere (quam malevolentia aspernati fuerant, declinantes ab ea) et ad salutis gratiam pervenire. Qui enim cum intellexisset, credere noluit, id debet consequi quod vult; ne de cætero possit fidem recipere, et salvari. Exempla igitur prophetarum supradicta duplicem continent sensum; duobus enim modis decreta sunt, et scripta. Duo etenim genera hominum hic continentur. Unum est quod malevolentiae suae causa excæcatur in semperiternum, ne salvetur; sunt etenim pessimae voluntatis, usque adeo ut intelligentes dicant se nescire quod audiunt. Denique dicebant de Salvatore: *Quid est quod dicit? Nescimus quid loquitur. Quid cum auditis? Dæmonium habet, et insanit* (*Joan.* x, 20). Alia autem pars quae vere Israel est, contradicebat illis: *Hæc verba non sunt dæmonium habentis. Numquid dæmonium potest cæcorum oculos aperire?* Dum invidiebant ergo Salvatore, volebant videri intelligere quae audiebant; ut dum a legisperitis et pharisæis non intelligi videtur, res absurdas, et quae extra legem essent, loqui putaretur: quae res etiam alios a fide possit avertere. Unde audiunt a Salvatore: *Vos habetis clavem scientiae, et neque vos intratis, neque alios sinitis intrare* (*Luc.* xi, 52). Quis enim non levium, sed paula graviorum, legisperitorum et pharisæorum consilium et sententiam non sequeretur, et qui viderentur Legis defensores? Denique iis qui vere Israelitae sunt, dixerunt: Numquid aliquis ex principibus credidit in illum? ut inde juste viderentur non credidisse, si multos conspirationis suae socios fecissent; quia quod a paucis defenditur, solet non probatum videri. Ideo excæcati sunt, ne de cætero possint credere, et salvari. In voluntate ergo sua adjuti sunt; ut quoniam sciens verum, dicebant esse falsum, de cætero non intelligerent quod est verum; ut verum haberent falsum, quod volebant. Alterum genus est, quod cum justitias Legis sectatur, justitiam Christi non recipit; ex quo jam non per invidiam malae voluntatis hoc agit, sed errore exemplarum traditionem Patrum, excæcantur ad tempus; quia deberent magnalibus Christi adhaerere hunc non posse fallere, cujus tam magnifica virtus in rebus gestis apparet, et praedicationem ejus testamento novo promisso per prophetas comparare, et

axinde profiteri hunc esse, qui promissus est; negligentes contra Deum, et hominibus assentiētes inventi sunt. Propterea ergo excæcantur, ut admiscēntibus se ad promissionem eorum ipsa exemplatione, dum invident gentibus, revertantur ad fidem Dei.

(Vers. 11.) *Dica ergo: Numquid sic offenderunt, ut caderent? Absit.* Hoc dicit, quod supra memoravi, quia non sic dissiderunt, ut numquam jam crederent, id est, non ita propter improbabilitatem suam cæcati sunt, ut curari non possent, sicut et diabolus legimus cecidisse, dicens Esaias propheta: *Quomodo cecidit de caelo Lucifer* (*Esai.* xiv, 12)? casum et apostasiam significans. Non ergo hos sic offenderisse dicit, ut caderent, sed offensionis suae causa ad tempus obtuses.

Sed illorum delicta salus gentibus, ut illos amuletur. Hoc est quod dixit, quia propter peccatum illorum gentibus salus data est. Quia enim donum Dei recusaverunt Judaei, translatum est hoc ad gentes; ut annihilatione seji accensae Judaei converterentur ad Christum, zelantes promissionem Patrum.

(Vers. 12.) *Quod si delictum illorum divitiarum sunt mundi, et diminutio eorum divitiarum gentium; quanto magis plenitudo illorum!* Manifestum est quia si delictum illorum profuit mundo, quoniam horum dispendio plures habet bonos; quia multo plures sunt gentes, quam Judaei: et diminutio eorum, quod est damnum praevisionis divitiarum gentium, per id quod lucrati sunt vitam aeternam; quanto magis plenitudo eorum! Apertum est quia magis dives erit mundus hominibus bonis, si et ii qui excæcati sunt, convertantur; ex magna enim parte salvabitur mundus. Mundo homines significant, sicut dictum est de Salvatore: *Eccce mundus talis abit post illum* (*Joan.* xii, 19).

(Vers. 13, 14.) *Vobis enim dico gentibus, quamdiu quidem ego sum gentium apostolus, ministerium meum honorificabo, si quo modo amuletur carnem meam, ut salvos faciam aliquos ex illis.* Ostendit gentibus quod affectu diligit Judaeos: nam ministerium suum, quod apostolus gentium est, honorificat; si propter affectum generis sui data opera etiam Judaeos acquirat ad fidem. Honorificatio enim fiat, si et illos, ad quos non missus est, lucratur ad vitam: Patribus enim in laude maxima erit, si fratres invenierit, qui perierant.

(Vers. 15.) *Si enim amissio eorum reconciliatio est mundi: quae est assumptio, nisi vita ex martyris?* Hoc dicit, quia si non credentibus Judaeis gentes reconciliatae sunt Deo, ad incrementum mundi circa fidem Christi; quae erit in hac parte, et quantitas plenitudo salutis, si assumantur Judaei ad fidem Christi, nisi ut ex mortuis vivificetur mundus in hominibus? Quia ergo profectus est, dandam dicit operam, ut credant; quoniam excitationis obtusio tempore com-

^a Rom. edit. sola, in caput *Johannis Baptistae*.

^b Rom. edit. sola, *gratiam dedignantem pervenire*. Iuxta vero eandem edit. cum Gill. post, et salvari, subjunxit, *quam sciens prudensque abruit*.

^c Vocis *ex principibus* adjecit Rom. edit., aut *ex pharisæis*.

^d Sic Amerb. cum mss. a quibus non dissident

Eras. et Gill. nisi quod verbo *habere*, subdunt, *sed falsum*: et Rom. edit. hoc modo locum immutavit, *non intelligerent verum, quod habere*; sed *falsum, quod volebant*.

^e Corb. codex, *ad Christum promissum Abrahae*. Quod si, etc.

pensati delicti aufertur, ut voluntatis suæ recipiant liberam arbitrium.

(Vers. 16.) *Quod si delibatio sancta est, et massa.* Manifestum est, quia quod unius substantiæ est, unum est: ac per hoc non potest delibatio sancta esse, et massa immunda; ^a delibatio enim de massa est. Ideoque ostendit non posse indignos dici ad fidem hos, quorum jam patres adepti sunt fidem; quia si pars Judæorum credit, cur non et alia pars posse credere dicatur?

(Vers. 17.) *Et si radix sancta, et rami.* Immutatis verbis, eadem repetit, ut sensum commendat duobus exemplis. *Quod si aliqui ex ramis fracti sunt:* id est, si aliqui non crediderunt ex eis, excisi a promissione. *Tu autem cum esses oleaster, insertus es in illos, et socius factus es radicis et pinguedinis oliivæ.* Hoc significat, quia non credentibus multis Judæis, gentes insitæ sunt per fidem in spem promissionis; ut dolori esset Judæis: sed non juxta legem agriculturæ, quia bonum surculum inserunt in non bonam arborem; hi enim cum essent in radice mala, inserti sunt in bonam arborem. Ideo oleastrum dicit insertum, ut fructum surculus radicis afferat, socius ejus effectus.

(Vers. 18.) *Noli gloriari adversus ramos,* hoc est, noli gaudere in incredulitate illorum; displicet enim Deo, si quis exsultet in malis alterius, sicut dicit Salomon (Prov. xxiv). Nec enim causa gentium abjecti sunt, ut gaudeant: sed quia non crediderunt, occasionem dederunt, ut prædicaretur gentibus.

Quod si tu gloriaris, non tu radicem portas, sed radix te. Id est, si te extuleris super illos, in quorum insertus es radicem; insultes generi, quod te, ut ex malo bonus esses, suscepit: nec stabis, si illud per quod stas, destruis.

(Vers. 19.) *Dicis itaque: Fracti sunt rami, ut ego inserer.* Ex persona gentilis credentis loquitur; quia exsultandum putat in casu Judæorum diffidentium, dicens: Illorum reprobatio locum fecit gentilibus. Sed non sunt reprobati a Deo, ut gentes intrarent: sed se ipsos reprobos fecerunt, spernentes donum Dei; unde et occasionem dederunt gentibus ad salutem. Quam extollentiam reprimi vult, ut magis salutis congaudeatur, non ægritudini insultetur; facile enim ^b decipitur, qui gaudet alienis malis.

(Vers. 20.) *Bene* id est, recte dicis, quia fractis ramis insertus es: *sed in incredulitate fracti sunt;* hoc est, non propter te, sed suo vitio; quia illis diffidentibus, ad æmulationem illorum tu vocatus es ad salutem. Ideo gratias debes agere dono Dei per Christum, non illis insultare: sed et petere, si malum

^a Delibatio enim de massa est, in mss. plerisque omissum fuit. Sequenti autem versu pro quorum jam patres, mss. non pauci legunt, quorum jam pares.

^b Corb. codex, decipitur qui insultat peccanti.

^c Ita mss. longe plurimi; edit. vero, dignitosi erant, ad quas etiam accedunt nonnulli mss. ubi legitur, digni tonsi erant. Rursus autem, ubi legebatur in edit. omnibus et nunc quibusdam, Deo in filios adoptati, aut ut in nonnullis paulo melius; adoptatis; optime reliqui cod., adoptari.

illorum tibi contulit ad salutem; ut et ipsi redeant ad originem. Tunc placebis Deo, qui tui misertus est; ideo enim te advocavit, ut per tuam æmulationem reduceret et illos ad gratiam.

92 *Tu autem fide stas.* Quia Judæi per diffidentiam lapsi sunt, hos fide dicit stare; quia cum prius perfidiæ causa jacerent, credendo stare ceperunt. *Noli altum sapere, sed time.* Id est, noli superbus esse, sed cave, ne et tu offendas.

(Vers. 21.) *Si enim Deus naturalibus ramis non pepercit; ne forte nec tibi parcat.* Verum est, quia si illos, qui prærogativa Patrum ^c digni erant, quibus etiam facta repromissio est Deo in filios adoptari, incredulitatis causa excæcavit; quid his si dubitaverint, aut si se extulerint, faciet, qui nulla commendatione sublimati sunt: quippe cum nullius dignitatis essent, honorati sunt?

(Vers. 22.) *Vide ergo bonitatem et severitatem Dei: in eos quidem qui ceciderunt, severitatem: in te autem, bonitatem; si permanseris in bonitate: alioquin et tu excideris.* Bonum Deum gentibus esse testatur; quia cum idola sequerentur, digni utique mortis, patientia sua expectavit illos, et nec adhuc requirentes se, ultro vocavit illos, et peccata eis remisit. Judæis autem severus est; excæcavit enim eos, quia donum Dei spreverunt. Hos tamen nunc significat Judæos, qui propter malevolentiam suam in perpetuum cæcati sunt; unde et cecidisse eos dicit: illos autem quos supra memoravit, offendisse, non tamen cecidisse; quia ad tempus cæcatos illos ostendit: ac per hoc severum Deum in eos fuisse, ut in perpetuum cæcati essent apostatæ.

(Vers. 23.) *Sed et illi si non permanserint in incredulitate, inserentur; potens est enim Deus iterum inserere illos.* Ostendit justitiam Dei non in severitate manere circa illos, quos excæcavit ^d ad tempus; quia non sic illos excidit, ut non possit illos iterum inserere, si convertantur, qui per prophetam dixit: *Revertentes ad me replantabo* (Jerem. xxiv, 6); ut hoc scientes christiani gentiles non insultent Judæis, certi reservari illis quasi lapsis misericordiam Dei.

(Vers. 24.) *Nam si tu ex naturali excisus es oleastro, et contra naturam insertus es in bonam oliivam: quanto magis hi, qui secundum naturam, inserentur suæ oliivæ!* ^e Oliivam fidem per quam Abraham justificatus est, accipimus: oleastrum vero, quia agrestis et infructuosa natura est, perfidiam significatam: ac per hoc si ii, qui semper inimici Dei fuerunt, conversi in fidem Abrahæ inserti sunt, ex cujus origine non sunt; quanto magis Judæi, si post diffiden-

^d Nonnulli cod., ad tempus, nec quidem circa eos, qui nolunt credere, si credant, quia non sic excidit Judæos, etc.

^e Eras. et seq. edit., oliivam. Rom. oleam fidem . . . accipimus: oleaster vero . . . perfidiam significat; Amerb. autem et mss. lectionem nostram constituunt, nisi quod nonnulli habent, et infructuosus natura est, nonnulli et infructuosæ naturæ est; et continuo post Amerb. cum paucis mss.; perfidiam significat.

tiam credant, paternæ reddendi sunt naturæ, inserti iterum in suam promissionem!

(Vers. 25, 26.) *Nolo enim ignorare vos, fratres, mysterium hoc; ut non sitis ipsi vobis sapientes; quia obtusio quædam ex parte Israel facta est, donec plentudo gentium intraret: et sic omnis Israel salvus fiet.*

Non est obscurum, quia ad tempus cæcitat^a obtusio data est Judæis iis, qui dum æmuli Legis sunt, non viderunt donum venisse promissum a Deo, quod prædicabatur a Christo. Zelo enim excæcati sunt, putantes legem factorum numquam debere cessare; unde sabbatum zelabantur. Qua offensione ex parte obtusi sunt, ut pro incredulitate sua cruciarentur, videntes gentes profiteri cum gaudio consecutos se repromissionem Abrahæ: copia tamen admissa gentium, abstergeretur caligo ab oculis mentis eorum, ut possint credere; ut spiritum compunctionis prohibens a cordibus eorum, qui eis præstat cæcitatem, reddat eis arbitrium liberum voluntatis; quia non de malevolentia erat incredulitas, sed de errore, emendarentur, ut postea salvarentur.

Sicut scriptum est. Ut probaret donum illis reservatum a Deo, exemplum Esaiæ prophetæ in subjectis ponit: ut hac gratia qua liberati sunt Judæi credentes, et nos liberari posse doceret; quia non erat exinanita, sed semper abundat. Dicit ergo:

(Vers. 27.) *Veniet ex Sion, qui eripiat, et avertat impietatem ab Jacob: et hoc illis a me testamentum, cum abstulero peccata eorum (Esai. LIX, 28).* Exempli hujus ratio semper manet, quamdiu sunt, qui credant. Hic enim Dominus Jesus, qui de cælis venturus promissus est ad liberationem humani generis, ipse quotidie remittit peccata conversis ad se: nec statim non credentes condemnat, sed expectat, sciens posse proficere ad agnitionem Dei.

(Vers. 28.) *Secundum Evangelium quidem inimici propter vos.* Causa incredulitatis **93** inimici sunt Evangelii, ut error et delictum illorum gentibus aperiret viam ante tempus intrandi ad fidem, sicut supra memoravi; prius enim ubique omnibus Judæis prædicandum erat, tunc demum et gentibus oportebat credi verbum Dei. Sed quia non crediderunt, ablatum ab eis regnum datum est gentibus. Itaque non insultandum his præmonet, quorum delictum profuit gentibus; illi enim insultandum est, cuius peccatum obfuit aliquibus. Non enim in perfidia illorum gratulandum est, sed dolendum, si tardant converti; ut quomodo peccato illorum gavisæ sunt gentes, quia salvatæ sunt: sic conversione eorum lætentur, ipsorum enim occasione Dei gratiam citius perciperent.

Secundum electionem autem dilecti propter Patres. Quamvis graviter peccaverint Judæi reprobando donum Dei, et digni sint morte; tamen quia filii sunt

^a Sic Amerb., Eras. ac plures mss., Gill. vero et edit. Rom. cum mss. quibusdam, *obtusio facta est Judæis.*

^b Rom. edit., *ut perfusi rubore.... sed oblectarent illos, ut agnoscerent promissum Dei.* Sequentem verò locum ebd. Corb. ita contrahit: *Quia enim vos, inquit,*

A bonorum, quorum prærogativa et merito plurima a Deo beneficia perceperunt, regressi ad fidem suscipiuntur cum lætitia; quia dilectio in his Dei excusatur memoria Patrum.

(Vers. 29.) *Sine pœnitentia enim sunt dona et vocatio Dei.* Verum est, quia gratia Dei in baptismo non quærit gemitum, aut planctum, aut opus aliquot; nisi solum ex corde professionem. Neque enim quia graviter deliquerant non recipiendo promissum Dei, et quia quæ graviter peccantur, non nisi fletu et gemitu ad veniam pertinent; ne ideo illos non posse jam accipere misericordiam putarent, quia dolere illos non videbant; ostendit hoc inter primordia fidei non requiri; donum enim Dei gratis donat peccata in baptismo.

(Vers. 30, 31.) *Sicut enim et vos aliquando non credidistis Deo, nunc autem misericordiam consecuti estis propter illorum diffidentiam: ita et isti nunc non crediderunt in vestra miseratione, ut et ipsi misericordiam consequantur.* Incredulitatem gentium memorat, ^b ut ipso rubore non se jactarent insultantes Judæis, qui non crediderant: sed oblectarent illos agnoscere promissum Dei. Quia enim vos, inquit, gentes, cum his eloquia Dei credita sint, repugnantes fuistis: nunc autem misericordiam accepistis, non vestro merito, sed ad horum opprobrium; quare non magis isti conversi accipiant misericordiam, qui prius in lege Dei conversati sunt, et quibus facta promissio est?

(Vers. 32.) *Conclusit enim Deus omnia in incredulitate, ut omnium misereatur.* Gentes porro ab antiquis temporibus in impietate et ignorantia versabantur, ut pote sine Deo: propter quod manifestata Lex in litteris est, qua possent infrenari præcipites. Et quoniam verutia adversarii cumulari peccata cœperunt, ^c ut per interdictum magis reus homo constitueretur; Deus clementia bonitatis suæ semper homini procurans, ut et quod sine lege peccatum erat, et in Lege posset deleri; hoc decrevit ut solam fidem poneret, per quam omnium peccata abolerentur; ut quia nulla spes per Legem omnibus hominibus erat, Dei misericordia salvarentur. Hoc est omnia conclusisse in incredulitate, ut tunc decretum donum a Deo veniret, quando omnes diffidentia laborarent; ut gratia muneris esset gratissima. D Itaque nemo se jactet; miserum est enim superbum esse eum, cui ignotum est.

(Vers. 33.) *O altitudo divitiarum sapientiæ et scientiæ Dei! Quam inscrutabilia sunt judicia ejus, et investigabiles viæ ipsius!* Excelsum et immensum Deum in divitiis sapientiæ et scientiæ suæ cum omni laude gratiarum actionis testatur; est enim consilium et iudicium ejus incomprehensibile. Nam sciens ab initio conversationes et opera hominum; quia neque

gentes fuistis: nunc autem misericordiam, etc.

^c Ms. Corb., *ut per indictum.* Non multis autem interjectis sic legitur in Rom. edit., *hominum salutem procurans, decrevit ut quod sine lege peccatum erat, et sine lege posset deleri, et solam fidem posuit, etc.*

sola severitate justitiæ salvari possit hominum genus, neque sola misericordia^a ad perfectum meritorum pervenire, unoquoque tempore degrevit quid esset prædicandum: ante tamen permittens unumquemque suo iudicio; quia natura ipsa ducere, cognoscitur justitia. Et quia auctoritas naturalis justitiæ obtorquerat consuetudine delinquendi, data est Lex; ut humanum genus terrore manifestatæ Legis frenaretur. Sed quia non se cohibentes, rei tenebantur a Legge; prædicata misericordia est, quæ ad se confulgentes salvaret, resistentes autem cæcæret ad tempus, ad promissionem eorum gentes invitans, quæ prius justitiæ Dei per Moysen datam sequi noluerunt; ut horum saluti dum invident, **¶** ipso zelo ad radicis Salvatoris originem se reformarent promissæ in Legge. Hæc est *aliquid divinarum sapientiæ et scientiæ Dei* qui tam Judæos quam gentes multaria providentiâ acquisivit ad vitam.

(Vers. 34, 35.) *Quis enim cognovit sensum Domini? aut quis consiliarius illi fuit? aut quia prior dedit illi, et retribuetur ei (Esai. xl, 13)?* Hoc in Esaiâ scriptum habetur. Manifestum est solum Deum esse qui noverit omnia consilia, et hunc unum esse qui nullius ageat; quia ab ipso sunt omnia: ac per hoc consilium ejus a nullo nec comprehenditur, nec nectitur; ^b quia in inferiora superioris sensus scire non possunt. Denique Judæis credentibus impossibile videbatur consilium esse et voluntatem Dei ad redemptionem gentium: simili modo et gentibus arduum et incredulum videbatur Judæos, qui non crediderunt, posse converti; aut credentes suscipi, et salvarentur. Inter cætera hoc est consilium Dei, quod latuit, nec potuit comprehendere.

(Vers. 36.) *Quoniam ex ipso, et per ipsum, et in ipso sunt omnia: ipsi gloria.* Quia ratione sensus et consilium Dei investigari non potest, declaravit: *Ex ipso enim, inquit, et per ipsum, et in ipso sunt omnia: ipsi gloria.* Hoc dicto aperuit sensum, qui occultus erat mundo; quia enim omnium creator est Deus (fecit enim ea quæ non erant, ut essent), ideo ex ipso sunt omnia. Et quoniam ab ipso sunt, per Filium ejus, qui ejusdem utique substantiæ est, esse cœperunt, cujus opus Patris est opus. Quia ergo ipse operatur per Filium, per ipsum sunt omnia. Et quoniam quæ sunt ex Deo, per Deum sunt: post renata in Spiritu sancto sunt, in ipso sunt omnia, quia et Spiritus sanctus de Deo est Pater; unde et scit quæ in Deo sunt. Ergo et in Spiritu sancto Pater est; quia quod de Patre est Deo, non potest aliud esse, quam est Deus Pater.

Ac per hoc ipsi gloria, quia ex ipso, et per ipsum, et

^a Corb. ac Thuan. codex, ad perfectum meritum.

^b Edit. omnes, ac pauci mss., quia inferiora superioris: nonnulli, quia inferiores superioris; alii nulli quales, ut in contextu.

^c Rom. edit., Itaque quia ex ipso... omnia ut essent, etc.

^d Thuan. cod., Gill. et edit. Rom., orat illos: ultima vero sola, post tractatum autem Legis et fidei

in ipso sunt omnia, et Itaque quæ ex ipso, et per ipsum, et in ipso ut essent, esse cœperunt, sensum et consilium ejus scire non possunt. Ipse autem scit omnia; quia in ipso sunt cuncta. Patefecit mysterium Dei, quod asperius dixit non ab eis ignorari debere.

CAPUT XII.

(Vers. 1-3.) *Obsecro itaque vos, fratres, per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora vestra hostiam vivam, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum. Et nolite conformari huic sæculo: sed reformamini in novitate sensus vestri; ut probetis quæ sit voluntas Dei, quod bonum, et placitum, et perfectum est.* Per misericordiam Dei^d illos adhortatur per quam salvatur humanum genus. Post tractatum enim Legis et fidei populi naturam Judæi et gentilis ad bonam vitam agendam hortatur; per hanc enim spes fidei obtinetur. Commonitio est ergo hæc, ut memores sint quia misericordiam acceperant: et vigilent circa obsequium ejus, a quo illis data est, per quem ex impiis gratis justificati sunt, scientes hanc esse hostiam vivam, sanctam, et Deo acceptabilem, si corpora nostra incontaminata servemus, dissimiles a secularibus, qui voluptatibus student. *Hæc est voluntas Dei, sanctificatio vestra (1 Thess. iv, 5).* Nam corpora subjecta peccatis non viva habentur, sed mortua; sub desperatione enim promissæ vitæ sunt. Ad hoc enim peccatis dono Dei abluimur; ut de cætero mandam vitam agentes, Dei amorem in nos proceremus, non irritum facientes opus gratiæ ejus. Nam apud veteres ideo oblata occidebatur hostia, ut homines peccati causa morti subjectos significaret. Nunc autem quia per donum Dei purificati sunt homines, et a morte secunda liberati, vivam hostiam debent offerre; ut signum sit vitæ æternæ. Non enim, sicut tunc, corpora^e pro corporibus immolantur: nunc vero non corpora, sed vitæ corporis perimenda sunt. Ut autem obsequii nostri effectum habere possimus, servata justitia, pudorem custodimus; nihil enim proficit pudor, nec rationabilis poteat videri, neglecta justitia. Hoc erit conformem fieri spiritualium, renovatum in spiritu ac fide hoc scire quod placeat Deo, nec aliud bonum et perfectum esse.

Dico enim per gratiam, quæ datæ est mihi, omnibus qui sunt inter vos, non plus sapere quam oportet sapere: sed sapere ad sobrietatem, et uniusquisque sicut dixit Deus mensuram fidei. **¶** Aperte ostendit hoc debere nos sapere, quod justitiæ terminos non egrediamur, ut non nobis solum utile sit, sed et nulli oblit. Hæc est enim prudentia, prædesse magis alijs, quam obesse; et contentum esse debere sorte, qua mensus est Deus, et merito fidei uniuscujus-

credentes ad bonam, etc. Edit. autem vet. et mss. hoc solo distant quod pro naturam, Amerb., Eras. et quidam mss. legunt, natura.

^e Rom. edit., pro corporibus immolanda, sed vitæ, etc.

^f Vet. edit. et mss. magno numero, merito et fidei; melius Rom. edit., merita fidei; vel mss. nonnulli, ut in textu,

que : nos sibi defendere, quod non sibi concessum A videt; hæc est, non plus sapere, quia uni totum concedi non potest. Nec enim si quis bonæ vitæ eat, ex eo sibi etiam doctrinam prudentiam debet defendere; aut quia peritiam habet Legis, levitarum sibi obsequia vindicare debet. Hortatur ergo, et docet per gratiam sibi datam. Hæc gratia peritiam intelligitur Dominicæ disciplinæ, per quam humilitati et iustitiæ studendum tradit.

(Vers. 4, 5.) *Sicut enim in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eadem habent officia; ita multi unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra.* Exemplo corporis docet non posse nos singulos omnia; quia sumus invicem membra, ^a ut alter alterius non egeat: ac per hoc curam nostri invicem nos agere debere, nec alterum alii obsistere; quia invicem officia nostris opus habemus. Hoc erit diligere Christum, si invicem se membra exhortentur, ut impleant modum, quo corpus in Christo perfectum sit.

(Vers. 6.) *Habentes autem donationes Dei diversas secundum gratiam, quæ data est nobis.* Nunc autem ipsa officia deputata membris merito fidei enumerat; ut cum viderit membrum quod sibi deputatum officium est, non perstrapat alteri, cui viderit aliud traditum, ^c sed congaudeat, ut corpus Ecclesiæ sit perfectum,

Sive prophetiam secundum rationem fidei. A prophetia incipit, quæ prima probatio est rationabilem esse fidem nostram. Denique credentes, acceptæ Spiritu prophetabant. Hæc ergo datur pro modo accipientis, hoc est, quantum causa exigit, propter quam datur.

(Vers. 7.) *Sive ministerium in ministrando.* ^d Ad obsequium fraternitatis præbandum in tantum minister firmatur, quantum credit debere se obsequi; ne ultra fidem laborans in obsequio, fatigatur incassum; quia hoc sequitur unumquemque, quod conatur ex corde.

Sive qui docet in doctrina. Similiter dicit adjuvari doctorem in doctrina; ut in quantum fides ejus est ad docendum, in tantum inspiretur ad tradendam disciplinam celestem.

(Vers. 8.) *Sive qui exhortatur in exhortando.* Et hunc eodem modo in eo ipso, ^e in quo tendit, auxiliq Spiritus præparari; ut habeat gratiam, dum pro-
voCAT. Lacessit enim fratres ad bonum, aut incredulos ad fidem.

Qui largitur in simplicitate. Huic dicit, qui bono animo tribuit auxilia semper suppeditare, procurante

^a Rom. edit. sola, *ne alter alterius*, etc.

^b Mss. aliquot voci *nobis* addunt, *differentes*; alii *differentia*.

^c Vet. edit. ac pauci mss., *sed congerat*. Et sequenti textu Amerb. et Eras. cum cod. nonnullis, *secundum operationem fidei*. Neutrum commode.

^d Mss. aliquot, *ad obsequium Ecclesiæ*.

^e Nonnulli mss., *in quo ostendit*; alii non pauci, *in quo tendit*; cæteri, et *omnes edit.*, *in quo tendit*.

^f Nonnulli mss., *sub uno enim vocabulo multiplex est intelligentia*. Minime male.

A Spiritu, ut non deat tribuenti simpliciter, dicente Salomone: *Qui tribuit pauperibus, non indiget* (Prov. xxviii, 27). Illic ergo tribuit simpliciter, qui non in simulatione hoc agit, ut laus ei ab hominibus detur; sed ut a Deo pro hoc ipso meritum consequatur.

Qui præest in sollicitudine. Eum qui curam ut præest fratribus, suscipit, juxta fidem suam accipere vigilantiam et auctoritatem; ut proficiat in quo sollicitus est, habens in illis fructum, quibus præest.

Qui misceatur in hilaritate. Hunc quoque secundum sensum suum, qui læto animo misericordiam facit, non quasi nolenti extorqueatur, fundari et reborari a Deo; ut in hac re nullam infirmitatem patiatur, sciens dictum a Salomone: *Dum habes occasionem, benefac* (Prov. iii, 27). Sed hoc multifarie intelligendum est; ^f multiplex est enim misericordia sub uno vocabulo. Nam si supra dixit: *Qui largitur in simplicitate*; quid erat opus iterare, nisi quia sub uno misericordie nomine multa bona opera significavit? Peccantibus etenim ignoscere misericordia est; et in necessitate aliqua posito vel oppressa opem ferre misericordia est; et nudum vestire, et esurienti panem frangere, et parvulum expositum colligere, et cadaver operire, ^g et alia operari misericordia est. Ideo si hæc impigre, et sine tædio fuerit operatus, habebit ^g hujus operis et in præsentem et in futuro mercedem. Omnis ergo misericordia et simpliciter, et cum gaudio fieri debet; ut simplicitas excludat hypocrisim, gaudium vero fretum futuræ spei testatur examen.

(Vers. 9.) *Dilectio sine simulatione.* ^h Huic menti, quæ hoc meditatur, ut ideo diligit fratrem, quia selt hoc placere auctori Deo; ut non in adulatione præsentis vitæ hoc agat, subvenit Spiritus; ut quia hoc devota mente querit, obsequiis possit implere. Audiunt enim dictum a Domino: *Præceptum novum do vobis, ut diligatis invicem* (Joan. xiii, 34).

(Vers. 10, 11.) *Odientes malum, adhærentes bono, fraternitatis amore invicem benigni, honore mutuo prævenientes.* Non magnum dicit evitare malum, nisi adhæreatur bono; illud enim de timore fit, istud de amore; ⁱ nec benignum esse, nec fraternitatis amorem tenere dicitur, si non mutuis se obsequiis præveniant.

Sollicitudinis non pigri. Hoc est quod dicit propheta Hieremias (Jerem. xviii, 10), quia maledictus qui facit opera Domini negligenter. Piger enim in conversatione divina sine spe est; ideo subjecti:

Spiritu ferventes. Hoc est, ut in exercitiis divini

^g Rom. edit., *et talia operari*. Ilud incommode.

^h Vet. edit. et mss. nonnulli, *Huic merito, qui meditatur*: Rom. edit. hinc abstulit vocem *merito*; nos vero locum ex pluribus probatissimisque cod. restitimus.

ⁱ Ita locum emendant cod. Prat., Gem., Mich. et Vall. cum prius haberetur in edit. ac mss., *nec benignum esse fraternitatis honorem, si non*; Gill. in marg. et Rom. edit. in corp. cum uno aut altero ms., *fraternitatis amorem*.

operis, aut Legis non sit tepidus, sicut dicitur in Apocalypsi Joannis: *Quoniam tepidus es, inquit, evomam te ex ore meo (Apoc. III, 16)*; quotidiana enim meditatio tollit soporem, et facit vigilantem. Opera vero Domini sunt, quæ mandat fieri pro utilitate Ecclesiæ, id est, fratrum.

Tempori servientes. In græco dicitur habere sic: *Deo servientes*; quod nec loco ipsi competit. Quid enim opus erat summam hanc ponere totius devotionis, cum quando singula membra, quæ ad obsequia et servitia Dei pertinent, memoret? In omnibus enim iis quæ enumerat, plenum Domino servitium exhibetur. Nam servire tempori quid sit, alibi solvit, cum dicit: *Redimentes tempus, quoniam dies mali sunt; ut sciatis quemadmodum unicuique respondeatis (Ephes. v, 16)*. Quoniam autem dixerat: *Spiritu ferventes*; ne hoc sic acciperent, ut passim et importune verba religionis ingererent tempore inimico, per quod forte scandalum excitarent, statim subjecit: *Tempori servientes*, ut modeste et cum honestate apiti et locis et personis, et apto tempore religionis fidem loquerentur. Sunt enim quidam etiam in hoc tempore quo pax est, qui sic perhorrent verba Dei, ut audientes cum magna ira blasphemant viam Christi. Nam et ipse servivit tempori, quando quod noluit fecit; invitus enim circumcidit Timotheum, et raso capite purificatus secundum Legem ascendit templum, ut Judæorum sopiret insaniam.

(Vers. 12.) *Spe gaudentes.* Postquam dixit: *Tempori servientes*, adjecit: *Spe gaudentes*; ut si forte propter iniquitatem temporis non liceat de fide publice loqui, sed esse in metu, spe gaudeat; quia hæc tristitia parit lætitiã.

In tribulatione patientes. Hoc est spe gaudere, in tribulatione patientem esse; de gaudio enim spei tolerat tribulationem, sciens multo majora esse, quæ pro his promissa sunt.

Orationi instantes. Necessaria est valde oratio; quia ut tribulatio possit tolerari, precibus insistendum est.

(Vers. 13.) *Memoriis sanctorum communicantes.* Manifestum est quia qui preces suas exaudiri vult æmulus debet esse vitæ sanctorum; cum imitatur enim, communicat; ut hoc sit memorem esse et communicatorem, imitari actus illorum: et si sumptibus indigent, communicandum est eis, sicut dicit alio loco: *De collectis autem quæ fiunt in sanctis (I Cor. xvi, 1)*; et ad Galatas: *Ut pauperum memores essemus (Galat. II, 10)*.

(Vers. 14.) *Hospitalitatem sectantes.* Imitator et amator sanctorum hospitalitatem sectatur exemplis sancti Abraham, et Loth viri justii.

Benedicite persequentibus vos, benedicite, et nolite maledicere. Ut Christianos per omnia novos faciat, etiam ab hac illos consuetudine auferre vult, quæ

^a Mss. aliquot, *et laudabilis sit disciplina Dominica.*

^b Rom. edit. cum paucis mss., *illum ad affectum*;

A omnibus communis est, ne irato animo incitati prius facile maledicere velint: sed ut magis, victa iracundia, benedicant, ^a et laudi sit disciplina Dominica.

97 (Vers. 15.) *Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus.* Hoc est, quod alio loco dicit: *Si quid patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra: et si lætatur unum membrum, congaudent omnia membra (I Cor. xii, 26)*. Cum enim quis fideli solatio est in necessitate, erigit animum ejus, et apud Deum sibi collocat meritum; quia membrum diligit corporis Christi: et si cum infideli condolet, provocat magis ^b illum ad profectum disciplinæ Dominicæ.

(Vers. 16.) *Idipsum invicem sentientes.* Hoc est, quod dictum est, compati debere in fratris tribulatione, sicut et in alia dicit epistola: *Considerans te ipsum, ne et tu tenteris. Alter alterius onera sustinete (Galat. vi, 1, 2)*.

Non alta sapientes. Alta sapere superbia est; nam et diabolus cum alta sapuit, apostatavit. Ne elatio sit in animo, et præsumens forte de incolumitate actus sui, non condolet fratri suo, sed exprobrat quasi peccatori, hæc superbia est, quæ cum se præponit, offendit. Quod et Dominus denotat, dicens: *Ejice trabem prius de oculo tuo, et tunc videbis ejicere festucam de oculo fratris tui (Luc. vi, 42)*. Ipsa enim elatio peccatum est: ac si non sit peccator, quod impossibile est; fit peccator, dum superbit. Denique dicit Salomon: *Superbis Deus resistit (Prov. III, 34)*.

C *Sed humilibus consentientes.* Hoc est, ut deposita superbia, alienam causam suam faciat, et suam quasi alienam; ut habeat gratiam apud Deum, quia *qui se exaltaverit, humiliabitur (Luc. xiv, 11)*.

Nolite esse prudentes apud vosmetipsos (Esai. v, 21). Hoc in Esaia propheta scriptum est, quod hic quasi proprium ponit; ut justitia communis habeatur, non ut sibi quis justus sit, cæteris autem injustus.

(Vers. 17.) *Nemini malum pro malo reddentes.* Hoc est, quod Dominus dicit: *Nisi abundaverit justitia vestra plusquam scribarum et pharisæorum, non intrabitis in regnum Dei (Math. v, 20)*. Mandatum enim in Lego erat: *Diliges proximum tuum, et odio habebis inimicum tuum (Levit. xix, 18)*. Hæc, quantum videtur, justitia est: sed ut abundet justitia christianorum, docentur non reddere malum pro malo; ut perfecti sint, et pro hoc merces illis reddatur in judicio Dei. Supergradi enim videtur ipsam justitiam, cum quod licet, ut melior sit, non facit cœlestis justitiæ imitator. Mundi ergo justitia a Deo illi concessa innocentem facit: cœlestis autem perfectum, ut meritum habeat apud Deum.

Providentes bona non tantum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Providere est bona futura ante oculos habere; ut ea gerantur, quæ possint,

quidam mss. *ad effectum, etc.*

^c Rom. edit. et quidam mss.; *illi concessa ad tempus innocentem facit.*

postquam facta fuerint, in reprehensionem non venire, sed magis laudi esse, sive apud Deum, sive apud homines. Ne quis aestimet quia Deo licita non displicent, idcirco non curandum, si fratri scandalum sint; hoc præmonet quia illud fieri debet, quod et Deo non displiceat, et fratri scandalum non sit. Etsi liceat enim, et fratrem scandalizet, Deo non placet; quia Deus saluti studendum monet. Sic ergo providentur bona coram Deo et hominibus, si ea quæ licent sic agantur, ne scandalum faciant.

(Vers. 18.) *Si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes.* Omnes vult pacificos esse, ^a qui divinam servant justitiam. Videntur si quis hanc pacem spreverit, ut sit tali viro inimicus, cum aut reprehendi forte ab illo non vult, aut invidet bonis ejus; quod ad illum tamen pertinet, non discordat a bene agentibus. Illic est enim impacificus, qui prætermissa voluntate Legis, suum jus sequitur; quamquam dicat David: *Cum iis qui oderunt pacem, eram pacificus (Psal. cxix, 7).* Sed hoc necessitatis erat propter potentiam personarum, ut vel obsequiis humilitatis vincatur, quem sic extollit superbia, ut mandata Legis spernat. Potest fieri ut et de timore Dei pacificum se quis præbeat illi, qui odit pacem. Quando enim vicem malis reddere non vult, pacificus est, hoc est, de bono vincere malum, ut vel obsequiis vincatur, quem mandata Legis non vincunt. Ergo, *si fieri potest, inquit, quod ex vobis est; ut bene agentes pacem habere videamur.* Jam si non fuerit amator pacis, tu tamen vis esse pacificus, quantum ad te pertinet. Si autem irreverens et blasphemus quis sit, et pacem cum illo habere non possis, non utique tibi ascribendum erit; quia **98** Joannes apostolus illos, qui negant in carne Christum venisse, nec salutari permisit (II Joan. vii). Nos ergo parati sumus, si fieri potest, ut cum omnibus pacem habeamus: aliis autem repugnantibus fiet impossibile, non ex nobis; ^b si de nobis tamen querela deponatur. Qui enim nullum lædit, apparet esse pacificus.

(Vers. 19.) *Non vosmet ipsos defendentes, charissimi, sed date locum iræ.* Ut pacis fœdera servari possint, ab ira dissimulandum monet, maxime quoniam solet per iram peccari, cum quando quis furore commotus, plus exigit, quam postulet causa delicti: aut sibi ipsi incommodum præstat, si graviora peccata incompetenti vindicta vult exsequi; debilem enim efficit, quem potuit emendatum habere et sanum. Unde et Salomon: *Noli, ait, justus esse multum; est enim, inquit, qui perit in sua justitia (Eccles. vii, 17).* Volens enim singulis peccatis respondere, circa vindictam mortem potest invenire tam sibi, quam ei quem plagis affligit; solent enim

A in pœnas delinquere. Non solum autem de subjectis vindictam prohibet competentem, sed et de paribus et magnis, hoc est, de fratre forte in nos peccante non quæramus vindicari, sed remittamus, Dei judicio reservantes; ne, dum ab ira detinemur, inveniat locum inimicus, in quo suggerat et suadeat, quod contra nos est.

Scriptum est enim. Ut fortius suadeat, exemplo Legis hoc confirmat, dicens: *Scriptum est enim, ^c in Proverbiis, Mihi vindictam, et ego retribuam, dicit Dominus (Deut. xxxii, 35).* Ut si minime a nobis fiat, quod docet, Deum a nobis contemptum ostendat. Duplici ergo genere proficitur, si Deo remittatur vindicta; quia et cum iracundiam vincit, perfectus sit, et Dei judicio vindicabitur.

B (Vers. 20.) *Si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potum da illi; hoc enim faciens, carbones ignis congeres super caput ejus (Prov. xxv, 21).* Non nudam vindictam Deo reservari debere ostendit, sed et beneficia dari inimicis; ut vere ostendamus non meritis nostris habere nos inimicos, ^d quos ut ab inimicitia desinant, obsequiis vincere nitimur. Qui si in inimicitia perduraverint impietate mentis suæ, nostra obsequia proficient illis ad pœnam: aut certe obsequiorum nostrorum sedulitate compuncti, veluti carbones mortui reviviscunt. Ut ergo nos in tantum perfectos faciat, ut non solum nos ipsos, sed et alios acquiramus ad vitam, inimicis non solum vicem reddere prohibet Dominus per Salomonem; verum etiam humanitate ad amicitiam provocare hortatur.

(Vers. 21.) *Noli vinci a malo, sed vince in bono malum.* Hæc interpretatio Apostoli est cohortantis, ne vicem reddamus inimicis, sicut dictum est. Multum enim proderit nobis, si malitiæ cedamus; vincit enim malum, qui ad tempus vinci videtur ab illo. Etenim Salvator sic vicit malum, dum non restitit; contra se enim agit malitia, et dum vincitur, vincere se putat. Id enim agit inimicus, ut et nos de proposito nostro abstrahat, occasionem quærens quomodo peccemus. Ideo si provocati ab illo, vicem illi non reddamus, vincimus illum in bono; ideo enim non resistimus, ^e ut bonum servemus, neglecta justitia; quia cogit justitia ad retribuendum.

CAPUT XIII.

D (Vers. 1.) *Omnibus potestatibus sublimioribus subditi estote; non est enim potestas, nisi a Deo.* Quoniam cœlestis justitiæ legem sequendam mandavit, ne ab hac præsentis dissimulare videretur, hanc commendat: quippe cum nisi hæc fuerit observata, illa custodiri non possit; hæc enim quasi pædagogus est, quæ parvulos imbuat, ut possint potioris justitiæ viam sequi. Nemini enim potest imputari misericor-

sine ullo sensu commode maluit, vindicantes.

^c Rom. edit. confederat, in Proverbiis. Quod videlicet in Deuteronomio hæc verba exstant.

^d Cod. Corb. et quidam alii, quos ut ab iniquitate desinant.

^e Idem ms. Corb. ut bonum servemus ad retribuendum, neglecta justitia.

^a Ita edit. omnes cum mss. quibusdam: alii vero mss. non parvo numero, qui divinam servare justitiam videntur. Si quis, etc.: sequenti autem versu pro inimicus, Rom. edit. reposuit, impacificus.

^b Omnes edit. ac mss. aliquot, si de nobis tantum querela non deponatur: cæteri mss. nobiscum faciunt. At sequenti textu pro defendentes, Rom. edit. licet

dia, nisi habuerit iustitiam. ^a Ut ergo jus et timorem legis naturalis confirmet, Deum auctorem ejus testatur; et ministrantes eam Dei ordinationem habere. Ideo adjecit:

Quæ autem sunt, a Deo ordinata sunt: ut nemò putet quasi humana commenta contemnenda; vident enim jus divinum humanis auctoritatibus deputatum, Hic ergo subjectus est potestati, ^b qui se terrore Dei ab his abstinere, quæ prohibet.

(Vers. 2.) *Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit.* Hoc **98** contra illos est, qui per potentiam fortes sunt, aut qui ab aliquo deprehendi se posse non credunt, et per hoc illudere se legem putant; ostendit his Dei esse legem, et non evasuros judicium Dei, qui ad tempus aliquo pacto evadunt. *Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt.* Manifestum est, quia unusquisque operibus suis aut justificabitur, aut condemnabitur. Qui enim audientes Legem, peccant, inexcusabiles sunt.

(Vers. 3.) *Nam qui principantur, c non sunt timori bonis operibus, sed malis.* Principes hos reges dicit, qui propter corrigendam vitam, et prohibenda adversa creantur, Dei habentes imaginem, ut sub uno sint cæteri. *Vis autem non timere potestatem? Bonum factio, et habebis laudem ex illa.* Laus ex potestate tunc surgit, cum quis innocens inventur.

(Vers. 4.) *Dei enim minister est tibi in bonum.* Manifestum est ideo rectores datos, ne malum fiat. *Si autem malefeceris, time; non enim sine causa gladium portat.* Hoc est, ideo comminatur, ut si fuerit contemptus, vindicet. *Dei enim minister est, vindex in iram, in eum qui male agit.* Quoniam futurum judicium Deus statuit, et nullum perire vult, hoc in sæculo rectores ordinavit; ut terrore interposito, omnibus velut pædagogi sint, erudientes istos quid servent, ne in poenam incidant futuri judicii.

(Vers. 5.) ^d *Idcirco subditi estote, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam.* Recte dicit subjectos esse debere non solum propter iram, id est, ultionem præsentem; parit enim ira vindictam: sed et propter futurum judicium; quia si hic evaserint, illic eos poena expectat, ubi accusante conscientia ipsa punietur.

(Vers. 6.) *Nam Idecirco tributa penditis; ministri enim Dei sunt, in hoc ipsam servientes.* Ideo dicit tributa præstari, vel quæ dicuntur fiscalia, ut subjectionem præstent, per quam sciunt non se esse liberos, sed sub potestate agere, quæ ex Deo est; principi tantum suo, qui vicem Dei agit, sicut Deo subjiciuntur, sicut dicit Daniel propheta: *Dei est*

A enim, inquit, regnum, et cui vult, dabit illud (Dan. iv, 14), Unde et Dominus: Reddite, inquit, quæ sunt Cæsaris, Cæsari (Matth. xxii, 21). Hæc ergo subjiciendi sunt sicut Deo, cujus subjectionis prolatio hæc est, cum illi pendant tributa.

(Vers. 7.) *Reddite ergo omnibus debita.* Reddi vult ab omnibus debita; quia et potentes sunt debitores minoribus, ut respondeant meritis illorum. *Cui tributum, tributum; cui vestigal, vestigal.* Primum ea quæ sunt potestati regis debita exsolvi jubet; quia major in his causa aut necessitas est. *Cui timorem, timorem.* Timorem potestati exhibendam, quia timor prohibet peccatum: deinde aut parenti, aut domino terreno; ut gratias agat in illis aut servo christiano. *Cui honorem, honorem.* Potest hic honor etiam circa eos esse, qui sublimes videntur in mundo; ut videntes humilitatem servorum Christi, laudent magis quam vituperent evangelicam disciplinam.

(Vers. 8, 9.) *Neminem quidemquam debeatis, nisi ut invicem diligatis.* Pacem vult nos habere, si fieri potest, cum omnibus, dilectionem vero ^e cum fratribus, et hæc tamen, honore servato. Idecirco autem debitores dicit; quia homini, qui dignus honore est, vive præsentem, -ive futuro, dignum est et debitum inclinari. Illi enim quis inclinatur, a quo honorem accepit: ideo debitor dicitur. Si enim non hoc feceris principi tuo, superbas es; aut enim merito quis, aut ætate honorandus est.

Qui enim diligit proximum, Legem implevit. Legem datam a Moyse implet, qui diligit proximum; nam novæ legis mandatum est etiam inimicos diligere. *Nam non adulterabis, non occides, non furaberis, non concupisces (Matth. v, 45).* Hoc Moyses scriptum accepit a Deo ad reformationem legis naturalis. *Et si quod est aliud mandatum, in hoc verbo summatur: Diliges proximum tuum sicut te ipsum; hoc scriptum est in Levitico (Levit. xix, 5).* Mandatum itaque prædictis mandatis, in dilectione impletur Legem significat, sicut dixit: *ad et sicut alia mandata, quæ nunc tacuit; tamen pro omnibus mandatis dilectio satisfacit.* Nam si se humanum genus ab **100** initio dilexisset, iniquitas in terris non esset; *exordium enim iniustitiæ discordia est.* Ideoque ^f *iniquitatis dilectio iniquitas est; quia quod male malum est, bono bonum est.*

(Vers. 10.) *Dilectio proximi malum non operatur; plenitudo enim Legis est dilectio.* Malum non operatur, quia bona est dilectio, ^g nec peccare potest illa, quæ Legis est perfectio. Per Legis verba ad sensum

^a Mas. aliquot, et ergo iusta timoris; quidam... jus est timore.

^b Nonnulli mss. et Gill. in marg. qui se terrore legis.

^c Mas. non peccati, non sunt timari boni operis, sed mali.

^d Mas. aliquot: Ideoque necessitate subditi estote.

^e Nonnulli mas., cum fratribus; et hoc erit nulli quidquam debere, unicuique in loco suo officium exhibere. Qui enim diligit, etc.

^f Sic omnes edit. et quidam mss.; alii autem male plures, iniquitatis dilectio inimica est; quia quod bonum est, bonum est: et quod malum est, malum est; nonnulli etiam, iniquitatis dilectio iniquitas est, sed quia male malum est, bono bonum est.

^g Gill. et Rom. edit. cum uno vel altero ms., nec peccari potest per illam.... evangelicum peccavit; Amerb. et Eras. cum paucis mss., nec peccari (Eras., peccare) potest illa.... evangelicum peccavit; alii mss. frequentes ut in textu.

evangelicum vult pervenire. Ideo enim quod summum est Legis, memorat; ut huic Evangelium societ, ostendens unius esse sensum auctoris. Sed quia tempore Christi addere aliquid oportuit, non solum proximos, sed inimicos diligere præcepit. Unde subditur: *Plenitudo Legis est dilectio (Matth. v, 43)*: ut justitia sit diligere proximum, abundans vero et perfecta justitia etiam inimicos diligere. Inimicum autem diligere quid aliud est, quam optare desinere illum ab odio, et nihil asperum petere adversus illum? Hoc est amare illum, ea illi exoptare per quæ Deum habeat propitium: hæc cælestis justitia, hæc Deo Patri similes facit, qui non colentibus se annua dona largitur. Nam et Dominus in cruce positus postulat pro inimicis (Luc. xxiii, 35); ut plenitudinem justitiæ quam docuerat, demonstraret.

(Vers. 11.) *Et hoc scientes tempus, quoniam hora est jam nos de somno surgere.* Tempus esse dicit, quo ad meritum proficere debeamus. Hoc est, de somno surgere, operari bonum, quasi in die, hoc est, palam; illicita enim nocte, id est, in abscondito fiunt. Jam enim in manifestatione positi, quod est in notitia Dei, agnoscentes quid sequi debeamus, dare operam debemus, ut pure viventes ad promissum præmium veniamus, excusso somno, id est, ignorantia sive negligentia.

Propior enim est nunc nostra salus, quam cum credidimus. Manifestum est, quia post lavacrum bene viventes, et charitati studentes, non longe sunt a merito resurrectionis promissæ. Bona enim vita christiani signum est salutis futuræ.

(Vers. 12.) *Nôx præcessit, dies autem appropinquavit.* Noctem veterem hominem significavit, qui per baptismum innovatus est. Hunc præcessisse dicit quasi noctem, diem autem appropinquasse, cujus lumine veritas nobis apparuit; ut sciremus quid agere debeamus. Prius enim ignorantes Christum, in tenebris eramus: at ubi didicimus, lux in nobis orta est; transivimus enim a falso ad verum.

Abjiciamus ergo opera tenebrarum, et induamur arma lucis. Tenebrarum opera sunt vita carnalis, quæ illecebris agitur sæcularibus: hæc digna est tenebris, sicut dicit Dominus: *Tollite illum; et ligatis manibus et pedibus, mittite in tenebras exteriores (Matth. xxii, 13)*. Induere vero arma lucis gesta sunt bona; quia sicut mali actus tenebris deputantur, quia occulte fiunt ab his qui male agunt: ita et qui bene agunt, palam agunt; quia non verentur, sed gaudent. Boni ergo actus arma lucis sunt, impugnantes tenebras, quæ sunt vitia carnis.

^a Mss. aliquot, quod est innocentia Dei.

^b Haud pauci mss. vocibus, salutis futuræ, subtexunt: *Cum baptizatus ergo unusquisque ad ventum pertinet, non ad coronam; ut postea in novitate vite ambulans, vicinus sit vitæ æternæ.* Quidam etiam addunt, nam significasti.

^c Nonnulli mss., appropinquasse, id est Solem justitiæ, etc.

^d Ita vet. edit. et mss. nonnulli, a quibus non recedit Rom. edit. nisi quod effert, vitia carnalis: alii autem mss. satis frequentes, vitia carnalia, quæ ille-

(Vers. 13.) *Sicut in die honeste ambulemus.* Verum est; ut quia publice non peccatur, sic agamus quomodo agitur publice; nihil enim tam publicum, quam veritas.

Non in comessationibus et ebrietatibus. Comessationes sunt luxuriosa convivia, quæ aut collatione omnium celebrantur, aut vicibus solent a contubernaliis exhiberi; ut neminem illic pudeat aliquid inhoneste dicere aut facere; quia unusquisque præsumit, quod suum convivium sit. Solent enim in aliena mensa pudore coereri; sed hic ad hoc convenitur, ut læta illic gerantur copia vini, et incitentur libidinis diversa voluptas. Ideo vitanda præcipit hujusmodi convivia.

Non in cubilibus et impudicitis. Post luxuriosum convivium et ebrietatem hoc subicit, quod sequitur, id est, concubitus impudicus; hic enim hujus lascivitatis est fructus.

Non in contentione et æmulatione. Recte ab his coerceri monet; quia omnis contentio et zelus inimicitiam parit, quas tenebras vocat; quia ad lucis præmium pervenire non possunt.

101 *Sed induite Dominum Jesum Christum, et carnis curam ne feceritis in concupiscentiis.* Curam carnis prohibet, id est voluptatem; ut omne quod prohibetur per Legem, non desideretur, aut certe desideratum vincatur. Ipsa sunt enim opera carnis; ut his exuti induant Dominum Jesum Christum, id est, innovati per Christum, ab his malis se retineant. Illic enim induit Christum, qui se ab omni errore et turpitudine separaverit; ne in convivio nuptiarum sine veste nova inveniat, turpiterque abjectus tenebris mancipetur (Matth. xxii, 11): si quoniam, non sunt induti Jesum Christum Dominum, super cujus novam vestem veteres pannos induunt; exutis enim veterem hominem in novitate vitæ manendum est.

CAPUT XIV.

(Vers. 1.) *Infirmum autem in fide assumite, non in disceptatione cogitationum.* Quoniam ex Judæis erant, qui Romanos ad nomen Christi assumpserant, admixta Lege, sicut in primordio epistolæ memoravi; ideo quibusdam videbatur prohibitam carnem edere non debere; aliquibus autem qui sine Lege Christum sequebantur, videbatur contra Legem licere edere. Et per hoc ipsum disceptationes erant inter eos, quas Apostolus concordie et salutis studens, divina disputatione aufert ostendens neque edenti prodesse apud Deum, neque non edenti obesse. Infirmum esse dicit, qui propterea quod Judæi prohibiti

carnis agunt sæcularibus, hæc tenebris digna sunt.

^e Rom. edit., illic congeratur copia vini.

^f Amerb., Eras. et mss. non pauci, hoc genus hujus lascivitatis; Gill. et Rom. edit. cum aliis mss., hic enim hujus lascivitatis; Rom., lasciviam.

^g Ita mss. plures ac potiores: alii autem, et edit., ne in convivio nuptiarum; Rom. edit., celestium nuptiarum, sine veste ejus inventus, turpiter abjectus, etc.

^h Rom., edn., in novitate vitæ ambulandum est.

ⁱ Eadem Rom. edit., ad fidem Christi.

sunt, timet edere. Hunc ergo vult remitti iudicio suo, ne scandalum passus, a charitate, quæ quasi mater est animarum, recedat cum mentis perturbatione; cum christiani pacifici debeant esse et quieti.

(Vers. 2.) *Alius enim credit edere omnia.* Hic fiducia lectionis non dubitat omnia edenda, quæ data sunt humanis usibus. Legit enim in Genesi omnia bona valde esse (Gen. 1, 31), quæ creavit Deus; ideo nihil rejiciendum, quia neque Enoch, qui primus Deo placuit: neque Noe, qui in diluvio solus justus inventus est: neque Abraham ille amicus Dei, aut Isaac, aut Jacob justus et Dei amici, inter quos et Loth fuit, aut cæteri justus ab his abstinuisse leguntur.

Is vero qui infirmus est, olera manducet. Igitur quia hoc putat, ut ille olera edat: ideo suadendum non est, ut carnem edat, ne cum scrupulo edat, et videatur peccare; quia propositum suum non custodit.

(Vers. 3.) *Itaque qui edit, non edentem non spernat: et qui non edit, edentem non judicet.* Quia voluntatis est edere, aut non edere; ac per hoc quæstio huic fieri non debet. Ad hoc enim facta sunt omnia, ut voluntati subjaceant; quia dominio humano subjecta sunt.

Deus enim illum assumpsit. Assumptus est a Deo, dum ad gratiam vocatus est.

(Vers. 4.) *Tu quis es, qui judicas alienum servum? Suo domino aut stat, aut cadit.* Manifestum est servum non debere conservi voluntatem judicare, cui lex in hac parte tradita non est; nam qua conscientia edat, aut non edat, Deus iudex est cujus servus est.

Stabit autem, potens est enim Deus statuere illum. Stabit, inquit, domino suo, propterea quia neque si edat, reus erit; neque si non edat, culpabilis; si tamen devotione hoc agat, non evitans hanc velut contrariam.

(Vers. 5.) *Nam alius quidem judicat diem interdium:* hoc est, alicui placet interpositis diebus edere. Nam sunt quidam, qui quarta feria carnem non edendam statuerunt; sunt qui sabbatis, sunt iterum qui a pascha usque ad pentecosten edant.

Alius autem judicat omnem diem. Hic omnem diem judicat, qui numquam edit. *Unusquisque in suo sensu abundet:* hoc est, unusquisque suo consilio remittatur.

(Vers. 6.) *Qui sapit diem, Domino sapit.* Verum est, quia qui semper abstinens est, Deo placere se putat. *Et qui edit, Domino edit.* Domino edit; quia gratias agit Creatori. *Et qui non edit, Domino non edit, et*

^a Ms. Carn. et alii aliquot, qui tertia feria. Et paucis interjectis, pro usque ad pentecosten non edant, ms. Corb. legit, usque ad quinquagesimam non manducant.

^b Omnes edit. ac plures mss., et bona creata: melius tamen alii nonnulli, et bonam creatam. Et continuo post, ubi vet. edit. et multi mss., sed se dissimulat ab ea non condemnare; Rom. edit., .). . ob ea condemnari; commodius alii ut in contextu.

^c Hic textus in cod. bene multis desideratur. In-

A *gratias agit Deo.* Gratias agit, dum fatetur Dei esse creaturam, et bonam creatam; sed se dissimulare ab ea, non condemnare.

(Vers. 7.) *Nemo enim nostrum sibi vivit, et nemo sibi moritur.* Sibi **102** viveret aliquis, si non ageret sub Lege: at qui freno Legis gubernatur, non sibi utique vivit, sed Deo qui Legem dedit, ut secundum voluntatem ejus vivat. Et qui moritur, simili modo Deo moritur, quo iudice aut coronabitur aut condemnabitur.

(Vers. 8.) *Sive enim vivimus, Domino vivimus; sive morimur, Domino morimur.* Idem est sensus. *Sive ergo vivimus, sive morimur, Domini sumus.* Verum est omnes nos Domini esse quasi servos in conditione et Redemptoris dominio, et unumquemque pro merito suo tractari.

(Vers. 9.) *In hoc enim Christus mortuus est, et resurrexit; ut et mortuorum et vivorum dominetur.* Per Christum Dominum facta est creatura, quæ per peccatum alienata est ab auctore, facta captiva: quam Deus Pater, ne opus ejus periret, misso Filio suo de cælis ad terras, docuit quid faciendo manus piratarum effugeret. Propter quod et occidi se passus est ab inimicis; ut descendens ad inferos, quia innocens erat occisus, reum faceret peccatum; ut quos tenebat apud inferos, amitteret. Quoniam ergo vivis ostendit viam salutis, ac se obtulit pro eis, mortuos vero liberavit de inferno, tam vivorum quam mortuorum dominatur; ex perditis enim iterum reformavit sibi illos in servos.

(Vers. 10.) *Tu autem quid judicas fratrem tuum in non edendo? aut tu quare spernis fratrem tuum in edendo? Omnes enim stabimus ante tribunal Christi.* Docet non oportere judicare in hac re; tum quia non continetur in Lege, præterea cum Deum iudicem expectemus.

(Vers. 11.) *Scriptum est enim: Vivo ego, dicit Dominus, quia mihi flectetur omne genu, et confitebitur omnis lingua Deo (Esaï. xlv, 24).* Hoc in Esaia scriptum est; quia omnis lingua confitebitur Deo in fide Christi. Nam quia occisus resurrexit futurus iudex, recte ait: *Vivo ego, dicit Dominus;* et non solum vivo, sed et iudicaturus sum, et inimici stupebunt in me, et genu flectent, cognoscentes me Deum de Deo.

D (Vers. 12.) *Itaque unusquisque nostrum pro se rationem reddet Deo.* Quoniam, inquit, nos pro nobis invicem reddituri sumus rationem, non nos in hac parte, quæ supra scripta est, alterutrum condemnemus.

fra quoque ubi vet. edit. ac mss. aliquot, *Christus et vixit et mortuus est;* Rom. edit. cum pluribus mss. expungit, *et vixit.*

^d Voces in non edendo, et infra, in edendo, in edit. Rom. jugulatae sunt.

^e Corb. cod., *Nam qui occisus est, resurrexit.*

^f Omnes edit. et mss. aliquot, *et inimici fitebuntur me;* nonnulli in me; cæteri, qui et probatiores, nobis adstipulantur.

(Vers. 13.) *Non ergo amplius invicem judicemus*, A id est, scientes hoc, cessemus a discordia. *Sed in hoc judicate magis, ne ponatis offendiculum fratri, vel scandalum.* In eo judicandum monet, ^a quod prosit, quod potest et auctoritate legis defendi: nulli autem fratrum carnem edenti aut non edenti fiat scandalum.

(Vers. 14.) *Scio et confido in Domino quia nihil commune per ipsum.* Manifestum est quia Salvatoris beneficio omnia munda sunt, qui de sub jugo Legis eruens homines et justificans, reddidit statum pristinae libertatis; ut digni sint uti tota creatura, sicut et veteres sancti. Qui autem adhuc sub Lege sunt, non licet illis uti aut edere, quæ prohibet Lex; quia indulgentiam datam spernunt. Non enim secundum naturam suam, sed cum contra edictum eduntur, imunda sunt. Denique in Lege ait: *Erunt immunda vobis, etc. (Levit xi, 4).*

Et plane qui existimat aliquid esse commune, illi commune est. Sive qui ex Judæo christianus est, sive gentilis fidelis putat esse aliquid tale vitandum, ipse est ^b quem supra infirmum dicit; dubitando enim est infirmus. Apud istum immundum est, quod putat non edendum: et quia non hoc superstitione facit, sed timore, suo judicio remittendum.

(Vers. 15.) *Num si propter escam frater tuus contristatur, jam non secundum charitatem ambulat.* In alia epistola dicit: *Esca ventri, et venter escæ; et hunc et has Deus destruet (I Cor. vi, 13).* Quia non de esca aut placet quis Deo aut displicet; ideo charitatem sectandam monet, qua nos Deus liberare dignatus est; sic enim ait: *Deus autem propter ^c charitatem nimiam misertus est nostri (Ephes. ii, 4!).* Qui ergo hujus beneficii memor est, hanc excolit, nec illi aliquid anteponit: sed prætermittit maxima, quæ scit promissionem non parere apud Deum.

Noli cibo tuo perdere illum, pro quo Christus mortuus est. Quantum valeat salus fratris, ex morte Christi cognoscitur. **103** Itaque qui scit quantum consistet, confirmare illum debet, non scandalizare; ut ex re frivola faciat illi scrupulum: et incipiat hæsitare an manducanda caro sit, necne, qui forte simpliciter edebat, securus de conscientia sua. At vero cum adeunt controversiæ, incipiet perturbatione in Dei creaturam peccare, et erit in injuriam Creatoris, quæ proficiet ad perditionem dubitantis.

(Vers. 16.) *Non ergo blasphemetur bonum nostrum.* Hoc est, doctrina Dominica, cum sit bona et salutaris, non debet per rem frivolam blasphemari; blasphematur autem, cum dubitatur de Dei creatura. Potest et sic intelligi bonum nostrum blasphemari, quia qui bona opera habet, si in alia reprehendatur re minima, bonum illud suum offuscat, et incipiet bonum ejus blasphemari per malum ejus, sicut scri-

^a Mss. nonnulli, quod prodit.

^b Edit. ac pauci mss., quem Scriptura infirmum dicit.

^c Mss. aliquot., propter charitatem suam, quæ dilexit nos, misertus est nostri.

^d Ita mss. longe plurimi: alii vero nonnulli, atque

ptum est in Ezechiele: *Justitia justii non proficiet, si erraverit (Ezech. xxxiii, 12).* Tale est, ^d si quis aliquid vitii forte decorus habeat in fronte, aut nasum collisum; unde deformetur species ejus. Ideoque illa monet sectanda, quæ bonis reliquis non tollant favorem.

(Vers. 17.) *Non est enim regnum Dei esca et potus.* Manifestum est quia nemo per escam placet Deo aut displicet. *Sed justitia, et pax, et gaudium in Spiritu sancto.* Hos in regnum Dei dicit intrare, qui justitiam sequuntur, sed christianam habentes pacem, quam Dominus dedit, dicens: *Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis (Joan. xiv, 27);* ex qua oritur gaudium in Spiritu sancto. Disceptatio autem non habet gaudium, sed iram; ideo non illic respicit Spiritus sanctus, quia gaudet in solis pacificis. Sicut enim ex nobis contristatur, sic et gaudet in nobis.

(Vers. 18.) *Qui enim in hoc servit Christo placet Deo, et probatus est hominibus.* Quoniam Christus nos redemit, ideo ait: *Qui in hoc ^e servit Christo, quasi redemptori, placet Deo.* Quare? Quia ipse misit Christum, ut redimeret genus humanum, sicut ipse Dominus ait: *Qui non honorificat Filium, non honorificat Patrem, qui misit illum (Joan. v, 23).* Qui ergo placet Deo, probatus est hominibus. Quomodo? Accepit enim donum, per quod appareat dignus Deo.

(Vers. 19.) *Itaque quæ pacis sunt, sectemur: et quæ ædificationis sunt, invicem custodiamus.* Quoniam disceptatio discordiam parit, ideoque ut pacifici ^f esse possimus, ab intentione edendi aut non edendi dissimulare nos docet. *Ædificationis autem viam sequi hortatur, ut cum pace ea conferamus, per quæ invicem nos ædificemus, ab iis quæ infructuosa sunt et magis contraria declinantes.* Collatio enim potest prodesse, est enim excitans mentem; si tamen vincendi studium contemnatur: hoc est enim quod parit litem.

(Vers. 20.) *Noli propter escam solvere opus Dei.* Homo opus Dei est per creationem, et iterum opus Dei est, dum reformatur per regenerationem. Et esca opus Dei est, sed non homo propter escam, sed esca propter hominem: multum ergo distat; ideo noli, inquit, hoc opus Dei quod præclarum est, dissolvere propter id, quod humillimum est. Hoc est saluti fratris studere, non curam escæ agere, ut fratrem contristes. Beneficium enim Dei irritum facit, qui fratrem liberatum a peccato per disceptationem rursus provocat ad peccandum, solvens in ipso opera Christi quæ gessit, ut hominem a peccato liberaret.

Omnia quidem munda sunt. Verum et manifestum est omnia munda esse: quippe cum in Genesi legatur, omnia quæ Deus fecit, esse bona valde; *Sed malum est homini, qui per offensionem edit (Gen. i, 31).* Cum ergo per naturam omnia bona et munda sint, edit., *Si quis decorus novum forte habeat, etc.*

^e Mss. hand pauci, placet Christo, id est, ut nulli scandalum faciat, congruè obsequitur redemptori.

^f Rom. edit. sola, esse possimus, a contentione edendi.

ita et ex David rege ortum haberet juxta carnem; A gratiam assecutos, quam assecuti erant Judæi, qui ideo radix Jesse arbor David, quæ fructum fecit per ramum, qui est Maria virgo, quæ genuit Christum.

(Vers. 13, 14.) *Deus autem spei repleat vos omni gaudio et pace in credendo; ut abundetis in spe et virtute Spiritus sancti. Certus sum autem, fratres, et ego ipse de vobis, quia et ipsi pleni estis dilectione, repleti omni scientia; ita ut possitis alterutrum monere. Hæc exhortationis sunt; per laudem enim provocat eos ad meliorem et intellectum et vitam. Qui enim videt se laudari, data opera elaborat ut vera sint quæ dicuntur. ^a Ideo non dixit, ut invicem se doceant, sed admonent; hoc enim solet moneri, quod cum sciatur, aliquando subterfugit animo. Cætera non sunt obscura, ut indigeant explanatione.*

(Vers. 15, 16.) *Audacius autem scripsi vobis, fratres, ex parte, tamquam in memoriam vos reducens, propter gratiam quæ data est mihi a Deo; ut sim minister Christi Jesu in gentibus, sanctificans Evangelium Dei, ut fiat oblatio gentium accepta et sanctificata in Spiritu sancto. Non enim temere se scripsisse significat, auctoritatem enim sibi datam per Dei gratiam dicens, ut omnibus gentibus audeat scribere, admonens et confirmans propositum eorum in Christo; ut sollicitudinem suam ostendat in ministerio Evangelii, quasi inagister gentium, et sacrificium eorum possit acceptum fieri sanctificationis causa in Spiritu sancto. Quidquid enim fide integra, et mente sobria offertur, a Spiritu sancto purificatur.*

(Vers. 17-19.) *Habeo igitur gloriam in Christo ad Deum; non enim audeo aliquid loqui eorum, quæ per me non efficit Christus in obedientiam gentium verbo et factis, per potestatem signorum et prodigiorum in virtute Spiritus sancti. Gloriam habere se dicit ^b apud Deum per Christum Jesum; credens enim, et serviens Christo Jesu in conscientia pura, meritum sibi fecit apud Deum Patrem, in tantum ut nihil deesse dicat, quod non per illum operatus sit Christus ad exhortationem gentium, dando signa et prodigia per manus ejus, ut prædicationem ejus virtus commendaret. Hinc est unde gloriam se ostendit habere in Christo ad Deum; serviens enim Christo gloriam habet ad Deum, in tantum ut in digere non habeat aliquid divinæ virtutis, quod sibi præstitum non sit a Deo: sed omnia se, quia idoneus inventus est dispensator, consecutum, quæ ad conversionem gentium per signorum virtutem proficerent, proficitur. ^c Quod eo proficit, ut se non minus potuisse probet, quam cæteri apostoli, qui fuerant cum Domino: nec aliquid minus inter gentes virtutum operatum esse Deum; ut per hoc ipsum crescant, videntes hanc se*

^a Rom. edit. cum paucis mss., *Ideo non dixit; sola, sed admonet.* At post voces, *subterfugit animo*, Gill. ac Rom. edit. subnectunt, *aut negligenter habeatur, quod nusquam alibi nisi in Thuan. cod. nobis occurrit.*

^b Edit. Rom. sola, *apud Deum in Christo Jesu.*

^c Sic omnes edit. et mss. aliquot: reliqui vero, *quod ideo dicit, ut nihil se minus potuisse, etc.*

^d Rom. edit. sola, *Illic autem prædicare nisus sum.*

^e Rom. edit. cum uno vel altero mss., *et ut recta linea, etc.* Corb. cod., *ut integrum atque incolumis ab*

gratiam assecutos, quam assecuti erant Judæi, qui sibi prærogativam vindicant Patrum.

(Vers. 20.) *Ita ut ab Hierusalem in circuitu usque Illyricum repleverim Evangelium Dei, et Filii ejus Christi. ^d Sic autem prædicavi Evangelium, non ubi nominatus est Christus; ne supra alienum fundamentum ædificarem. Non sine causa illic se prædicare niti dicit, ubi non nominatus est Christus; sciens enim pseudoapostolos aliter quam oportebat, Christum tradere (ad hoc enim circumibant, ut sub nomine*

107 *Christi aliis dogmatibus populum manciparent, quod postea corrigere maximi erat laboris), idcirco prævenire voluit, ut inviolatæ prædicationis verba traderet audientibus, ^e et ut integra linea superficies ordinata incolumis fundamenti robur haberet. Et quia magister datus est gentibus, oportebat eum sollicitè hoc curare, ut illic doceret, ubi Christus non fuerat nuntiatus; et ut auctoritatem suam firmaret, et laborum suorum plenum fructum haberet ex iis, quæ plantaverat. Hinc est unde omnia loca ^f Ecclesia occupavit; hæreses enim postea subtilitate malignantes, sub nomine Christi Legis et fidei sensum corrumpere nitebantur. Quod testimonio Legis monuit dicens:*

(Vers. 21.) *Sed sicut scriptum est: Quia quibus non est annuntiatum de eo, videbunt: et qui non audierunt, intelligent: in Esaia habetur (Esaï. LII, 15). Ut ergo hic intellectus verus atque inviolabilis esset de vero Dei Filio, se festinus semper dicit imbucere gentes evangelica veritate:*

(Vers. 22-24.) *Propter quod impediabar plurimum venire ad vos. Nunc vero ulterius locum non habens in his regionibus, cupiditatem autem habens veniendi ad vos ex multis jam præcedentibus annis; cum in Hispaniam proficisci cæpero, videbo vos, ^g et a vobis deducar illuc, si vobis primum ex parte fructus fuero. Quod in capite epistolæ memorat dicens: Quia sæpe, inquit, proposui venire ad vos, et prohibitus sum usque adhuc (Rom. I, 13). Nunc absolvit, ostendens qua causa impeditus sit; ut volens venire aliud ageret, quod imminabat, ut excluderet pseudoapostolorum prava commenta: et denique postquam omnibus in circuitu prædicavit, jam vacare sibi dicit venire Romam, quod olim optaverat. Romanos igitur, quia in Legem inducti fuerant, interim per epistolam corrigit. Illos autem qui non audierant adhuc prædicationem, utilius esse præsentia sui doceri: ut fundati recta fide difficile ^h aliud aliquid reciperent. Venturum tamen se promisit tempore, quo ad Hispanias erat iturus; quia illic Christus non erat prædicatus, ut occuparet mentes illorum; et quia pseudoapostolus *aliena superficie fundamentum persisteret: cæteri, et edit. ut in textu.**

ⁱ Omnes edit. ac mss. aliquot, *Ecclesiæ occuparet. Cæteri commodius, Ecclesiæ occuparet. Iterum pro subtilitate malignantes, quidam mss. præferunt, subtilitate malignitatis.*

^k Vet. edit. ac plures mss., *et a vobis præmitti; Rom. edit.,... præmittar; cod. Flor. ac Vind.,... deducar.*

^l Corb. codex, *aliud aliquid repererent.*

lis difficile fuit iter ad illos; ideo tardius si iret, non erat molestum.

(Vers. 25, 26.) *Nunc vero proficiam in Hierusalem ministrare sanctis; probaverunt enim Macedonia et Achaia collationem aliquam facere in pauperes sanctorum, qui sunt Hierusalem.* Prius tamen iturum se dicit ministrare sanctis Hierusalem: per quam rem Romanos scire vult quia huiusmodi operibus stutendum est: qui enim per misericordiam vivunt, et iustificati sunt apud Deum, ^a huic inservire debent.

(Vers. 27.) *Debitorum enim sunt eorum; quoniam si spiritualium eorum participes factae sunt gentes, debent et in carnalibus ministrare eis.* Quippe cum debitores eos dicat Judaeorum credentium; ut sicut in spiritualibus participes eorum facti sunt, ita et hi communiter corporalibus necessitatibus illorum; ut gaudentes ex Judaeis credentes collaudent providentiam Dei in salutem ipsorum, per ministerium eorum. Hi enim totos se divinis dedentes obsequiis, nihil mundanum curantes, exemplum bonae conversationis praebant credentibus. In tantum denique nos humanos ad misericordiam vult esse Apostolus, ut et debitores nos dicat circa eleemosynam largiendam, et bonis operibus exercendam cum alacritate cordis: quia qui misericordiam a Deo sperat, debet esse misericors; ut probet se recte hanc sperare: quia si homo miseretur, quanto magis Deus! Retributio enim haec est vel merces, ut qui accipiunt misericordiam, misericordiam faciant. Unde Dominus: *Beati, inquit, misericordes (Math. v, 7); ipsorum enim miserebitur Deus.*

(Vers. 28, 29.) *Hoc igitur cum consummavero, et assignavero eis fructum hunc, proficiam per vos in Hispaniam.* Scio enim quoniam veniens ad vos, in abundantia benedictionis Christi veniam. Certus igitur de dispositione et gratia Dei, promisit se in abundantia benedictionis venturum, quam praedicat Christi. Benedictio autem haec signorum virtus est, per quam confirmati sunt.

(Vers. 30, 31.) *Obsecro ergo vos, fratres, per Dominum nostrum Jesum Christum, et per charitatem Spiritus sancti; ut sollicitudinem impartiamini mihi in orationibus pro me ad Dominum, ut liberer ab infidelibus, qui sunt in Iudaea.* Dehinc orat ut **108** adjuvetur in orationibus, ut evaderet manus Judaeorum infidelium: non quia ipse minus mereatur; sed ordinem sequitur, ut ab Ecclesia fiat oratio pro rectore suo. Multi enim minimi dum congregantur unanimes, sunt magni: et multorum preces ^b impossibile est ut non impetrent. Si ergo et ipsi cupidi sint videndi Apostolum, impensius orent; ut inde liberatum possint suscipere illum in gaudio charitatis.

(Vers. 32.) *Ut et munerum meorum ministratio accepta fiat in Hierosolyma sanctis; ut veniam ad vos cum gaudio per voluntatem Jesu Christi, et refrigerer vobiscum.* Etiam hoc orandum dicit, ut ministratio mune-

rum ejus accepta fiat sanctis in Hierusalem, et omnia cum voluntate Dei facere se ostendat; ut quia devotus est animus ejus ad ferenda munera, etiam illorum animus Dei iudicio respondere sibi vult; ut intellecta charitate illius erga se, cum illo unanimes Deo gratias agant. Magnus enim profectus est ei, cujus ministerio laeti effecti, Deum laudibus prosequuntur.

(Vers. 33.) *Deus autem pacis sit cum omnibus vobis. Amen.* Deus pacis Christus est, qui ait: *Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis (Joan. xiv, 17),* quem optat esse cum his, sciens dixisse Dominum: *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi (Math. xxviii, 20).* Tales ergo istos cupit esse, ut sit cum illis Dominus Christus Jesus, qui amputata omni discordia erroris humani, dedit ac ostendit quid sit verum; ut in ipsa veritate maneat pacifici.

CAPUT XVI.

(Vers. 1, 2.) *Commendo autem vobis Phæben sororem nostram, quae est ministra Ecclesiae apud Cenchrus; ut eam suscipiatis in Domino digne sanctis: et assistatis illi, in quibuscumque desideraverit vestri; etenim ipsa quoque astitit multis, et mihi.* Phæben venientem commendat sororem communem, ^c id est, de Lege: quam ut merito commendet, ait hanc ministram esse Ecclesiae Cenchrus; et quia multis adiutorio fuit, digne ipsam dicit adjuvandam peregrinationis causa. Ut autem sine intermissione excipiendam illam et assistendum illi in necessitate, si pervenisset, suaderet, etiam sibi illam adfuisse testatur; ut quanto sublimior persona ejus caeteris sit, tanto magis reddi huic debitum obsequium per charitatem ostenderet.

(Vers. 3-6.) *Salutate Aquilam et Priscillam adiutores meos in Christo Jesu, qui pro anima mea suas cervices supposuerunt, quibus non solum ego gratias ago, sed et cunctae Ecclesiae gentium, et domesticam eorum Ecclesiam.* Hi ex Judaeis fuerunt, qui credentes facti sunt socii laboris Apostoli; qui ita recte crediderant, ut etiam ipsi exhortarentur caeteros ad fidem rectam. Denique Apollo quamvis fuerit exercitatus in Scripturis, ab his tamen viam Domini diligentius instructus est: ideo socios laboris sui dicit eos, sed in Christo Jesu; cooperarii enim ejus fuerunt in Evangelio Dei. ^d Aquila vir Pricillae est, quos non otiose Romam venisse manifestum est; propensiores enim erant in Dei devotione: nam ad confirmationem Romanorum ii omnes, quos salutavit, ex his fuisse intelliguntur. Unde dicit non solum se, sed et omnes gentium Ecclesias gratias his referre, tangens et Romanos, ut his obediant, quos ad profectum gentium audiunt laborare ad exhortandam fidem in Christo. Quos in tantum laudat, ut pericula pati pro eo non abnuerent; inimicitias enim et Judaeorum et falsorum fratrum subire non aspernati sunt, dummodo Apostolum obsequiis et charitate juvarent. Falsi fratres ii erant, qui credentes in Chris-

^a Cod. Thuan., Flor. et Vind., *pios se debent exhibere fratribus.*

^b Ms. Corb., *impossibile est contemni.*

^c Nonnulli mss., *id est, diligenti.*

^d Mss. Flor. ac Vind., *Aquila viri et Priscilla sunt: Male.*

tum; Legem tamen servandam dicebant, non sufficere ad plenum salutis effectum Christam patentes: quod Apostolus destruebat, quare et persecutiones ab his perpetiebatur. Horum etiam domesticos et vernaculos salutem, quos Ecclesiam appellat; quia sanctorum virorum erant discipuli circa fidem.

Salutate Eptenetum dilectum mihi, qui est primitivus Asiae in Christo. Hujus Epteneti etiam presentem dignitatem non tacet; ut ostendat ^a et dignitatis viros credere, et invitet priores Romanorum ad fidem, aut certe ut humiles crederent.

Salutate Mariam, quae multum laboravit in vobis. Commonet **109** hos nomine Mariae, quam intelligimus ad exhortationem illorum Impensis laborasse, ut gratias illi agant.

(Vers. 7.) *Salutate Andronicum et Sittam cognatos et concaptivos meos, qui sunt insignes in apostolis, qui ante me fuerunt in Christo Jesu.* Hos cognatos et juxta carnem et secundum spiritum, quomodo et Angelus dixit ad Mariam: *Ecce Elizabeth cognata tua*, etc. (Luc. 1, 38), quos etiam apostolis prioribus obsecutos cum testimonio sui declarat, et secum parem captivitatem passos fidei causa; ideoque istos plenius honorandos.

(Vers. 8.) *Salutate ^b Ampliatum dilectum meum in Christo.* Hunc quasi amicum salutem, sed in Domino amicum; non tamen qui interfuerit labori ejus aut captivitati.

(Vers. 9.) *Salutate ^c Urbanum adiutorem meum in Christo.* Non solum istum suum adiutorem dicit, sed et ceterorum fuisse socium in exhortatione credulitatis. *Stachyn quoque dilectum meum.* Hunc Stachyn quamvis dilectum vocet, tamen subjicit illum Urbano participi operis evangelici.

(Vers. 10.) *Salutate Appellem probatum in Christo.* Hunc Appellem non quasi amicum suum, aut participem operis salutem: sed propter quod tentationibus probatus est, et in Christo fidelis inventus.

(Vers. 11.) *Salutate eos, qui sunt ex Aristobuli domo.* Aristobulus iste congregator fuisse intelligitur fratrum in Christo: cujus factum sic probat, ut eos quos congregabat, dignos salutatione sua designet.

Salutate Herodionem cognatum nostrum. Hunc quem cognatum tantum vocat, ostendit devotum in charitate renascibilitatis; non tamen vigilantiam illius designavit.

Salutate eos, qui sunt ex Narcissi domo, qui sunt in Domino. Narcissus hic illo tempore presbyter dicitur fuisse, sicut legitur in aliis codicibus. Et quia praesens non erat, ^d videtis qua causa eos in Domino salutem ut sanctos, qui ex ejus erant domo. Hic

^a Edit. omnes, et dignitatos credere: mss. vero alii, et dignos hos, aut digniores hos credere; alii, et dignatos hos credere; nonnulli demum, et dignitatis viros credere, ubi etiam addit Corb. ac Thuan., et inclini ad fidem.

^b Amerb. cum uno vel altero ms., *Ampliatum*; Gill. et Eras. cum aliis cod. nonnullis, *Ampliatum*; Rom. edit. sola, *Ampliam*; caeteri mss. magno numero, *Ampliatum*; nonnulli addunt *charissimum*.

A autem Narcissus presbyter officio peregriniungebatur, exhortationibus firmans credentes; et quoniam non sciebat Apostolus merita illorum, qui cum illo fuerant, sic dixit: *Salutate eos, qui sunt ex Narcissi domo in Domino*; hoc est, quos scitis esse dignos ex his salutatione mea, qui in Domino posuerunt spiritum suam, illos salutem nomine meo.

(Vers. 12.) *Salutate Tryphonem et Tryphosam, quae laborant in Domino.* Has uno honore dignas declarat in Christo.

Salutate Perisidem charissimam, quae multum laboravit in Domino. Ista anteposita videtur supradictis; quia *multum laboravit in Domino*. Labor hic in exhortatione est, et in ministerio sanctorum, et in pressura, et in egestate propter Christum; quia domos suas relinquebant fugati, et opprobrio erant infidis.

(Vers. 13.) *Salutate Rufum electum in Domino, et matrem ejus et meam.* Ideo istum Rufum praeposuit matri propter electionem administrationis gratiae Dei, in qua mulier locum non habet; electus enim erat, id est, promotus a Domino ad res ejus agendas. Matrem tamen tam sanctam habuit, ut Apostolus suam quoque matrem hanc vocaret.

(Vers. 14.) *Salutate ^e Asyncletum, Phlegonem, Herman, Patrobam, Hermen, et qui cum eis sunt, fratres.* Hos simul salutem; quia sciebat eos esse concordem in Christo, hoc est, junctos in amicitiam Christianam. Salutem simul et fratres, qui erant cum eis, quorum nomina praetermisit.

(Vers. 15.) *Salutate Philologum, et Juliam, et Nereum, et sororem ejus Olympiadem, et omnes qui cum eis sunt, sanctos.* Hi omnes unanimiter intelliguntur fuisse, quos hac causa simul salutem, quorum meritum ex iis, qui simul cum eis erant, dignoscitur; sanctus enim nuncupat eos, ut merito illos salutem viderentur.

(Vers. 16.) *Salutate invicem in osculo sancto.* Omnes quibus scribit, et quos nominat, jubet salutem se invicem in osculo sancto, id est, in pace Christi, non in desiderio carnis, sed in Spiritu sancto; ut religiosa sint oscula, non carnalia.

Salutant vos omnes Ecclesiae Christi. Per hoc intelligitur dici Ecclesiam, quae non sit Christi. Unde et David conspirationem ignorantium Ecclesiam malignantium vocat (Psal. xv, 5). Omnium ergo locorum illorum Ecclesias dicit eos salutem, ut crescant in fide. Hoc ergo ad superiorem sensum retulit; ut ostendat Christum esse, in quo salus est, et hanc esse cujus populus fidelis est, et cujus nutu vivit cuncta creatura. **110** Auctor enim vitae hic est, sicut dicit Petrus apostolus (Act. iii, 15), non

^e Mss. aliquot, *Urbanum participem operis nostri*.

^d Vet. edit. cum paucis mss., *videris qua causa*. Paucis vero interjectis Rom. edit. sola, *Narcissus presbyteri officio peregreungebatur*.

^e Ita vet. edit. ac plures mss.; alii autem nonnulli, *Asyndetum*; Rom. edit., *Asyncritum*.

^f Gih. ac Rom. edit. cum mss. quibusdam, et sororem ejus et Olympiam.

Lex in qua quidam illorum putabant sperare debere. A

(Vers. 17-19.) *Oro autem vos, fratres, ut observetis eos, qui dimensiones et offendicula præter disciplinam, quam vos didicistis, faciunt; et declinate ab illis. Hi enim tales Christo Domino Jesu non serviunt, sed suo ventri: et per illecebras ac blandimenta sermonum depravant corda innocentium. Vestra enim obedientia in omni loco divulgata est. Hoc loco de personis proripit pseudoapostolorum, quos in tota epistola cavendos monuit, sicut et nunc: sed sine manifestatione traditionem illorum compressit. Hi enim cogebant credentes Judaizare, ut Dei beneficium circa se inanirent, sicut supra memoravi; compositis enim genealogiæ verbis, tractatus sibi coaptabant ad commendationem traditionis suæ, per quos simplicium corda deciperent.*

Vestra enim obedientia, inquit, in omnem locum divulgata est. Hoc est quod in primordio epistolæ dicit (Rom. 1, 8), quia fides vestra prædicatur in universo mundo, hoc significat, quod securus sit de obedientia eorum. Erat enim incredulum ^a quod se subicerent post cognitam veritatem rei stultæ quasi prudentes.

Gaudeo igitur in vobis. Et hic sensus de superiore parte epistolæ est; gaudet enim quia Romani, qui regnum habere videntur, subjecerunt se fidei christianæ.

Volo vos proficere, ut eruditi sitis in bonum, rudes vero in malum. Eruditus in bono hic est, qui bona operatur: rudes autem in malo ii sunt, qui ignorant opera mala, id est, usum malitiæ nesciunt.

(Vers. 20.) *Deus autem pacis conteret satanam sub pedibus vestris velociter; id est brevi.* Hoc de adventu suo dicit, quia adventus ejus opprimeret diabolum ob hoc, quod isti spiritalem gratiam accepturi erant; cui rei invidet satanas, quia vult homines permanere in errore; cætera ut discrepent, cum sint unius professionis.

Gratia Domini nostri Jesu Christi vobiscum. Gratiam quam promisit illis in adventu suo, jam optat esse cum illis; si enim merentur accipere, jam cum illis est in spe.

(Vers. 21.) *Salutat vos Timotheus consors laborum meorum, et Lucius, et Jason, et Sosipater cognati mei.* Timotheus consors laborum ejus est quasi coepiscopus, qui cum magna sollicitudine Ecclesiam gubernabat, positus in invidiam Judæorum usque adeo, ut inter initia circumcideretur propter scandalum Judæorum; ut quia matre Judæa erat, doctor esse non posset incircumcisus. Illos vero cognatos dicit, partim generis, partim fidei causa.

(Vers. 22.) *Saluto vos ego Tertius, qui hanc epistolam scripsi in Domino.* Tertius nomine, non numero: hic est scriba epistolæ, cui concessit suo nomine salutare plebem Romanam, ad quam scribit; ut cæteros saluent, quos nominat. Adhuc enim rectores Ecclesiis paucis erant in locis.

(Vers. 23.) *Salutat vos Caius hospes meus; et uni-*

^a Sic omnes edit.; at contra mss. prope ad unum, quod non se subicerent.

^b Codex Thuan., ut bis dictum: Flor., ut ex his

versæ Ecclesiæ. Hic est Caius, ut arbitror, ad quem scribit Joannes apostolus (III Joann. 1), exultans in charitate ejus, quam exhibebat fraternitati, præbens sumptus illis necessarios. Et cum superius dicit: *Salutant vos omnes Ecclesiæ Christi;* nunc iterat dicens: *Salutant vos universæ Ecclesiæ,* quod non puto otiose iteratum; nihil enim tantus vir et tam tractabilis superfluum ponebat. Sed quia *salutant vos,* inquit, *omnes Ecclesiæ Christi,* id est, omnes sancti, sicut alio loco dicit: *Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt* (Gal. v, 24); nunc subjecit etiam hos salutare, qui sequentes sunt; ^b ut benedictum populum significet Ecclesiæ, quia in omni Ecclesia duo sunt populi. Potest et duarum provinciarum nominasse Ecclesias, ut primum unius, deinde alterius loci dixisset omnes Ecclesias, aut certe Judæorum et gentilium.

(Vers. 24.) *Salutat vos Erastus dispensator civitatis, et Quartus frater.* Dispensator civitatis est quasi curator, qui, dictante Justitia, gubernabat civitatem, maxime in pretiis moderandis. Hos omnes ideo nominatim enumerat in salutatione Romanorum, ut scirent quales et quanti congauderent bono cæpto illorum.

(Vers. 25-27.) *Ei autem qui potest vos stabilire secundum Evangelium meum, et prædicationem Jesu Christi, secundum revelationem ^c mysterii, quod temporibus æternis in silentio fuit, manifestum **111** est autem nunc per scripturas propheticas secundum imperium æterni Dei ad obedientiam fidei in omnes gentes, cognitum soli sapienti Deo per Jesum Christum, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.* Deo Patri ex quo sunt omnia, dat gloriam; ut cœptum Romanorum, quia potens est, dignetur implere, confirmando in fide animos eorum ad profectum Evangelii, et revelationem mysterii absconditi a sæculis, manifestati autem per Christum, vel in Christo (Ephes. iii, 9). Sacramentum enim quod latuit semper in Deo, temporibus Christi declaratum est; quia non singularis est Deus, quia est apud illum ex æternis ^d et Paraclitus, in qua veritate omnem creaturam decrevit salvam fieri per agnitionem. Cujus quidem sacramenti veritas per prophetas fuerat designata figuris quibusdam, soli Deo cognitum sapienti: cuius gratiæ participes voluit esse gentes, quod latuit genus hominum. Solus ergo est sapiens; quia ab ipso est omnis **112** sapientia, sicut dicit Salomon: *Omnis sapientia a Domino Deo est, et cum ipso fuit semper* (Eccles. 1, 1). Sapientia ista Christus est, quia de ipso est, et cum illo erat semper, per quem ipsi gloria in sæcula sæculorum. Amen. Ideo nihil sine Christo plenum; quia per ipsum omnia: qui cum agnoscitur, datur Deo Patri laus per ipsum; quia intelligitur per Christum, quasi per sapientiam suam, in qua salvos fecit credentes. Gloria ergo Patri per Filium, hoc est, amobus gloria in Spiritu sancto; quia uterque in una gloria est.

dictis totum populum significet.

^c Mss. aliquot, ministerii. Non satis recte.

^d Rom. edit. sola, et Verbum et Paraclitus.

(Vers. 28.) ^a *Gratia Domini nostri Jesu Christi cum omnibus vobis.* In conclusione Christum ponit, per quem facti, et iterum reformati sumus gratia ejus, ut mentibus nostris hæreat; quia si beneficiorum ejus memores simus, semper nos tuebitur, sicut dixit: *Et ecce, inquit (Matth. xxviii, 20), ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi. Amen b.*

^a Nonnulli mss. *Gloria Domini nostri, etc.*

^b Mss. Remig., Mich. ac Colbert. hic longam laciniam assuunt, quæ pertinet ad ultimum caput com-

mentarii in priorem epistolam ad Corinthios: qua de re suo loco dicendum erit.

IN EPISTOLAM B. PAULI AD CORINTHIOS PRIMAM.

III ^a PROLOGUS.

Præcepto Domini admonitus Apostolus resedit apud Corinthios annum unum et menses sex, docens inter eos verbum Dei. Hinc est unde magna cum fiducia et charitatis affectu agit cum eis, aliquando commonens, aliquando arguens, aliquando blandiens, ut filios. Nam multæ causæ sunt, propter quas scribit ad eos. Quarum prima hæc est, quod mōre hæreticorum dissentientes ab invicem, hominibus devoti, Paulini, et Petriani, et Apolloniaci dici volebant, non christiani: quod valde exprobrat Apostolus. Erant tamen inter eos, qui ab his dissentirent, Christo soli dicati. Secunda hæc est, quia eloquentia delectari cœperant et terrena philosophia; ut sub nomine Christi, iis imbuerentur, quæ contraria sunt fidei. Tertia, eo quod inflati essent, quod non iret ad illos Apostolus. Quarta, propter fornicatorem, quem inter se esse patiebantur. Quinta, ut commoneret de præterita epistola, quam ante hanc quæ prima dicitur, scripserat. Sexta, quia invicem sibi injurias et fraudes facere cœperant, et infidelium potius examina requirebant. Septima causa est, in qua designat licere sibi sumptus accipere, sed contemnere; ne forma esset rapacibus pseudoapostolis. Octava vero est, ut respondeat epistolæ illorum; perturbari enim cœperant ab hæreticis de matrimoniis. Nona est, in qua declarat sic debere unumquemque manere, ut credidit. Decima autem de virginibus, eo quod nihil sit sibi præceptum. Et reliquæ sunt causæ, quæ in corpore videbuntur.

CAPUT PRIMUM.

(Vers. 1.) *Paulus vocatus apostolus Christi Jesu per voluntatem Dei.* Ad Romanos aliter cœpit; quia altera causa est: his vero apostolum se esse Christi Jesu Dei voluntate scribit; quia omnia quæ egit, Filii Dei egit voluntate, qui dixit ad eum: *Vade, ego longe ad gentes mittam te (Act. xxii, 21).* Hinc vocatus est Apostolus, hoc est, Dei voluntate missus ad gentes. Per quod etiam tangit illos, quos neque Christus miserat, neque verum erat, quod dicebant. Deum enim et Christum ideo frequenter nominat, ut Christum Deum non ipsum Patrem ostendat, sed esse

B Christum Filium, esse et Deum Patrem, ^b non unionem; cum ostenditur Filium dici. Multæ enim sectæ emergerant, quæ Evangelium Christi ^c pro sensus sui arbitrio assererant, ex quibus rami aridi exstant nunc usque, quarum assertores Ecclesias evertabant. Hinc Apostolus omnia, quæ hæresibus contraria sunt, ponit: ac se verum prædicatorem per id quod a Christo Dei voluntate missus est, asseverat.

(Vers. 2.) *Et Sosthenes frater.* Etiam istum sua commendat societate. **112** *Ecclesiæ Dei, quæ est Corinthi, sanctificatis in Christo Jesu.* Propterea Ecclesiæ scribit, quia adhuc singulis Ecclesiis rectores non erant constituti. Et cum in multis arguat eos, ait: *Sanctificatis in Christo Jesu.* Sed ideo quia regenerati in Christo sanctificati sunt: post autem cœperant male conversari; ut ostenderet omnem Ecclesiam sanctificatam fuisse in Christo, sed quosdam illorum prava doctrina pseudoapostolorum aversos a traditione veritatis.

Vocatis sanctis. Hoc est, vocati estis, ut sancti sitis: quod est, ut non recedatis a regula sanctificationis. *Cum omnibus qui invocant nomen Domini Jesu Christi, in omni loco ipsorum et nostro.* Id est, cum Judæis veris jungit et gentes, quia *salus ex Judæis est*; ut in omni loco ubi gentes, quæ invocant nomen Domini nostri Jesu Christi: et ubi Judæi supra memorati sunt, similiter sunt omnes unum. Pseudoapostoli enim, qui nomen Christi per prudentiam mundi prædicabant, id est, admixta philosophia, veterem legem et prophetas reprobabant; negabant enim Christum vere crucifixum, sed tantum visum crucifigi, ^d sicut Marcion et Manichæus. Unde Apostolus: *Nos autem, inquit, prædicamus Christum crucifixum (I Cor. i. 23).* Neque carnis resurrectionem fatebantur, quod propheta Esaias clamat, dicens: *Qui in monumentis sunt resurgent (Esai. xxvi, 49).*

(Vers. 3.) *Gratia vobis et pax a Deo Patre nostro, et Domino Jesu Christo.* Ne, quia dixerat: *Qui invocant nomen Domini nostri Jesu Christi;* Patris aut nomen aut donum tacuisse videretur, et suspicionem forte aut occasionem daret unionis; docet quidem Christum rite invocandum, sed omnem gratiam esse

^a Vet. edit., *Præfatio*; Rom., *Proœmium*; nonnulli mss., *Argumentum*; alii multo plures, *Prologus*.

^b Ita vet. edit. ac mss. aliquot, a quibus Rom. edit. tantum recedit, quod præfert, *non unione*: ceteri autem mss. *patrim*; *non in unionem, quia cum exten-*

ditur, filius dicitur; nonnulli, *filium dici.*

^c Mss. Corb., *propensu sui arbitrii.*

^d Rom. edit. cum uno vel altero mss., *sicut nunc Marcion.* Infra vero ms. Corb. solus, *quos propheta Esaias damnat.*

Patris; ut et duos, ^a qui unum sunt per divinitatem, ostenderet, et Patris auctoritatem præferret.

(Vers. 4.) *Gratias ago Deo meo semper pro vobis.* Quamquam omnibus in Ecclesia scribat, sed ita significat, cum aliquando corripit, aliquando laudat, ut unusquisque cum epistola legitur, intelligat quid pro se, quid adversum se dicatur. In una enim plebe duobus populis scribit, ut cum arguit, qui male versantur, sciant sibi hæc scripta: similiter et cum laudat, sciat qui ^b in regula manet, ad se hæc dici. Ideoque inquit:

Gratias ago Deo meo semper pro vobis super gratia Dei, quæ data est vobis in Christo Jesu. Datam dicit gratiam a Deo in Christo Jesu, quæ gratia sic data est in Christo Jesu; quia hoc constitutum est a Deo, ut qui credit in Christum, salvus sit sine opere: sola fide gratis accipit remissionem peccatorum.

(Vers. 5.) *Quia in omnibus ditati estis in ipso, in omni verbo, et in omni scientia.* Hoc significat, quia in accepta gratia, et in verbo veritatis doctrinæ scientiam spiritalem assecuti permanserunt; ideoque gratias agit in his Deo.

113 (Vers. 6.) *Sicut testimonium Christi confirmatum est in vobis.* Testimonium Christi confirmatum est in his; quia roborati in fide, nihil de hominibus sperabant: sed omnis spes illorum in Christo erat, nullis voluptatis illecebris capti.

(Vers. 7.) *Ita ut vobis in nullo desit aliqua gratia, exspectantibus revelationem Domini nostri Jesu Christi.* Manifestum est hunc exspectare diem iudicii, qui circumspectus sollicitus est. Futurum iudicium Dei dicit, in quo Dominus noster revelabitur, ^c tam fidei, quam infidei; ut cognoscant increduli ac sciant verum esse, quod credere noluerunt, et pereant: fidei vero gaudeant plus boni invenientes, quam putaverant.

(Vers. 8.) *Qui et confirmabit vos usque ad finem sine crimine in adventu Domini nostri Jesu Christi.* Alacri animo confisus de spe illorum securus est; quia Inviolati usque ad futurum iudicium erunt. Qui enim inter tot discrimina sensuum, et perturbationes diversitatum immutari minime potuerunt; procul dubio in eodem mansuros se ostendunt. Cum hos laudat, illos qui in errore pseudoapostolorum ^d depravati fuerant, invitat: dum enim horum fidem prædicat, illos ad poenitentiam vocat.

(Vers. 9.) *Fidelis est Deus, per quem vocati estis in societatem filii ejus Jesu Christi Domini nostri.* Quis ambigat de promissis et fide Dei, quia non erit aliter quam dixit, filios nos adoptatos sibi credentes in Christum? Hoc enim nobis donat, quod credimus; ut quia credimus Christum Filium esse Dei, hoc nos esse

incipiamus, mansuri in eadem dignitate, sicut manet Christus, quem credimus Filium Dei. Societas enim fraternitas est, ut quomodo fidem Dei incolumem in hac causa nobis futuram ostendit: ita nos non diffidentes et perfidi inveniamur, sed perseverantes in adoptione.

(Vers. 10.) *Obsecro autem vos, fratres, per nomen Domini nostri Jesu Christi, ut id ipsum dicatis omnes.* Omnes nunc orat, ut unum sentiant, hoc utique in quo renati Dei filii appellati sunt. Ad omnem Ecclesiam modo loquitur; ut ii qui dissentire cœperant, reverterentur ad cœptam fidem, quam videbant in his laudari, qui in illa perseverabant.

Et non sint in vobis schismata, sitis autem perfecti in eodem sensu et in eadem scientia. Perfectos vult eos esse in eodem sensu, quem illis tradiderat, ut non discreparent. Ad illorum enim exemplum, quos supra laudat, hos provocat; ut hoc sentiant ac defendant.

(Vers. 11.) *Perlaturum est enim mihi de vobis, fratres, ab iis qui sunt Chloes, quod contentiones inter vos sint.* Quamvis eversi fuerant, tamen fratres illos appellat; sicut et in Esaia propheta dicit Deus ad illos, qui secum erant, ut eis qui pseudoprophetae credebant, dicerent: ^e *Fratres nostri eritis vos (Esaï. LXVI, 5);* ut per id non dissentirent ab his, quasi fratres. Quod autem dicit: *Ab iis qui sunt Chloes;* aliquibus videntur homines esse manentes et fructificantes in fide Dei: aliquibus videntur locus esse, ut puta si dicatur: *Ab iis qui sunt Antiochiæ;* aliquibus autem videtur feminam fuisse Deo devotam, cum qua multi essent colentes Deum, quibus fides non negaretur; ut quod deferrent de Corinthiis, ^f verum esset, quod contentiones essent inter eos. Contentiones inter eos esse dixit, ut ostenderet diversitatem mentis illorum de disciplina Dominica. Et quæ esset, subjecti, dicens:

(Vers. 12.) *Hoc autem dico, quod unusquisque vestrum dicit: Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollolo, ego vero Cephæ, ego autem Christi.* Errorem ostendit, sed auctorum nomina non prodidit; nec enim in loco stabant, sed circumbant ad eversionem simplicium. Nam hos quos nominat, sine dubio boni erant doctores; sed sub eorum specie falsos apostolos tangit. Si enim in his gloriandum negat, quanto magis in malis doctoribus, quorum doctrinam pravam in subjectis significat! Inter eos tamen hos perseverantes designat, qui dicebant se Christi esse, non hominis, quos superius laudat.

(Vers. 13.) *Divisus est Christus.* Divisum dicit Christum; quia gloriam ejus homines sibi partiti sunt. Sicut hæretici, qui se aut Photinianos, aut Arianos, aut Cataphrygas, aut Novatianos, aut Do-

bent etiam, *fraternitatis.*

^g Omnes edit. ac mss. nonnulli, *fratres nostri estis vos.* Et infra, *in fide Christi.* Mss. vero plures ac potiores nobiscum faciunt.

^h Ita mss. longe plurimi, ac probatissimi: alii vero, et omnes edit., *verum esset;* Corb., *non esse.* Quod contentione, *inter vos sint.*

^a Quinque mss., *qui in unum sunt.*

^b Codex Corb., *in regula fidei manet.*

^c Corb. cod., *non fidei, sed infidis.*

^d Ms. Corb., *depravati fuerant.* Sequenti autem versu cod. Laud., *ad patientiam vocat.*

^e Rom. edit., *in communionem filii ejus.* Et iterum, *communio enim fraternitatis est.* Utrobique mss. ac vet. edit. ut in textu, nisi quod Eras. ac Gill. ha-

nationos, aut Manichæos vocari non horrent; **114** A ita et Corinthii diversorum hæreticorum nominibus subiecti cœperant, ut viderentur loco Christi homines venerari : qui dum diversa de Christo accipiunt, dividunt Christum. Unus enim hominem tantum accipit Christum, alter Deum ^a purum sine homine vel corpore fatetur, alius dicit per prophetas prædictum Christum, alter negat prophetas de Christo locutos. Cum ergo Christus unus sit Deus et homo, isti sibi alius aliud ejus vindicantes, dividunt Christum; et quia sub nomine suo Ecclesias faciunt multas, adiecit :

Nunquid Paulus crucifixus est pro vobis? Ideo a se cœpit, ne forte putaretur aliorum ideo refutare personas, ut suam commendaret. Si enim Christus pro nobis, inquit, mortuus est, quomodo gratiam ejus et beneficium hominibus imputamus ad ejus injuriam?

Aut in nomine Pauli baptizati estis? Si credentes autem, inquit, in Christum baptizamur, ut in nomine ejus justificemur, quid est ut fidei hujus homines nobis auctores faciamus, immemores cœptæ credulitatis?

(Vers. 14-16.) *Gratias ago Deo, quod neminem vestrum baptizavi, nisi Crispum et Caium; ne quis dicat quod in nomine meo ^b baptizavi. Baptizavi autem et Stephanæ domum: cæterorum nescio si quem alium baptizaverim.* Gratias agit Deo, quia non multos ex illis baptizavit; ne quia error sub hac re cœperat, ex nomine ejus error esset in plurimis, ^c per hoc arguendos et baptizantes et baptizatos, qui ad injuriam Salvatoris baptismatis ejus gratiam hominibus deputabant, illis dissimulantibus gloriæ causa. Sic enim erant, sicut nunc Novatiani et Donatiani, qui baptismum sibi vindicant, a nostris baptizatos reprobantes: et baptizati ab his gloriantur in personis eorum. Denique Christi nomine abdicato Novatianos et Donatianos vocari se gloriatur. Crispus ergo et Caius Corinthii sunt, quos ad testimonium nominat; quia sic baptizati sunt ab Apostolo, ut nullam illi gloriam ex hac causa ^d dandam assererent. Stephanæ autem domus primitivæ sunt Achaicæ, sicut in postrema parte epistolæ significat, quibus testimonium dat, quo in ministerium sanctis se constituerant.

(Vers. 17.) *Non enim misit me Christus baptizare, sed evangelizare.* Quoniam majus est evangelizare, quam baptizare; ideo non se missum baptizare dicit, **D** sed evangelizare: quia in episcopo omnium ordinationum dignitas est; caput est enim cæterorum membrorum. Per quod etiam illos humiliat, quibus illi multum dabant, propterea quod ab illis fuerant baptizati (Act. x, 48); ut ex eo scirent non magnum esse baptizare, quia non omnis qui baptizat, idoneus est et evangelizare. Verba enim solemnissima sunt, quæ dicuntur in baptisate. Denique apostolus Petrus

^a Ita edit. omnes, et cod. Corb.; alii vero summo consensu, *purum sine corpore fatetur.*

^b Omnes edit. ac mss. nonnulli, *baptizati estis.* At infra pro *cæterorum nescio*, aliqui legunt *cæterorum nescio*, etc.

^c Eras. et seq. edit., *per hoc arguens*; Amerb. et

credentem Cornelium cum suis jussit baptizari, nec dignatus est, ministris astantibus, hinc opus facere; si enim defuissent, ipse hoc egisset, necessitate compulsus. Quanto ergo melior his sit, quos illi venerantur, ostendit: et non tamen hoc nomini suo decerni permisit, scilicet periculosam esse gloriam Dei nomini hominis vindicare; est enim quasi idololatris.

Non in sapientia Verbi, ut non evacuatur crux Christi. Quia prædicatio christiana non indiget pompa et cultu sermonis, ideoque piscatores homines imperiti electi sunt, qui evangelizarent; ^e ut doctrinæ veritas ipsa se commenderet, teste virtute; ne hominum versutia et calliditate humanæ sapientiæ acceptabilis videretur, non veritate, sicut disciplinæ ab hominibus inventæ, in quibus non ratio, non virtus, sed verborum quæritur compositio: ac per hoc gloriam suam quærit, qui fidem Christi verbis exornare vult. Obscurat enim illam splendore verborum, ut non illa, sed ipse laudetur; sicut et pseudoapostoli, ne stulti viderentur prudentibus mundi, in sapientia hominum Christum prædicabant duplici genere; ut eloquentiæ studerent, et ea quæ mundus in nobis stulta judicat, evitarent: ut neque incarnatum Dei Filium, et de Virgine natum docerent, neque carnis futuram resurrectionem; quia mundi istud sapientia et ratio stultum judicat: ac per hoc Apostolus non se in sapientia hominum dicit Christum prædicare; *ne evacuatur, inquit, crux Christi*; quia qui in sapientia hominum Christum **115** annuntiat, negat veritatem prædicationis, sicut supra memoravi.

(Vers. 18.) *Verbum enim crucis pereuntibus quidem stultitia est.* Manifestum est, quia quibus crux Christi stultitia est, in perditione sunt, ^f inferni enim morte non sunt erepti.

(Vers. 19.) *His autem qui salvi sunt, virtus Dei est.* Non est obscurum quia iis, qui credunt, Dei virtus est; credunt enim non infirmitatem esse crucem Christi, sed virtutem, intelligentes mortem victam esse in cruce: cujus signum qui habent, salvi sunt; quia ab illa teneri non possunt.

Scriptum est enim, in Esaiâ: Perdam sapientiam sapientium et intellectum prudentium reprobabo (Esai. xxx, 14). Perdit sapientiam sapientium, dum quæ illa negat posse fieri, facit: et reprobat intellectum prudentium, quando Deum, quem incuriosum dicunt, aggressum probat ea quæ stulta putant, ut Dei Filius incarnatus de Virgine crucifigeretur pro humanæ salute; quod factum vere testatur virtute, non verbis.

(Vers. 20.) *Ubi sapiens? ubi scriba? ubi conquistator hujus sæculi?* Illis dictis tam in Judæos quam in gentiles invehitur; quia et Judæorum scribæ et Legis doctores Deum Filium habere stultum putant cuncti mss., *per hoc arguendos.*

^d Omnes edit., *dandam assererent*; omnes mss., *dandam addicerent.*

^e Mss. non pauci, *et doctrina veritatis ipsa, etc.*

^f Plures mss., *inferni enim morti, etc.*

di. Simili modo et gentes istud risui deputant. Sed A Judæi, quia hoc non tam aperte in Lege significatum est, diffidunt: gentiles vero, quia mundi ratio non istud recipit; nihil enim dicit posse fieri sine commixtione, et stultum judicant. Conquisitor tamen sæculi hic est, qui constellationibus agi mundum, et duodecim signis ortus et occasus fieri decernit calculis, nihil omnino sine horum motu putans posse fieri.

Nonne stultam fecit Deus sapientiam hujus mundi? Stulta est facta sapientia hujus mundi; putans enim se sapere, inventa est imprudens. Quod enim impossibile judicabat possibile declaratum est, Deum incuriosam existimans. Est aliquid hac asseveratione stultius, ut fecisse dicatur mundum, et eam ejus non agere? Ut quid fecit, si non ad illum pertinet, quod fecit? Sed quia vident quosdam feliciter mundo B frui, quosdam deprimi, et bene agentes despici, malevolus gloriari; idcirco incuriosum Deum esse crediderunt. Qui incuriosum Deum dicit, non negat malevolam aut injustam; aut enim judicaturus est mundum, et injustus est, dissimulans de bonis, et patiens fieri mala. Si igitur animadvertant seposito odio divinæ legis, possunt videre causam istam a nobis terminari, qui Dei judicium expectamus, in quo ut depressi exaltabuntur, et violenti humiliabuntur; quia non est personarum acceptio apud Deum (Rom. ii, 11).

(Vers. 21.) *Nam quantum in sapientia Dei non cognovit mundus per sapientiam Deum, placuit Deo per stultitiam prædicationis salvos facere credentes. Non cognovit mundus, id est, homines, Deum in sapientia C ejus; quia unicam majestatem ejus signis dederunt vel elementis, dissimulantes de eo, per sapientiam carnis putantes hæc debere coli, quæ videntur. Propterea placuit Deo prædicationem ordinare, quæ illis stultitia videretur; ut credentes quæ illi diffidunt, salvi fierent, illis damnatis. Vicissitudo ergo hæc est, per quam Dei consilio falsum a vero damnatur.*

(Vers. 22.) *Quoniam Judæi signa petunt, et Græci sapientiam quærunt. Judæi signa petunt; quia non diffidunt potuisse fieri, sed an factum sit, quærunt; scientes virgam Aaron aridam germinasse, et fructum tulisse (Num. xvii, 8); et Jonam a cetò glutitum, in ventre ejus tribus diebus et tribus noctibus fuisse, et vivum ejectum esse (Jonæ ii, 1). Illud tamen præcipue quærunt, ut aliquid tale videant, quæle D est illud, quod vidit Moyses, Deum, in igne; unde dicunt: Nos scimus quod Moysi locutus est Deus (Joan. ix, 29); cum majus sit, mortuum Lazarum seculum quarto die vivum de monumento exisse (Joan. xi, 44). Græci vero sapientiam quærunt; quia nolunt audire, præterquam quæ mundi ratione possibilis sunt.*

^a *Neque vidit* aberat a cunctis edit.; sed e mss. prope omnibus restitutum est.

^b Rom. edit. sola, cum vincatur; et cum Gill., sicut ait: *Et vincas*, etc.; aliæ autem edit. ac mss. inter se consentiunt, nisi quod pro *videretur*, edit. et

(Vers. 23.) *Nos autem prædicamus Christum crucifixum, Judæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam. Scandalum est Judæis, dom audunt Christum Filium Dei se proferentem, et sabbatum evacuantes: Gentibus autem stultitia; quia ea audiant prædicari, quæ dum rationi mundanæ non congruunt, insensata videntur, ut partus Virginis, et resurrectio mortuorum.*

116 (Vets. 25.) *Ipsis vero vocatis Judæis atque Græcis Christum Dei virtutem, et Dei sapientiam. Sudente virtute, quæ potior verbis est, credentes in Christum intelligunt, Judæi primum qui signum quærabant, Christum Dei esse virtutem; et Græci similiter vident Christum Dei esse sapientiam: illam autem mundanam, quam prius putabant prudentiam, maximam esse stultitiam. Virtus ergo Dei est; quia per ipsum omnia fecit Pater Deus: sapientia autem idcirco, quia per ipsum cognitus est Deus. Nec enim posset cognosci Deus, nisi per eum qui esset de eo; quia ^a *Nemo novit neque vidit Patrem, nisi Filium, et cui voluerit Filius revelare (Matth. xi, 27).**

Quia quod stultum est Dei, sapientius est hominibus. Stultum Dei, inquit, non quia vere stultum est, sed quia ab hominibus, dum rationi mundanæ non convenit, stultum putatur, cum sit ratio spiritalis: ac per hoc sapientius dignoscitur esse hominibus; quia spiritalia plus sapiunt quam carnalia. Non enim spiritalia per carnalia sunt, sed carnalia constant per spiritalia; ideoque subjecta sunt carnalia spiritalibus.

*Et quod infirmum est Dei, fortius est hominibus. Sine dubio cœlestia vincunt terrena. Quamobrem infirmum Dei non est infirmum; quia infirmitas Christi magna victoria est. Vicit enim, b cum victus videretur, sicut ait in psalmo quinquagesimo: *Et vincas cum judicaris (Psal. l, 6).* Victor enim existit, qui injuste occiditur, reum constituens a quo occiditur.*

(Vers. 26.) *Intuemini enim, fratres, vocationem vestram; quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles. Manifestum est quia pauci sint, qui mundi rationibus inflati magis quam eruditi sunt, hoc est, qui stellarum motus inspicant et discernunt. Ipsos autem dicit et fortes secundum carnem, quos et prudentes. Et ideo fortes, quia passionem crucis Christi infirmam asserunt; iniquitas enim fortis, et vincere sibi videtur ad tempus. Ipsi etiam nobiles, per quos superstitionis suæ originem antiquitatis assignant, c nos novos dicentes. Non ergo hanc asseverationem elegit Deus, quæ in paucis est.*

(Vers. 27.) *Sed stulta mundi elegit Deus, d ut confundat sapientes. Stulta mundi sunt Virginem peperisse, et Dei Filium crucifixum: credi enim stultum hoc putat: ideo Deus ut hunc confundat, hos elegit,*

quidam mss. exhibent, *videtur.*

^e Mss. complures, *non novos dicentes.*

^d Corb. codex, *ut confundat sapientes. Confundatur enim sapientes, dum, etc.*

qui hoc credunt, quod hic stultum iudicat. Confunduntur enim sapientes, dum quæ pauci negant, multos vident fateri; non est enim ambiguum multorum sententias paucorum anteponi sententiis.

Et infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia. Idem sensus est; quia quod ^a pauci infirmum putant, hi qui se prudentes existimant in sæculo, diffident de spe, a multis virtus asseritur; quia plures credunt, quam non credunt, ad illorum ruborem. Vident etenim infirma Christi nominata, dæmoniis imperare, prodigia facere: infirma autem sunt mundo injuriæ, et passio Salvatoris nescienti hæc ad virtutem proficere; quia ideo ista pati se permisit, ut vinceret mortem. Injuste enim pati, et posse resistere et nolle, gloria est patientis, et damnatio occidentis.

(Vers. 28.) *Et ignobilia hujus mundi, et contemptibilia elegit Deus, et ea quæ non sunt, ut ea quæ sunt destrueret.* Ignobilia ergo et contemptibilia elegit: non quia vere ignobilia et contemptibilia sunt, sed sic iudicantur a mundo; quia spernunt rationes mundanas, credendo in Christum, ut ea quæ sunt vere ignobilia et contemptibilia destrueret; quia ipsi magis iudicandi et ^bcondemnandi sunt, qui iudicant. Asseverationem enim illorum error invenit, nec fuit ab initio: nostra autem disciplina ab initio est. Destruitur ergo, dum sine testimonio nudis verbis asseritur: nostra vero non verbis solis, sed et teste virtute probatur.

(Vers. 29.) *Ut non gloriatur omnis caro in conspectu ejus.* Id est, ^c ut sapientia carnis erubescat in errore suo, iudice Deo; sensus enim carnis est diffidere Dei potentia virginem peperisse, etc., quia hoc mundi ratio, qui carnis cognatus est, non recipit.

(Vers. 30.) *Ex ipso enim vos estis in Christo Jesu.* *Ex ipso*, id est, ex Deo, qui est omnipotens, esse nos in fide Christi; Dei enim propositum est, ut veritatem ejus et misericordiam **117** per Christum disceremus. Veritas est mysterium Trinitatis: misericordia vero; quia cum essemus captivi, redemit nos.

(Vers. 31.) *Qui factus est sapientiæ nobis a Deo, et iustitia, et sanctificatio, et redemptio.* Ad confirmationem credentium, Christum Dei voluntate dicit egisse, quæ gessit; ut sciamus vere nos sapientiam didicisse, et sanctificatos esse, et iustificatos, et redemptos a Deo per Christum; nemo enim redimit, nisi quod suum fuerat. Sive ergo quod redempti su-

^a Idem ms. Corb., *infirmum putant, a multis virtus asseritur ad illorum ruborem. Vident enim infirma mundi nominata. Et ignobilia hujus mundi, etc.*

^b Rom. edit. ac mss. nonnulli, *et contemnendi sunt.*

^c Ita omnes edit. et quidam mss.; cæteri autem magno numero, *ut sententia carnis.* Post pauca vero Rom. edit. sola, *quæ carni cognata est.* At ms. Corb. a vocibus, *iudice Deo*, locum contrahit in hunc modum: *Ex ipso, id est, ex Deo esse nos in fide Christi; Dei enim propositum est, ut veritatem ejus per Christum disceremus. Qui factus est sapientia, etc.*

^d Rom. edit., *mundanos dicimus imperitos.* Et

mus, sive quod sanctificati, id est, ab opere carnis et idolorum immunditia purgati, sive quod iustificati (justum est enim Creatorem colere, cæteris spreto), sive quod sapientes per id quod ^d mundanos didicimus imperitos, totum hoc Dei beneficium est per Christum. Redemptio tamen nostra hæc est; obtulit enim se Christus diabolo cupienti, ut peccati in se contradictionem auferret, et sic captivos ejus eueret.

Ut quemadmodum scriptum est: Qui gloriatur, in Domino gloriatur. Hoc scriptum est in Hieremia propheta (Jerem. ix, 24). Dignum est quod ait propheta, ut in Deo gloriemur; quia non poterit confundi, qui gloriatur in Domino; opera enim ejus, et magnificentia in rebus gestis apparent. Ideoque confundantur, inquit, in idolis suis, qui non pluunt, nec fecerunt cælum et terram: simili modo et qui in hominibus gloriantur, quos sciunt utique nullius esse virtutis; quare et ait Scriptura: *Vana spes est in homine* (Jerem. xvii, 5).

CAPUT II.

(Vers. 1, 2.) *Et ego cum venissem ad vos, fratres, veni non cum eminentia sermonis aut sapientiæ ^e prædicans vobis mysterium Dei. Neque enim iudicavi me scire aliquid inter vos, nisi Christum Jesum, et hunc crucifixum.* Quoniam superius gradatim formam disciplinæ nostræ ostendit, nunc se non aliter illis tradidisse probat, quam quæ ostendit; quia et in humilitate sermonis, et in stultitia prædicationis, sicut mundo videtur, locutus est illis de Christo mysterium. Quod ideo mysterium vocat, quia quod incarnatum est, occultum erat a sæculis, apud Deum, ^f Deus Verbum. Hæreticos autem esse in quibus gloriabantur, quia et per eloquentiam, pravam doctrinam commendabant, et prudentiam mundi sectantes, crucem Christi evacuabant, erubescerent stulti appellari a mundo; ut neque natum Christum ex Virgine prædicarent, neque vere crucifixum docerent; quia stultum videtur Dei Filium natum hominem fateri et crucifixum. Illos et apostolus Joannes designat dicens: *Qui negat Christum in carne venisse, antichristus est; et qui aegat Filium, nec Patrem habet* (1 Joan. ii, 23, 24); quia ipsum Patrem sibi Filium appellatum ^g dicebant; ex quibus Marcion traxit errorem. Quæ arguit, clausa videntur; quia non illa manifestat, sed intelligi vult ex eo, quod prudentia mundi invenitur, quæ est religioni inimica. Quæ autem sunt, quæ corripit, ex ejus iudicio vult disci; ut quæque nostra

infra, ut peccatorum in se contradictionem sufferret.

^e Mss. non pauci, *annuntians vobis testimonium Christi.*

^f Corb. codex, *Dei Verbum. . . qui et præter eloquentiam.*

^g Omnes edit. ac nonnulli mss., *dicebant. Ex quibus Marcion traxit errorem, qui arguit: quæ clausa videntur.* Mss. vero frequentissimi rectius, ut nos in textu; voces enim *quæ arguit* referuntur ad Apostolum. Infra vero, ubi edit. et pars mss., *quod prudentia, etc.*; alia pars exhibet, *quod prudentiam mundi invenitur.*

deridet velut stulia, ea se omnia in Corinthiis reprehendere ostendat. Corpus enim ipsum memorat, ut ex eo membrorum ejus ratio dignoscatur: Corinthiis tamen manifesta erant; quia causas in quibus arguebantur, non ignorabant.

(Vers. 3.) *Et ego in infirmitate, et timore, et tremore multo fui apud vos.* Christum enim in stultitia humanæ sapientiæ prædicans, odium sibi et persecutiones provocabat, quasi rem vanam annuntians, et inimicam Judæis atque gentibus.

(Vers. 4.) *Et sermo meus, et prædicatio mea non in persuasione humanæ sapientiæ.* Ostendit non se ut hominum favorem acquireret, humanæ sapientiæ placuisse, neque verborum arti studuisse, sed fidem auctori exhibuisse, qui doctrinam suam non ornatu traditionis humanæ acceptabilem voluit esse verborum strepitu, sed ipsis rebus; quia res ante verba sunt.

^b *Sed in ostensione spiritus et virtutis Dei.* Quia ut verbis quæ infirma juxta virtutem sunt, res fatuæ comptæ prudentes videntur; Deus prædicationem suam non testimonio verborum voluit commendari, sed virtutis; ut verbi stultitia indicata, factis se sapientiam demonstraret spirituali ratione fundata.

(Vers. 5, 6.) *Ut fides vestra non sit in sapientia hominum, sed in virtute Dei; sapientiam autem loquimur inter perfectos;* hoc est, inter eos qui crucem Christi virtutis testimonio sapientiam fatentur. Hi enim sapientes et perfecti sunt, qui fidem non magis verbis habent, quam rebus.

Sapientiam autem non hujus sæculi. Recte ait, sapientiam non hujus sæculi, sed futuri, in quo veritas Dei negantibus apparebit; hoc enim sæculum rationem hanc non capit infirmitate cogitationis terrenæ.

Neque principum hujus sæculi, qui destruuntur. Manifestum est non esse sapientiam hanc principum hujus mundi, quia destruuntur ab illa. Christianitas enim errores, quos hi inseruerunt, excidit, id est, idololatriam, avaritiam et cætera vitia, sicut dicit Joannes apostolus (1 Joan. iii, 8). Propter hoc venit Filius Dei, ut solveret opera diaboli.

(Vers. 7.) *Sed loquimur Dei sapientiam in mysterio, quæ abscondita est.* Occultum sensum manifestare se missum testatur, quem neque principes, neque potestates scirent, neque mundus audierat; ac per hoc stultum putari, quia incognitum est: esse autem rationale et salutare teste virtute, cui omnis intentio cedit ratiocinationis humanæ. Abscondita est ergo Dei sapientia, dum non in verbis, sed in virtute est; non humana ratione possibilis, sed spiritus efficacia credibilis.

Quam prædestinavit Deus ante sæcula in gloriam nostram. Usque adeo vera sapientia, et cum Deo

^a Ita edit. omnes, ac mss. aliquot: alii vero majori numero, et inimicitiam gentibus... ostendit quia ne hominum favorem acquireret, idcirco humanæ sapientiæ placere noluisse.

^b Mss. complures, Sed ad ostensionem spiritus, et virtutis Dei. Consequenter autem Rom. edit. sic habet: Hoc est, quia quæ verbis infirma, juxta virtutem

semper fuisse declaratur; ut ante sæcula prædestinata in gloriam nostram dicatur, qui credimus. Præscius enim Deus errores futuros e in mundo, quem erat facturus, hoc decrevit ad confusionem illorum, qui sibi stultitiam sapientiam facturi erant: ad nostram autem gloriam, qui credituri eramus, et credimus.

(Vers. 8.) *Quam nemo principum hujus sæculi cognovit; si enim cognovissent, numquam Dominum majestatis crucifixissent.* Principes hujus sæculi non solum homines accipiendos Judæorum ac Romanorum: sed et hos principes ac potestates, quos supra dixit, ad quos vere pertinet dictum hoc, adversus quos nobis collectatio est spiritualis nequitia in cœlestibus; quia consilio ac voluntate illorum crucifixus est

B Christus (Ephes. vi, 12). Denique^d post tentationes diabolus recessit, ait, usque ad tempus (Luc. iv, 13).

Et ipse Dominus: *Princeps, inquit, hujus mundi venit, et in me invenit nihil* (Joan. xiv, 30). Principes ergo hujus sæculi per ignorantiam Dominum majestatis crucifixerunt; nam Judæorum principes, quomodo principes hujus sæculi possunt intelligi, qui erant subjecti regno Romano? Et neque Romanorum principes crucifixerunt Christum; quippe cum dixerit Pilatus: *Nullam causam mortis invenio in eo* (Joan. xix, 4). Unde et manns lavit, dicens Judæis: *Innocens ego sum a sanguine justii hujus, vos videritis* (Matth. xxvii, 24). Hi ergo principes crucifixerunt Christum Dominum, quos triumphavit libere in semetipso (Coloss. ii, 15); quemvis dicat Marcus evangelista de dæmonibus: *Sciebant enim Christum ipsum esse Jesum* (Marc. i, 34). Scierunt quidem ipsum esse, sed qui in Lege promissus erat: mysterium tamen ejus, quo Filius Dei est, nesciebant. Hoc etiam et Petrus apostolus ad populum Judaicum dixit: *Scio, fratres, quia per ignorantiam egistis hoc malum, et sicut principes vestri* (Act. iii, 17), non tamen sæculi. Si ergo per ignorantiam servi occiderunt Dominum, peccatum eis ascribi non debet. Sed non licet hoc ignorare. Et quamvis Dominum esse nescierint, nescii tamen non erant quia rem impiam faciebant. Dominus tamen majestatis crucifixus dicitur, cum mori nesciat: sed quia Verbum caro factum est, id est, Dei Filius incarnatus homo factus est, ipsi ascripta est mors; quia Judæi non utique carnem persecuti sunt, sed eum qui operabatur per carnem; ac per hoc quamvis Dominus majestatis mortem ignoret, quantum tamen ad Judæorum votum pertinet, et ad principum hujus sæculi, Dominum occiderunt in carne.

C (Vers. 9.) *Sed sicut scriptum est: Quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparavit Deus diligentibus eum.* Hoc est scriptura, res fatuæ.... ut verbis stultitia... ratione fundatam.

(Vers. 9.) *Sed sicut scriptum est: Quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparavit Deus diligentibus eum.* Hoc est scrip-

^c Corb. codex, in mundo, de his, quæ erat facturus.

^d Idem codex, post tentationes quas Domino diabolus inferre ausus est, ait evangelista: Recessit diabolus usque ad tempus.

tum est ^a in Apocalypsi Helix in apocryphis. Per hoc exemplum inopinatum rem factam dicit, et quæ non solum in humanum sensum non caderet, sed et cœlestes potentias lateret, Dei scilicet Filium **119** incarnatum; ut quod supra dixerat, firmaret, quia si principes hujus sæculi Deum hominem factum non intellexerunt, quanto magis homines! Sed si verba offendiculum vel scandalum faciebant; virtutibus tamen et signis fides non debuerat denegari. Infirmiati enim et ignorantia humanæ virtus debuerat præponi, et credi quod humanæ rationi impossibile videbatur; ideoque diligentibus Deum, id est, credentibus præparavit donum hoc.

(Vers. 10.) *Nobis vero revelavit Deus per Spiritum suum.* Et quia principes sæculi hoc ignorabant, Deus hoc per Spiritum suum revelavit credentibus; quia **B** res Dei non potest sine Spiritu Dei addisci. Nam non solum hominibus sacramentum istud missum sed dicit declarare, sed et principibus et potestatibus in cœlestibus, qui Dominum crucifixerunt; ut hoc prædicante in terris, discant qui sunt in carnalibus cœlis, qui degunt sub elementis firmamenti. Hic ergo singularis apostolus est, qui hanc gratiam consecutus est; quia Trinitatis mysterium a nullo sic potuit explanari: unde et vas electionis divino iudicio vocatus est (Act. ix, 15).

Spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunda Dei. Quia enim de Deo est hic Spiritus, omnia novit. *Dei profunda* autem ideo ait, quia omnem virtutem et præscientiam ejus novit: quod omnino creaturæ impossibile est.

(Vers. 11.) ^b *Quis enim scit hominum ea, quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est?* Manifestum est cogitationes nostras a nullo sciri, nisi ab animo nostro, quem spiritum dixit. Denique in Evangelio inter cætera sic ait: *Et spiritus ejus reversus est ad illam* (Luc. viii, 55).

Sic et quæ Dei sunt, nemo novit, nisi Spiritus Dei. Hic Spiritus Dei docuit nos, ^c quod scit naturaliter, non doctus; et docuit nos de mysterio Christi; quia non solum Spiritus Dei est, sed et Christi.

(Vers. 12.) *Nos non autem spiritum hujus mundi accepimus; sed Spiritum qui ex Deo est.* Hinc scimus quia Spiritum, qui de Deo est, accepimus, quia mundi spiritus non potest scire, quæ ab hoc nobis insinuata sunt. Spiritus tamen mundi hic est, per quem arripiuntur fanatici, qui sine Deo sunt; est enim inter mundanos spiritus potior; unde solet conjecturis, quæ mundi sunt divinare, quem pythonem appellant. Hic est qui per verisimilia fallitur et fallit: hic est

^a Sic omnes mss. exceptis Thuan. et Laud. ubi sicut in cunctis quibus legas, in *Esaiâ propheta aliis verbis.*

^b Rom. edit. ac mss. nonnulli, *Quis enim hominum scit hominis absconditas*: vel. autem edit. et mss. frequentissimi, ut in contextu.

^c Rom. edit. cum paucis mss., *quos scit naturaliter non doctos*; reliquæ edit. ac mss. magno numero, *quod scit naturaliter non doctus*, id est, non per doctrinam aliunde acceptam.

^d Ita vet. edit. ac mss. longe plurimi: et Rom.

A qui per Sibyllam locutus est, sensum nostrum secutus, locum volens inter cœlestes habere.

Ut sciamus quæ a Deo donata sunt nobis. Quia enim Dei Spiritus datus est nobis, scimus quæ a Deo donata sunt nobis. Non enim hæc possemus scire, ^a si mundi spiritum haberemus; quia ^d non potest mundi scire spiritus. Sensus enim Dei nemo novit, nisi qui de Deo est, Spiritus Dei; inferiora enim non possunt superiorum scire consilium, neque creaturæ conditoris sui dignoscere voluntatem.

(Vers. 13, 14.) *Quæ et loquimur.* Ut hinc manifestum sit scire nos quæ a Deo nobis donata sunt; quia hæc et loquimur, ut et alii discant per doctrinam spiritalem. Prædicatoribus enim, id est, apostolis insinuata divinitus sunt, quæ traderentur populis, et addiscerent principes hujus sæculi quid admisissent mali.

^e *Non in doctrina verborum humanæ sapientiæ, sed in doctrina spiritus;* verba enim humanæ sapientiæ hunc sensum non vident, neque litteraturæ studiis apprehenditur: sed per fidem spiritali ratione concipitur, dicente Esaiâ propheta: *Nisi credideritis, neque intelligetis* (Esai. vii, 9). Naturali enim magis lege, quam cursu siderum, et calculis signorum, quæ in firmamento denotantur, addiscitur. Denique credentes non humanis verbis, sed naturæ suæ vident congruere, quod credunt; opus enim agnoscit opificem: ideoque Evangelium animis nostris loquitur spiritalia, excitans illos ad cognitionem sui Creatoris.

C *Spiritalibus spiritalia comparantes.* Hoc est, iis qui mundanam prudentiam refutant, spiritalem efficaciam tradere, quæ mysterio fidei continetur, ad illuminandum sensus benevolentium hominum; credentes enim quæ mundi sapientia stulta iudicat, spiritalis sunt.

^f *Animalis autem homo non percipit ea, quæ sunt Spiritus Dei nescit; stultitia enim est illi.* Pecoribus enim similis **120** sensum suum in terram deprimit; ideoque non assequitur nisi quæ videt: nec putat aliquid posse fieri, quam quomodo scit. Ideo quidquid aliter audit, quam novit, stultum iudicat; nihil enim existimat posse fieri sine commixtione. Unde ridet audiens Deum Filium genuisse, quem scit simplicem et incorporeum: et Virginem peperisse, et resoluta **D** corpora rursus revocari ad vitam; cum hæc magis ad laudem Dei proficiant, ut credatur fecisse, cujus operis ratio investigari non possit; Deus est enim, qui fecit. Imbecillitas enim humana stultum putat, quod scientiâ sua non concludit; cum hoc

edit. cum aliis nonnullis mss., *non potest ea quæ sunt Dei scire mundi spiritus.*

^e Rom. edit. cum mss. uno vel altero: *Nam in suasionem humanæ sapientiæ, sed in ostensione spiritus ... neque litterarum studiis apprehenditur.* Aliæ edit. et mss. inter se consentiunt, nisi quod pro *litteraturæ studiis*, mss. aliquot, ac vet. edit. legunt, *litteraturæ studiis*, forte littera ac studiis.

^f Rom. edit. et mss. nonnulli, *Animalis enim homo quæ sunt Spiritus Dei, nescit, et stultitia est illi*; vet. edit. ac reliqui mss. nobiscum faciunt.

magis stultam deberet habere, et illud prudens, A quod quia Dei factum dicitur, non potest comprehendendi.

Et non potest scire; quoniam spiritaliter iudicatur. Humanam traditionem sequentes, dum unius Dei fidem abnegant, spiritaliter factum est, quod ratione carnis inflati putant fieri non posse: et sic reprobi annotati, spiritaliter condemnati sunt.

(Vers. 15.) *Spiritualis vero dijudicat omnia, et ipse a nemine iudicatur.* Quoniam vera ratio spiritualium est, id est, credentium; hoc enim quis nancupatur, quod credit: ideo ipsi omnia iudicant. Ipsorum enim exemplo infidelitas dijudicabitur: ipsi autem a nemine iudicabuntur. Quis enim condemnet vera dicentem? Cum enim constet omnes inimicos fidei falsa tenere pro veris, accusatio illorum in irritum jam deducta credit, veri iudicio condemnata; quia qui non crediderit, inquit Dominus, jam iudicatus est (Joan. III, 18).

(Vers. 16.) *Quis enim cognovit sensum Domini? quis instruit eum (Esa. XL, 13)?* Sensus Dei est, quod hęc spiritaliter iussit fieri, per quę mundi sapientia stulta probaretur, negans posse fieri quod factum est. Quem sensum nullus est, qui cognoverit, et displiceat illi, ut emendet consilium Dei; quia qui cognovit, laudat potentiam Dei, quem qui omnia negat posse, nec mundum credit fecisse. Quid enim magnum est, ut de se credatur generasse, qui non ambigitur cuncta ex nihilo fecisse? quippe cum dicat Salvator: *Apud Deum autem omnia possibile sunt (Matth. XIX, 26).*

Nos autem sensum Domini habemus. Hoc dicit, quia credentes participes sumus ejusdem divine sententię.

CAPUT III.

(Vers. 1.) *Et ego, fratres, non potui vobis loqui quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus.* Nunc his loquitur, qui propterea quod sæculi adhuc voluptatibus serviebant, carnales erant. Quamvis jam baptizati essent, et Spiritum sanctum accepissent; tamen quia post baptismum statim ad veterem hominem fuerant reversi, cui abrenunciaverant, dicuntur carnales. Spiritus enim sanctus tunc permanet in eo, cui se infuderat, si permaneat in proposito regenerationis; si quompius, abscedit; ita tamen ut si se reformaverit homo, redeat ad illum. Semper enim paratus ad bonum est, diligens penitentiam.

Quasi parvulis in Christo lac vobis potum dedi, non escam. Quamvis rosati essent in Christo, tamen non fuit dignum tradi spiritualia; accepta enim fide, quę est velut semen spiritalia, nullum fructum Deo dignum fecerunt, ut perfectionis verba mereantur addicere: sed quasi parvuli imperfectionis sensibus studebant. Apostolus autem vir dyligens, et meliorem

^a Ita mss. plures, potioresque, a quibus hoc solo differant vet. edit. quod habent, *id est, divine scientię*; Rom. autem edit. et quidam mss., *quia qui credentes sumus, ejusdem, id est, divine scientię sensum habemus.*

spiritalis, unicuique secundum vires suas tradebat; ne per imperfectionem et imperitiam quis de rebus spiritalibus scandalum pateretur.

(Vers. 2.) *Nondum enim poteratis.* Ostendit aperte non illos debuisse audire, quę confirmatis dicenda sunt.

Sed neque nunc poteratis; adhuc enim carnales estis. Hic valde arguit temeritatem illorum, qui querebantur dudum se non audisse spiritalia; cum adhuc indigni essent audire. Pseudopostoloni enim promiscue omnibus uno atque eodem genere tradebant, nullius personam discernentes; ut acceptabiles fierent per hypocrisin commendati: cum constet Dominum et auctorem nostrum Christum aliter populis, aliter discipulis interfatum, et inter ipsos apostolos fuisse distantiam; tribus etenim discipulis gloriam suam in mente ostendit, dicens illis ut tacerent visum, quemdiu a mortuis resurgeret (Matth. XVII, 9).

121 (Vers. 3.) *Cum enim in vobis emulationes et contentiones sint, nonne carnales estis, et secundum hominum ambuletis?* Indignitatis causam ostendit; quia qui de homine sperat auxilium, carnalis est. Qui autem sperat humanitate, de Deo sperat, spiritalis est; quia Deus spiritus est.

(Vers. 4.) *Cum enim quis dicat: Ego sum Pauli; alius autem: Ego Apollo; nonne homines estis?* Sicut enim gloriantes in Deo, et de ipso omnem gratiam sperantes, dii dicuntur, a Deo adoptati; ita et in homine gloriantes, et homines et carnales dicuntur, sententia Dei conclusi, qui ait: *Ego dixi, dii estis; vos autem sicut homines moriemini (Psal. LXXXI, 6).* A sua ergo persona incipit; ne forte putaretur per invidiam magis personas illorum destruere, ostendens magnum errorem et ad Dei contumeliam pertinere, quando Deo prædicato, gloria datur hominibus. Quid ergo minus est a gentilitate, dum adhuc aliquid de hominibus speratur?

(Vers. 5.) *Quid igitur est Apollo? Quid vero Paulus? Ministri ejus, qui credidistis.* Ut quia ministri sunt, spes in his non sit, sed in Deo, cuius ministri sunt. Illi enim gratiarum actio deferenda est, cuius donum est; hi vero servi, quos etiam levites oportet dispensare. Numquid non Moyses coactus est ire ad Pharaonem; et Jonas invitus missus est prædicare Ninivitis, et Amenias contradicens missus est Saulo manum imponere?

Et unicuique sicut Dominus dedit: id est, sicut voluit, et servit, divinitus singulis officia ministerii.

(Vers. 6.) *Ego plantavi, Apollo rigavit, sed Deus incrementum dedit.* Plantare est evangelizare, et ad fidem attrahere; rigare vero, baptizare solemnibus verbis; pecunia autem dimittere, et Spiritum dare, Dei solius. Si ergo effectum salutis Deus dat, nulla gloria in hac re hominis est (Act. II, 4). Scimus enim et Spiritum sanctum sine manus im-

^b Mss. aliquot, *gloriam sperantes.* Et rursus pro sententia Dei conclusi, non pauci mss. habent, *sententia Dei conclusit, unus, quod uno verbo hæc sententia conclusit.*

sitione datum a Deo (Act. x, 4), et non baptismum consecutum remissionem peccatorum. Numquid non hic invisibiliter baptizatus est, quando donum baptismatis consecutus est?

(Vers. 7.) *Itaque neque qui plantat, est aliquid; neque qui rigat: sed qui incrementum dat Deus.* Et plantata enim solent emori, et rigata ad effectum fecunditatis minime pervenire, nisi det Deus vegetam vitam. Quantum ergo ad honorificentiam Dei pertinet, nihil est homo: quantum autem ad ministerium pertinet, necessarius est; ut honorificetur quasi servus, non ut aliquid de illo speretur ad injuriam Dei.

(Vers. 8.) *Qui enim plantat, et qui rigat, unum sunt.* Unum sunt, ^a quia ambo mercenarii sunt; quamvis diversa sint illorum officia. *Unusquisque autem propriam mercedem accipiet secundum suum laborem.* Quamvis enim unum sint, sed quia major est, qui evangelizat, quam qui baptizat; ideo discrevit mercedes illorum; et non solum ad hoc, sed ad doctrinæ sinceritatem pertinet: ut majori mercede sit dignus, qui involatam tradit doctrinam.

(Vers. 9.) *Dei enim sumus^b operis participes: Dei cultura, Dei ædificatio estis.* Hoc ad apostolorum personam pertinet, quos constat Dei esse adjuutores; quia vicarii sunt Christi.

(Vers. 10.) *Secundum gratiam Dei, quæ data est mihi, ut sapiens architectus fundamentum posui.* Gratiam sibi datam dicit, ut dignus esset prædicare Evangelium; ut et hoc Dei esse ostenderet, non hominis. Secundum hanc itaque gratiam, ut sapientem architectum fundamentum se dicit posuisse. Sapiens architectus est, qui juxta disciplinam auctoris collocat fundamentum, id est, qui secundum traditionem Salvatoris evangelizat.

Alius autem superædificat. Superædificia sunt, quæ post prædicationem apostolorum a supervenientibus traduntur aut malis aut bonis doctoribus.

Unusquisque autem videat, c quemadmodum superædificet, id est, ut superædificia congruant fundamento; ne si obliqua fuerint et frivola, ruinam faciant, manente incolumi fundamento; quia si male docuerit, Christi nomen permanet, quod est fundamentum: doctrina autem mala peribit, sicut dicit Dominus: *Omnis plantatio, quam non plantavit Pater meus cælestis, eradicabitur (Matth. xv, 13).*

(Vers. 11.) *Fundamentum enim aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, quod 122 est Christus Jesus.* Ideo nemo potest ponere aliud fundamentum, quia quamvis hæretici sint aliqui, non tamen docent, nisi sub Christi nomine. Aliter enim commenta erroris commendare non possunt, nisi interposito Salvatoris nomine prædicent; ut res contrarias et

^a Nonnulli mss., quia ambo necessarii sunt.

^b Ita vet. edit. ac mss. longe plurimi: at Rom. edit. et mss. nonnulli, operis adjuutores.

^c Corb. cod., quomodo superædificet. Quamvis diversa sint illorum officia, necesse ut superædificia, etc.

^d Rom. edit. et pauci mss., dignoscitur. Cujuscumque opus manifestum erit.

A absurdas nominis dignitas faciat acceptabiles.

(Vers. 12.) *Si quis autem superædificat supra fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides pretiosos.* Lapides pretiosi sunt, quos non corrumpit ignis. Tria genera posuit præclarâ in mundo, in quibus bonam doctrinam significavit, *Ligna, senum, stipulam*: tria alia genera posuit, sed frivola. In his corrupta et vana doctrina designata ^d dignoscitur.

(Vers. 13.) *Qui facit hoc opus, manifestus erit; dies enim declarabit, quia in igne revelabitur.* Hoc est, mala doctrina in igne omnibus apparebit; nunc enim quosdam fallit. *Et uniuscujusque opus quale sit, ignis probabit.* Quia enim per ignem examinatio fiet, si in aliquo non invenerit, quod exurat, manifestat illum bonum fuisse doctorem; mala enim et adultera B doctrina idcirco in ligno, feno, et stipula significata est, ut ostenderetur ignis esse esca.

(Vers. 14.) *Si cujus opus manserit, quod superædificaverit; mercedem accipiet.* Cum enim nihil in illo sordis inventum fuerit pravæ doctrinæ, ut in bono auro; ita erit ut tres fratres in camino ignis (Dan. iii, 23), mercedem vitam æternam cum gloria accepturus; quia sicut aurum et argentum, et lapides, quos ignis non consumit: ita et bonus magister incorruptibilis permanebit.

(Vers. 15.) *Si cujus opus arserit, detrimentum patietur.* Opus quod ardere dicitur, mala doctrina est, quæ interibit. Cuncta enim mala peribunt, sicut iter impiorum; quia non sunt substantiæ, sed asseverationes perversæ. Damnum autem pati est pœnas perpeti. C Quis enim in pœna positus, jacturam non facit?

Ipe autem salvus erit, sic tamen quasi per ignem. Salvum illum futurum dixit; quia non interibit substantia, qua constat, sicut et doctrina mala peribit; quia accidens causa est. Ideo autem dixit: *sic tamen quasi per ignem*; ut salus hæc non sine pœna sit, quia non dixit: *Salvus erit per ignem*; ut merito suo ^e ab igni non combustus, salvus fiat examinatus per ignem; sed cum dicit: *Sic tamen quasi per ignem*, ostendit salvum illum quidem futurum, sed pœnas ignis passurum; ut per ignem purgatus fiat salvus, et non sicut perfidi æterno igne in perpetuum torqueatur: ut ex aliqua parte operæ pretium sit credidisse in Christum. Semper enim erubescat necesse est, qui se videt falsum defendisse pro vero: et simili modo D semper fiduciam habebit Dei; qui abjecto falso, secutus est verum; et spreta impietate, succubuit pietati. ^f Extra catholicam enim quidquid est, contrarium est.

(Vers. 16.) *Nescitis quia templum Dei estis, et Spiritus Dei habitat in vobis?* Templum Dei nos esse dicit, ut Deum in nobis habitare sciamus; in templo enim suo habitet necesse est. Et quia Spiritum Dei

^e Codex Vall., ab igne combustus.

^f Rom. edit., *Extra catholicum*; aliæ, ac mss., *Extra catholicam*; ubi supplendum est, *Ecclesiam*, quam vocem exprimit solus ms. Corb. hoc modo: *Extra catholicam enim Ecclesiam quidquid est, impium est et funestum.*

dicit habitare in nobis, Deum significat intelligentem Spiritum sanctum.

(Vers. 17.) *Si quis templum Dei violaverit, disperdet eum Deus, templum enim Dei sanctum est, quod estis vos.* Hæc idcirco præmisit, ut illos compungat, qui turpiter viventes, corpora sua violando corruperant; maxime illum qui uxorem patris habebat; ut ante esset reus, quam causa illius in medium prorumperet. Denique simili, immo eodem modo, cum causam illius iudicat, loquitur dicens: *An nescitis quia corpora vestra templum sunt Spiritus sancti, qui in vobis est, quem habetis a Deo* (I Cor. vi, 19).
 a Superius templum Dei dixit; hoc autem loco templum Spiritus sancti. Quis hic dubitet, quia Spiritum sanctum Deum significavit?

(Vers. 18.) *Nemo se seducat*: id est, nemo proprio, vel humano consilio putet se sibi prodesse. Ad superiorem sensum redit: *Si quis videtur sapiens esse inter vos in hoc sæculo stultus fiat, ut sit sapiens.* Hoc dicit, quia si quis intelligit salutem promissam, et mysterium incarnationis Domini nostri Jesu Christi, stultus fiat, id est, sapientiam mundi fugiat, ut stultus ab ea iudicetur, et tunc erit prudens; quia stultus sæculo prudens est Deo, dum credit Deum **123** fecisse, quæ ratio mundi non capit, sicut supra memoravi. Pseudoapostoli autem prudentes volentes videri in mundo, neque Deum Filium habere, neque incarnationem veram esse, neque carnem posse resurgere prædicabant.

(Vers. 19.) *Sapientia enim hujus mundi stultitia est apud Deum.* Sic stultitia est sapientia hujus mundi apud Deum, dum facit Deus, quod mundus fieri posse negat; sapientiam illius stultitiam probat, et cum multos deos dicant, fides autem unum probet, teste virtute, in prudentia sua confundentur.

(Vers. 20.) *Scriptum est enim*: b *Reprehendens sapientes in astutia eorum. Et iterum*: *Dominus novit cogitationes sapientium, quoniam vanæ sunt.* Istud in psalmo habetur nonagesimo tertio. Denique idem sensus est; sciens enim vanas cogitationes illorum ut stultos illos probaret, sapientiam illorum reprehendit, ostendens verum esse, quod falsum dicebant; et falsum, quod verum putabant.

(Vers. 21.) *Itaque nemo glorietur in homine.* Quoniam enim humanæ cogitationes et consilia improvida et infirma sunt, non esse gloriandum in homine docet, sed in Deo, cujus consilium retractari non potest: quid; quid enim homines sine Deo sapient, stultum est.

(Vers. 22.) *Omnia namque vestra sunt, sive Paulus, sive Apollo, c sive Cephas, sive mundus, sive vita, sive mors, sive præsentia, sive futura: omnia vestra, vos autem Christi, Christus autem Dei.* Alio loco dicit de eodem sensu: *Nos autem servos vestros propter Jesum* (II Cor. iv, 5). Servos pro ministris posuit; ut

a Ita vet. edit. ac mss.; at Rom. edit. sic immutavit: *Illic templum Dei dicit, infra vero templum, etc.*

b Rom. edit., *Apprehendam sapientes... sapientiam illorum apprehendit.*

c Mss. aliquot, *sive Cephas, qui est Petrus.*

non d singulos sibi defenderent, cum omnibus uterentur, sicut et Dominus dicit: *Ego sum in medio vestrum non ut ministrer, sed ut ministrem* (Luc. xxii, 27). Nam mundus utique noster est, sed ut de illo secundum Dei voluntatem sentiamus, et decretos cursus ejus in Dei voluntate ponamus. Et vita præsens concessa nobis est, sed ut modeste illam et cum Dei gloria transigamus. *Sive mors*, ut pro Christo mori libenter habeamus spe promissionis futuræ. *Sive præsentia*, ut sic præsentibus utamur, ne offendamus. *Sive futura*, ut futura credentes, ipsis nos magis, quia meliora sunt, commendemus.

(Vers. 23.) *Vos autem Christi*: ut quomodo hæc iudicio nostro concessa sunt et subjecta, ita et nos Christo subjiciamur; quippe cum per ipsum esse cœperimus, et in prima origine, et regeneratione. *Christus autem Dei.* Christus Dei est Patris sui proprius Filius, faciens voluntatem ejus; ut et nos ipsius faciamus. Si ergo Christi sumus famuli, quid est ut ad ejus injuriam de hominibus aliquid speremus?

CAPUT IV.

(Vers. 1.) *Ita nos existimet homo, ut ministros Christi, et dispensatores mysteriorum Dei.* Hoc significavit, quia minus de illo sentiebant aliqui Corinthiorum: sed ut homo hoc de illo sentiret, quod et Deus, qui illum elegerat; ideo ministros Christi ait, et dispensatores mysteriorum Dei. Quando enim non verborum strepitu, neque humana sapientia nitentur intelligi; debuit sacramentum Christi dispensare, in quo non verba, sed virtus fulgebat: non per quod homo, sed Deus gloriosus videretur; collega enim piscatorum, non aliter quam illi, Christum prædicabat. Cum ergo ministrum se Christi et sacramentorum Dei probat, pseudoapostolos notat, et abnegat Christi esse quod tradunt, per id quod discordarent a traditione apostolica.

(Vers. 2.) *Hic jam quæritur inter dispensatores, ut fidelis quis inveniat.* Hoc quod dicit, non solum ad pseudoapostolorum personam pertinet; sed et ad reliquorum, qui accepta dispensatione, aut verecundia, aut timore, aut certe commendationis suæ causa constanter arguere trepidabant aut malos sensus aut mores. Hic enim tam constans erat, ut nec vitæ suæ parceret, dummodo fideliter omnia celebraret.

(Vers. 3.) *Mihi autem pro minimo est, ut a vobis dijudicer, aut ab humano die.* Quos in tantis vitiis reprehendit, miserum dicit ab his se iudicari; quippe cum nec a justis iudicandum se sciret. *Aut ab humano die*, hoc est, quia nec a legibus mundo creditis iudicandus erat. Supergressus enim humanam justitiam, cœlesti justitiæ studebat, sicut dicit Dominus: *Nisi abundaverit justitia vestra plusquam scribarum et pharisæorum, non intrabitis in regnum*

d Rom., edit., *singulos sibi deferrent.* Et infra, *quia meliora sunt, accommodemus.*

e Eadem edit. Rom., *omnia consummaret.* Ac post pauca, *reprehendit, minimum dicit.*

Dei. (Matth. v, 20). Humanum ergo **124** diem cum dicit, significat et divinum; in quo iudicaturus est Christus, quia sicut jurisconsulti seu pontifices, quos vocant sacerdotes, certos dies quibus iudicatur, decreverunt; ita et dies Domini definitus est, quo iudicaturus est mundum.

(Vers. 4.) *Sed neque me ipsum iudico; nihil quidem mihi conscius sum.* Apertum est quia conscientiam puram habens sollicitus de se non erat. *Sed non in hoc justificatus sum.* Nunc humiliat se, et loquitur ut homo, qui possit culpam incurere nescius. *Qui autem iudicat me, Dominus est.* Recte ait; quamvis enim humiliaverit se, tamen Domino Christo plurimum dedit; quia potest, quod hominem latet, dum occulta iudicat, manifestare, non ut reum faciat, sed prudentem. ^a Quamvis enim sanctus, tamen homo est, quem non potest fieri, ut non aliquid lateat. Interdum enim aliquid utile putamus, quod inutile est; nec enim omnia membra aut latera conversationis humanæ descripta habemus: ab iis autem quæ graviora sunt, aperte prohibiti sumus. Nam quædam causæ nos fallere solent ex causis aliquibus ortæ; ut quod non est utile, putemus utile: quod leve quidem est; quia propositum liberum est.

(Vers. 5.) *Itaque nolite ante tempus iudicare, donec veniat Dominus.* Monet illos ne iudicent, cum iudicandi sint, et habeant duplex peccatum, sicut ait Dominus: *Nolite iudicare, ut non iudicemini* (Matth. vii, 1); sed expectate diem iudicii Dei, ac si fideles et boni sint. Injuria enim iudicis est, si ante cognitionem ejus a servo procedat iudicium aut **C** sententia.

Qui et illuminabit occulta tenebrarum, et manifestabit consilia cordium: et tunc laus erit unicuique a Deo. Hoc dicit, quia in die iudicii nihil occultum erit eorum, quæ gesta aut cogitata sunt: et simplicitas et hypocrisis illic apparebit; ut et qui despectus habebatur, forte appareat dignus: et qui aliquid esse putabatur, inventiatur reprobus. ^b Omnia enim nuda erunt in die iudicii, et tunc laus erit bene agenti vel cogitanti. Illic enim qui laudatur, improbabile est an dignus sit, sicut et in alio loco dicit: *Non enim qui se ipsum commendat, ille probatus est: sed quem Deus commendat* (II Cor. x, 17), quem utique nihil latet.

(Vers. 6.) *Hæc autem, fratres, transfiguravi in me, et Apollo propter vos; ut in vobis discatis, ne supra quod scriptum est, unus pro uno infletur adversus alterum.* Transfiguravit hæc in se et Apollo, dum pseudoapostolorum glorias et traditiones perversas sub sua persona et Apollo evacuat, summam illos designans, non singulatum; ne forte major discordia in populo nasceretur. Nemo enim audieps nomen suum taxari, aut ejus cui favet, contentus est tacere:

^a Vet edit. et mss. non pauci, *Quamvis enim homo est, quem non potest, nisi aliquid lateat*; Rom. edit. cum Gill. in marg. et mss. nonnullis locum satis commode sic emendarat: *Quis enim homo est, quem non aliquid lateat*; sed veram lectionem sup-

lacite autem nomine si quis audiens, etiamsi de se intelligat dictum, dissimulat. Sub hac ergo propositione evacuavit personas illorum, cum dicit: *Ego plantavi, Apollo rigavit, etc.* (I Cor. iii, 6), ut in his disceret nihil dandum hominibus.

(Vers. 7.) *Nam quis te discernit? Id est, sunt aliqui, qui amplius accipientes in baptismo aut in doctrina, cæteros dicant minus consecutos.* Hoc iis loquitur, qui baptizatos ab aliis, plus aliquid esse putabant: quorum eloquentia seducebantur, ut loco quodam perversa recta putarent. Tanta enim discordia erat in populo, ut multa essent studia diversarum partium: et sic omnia dicta sua aptavit Apostolus sine manifestatione nominum omnibus partibus; ut cum legeretur epistola, unaquæque pars ad se dicta susciperet, audiens quod causæ suæ intendi cognosceret.

Quid enim habes, quod non accepisti? Nihil illum boni ultra dicit consecutum ab aliis, quam ab eo acceperat, ideo frustra queri; quod enim habebant, ab Apostolo acceperant. Ad unum autem videtur loqui, quia ad partem plebis loquitur.

Si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non accepisti? Hoc quasi insultatores Apostoli agebant per imperitiam; ut eadem audientes, quæ ab Apostolo jam didicerant, illum evacuantes, de horum magisterio gloriarentur; eloquentia enim commendati, prædicationis gloriam in se convertebant. Apostolus vero contemptibilem se volebat videri, dummodo Dei gloriam faceret acceptabilem.

(Vers. 8.) *Jam saturati estis, jam divites facti estis, sine nobis regnatis.* Ironia est, ut dicunt; irascentis enim verba **125** sunt, non confirmantis. In quibus enim tanta vitia arguit, regnare illos dicit; sic enim putabant, gloriantes de iis quæ a pseudoapostolis tradebantur.

Et utinam regnetis, ut et nos vobiscum regnemus. Ut pius pater etiam ingratis filiis bene optat. Qui enim poterat fieri, ut sine apostolis regnarent? Quid enim non ab apostolis traditum est, sceleribus plenum est. Sic tamen ordo fuerat dicere: *Ut vobiscum regnetis*; sed quia præmiserat: *Et utinam regnetis*, aliter dicere non potuit nisi: *Ut et nos vobiscum regnemus.* Regnare autem est de spe et promissis Christi securum esse, et gaudere in iis, quæ adversa propter nomen Christi accidunt; lucrum enim afferunt, non detrimentum. Unde alio loco dicit: *Cum infirmior, tunc potens sum* (II Cor. xii, 10).

(Vers. 9.) *Puto enim quod Deus nos apostolos novissimos ostendit, quasi morti destinatos.* Hoc ideo personæ suæ deputat, quia semper in necessitate fuit, persecutiones et pressuras ultra cæteros passus, sicut passuri sunt Enoch et Elias, ^c qui ultimo tempore futuri sunt apostoli. Mitti enim habent ante

peditavit cod. Vall. ut nos in textu.

^b Mss. aliquot, *omnia enim nota erunt.*

^c Corb. ms., *qui in ultionem præfuturi sunt apostoli. Mitti enim habent ante antichristum.*

Christum ad præparandum populum Dei, et munien-
das omnes Ecclesias, ad resistendum anticristo,
quos et persecutiones pati et occidi lectio Apocalypsis
testatur. Horum ergo tempus suo tempori compara-
vit Apostolus dicens: *Quasi morti destinatos* (*Apoc.*
xi, 8 et seq.), ad hoc enim venturi sunt, ut occidan-
tur.

*Quia spectaculum facti sumus huic mundo, et ange-
lis et hominibus.* Quia erant spectaculum et Enoch et
Elias usque adeo, et corpora eorum in platea pro-
jiciantur in conspectu totius populi infidelis; ita et
apostoli spectaculum facti sunt; quia publice rideban-
tur, postli ad injuriam et mortem quam passi sunt.
Mundum autem, angelos et homines dixit; quia et an-
geli mali sunt, dicente David in psalmo septuagesimo
septimo: Vexabat illos per angelos malos, et homi-
nes mali et increduli; his apostolorum injuriæ ob-
lectamento sunt. Mundus autem idcirco infidelis
dicitur, quia visibilia sequitur.

(Vers. 10.) *Nos stulti propter Christum.* Verum est
quia amantes Christum, stulti sunt mundo. *Vos au-
tem prudentes in Christo.* Qui prudens in Christo ju-
dicatur a perfidis, non recte asserit Christum. De-
nique Marcion, quia negat Filium Dei, et incarnari
Deum potuisse, prudens est mundo, et Photinus, quia
non fatetur Christum per id quod natus est, Deum,
sapiens videtur mundanis.

Nos infirmi. Infirmi ideo, quia sine adulatione et
cum stultitia, sicut videtur mundanis, prædicantes
Christum injuriis subiciebantur. *Vos autem fortes.*
Ideo fortes, quia sic profitebantur Christum, ne of-
fenderent homines, et essent securi.

Vos mobiles. Qui enim Christum non fatetur, quia
Abraham promissus est, et ab initio prædicatus, hic
nobilis contra Christum est; quia antiquitatem pro-
missi Christi aliis deputat. *Nos vero ignobiles.* Ign-
obilis mundo est, qui Christum, quod mundus denegat,
ab initio profitetur. Hæc igitur omnia supradicta,
quæ negare videtur, confirmat, et quæ quasi confir-
mare videtur, negat. Irascens enim verba sunt, qui
negando confitetur, et confitendo negat.

(Vers. 11, 12.) *Usque ad hanc horam et esurimus, et
sitimus, et nudi sumus, et colaphizantur, et instabiles
sumus, et laboramus operantes manibus nostris.* Libere
enim et juxta veram fidem sine aliqua adulatione
Christum prædicantes, et gesta pravæ vitæ arguen-
tes, gratiam apud homines non habebant, et cola-
phizabantur, id est injuriis agebantur, et instabiles
erant; quia fugabantur, ne in loco diu manentes,
plures docerent. Ideo et manibus operabantur, quia
non solum gratiam apud homines non habebant; ve-
ram etiam ab his accipere indignum erat, qui errori
studebant, sicut dicit in psalmo centesimo quadra-
gesimo: *Ostem autem peccatoris non impinguet caput
meum* (*Psal. cxl. 5*). Quia et libertatem arguendū amittit,
et peccat, qui ab eo accipit, qui idem dat, ne cor-
ripit.

^a Rom. edit, *tanquam lustramenta usque modo.*

^b Omnes edit., *sed persistere*; omnes mss., *sed resisterent.*

(Vers. 13.) *Maledicimur et benedicimus*: male tra-
ctantes enim se hortabantur ad bonum. *Persecutio-
nem patimur et sustinemus*; quia persequentibus se
non resistebant. *Blasphemamur et obsecramus*: blas-
phemantes enim rogabant, ut permitterent sibi reddi
rationem.

128 *Tanquam purgamenta hujus mundi facti su-
mus, omnium peripsa usque modo.* Non resistendo
ulli, neque vicem in malis reddendo, sed semper se
subjiciendo; ut per patientiam revocaret ad bonum,
contemptibilis et despectus se habet. *Usque modo*, id est,
usque nunc etiam apud Corinthios, pro quibus hæc,
quæ supra memorat, mala passus est. Et quoniam
humilitatem suam nihil in his proficere videbat, que-
ritur dolore commotus tantam subjectionem et in-
jurias nullum fructum habere potuisse; sed et
quod deterius est, in pejus profecisse.

(Vers. 14.) *Non ut confundam vos, hæc scribo*: hoc
est, non ut ruborem vobis faciam, hæc scribo, sed
ut corrigatis. *Sed quasi filios meos charissimos moneo.*
Adbuc se supplicem facit, ne correpti, et ad iram
provocati, admonitiones ejus spernerant. Id agit ut
medicus salutaris, qui putamina abseindens, dolo-
rem illatum spe et blanditiis mitigat, ut æger se cu-
rari permittat.

(Vers. 15.) *Si enim decem millia pedagogorum ha-
bueritis in Christo, sed non multos patres. Nam in
Christo Jesu per Evangelium ego vos genui.* His dictis
ostendit nullum posse eo affectu diligere illos, quo
ipse eos diligebat. Quis enim alienos filios suis præ-
ponat in amore? Ac per hoc monita ejus, qui et pro
his tanta mala passus est, non debere eos sper-
nere.

(Vers. 16.) *Obsecro ergo vos, imitatores mei es-
tote.* O benevolentiam sancti Apostoli, qui obse-
crat filios, ut imitentur patrem, hoc est, sponte ro-
gat ægros, ut recipiant medicinam! In his tamen
sui illos imitatores vult esse; ut sicut hic multa exi-
tia pro salute eorum ab incredulis passus est, et non
cessit, dummodo per dies et noctes evangelizaret il-
lis donum gratiæ Dei; ita et illi manentes in fide
ejus et doctrina, non reciperent falsorum apostolorum
prava commenta, sed resisterent contemnentes
opprobria, aut detractiones, ut patri suo spiritali
inviolatum reservarent affectum.

(Vers. 17.) *Ideo misi ad vos Timotheum, qui est
filius meus charissimus et fidelis in Domino.* Hortatur
illos in hoc eodem Timotheo, quem ideo charissi-
mum et fidelem filium obtestatur in Domino, ut in
hoc discerent, quid peccarent; cum enim huic te-
stimonium perhibet, illos arguit.

*Qui vos commonefaciat vias meas, quæ sunt in
Christo Jesu, sicut ubique in omni Ecclesia doceo.* Per
istum quem fidelem filium in Domino confirmat,
reverti illos vult ad regulam a se traditæ veritatis;
ut commonefuit verbis et exemplis operum ejus resi-
piscerent, cognoscentes non peperam se fuisse ab

Apostolo doctos, quando eadem tenere omnes Ecclesias discerent.

(Vers. 18.) *Tamquam non venturus essem ad vos, sic inflati sunt quidam.* Indignabantur quidam Corinthiorum, quia non ibat ad illos, non desiderio, sed superbia, quod quasi indignos illos haberet; cum magis Apostolo hoc studium fuerit, ut de indignis faceret dignos. Habebat ergo votum eundi, sed majora erant, quæ agebat.

(Vers. 19.) *Veniam autem cito ad vos, si Dominus permiserit.*^a Post commonitionem promittit se ire ad illos, sed si Dominus permetteret; ut quia plus scit Deus quam homo, ideo si sciret operæ pretium esse, permetteret: et si non iret, Dominum non sivisse ostenderet, causa utique indignitatis illorum.

Et recognoscam non sermonem illorum, qui inflati sunt, sed virtutem. Confundit illos, quia cum oblique conversarentur, indignabantur, quasi digni essent ab Apostolo visitari.

(Vers. 20.) *Nec enim in sermone est regnum Dei, sed in virtute.* Ut sicut regnum Dei non splendore verborum commendatur, sed virtute signorum, ita et hi non verbis nudis, sed virtute operum spiritualium dignos se ostenderent ab Apostolo visitari.

(Vers. 21.) *Quid vultis? In virga veniam ad vos, an in charitate et spiritu mansuetudinis?* Terroris verba infert, ut pudorem passi, qui inflati erant, humiliarentur; ut si vere Apostoli præsentiam desiderarent, præpararent se ad excipiendum eum, id est, abluerent se^b ab omni macula criminis; ut veniens ad illos, lætitiâ haberet quasi cum filiis charissimis.

CAPUT V.

(Vers. 1.) *Omnino auditur inter vos fornicatio, et talis fornicatio, qualis nec inter gentes.* Ut quam grave sit istud **127** peccatum ostenderet, nec ab iis hoc dixit admitti, qui Deum nesciunt; ut proinde qua poena hic mulctandus esset, ostenderet, ^c qui sub æterna et divina iustitia constitutus, tanti sceleris crimen admiserat.

Ita ut quis uxorem patris habeat. Præmissi criminis prodidit genus; ut non solum illum aperte reum mortis faceret, sed et adhærentes illi non immunes a crimine demonstraret, in quo enim difficile peccatur, plus facit reum.

(Vers. 2.) *Et vos inflati estis, et non magis luctum habuistis.* Superbiam illorum in tantum humiliat, ut non querulos jam, sed magis supplices faciat. Erant enim et ipsi participes, dum paterentur reum tam ingentis facinoris secum incorruptum convenire; ut omnes uno consilio abjicerent eum, si negaret emendare se. Si autem quis potestatem non habet,

^a Ms. Corb., *Pia commonitione promittit, etc.*

^b Nonnulli inss., *ab omni plaga criminis.*

^c Mss. aliquot, *qui sub terreno et divina iustitia.*

^d Ita inss. et edit. vet.; at Rom. edit. vocem *omnis* hinc resecat.

^e Nonnulli cod., *Nam omnium consensu, et præsentia Spiritus, cujus legatione.... de Ecclesia præcepit;* alii mss. et edit. inter se consentiunt, nisi quod vet.

A quem sit reum, abjicere, aut probare non valet, immunis est, et iudicis non est sine accusatore damnare, quia et Dominus Judam, cum fur esset, quia non est accusatus, minime abjecit.

Ut tolleretur de medio vestrum, qui hoc opus fecit. Cognito opere isto, pellendum illum fuisse de cœta fraternitatis; omnes enim crimen ejus sciebant, et non arguebant; publice enim novercam suam loco uxoris habebat. In qua re neque testibus opus erat, neque tergiversatione aliqua poterat tegi crimen.

(Vers. 3-5.) *Ego quidem absens corpore, præsens autem spiritu:* id est, absens facie, præsens autem auctoritate spiritus, qui nusquam abest. *Jam judicavi ut præsens, eum qui hoc admisit, in nomine Domini nostri Jesu Christi congregatis vobis et meo spiritu, cum virtute Domini nostri Jesu, tradere hunc Satanæ in interitum carnis.* Quoniam^d omnis carnis voluptas a diabolo est, ac per hoc cum huic voluptati remittitur, traditur Satanæ; caro enim hoc habet in natura, ut intreat; anima ergo cum se jungit desiderio ejus, infirmans spiritualem suum vigorem, simul interitum patitur. Itaque si hic correptus stupri admissi, crubesceret ejectum se, non interiret, poenitentia subsequente. ^e Non tantum omnium consensu et præsentia; sed virtute Domini Jesu, id est sententia cujus legationeungebatur Apostolus, abjiciendum illum de Ecclesia censuit. Cum ejicitur, traditur Satanæ in interitum carnis; et anima enim et corpus intereunt, quando quæ contra legem sunt, fiunt: sed in hac aliter causa interitus carnis homini deputatur. Quamquam enim omnia peccata carnalem hominem præstent, hoc tamen specialiter desiderium carnis est, ^f quo cum corpore tradit gehennæ; quia victa anima, sordibus maculata anima, libidine carnis fit caro; sicut et corpus recte gubernatum spiritale appellatur. Animus tamen est, qui aut victus illecebris, totum hominem carneum facit: aut in vigore naturæ suæ manens, carni præstat, ut spiritualis dicatur.

Ut spiritus salvus sit in die Domini Jesu Christi. Tradit contaminatum supradictum Satanæ, ut spiritus salvus sit in hominibus Ecclesiæ in die iudicii; nisi enim ejectus esset, non fieret salvus spiritus Ecclesiæ in die iudicii. Deserebat enim omnes contaminationis causa, ut in die Domini nudi ab Spiritu sancto inventi, audirent a iudice Domino: *Recedite a me, non novi vos (Math. vii, 23);* sicut dicit ad Romanos: *Si quis autem spiritum Christi non habet, hic non est ejus. (Rom. viii, 9);* et in alia epistola: *Nolite contristare Spiritum sanctum Dei. (Ephes. iv, 30).* Si enim contristatur deserit, et non erit salvus: non utique sibi, qui impassibilis est:

edit. præferunt etiam *nam* pro *non*, nec non perinde ac Rom. edit. omittunt *tantum*, quod nos e mss. aliquot restituimus.

^f Mss. nonnulli, et Rom. edit., *quo sordibus maculata anima, a libidine carnis fit caro, etc.;* Thuan. *quod sordibus maculatam animam cum corpore tradit gehennæ.*

sed nobis quibus datus est : ut per illum Dei filii esse a probemur. Res enim quæ amittitur, salva non est, non utique sibi, quæ ubicumque sit, necesse est ut sit ; sed ei a quo amittitur.

(Vers. 6.) ^a *Bona est gloriatio vestra?* Hoc est, non bona est; læti enim erant, cum magis contristari debuerint in fratre tam acerbe peccante, sicut tristis fuit Samuel in Saul peccante. A quo crimine mali doctores aut dissimulabant, aut negligentius arguebant (sicut et Heli sacerdos (1 Reg. II, 23), filios suos peccantes in Deum) ^b ne amari essent hominibus.

Nescitis quia modicum fermentum totam massam corrumpit? Ita et peccatum unius, quod cognitum non arguitur, multos contaminat; immo omnes qui norunt, et non devitant, aut cum possint arguere, dissimulant. Non enim sibi videtur peccare, quando a nullo corripitur aut vitatur.

128 (Vers. 7.) *Expurgate vetus fermentum, ut sitis nova conspersio.* Hoc duplici genere accipiendum est, quia est et fermentum humana doctrina, dicente Salvatore: *Cavete a fermento Phariseorum* (Matth. XVI, 11), id est a doctrina. Et ad malam ergo doctrinam cavendam, et ad hanc causam dictum est, quia ejecto fornicatore, vetus fermentum ejicitur. Ideo autem vetus quia antiqui erroris peccatum est. Nova autem compositio, Christi doctrina est.

Sicut estis azymi. Azyma ex causa non fermentata farina dictum est, cum filii Israel ejecti sunt de Ægypto; ut fermentum vetustas haberetur, azyma autem novitas. Abjctis enim veteribus erroribus Ægyptiorum in novam legem inducti sunt; ita et Corinthii post paganorum errores in Evangelium Christi inducti sunt. Hortatur ergo, ut secundum professionem suam, quam ab Apostolo sub nomine Christi acceperant, et viverent, jam vitæ novæ cultores: et hoc est azymos esse.

Pascha nostrum immolatus est Christus. Secundum Legem docet novitatem paschæ ratione consistere, et ideo Christum esse occisum, ut ex eo nova prædicatio novam faceret conversationem; ut quia paschæ rationem colimus, veterem vitam non sequamur. Pascha itaque immolatio est, non transitus sicut quibusdam videtur; prius enim pascha, et sic transitus, quia ante exemplum Salvatoris est et sic signum salutis. Nec enim ante signum, quam crux; nam occiso vespere agno, in Ægypto filii Israel pascha egerunt, ex cujus sanguine postes signarunt; ut noctu Angelus transiens, ea loca non contingeret, quæ sanguine agni fuerant oblita (Exod. XII, 28).

(Vers. 8.) *Itaque festa celebremus, non in fermento veteri.* Hoc est lætitiâ habentes renovationis, facta vetera fugiamus, immunditiam omnem abjicientes a nobis, quæ est corruptio; quia sicut fermentum totam massam corrumpit, ita et mala vita totum hominem. Ergo ut non solum a turpitudine vitæ nos observemus, sed et ab iniquitatis studio, adjecit:

^a Ita mss. prope ad unum; omnes vero edit., *Non est bona gloriatio vestra, hoc est, mala est.*

^b Mss. Remig. ac Laud., *ne amarus esset, eos non*

Nec in fermento malitiæ et nequitiae, sed in azymis sinceritatis et veritatis. Hoc est, ut sinceritas mundam vitam faciat, veritas autem omnem fraudem excludat.

(Vers. 9, 10.) *Scripti vobis in epistola, ne commisceamini fornicariis.* Scripsisse se significat prius, ubi commonet illos, ne jungerent se malæ vitæ hominibus. Et quia non intellexisse forte ea quæ scripserat, videbantur; nunc in hac epistola quid scripserit, interpretatur dicens: *Non utique fornicariis hujus mundi; sed a fratribus talibus scripsi recedendum.*

Aut avaris, aut rapacibus, aut idolis servientibus; alioquin debueratis de hoc mundo exisse. Igitur intellectum eorum arguit, qui putabant forte quia ab incredulis, fornicariis, aut avaris, aut rapacibus, aut idolis servientibus prohibuisset, non a fratribus; et ideo illum qui uxorem patris habebat, inter se esse non ægre ferebant. Si igitur his commisceamini, inquit, melius erat mori vos; compendium est enim male agentibus, si citius moriantur, quam si diutius in peccatis versentur.

(Vers. 11.) *Nunc autem scripsi vobis, ne commisceamini. Si is qui frater nominatur inter vos, est fornicator, aut avarus, aut idolis serviens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cum hujusmodi ne cibum quidem sumere.* Cum fratre prohibet cibum sumere, cum infideli autem non prohibuit, quippe cum dicat: Si quis vos vocat ex fidelibus ad cœnam, et vultis ire, omne quod appositum fuerit, manducate (Luc. X, 8). Ideo ait:

(Vers. 12.) *Quo enim mihi de his, qui foris sunt judicare?* Verum est quia perfidos episcopus non potest judicare: cum fratre autem in quo vitia hæc reperiuntur, non solum sacramenta non edenda, sed sed nec communem escam docet; ut erubescat, cum vitatur et se corrigat.

(Vers. 13.) *Nonne de iis qui intus sunt, vos judicatis?* Judicat quis, dum discernit cui fratri adhæreat, quem arguat, quem devitet, *Nam eos qui foris sunt, Deus dijudicabit.* Superius: *Nolite, ait, ante tempus judicare* (1 Cor. IV, 5); hic non prohibet. Sed superius incognita per suspicionem maxime de rectore prohibuit judicare; quia Dei solius est occulta judicare; hoc autem loco, ut frater fratrem examinet (II Cor. XIII, 5), etiam jubet, sicut alio **129** loco dicit: *Vos ipsos tentate, si estis in fide: ipsi vos probate* (II Cor. XV, 5). Qui autem foris sunt, in die iudicii damnabuntur; quia dixit Dominus: *Qui non crediderit, jam judicatus est* (Joan. III, 18). In quo enim spes non est, pro mortuo habendus est.

Auferte malum ex vobis ipsis. Adhuc commonet, ut discernantur a malis et operibus et hominibus.

CAPUT VI.

(Vers. 1.) *Audet aliquis vestrum adversus alterum habens negotium, judicari apud iniquos, et non apud arguebat.*

^c Corb. cod., *malis non emendantibus, si citius, etc.:*

sanctos? Iniquus duplii genere significat, et qui non credunt, et qui leges a Deo mundo creditas frequenter cum adulatione interpretantur, auctoritatem harum idolis deputantes, ideoque iniqui sunt; et quia in Ecclesia magis lex est, ubi Dominus legis timetur, melius dicit apud Dei ministros agere causam: facilius enim de Dei timore sententiam legis veram pronunt.

(Vers. 2.) *Aut ignoratis quoniam sancti hunc mundum judicabunt.* Nihil otiose dicit Apostolus; ideo enim hunc mundum dixit, ut ostendat et alterum; quia et Joannes apostolus (I Joan. 1, 15): *Nolite, ait, diligere hunc mundum.* Et Dominus in Evangelio: *Sic, inquit, dilexit Deus mundum, etc., (Joan. III, 16).* Hic ergo mundus in errore est, non ille superior, ad ejus similitudinem hic factus est. Unde homo hic positus est, ad imaginem Dei factus, ut sicut in superiore mundo ab uno Deo sunt omnia, ita et in hoc ab uno homine omnes habent originem. Hinc est unde Moyses in Deuteronomio: *Cum divideret, inquit, Altissimus gentem, quemadmodum disperdit filios Adee: statuit fines gentium secundum numerum angelorum Dei. (Deut. xxxii, 18).* Quid tam apertum, hunc mundum superioris esse imaginem certa ex causa; est enim et Hierusalem inferior; et illa superior, quam matrem nostram vocat idem Apostolus (Galat. IV, 26): est inferior paradisu, in quo homo positus, mandatum et ut operaretur ibi, et ut custodire, accepit (Gen. II, 8). Est et ille caelestis, in quo raptus Apostolus, audivit verba arcana (II Cor. XII, 2). Judicabunt ergo sancti hunc mundum: quia exemplo fidei illorum perfidia mundi damnabitur.

Et si in nobis judicabitur mundus. Tunc judicabitur hic mundus in nobis, si opus perfidorum hominum non invenitur in nobis. *Indigni ergo sunt hujusmodi, qui etiam de minimis judicent?* Hoc est, non sunt utique indigni ii, qui ipsum mundum judicaturi sunt, ea judicare quae mundi sunt.

(Vers. 3.) *Nescitis quoniam angelos judicabimus?* Addidit plus, dicendo: *angelos judicabimus*, id est, potentias spirituales, quas alio loco tradit in caelestibus degere, eodem genere judicandos angelos a nobis, quo et mundus judicabitur.

(Vers. 4, 5.) *Saecularia igitur judicia si habueritis, contemptibiles qui sunt in Ecclesia, illos ad judicandum constituite.* Saecularia judicia sunt, ad corpus pertinentia vel corporea. Et quia non sic fieri debet, adjecit: *Ad reverentiam vestram dico.* Ne quia supra negotium nominavit, sed quale non significavit; sunt enim et divina negotia, dicente eodem: *Adjuutor negotii mei (Rom. XVI, 2).* Et saecularia forte judicia, quia prohibeant apud perfidos agenda, quamvis in Ecclesia, sicut auferant, a qualibuscumque ta-

men putarent audienda aut terminanda; ad ruberrum eorum ait: Contemptibiles qui sunt in Ecclesia, illos ad judicandum constituite. Sunt enim in Ecclesia et lignea vasa; tam enim intractabiles et inconsideratos eos significavit, ut imperitos forte ex fratribus iudices eligerent. Hoc de experto Apostolus; sciebat enim quam tepidi et improvidi in reliquis causis fuerant deprehensi.

Sic non est inter vos quisquam sapiens, qui possit judicare inter fratrem suum? Quia ergo sunt, inquit, sapientes fratres, aliqui horum eligantur ad judicandum quorum iudicium^b miretur mundus. Magnus enim pudor est, si inter eos qui dicuntur Deum cognovisse, non inveniat, qui examinare possit negotium juxta jus evangelicum. Ideo autem fratrem^B iudicem eligendum dicit, quia adhuc rector Ecclesiae illorum non erat ordinatus.

(Vers. 6.) *Sed frater cum fratre iudicio contendit, et hoc apud infideles.* Manifestum est quia infideles aut arbitros, ut assolet fieri, postulatos significat, aut iudicem publicum, cui dici solet: *Hodie dies sacrorum est, jus dici non potest.*

130 (Vers. 7.) *Jam quidem omnino delictum in vobis est, quod judicia habetis inter vos.* Peccatum esse significat, quia frater cum fratre litigat, cum danda opera sit, ut concordet sint, quasi germani; maxime cum fides nostra paci student. Quamquam enim christianus litigare non debeat, tamen si grave quid fuerit, et quod contemni non possit, causam ad Ecclesiam deferat; ne et damnum ad praesens, et offensionem forte incurrat.

(Vers. 8.) *Quare non magis^c injuriam accipitis? quare non magis fraudem? Sed vos injuriam facitis, et fraudatis: et hoc fratribus.* Nunc hos corripit, quorum injustitia jurgium generatur; quia non solum per fraudem admissam rei sunt, sed et partem habent delicti illorum, qui exacti injuria aut fraude eorum, infideles rogant ad judicandum: et cum fraudem aut injurias illatas persequi non deberent, non solum vindicant, sed et ipsi fraudem et injurias faciunt; ut puniendae exempla fratribus tribuant. Et quid aliis facere credatur, qui non parit suis?

(Vers. 9, 10.) *An nescitis, quia iniqui regnum Dei non possidebunt?* Hoc dicto ostendit illos non nescios peccare, ac per hoc gravius vindicandum. ^d Si enim immisericordes rei sunt apud Deum, quanto magis iniqui? *Nolite errare; nam neque fornicarii, neque idolis servientes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque fures, neque avari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces regnum Dei possidebunt.* Non haec idcirco memoravit quasi nescirent, apud quos annum et sex menses sedati docens Evangelium Dei: sed communit, ut restau-

^a Edit. et mss. nonnulli, *ad nescundiam*; alii mss. *patres ac potiores, ad reverentiam.* At seq. versu *pro divina negotia*, solus Corb. legit, *divina judicia.*

^b Ita mss. aliqui, et vet. edit.; Rom. vero, *imitetur mundus*; at plures mss., *meretur mundus*; Corb., *judicio examinabitur mundus*, Infra autem, ubi vet. edit.

ac mss. non pauci, *juxta jus evangelicum*, habetur in aliis cod., *juxta ejus evangelium.*

^c Rom. edit. et quidam mss., *injuriam patiuntur? quare non magis fraudamini?*

^d Edit. quaedam Paris., *Si enim misericordes.*

raret in illis reverentiam Legis, et meritum ad regna cælorum (Actor. xviii, 14).

(Vers. 11.) *Et hoc quidem fuistis.* Ne omnibus hoc ascribere videretur, aut certe omnes ab his criminibus immunes faceret, si taceret (prohibuisse enim videbatur, non revelasse crimina illorum) idcirco sic ait: *Et hoc quidem fuistis.* Et ne ad iram illos provocaret, adjecit: *Sed abluti estis;* ut agnoscentes crimina rei facti, statim respirarent audientes: *Sed abluti estis.* Solent enim aliqui pudorem pati, et corrigere, cum de se audiunt bona.

Sed sanctificati estis, sed justificati estis in nomine Domini nostri Jesu Christi, et Spiritu Dei nostri. Hæc omnia beneficia puritatis in baptismo consecuti noscuntur, quod est fundamentum evangelicæ veritatis. Illic enim omnibus peccatis depositis, abluitur credens, et justificatur in Domini nomine, et per Spiritum Dei nostri Deo filius adoptatur. Per hoc admonet illos quanta et qualis sit gratia, quam per veram traditionem consecuti sunt: postea vero contra hanc regulam fidei impulsu malorum doctorum sentientes, his beneficiis se exuerunt. Unde id agit, ut revocet illos ad veram et primam sententiam; ut recuperarent, quod fuerant consecuti.

(Vers. 12.) ^a *Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt.* Quibusdam videtur propter libertatem concessi arbitrii dixisse Apostolum: *Omnia mihi licent, etc.;* ut liceat fornicari, non tamen expediat. Sed quomodo licet, quod prohibetur? Aut certe si omnia licent, nihil potest dici illicitum. Sed licet, non tamen expedit. Hæc susurrant potius, quam asserunt, aut immemores aut negligentes. Dicit enim Joannes Baptista ad Herodem: *Non licet tibi habere uxorem fratris tui (Marc. vi, 18).* Sed forte Joannes expers fuerit humavi eloqui, inspiratus in utero; quia si hoc est, dicere debuit: Licet tibi, sed non expedit. Sed et Dominus similiter mulieri Chananæ ait: *Non licet accipere panem filiorum, et mittere canibus (Math. xv, 16).* Et iterum dicit Dominus Judæis: *Non legistis quid fecit David, cum esuriret; quomodo intravit in domum Domini, et panes propositionis accepit, quos non licebat ei edere, etc., (Marc. ii, 25).* Omne ergo quod prohibetur, non licet; ^b et omne quod non licet, prohibetur: sed aliquando, interveniente causa aliqua, licet, sed non expedit.

Omnia mihi licent, sed ego sub nullius redigar potestate. Omnia sibi licere dicit, ea scilicet, quæ et coepistolis ejus licuerunt, quæ et lex continet naturalis, non Moysis; quia multa prohibuit Moyses propter duritiam cordis populi increduli et cervicosi (Math. xix, 8). Tamen si ad causam respicias, aliud fuit in sensu Apostoli, ut hæc loqueretur; hæc enim præmisit postea acturus hanc causam, sicut fecit et de illo **131** qui incestum admiserat; proponit enim designans

^a Expositio hujus versiculi in mss. non paucis hoc loco omittitur: sed reponitur in sequenti pagina; unde alia rursus transponuntur.

^b *Et omne... prohibetur,* in textum ex ms. Vall. et

A quid acturus esset postea. Denique statim ad superiorem sensum, breviter interim re commendata, redit; hoc enim ideo dixit, quia licebat illi ab his sumptibus accipere. Sed quoniam sciebat pseudoapostolos occasionem querere accipiendi, noluit ab his accipere, ne causa ventris vigor evangelicæ veritatis torpesceret. Si enim ab iis acciperet, quos in tantis vitiis arguebat, auctoritatem magisterii concessam sibi a Domino inclinabat; non enim potest constanter argui a quo accipitur: maxime cum ideo promptus ad dandum sit, ut sibi humiliter præpositum. Unde et dicit: *Sed ego sub nullius redigar potestate.*

(Vers. 13.) *Esca ventri, et venter escis, Deus autem et hunc et has destruet.* destructio ventris est, cum edendi cessat officium: esca vero destructio tunc erit, quando steterit nativitas. Pseudoapostoli autem, qui non utique religionis causa, sed quæstus circumbant, peccantibus amari esse nolebant. *Corpus autem non fornicationi, sed Domino.* Nunc redit ad superiorem sensum: *Et Dominus corpori.* Quid Dominus corpori? Subauditur immortalitatem resuscitato præstabit; corpus enim Deo dicatum, dono spiritali remunerabitur merito ducis, id est, animi.

(Vers. 14.) *Deus vero et Dominum suscitavit, et nos suscitabit per virtutem suam.* Idem sensus est, quem exemplo voluit Dominicæ resurrectionis firmare; virtus enim Dei Christus est, qua nos suscitabit, et ipsum Dominum. Hoc dixit, quia ipse Dominus corpus suum suscitavit, sicut et ipse Dominus ait: *Solvite templum hoc, et ego tribus diebus suscitabo illud. Hoc autem dixit de templo corporis sui (Joan. ii, 19).*

(Vers. 15.) *Nescitis quoniam corpora vestra membra sunt Christi? Corpora nostra membra Christi sunt, sed in novum hominem, qui secundum Deum creatus est; quia ipse est caput Ecclesiam. Tollam ergo membra Christi, et faciam membra meretricis? Absit (Ephes. iv, 24).* Ait, *Absit,* quia meretrici adhærentia membra desinunt esse membra Christi.

(Vers. 16.) *An nescitis, quia qui adhæret meretrici, unum corpus fit? Hoc dicit, quia qui contaminationi se admiscet, unum fit cum eo, cui se admiscet. Fornicatio enim ambos unum facit; ut quomodo in natura, sic et in macula unum sint. Erunt, inquit, duo in carne una (Gen. ii, 24).* Manifestum est, ut quia mulier de viro est, ambo in carne una sint.

(Vers. 17.) *Qui autem adhæret Domino, unus spiritus est.* Quoniam in bene agentibus Spiritus Dei est communis cum Deo et hominibus.

(Vers. 18.) *Fugite fornicationem.* ^o Recte fugendam monet fornicationem, per quam filii Dei fiunt filii diaboli. *Omne peccatum quodcumque fecerit homo, extra corpus est.* Quia cætera peccata etsi per corpus generantur, non tamen animam

alii nonnulli restituimus.

^o Illic articulus abest a mss. nostris, at contra in cunctis existat. edit.

ita carnali concupiscentia faciunt obstrictam et obnoxiam, quemadmodum commiseri facit animam cum ipso corpore usus libidinis, agens in opere carnalis fornicationis; quia in tantum agglutinatur anima corpori, ut in ipso momento nihil aliud cogitare homini liceat aut intendere; quia ipsam mentem captivam subdit ipsa submersio et absorbitio libidinis et concupiscentiæ carnalis. Unde subditur :

Qui autem fornicatur, in corpus suum peccat. Ostendit gravissimum esse peccatum; quia ex hoc omne deperit corpus: in cæteris autem peccatis portio perit, non totum. Totum enim corpus vir est et mulier; quia portio viri est mulier. Quicumque enim aliud peccatum admiserit, extra se peccat: fornicarius vero in carnem suam peccat. Age, si laqueo vitam finiat, aut ferro se trucidet, non in corpus suum videtur peccare, sed in animam, cui vim facit. Fornicari autem corporale delictum est, quod et corpus contingit et animam: non enim sine desiderio carnis, quia habet et caro proprium motum, anima concupiscit, ut peccet in carnem; quamvis sine anima nihil possit. Per id ergo quod in carnem, quæ ex se est, peccat (ad originem enim retulit) in corpus suum dicitur peccare; ut desinat a fornicatione, quasi sibi parcens. Novatiano tamen hic, qui fornicatur, non in corpus suum videtur peccare, sed in Christi; aliter enim hoc pronuntiat, ut etiam illum, qui fornicatur, in Spiritum sanctum dicat peccare: propter causam, qua abscissus est ab Ecclesia. Hoc nulla ratione astrui potest; corpus enim Christi non est unus aut duo christiani, sed omnes, singuli autem membra sunt. Quomodo ergo qui fornicatur, in corpus Christi peccat; cum non omnes contaminet? Quod si ita esset, ut Novatiano videtur, cætera omnia peccata extra Deum essent, et sola fornicatio peccatum esset in Deum. Etiam qui vadit ad idola, non peccat in Deum, nec qui negat in persecutione; quia omne peccatum quodcumque fecerit homo, extra corpus est Christi, sicut illi videtur. Si autem et hoc aliter voluerit pronuntiare, ut neget aliquod extra corpus Christi esse peccatum, cogetur dicere quia omnis quodcumque peccatum fecerit, in Deum peccat, et in Spiritum sanctum; ut et fur, et perjurus, et mendax in Spiritum sanctum peccare dicatur. Et quomodo est illud, quod ait Dominus: *Quia omnia peccata et blasphemia remittentur hominibus: qui autem peccaverit in Spiritum sanctum, non remittetur ei, neque hic, neque in futuro (Matth. xii, 31)?* Apparet utique, exceptis cæteris peccatis, aliud esse peccatum, quod peccatum dicitur in Spiritum sanctum. Quibusdam iterum videtur quia qui fornicatur, ideo in corpus suum dicitur peccare, quia Ecclesiæ membrum est: et se contaminans, in Ecclesiam peccat, cujus membrum est. Qui ergo Ecclesiæ membrum est, dicendum est illi, cum fornicatur, quia non sibi, sed in Ecclesiam peccat. Porro autem dicit Apostolus, quia qui fornicatur, per id quod in por-

tionem suam delinquit, in corpus suum peccat. (Vers. 19.) *An nescitis quia corpora vestra templum est Spiritus sancti, qui in vobis est quem habetis a Deo? Superius (I Cor. iii, 16) templum Dei dixit, hic templum Spiritus sancti; quia in substantia hoc est Spiritus, quod Deus est. Hoc idcirco dixit, ut corpora nostræ incontaminata servemus; ut possit illic Spiritus sanctus habitare.*

(Vers. 20.) *Et non estis vestri; empti enim estis pretio magno.* Manifestum est quia qui emptus est, non est sui arbitrii, sed ejus a quo emptus est, ut non suam, sed illius faciat voluntatem. Et quia charo pretio empti sumus, propensius Domino nostro servire debemus; ne offensus, a qua nos redemit, morti nos reddat. Quam enim charissimo pretio nos emit, ut sanguinem suum daret pro nobis?

Clarificate et portate Deum in corpore vestro. Hoc est clarificare et portare Deum in corpore, ut secundum legem ejus ambulemus; per legem enim suam ipse videtur in nobis. Portare tamen Deum hoc est, imaginem Dei in rebus bene gestis ostendere.

CAPUT VII.

(Vers. 1.) *De iis autem quæ scripsistis mihi bonum est homini mulierem non tangere.* Pravis sensibus pseudoapostolorum exagitati, qui nuptias per hypocrisin, ut puriores cæteris viderentur, spernendas docebant, hæc per epistolam ab Apostolo requirebant; quia enim non oblectabantur hac sententia, prætermittis cæteris, hoc solum requirunt. Quibus tamen respondit bonum esse quidem mulierem non contingere, quamquam non illi illud simpliciter asserant.

(Vers. 2.) *Tamen propter fornicationem, hoc est, ne quid contra legem admittatur, cum quando quod lex non prohibet, vitatur; unusquisque uxorem suam habeat, et unaquæque suum virum habeat.* Solent enim qui compendium quærunt, errare. Qui enim fieri posset, ut hi ab uxoris suis se abstinerent, quos in tantis vitiis reperit? Ideo ergo non permittit, ne ab licitis se abstinentes, inconcessa præsumerent, sicut faciunt Manichæi.

(Vers. 3, 4.) *Uxori vir debitum reddat, similiter autem et uxor viro.* Invicem sibi subijci illos in hæc causa; ut quia unum corpus sunt, una eorum sit et voluntas in lege naturæ. *Mulier sui corporis potestatem non habeat, sed vir: similiter et vir sui corporis potestatem non habeat, sed mulier.* Hoc dicit, quod neque viro neque mulieri liceat corpus suum alii tradere; invicem enim sibi debitores sunt in hæc causa, ne peccandi detur occasio.

(Vers. 5.) *Nolite fraudare invicem.* Hoc dicit, ut conveniat illis in re uxoria, ne dissentio generet fornicationem. *Nisi ex consensu ad tempus; id est, ut ex conducto abstineant se, propter gratiarum actiones. Ut vacetis orationi.* Quamquam enim sine intermissione orandum sit, meditatio enim hæc omni die facienda est; tamen ut orationi insistant, huic rei vacandum præcipit, interpositis temporibus ad Dominum promerendum; ut enim misereatur, mun-

▪ Rom. edit., ut convenient illi.

dus exorandus est. Quamvis munda sint conjugia, tamen etiam a licitis abstinendum est, ut facilius ad effectum deducatur oratio. Nam et in lege sanctificari volentes, inter cætera etiam ab uvis passis jussu Domini temperabant; ut fierent sanctiores (Num. vi, 4). Cum enim quis etiam concessa non contingit, ostendit se velle, quod precatur, accipere.

133 *Et iterum revertimini ad id ipsum.* Quoniam consilium conjugibus dat post dies orationis ad usum naturalem reverti debere: *Ne vos tentet Sathanas propter intemperantiam vestram;* interpositis diebus abstinendum monet; ne occasio detur diabolo, sicut dicit Petrus apostolus: *Ecce diabolus ut leo rugiens circuit, quærens quem devoret* (1 Petr. v, 8). Si enim causa filiorum creandorum ducitur uxor, non multum tempus concessum videtur ad ipsum usum; quia et dies festi, et dies processionis, et ipsa ratio conceptus et partus juxta legem cessari temporibus his debere demonstrant.

(Vers. 6, 7.) *Hoc autem dico secundum indulgentiam non secundum imperium.* Manifestum est ideo hoc illum dare consilium, ut fornicationem excludat, non ut ad meliorem vitam tendentibus iter claudat. *Volebam autem omnes homines esse sicut me ipsum.* Quantum ergo ad benevolam et sollicitam magistrum pertinet, omnes tales, si fieri posset, volebat esse sicut se ipsum. Qualis autem ipse erat, mox in subjectis ostendit: *Sed unusquisque proprium donum habet ex Deo, alius quidem sic, alius vero sic;* hoc est, unusquisque juxta votum suum donum Dei habet, ut si velit, ipsius nutu Dei, possibilitatem consequatur. Ideo non debet quis constringi; ne a licito prohibitus, illicita admittat: sed ipse sibi eligat, quid sequatur.

! (Vers. 8.) *Dico autem non nuptis et viduis, bonum est illis, si sic permaneant, sicut et ego.* Non diceret, bonum est innuptis, ut sint, sicut et ego; nisi esset integer corpore. Nec diceret: *Omnes homines volebam esse, sicut me ipsum;* si enim habuerit uxorem, et hoc dixit, virgines esse noluit. Sed absit; sic enim a pueritia servivit, ut hujus rei studium non haberet; quippe cum juvenulus anticipatus sit a gratia Dei. Postquam dixit unumquemque proprium donum habere a Deo, ostendit in qua re melius est esse propensorem; quia in eo adjuvatur quis, quod videtur aviditate mentis appetere.

(Vers. 9.) *Quod si se non continent, nubant.* In ista re illos vult contendere, ut contineant. Quod si impulsu carnis perseverare se viderint non posse, quia nec sunt promptiores in eo ipso, ut adjuventur a Deo; illum enim Deus juvat, quem videt tota vir-

tute contendere: nubant utique, si uri timent. Forte enim poterunt hoc postea adipisci; digesto enim impedimento reparat se voluntas robustiore virtute.

Melius est enim nubere, quam uri. Non ideo dixit: *Melius est enim nubere, quam uri,* quasi bonum sit uri, ideo nubere melius: sed consuetudinem secutus est. Solemus enim dicere: Melius est lucrum facere, quam damnum. Uri vero est, desiderii agi vel vinci; cum enim voluntas calori carnis consentit, uritur: nam desideria pati, et non vinci, illustris viri est et perfecti.

(Vers. 10, 11.) *Iis autem qui matrimonio juncti sunt, denuntio non ego, sed Dominus.* Postquam innuptis et viduis locutus est, hos alloquitur, qui matrimonio juncti sunt, ore Dominico: *Uxorem a viro non discedere; quod si discesserit, manere innuptam.* Hoc Apostoli consilium est, ut si discesserit propter malam conversationem viri, jam innupta maneat. *Aut viro suo reconciliari.* Quod si continere se, inquit, non potest, quia pugnare non vult contra carnem, viro reconcilietur; non enim permittitur mulieri, ut nubat, si virum suum causa fornicationis dimiserit, aut apostasie, aut si illicita impellente lascivia, usum quærat uxoris; quia inferior non omnino hac lege utitur, qua potior. Si tamen apostataverit vir, aut usum quærat uxoris invertere; nec alii potest nubere mulier, nec reverti ad illum. *Et virum uxorem non dimittere.* Subauditur autem, excepta fornicationis causa. Et ideo non subiecit dicens, sicut de muliere: quod si discesserit, manere sic; quia viro licet ducere uxorem, si dimiserit uxorem peccantem: quia non ita lege constringitur vir, sicut mulier; caput enim mulieris vir est.

(Vers. 12.) *Nam cæteris ego dico, non Dominus.* Hoc dixit, ut ostendat quid proprio ore Dominus jussit; et quid hujus auctoritati concessit; quia et per istum Dominus loquitur. Ait enim: *An experimentum quæritis ejus, qui in me loquitur Christus* (II Cor. xiii, 5).

134 (Vers. 13.) *Si quis frater uxorem habet infidelem, et hæc consentit habitare cum illo, non dimittat illam. Et si qua mulier habet virum infidelem, et hic consentit habitare cum illa, non relinquat virum.* Hoc dixit, quia inter illa primordia, cum ambo utique essent gentiles, flebat ut unus ex his crederet: et quia horrebant perfidi culturam Dei, similiter et credentes contaminationem præteriti erroris; ideo præcipit, ut si contenti essent habitare cum immutatis, contenti essent et fideles esse cum illis.

(Vers. 14.) *Sanctificatus est enim vir infidelis per*

quærat uxoris invertere; vet edit. ac mss. ut in contextu, nisi quod alibi habetur, *illicite, alibi illicita.*

* Codex Corb., *nec reverti causa fornicationis ad illum.* Quod autem habetur infra: *Et ideo non subiecit, etc., usque ad vers. 12, abest a cod. Remig. uno; Et adjectum contendit P. Lombardus l. iv, dist. 35.*

* Cod. Laud., *conjugiis consilium datur, ad ipsum Dominum revertantur, abstinentes se ab uxoribus suis; ut possint dignius accipere corpus Domini.*

b Rom. edit. ac mss. nonnulli, *spiritu servavit.*

c Vet. edit. ac mss. frequentissimi, imitari illos vult; Rom. edit.,... *se vult.* Haud incommode, veram tamen putamus lectionem esse, quam e cod. Vall. reposuimus.

d Rom. edit., *aut si impellente lascivia, usum*

uxorem fidem, et sanctificata est mulier infidelis ex viro fidei. ^a Habere illos beneficium bonæ voluntatis ostendit; quia horrore nominis Christi non habent: et ad tuitionem hospitii pertinet, in quo signum sit crucis; quo mors victa est; sanctificatio enim est.

Alioquin filii vestri immundi essent. Immundi essent filii eorum, ^b si dimitterent volentes habitare secum, et aliis se copularent; essent enim adulteri, ac per hoc et filii eorum spurii; ideo immundi. Nunc autem sancti sunt. Sancti sunt; quia de conjugii licitis nati sunt: et quia sub creatoris veneratione nati sunt propensiore ex parte. Quia sicut ^c quidquid per dedicationem idolorum fit, immundum est; ita quidquid sub Dei creatoris professione fit, sanctum est.

(Vers. 15.) Quod si infidelis discedit, discedat. Propositum religionis, custodit, præcipiendo ne christiani relinquant conjugia: sed si infidelis odio Dei discedit, fidelis non erit reus dissoluti matrimonii; major enim causa Dei est, quam matrimonii.

(28, q. 2, c. Si infidelis.) Non est enim frater aut soror servituti subjectus in hujusmodi. Hoc est, non debetur reverentia conjugii ei, qui horret auctorem conjugii; non enim ratum est matrimonium, quod sine Dei devotione est: ac per hoc non est peccatum ei, qui dimititur propter Deum, si alii se junxerit. Contumelia enim Creatoris solvit jus matrimonii circa eum, qui relinquitur, ne accusetur alii copulatus. Infidelis autem discedens, et in Deum et in matrimonium peccare dignoscitur; quia voluit sub Dei devotione habere conjugium. Itaque non est ei fides servanda conjugii, quia ideo recessit ^d ne audiret auctorem esse christianorum Deum conjugii. Nam (III Esdr. ix et seq.) si Esdras dimitti fecit uxores aut viros infideles; ut propositus fieret Deus, nec iratus esset, si alias ex genere suo acciperent; non enim ita præceptum his est, ut remissis istis, alias minime ducerent: quanto magis si infidelis discesserit liberum habebit arbitrium, si voluerit nubere legis suæ viro? Illud enim non debet imputari matrimonium, quod extra decretum Dei factum est: sed cum post cognoscit et dolet se deliquisse, se emendat, ut veniam mereatur. Si autem ambo crediderint, per cognitionem Dei confirmant conjugium.

In pace autem vocavit nos Deus. Verum est, quia non oportet litigare cum eo, qui discedit; quia odio Dei discedit, ac per hoc nec dignus habendus est.

(Vers. 16.) Quid enim scis, mulier, si virum salvum facies? aut unde scis, vir, si uxorem salvam facies? Hoc dicit, quia forte possunt credere, ^e qui non horrent nomen Christi.

(Vers. 17.) Nisi unicuique sicut divisit Deus. Di-

^a Ita vet. edit. ac mss. plerique, a quibus non dissidet Rom. edit., nisi quod præfert, non habere ad tuitionem: ms. autem Corb. legit, In fratre habere illos beneficium, etc.

^b Ms. Corb., si dimitterent uxorem suam, nolentes eam habere secum. Et infra, quia et de conjugibus licitis.

^c Nonnulli mss., quidquid prædicatione idolorum fit.

viri unicuique Dominus, quando salvetur, hoc est, sedit quando potest credere, et sustinet illum. Et hic docet expectandos eos, nec scandalum de his pati debere, quia custodienda est spes illorum; si enim ipsi discesserint, dissimulanda ab his.

Unanquemque sicut vocavit Deus, ita ambulet. Hoc est, ut si matrimonio junctus est, qui credit, non deserat, neque vir, neque mulier: sed sic maneat, sive Judæus, sive Græcus.

Sicut in omnibus Ecclesiis doceo. Ut suadeat, non se aliter his tradere, quam cæteris; ut cum cæteros hujus fidei hoc doceri audiunt, promptius assequantur. Facile enim quis inclinatur, si viderit sociam consensisse.

(Vers. 18.) Circumcisus aliquis vocatus est? Non adducat præputium. Hoc est, quod dixit, ut ita ambulet, sicut vocatus est; ut **135** Judæus factus christianus non putet se forte indignum, quis præputium non habet, dans gloriam præputio. In præputio quis vocatus est? Non circumcidatur. Ut gentilis vocatus non æstimet se debere circumcidi, per id quod filius Abrahæ audit præponi. Nec enim quia circumcisus sunt, præponuntur, sed merito Abrahæ, cujus filii sunt in utroque, si credant: si quominus, pejores erunt gentilibus; deterius est enim fuisse et non esse, quam nunquam fuisse.

(Vers. 19.) Circumcisio nihil est, et præputium nihil est. Manifestum est, quia nec obest, nec prodest. Sed observatio mandatorum Dei, id est, fides propositum facit Deum, si bonis operibus approbetur.

(Vers. 20, 21.) Unusquisque in ea vocatione, in qua vocatus est, in ipsa permaneat. Hoc firmat, quod supra dixit. Servus vocatus es? Non sit tibi cura: sed et si potes liber fieri, magis utere. Hortatur ut bene serviens de Dei timore carni domino, dignam se faciat libertate, ne audiens forte: Servus vocatus es? Non tibi sit cura; negligentior esset circa bonos actus carnalis Domini, et doctrina Christi blasphemaretur, et nec ille Deum promereretur, qui in his terrenis bene serviens, meritum sibi collocat apud Deum: quia dixit Dominus: Qui in minimo fidelis est, et in magno (Luc. xvi, 10).

(Vers. 22.) Qui enim in Domino vocatus est servus, libertus est Domini. Ereptus enim a peccatis, quæ vere servos probant, libertus fit; hic enim omnino servus est, qui imprudenter agit, sicut et veteribus placuit, qui omnes sapientes liberos appellarunt, imprudentes autem omnes servos. Unde et Salomon: Servo, inquit sapienti liberi servient (Prov. vii, 2). Hic ergo qui credit, cisi servus sit ad tempus; quia rem facit prudentem, ut credat in Christum, libertus fit Domini. Si ergo peccata servos faciunt, sicut

^d Ita edit. omnes, et mss. aliquot: alii autem majori numero, ne audiret rectorem, etc. Quidquid vero hunc sensum sequitur usque ad In pace autem, in mss. Corb. desideratur.

^e Rom. edit., qui nunc horrent; aliæ omnes, ac mss., qui non horrent, quibus addit codex Corb., credere.

Cham filius Noe peccati et imprudentiæ causa factus est servus; cum quis accipit remissionem peccatorum, libertus efficitur.

Similiter qui liber vocatus est, servus est Christi. Profectus est ex libero servum fieri Christi: liber enim erat a Deo, quod maximum crimen est: et ideo amissa amara et contraria libertate, conditionem sortitus est, quæ prodesset, sicut dicit Dominus: *Tollite jugum meum super vos, quia suave est: et onus meum, quia leve est* (Matth. xi, 19). Superbiam itaque abscidit, et unitatem fecit; ut neque servus pudore conditionis despectum se putet, neque liber elatione mentis inflatus, servo se superponat.

(Vers. 23.) *Prelio empti estis, nolite fieri servi hominum.* Verum est, quia tam caro empti sumus, ut a nullo redimi potuissemus, nisi a Christo, qui omnium dives est. Qui ergo pretio emitur, magis servire debet; ut aliquatenus vicem reddat emptori. A Deo ergo empti, id est a Christo, servi hominum esse non debent. Servi autem hominum hi sunt, qui humanis se subjiciunt superstitionibus. Apostolus tamen illud memorat, quod in capite epistolæ reprehendit, eo quod dicerent: Ego sum Pauli: alius autem: Ego Apollo (I Cor. i, 12). Dedit tamen articulum Christum fatendum Deum; quando servos Christi non hominis servos appellandos ostendit.

(Vers. 24.) *Unusquisque frater, in quo vocatus est, in eo maneat apud Deum.* Hoc est, quod supra dixit, quod ut plene commendet, reiterat.

(Vers. 25.) *De virginibus autem præceptum Domini non habeo.* Hoc ad scripta illorum respondit, sicut supra dixit: *De quibus autem scripsistis mihi, etc.* (Cap. vii, 1). *Consilium autem do, tamquam misericordiam consecutus a Domino, ut sim fidelis.* Præceptum de virginibus negat se accepisse; quia non poterat auctor conjugii rem adversam nuptiis imperare, ne factum suum pristinum accusaret. *Consilium autem, ait, do:* non quod displiceat, neque quod adulatione fucatum sit; quia ad hoc gratiam consecutus est, ut idoneus sit in dandis consiliis salutaribus.

(Vers. 26.) *Existimo ergo hoc bonum esse propter præsentem necessitatem; quia optimum est homini sic esse.* Bonum dicit esse virginem permanere. Et ut hoc absolutius ostenderet, *propter præsentem necessitatem* ait; quia optimum est, ut inter bonum et optimum nihil tam præclarum atque utile esse cognosceretur, quam est virginitas; quia non solum apud Deum virginitatem commendatiorem docet, sed et apud vitam præsentem, dum necessitates temporis nescit quas patitur conjugatio; et mœrores partus, simulque orbitates filiorum ignorat. Ut ergo ad hanc affectandam hortaretur, **136** præsentis necessitatis exita lucrari docet has, quæ illam dilexerint; ut cum non solum hanc apud Deum locum meliorem habere discunt, verum etiam in præsentem, omni industria hanc appetent. Unum enim est, quod laborat; ut affectum carnis vitium, in cæteris omnibus li-

bera. Quia enim caro in origine sua est et natura, usus ejus suavis videtur et dulcis affectus; ideo hæc superare non brevis gloria est.

(Vers. 27.) *Vinctus es uxori? Ne quæsieris solutionem.* Hæc remedium consilia sunt; dicit enim non debere quomquam absolvi ab uxore, nisi causa fornicationis. Frequenter enim suas dimittentes, sub tegmine continentiæ alias decipiunt, refrigerante proposito. Sed si melius vult vivere cum uxore sua positus, exhortetur illam, ut sine scandalo purius vivat.

Solutus es ab uxore? ne quæsieris uxorem. Ut sciens hoc magis Deo acceptum, et a necessitate liberum, non quærat uxorem; ita tamen ut a cæteris temperet. Si quominus, quid prodest desiderium carnis premero, hoc est, rem licitam spernere, et illicitis subjacere?

(Vers. 28.) *Si autem acceperis uxorem, non peccasti.* Non utique peccat, quia quod concessum est, facit. Si vero contempserit, meritum sibi collocat et coronam. Magna enim patientiæ est, hoc non contingere, quod prohibitum non est. *Et si nupserit virgo, non peccavit.* Non peccat, quia apud Deum ex hac causa libera est.

Tribulationes tamen carnis habebunt hujusmodi. Hoc est, etsi a peccato liberi sint; in hac tamen vita tribulationes habebunt, gemitus ventris, nutrimenta filiorum, victus, tegumenta, dotes, ægritudo, apparatus domus, uxoris necessitas, mariti dominatio.

Ego autem vobis parco. Parcit quando ad hæc magis provocat, quæ tribulationes carnis, et sollicitudines memoratas excludunt. Potest sic videri parcere, cum permittit, et non contradicit volentibus, quod onerosum ostendit.

(Vers. 29.) *Hoc itaque dico, fratres, tempus brevium est, et reliquum est.* Breviatum tempus et reliquum dicens, finem mundo imminere significavit: ^a quamvis sciret adhuc tempora superesse. Sed aliter scribere non debuit propter hos, qui lecturi hæc tunc sunt, cum perbreve supererit tempus; ne semper dum longe esse putaretur dies judicii, aut non timeretur, aut falsum esse æstimaretur. Illud autem quod dicitur, cum adhuc longe sit, imminere multum proficit; terrorem enim incutit ad meliorem vitam agenda hominibus. Denique hic in præsentem quam solliciti sunt illi, qui apud iudices habent quæ agant, cum actorum dies dicitur imminere? Hoc sonat hic, quod alio in loco dicit, *seductores, sed veraces* (II Cor. vi, 8).

Ut et qui habent uxores, ita sint, ac si non habentes. Quia enim mundi finis in proximo est, non debere ad generandum esse sollicitos, neque ad usum ipsum deditos: ut propensiores et vigilantes in divinis operibus, exercitati circa curam Legis, imminente prælio repugnent. Pressure enim erunt, quales nunquam fuerunt, et multi casuri sunt in laqueum diaboli: denique nullus nostrum vult tempore suo hæc

^a Quidquid ab his verbis, *quamvis sciret*, ad inferiora illa, *et qui habent uxores*, continetur, in ms. Cor. omisum fuit.

provenire, timens a prædictas a Salvatore pressuras. A citudo mulieris, alia virginis est; tamen cum dicitur (*Matth. xxiv, 15 et seq.*). Ideo sicut nobis optamus, consulamus et aliis; ut a generatione nos filiorum multorum abstineamus, plus orationi et Dei servituti subjecti, prævidentes diem iudicii; ne et nos simus imparati per impedimenta necessitatis præsentis, et illi incurrant, quod nostimemus. Etiam a licitis ergo vult temperare fideles; ut non solum innocentes, sed et gloriosi videantur: concessa enim præterire virtutis est maximæ; et prohibita non desiderare^b non longe est.

(Vers. 30.) *Et qui flent, tamquam non flentes*; scientes enim in proximo finem mundi mox consolationem eorum futuram, qui pro Dei iustitia forte premuntur, hac spe inter eos consolentur se. *Et qui gaudent, tamquam non gaudentes*; in præsentibus enim qui gaudent sciant mox luctum venturum, eis videlicet qui mundo gaudent, ambigentes de Dei iudicio. *Et qui emunt, tamquam non possidentes*; credentes enim, qui emunt, parvum tempus superesse mundo, sic agant, ut non omnem curam in rem cito perituram impendant: magis autem curam animæ suæ gerant, quam sciunt æternam.

137 (Vers. 31.) *Et qui utuntur hoc sæculo, tamquam non utantur*: id est, ut non præsumant de usu hoc; quia cito peribit, corridente mundo. *Præterit enim figura hujus mundi*. Quia finiri mundum dixit, ostendit figuram^c ejus præterire; et hunc esse finem, id est, non substantiam ejus præterire, sed formam. Itaque si forma mundi peribit, dubium utique non est omnia, quæ in mundo sunt, interire. C

Præterit enim figura hujus mundi. Quia finiri mundum dixit, ostendit figuram^c ejus præterire; et hunc esse finem, id est, non substantiam ejus præterire, sed formam. Itaque si forma mundi peribit, dubium utique non est omnia, quæ in mundo sunt, interire. C

(Vers. 32.) *Volo vos sine sollicitudine esse*. Diminuta enim sollicitudine sæculi, in Dei rebus propensius vigilatur. Quomodo autem sine sollicitudine esse possimus, ostendit dicens: *Qui sine uxore est, cogitat quæ Domini sunt*. Amputata enim sollicitudine rei uxoriæ, quæ sola in mundo cæteris gravior est, ad Deum promerendum animus eruditur: si tamen hac spe animus his molestiis se exuat, ut Deo magis serviat.

(Vers. 33.) *Qui autem cum uxore est, sollicitus est quæ sunt hujus mundi, quomodo placeat uxori*. Cura enim uxoris et filiorum cogitatio mundi est: nam inter cætera solent aliquando res puniendas admittere; ne illas offendant, sicut refert Zorobabel unus de tribus cubiculariis Artaxerxis (*Eadr. iv, 43*): magna enim amaritudo est in domo uxor tristis. Divisus ideo dicitur, quia non potest et divinis insistere rebus, et uxoris facere voluntatem.

Divisa est mulier, et virgo. Divisa non utique natura, sed actu; quia legimus in Numeris mulieres virgines appellatas (*Num. xxxi, 9*). Alia ergo solli-

^a Nonnulli mss., *prædicatas a Salvatore*. Et seq. versu, *pro consulamus et aliis*: ms. Corb. exhibet, *consulamur et alios*.

^b Post voces *non longe est*, additur in cod. Vall. *a virtute*. In cod. autem Corb. ab his eisdem verbis retro ad illa, *Etiam a licitis*, nihil reperias.

^c Pro eius præterire, et infra, *idco præterit*; mss.

quæ non est nupta, sollicita est de iis quæ Domini sunt, ut sit sancta et corpore et spiritu: id est, animo; dum enim spe cælestium, mariti et filiorum sollicitudinem non suscipit, de Domino cogitat, quomodo propositum Deo devotum custodiat, ^d si tamen in corpore mundo animus terrena abiciens, cælestibus studeat. Animus est enim, qui aut sanctificat, aut polluit corpus. Quid enim prodest corpus mundum habere, et animam pollutam; cum merito animæ aut honoratur corpus, aut damnatur: *Quæ vero nupta est, cogitat quæ sunt hujus mundi, quomodo placeat viro*. Lege enim maritali constricta, sollicita est quomodo impleat jus maritalis officii, subdita mundanis necessitatibus.

(Vers. 34.) *Nam quæ non est nupta, sollicita est de iis quæ Domini sunt, ut sit sancta et corpore et spiritu*: id est, animo; dum enim spe cælestium, mariti et filiorum sollicitudinem non suscipit, de Domino cogitat, quomodo propositum Deo devotum custodiat, ^d si tamen in corpore mundo animus terrena abiciens, cælestibus studeat. Animus est enim, qui aut sanctificat, aut polluit corpus. Quid enim prodest corpus mundum habere, et animam pollutam; cum merito animæ aut honoratur corpus, aut damnatur: *Quæ vero nupta est, cogitat quæ sunt hujus mundi, quomodo placeat viro*. Lege enim maritali constricta, sollicita est quomodo impleat jus maritalis officii, subdita mundanis necessitatibus.

(Vers. 35.) *Hoc autem ad vestram ipsorum utilitatem dico; non ut laqueum vobis injiciam: sed ad id quod honestum est*. Quoniam quibusdam asperum et grave videtur, quod utilius aut melius est propter consuetudinem temporalis usus; ideo post rationem redditam, hortatur affectu charitatis simpliciter hoc utilius, hoc honestius esse quod dicit. Honestum est, quia sanctum et mundum: utile vero, quia dignius est apud Deum, et leve in sæculo. Quid ergo dicemus? Si virgines de Deo cogitant, et junctæ viris de mundo, quæ spes relinquunt nubentibus apud Deum? Si enim ita est, dubium est de salute eorum: nam videmus virgines de sæculo cogitare, et matrimonio junctas Dominicis studere operibus. Illis virginibus non imputabitur sanctimonium a Deo, et his in matrimonii erit merces apud Deum; quia cum obligati essent terrenis et carnis nexibus, operam dederunt, ut in futurum aliquid immortalis præmii mererentur. Illis autem non solum non imputabitur virginitas, sed et pænæ subjiçientur, qui sub

legimine melioris spei vitam et conversationem suam mundiali cura et sollicitudine occupantes, pigros se ad Dei opera agenda fecerunt; sicut dicit Hieremias propheta: *Maledictus qui opera Dei facit negligenter* (*Jerem. xlviii, 10*). Hi sunt, de quibus in alia epistola dicit: *Habentes quidem speciem pietatis, virtutem autem ejus abnegantes* (*II Tim. iii, 5*). Apostolus autem his loquitur, qui mira devotione obsequi desiderant cælestibus præceptis, ostendens et docens quo compendio citius itur ad Deum; quia qui propter Deum promerendum virgo manere vult, sciens quale præmium possit accipere, qui a licito tempe-

aliquot præ se ferunt, *ejus perire.... ideo peribit*. Sed hoc etiam loco in Corb. cod. lacuna est.

^d Ms. Corb., *Si autem in corpore mundo animus terrena cogitat, polluit et corpus. Quæ vero nupta est, etc.*

^e Ita edit, omnes, ac plures mss.; alii vero nonnulli, *speciem veritatis*.

rat, **138** ut melior fiat; simul omnia impedimenta carnis spernit, non nescius hæc esse, quæ gressum currentis velut oneribus compedum detinent.

(Vers. 36.) *Si quis autem turpem se viderit supra virginem suam, si sit ultra pubertatem, et sic oportet fieri; quod vult faciat, non peccat, si nubat.* Quoniam superius ita virginitatem tenendam et continentiam, reddita ratione, hortatus est; ut pene ad comparationem earum conjugia inutilia et abjicienda videantur: nunc ne nuptias negare putaretur, non peccare virginem, si nubat, ostendit; sed rem maximi laboris aggregi, et quæ apud Deum præmium non habeat, sicut non habet pœnam: christianos enim vult per omnia esse meliores. Si ergo aliqua in desiderio nuptiarum est, jam matura ad usum, melius esse, ut secundum concessam legem publice nubat, quam occulte turpiter agat illud, et erubescatur in illa.

(Vers. 37.) *Nam qui statuit in corde suo firmus, non habens necessitatem, potestatem autem habet de sua voluntate, et hoc decrevit in suo corde, servare virginem suam, bene facit.* Hoc dicit, ut qui virginem habet, cui animus ad nuptias non est, servet illam: nec illi ingerat fomitem nuptiarum, quam videt nubendi voluntatem non habere. Beneficia si præstanda sunt, quanto magis minime auferenda?

(Vers. 38.) *Ita et qui nuptum dat virginem suam, bene facit.* Bene facit, quia licet, quod facit. *Et qui non dat nuptum, melius facit.* Melius facit, quia et apud Deum meritum illi collocat, et a sæculi sollicitudine illam liberat.

(Vers. 39.) *Mulier vincita est lege, quamdiu vivit vir ejus.* Hæc idcirco prosequitur, ut doceat quia mulier, etiamsi a viro fuerit ejecta, nubendi licentiam non habet. *Si autem mortuus fuerit vir ejus, liberata est.* Etiam hæc ad supradictas pertinent causas; ut ostendat quam beata sit virgo, cum nulli nisi soli Deo subjecta sit. Vincere enim videtur naturalem subjectionem, quando quod per naturam humiliatum est, erigit. *Cui vult nubat, tantum in Domino:* id est, quem sibi aptum putaverit, illi nubat; quia invitæ nuptiæ solent malos proventus habere. *Tantum in Domino,* hoc est, ut sine suspitione turpitudinis nubat, et religionis suæ viro nubat: hoc est in Domino nubere.

(Vers. 40.) *Beatior autem erit, si sic permanserit, secundum meum consilium.* Cum dicit superius, *nubat, lege loquitur naturali;* quamquam a Deo primæ nuptiæ sint, secundæ vero permissæ sunt. Denique primæ nuptiæ sub benedictione Dei celebrantur sublimiter: secundæ autem etiam in præsentem carent gloria; concessæ sunt autem propter incontinentiam: et quia ^c solent viduarum juniores incurrere;

^a Rom. edit., cum paucis mss., *se videri existimat.*

^b Ita vel. edit. ac plerique mss.; Rom. autem edit. cum aliis aliquot mss., *Quod si dormierit.*

^c Nonnulli mss., *solent in diversum juniores incurrere.* Illic quoque quidquid intercedit a verbis: *Denique primæ nuptiæ,* usque ad, *concedit secundas, in*

ac per hoc concedit secundas. Sed quia melius est ut se contineat; ut dignior sit in futuro, consilium dat spiritali ratione ^d præcipuum, ut se contineat. *Puto enim et ego Spiritum Dei habeo;* ut ratum et providum consilium suum ostendat, humilitate verbi hoc commendat alto sensu.

CAPUT VIII.

(Vers. 1.) *De his autem quæ idolis immolantur, scimus quia omnes scientiam habemus.* Nunc de scientia locuturus est: quæ sit scientia, non statim dicit, sed in subjectis ostendit dicens, quia nihil est idolum.

Scientia inflat. Manifestum est habentem scientiam in eo ipso gloriari, si non foris, quia prudens est, vel apud se. Genus enim scientiæ hoc est, ut gloriatur in sese, ideo inflat. *Charitas vero ædificat.* Itaque tunc scientia magna est, et sibi utilis, si charitate humilietur, ut amplius crescat. Temperatur enim a dilectione, ut non satis mera sit, et inebrietur scientem, ut se extollat. Sicut enim vinum non temperatum admixtione aquæ mentem alienat; ita et scientia superbum facit, nisi fuerit temperata. Omnia enim sola insuavia sunt et nociva; quia nec panis solus bene editur, nec reliqui cibi sine admixtione grati sunt, ^e sed nocivi; ideo charitas ædificat. Ipsa charitas uno licet vocabulo appelletur, multis tamen consistit; sine patientia enim non potest, neque sine humilitate, neque sine cordis simplicitate. Hi ergo inflati erant per scientiam, ^f quia nihil est idolum, qui contra salutem fratrum imperitorum **139**

C carnes sacrificatorum edebant, scientes licere carnem edere; et quia nihil est idolum, ideo non contaminari edentem. Hi scandalo erant fratribus, charitatem præ oculis non habentes; quia plus erat carnem contemnere, quam fratribus scandalum facere. Scientia enim illorum destruebat animos imperitorum fratrum, putantium esse illic apud idolum aliquam gratiam; quando peritiores fratres interesse illic, et non horrere videbant. Ideo ait: *Charitas ædificat;* ut saluti fratrum studentes, scientiæ illic legibus non uterentur, ne illis scandalum facerent.

(Vers. 2.) *Quod si quis existimat se aliquid scire, nondum cognovit quemadmodum oporteat eum scire.* Eos ipsos qui in scientia gloriantur, ostendit non ita cognovisse, sicut cognoscendum est. Dum enim charitatem, quæ mater omnium honorum est, non sectantur, non sciunt sicut oportet. Ut ergo scientia fructum habere possit, charitati se debet subjicere.

(Vers. 3.) *Si vero quis diligit Deum, hic cognitus est ab eo.* Hic diligit Deum, qui charitatis causa scientiam mitigat; ut prosit fratri, pro quo Christus mortuus est.

(Vers. 4.) *De cibis igitur simulacris immolatorum.*

Corb. ms. prætermittitur.

^d Rom. edit. omissis verbis, *ut se contineat,* ita prosequitur: *Puto enim et ego me spiritum Dei habere.*

^e Mss. aliquot, *sed non nocivi;* haud satis recte.

^f Corb. cod., *qui idolo contra salutem fratrum imperitorum carnes sacrificatus edebant.*

^g Edit ac mss. nonnulli, *De cibis igitur, qui simu-*

Nunc causam ipsam pertractat, ut ostendat per rationem scientiam non solum non proficere, charitate contempta, sed et obesse. *Scimus quia nihil est simulacrum, et quia nemo Deus, nisi unus.* Verum est; apud christianos enim unus est Deus.

(Vers. 5.) *Licet sint qui dicantur dii et domini, sive in caelo, sive in terra.* A paganis enim et sol et luna et cætera sidera dii cœlestes dicuntur: in terra Apollinem, Æsculapium, Herculem, Minervam deos dicunt et dominos.

(Vers. 6.) *Nobis tamen unus Deus Pater, ex quo omnia, et nos in illo.* Omnia enim ex illo quæque sunt, ubicumque sunt. Cum autem dicit: *Et nos in illo,* discrevit nos a cæteris, qui cum ex illo sint; non tamen sunt in illo, dum adhuc non credunt. *Et unus Dominus Jesus, per quem omnia, et nos per ipsum.* Omnia enim ex Patre quidem, sed per Filium creata sunt. Sed cum dicit: *Et nos per ipsum,* reformatos nos per ipsum, per quem creati fuimus, significat in Dei cognitione; quia facti per ipsum cum cæteris, post stuporem mentis et ignorantiam nos per ipsum agnovimus mysterium unius Dei. Unum ergo Deum Patrem dixit, et unum Dominum Jesum Filium ejus; ut quia Deus non potest non esse Dominus, similiter et Dominus intelligatur esse et Deus, unum esse Deum et Dominum demonstraret, modum unius principii conservando.

(Vers. 7.) *Sed non in omnibus est scientia.* Id est, non omnes norunt credentes mysterium Dei unius; ideo quidam putant ex iis qui credunt aliquid numinis in simulacris.

Nam aliqui adhuc conscientia idoli quasi simulacro immolatum manducant. De plebe enim aliqui adhuc cum veneratione simulacri manducabant de sacrificatis, quasi aliqua esset illic divinitas. *Et conscientia aliorum cum sit infirma, coinquinatur.* Maculatur conscientia, si infirma est circa Deum.

(Vers. 8.) *Esca autem nos non commendat Deo.* Verum est, quia non ideo Deo placebimus, si omnia ederimus: aut offendemus si aliqua contempserimus. *Neque enim si ederimus, abundabimus; neque si non ederimus, deerit nobis.* Contempta enim sacrificiorum esca, non utique deerit quod edatur; si autem sumpta fuerit, non abundabit, ita ut nihil requiratur: ac per hoc abjicienda; quia neque sine illa non vivitur et scandalum fratribus est.

(Vers. 9.) *Videte tamen ne forte licentia vestra offensio fiat infirmis.* Hoc est, ne quia licere vobis edere carnem de sacrificio dicitis, per id quod nihil esse idolum scitis, offensionem generetis fratribus, qui nesciunt adhuc quia nihil est idolum.

(Vers. 10.) *Si enim quis viderit eum, qui habet scientiam in idolio recubentem, nonne conscientia ejus, cum sit infirma, ædificabitur ad manducandum*

lacris (edit. Rom., qui idolis immolantur. Immolatorum; R. in. edit., Immolatiorum, etc. Nos alios mss. plures poliorumque secuti sumus.

^a Sic vet. edit. ac plurimi probatissimique mss. semel et iterum: at utroque loco. Rom. edit. cum

A *de simulacris?* Hoc ideo dixit, quia videns quis fratrem peritum in idolio invitatum, recubentem edere carnes sacrificiorum, putat illic esse aliquid gratiæ, et incipit etiam ipse edere carnes sacrificiorum, non illa conscientia, qua ille peritiæ causa sciens nihil esse idolum, sed qua esse putat illic numen; quando fratrem peritum videt illic edere, nec horrere.

140 (Vers. 11.) *Et peribit, qui infirmus est in tua scientia frater, pro quo Christus est mortuus?* Peribit infirmus, si edat contra unius Dei fidem de sacrificatis: quod quidem quasi irascentis verba sunt, et ostendentis quid mali possit parere scientia, si non fuerit temperata a charitate. *In tua scientia:* id est, ^b tua peritiæ illum occidit; quando a te fieri videt, quod ille aliter intelligit. Et tu eris occasio mortis **B** fratri, quem Christus ut redimeret, crucifigi se permisit. Ac per hoc aliquando ab scientia dissimulandum docet charitatis causa; quia sine dubio plus est salus fratris, quam cibus: quia licet quidem, sed non expedit. Hoc erit cognovisse, sicut oportet scire.

(Vers. 12.) *Sic autem peccantes in fratres, et percutientes conscientiam illorum infirmam, in Christo peccatis.* Quando enim charitatis non æmuli sunt, qua Christus nos liberavit, peccant in Christo, non in Christum; quia in Christum peccare negare est Christum: in Christo autem, in hæc quæ sunt Christi. Sicut et hic, qui sub Lege est, in Lege dicitur peccare; ita et il qui sub Christo sunt, in Christo peccare dicuntur.

(Vers. 13.) *Propter quod si esca scandalizat fratrem meum, non edam carnem in æternum, ne fratrem scandalizem.* In tantum charitati studendum docet, ut licita pro illicitis habeantur, ne obsint fratri. Quantum enim mali est per illicita non delinquere, et per ea quæ concessa sunt, offendere; ut Lex servetur in illicitis, et in licitis non custodiatur, dum inconsiderate eduntur? Lex enim sic permisit quæ concessit, ut modus tamen sit, quem custodiant. Urem certe licet habere, sed si fornicata fuerit, abjicienda est: ita et carnem licet edere, sed si idolis oblata fuerit, respuenda est.

CAPUT IX.

(Vers. 1.) *Non sum apostolus? non sum tiber? nonne Jesum Dominum nostrum vidi?* Cum negare videtur, confirmat; iratus enim loquitur. Apostolum **D** enim se probat, quia missus est ad gentes, dicente Domino ad eum: *Ego ad gentes mittam te* (Act. xxii, 21). Liberum autem se ostendit, quia nullius aliquid concupivit, neque in adulatione docuit. Jesum autem Dominum nostrum vidit, dum oraret in templo Hierosolymis (Act. xxii, 18). *Nonne opus meum vos estis in Domino?* Ideo opus sunt quia ipse illos plantavit in Domino, annum et sex menses evangelizans eis verbum Dei.

mss. quibusdam, in tua conscientia.

^b Rom. edit. et mss. nonnulli, tuo actu illum occidis.... conscientia aliquando dissimulandum; reliquæ edit. ac mss. invicem congruunt, nisi quod alibi legitur occidis, alibi vero occidit.

(Vers. 2.) *Etsi aliis non sum apostolus, verumtamen vobis sum; quia a Judæis credentibus, et nihilominus Legem servantibus, apostolus esse negabatur. Jam enim circumcidi non debere docebat, neque sabbatum custodiri: cæteris autem apostolis propter scandalum ab hac re dissimulantibus, hic aliter videbatur docere; ideo apostolus^a ab his negabatur; his enim erat apostolus, qui viderant in eo virtutis insignia. Nam signaculum apostolatus mei vos estis in Domino; hoc enim prædicante, conversi sunt ab idolis ad fidem Dei unius.*

(Vers. 5.) *Mea defensio apud eos, qui me interrogant, hæc est. Nunc incipit agere causam, quam superius præmisit dicens: Omnia mihi hæc sunt, sed ego sub nullius redigar potestate. Etsi venter et venter eois (1 Cor. vi, 12). Sic ergo incipit causam hæc, ut dicat: Mea defensio apud eos, qui me interrogant, hæc est. Et quæ sit subjicit, dicens:*

(Vers. 4, 5.) *Numquid non habemus potestatem manducandi et bibendi? Hoc est quod dixerat: Omnia mihi licent. Numquid non habemus potestatem multarum circumducendi, sicut et cæteri apostoli et fratres Domini, et Cephas? Ideo addidit: Et Cephas; quia cum primus esset inter apostolos, non refutabat sumptus oblatos. Cephas ipse est Simeon Petrus. Mulieres enim desiderio doctrinæ Dominicæ, et cupidæ virtutum sequebantur apostolos, ministrantes eis et sumptus et servitia, sicut et Salvatorem sunt secutæ ministrantes ei de facultatibus suis.*

(Vers. 6.) *Aut solus ego et Barnabas non habemus potestatem hæc operandi? Hoc est, habemus potestatem operandi, sed nolumus. Pro accipiendi tamen operandi ait, ut honestius loqueretur. Et ut hoc firmet, exempla subjicit, dicens:*

(Vers. 7, 8.) *Quis militat stipendiis suis umquam? Quis plantat vineam, et de fructu ejus non edit? Quis pascit gregem ovium, et de lacte earum non percipit? Numquid secundum hominem hæc loquor? [14] Id est, numquid humanam sententiam sequor? Numquid et Lex eadem non dicit? Concordare decuit supradicta testimonia documentis divinis; ut ostendat non sine causa utique velle se ab illis sumptus accipere, quando tot exemplis ostendit et dandum et accipiendum esse.*

(Vers. 9.) *In Lege enim (Deut. xxv, 4) scriptum est: Non alligabis os bovis triturantis. Numquid de bobus cura est Deo? Interim paucis hoc absolvamus; in Jonæ enim propheta scriptum est: Non parcavi civitati, in qua habitant plusquam centum viginti millia hominum et peccata multa (Jonæ iv, 11). Et Psalmographus: Homines et jumenta, inquit, salvabis (Psalm. xxxv, 7). Quomodo ergo Deus non curat de bobus et pecoribus? Sed non curat de bobus et*

^a Ms. Corb., ab omnibus negabatur... qui viderunt in eo virtutis signa.

^b Rom. edit. aulæ: Quasi dicat non magnum, etc.

^c Mss. nonnulli, illis subjectis.... licentia fecit, quæ licentiam.

^d Cod. Corb., ipsa natura et conversatio humana

pecoribus propter hæc ipsa, sed propter nos, quorum causa sunt facta; ideo de nobis curat, non de illis.

(Vers. 10.) *Aut potius, inquit, propter nos dicit: propter nos enim scriptum est. Per figuram enim omnia dicta ad nos transeunt. Quoniam qui in spe arat et triturat, debet sibi suæ fructum percipere. Verum est, quia hæc spe laboratur, ut fructus capiatur.*

(Vers. 11.) *Si nos vobis spiritualia seminavimus, magnum est, si nos vestra carnalia metamus? Non dicit magnum, neque par esse, si evangelizantes regnum Dei, et cælesti cibo Ecclesiam saginantes, alimenta corporis sumerent; ut tradentes æterna, consequerentur temporalia.*

(Vers. 12.) *Si alii potestate vestra utuntur, nonne magis nos? Si enim ii qui pro Evangelio patres vestri non sunt, nec eundem affectum habent erga vos, facultatem habent accipiendi, quanto magis nos? Et subauditur, vestri apostoli; quia et Barnabas apostolus erat.*

Sed non sumus usi hac potestate; omnia vero tolerantius, ne quod impedimentum demus Evangelio Christi. Diu occultatum prodidit sensum; ostendit enim sumptus ideo se velle, cum fieret, accipere, ne vigor evangelicæ auctoritatis torpesceret. Pseudoapostoli enim peccantibus blandiebantur, volentes accipere; ita ut non sibi viderentur peccare illis subjecti: sed quoniam hæc res contra evangelicam erat disciplinam, hic non vult accipere; ut libero arguat, ne in illorum numero inveniat. Ut enim regulæ christianæ jus maneret, licita illicita fecit; quia illi per licentiam offendebant.

(Vers. 13.) *Nescitis quoniam qui in sacrariis operantur, de sacrario vivunt: et qui altario deserviunt, de altario participant? In sacrariis legem gentilium significat, in altario vero Judæorum. Sic enim decrevit Dominus per Moysen (Deut. xviii, 5), ut de illis quæ oblata erant, partem sumerent sacerdoles.*

(Vers. 14.) *Ita et Dominus Jesus ordinavit eos, qui Evangelium annuntiant, de Evangelio vivere. Non ergo Deus per Moysen gentilium formam secutus est: sed ipsa naturalis ratio hoc habet, ut quis inde vivat, ubi laborat. Hanc ergo rationem ipsi naturæ et conversationi humanæ decrevit. Hæc tamen ad cumulum adhuc addens, gravat causam; ut non leve faciat neque odiosum, quod tantis testimoniis commendat: et tamen non sibi proficere vult, ne libertatem arguendi humiliet.*

(Vers. 15.) *Ego autem nullo horum usus sum. Postquam multis modis ostendit licere accipere, sibi tamen non opus esse; obest enim accipere a peccantibus, sicut supra memoravi. Non autem scripsi hæc, ut ita fiat in me; bonum est enim mihi magis mori, quam gloriæ meam evacuabit. Gloriæ suam*

decrevit. Et post pauca Idem ms. cum aliis nonnullis, neque otiosum, quod tantia, etc.

^e Ita mss. plures, ac melioris notæ: et hi vero, et edit., magis mori, quam ut gloriæ meam quis evacuet.

dicit in eo, si Evangelii severitas maneat : et mori magis elegit, quam Evangelii jura violare, sciens hoc sibi magis proficere ad futuram salutem. Debitum enim obsequium abnuat ab his sibi impendi ; ne per hoc accipiant fiduciam delinquendi.

(Vers. 16.) *Nam si evangelizem, non est mihi gloriatio ; necessitas enim mihi incumbit.* Sicut dicit Dominus : *Cum feceritis quæ dico vobis, dicite : Servi inutiles sumus : quod debuimus facere, fecimus (Luc. xvii, 10).* *Væ enim erit, inquit, mihi, si non prædicavero Evangelium.* Missus enim servus a domino facit etiam invitus, quod sibi præceptum est : si quominus, adstringatur plagis necesse est. Denique Moses invitus missus est ad Pharaonem (Exod. iv, 14) ; et Jonas coactus est prædicare Ninivitis (Jonæ 1, 3).

142 (Vers. 17.) *Nam si volens hoc ago, mercedem habeo.* Manifestum est quia nemo accipit remunerationem ejus rei, quam invitus agit. Si enim voluntarius, dignus mercede est ; quia consentit domino : et quod voluntate fit, melius fit. *Si autem invitus, dispensatio mihi credita est.* Nec hoc obscurum est, quia qui indevotus aliquid facit, non voluntate facit, sed necessitate. Quia enim, potestatis suæ non est, facit invitus, quod sibi præceptum est.

(Vers. 18.) *Quæ ergo erit mea merces ? Ut Evangelium annuntians, sine sumptu efficiam Evangelium ; ut non abutar potestate mea in Evangelio.* Repressa verborum jactantia gloriatur, et vult intelligi quanta dignus mercede sit, quia potestate sua non utitur in Evangelio, dum respuit oblatos sumptus, ne vim prædicationis humiliet. Hoc est licere, sed non expedit propter salutem fratrum, ut corrigantur. Forma ego vult esse cæteris, ut ubi vident non expedit, etiam licitis non utantur : si quominus, de licito fient rei : quod sic sumunt, ut ad detrimentum proficiat.

(Vers. 19.) *Nam cum liber sim ex omnibus, omnium me servum feci, ut plures lucrificiam.* Liber ex omnibus est, cum nulli in adulatione tradidit Evangelium, nec cujusquam præter salutem aliquid concupivit, neque ad delicias habendas ab aliquo sumptus largiores mercede hypocrisis accepit. Servum autem sic se omnium factum dicit, dum se per humilitatem similem omnium mente imbecillum exhibuit ; ut eos per patientiam firmaret ad salutem futuram, confovens animos illorum, qui aut peccabant, aut res divinas tardius sequebantur ; ut non aspere ferrent reprehendi se.

(Vers. 20.) *Et factus sum Judæis tamquam Judæus, ut Judæos lucrificerem.* Videtur quasi simulasse, ut omnibus fieret omnia, quod solent adulatores facere, sed non ita est ; vir enim divinus et me-

dicus spiritualis sciens omnium causas et vulnera, magna industria confovet illos et compatitur ; cum omnibus enim hominibus quædam habemus communia. Factus est ergo Judæis tamquam Judæus ; quia propter scandalum illorum circumcidit Timotheum (Act. xvi, 3), et purificatus ascendit in templum, ne occasionem per cum acciperent blasphemandi (Act. xxi, 26). Rem ergo fecit, quæ jam cessare deberet, sed secundum Legem fecit. Nam et consensit illis Legem esse a Deo et prophetas, et de illis ostendit Christum hunc esse, qui promissus est : ut assensus ejus haberet effectum.

(Vers. 21.) *Iis qui sub Lege sunt, quasi sub Lege essem (cum ipse non sim sub Lege) ut eos qui sub Lege sunt, lucrificerem.* Ii qui sub Lege sunt Samaritani noscuntur ; Legem enim solam accipiunt, id est, quinque libros Moysi. Sunt autem ex origine Persarum et Assyriorum, quos rex Assyriorum, sublati filiis Israel in captivitatem, posuit ad incolenda loca Samariæ (IV Reg. xvii, 6) ; ideo et ignem colunt more Persarum. His ergo Apostolus, dum non negabat Legem esse a Deo, fiebat quasi sub Lege : sed ex ea illis mihi verbo Christum intelligendum trahebat, sicut et Samaritana illa, quæ dixit ad Dominum : *Scio quia Messias venit (Joan. iv, 25) ; docta per Legem.*

Iis qui sine Lege sunt, quasi sine Lege essem (cum sine lege non essem Dei, sed in lege essem Christi) ut eos qui sine Lege sunt, lucrificerem. Hoc dicit, quia cum in Lege Christi est, in lege Dei est ; quia quod Christi est, Dei est : et quod Dei est, Christi est, sicut dicit : *Omnia mea tua sunt, et tua mea. Ut eos qui sine Lege sunt, lucrificerem (Joan. xvii, 10).* Dum enim assentit illis, id est, gentilibus, juxta physicam rationem mundum factum a Deo, et quæ in eo sunt, et animam esse immortalem, et ab ipso nos originem habere (ita enim Actibus apostolorum ait (Act. xvii, 28) : *Et sicut quidam ex vobis dixerunt : Ipsius enim et genus sumus*) sic fiebat quasi sine lege, per quod subintroducebat illis Christum ipsum esse, quem Deus ad judicandum mundum præelegit, et ipsum esse, per quem omnia fecit.

(Vers. 22.) *Factus sum infirmis infirmus, ut infirmos lucrificerem.* Infirmus factus est, dum propter fratres infirmos a licitis abstinet ; ne illis scandalum generet. *Omnia factus sum omnia, ut omnes saluos facerem.* Hoc fuit viri prudentis et spiritualis, ut omnibus omnia factus, propositum tamen religionis non excederet ; quia ubi cessit, ad hoc cessit, ut proficeret : nec aliud fecit, quam Lex mandavit.

(Vers. 23.) *Omnia autem facio propter Evangelium, ut particeps ejus fiam.* Hoc est, omnia supra-

^a Vet. edit. cum paucis mss., non est mihi gratia.

^b Omnes edit., voluntatis suæ non est : contra vero mss. prope ad unum potestatis suæ, etc. Iterum autem ubi cum vet. edit. ac mss. multo pluribus restitimus, efficiam Evangelium, Rom. edit. cum uno aut altero mss. mutarat, ponam Evangelium.

^c Nonnulli mss., delicto fuit rei.

^d Mss. aliquot, neque cujusquam propter salutem.

^e Vet. edit. ac mss. haud pauci : Non quasi videtur simulasse ; melius tamen Rom. edit. alique cod. expungunt negationem.

^f Sic edit. Amerb., Eras. ac Rom. cum parte mss. : Gill. vero, et alii mss. illis mihi verbo ; quidam cod., Verbum.

^g Mss. nonnulli, Hoc fuit vere prudens.

dicta facio, ut voluntatis evangelicæ particeps efficiar, quam habet circa salutem humanam.

(Vers. 24.) *Nescitis quoniam qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, unus autem accipit palmam? Nunc aliud vult exponere: itaque hoc exemplo ostendit quanta sit utilitas legis nostræ, in qua non uni, sed omnibus promissa est palma. Sic currite, ut comprehendatis.* Sollicite vult curri ad promissionem, quia magna est.

(Vers. 25.) *Omnis autem qui in agone contendit ab omnibus se abstinet: ab his omnibus quæ vitanda eadem tradit disciplina, cum sciant unum coronandum; quanto magis nobis observandum est, quia omnibus promissa est salus! Et illi quidem ut corruptibilem coronam accipiant: nos autem incorruptam.* Et in hoc multum dispar donum est, ac per hoc diligentiores nos esse debere, quibus non terrenis et marcescentibus floribus, sed æternis conserta gemmis in modum regalis diadematis spiritualis corona servatur.

(Vers. 26.) *Sic curro, non quasi in incertum.* Magna spe currere se proficitur, certum habens quid sit promissum. *Sic pugna, non quasi aerem cædens.* Hoc est, non verbis magis, sed de rebus contendo.

Sed castigo corpus meum, et servituti subijcio. Castigare corpus est jejuniis^a illud agere: et illa ei dare, quæ ad vitam proficiant, non ad luxum. Servituti vero subijcitur; dum non suam perficit, sed spiritus voluntatem. *Ne forte aliis prædicans ipse reprobus inveniar.* Ideo se refrenare corpus suum ostendit, ut remuneratione, quam aliis prædicat, etiam ipse dignus habeatur; ne aliis curatis, ipse remaneret in vulnere. Ratam ergo spem prædicationis suæ affirmat, quando gestis id se prosequi, quod docet, ostendit; quia qui aliter agit quam prædicat, suspectos facit audientes, ut de promissis dubitent. Suo itaque exemplo non magis verbis, quam operibus exercendum hortatur.

CAPUT X.

(Vers. 1, 2.) *Nolo enim vos ignorare, fratres, quia patres nostri omnes sub nube fuerunt, et omnes mare transierunt, et omnes in Moyse baptizati sunt in nube et in mari (Exod. xiii, 21; xiv, 22).* Judæorum exemplo, qui negligentia sua offenderunt (Num. ix, 22), sollicitos nos vult esse; ideoque sub nube dicit illos fuisse, quia omnia quæ gesta sunt,^b in figura nostri facta sunt; ut veritatis nostræ illi habuerint imāginem. Contacti enim nube, et ab adversariis suis tuti præstiti, dum a morte liberati sunt, baptizati dicuntur. Illis enim, id est, Ægyptiis in mari mortuis, dum hi, duce Moyse, feliciter transeunt, erepti sunt a morte: quod præstat baptismum. Non enim illis præterita mala imputata sunt, sed per mare et

per nubem purificati, præparati sunt ad accipiendam Legem, et formam futuri sacramenti nostri.

(Vers. 3, 4.) *Et omnes eandem escam spiritalem ederunt, et omnes eundem potum spiritalem biberunt; bibebant enim de sequente eos spiritali petra: petra autem erat Christus.* Manna et aquam (Exod. xvi, 15; xvii, 6) quæ fluxit de petra, dicit spiritalia; quia non mundi lege parata sunt, sed Dei virtute sine elementorum commixtione ad tempus creata, habentia in se figuram futuri mysterii, quod nunc nos sumimus in commemorationem Christi domini. Ideo et panis angelorum dictus est, quia virtute qua angeli subsistunt, creatus est: hoc significans, quia de cælis venturus erat, qui spiritaliter pasceret. Unde et manna primum Dominico die venit de cælo ad saturitatem populi; sequens tamen petra dicta est, quæ intelligitur Christus. Ubi enim deficiebat hamanum eis suffragium, aderat Christus; ideo sequebatur, ut ubi defecisset, ille subveniret. Nec enim petra aquam dedit, sed Christus.

(Vers. 5.) *Sed non in pluribus eorum bene sensit Deus.* Ideo hoc dixit, quia acceptum beneficium non intellexerunt. *Prostrati enim sunt in deserto (Num. xxvi, 65).* Dignum est, ut qui magna consecutus, in parvis diffidens est; non solum^c hæc non adipiscatur, verum etiam amittat et illa. Quoniam ergo superius hortatus est ad meliora, se etiam dicit id elaborare, ut ad promissionem dignus occurrat; nunc ut istud exempli terrore constringat ac suadeat, Judæos tunc simili modo dicit donum Dei et gratiam sortitos, sicut et nos: et quia ~~144~~ indiligentes et dubitantes^d de Dei promissione fuerunt, prostratos esse in deserto; ut ideo semetipsum affigere se ostenderet, ne in illorum numero inveniretur: proinde elaborandum, ut sui imitatores existerent.

(Vers. 6, 7.) *Hæc autem in figura nostri facta sunt, ut non simus desiderantes mala, sicut et illi desideraverunt.* Is sensus et ratio est, quam supra memoravi. *Neque simulacris servientes, sicut quidam illorum.* Nunc hos tangit, qui in idolio recumbentes iulabant non esse peccatum. *Sicut scriptum est (Exod. xxxii, 6): Sedit populus manducare et bibere, et surrexerunt ludere:* ante idolum utique; ut non se crederent immunes a crimine, qui in idolio epulabantur. Nam Moyse in monte posito apud Deum, simulacro vituli facto, post oblationem dedicationis causa: *Sedit populus manducare et bibere, et surrexerunt ludere.* Hæc luxuria est, quia semper oblectati, in Dei rebus infideles inventi sunt.^e Ideoque instruit, ne in hanc diffidentiam per assensum luxuriæ in idolio incidamus.

(Vers. 8.) *Neque fornicemur, sicut quidam illorum fornicati sunt, et ceciderunt una die viginti tria millia hominum (Num. xxv, 1).* Hoc illis retributum est,

ubi non pauca præmittuntur.

^d Nonnulli mss., *de Dei provisione fuerunt.*

^e Cod. Corb. solus, *ideoque destruit*; at idem cod. cum aliis quibusdam, *luxuriæ idoli incidamus.*

^a Vet. edit. ac plures mss., *jejuniis illud agere*: melius tamen Rom. edit. cum aliis mss. *angere.*

^b Ms. Corb., *cura nostri facta sunt.*

^c Idem cod. Corb., *non despiciat, verum etiam studeat laborare, ut ad promissionem dignus occurrat,*

quando cum Madianitis mulieribus se commaculaverunt; ira enim Dei exstitit contra illos, quæ æmulatione Phinees sacerdotis habentis zelum Dei, sopita est, ne plures morerentur.

(Vers. 9.) *Neque tentemus Christum, sicut quidam eorum tentaverunt, et a serpentibus perierunt.* Detrahentes de Deo Christum tentasse dicuntur; quia Christus erat, qui ad Moysen loquebatur. Denique ne nos in eadem causa inveniamur, commonet ne diabolo tradamur, cujus serpentes habent figuram.

(Vers. 10.) *Neque murmuraveritis, sicut quidam ex ipsis murmuraverunt (Num. xiv, 4).* Murmurare est falso ad invicem de præpositis et rectoribus queri, quantum ad mentem loci pertinet; quia solet murmur fieri et justa ex causa. *Et perierunt ab exterminatore.* Hoc est, in locum Judæ concesserunt, anticipantes illum; quia tradens Christum, exterminatus est de numero apostolorum a iudice Deo. Per hæc exempla ad correctiorem nos vitam provocat; ut monitis ejus aut præmium, si obediens fuerimus, aut propensioem pœnam mereamur inobedientes. Non est enim ambiguum illos peccantes plus subjiendos tormentis, quibus peccantium pœnæ ad hoc relatæ sunt, ne peccarent.

(Vers. 11.) *Hæc autem omnia in figura contingebant illis; scripta sunt vero ad correptionem nostram, in quos fines sæculorum devenerunt.* Fines sæculorum nos sumus; quia tunc hæc ideo facta noscuntur circa retributionem illorum, ut nobis essent exemplo, qui postremo sæculo futuri eramus in fide Christi. Pro utilitate enim nostra gesta sunt, ut si terrore horum in Dei timore manserimus, gloriam illis promissam accipiamus: si quominus, geminabitur nobis pœna illorum; quia major notitia legis plus facit ream.

(Vers. 12.) *Propterea et qui se putat stare, videat ne cadat.* Hoc ad eos loquitur, qui præsumentes de scientia, qua licitum est omnia edere, infirmis fratribus scaudalo erant: et putantes aliquid se proficere doctrina pseudoapostolorum, deterioraverant; et judicabant Apostolum, cum ipsi essent rei. Superbiam ergo amputat, ne per hanc tententur, sicut Judæi tentati sunt, et perierunt.

(Vers. 13.) *Tentatio vos non apprehendat, nisi humana.* Ac per hoc detrahentes Apostolo, Dominum tentare videntur; quia et tunc cum Moysi detraherent, et dubitarent de eo, Deum tentasse dicuntur. Omne enim quod probatum non habetur, tentatur; ideo ut hæc tentatio convellatur, admonet cum terrore. Ut autem humana tentatio illos apprehendat, hortatur: humana enim tentatio est propter spem Dei diffidere de homine, quia vana spes in homine; ut in necessitate aut pressura non desperet de Deo, humanum auxilium requirendo, sicut et Judæi qui dubitantes de Deo, idolorum adminicula exorabant.

^a Rom. edit. sola, qui eripiat.

^b Mss. aliquot, permittitur tentari, quantum scitur ferre posse? At locus integer a vocibus, Quomodo tamen usque ad Quapropter charissimi, omittitur in ms. Corb.

A Hoc est humanum auxilium; quia dii paganorum terra sunt, et culturam illorum humanus error invenit. Propter Christum ergo pati, humana tentatio est, per quam proficitur apud Deum.

Fidelis autem Deus, qui non patietur vos tentari supra quam potestis: sed faciet cum tentatione etiam proventum; ut possitis tolerare. Ideo fidelem dicit Deum, qui non patietur vos tentari supra quam potestis; quia daturum se promisit **143** Deus diligentibus se regna cœlestia: et ut det necesse est; quia fidelis est. Propterea ergo tribulatis pro se aderit, nec patietur tantum irrogari, quod tolerari non possint: sed faciet, ut aut cito cesset tentatio; aut si proluxa fuerit, det tolerandi virtutem: alioquin non dabit, quod promisit; quia vincetur, qui patitur. B Homo enim infirmitati subjectus, et non erit ^a qui accipiat: sed quia fidelis est Deus, qui promisit, subvenit, ut impleat, quod promisit. Denique breviter vult esse dies Dominus, ut salventur electi, et possint consequi regnum Dei (*Matth. xxiv, 22*). Quomodo tamen a Deo adjuvatur, si tantum ^b permittatur tentari, quantum potest? Adjuvatur plane, dum non plus permittitur ei imponi, quam scitur ferre posse; ut quarto die pati non permittatur, qui scitur ultra non posse quam triduo tolerare.

(Vers. 14.) *Quapropter, charissimi, fugite ab idolorum cultura.* Hortatur etiam nunc, ut abstineant se ab omni societate idololatricæ, ut non solum spes, sed et animus inde tollatur, ne per hoc nascatur in Deum tentatio. Nemo enim assiduus in idolo ^c nihil sperat de eo; hinc enim sperare dubitare de Deo est, sicut et Saul relicto Deo, qui ei fuerat delicti causa iratus, ad idololatricam se contulit, aliquid sperans de ea (*1 Reg. xxviii, 12 et seq.*). Cui quidem et in præsentem obfuit, et in futurum gehennam ultricem providit.

(Vers. 15.) *Quasi prudentes, vos, judicate quod dico.* Exempla subjicit, ut facilius suadeat; quia cui verba satis non faciunt, solent exempla suadere.

(Vers. 16, 17.) *Calix benedictionis quem benedicimus, nonne communicatio sanguinis Domini est? Panis quem frangimus, nonne communicatio corporis Domini est? Quia unus panis, unum corpus multi sumus; omnes enim de uno pane et de uno calice participamus.* Quoniam unum sumus, alter alterius membrum, unum nos sentire debere dicit; ut fides una unum habeat sensum et opus.

(Vers. 18.) *Videte Israel secundum carnem: hoc est, discite, homines videntes Deum, quemadmodum se habent carnalia, id est, idololatricæ. Nonne qui edunt hostias, participes sunt altaris? Sicut enim nos de uno pane et de uno calice percipientes, participes et consortes sumus corporis Domini: ita et qui edunt hostias, participes sunt altaris erroris.*

^c Edit. Rom., in idolo aliquid speret de eo: vet. autem ac mss. eo tantum discrepant, quod illi habent etiam, speret; et illorum nonnulli pro de eo legunt de Deo.

(Vers. 19, 20.) *Quid ergo dico, quia simulacrum imolatum aliquid est? Non quia simulacrum est aliquid; sed quæ sacrificant, dæmonibus immolant.* Simulacrum vere nihil est; quia imago videtur rei mortuæ: sed sub tegumine simulacrorum diabolus colitur.

Nolo vos participes fieri dæmoniorum. Ostendit illis hoc esse tantum, ^a quod videtur in idolo: sed esse occultum iniquitatis mysterium, quod ut unius Dei fidem corrumpere, Satanas advenit. Unde et Joannes apostolus in epistola sua dicit: Ad hoc venit Filius Dei, ut solveret opera diaboli (Joan. iii, 9).

(Vers. 21.) *Non potestis calicem Domini bibere, et calicem dæmoniorum; non potestis mensæ Domini communicare, et mensæ dæmoniorum.* Sicut et Dominus ait: *Non potestis Deo servire, et mammonæ* (Math. vi, 24): quia qui calicem dæmoniorum bibit, calici Domini insultat: et cum mensæ dæmoniorum communicat, mensæ Domini, id est, altari obstrept, et Domini corpus crucifigit. Idcirco enim Christus ^b crucifixus est, ut dissolveret opera diaboli. Qui ergo facit opera diaboli, Christo repugnat.

(Vers. 22.) *Aut æmulatur Dominum Jesum? Numquid fortiores illo sumus? Vix sit ut humilis zelator potentem; scit enim non sibi competere, in quo illi potest invideri: sed aut æquali invidetur, aut prope æquali.* Ideo Apostolus non posse dixit homines æmulari Dominum Jesum, propterea quia illum sciunt Dominum: si quominus, non videbitur eis dignus esse vocari Dominus, quem zelantur, ne Dominus sit. Zelo enim Satanas idololatriam invenit, ut homines negando Deum Dominum, idolis serviant quasi diis et dominiis. *Omnia mihi licent, sed non omnia expedit.* Omnia dicit licere secundum legem naturæ; omnia enim munda sunt. De escis enim agebatur, et carne idolis immolata. Nam quæ prohibita et interdicta sunt, quomodo dici possunt licere, cum hic etiam ipsa, quæ concessa sunt, significet **146** aliquando non expedire? ^c sicut dicit apostolus Petrus: *Si hæc est causa viri cum uxore, non expedit nubere* (Math. xix, 10).

(Vers. 23.) *Omnia mihi licent, sed non omnia ædificant.* Idem sensus est, quia licet omnia edere: sed quod idolis immolatur, non ædificat; quia scandalum facit fratri, sicut supra dictum est: ideoque a licitis aliquando temperandum est, ut prosit. Hinc est unde sumptus ab iis, cum ei liceret, noluit accipere, sciens non expedire.

(Vers. 24.) ^d *Nemo quod suum est, quærat, sed quod alterius.* Verum est quod dum unusquisque in idolo recumbit, voluntati suæ satisfacit, et fratri conscientia infirmo scandalum ponit. Quapropter festinandum est pro charitate Domini nostri Jesu Christi; ut et magis quæ sunt saluti proximi necessaria prohibeamus, quam nostræ voluntati, sicut

idem Apostolus, vas electionis, et medicus spiritualis ait: *Non quærens quod mihi utile est, sed quod multis.*

(Vers. 25, 26.) *Omne quod in macello venit edite, nihil interrogantes propter conscientiam; Domini est enim terra et plenitudo ejus.* Ut omnia munda ostenderet, exemplo psalmi vigesimi tertii hoc roboravit; quia non potest immundum esse, quod Domini est. Et quoniam superius de escis ait: *Omnia licent*, statim subsequutus est: *Omne quod in macello venit, edite, nihil interrogantes propter conscientiam.* Hoc autem ideo subjecti, ut libera sit conscientia; licet enim aliquid pollutum sit per accidentiam, id est, oblationem idoll; cum hoc tamen nescit, qui emit, nullum patitur scrupulum, et apud Deum immuns est.

(Vers. 27.) *Si quis vocat vos ex infidelibus ad cœnam, et itis; omne quod appositum vobis fuerit, edite, nihil disquirentes.* Hoc est, simpliciter manducate quod apponitur, non interrogantes unde sit.

(Vers. 28, 29.) *Si vero aliquis dixerit: Hoc immolationem est, nolite manducare propter illam, qui indicavit, et propter conscientiam.* Illentium autem dico, non tuam, sed alterius. Hoc perfectus loquitur, qui possunt contemneres idololatriam, quia nihil est manducare de sacrificio, certi quia quod sub Dei Creatoris nomine editur, non potest polluere: sed quia alius, qui idolis servit, gloriabitur, te edente de sacrificatis, quasi venereris idola; ideo non debet edi. Apud conscientiam enim ille lætabitur suam, quia videt te libenter appetere, quod idolis immolatum est.

Ut quid enim libertas mea judicatur ab alia conscientia? Hoc dicit, quia cum ab idoli devotione conscientia sit libera, quid opus est, ut putetur quia venerationis causa edat idolis immolata? Judicatur enim non distare ab eo, qui colit idola; quando non horret quod oblatum est simulacro.

(Vers. 30.) *Si ergo gratiæ particeps sum, quid blasphemor pro quo ego gratias ago? Id est, si ego gratiæ Dei comunico; quia in ipsius nomine edo: quid opus est arbitrari hoc aliquem, quia ego idolo devotus sum, dum non horreo, quæ oblata sunt idolo, hoc est, blasphemor? Et me ergo blasphemat, et ille in idolo suo gaudet; dum me putat participem, habet occasionem permanendi in errore, et fratribus malum datur exemplum. Nam si præceptum est in Lege, ut luci et aræ et tituli et ipsa idola confringantur; vide si non peccatum est ^f non solum hæc non facere, sed et interesse epulis hujusmodi; propterea de sacrificatis non expedit edere.*

(Vers. 31.) *Sive igitur editis, sive bibitis, sive quid facitis, omnia in gloriam Dei.* Per hæc subjecta declaravit in idolo edere, quavis licet conscientia, ini-

Corb. restituitur, cum absit in aliis, sicut et in cunctis edit.

^a Ms. Corb., nihil discernentes.

^f Idem cod. Corb., non solum hæc facere, sed et de sacrificatis non expedit edere.

^a Rom. edit. sola, quod videtur in idolo.

^b Nonnulli mss., crucifixus est, quia dissolvit opera diaboli.

^c Rom. edit., Sicut dicunt apostoli.

^d Hic textus apostoli atque illius expositio, e eod.

micum esse Deo; ad opprobrium enim Dei unius hæc diabolo dedicantur. Nam in gloriam Dei edere et bibere et aliquid facere, hoc est, ut sub invocatione Creatoris cum modestia convivium celebretur; in gloriam enim Dei aliquid fit, cum in actibus et conversatione christiani Deus laudatur, vel cum filiorum procreatio a Deo speratur.

(Vers. 32.) *Sine offensione estote Judæis et Græcis, et Ecclesiæ Dei.* Sic temperandam conversationem nostram docet, ut nullus in ea scandalum patiatur. Offensio ergo Judæis fit, cum idola, quæ illi abominantur, christianum, qui se dicit Legem et prophetas accipere, vident non horrere. Græcis vero, id est, **147** gentilibus, hæc est offensio, si in eo in quo sunt, non solum non arguantur; sed et promptiores fiant, dum non vitantur vota idolorum illorum. Ecclesiæ autem Dei fit offendiculum, quando quosdam ex numero suo videt iis, quæ inimica sunt Deo, adhærere.

(Vers. 33.) *Sicut ego omnibus per omnia placeo, non quærens quod mihi utile est, sed quod multis, ut salvi fiant.* Omnibus per omnia placere est sine scandalo cujusquam agere ad profectum utilitatis illorum, ut et illis et huic sit utile.

CAPUT XI.

(Vers. 1.) *Imitatores mei estote, sicut et ego Christi.* Humanum est quod dicit, ut imitatores ejus simus, qui a Deo nobis magister indultus est. Si enim hic Dei imitator est, quare non nos hominis? Quia sicut Deus Pater misit Christum magistrum et auctorem vitæ; ita et Christus misit apostolos nobis magistros, ut eorum imitatores essemus; quia ejus esse non possumus. Ita enim ait Dominus ad Patrem: *Sicut me misisti in hunc mundum, ita et ego misi eos in hunc mundum* (Joan. xvii, 18). Et quia digni imitatores ejus erant, subjecit: *Et pro eis sanctificabo me ipsum* (Ibid., 19).

(Vers. 2.) *Laudo autem vos, fratres, quod omnia mea memoria retinetis, et quomodo ubique trado, traditiones meas tenetis.* Postquam mores et conversationem illorum arguit, nunc traditiones vult corrigere. Ideo non hoc confirmat, sed succenset eis; quia cum esset apostolus eorum, immemores erant traditionum ejus: neque quod adhuc non didicerant, ^a ex aliarum Ecclesiarum traditione sequebantur; ac per hoc quasi noviter tradit illis, dicens:

(Vers. 3.) *Volo vos scire quia omnis viri caput Christus est.* Ad auctoritatem retulit; quia homo a Deo quidem, sed per Christum. *Caput autem mulieris vir.* Quia quamvis et mulier per Christum, de viro tamen facta est, ac per hoc subjicitur viro. *Caput autem Christi Deus.* Dignum est ut filii caput Pater dicatur, quasi genitor ejus. Aliter tamen caput viri Christus est, et aliter vir mulieris, et aliter Deus caput Christi est. Deus autem ideo caput Christi est, quia de eo vel ab ipso genitus est. Mulieris vero caput idcirco vir est, quia ex ejus costa Dei virtute

^a Corb. cod., sed aliarum Ecclesiarum traditionem sequebantur.

A formata est (Gen. ii, 21). Christus autem ideo caput viri est, quia per ipsum cum non esset, creatus est. Una ergo dictio diversam habet intelligentiam; quia et personæ discrepant et substantiæ.

(Vers. 4.) *Omnis vir orans aut prophetans velato capite deturpat caput suum.* Orare dicit deprecari: prophetare autem adventum fore Domini voce symboli post orationem effari.

(Vers. 5, 6, 7.) *Omnis autem mulier orans aut prophetans non velato capite, confundit caput suum; suum est enim atque idipsum, ut decalvetur. Si autem non velatur mulier, tondeatur: si autem turpe est mulieri tonderi aut decalvari, velet caput. Vir enim non debet velare caput, cum sit imago et gloria Dei.* Quamvis una substantia sit et vir et mulier, tamen quia vir

B caput est mulieris, anteponendus traditur; ut per causam et rationem major sit, non per substantiam. Inferior ergo mulier viro est, portio enim ejus est; quia origo mulieris vir est: ex eo enim est, ac per hoc obnoxia videtur mulier viro, ut imperio ejus subjecta sit. Honorificentiam et dignitatem viri ostare dicit, ne velet caput; imago enim Dei incongruum est ut celetur; abscondi enim non debet, Dei enim gloria videtur in viro.

Mulier autem gloria viri est. Multum distat inter gloriam Dei et gloriam viri; vir enim ad imaginem Dei factus est, non mulier. Hæc autem imago Dei in viro, quia unus Deus unum fecit hominem; ut sicut ab uno Deo sunt omnia, ita essent et ab uno homine omnes homines; ut unius Dei invisibilis, unus homo C visibilis imaginem haberet in terris, ut unus Deus in uno homine videretur auctoritatem unius principii conservare, ad confusionem diaboli, qui sibi, neglecto uno Deo, dominium et divinitatem voluit usurpare. Quod propheta Ezechiel significat (Ezech. xviii, 16), et Apostolus idem, ait enim: *Ita ut in templo Dei sedeat, ostendens se quasi sit Deus* (II Thess. ii, 4).

(Vers. 8, 9, 10.) *Non est enim vir ex muliere, sed mulier ex viro: etenim non est creatus vir propter mulierem, sed mulier propter virum. Propterea debet mulier potestatem habere supra caput etiam propter angelos.* Potestatem velamen significavit, angelos episcopos dicit, sicut docetur in Apocalypsi Joannis (Apoc. ii, 1 et seq.). Et quia utique homines sunt, D quod non corripent plebem, **148** arguuntur: et quod rectum est in illis, laudatur. Mulier ergo (33 quæst. 5, cap. *Mulier*) idcirco debet velare caput; quia non est imago Dei, sed ut ostendatur subjecta. Et quia prævaricatio per illam inchoata est, hoc signum debet habere; ut in Ecclesia propter reverentiam episcopalem non habeat caput liberum, sed velamine tectum: nec habeat potestatem loquendi; quia episcopus personam habet Christi. Quasi ergo ante judicem, sic ante episcopum, quia vicarius Domini est, ^b propter reatus originem subjecta debet videri.

^b Gratianus in decreto, propter peccatum originale.

(Vers. 11.) *Veruntamen neque mulier sine viro, neque vir sine muliere in Domino.* Ideo in Domino, quia Deus ex uno fecit ambos et unum; una enim caro et unum corpus sunt in Domino, hoc est, secundum Dominum, qui creavit. Denique qui non credunt mulierem de viro sumptam, hi sine Domino, vel non secundum Dominum credunt hominum originem.

(Vers. 12.) *Nam sicut mulier de viro; ita et vir per mulierem.* Hoc firmavit, quod dixit; quia ambo unum sunt in natura, atque origo mulieris vir est, sicut legitur in Genesi factum a Domino Creatore. *Omnia autem ex Deo (Gen. 11, 22).* Postquam gradatim exposuit singula, ut omnia Deo subiceret, unum servans principium, ait: *Omnia autem ex Deo;* ut neque mulier subjectionis suæ causa contristaretur, neque vir quasi exaltatus superbiret.

(Vers. 13.) *Vos ipsi iudicate: decetne mulierem non relatum orare Deum?* Hinc est unde superius illis per ironiam succenset, dicens: *Laudo quia omnia mea memoria retinetis: et quomodo ubique trado, traditiones meas tenetis (Sup. vers. 2).* Cum enim hæc esset traditionis ratio, ut velatæ essent mulieres in Ecclesia, illi contra revelatas eas in Ecclesia patiebantur. Ideoque jam non auctoritate traditionis, quam neglexerant, sed per ipsam naturam suadere illis nititur veritatem dicens:

(Vers. 14, 15.) *Nec ipsa natura docet vos quia vir quidem, si comam habuerit, ignominia est illi?* Hoc secundum Legem locutus est; prohibet enim virtum esse comatum. *Mulier autem si comam habuerit, gloria est illi; quoniam coma pro velamine data est ei.* Naturaliter hoc honestum et propenodum decretum vult esse, ut velata mulier satisfaciat, et gratias agat Deo. Coma ergo indicium velaminis est, ut naturæ et voluntas addatur. Denique nulla mulier etiam revelata adit potestatem.

(Vers. 16.) *Si quis autem videtur contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus, neque Ecclesia Dei.* Post rationem redditam, ut contentiosos vincat, auctoritatem interponit; quia neque Judæismus hoc habuit, unde dicit: *Neque nos, neque Ecclesia Dei,* ut neque Moyses, neque Salvator sic tradiderit.

(Vers. 17.) *Hoc autem præcipio, non laudans quod non in melius, sed in deterius convenitis.* Quomodo particulatim conversationem illorum per correptionem emendat; ita et traditiones illorum, non laudans utique, sed vituperans eos.

(Vers. 18, 19.) *Primum enim.* ^a *Primum* dicendo, genus peccati ostendit, unde orti sunt errores, quos reprehendit; ubi enim dissensio est, nihil rectum est. *Convenientibus vobis in Ecclesiam, audio dissensiones esse, et partim credo. Oportet enim et hæreses esse, ut et qui probati sunt, manifesti fiant inter vos.*

^a Ms. Corb., *Ubi enim dissensio est, primum dicemus. Id genus peccati ostendit, unde rectum nihil est.*

^b Omnes edit. et quidam mss., *sed quia sint, futurum dixit; alii mss., sed quia scivit; nonnulli, scit*

Sciendo nonnullos mente corruptos versutia diaboli, dicit: *Oportet hæreses esse.* Non utique voluit, nec optavit: ^b *sed quia scivit futurum, dixit, sicut et Dominus: Oportet, inquit, venire scandala (Matth. xviii, 7).* Et: *Oportet Filium hominis pati (Luc. ix, 22),* præsciens, quia Judas proditor erat futurus. *Ut probati autem cum dicit, manifesti fiant inter vos,* illos significat, qui in traditione accepta durantes, exemplum probationis erant evangelicæ disciplinæ ad condemnationem cæterorum. Ii sunt quos in capite epistolæ significat, eo quod dicerent: *Nos vero Christi;* cum alii dicerent: *Ego Pauli, ego Apollo (I Cor. 1, 12).*

(Vers. 20, 21, 22.) *Convenientibus igitur vobis in unum, jam non est Dominicam cœnam manducare. Unusquisque enim vestrum propriam cœnam præsumit in manducando: et alius quidem esurit, et alius ebrius est. Numquid domos non habetis ad edendum et bibendum? aut Ecclesiam Dei contemnitis, et confunditis non habentes?* Hos notat, qui sic in Ecclesiam conveniebant ut munera sua offerentes, advenientibus presbyteris (quia adhuc rectores Ecclesiis non omnibus locis fuerant constituti), totum sibi qui obtulerant, vindicarent, schismatis causa. **149** Dissensiones enim inter eos pseudoapostoli seminaverant, ita ut oblationes suas zelarentur: cum una atque eadem prece omnium oblationes benedicerentur, ut ii qui, ut adsolet fieri, non obtulerant, aut unde offerrent, non habebant, pudore correpti confunderentur, non sumentes partem: et tam cito illud agebant, ut supervenientes non invenirent, quod ederent. Ideoque si sic, inquit, convenitis, ut unusquisque suum sumat, domi hæc agenda, non in Ecclesia; ubi unitatis ^c et mysterii causa convenitur, non dissensionis et ventris. Munus enim oblatum totius populi sit; quia in uno pane omnes significantur. Per id enim quod unum sumus, de uno pane omnes nos sumere oportet.

Quid dicam vobis? Laudo vos? In hoc non laudo. Apertum est deprehensio et correpto errore, ut de cætero corrigant, et sciant hoc verum, quod dudum in primordiis ipsi didicerant; formam illius quæ a Salvatore in re hujusmodi data est, iterat dicens:

(Vers. 23, 24, 25.) *Ego enim accepi a Domino, quod et tradidi vobis, quoniam Dominus Jesus in qua nocte tradebatur, accepit panem, et gratias agens, fregit, et dixit: Accipite, et manducate. Hoc est corpus meum, quod ^d pro vobis frangitur: hoc facite in mei commemorationem. Simili modo et calicem, postquam cœnatum est, dicens: Hoc poculum novum Testamentum est in meo sanguine; hoc facite, quotiescumque bibetis, in mei commemorationem.* Ostendit illis mysterium eucharistiæ inter cœnandum celebratum, non cœnam esse; medicina enim spiritalis est, quæ cum reverentia degustata, purificat sibi

futurum, dixit.

^c Codex Laud., *et mysterii causa convertitur:*

^d Rom. edit., *pro vobis tradetur.*

devotum. Memoria enim redemptionis nostræ est; ut Redemptoris memores, majora ab eo consequi mereamur.

(Vers. 26.) *Quotiescumque enim comederitis panem hunc, et de poculo biberitis, mortem Domini annuntiabitis, donec veniat.* Quia enim morte Domini liberati sumus, hujus rei memores, in edendo et potando carnem et sanguinem, quæ nobis oblata sunt, significamus novum Testamentum in his consecuti, quod est nova lex, quæ obedientem sibi tradit cœlestibus regnis. Nam et Moyses accepto sanguine vituli in patera, aspersit filios Israel, dicens: *Hoc est Testamentum, quod disposuit Deus ad vos* (Exod. xxiv, 8). Hoc figura fuit Testamenti, quod Dominus novum appellavit per prophetas; ut illud vetus sit, quod Moyses tradidit. Testamentum ergo sanguine constitutum est: quia beneficii divini sanguis testis est. In cujus typum nos calicem mysticum sanguinis ad tuitionem corporis et animæ nostræ percipimus; quia sanguis Domini sanguinem nostrum redemit, id est, totum hominem salvum fecit. Caro enim Salvatoris pro salute corporis, sanguis vero pro anima nostra effusus est, sicut prius præfiguratum fuerat a Moyse; sic enim ait: *Caro pro corpore vestro offertur, sanguis vero pro anima* (Levit. xvii, 11); ideoque non manducandum sanguinem. Si igitur apud veteres imago fuit veritatis, quæ nunc apparuit, et manifestata est in Salvatoris adventu; quomodo hæreticis contrarium videtur vetus novo, cum ipsa sibi invicem testimonio sint?

(Vers. 27.) *Itaque quicumque ederit panem hunc, aut biberit calicem Domini indigne Domino, reus erit corporis et sanguinis Domini.* Indignum dicit esse Domino, qui aliter mysterium celebrat, quam ab eo traditum est. Non enim potest devotus esse, qui aliter præsumit, quam datum est ab auctore. Ideoque præmonet ut secundum ordinem traditum devota mens sit accedentis ad eucharistiam Domini; quoniam futurum est iudicium, ut quemadmodum accedit unusquisque, reddat causas in die Domini Jesu Christi; quia sine disciplina traditionis et conversationis qui accedunt, rei sunt corporis et sanguinis Domini. Quid est autem reos esse, nisi pœnas dare mortis Domini? Occisus est enim pro his, qui beneficium ejus in irritum ducunt.

(Vers. 28, 29.) *Probet autem se homo, et sic de pane illo edat, et de poculo bibat. Qui enim manducat et bibit indigne, iudicium sibi ipsi manducat et bibit, non discernens corpus Domini.* Devoto animo et cum timore accedendum ad communionem docet; ut sciat mens reverentiam se debere ei, ad cujus corpus sumendum accedit. Hoc enim apud se debet iudicare; quia Dominus est, cujus in mysterio sanguinem potat, qui testis est beneficii Dei. Quem nos si cum disciplina accipiamus, non erimus indigni

* Ms. Corh., significans, et quod sumus novum Testamentum in his consecuti, quod, etc.

^b Nonnulli mss., calicem mysticum ad tuitionem; unus, ad unctionem.

A corpore et sanguine Domini; gratias enim videbimur reddere Redemptori.

(Vers. 30.) *Idco multi in vobis invalidi et ægroti. Et dormiunt multi.* Ut verum probaret quia examen futurum est accipientium corpus Domini, jam hic imaginem iudicii ostendit in eos, qui inconsiderate corpus Domini acceperant, dum febribus et infirmitatibus corripiebantur, et multi moriebantur: ut in his cæteri discerent, et paucorum exemplo terribi emendarentur, non inultum scientes corpus Domini negligeriter accipere; et eum quem hic pœna distulerit, gravius tractandum fore; quia contempsit exemplum.

(Vers. 31, 32.) *Quod si nosmet ipsos discernemus, non utique iudicemur. Dum iudicamur autem, a Domino corripimur; ut non cum hoc mundo damnemur.* Hoc dicit, quia si nosmet ipsi errores nostros corrigeremus, non a Domino iudicemur. Et quia corripimur, tamen pro nobis est: ut timore ipso emendemur. In paucis enim omnium est emendatio. *Ne cum hoc mundo,* id est, cum infidelibus damnemur. Nihil enim differt ab infideli, qui inconsiderate ad mensam Domini accedit.

(Vers. 33, 34.) *Itaque, fratres, cum convenitis ad manducandum, invicem exspectate. Si quis esurit, domi manducet.* Ad invicem exspectandum dicit, ut multorum oblatio simul celebretur, ut et omnibus ministraretur: et si quis impatiens est, domi terreno pane pascatur. *Ut non in iudicium conveniatis:* hoc est, ne mysterium reprehensibiliter et cum offensione agatis.

C *Cætera autem cum venero, disponam.* Caput prius salutis ordine agendum ostendit, et quomodo in Ecclesiam ab utroque sexu conveniatur, præmisit: in quibus rebus si error fuerit, non leve peccatum est. Cætera autem quæ ad ædificationem Ecclesiæ pertinent, præsentia sua ordinare se promisit.

CAPUT XII.

(Vers. 1, 2.) *De spiritualibus autem nolo vos ignorare, fratres. Scitis quia gentes eratis, simulacrorum forma euntes, prout ducebamini.* Spiritualia illis traditur exemplum prioris conversationis memorat; ut sicut simulacrorum fuerunt forma, colentes idola, et ducebantur duce voluntate demoniorum: ita et colentes Deum, sint forma legis Dominicæ, ambulantes sicut placet Domino. Forma enim uniuscujusque legis in professione et conversatione cultoris debet videri; ille enim forma et imago legis Dei est, in cujus fide et conversatione Evangelii veritas lucet.

(Vers. 3.) *Propter quod notum vobis facio, quod nemo in Spiritu Dei loquens, dicit anathema Jesu: et nemo potest dicere Dominum Jesum, nisi in Spiritu sancto.* Quoniam rationem spiritualium ignorant, per singula charismata hominibus potius, quam Deo dabant gloriam, non assecuti per Spiritum

^c Rom. edit., occisus est enim ab iis.

^d Ivo Carn., ut sciant omnes... accedant.

^e Mss. Aliquot, gratia enim videbitur.

sanctum ^a hoc donum ministrari : et quia qui Dominum Jesum vocat, non sine Spiritu sancto hoc dicit; habet enim gratiam in eo ipso fidei suæ propter gloriam nominis Christi; non enim sine dono Dei est Dominum dicere Jesum : ac per hoc ostendit illis in omnibus Dei esse laudem et gratiam; quia sicut idolorum imago in ministris ejus est, ordinem suum habens per singulos gradus, totum tamen hominis est : ita et in lege Dominica gradus charismatum sunt officiis Ecclesiæ, non utique meritis humanis indulti; sed ut membra ad ædificationem Ecclesiæ pertinentia, quæ per se et in se habent gloriam, sicut est etiam in humanis officiis. Scholæ enim sunt, quæ positæ in se dant dignitatem; ut loci honor hominem faciat gloriosum, non propria laus. Ait ergo: *Nemo in Spiritu Dei loquens, dicit anathema Jesu.* **B** Vox enim quæ dicit anathema Jesu, humano est ^b errore prolata; quidquid enim falsum est, ab homine est. *Et nemo potest dicere Dominum Jesum, nisi in Spiritu sancto.* Dictum enim ipsum, quo significatur Dominus Jesus, non ab adulatione hominum, sicut et idola dii vocantur, sed Spiritus sancti veritate profusum est; quidquid enim verum a quocumque dicitur, a sancto dicitur Spiritu. Ne ergo hominum favorem existimarent in regula christiana, et propter hoc se argui minime paterentur, sicut est et in simulacris ^c (homo enim advenit, ut Deus dicatur, qui non est; ac per hoc subjecti sunt antistites illis); ostendit enim eis nullum beneficium esse humanum in eo, cum dicitur Dominus Jesus : sed magis donum Dei, qui dignatus est mysterium suum **151** hominibus declarare. Etenim ^d ipsa professio remissionem acquirit peccatorum, sicut exaggerat dicitio idolorum. Docet ergo eos quia non præstant religioni beneficium, dicentes : *Dominum Jesum*, sed accipiunt; ne more idolorum hominum putarent gratiam esse in lege Domini, dum vocatur Deus, qui non est. Denique non intelligentes Dei donum esse in fide; singuli singulos sibi homines delegerant, quos sequerentur, dicentes : *Ego sum Pauli, ego vero Apollo* (I Cor. 1, 12). Superbiam ergo illorum humiliat; ut patientur se, sicut dixi, argui.

(Vers. 4.) *Divisiones vero gratiarum sunt.* Non hoc humanis meritis vult ascribi, sed gratiæ Dei ad honorificentiam nominis ejus; sicut enim qui dicit Dominum Jesum, in Spiritu sancto dicit, qualis vis sit : ita et in loco ordinis officii ecclesiastici positus, gratiam habet, qualis vis sit : non utique propriam, sed ordinis per efficaciam Spiritus sancti. Unde et inter initia dicit : *Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat : sed qui incrementum dat Deus* (I Cor. III, 7).

(Vers. 5, 6.) *Idem autem Spiritus. Et divisiones*

A ministeriorum sunt. Per eundem Spiritum diversa dona dicit præstari. *Idem vero Dominus. Et divisiones operationum sunt.* Jungit nunc Christum Spiritui sancto. *Idem autem Deus, qui operatur omnia in omnibus.* In tantum non hoc hominibus dandum, quasi proprium sit, sed soli Deo asserit; ut etiam donum Spiritus sancti, et gratiam Domini Jesu unius Dei dicat operationem; ne gratia et donum divisum sit propter personas Patris et Filii et Spiritus sancti : sed indiscretæ ^e unitatis et naturæ trium unum opus intelligatur, ut ad unum omnem gloriam redigat et divinitatem. *Divisiones autem gratiarum sunt* officiis Ecclesiæ, non humanis meritis deputatæ. Si enim Spiritus sanctus idem Dominus est; et Dominus idem Deus est, et tres unus Deus est; cum enim Spiritus sancti gloria, et potestas, et natura Dei est, et Dominus Jesus idem est in natura quod Deus est, unus utique Spiritus sanctus, et Dominus Jesus, et Pater Deus est. Et singuli enim Deus unus, et tres Deus unus. Denique operante uno, tres operari dicuntur; ut Trinitatis mysterium in unius Dei natura et potestate claudatur, cum sit immensum.

(Vers. 7.) *Unicuique autem datur manifestatio Spiritus ad utilitatem.* Hoc est, donum accipit, ut divinis retinaculis vitam suam gubernans, et sibi et aliis utilis sit, dum exemplum bonæ conversationis ostendit.

(Vers. 8.) *Cuidam enim datur per Spiritum sermo sapientiæ.* Id est, datur illi prudentia non ex literis, sed corusco Spiritus sancti igne; ut cor habeat illuminatum, et sit prudens, ut discernat quæ vitanda sunt, quæve sequenda. *Alii vero sermo scientiæ secundum eundem spiritum :* hoc est, ut habeat scientiam rerum divinarum. *Alii gratia curationum in uno Spiritu :* id est, ut modelam tribuat infirmis, vel ægris.

(Vers. 9, 10.) *Alii fides in eodem Spiritu.* Hoc dicit, ut fidei præstendæ ac vindicandæ, pressa verecundia, accipiat facultatem. *Alii operatio virtutum.* Potestatem dari significat in ejiciendis dæmonibus, aut signis faciendis. *Alii prophetia :* id est, ut Spiritu sancto repletus dicat futura. *Alii discretio spirituum.* Hoc dicit, ut intelligat et judicet, quod dicitur, an Spiritus sancti sit, an mundani. *Alii genera linguarum, alii interpretatio sermonum.* Interpretari est, ut dicta illorum, qui linguis loquuntur vel literis, per donum Dei fideliter interpretetur.

(Vers. 11.) *Omnia autem hæc operatur unus atque idem Spiritus, dividens unicuique prout vult.* Quod superius trium personarum dicit, nunc per unum Spiritum sanctum agi proficitur; ut quia unius naturæ sunt et virtutis, quod unus operatur, operentur tres : unus tamen est Deus, cujus gratia dividitur singulis, prout vult, non ad merita hominum, sed

^a Cod. Val., hoc donum ministrari Deo.

^b Ms. Corb., errore probata.

^c Gill. edit., homo enim ad id venit.

^d Mss. aliquot, ipsa confessio; Corb., ipsa promissio.

^e Corb. cod., unitatis natura, et trium unum opus.

^f Cod. Gem. et Vall., linguarum, eorum scilicet qui per Spiritus sancti majestatem accipiunt gratiam, ut possint intelligere diversarum linguarum eloquium.

magis ad ædificationem Ecclesiæ suæ; ut omnia, **A** quæ mundus imitari vult, sed non implet, quia carnalis est; hæc in Ecclesia, quæ domus Dei est, singulorum officii et dono et magisterio Spiritus sancti indulta ad probationem veritatis in iis, qui contemptibiles mundo sunt, videantur.

(Vers. 12, 13.) *Sicut enim corpus unum est, et membra habet multa: omnia autem membra ex uno corpore, cum sint multa, unum sunt corpus; ita et Christus. Etenim in uno Spiritu nos omnes in unum corpus baptizati sumus, sive Judæi, sive Græci, 152 sive servi, sive liberi: et omnes unum Spiritum potavimus.* Per hæc docet nullius personam quasi despectam contemnendam, neque alicujus quasi perfecta sit, præferendam: nec gloriam, quæ soli Deo debetur, hominibus tribuendam; quando in omnibus **B** unus atque idem Deus sit gloriosus: quippe cum omnes et unum baptismum habeamus, et unum atque eundem Spiritum sanctum. Hoc propter supradictam causam; quia in aliquibus gloriabantur, aliquos vero velut contemptibiles spernebant.

(Vers. 14.) *Nam et corpus non est unum membrum, sed multa.* Hoc dicens, ^a ostendit unitatem habere varietates officiorum, et diversitatem hanc non discrepare in unitate potestatis; quando unitas corporis non in singularitate consistit, sed in multis membris; ut invicem sibi præsentent, quod debent.

(Vers. 15.) *Si dixerit pes: Quia non sum manus, non sum de corpore; num propterea non est de corpore? Hoc est, non posse eum, qui infirmus videtur inter fratres, negari esse de corpore; quia non est potens.* **C**

(Vers. 16.) *Si dixerit auricula: Quia non sum oculus, non sum de corpore; num propterea non est de corpore? Non debere dicit illum, qui paulo inferior est, non necessarium putari corpori, propterea quod de primis non sit.*

(Vers. 17.) *Si totum corpus oculus, ubi est auditus? Si totum auditus, ubi est odoratus? Id est, si omnes unius essent officii et operis, quomodo impleretur reliqua necessitas corporis; cum constet multis officii opus esse ad gubernacula corporis?*

(Vers. 18.) *Nunc autem Deus posuit membra, unumquodque in corpore; sicut voluit.* Voluntatem Dei, quia provida et rationalis est, membra dicit corpori aptasse; ut nihil ^b desit corpori, sed sit **D** multis membris perfectum.

(Vers. 19.) *Si autem fuissent omnia unum membrum, ubi corpus? Manifestum est quia si omnes fuissent unius dignitatis, non dicerentur membra, neque corpus: ideoque variis membrorum officii con gubernantur; omnia enim unum membrum esse non poterant. Ideo autem multa sunt, quia ab invicem differunt dignitate.*

(Vers. 20.) *Nunc autem multa quidem membra, unum autem corpus.* Hoc dicit, quia multa membra,

^a Omnes edit. ac mss. aliquot, ostendit unitatem varietatis: melius cæteri, ut in contextu.

^b Edit. omnes, cum mss. quibusdam, desit multi

cum invicem sui egeant, non discrepant in unitate naturæ, quamvis diversa sint; quia diversitas hæc in unum concurret, ut corporis utilitas expleatur, sicut et ea quibus mundus ipse constat, cum sunt diversa non solum officii, sed et naturis; ad unius tamen mundi proficiunt perfectionem, et ex omnibus his nascitur temperies quædam in fructibus, qui humanæ proficiunt utilitati.

(Vers. 21.) *Non potest autem dicere oculus manui: Opera tua non indigeo.* Hoc est, non potest dicere potior inferiori: Non mihi opus es; quia oculus quidem videt, sed manus sunt, quæ operantur. *Aut iterum caput pedibus: Non estis mihi necessarii:* id est, major gradu et dignitate non potest sine illo esse, qui humilis est; quia est quod humilis potest, quod non potest sublimis, quia ferrum potest, quod non potest aurum: ac per hoc honorem capiti faciunt pedes.

(Vers. 22.) *Sed multo magis quæ videntur membra corporis infirmiora esse, necessariora sunt.* Manifestum est, quia quamvis aliquis dignitate sublimis sit; si subjectus tamen defuerit, qui obsequiis suis illum faciat gloriosum, ipsa dignitas contemptibilis erit: officium enim est, per quod dignitas constat. Tale est si imperatori desit exercitus. Quamvis ergo magnus sit imperator, necessarium tamen habet exercitum; ^c membrum est enim corporis ejus, ante se habens tribunos, comites, et magistros. His omnibus inferiores sunt milites, et magis necessarii sunt, sicut membra corporis, quæ cum inferiora videntur, plus utilia sunt; sine oculis enim manus operatur, et pes ambulans victum queritat.

(Vers. 23.) *Et quæ putamus ignobiliora esse membrum corporis, his abundantiorum honorem circumdamus.* Similis est sensus, quia qui putantur sine dignitate esse, invenimus in eis quod laudemus, sicut et in membris vilioribus, quod plus nobis placeat, quam quod in cæteris invenimus. Quo enim honore dignæ sunt manus, quando quod volumus, tenemus! vel pedes, cum quibus quo volumus, imus! Propterea et nos addimus eis honorificentiam, ut puta pedibus; quos **153** quia humiles sunt et sine dignitate, calcementis ornamus. *Et quæ inhonesta sunt nostra, abundantiorum honorem habent.* Manifestum est quia pudenda nostra, quæ turpia videntur, dum aspectus **D** publicos vitant, honestate se contegunt, ne per irreverentiam horreant. Simili modo et quidam fratrum, cum sint egestate et habitu inhonesti; non tamen sunt sine gratia, per quam membra sint corporis nostri: nam solent succincti vesticula tetrica, nudo pede, incedere. Cum ergo videantur contemptibiles, magis honori sunt; quia solent vitam habere mundiorum. Quod enim hominibus videtur despectum, solet a Deo pulchrum judicari.

(Vers. 24.) *Quæ autem honesta sunt nostra, nullius egent.* Apertum est quia caput non eget, neque fa-

membris perfectum; mss. non pauci omittunt perfectum: optime vero Corb. ex quo locum restitimus.

^c Rom. edit., Caput est enim corporis, etc.

cies, neque manus, ut his addatur per quod decorentur : ita et fratribus, in quibus studium peritiæ, et conversationis viget honestas, nihil est quod a nobis additur; debitus enim illis redditur honor. Despectis vero vel humilibus exhortatio necessaria est, per quam addatur illis aliquis honor, ut fiant utiles : si quominus, ipso contemptu negligentiores circa se erunt, in quibus magis proficiendum est.

(Vers. 25.) *Sed Deus temperavit corpus, ei cui de-erat, abundantiore tribuendo honorem; a ut non sit schisma in corpore, sed pro invicem sollicita sint membra.* Sic dicit a Deo moderatum humanum corpus, ut omnia membra ejus necessaria sint; ac per hoc pro se invicem sollicita, quia aliud sine altero esse non potest: et quod inferius putatur, magis necessarium est; sicut et de fratribus expositum est, vel disputatum, quia nullus debet velut inutilis despici.

(Vers. 26.) *Et si quid patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra.* Hoc de membris corporis carnis ambiguum non est; quia si oculus, aut pes, vel manus capiatur a:gritudine aliqua infirmitatis, totum corpus condolet: b ita et nos docet condolere fratribus, si aliquid hujusmodi, aut necessitatis emergerit. *Sive glorificatur unum membrum, congau- deant omnia membra.* Manifestum est quia lætum est caput sive cætera membra, si pedes fuerint accurati vel sani. Sic debemus et nos alacres fieri, si fratrem aliquem viderimus cultorem Dei, et auctum honestate morum, hoc est, sanum esse consilio.

(Vers. 27.) *Vos autem estis corpus Christi, et membra de membro.* Ostendit aperte nostram se causam per membrorum carnalium rationem tractasse; quia non omnes possumus eadem, sed singuli pro qualitate fidei et gratiam habemus concessam.

(Vers. 28.) *Et quosdam posuit Deus in Ecclesia primum quidem apostolos.* Caput itaque in Ecclesia apostolos posuit, qui legati Christi sunt, sicut dicit idem Apostolus: *Pro quo legatione fungimur* (II Cor. v, 20). Isti sunt episcopi, firmante istud Petro apostolo, et dicente inter cætera de Juda: *Et episcopatum ejus accipiat alter* (Act. 1, 20).

Secundo prophetus. Prophetas duplici genere intelligamus, et futura dicentes, et Scripturas revelantes; quamvis sint et apostoli prophetæ, quia primus gradus omnia subjecta habet. Denique pessimus Caiphas propter quod princeps sacerdotum erat, prophetavit (Joan. xi, 51), ordinis utique causa, non proprii meriti. Tamen specialiter erant prophetæ et Scripturarum interpretes, et futura dicentes (Act. xxi, 11), sicut erat Agabus, qui exitia et vincula huic Apostolo prophetavit futura Hierosolymis, et famem cecinit, quæ facta est sub Claudio (Act. xi, 28). Ideo quamquam sit melior apostolus; aliquando ta-

men eget prophetis. Et quia ab uno Deo Patre sunt omnia, singulos episcopos singulis Ecclesiis præesse decrevit.

Tertio doctores. Illos dicit doctores qui in Ecclesia litteris c et lectionibus retinendis pueros imbuebant more Synagogæ; quia traditio illorum ad nos transitum fecit. Quarto loco ait:

Deinde virtutes, deinde gratiam curationum; potest enim aliquis non esse episcopus, et habere in se donum virtutis sanitatum. *Opitulationes, gubernationes;* ut in rebus divinis vigilet intellectu: ita tamen, ut in aliquibus, quæ implere non conceditur, ab alio sumat quod non habet; quia totum uni concedi non potest. Sunt et gubernatores, qui 154 spiritualibus retinaculis hominibus documento sunt. *Genera linguarum;* ut donum sit Dei multas linguas scire. d *Interpretationem sermonum;* ut hoc alicui gratia Dei impartiat, ut linguarum interpretandarum habeat peritiam.

(Vers. 29.) *Numquid omnes apostoli?* Verum est, quia in Ecclesia e unus est episcopus. *Numquid omnes prophetæ?* Non est ambiguum non omnibus concedi prophetiam. *Numquid omnes doctores?* Ille doctor est, cui alios erudire conceditur.

(Vers. 30.) *Numquid omnes virtutes?* Hic potest habere virtutem, cui dat Deus dæmonia ejicere. *Num omnes gratiam habent curationum?* Quomodo potest fieri, ut omnes habeant dona curationum? *Numquid omnes linguis loquuntur?* Non utique, nisi qui accipit donum in hac re. *Numquid omnes f interpretantur?* Ille potest sermones interpretari, cui dat Deus. In supradictum sensum hæc inserenda. Explanavit enim, reddita ratione, omnes habere diversas gratias, nec totum alicui concedi, exemplo membrorum. Exemplo enim corporis carnis spiritale corpus insinuat: ac per hoc in omnibus Deum benedicendum, et in ipsius nomine gloriandum, cujus gratia est. Hanc rationem etiam in rebus physicis invenimus; aurum enim cum melius argento sit, plus tamen in usu argentum est; et cum æs necessarium sit, plus tamen ferro opus est; nihil enim pene sine ferro sit, cum sit inferius. Et post hæc:

(Vers. 31.) *Æmulamini charismata meliora.* Hoc mox in subjectis absolvit. *Et adhuc magis excellentiorem viam vobis demonstro.* Gradatim illos ad utiliora provehit, ostendens illis gratiam supradicti omnis doni, quod in hominibus videntur, sive loquendi, aut curandi, aut prophetandi, non ad meritum hominis pertinere, sed ad honorificentiam Dei. Ideoque nunc viam se dicit illis ostendere planiorem, qua itur ad cælum, quæ meritum collocat apud Deum. Nam quia supra dicta non semper ad meritum pertinent, dicit Salvator: *Multi miki dicent in*

dorum, ubi aliæ et mss. ut linguarum interpretandarum, etc.

^e Mss. aliquot, unus est Christus. Num omnes, etc.

^f Cod. Corh., interpretantur. Nec hoc ambiguum, quia nisi cui Dominus gratiam suam dederit, interpretari nequaquam poterit. Æmulamini autem charismata; etc.

^a Ms. Corb., ut non sit separatio.

^b Cod. Vall., ita et nos decet, haud male.

^c Rom. edit., et traditionibus retinendis.

^d Interpretatio sermonum in mss. nonnullis desiderantur, et re vera etiam in græcis ac syriacis Bibliorum exemplaribus non habentur. Sequenti autem versu Rom. edit. reposuit, ut sermonum interpretan-

illa die, id est, iudicii: Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus, et in nomine tuo dæmonia ejecimus, et virtutes multas fecimus (Matth. vii, 22)? Et quia non hoc ad meritum pertinet, sed officia sunt Ecclesie, ad confusionem gentilium, et Dei honorificentiam protestandam, dicit eis Dominus: Recedite a me: non novi vos, operarii iniquitatis (Ib., 27). Securi enim quia Dei in illis operatio cernebatur, negligentes erga se fuerunt; nam et septuaginta duobus discipulis gaudentibus quia dæmonia illis subdita fuerant, dicit Salvator: Nolite in hoc gaudere, quod dæmonia vobis subjecta sunt; sed in hoc gaudete, quod nomina vestra scripta sunt in celo (Luc. x, 20). Quare, nisi quia homini Dei subjecta sunt, non hominis merito? Et quare nunc non ita fit, ut habeant homines gratiam Dei? Inter initia fieri oportuit, ut fundamenta fidei acciperent firmitatem: nunc autem non opus est; quia populus populum adducit ad fidem, cum videntur eorum bona opera, et prædicatio simplex.

CAPUT XIII.

(Vers. 1.) *Si linguis hominum loquar, et angelorum, charitatem autem non habeam, unum sum velut ærumentum resonans, aut cymbalum tinniens. Magna utique videtur gratia diversis loqui linguis: plus autem aliquid est, etiamsi angelorum possit quis linguam scire, id est, si spiritaliter cognitum possit habere angelicum motum. Verum hoc ad meritum non ascribi, sed ad Dei gloriam, subjectis ostendit, dicens sic esse ut ærumentum resonans, aut cymbalum tinniens. Quia sicut ærumentum impulsu alterius resonat, et cymbalum tinnit; ita et hic qui linguis loquitur, Spiritus sancti effectum habet^a et motum, ut loqui possit, sicut et alio loco dicit Salvator: Non enim vos estis, qui loquimini; sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis (Matth. x, 20). Nam et asina locuta est humana lingua ad Balaam filium Beor, ut addiceret Dei majestatem (Num. xxii, 28): et pueri infantes in laudem Dei proruperunt ad confusionem Judæorum (Matth. xxi, 16). Salvator autem non solum istos, sed et lapides ad condemnationem perfidorum, et gloriam Dei clamare posse ostendit (Luc. xix, 40). Et inter ipsa primordia ad commendationem fidei, qui baptizabantur, linguis loquebantur (Act. x, 46).*

(Vers. 2.) *Et si habuero prophetiam, et noverim omnia mysteria, et omnem scientiam; charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Vere nihil prodest; ad Dei enim gloriam prophetatur, sicut dicit David propheta: Non nobis, Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam (Psal. cxliii, 1). Nam et Balaam prophetavit (Num. xxiii, 8 et seq.), cum propheta non esset, sed hariolus: et Caiphas prophetavit (Joan. xi, 51), non merito, sed dignitate ordinis sacerdotalis: et Saul prophetavit (I Reg. xix, 23), cum jam inobedientiæ causa spiritu malo fuisset re-*

pletus; sed propter Dei causam, ne posset comprehendere David, quem et occidere volebat.

Et si sciero omnia mysteria; Judæ enim nihil profuit fuisse cum apostolis, et didicisse mysteria; b cum charitatis hostis tradidit Salvatorem (Ezech. xxvii, 13 et seq.) Et propheta Ezechiel diabolium mysteria cœlestia scire ostendit, quando increpta voce in paradiso illum Dei fuisse, et pretiosos lapides habuisse testatur, quos lapides idem Apostolus doctrinæ divinæ mysteria significavit (I Cor. iii, 12): et illi nihil profuit; quia charitatis immemor, in superbiam prosilivit.

Et si habuero omnem scientiam. Nihil mihi prodest scientia, si charitas non sit. Denique scribis et pharisæis nihil profuit, dicente Salvatore: Vos habetis clavem scientiæ, et neque vos intratis, neque alios sinitis introire (Luc. xi, 52); per invidiam enim charitatem corrumpentes, scientiam ejus ad nihilum deduxerunt. Nam et Tertullianus et Novatianus non parvæ scientiæ fuerunt: sed quia per zelum charitatis sædera perdiderunt, in schisma versi, ad perditionem sui hæreses creaverunt.

Et si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam. Virtutes facere, aut dæmonia per fidem ejicere Dei virtus et gloria est: nec hoc ad meritum proficit, nisi quis bonæ conversationis fuerit æmulus, sicut supra memoravi.

(Vers. 3.) *Et si erogavero omnem substantiam meam. Apertum est quia si omnis substantia impendatur, nihil proficit, charitate neglecta; c quia caput religionis charitas est: et qui caput non habet, vitam non habet. Et si tradidero corpus meum, ut ardeam, nihil mihi prodest. Sine charitate nihil prodest; quia fundamentum religionis charitas est. Quidquid ergo sine charitate fit, caducum est.*

(Vers. 4-8.) *Charitas magnanima est, jucunda est. Charitas non æmulatur, non inflatur, non perperam agit, non ambitiosa est, non querit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet in iniquitate, congaudet autem veritati: omnia tolerat, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. Charitas numquam cadit. Tanta præconia charitatis edocuit, ut non immerito hanc cæteris anteponeere videretur, et incassum laborare eos, qui aliis mandatis operam dant, huic non obtemperantes. Hinc ait Joannes apostolus: D Charitas Deus est (I Joan. iv, 8); ut qui charitatem non habet, sciat se Deum non habere; unde et in alia epistola idem Paulus apostolus ait: Deus autem qui dives est in misericordia, c propter multam charitatem suam misertus est nostri (Ephes. ii, 4). Qui ergo charitatem non habet, ingratus est misericordiæ Dei; quia non diligit, per quod salvatus est. d Ut proinde discerent quia graviter delinquebant, qui e-cam fraternæ charitati præponebant. Nam hæc est quæ et in præsentem prodest, et in æternum cum Deo permanet.*

^a Corb. cod., et motum, sine quo utiliter loqui non posse ostendit.

^b Corb. cod., cum charitatis hostiam tradidit, etc.

^c Nonnulli miss. propter misericordiam suam.

^d Corb. codex, Ut proinde discernerent.

(Vers. 9, 10.) *Sive prophetiæ evacuabuntur, sive lingua cessabunt, sive scientia evacuabitur. Ex parte enim cognoscimus, et ex parte prophetamus: cum autem venerit quod perfectum est, evacuabuntur illa, quæ ex parte sunt.* Omnia charismatum dona evacuari dixit; quia non tantum possunt comprehendere, quantum ipsa veritas habet. Neque nos aut capere aut enarrare possumus plenitudinem veritatis. Qui enim fieri potest ut lingua humana omne complectatur, quod Dei est? Ideo destruetur imperfectio nostra, non id quod verum est evacuabitur: sed dum ^a additur imperfecto, quod deest, destruetur. destructio enim imperfectionis est, quando id quod imperfectum est, impletur in verum.

(Vers. 11.) *Cum essem parvulus, quasi parvulus loquebar, quasi parvulus sapiebam, quasi parvulus cogitabam: at ubi factus sum vir, ea quæ parvuli erant destruxi.* Hoc dicit, quia exeuntes sancti de hoc mundo, plus necesse est inveniunt, quam nunc putant, sicut Joannes apostolus de Salvatore dixit: *Tunc videbimus illum, sicuti est (1 Joan. III, 2).* In hac ergo vita parvuli sumus ad comparisonem futuræ vitæ; quia sicut vita hæc imperfecta est, ita et scientia.

(Vers. 12.) *Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc vero facie ad faciem.* Apertum est nunc imagines videri per fidem, tunc res **156** ipsas. *Modo scio ex parte: tunc vero cognoscam, sicut et cognitus sum: id est, videbo quæ promissa sunt, sicut video; hoc est, præsentem esse ad Dominum, ubi Christus est.*

(Vers. 13.) *Manent autem nunc fides, spes, charitas, tria hæc: major autem horum est charitas.* Digne major est charitas: quia ut fides prædicaretur, et spes esset futuræ vitæ, charitas præstitit, sicut supra memoravi. Unde et Joannes apostolus: *Ex hoc cognoscimus, inquit, charitatem ejus; quia ipse pro nobis animam suam posuit (1 Joan. III, 16).* Juste igitur major charitas, per quam reformatum est genus humanum.

CAPUT XIV.

(Vers. 1.) *Sectamini charitatem, æmulamini spiritalia: magis autem ut prophetetis.* Post claritatem ^b prophetandi studium magis habendum hortatur: quia quamvis magni sint spiritalia gradus, quos enumerat: hic tamen melior, qui ad utilitatem Ecclesiæ proficit, ut discant omnes divinæ legis rationem. In ^D quo enim quis animum dederit, in eo ipso accipit donum, dicente Salomone: *Scire legem, sensus est optimi (Prov. IX, 53); scientia enim charitate subnixæ non inflatur, sed est mansueta, proficiens omnibus ad utilitatem.*

(Vers. 2.) *Nam qui loquitur lingua, non hominibus loquitur, sed Deo; nemo enim nudit, spiritu autem loquitur mysteria.* Hoc est quod dicit, quia qui loquitur incognita lingua, Deo loquitur; quia ipse omnia

novit: homines vero nesciunt; ideoque nullus est ex hac re profectus. *Spiritus autem loquitur mysteria, non sensu; quia ignorat, quod dicit.*

(Vers. 3.) *Qui enim prophetat, hominibus loquitur ad ædificationem, et exhortationem, et consolationem; ædificatur enim, quando quaestionum solutionem ad discit. Exhortatio autem illi fit, ut desiderium patiatur prophetandi: consolatur vero, quia contemptum disciplinæ in spe videt. Scientia enim legis firmat animos, et provocat ad spei melioris profectum.*

(Vers. 4.) *Qui loquitur lingua, se ipsum ædificat: qui vero prophetat, Ecclesiam ædificat.* Per id enim, quod forte solus scit, quod loquitur, se solum ædificat: nam qui prophetat, omnem plebem ædificat, dum intelligitur ab omnibus quid loquatur. Prophetas interpretes dicit Scripturarum; sicut enim propheta futura prædicit, quæ nesciuntur: ita et hic dum Scripturarum sensum, qui multis occultus est, manifestat, dicitur prophetare.

(Vers. 5.) *Volo autem vos omnes loqui linguis: magis autem ut prophetetis.* Non poterat prohibere loqui linguis, qui superius donum istud dicit esse Spiritus sancti: sed ideo prophetandi magis studium habendum, quia utilius est. *Major est enim qui prophetat, quam qui loquitur lingua, nisi interpretetur.* Quia si interpretari poterit, non erit minor; quia Ecclesiam ædificat: hoc enim majus est, quod omnibus prodest. Hic enim per donum Dei linguis loquitur, qui etiam interpretatur, sicut et illi duodecim in Actibus apostolorum (Act. II, 4).

(Vers. 6.) *Nunc autem, fratres, si venero ad vos linguis loquens, quid vobis prodero, nisi loquar vobis aut in revelatione, aut in notitia, aut in prophetia, aut in doctrina?* Hæc omnia unum significant; docere enim nemo poterit, nisi intelligatur.

(Vers. 7, 8.) *Tamen quæ sine anima sunt vocem dantia, sive tibia, sive cithara, si distinctionem sonitus non dederunt, quomodo cognosceat quod per tibiam canitur, aut quod citharizatur? Etenim si incertam vocem tuba dederit, quis se parabit ad prelium? Quoniam exempla facilius suscipiunt quam verba, exemplis commendat per quæ facile assequantur non debere illos in Ecclesia loqui linguis, qui interpretari non possunt. Ut quid enim loquatur, quem nemo intelligit?*

(Vers. 9.) *Ita et vos per linguam nisi significantem sermonem dederitis, quomodo sciatur quid loquimini? Eritis enim in æra loquentes; hoc est, nihil proficientes. Nam multa, ut puta, genera linguarum sunt in hoc mundo, et nihil sine voce. Multa quidem genera sunt linguarum, inquit, sed habent proprias vocum significationes, ut intelligantur.*

(Vers. 10, 11.) *Si ergo nesciero virtutem vocis, ero ei cui loquor, barbarus: et is qui loquitur, mihi barbarus. Non utique id studendum monet, ut invicem per in-*

^a Vet. edit. ac mss. aliquot, *additur imperfectio, quod deest, destruetur: melius Rom. edit., additur quod deest, imperfectio destruetur; at tamen antepoenendi sunt mss. plurimi, quos hic sequimur.*

^b Codex Laud., *prophetandi, prædicandi, docendi studium.*

^c Mss. nonnulli, *quia contemptu disciplinæ, etc.*

cognitam linguam barbari sibi videantur : sed quia A tendit se omnium quidem horum loqui linguis, et concordia res est, his nitendum est ; ut per unanimitatem intellectus, communi lætitia glorientur. quia non valde prodest.

157 (Vers. 12.) *Sic et vos, quoniam æmulatores estis spirituum, a ad ædificationem Ecclesiæ quærite, ut prophetetis.* Quia prodest Scripturas explanare (nam incitatur et gaudet animus, quando aliquid de Scripturis percipit : et quantum propensior in hac parte sit, tantum deserit vitia), propterea ad hanc partem studium monet applicandum.

(Vers. 13.) *Ideo qui loquitur lingua, oret ut interpretetur.* Eum qui linguis loqui desiderat, monet orare debere, ut accipiat donum interpretandi ; ut proficiat cæteris studium ejus.

(Vers. 14.) *Nam si oravero lingua, spiritus meus orat, mens autem mea sine fructu est.* Manifestum est B ignorare animum nostrum, si lingua loquatur, quam nescit, sicut adsolent Latini homines Græce cantare, oblectati sono verborum ; nescientes tamen quid dicant. Spiritus autem qui datur in baptismo, scit quid oret animus, dum loquitur, aut perorat lingua sibi ignota : mens autem qui est animus, sine fructu est. Quem enim potest habere fructum, qui ignorat quæ loquatur ?

(Vers. 15.) *Quid est ergo ? Orabo spiritu, orabo et mente : psalmum dicam spiritu, psalmum dicam et mente.* Hoc dicit, quia cum quis hac lingua loquitur, quam novit ; tam spiritu, quam mente orat ; non solum spiritus ejus, quem dixi datum in baptismo, scit quid oratur : b sed etiam animus simili modo et de psalmo non ignorat.

(Vers. 16.) *Cæterum si benedixeris spiritu ; hoc est, si laudem Dei lingua loquaris ignota audientibus : Quis supplet locum idiotæ ? Quomodo dicit amen, c super tuam benedictionem, quia nescit quid dicas.* Imperitus enim audiens quod non intelligit, nescit fluem orationis, et non respondet, amen, id est verum ; ut confirmetur benedictio. Per hos enim impletur confirmatio precis, qui respondent, amen ; ut omnia dicta veri testimonio in audientium mentibus confirmentur.

(Vers. 17.) *Nam quidem bene gratias agis.* De eo dicit, qui cognita sibi loquitur, quia scit quid dicat. *Sed alius non ædificatur.* Si utique ad ædificandam Ecclesiam convenitis, ea debent dici, quæ intelligant audientes. Nam quid prodest ut quis lingua loquatur, quam solus scit ; ut qui audit, nihil proficiat ? Ideo tacere debet in Ecclesia, ut ii loquantur, qui prosint audientibus.

(Vers. 18.) *Gratias ago Deo meo, quod omnium vestrum lingua loquor.* Quoniam superius linguis loqui donum esse dixit Spiritus sancti, ideo ad Deum refert, quod omnium lingua loqueretur. Et ne forte quasi æmulus per invidiam hoc dicere videretur, os-

a Codex Vall., æmulationem Ecclesiæ quærite in prophetia.

b Idem cod. Vall., mens autem quæ est animus, etc.

c Ms. Corb., super tuam eucharistiam.

d Rom. edit., loqui per sensum, meum, ut, etc.

e Hos quidam imitantes . . . quum sua, e cod. Corb.

(Vers. 19.) *Sed in Ecclesia, inquit, volo quinque verba d loqui per Legem, ut et alios ædificem, quam decem millia verborum in lingua.* Utilius dicit paucis verbis in apertione sermonis loqui, quod omnes intelligant, quam prolixam orationem habere in obscuro. Hi ex Hebræis erant, qui aliquando syra lingua, plerumque hebræa in tractatibus aut oblationibus utebantur ad commendationem. Gloriabantur enim se dici Hebræos propter meritum Abrahæ, quod idem Apostolorum pro nihilo habuit dicens : *Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi (Galat. vi, 14).* e Hos quidam imitantes, ignota sibi lingua loqui malebant in Ecclesia ad populum,

quam sua.

(Vers. 20.) *Fratres, nolite pueri effici sensibus : sed malitia parvuli estote ; ut sensibus perfecti sitis.* Perfectos illos vult esse, f ut sciant quid ad instructionem Ecclesiæ sit necessarium ; ut recedentes a malitia et erroribus, iis studerent, quæ proficerent ad utilitatem fratrum. Hic est enim sensu perfectus, qui id agit, ut prosit alicui, maxime fratri.

(Vers. 21.) *In Lege enim scriptum est : Quia in aliis linguis, et in labiis aliis loquar populo huic, et nec sic me audient, dicit Dominus (Esai. xxviii, 11).* Hoc Dominus de his dixit, quos præcisi nec Salvatori credituros. In aliis enim linguis et in aliis labiis loqui, novum Testamentum est prædicare, sicut dicit Hieremias propheta : *Ecce venient dies, dicit Dominus,*

C *et consummabo domui Israel et domui Juda Testamentum novum, non secundum quod disposui patribus illorum (Jerem. xxxi, 31) : hoc est immutata ratione aliter loqui, quam se legis veteris verba habeant ; dum audiunt sabbatum solvi, neomenias evacuari, circumcisionem cessare, sacrificia immutari, escas dudum 158 prohibitas licere edere, Christum Deum de Deo prædicari : hoc est aliis linguis, et aliis labiis loqui ; et nec sic perfidi Deum obaudire voluerunt. Potest et sic intelligi, ut quia multi Judæorum malevoli erant, et propterea dignum non erat his in revelatione loqui Evangelium, in parabolis loqueretur ad eos : et intelligentes ideo sibi non revelari, quia mali erant, nec sic se corrigerent ; ut merentes se facerent per explanationem audire verba Dei. Unde dicunt discipuli ad Dominum : *Domine, quare in parabolis loqueris illis (Matth. xiii, 10) ?* Et Dominus : *Quia vobis datum est, inquit, nosse mysterium regni Dei, illis autem non ; ut videntes non videant, et audientes non intelligant (Ibid., 11) ; ne indigni salutem perciperent, quod animadvertentes pro meritis suis factum, nec sic conversi Deo satisfacere voluerunt.**

(Vers. 22.) *Itaque linguæ in signum sunt.* Hoc est, velamine incognitæ linguæ obscurati sunt sermones restitutum est.

f Ms. Corb., ut faciant quod, etc. Infra vero in plerisque legitur mss., *Hic est enim sensus perfectus, pro eo quod est in aliis, et cunctis edit . . . sensus perfectus.*

Dei, ne videantur a perfidis, ut cum audiuntur incognitæ linguæ, signum sit quia propter perfidiam factum est, ne audiens intelligat. *Non utique tis qui credunt, sed non credentibus* : hoc est quod dixit, quia ad occultandos sensus incredulis proficiunt linguæ. *Prophetia autem non incredulis, sed iis qui credunt.* Hoc est, non competit fidelibus audire linguas, quas non intelligant; sed infidelibus, qui non sunt digni intelligere, sicut dicit Esaias propheta : *Vade et dic populo huic : Aure audietis, et non intelligetis, etc.*

(Vers. 25.) *Si convenerit universa Ecclesia in unum, et loquantur omnes linguis, introeant autem infideles et idiotæ; nonne dicent quia insanitis?* Manifestum est quia si omnes diversis linguis loquantur, tumultus sit quidam ^a inconditus populi, quasi phrenesin patientis.

(Vers. 24, 25.) *Si autem omnes prophetent, intret autem aliquis infidelis, vel idiota; increpatur ab omnibus, redarguitur ab omnibus, occulta cordis ejus manifesta fiunt : et tunc cadens in faciem, adorabit Deum, pronuntians quod vere in vobis Deus sit.* Cum enim intelligit et intelligitur, audiens laudari Deum, et adorari Christum, pervidet veram esse et venerandam religionem, in qua nihil fucatum, nihil in tenebris videt geri, sicut apud paganos, quibus velantur oculi; ne quæ sacra vocant perspicientes, variis se vanitatibus cernant illudi. Omnis enim impostura tenebras petit, et falsa pro veris ostendit; ideo apud nos nihil astute, nihil sub velamine : sed simpliciter unus laudatur Deus, *ex quo sunt omnia, et unus Dominus Jesus, per quem omnia* (I Cor. viii, 6). Si enim ^b nullus sit, qui intelligat, aut a quo ipse discutatur, potest dicere seductionem esse quamdam et vanitatem, quæ ideo linguis canitur, quia pudoris est, si reveletur.

(Vers. 26.) *Quid est igitur fratres? Cum convenitis, unusquisque vestrum canticum habet* : id est, laudem Dei per canticum eloquitur. *Doctrinam habet* : hoc est, sensuum ^d per spiritalem prudentiam habet expositionem. *Revelationem habet* : id est, subest ei prophetia occultorum, quæ ad omnium mentem perveniat, favente Spiritu sancto *Linguam habet*; ut eos qui lingua loqui poterant, non contristaret, permisit eos loqui linguis : ita tamen, ut interpretatio sequeretur. Ideo ait : *Interpretationem habet*; ut si interpres adesset, daretur locus loquendi linguis.

Omnia ad ædificationem fiunt. Conclusio hæc est, ut nihil incassum in Ecclesia geratur, hocque elaborandum magis, ut et imperiti proficiant; ne quid sit corporis per imperitiam tenebrosum. Idcirco omnes paratos vult convenire diversis donis spiritualibus; ut ipsa aviditate animi vigilantes, invicem se exhortantes, meliora dona æmulerentur, ad illuminationem fratrum.

(Vers. 27.) *Si lingua quis loquitur, per duos, aut ut multum, tres; et particulatim ut unus interpretetur.* Hoc est, duo aut tres non plus linguis loquantur : sed

A singuli, non simul omnes; ne insanire viderentur. Ideo, ergo *ut multum, tres*, ne occuparent diem linguis loquentes, et interpretes illorum; et non haberent prophetæ tempus ^e Scripturas disserendi, qui sunt totius Ecclesiæ illuminatores.

(Vers. 28.) *Quod si non fuerit interpres, taceat in Ecclesia : sibi autem loquatur et Deo*; hoc est, intra se tacite oret, aut loquatur Deo, qui audit muta omnia; in Ecclesia enim ille debet loqui, qui omnibus prosit.

159 (Vers. 29.) *Prophetæ autem duo vel tres loquantur, et alii examinent, vel interrogent.* Ipsum modum tenuit dicendo : *Duo vel tres loquantur*; singuli autem, sicut supra. Cæteros autem interrogare permisit de iis, quæ forte in ambiguum veniunt, aut quæ assequi aliquis non potest; qui diversa sunt ingenia, ut disputatione planiore dilucidentur.

(Vers. 30.) *Quod si alii revelatum fuerit sedenti, prior taceat* : id est, permittat potior inferiori, ut si potest dicat : nec ægre ferat; quia potest et illi dari donum, ut dicat, cum videtur inferior, quod potiori concessum non est. Sicut enim totum uni concedi non potest, licet potiori; ita et non potest alicui, quamvis inferiori, nihil impertiri; ut nemo sit vacuus a gratia Dei.

(Vers. 31.) *Potestis enim per singulos prophetare; ut omnes discant, et omnes exhortentur.* Hæc traditio Synagogæ est, quam nos vult sectari; quia christianis quidem scribit, sed ex gentibus factis, non ex Judæis; ut sedentes disputent, seniores dignitate in cathedris, sequentes in subselliis, novissimi in pavimento super mattas. Quibus si revelatum fuerit, dandum locum dicendi præcipit, nec despiciendos; quia membra corporis sunt.

(Vers. 32.) *Et spiritus prophetarum prophetis subjectus est.* Quia enim unus atque idem Spiritus est, qui tam prophetis futura dicentibus, quam iis qui revelant Scripturas, infundit se pro ratione et qualitate causarum; idcirco dixit : *Subjectus est prophetis*; ut ingenia accenderet hac spe, quod Spiritus conatus bonos adjuvet. Desiderio enim optimo ad Dei ^f res enarrandas subvenit : ut impleat boni propositi voluntatem. Nam et de Salvatore idem dictum est : *Bibebant autem de spiritali sequente petra, petra autem erat Christus* (I Cor. x, 4) : hoc est, et subjectum esse, quod et sequi; sequebatur enim, ut humanis suffragiis deficientibus, adesset ad auxilium tribuendum. Ita et Spiritus subjectus dicitur, ut conatus bonos adjuvet, cum suggerit; subjectus enim videtur, qui cœpta alterius perficit.

(Vers. 33.) *Non est enim dissensionis auctor, sed pacis.* Quia ergo pacis auctor est, dicente Salvatore : *Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis* (Joan. xiv, 17); nemo alterum non sinat dicere, neque debeat dicenti, studio contradicendi, resistere; ne discordia fiat in corpore. Qui enim in pace vocan-

^a Codex Corb., *in cœtu populi.*

^b Mss. nonnulli, *nullus sit, quem intelligat.*

^c Codex Gem., *psalmum habet.*

^d Ms. Corb., *per naturalem prudentiam.*

^e Mss. aliquot, *Scripturas discernendi.*

^f Codex Corb. *ad Dei res gerendas.*

tur, patientiæ debent studere; ne pacis jura solvantur. *Sicut in omnibus Ecclesiis sanctorum doceo.* Hoc dicto hortatur illos; ut quæ præcepit faciant; quando similiter se Ecclesiis sanctorum prædicare testatur.

(Vers. 34.) *Mulieres vestras in Ecclesia taceant.* Nunc tradit quod prætermiserat; superius enim velari mulieres in Ecclesia præcepit, modo ut quietæ sint et verecundæ ostendit: ut operæ pretium sit, quia velantur (1 Cor. xi, 5). Si enim imago Dei vir est, non femina, et viro subjecta est lege naturæ; quanto magis in Ecclesia debent esse subjectæ propter reverentiam ejus, qui illus legatus est, qui etiam viri caput est! *Non enim permittitur illis loqui, sed esse in silentio, sicut et Lex dicit. Quid dicit Lex? Ad virum tuum conversio tua, et ipse tui dominabitur.* (Gen. iii, 16). Hæc Sara specialis est; hinc Sara dominum vocabat Abraham virum suum: ac per hoc in silentio jubentur esse; ne supradictæ legis sententia infirmetur, cujus memor Sara, viro suo erat subjecta, sicut dictum est (Gen. ii, 24). Quamvis una caro sit, sed duabus ex causis jubetur esse subjecta; quia et ex viro est, et per ipsam intravit peccatum.

(Vers. 35.) *Si quid autem discere voluit, domi viros suos interrogent; turpe est enim mulieribus in Ecclesia loqui.* Turpe est, quia contra disciplinam est, ut in domo Dei, qui eas subjectas viris suis esse præcepit, de Lege loqui præsumant; cum sciant illic viros habere primatum, et sibi magis competere, ut in domo Dei precibus vacent, linguam retinentes: et aures aperiant; ut audiant quomodo misericordia Dei mortem vicit per Christum, quæ per eas regnavit. Nam si audeant in Ecclesia loqui, dedecus est; quia idcirco velantur, ut humiliatæ appareant: illæ autem se inverecundas ostendunt, quod et viris opprobrium est; in mulierum enim insolentia etiam mariti notantur.

(Vers. 36.) *An a vobis verbum Dei profectum est, aut in vos solus devenit?* Arguentis verba sunt; sic enim inflati erant, quasi ipsis promissa fuisset hæc salus; et exemplo eorum ceteræ gentes vocarentur ad fidem, aut non essent aliqui, qui possent suscipere gratiam Dei, apostolis prædicantibus. Sic enim **160** se jactabant quasi beneficium darent magis quam acciperent, accedentes ad fidem; unde dicit: *Aut in vos solos devenit verbum Dei.* Omnis enim qui vult aliquid emere, quod scit ab aliquibus non requiri, cum quodam fastidio accedit ad emptionem, quasi beneficium præstiturus vendenti. Ideo hoc Apostolus arguit in Corinthiis, qui tales se præbebant elatione vanitatis; quasi si ipsi non obedirent verbis fidei, nemo esset qui crederet, sicut dicit Judæus: *Vobis primum oportebat loqui verba vite hujus: sed quia repulistis ea, indignos vos facientes æternæ vite, ecce convertimur nos ad gentes* (Act. xiii, 46).

(Vers. 37.) *Si quis existimatur propheta esse, aut spiritalis, cognoscat quæ scribo vobis, quia Domini*

sunt mandata. Hoc dicens tangit supra memoratos falsos apostolos, a quibus fuerant depravati, qui pro desideriis hominum non divina, sed terrena docebant. Ideo hic nihil suum tradere se dicit, sed Domini; et quibus suadet, Deo acquisiti non hominibus videantur: qua fiducia et constanter prædicat, liberam habens conscientiam; quia non hominibus placere vult, sed Deo. Unde peccatoribus non blanditur, ut crescant: sed admonet, ut desinant.

(Vers. 38.) *Si quis autem ignorat, ignorabitur.* Recte, quia qui nescit Domini esse, quæ loquitur Apostolus, et ipse a Domino ignorabitur in die judicii, dicente Domino: *Amen dico vobis, nescio vos.* (Math. xxv, 12).

(Vers. 39.) *Propter quod, fratres, emulationem habete prophetandi.* Quamvis arguat eos, et in multis reprehendat et corripiat, eo quod recesserant a traditione ejus; tamen fratres eos vocat, quia dicit Esaias ad plebem Domini: *Dicite eis qui non recte ambulant in viis meis: Fratres nostri estis vos* (Esai. lxxvi, 5). Ut ergo consolaretur istos post correptiones, fratres illos vocat: et ad emulationem prophetiæ hortatur, ut assidua disputatione et explanatione legis divinæ fierent instructiores; ut possent discere perversas esse pseudoapostolorum prædicationes.

Et loqui linguis nolite prohibere. Et hoc propter charitatem, ut qui possunt loqui linguis, si interpret fuerit præsens, non velentur, ne fiat dissensio.

(Vers. 40.) *Omnia autem honeste et secundum ordinem fiant; hoc est, secundum ordinem supradictum.* Honestè autem illud fit, quod cum pace et disciplina fit.

CAPUT XV.

(Vers. 1, 2.) *Notum autem vobis facio, fratres, quia Evangelium quod prædicavi vobis, quod et accepistis, in quo et statis, per quod et salvi efficiemini, quod et sermone annuntiavi vobis, debetis tenere; nisi forte sine causa credidistis.* Ostendit illis quia si in hac causa quæ subjecta est, a traditione ejus seducti sunt, perdidit quod crediderunt; omnis enim spes credentium in hoc sensu est; quia mortui resurgent. Quod autem dicit: *In quo et statis, his dicit, qui firmi erant in fide traditionis hujus; promiscuis enim loquitur, ut et ii qui in fide sunt, gaudeant: et qui nutant, corripere se debeant, et corrigantur.*

(Vers. 3.) *Tradidi enim vobis in primis, quantum Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum Scripturas.* Scripturas Testamenti veteris memorat quæ futuram passionem Domini cecinerunt. Dicit enim Esaias propheta: *Ut ovis ad immolandum ductus est* (Isai. lxxv, 7). Et inter cætera: *Quoniam tollitur a terra vita ejus, ab iniquitatibus populi tui ductus est ad mortem* (Ibid., 8); hæc in Christo reperta noscuntur. Sed quia præteriti temporis significatio videtur, non est adversum; quia apud Deum, qui omnium præsciens est, nihil futurum est; ideo sic

^a Hic et subsequens articulus in mss. non paucis ad finem capituli rejciuntur.

^b Rom. edit. sed subditas esse.

^c Corb. cod., ut quibus suadendo acquisiti, non hominibus dent gloriam, sed Deo.

^d Idem Codex Corb., quod cum prece.

dicit quod futurum est nobis, quasi factum sit. Nam **A** in Apocalypsi Joannis apostoli dicitur: *Agnus qui occisus est a constitutione mundi* (Apoc. xiii, 8). Quia enim aliter non flet, quam scit Deus, factum dicitur; nobis enim sit, non Deo, quia apud Deum nihil est, quod futurum dicatur. Et in Psalmo ait: *Dominus regnavit a ligno* (Psal. xcvi, 10). Et Moyses de cruce ejus ita significavit, dicens: *Tunc videbitis vitam vestram pendentem ante oculos vestros, et non credetis* (Deut. xxviii, 66). Idcirco enim in eadem causa et futuri temporis aliquando significantia ponitur; ne a perversis non de Christo dictum defenderetur, si totum quasi præteritum significaret.

(Vers. 4.) *Et quia sepultus est.* Nulli dubium mortuum sepultum esse, sicut dicit Esaias propheta: *Et dabo malos pro sepultura ejus* (Esai. lxxxviii, 9).

161 *Et quia resurrexit tertia die secundum Scripturas.* Omnia in fide clausa sunt; ideo sub persona populi resurrectio Domini tertia die futura descripta est. Dicit enim Osee propheta: *Post biduum sanos faciet nos, et in tertio die resurgemus, et vivemus in conspectu ejus* (Ose. vi, 3). In Christo enim omnes resurrexerunt, sicut in Adam omnes mortuos esse, nemo fidelium denegat. Simili modo in psalmo sub persona hominis etiam de Christo significat, dicens: *Omnia subjecisti sub pedibus ejus: gloria et honore coronasti eum* (Psal. viii, 8).

(Vers. 5.) *Et quia visus est Cephæ:* id est, Petro. Hoc etiam **B** Cleophae et socio suo dixerunt discipuli, ut in Evangelio κατὰ Λουκᾶν, quod apparuit soli Petro. Postea illis undecim (Luc. xxiv, 34). Et hoc **C** in Evangelio continetur.

(Vers. 6.) *Deinde apparuit plus quam quingentis fratribus simul.* Hoc sua fide loquitur. Ex quibus plures manent usque adhuc, quidam autem dormierunt. De his quibus post resurrectionem apparuit Dominus, tunc multos dicit fuisse in corpore.

(Vers. 7.) *Deinde apparuit Jacobo.* Singulariter Jacobo apparuit, sicut et Petro: quod ideo puto factum, ut multifaria apparentia fidem resurrectionis firmaret. Postea apostolis omnibus. Iterum omnibus apostolis visus est in monte, ubi constituerat illis Jesus, sicut refert Matthæus evangelista (Matth. xxviii, 16). Ante in Hierusalem post dies octo resurrectionis suæ, id est Dominica die, januis clausis, intravit ad discipulos, ut Thomæ animus firmaretur, sicut dicit Joannes apostolus (Joan. xx, 26). In monte enim intelligitur mandata illis dedisse.

(Vers. 8.) *Novissime autem omnium quasi abortivo visus est et mihi.* Apparuit illi primum in ecclesia, post oranti in templo (Act. ix, 4; xxv, 17). Abortivum se dixit; quia extra tempus natus in Christo, apostolatum accepit jam Christo in caelos recepto cum carne.

^a Vet. edit. ac mss. aliquot, *Post biduum et in tertio die resurgemus.*

^b Ita mss. non pauci, et omnes edit. nisi quod pro soli Petro in Rom. edit. legitur *Simon*: alii vero mss. efferunt, *Cleophas et Emaus testantur in Evangelio.*

(Vers. 9, 10.) *Ego enim sum minimus omnium apostolorum.* Humiliat se, et temporis causam sibi ascribit; tempore enim minor est, non dignitate. Sed quia et persecutor fuit, inclinat se, dicens: *Qui non sum dignus vocari apostolus; quoniam persecutus sum Ecclesiam Dei. Gratia autem Dei sum id, quod sum.* Deo dat gloriam, qui eum elegit; et dignitatem suam non sibi defendit, sed indignum se dicit. Unde vere plus meretur, sciens dixisse *Minimum*: ^d *Qui se humiliat, exaltabitur* (Luc. xiv, 10).

Et gratia ejus pauper in me non fuit. Hoc dicit, quia non propter quod persecutus est, minorem gratiam in apostolatu accepit. Sed plus illis omnibus laboravi. Addit ad causam, quia non solum minoratus non est, sed et amplius ^e propter constantiam, qua vigeat **B** in Christo, afflictus est: quod non ægre ferens, dignior factus est. *Non ego autem, sed gratia Dei mecum.* Ne se extulisse jactanter putaretur, statim se humiliat, cum hoc ipsum non magis sibi, sed Dei gratiæ ascribit; ut semper omnem gloriam reportet ad Deum, unde jure exaltandus est.

(Vers. 11.) *Sive igitur ego, sive illi, sis prædicamus, et ita credidistis.* Hoc est, quod supra significavit, quia non inferiorem gratiam in prædicatione accepit, quam cæteri apostoli, sed unam atque eandem. Unde magis arguit perfidiam Corinthiorum, quia cum manifestata esset credulitas hæc apud omnes Ecclesias, hi ab hac fide et spe desciverant, quam subjecit, dicens:

(Vers. 13, 15, 14.) *Si autem Christus prædicatur, quod ex mortuis resurrexit; quomodo dicunt quidam inter vos, quoniam resurrectio mortuorum non est? Si ergo resurrectio mortuorum non est, neque Christus resurrexit. Si autem Christus non resurrexit, inanis est prædicationis nostra, vacua est et fides vestra.* Hæc a falsis apostolis erant tradita, qui Christum neque natum, neque in carne passum, neque resurrexisse asseverabant: quos et Joannes apostolus denotat, quod Christum in carne venisse negabant. Unde dicit: *Qui negat Christum in carne ventis, hic est Antichristus: et qui negat Filium, nec Patrem habet* (1 Joan. iv, 3). Isti ambulabant, et quorundam fidem, ne imprudentes a mundi sapientibus judicarentur, subvertebant; quia prudentes sæculi stultum judicant, cum audiunt resurrectionem mortuorum. Quod **D** si, inquit, verum est quia Christus non resurrexit, falsi sumus prædicatores, et fides vestra inanis est. Hoc enim crediderunt, Apostolo prædicante, quia mortui resurgent, et hac spe attracti sunt ad fidem.

162 *Quod utique ad detrimentum illorum proficere asserit, si crediderunt quod futurum non est: ot pudoris est, ut aliquis profiteatur hoc se credidisse, quod falsum est. Et verecundiam ergo illis iuculit, et labores illorum dicit infructuosos; si quod a fal-*

^e Corb. cod., *Apostolorum. Minimum itaque se dicit apostolorum in vocatione, non in gratia; Deo autem dat gloriam et honorem, qui eum elegit.*

^d Mss. aliquot, *Qui se exaltat, humiliabitur.*

^e Codex Corb., *propter conscientiam.*

sis apostolis audierunt, verum est, quia mortui non resurgent: quod nemo utique de se patitur audire; ut videntes hoc contra se esse, reverterentur ad primam fidem.

(Vers. 15.) *Invenimur autem et falsi testes Dei; quia testimonium diximus adversus Deum, quod suscitaverit Christum, quem non suscitavit.* Qui asserit quod Christum Deus a mortuis suscitavit, falsus est testis, si non est factum; virtutem tamen Dei prædicat, non utique ut inimicus, qui tam admirabile factum virtuti ejus ascribit. Quod si verum est, quia excitavit Christum a mortuis, ^a quid huic dicendum est, qui et testis contra Deum falsus est, et opus ejus stultitiam asserit?

(Vers. 16, 17.) *Nam si mortui non resurgunt, neque Christus resurrexit. Quod si Christus non resurrexit, vana est fides vestra; adhuc enim estis in peccatis vestris. Ergo et qui dormierunt in Christo, perierunt.* Terret illos, ut quia nemo sibi male vult, doleat illis hoc cœpisse credere, quod contra ipsos est. Quis enim peccata sibi remissa nolit audire?

(Vers. 18.) *Ergo et qui dormierunt in Christo, perierunt.* Addit ad terrorem, quia charorum suorum excessum ^b nolunt æstimare perditionem. Qui enim sub hac spe de sæculo exierunt, sive occidi non timuerunt; quia resurgere exemplo Christi crediderunt, et non est verum, perierunt. Hoc illis dicit, quod amore suorum defunctorum nolunt audire; ut illis amputet, quod prius per errorem volebant audire.

(Vers. 19.) *Si in hac vita tantum in Christo sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus.* Manifestum est quia et in hac præsentī vita et in futura speramus in Christo; nec enim hic deserit servos suos Christus, ^c sed dat illis gratiam, et in futuro erunt in gloria æterna. Si autem futuræ vitæ spes non esset, omnibus hominibus, quod dixit, miserabiliores essemus. Ut quid enim jejunia, vigiliæ, exitus, munda vita, justitia, misericordia, mors; si pro his nulla merces erit in futuro? Increduli autem vel hac vita fruuntur.

(Vers. 20, 21.) *Nunc autem Christus resurrexit a mortuis, initium dormientium; quoniam quidem per hominem mors, et per hominem resurrectio mortuorum.* Hæc dicens, tangit pseudopphetas, qui Christum natum negabant, ac per hoc non resurrexisse carnem; quia qui natus non est, nec moritur. Sic autem probat Christum a mortuis resurrexisse, quia homo fuit, ut dubium non sit hominem a Deo a mortuis excitatum; ut quia peccato hominis mors inventa est, Christi justitia resurrectionem meruerit mortuorum.

(Vers. 22.) *Sicut enim in Adam omnes moriuntur,*

^a Mss. Corb., quid hic dicendus est.

^b Idem cod. Corb., volunt æstimare perditionis. Mox vero ubi omnes edit. ac mss. longe plurimi, Qui enim non timuerunt, sub hac spe, etc.; ms. Vall. aptius legit, ut nos in textu.

^c Codex Vall., sed dat illis gloriam.

^d Rom. edit., et tenuit, ut omnes ex ejus origine dissolvantur.

ita et in Christo omnes vivificabuntur. Hoc dicit, sicut Adam peccans mortem invenit, ^d et omnes ejus origine tenuit, ut dissolvantur: ita et Christus non peccans, et per hoc vincens mortem (quia non peccat, vincit mortem, quia mors ex peccato omnibus qui sunt ex ejus corpore, acquisivit vitam) id est, resurrectionem. Quamvis ergo generaliter tribuerit resurrectionem, ut sicut in Adam omnes sive justī sive injusti moriuntur; ita et in Christo omnes tam credentes, quam dissidentes resurgant, licet ad pœnam increduli; tamen vivificari videntur; quia corpora sua recipient, jam non morituri, sed passuri pœnam in eis sine fine: quod credere noluerunt.

(Vers. 23.) *Unusquisque autem in suo ordine.* Nunc ordinem resurrectionis vult exponere, ne ideo putarent fabulosum esse; quia factum non est adhuc in cæteris: ordines illis exponit et tempora, quando factum sit, et quando futurum est, ut resurgant mortui. *Initium Christus.* Sicut in Actibus apostolorum testatur scriptum esse in Moyse (Act. xxvi, 23). *Si passibilis Christus, si prior surgens ex mortuis,* etc. Prior ergo resurrexit, ^e ut forma fieret credentibus sibi. *Deinde qui sunt Christi, qui in adventu ejus crediderunt.* Hoc duplici modo intelligendum est; quia et in adventu ejus secundo sancti resurgent, juxta fidem Apocalypsis Joannis (Apoc. xx, 12), sicut et in 163 primo adventu cum resurrexit, multa corpora sanctorum resurrexerunt (Matth. xxvii, 62), ad protestationem victæ mortis ac spoliatæ. Sub una ergo significatione duplicem adventum Domini comprehendit.

(Vers. 24, 25, 26.) *Deinde finis, cum tradiderit regnum Deo et Patri, cum destituerit omnem principatum et omnem potestatem, et omnem virtutem, et omnem dominationem. Oportet enim illum regnare, donec ponat omnes inimicos sub pedibus ejus; omnia enim subjecit sub pedibus ejus. Novissime autem inimica destruetur mors.* Hoc dicit, quia tradito regno finis erit mundi, impleta resurrectione. Quod quidam territi asperitate sermonis, dum quasi pie volunt sentire, a proprietate sensus declinant. Horrent enim sonum verbi audientes: *Cum tradiderit regnum Deo et Patri;* ^f putantes traditione hac regni, si juxta sonum verbi intelligatur, vacuum remanere; ut si tradit, jam ipse non habeat: quasi Pater tradens omnia Filio, evacuaverit se. ^g Nam et ipse Dominus ait: *Omnia mihi tradita sunt a Patre meo* (Matth. xi, 27); et postea: *Hæc est autem vita æterna, ut cognoscant te solum verum Deum, et quem misisti Jesum Christum* (Joan. xvii, 3). Ecce regnante Filio, regnat et Pater. Quomodo autem tradens regnum Filius evacuare se crederetur, cum

^e Corb. cod., ut firma fieret credentibus sibi resurrectione.

^f Omnes edit. et mss. uno excepto, putantes traditionem hanc regni... vacuum remanere: optime vero Corb. ut in contextu.

^g Rom. edit., Sed quia ipse Dominus ait... apparet quod, regnante Filio, etc.

dicat angelus ad Mariam : *Et dabit illi Dominus Deus A sedem David patris sui, et regnabit in domo Jacob in æternum, et regni ejus non erit finis (Luc. 1, 32)? Et Daniel de eodem regno dicit inter cætera : Deus cœli excitabit aliud regnum, quod numquam corrumpetur; et hoc regnum erit æternum (Dan. 11, 44).* Nemo ergo dubitet Filium semper regnaturum cum Patre. Traditio autem hæc regni est, ut cum omnia Filio fuerint subjecta, et adoraverint illum ut Deum, destructa morte; tunc Filius ostendet illis non se esse, ex quo sunt omnia, sed per quem sunt omnia : et hoc erit tradere regnum Deo et Patri, ostendere ipsum esse, ex quo omnis paternitas in cœlis et in terra nominatur (*Ephes. 111, 15*) : et tunc erit finis. Destructio tamen mortis est resurrectio mortuorum.

(Vers. 27, 28.) *Cum autem dicat : Omnia subjecta sunt ei, nimirum præter eum, qui subjecti ei omnia. Cum autem subjecta illi fuerint omnia; tunc et ipse Filius subjicietur illi, qui subjecti omnia; ut sit Deus omnia in omnibus.* Idem sensus est, quem nunc aperit; ut manifestet quid sit Filium tradere regnum Deo et Patri : hoc autem addit ad sensum, quia tradens Pater Filio regnum, non se subjecerit ei, sicut Filius Patri se subjecti; incongruum est enim ut Pater subjiciatur Filio. Omnia ergo subjecti Pater Filio, ut similiter honorificetur, sicut honorificatur et Pater. Cum ergo omnia confessa fuerint Christum Deum, substrata pedibus ejus; tunc et ipse Christus Dominus subjicietur Deo Patri : *Ut sit Deus omnia in omnibus.* Hoc dicit, quia cum omnium principum et potestatum et dominationum fuerit pressa superbia, et adoraverint Christum quasi Deum : tunc et Christus ^a propter unicam auctoritatem Patris, Deum quidem se ostendet, sed de Deo; ut unius principii sublimis et ineffabilis auctoritas maneat. Hoc est subjicere se Filium Patri, hoc est, Deum esse omnia in omnibus; quia cum discit omnis creatura caput suum esse Christum, Christi autem caput Deum Patrem; omnia in omnibus est Deus Pater (*Phil. 11, 10, 11*), hoc est, ut omnis creatura unum sentiat, ut una voce omnis lingua cœlestium et terrestrium et infernorum confiteatur unum esse Deum, ex quo sunt omnia. Si autem dixisset : *Ut sit Deus in omnibus;* intelligeretur in omnibus quidem esse, sed per affectum, aut communem sensum; non tamen ea ipsa ex ipso esse. Sed cum dixit : *Omnia in omnibus;* hoc significavit, quia et ex ipso sunt, et in ipsis est : ex ipso; quia ab ipso creata sunt : in ipsis autem; quia in omnium confessione unus est Deus. Non tamen sic subjicitur Filius Patri, sicut Filio creatura.

(Vers. 29.) *Alioquin quid facient, qui baptizantur pro mortuis, si omnino mortui non resurgunt? Ut quid et baptizantur pro illis? In tantum ratam et stabilem*

^a Eadem edit., propter univocam auctoritatem, etc. Secundo autem versu legit ms. Corb., sublimitas et ineffabilis, etc.

^b Codex Corb., timentes ne aut mala sufferret, aut, etc.

^c Mss. Laud., quamvis in requie accepto ferri non

vult ostendere resurrectionem mortuorum, ut exemplum det eorum, qui tam securi erant de futura resurrectione; ut etiam pro mortuis baptizarentur, si quem forte mors prævenisset : ^b timentes ne aut male, aut non resurgeret, qui baptizatus non fuerat, vivus nomine mortui tingebatur. Unde subjecti : *Ut quid et baptizantur pro illis?* Exemplo hoc non factum illorum probat, sed fixam fidem in resurrectionem ostendit.

164 (Vers. 30, 31.) *Ut quid et nos periclitamur omni hora? Quotidie morior pro gloria vestra, quam habeo in Domino.* Dicendo : *Ut quid et nos periclitamur?* discrevit personas, ostendens non catholicos esse, qui pro mortuis baptizabantur. Denique supra dixit : *Ut quid et baptizantur pro illis? Numquid et B baptizamur pro illis?* Nam et Jephthæ, ^c quamvis in re, quæ accepta fieri non posset, fidelis inventus est, offerens filiam suam secundum votum suum, quod stulte voverat (*Judic. 11, 39*), non ergo factum probatur, sed perseverantia fidei in exemplum præfertur. Prædicantium pericula et labores memorat dicens : *Quid et nos periclitamur?* et subauditur; nisi quia speramus futuram resurrectionem, sicut supra memorat. Securi enim quia post istam mortem vera vita sequetur, pericula non timent illata ab infidelibus, propter zelum illorum, quos quia crediderunt se perdidisse, dolent. Sollicitudinem ergo suam ostendit, quam habebat erga salutem illorum, propter gloriam promissam a Domino, sicut et in Lege dictum est : *Exalta sicut tuba vocem tuam; si C te audierint, lucraberis animas illorum (Ezech. xxxiii, 5).* Ad hoc festinabat Apostolus semper sollicitus, ut gloria illi cresceret apud Deum acquisitæ salutis multorum.

(Vers. 32.) *Si secundum hominem ad bestias pugnavi Ephesi, quid mihi prodest, si mortui non resurgunt?* Hoc est, si secundum humanum sensum (qui videns hoc in rerum naturam non cadere, ut caro jam soluta reformetur ad vitam, minime credit futuram resurrectionem mortuorum) bestiis ^d offerri, mori non timui, nihil profeci. Sed non hoc est, quia certus de promissa vita, non solum non timuit; sed et libenter bestiis offerri se passus est, sicut inter cætera ait in Actibus apostolorum : *Ego enim non solum ligari, sed et mori paratus sum in Hierosolyma D pro nomine Domini Jesu Christi (Act. xxi, 13).*

Manuceamus, et bibamus; cras enim moriemur. Hoc ab Esaia propheta dictum est propter hos, qui quasi nihil futurum esset post mortem, ventri tantum studebant quomodo pecora (*Esaï. xxii, 13*), sicut et ii qui Corinthios depravabant.

(Vers. 33.) *Nolite seduci, corrumpunt mores bonos colloquia mala.* Significat confabulatione malorum hominum ^e everti posse bonum propositum; assispossit, Corb., quamvis in reliquis accepta fieri non possit.

^d Nonnulli mss., offerri non timui; at Corb. totum hunc locum ita contrahit, offerri non timuit, sed et libenter bestiis se passus est, etc.

^e Rom. edit., everti posse bonorum propositum.

duitas enim pravi colloquii vitiat mentem, ac per hoc ab his cavendum. Quicumque enim acceptam fidem custodire vult, maxime inter ipsa initia obstrepentes debet vitare; ut impleat, quod utile iudicavit.

(Vers. 34.) *Vigilate, justi estote, et nolite peccare.* Vigilandum monet, ne circumventionem pravi sensus capti, et a fide abducti depraventur, mortuorum resurrectionem non credendo. Justos esse præcepit, ut non solum terrenam justitiam excolant, sed et cælestem; quia terrena justitia meritum non facit, sicut et non facit reum. Quid enim magnum est aliena non tollere, ^a quippe cum hoc timoris sit? Magnum est autem de proprio non habenti largiri, hæc est vera justitia. Et ut non peccent, subiecit; unde intelligi voluit non se iustitiam temporalem servandam mandasse, sed divinam; quia qui cælestem justitiam servat, sine dubio ^b in hac præsentī perfectus est.

Ignorantiam enim Dei quidam habent, ad verecundiam vobis loquor. Propositum Dei ignorantes ⁱⁱ, ^c qui inter eos convertebantur, mortuos resurrecturos stultum esse dicebant credere. Ideo pudorem illis incutit quasi imprudentibus; credebant enim eis, qui ignorantiam Dei habentes, contra Dei statuta docebant.

(Vers. 35.) *Sed dicet aliquis: Quemadmodum resurgent mortui? Quove corpore venient?* Hos dixit ignorantiam Dei habere, quorum depravatæ sententiæ verba protulit, dicens: *Quemadmodum resurgent mortui? quove corpore venient?* Cui congrue respondit, dicens:

(Vers. 36.) *Stulte, tu quod seminas, non vivificatur, nisi prius moriatur?* Cum animali homine non utique Legis auctoritate agit; ut exemplis suadeat, quæ si reciperet, non erraret: sed physica ratione, de qua sibi blanditur, ut non credat resurgere soluta et mortua corpora. Ostendit enim mortua rursus reparari ad vitam, et multiplicata; ut confundatur error humanus.

(Vers. 37, 38.) *Et quid seminas? Non corpus quod futurum est, seminas: sed nudum granum, ut puta tritici, aut alicujus cæterorum: Deus autem **165** illi dat corpus, prout vult: et unicuique seminum proprium corpus.* Si ergo ^d nudum granum seminatur, et Dei nutu quodammodo elementorum ministerio vestitum resurgit, multa secum habens incrementa utilitatis humanæ; cur non credibile sit Dei virtute mortuum posse resurgere, mellorata tantum substantiâ; non numero multiplicatum? Quid ergo requiritur ab infideli, quo corpore resurgant mortui, ^e cum exempla præcedant ad fidem hanc melioratæ resurrectionis, non amissæ substantiæ? Quia proprium corpus recipiet, in quo creatus est Adam, juxta exempla supra dicta.

^a Corb. codex, quippe cum non temere fit.

^b Mss. Laud. et Vall., in hac præsentī vita.

^c Rom. edit., qui inter eos conversabantur.

^d Codex Corb., proprium corpus seminatur: statim vero post. Laud., pro elementorum ministerio, exhibet electorum ministerio.

^e Vet. edit. et mss. hic eo dissident; quod in præ-

A (Vers. 39.) *Non omnis caro, eadem caro: sed alia quidem hominis, alia vero pecoris: alia caro volatiliam, alia caro piscium.* Cum ex eadem massa omnis caro sit; unde et quomodo in his tanta diversitas est, ut una impensa faceret genera diversa? Dicant nunc sophistæ mundi et scrutatores siderum, si valent comprehendere quæ extra se sunt, cum quid intra se sit, nesciant. Denique omnes mundani philosophi, qui mentem suam legi Dei humiliare, ut fidem ejus susciperent, noluerunt, diversa semper et contraria asserentes, inanissimis disputationibus invicem se confuderunt; ^f quia in nullo horum testificatæ veritatis signum agnitum est, quod antepositum verbis commendaret doctrinam, sicut et Deus decrevit disciplinæ nostræ, quæ non verbis probatur, sed virtute, cui non possunt verba resistere. Quemadmodum ergo ex una impensa diversa animantium caro est; ita et unius carnis homines, diversi erunt dignitate in resurrectione; ut talis unusquisque appareat, qualis fuerit meriti: quippe cum etiam hic diversitatem corporum videamus.

(Vers. 40.) *Et corpora cælestia, et corpora terrestria, sed alia quidem cælestium gloria, alia autem terrestrium.* Cælestia corpora sunt resurgentium, terrestria autem antequam moriantur, aut resurgant; ut quia Christus cælestis est, ex eo corpora cælestia dicantur: ex Adam vero, quia terrestris est, terrestria corpora.

(Vers. 41.) ^g *Alia claritas solis, alia claritas lune, et alia claritas stellarum; stella enim ab stella differt in claritate.* Unius naturæ comparatione utitur ad indiscretæ substantiæ reddendam rationem; quia sicut sol et luna et stella: cum sint unius quidem naturæ, diversæ tamen claritatis sunt: ita et homines cum sint unius generis, merito tamen dissimiles erunt in gloria; ut claritati solis illorum dignitas exæquetur, qui centesimum numerum habent, qui ut perfecti essent, primi gradus æmuli fuerunt, de quibus dictum est: *Tunc justi fulgebunt sicut sol in regno Patri sui* (Matth. xiii, 43). Lunari quidem claritati hi comparandi sunt, qui sexagesimum numerum bonis operibus mercati sunt; ut secundi gradus meritum haberent. Stellis autem clarioribus eorum merita comparanda sunt, qui trigesimum numerum, tertii gradus dignitatem justis laboribus quæsierunt. Sequentibus vero stellis, quæ inter claras et obscuriores mediæ sunt, peccatores homines coaptandi sunt, qui de tribus nullius gradus adipisci honorem voluerunt. Tetricis autem stellis, et omnium novissimis, perfidorum resurrectio similis est; quia errorem secuti, stellis in errorem ducentibus comparandi sunt, sicut dicit in Epistola sua Judas apostolus (Jud. i, 13). Infidelitas enim non potest claram resurre-

cedant, illa prædicant præ se ferunt; at Rom. sic habet, cum exempla resurrectionis prædicant fidem hanc melioratæ, non amissæ substantiæ.

^f Cod. Laud., quia in nulla horum testificatione veritatis signum, etc.

^g Codex Corb., Alia gloria solis, alia gloria lune... differt in gloria.

tionem habere; quia sicut carbo cinere suo coopertus obcæcatur, ita et hi a perfidia sua erroris tenebris circumdati, luce carebunt.

(Vers. 42.) *Ita erit et resurrectio mortuorum. Exempla dat, ut non sit dubium resurrectionem mortuorum futuram; ut accepta ratione, nemo ambigat. Seminatur in corruptela, surget in incorruptela.* Seminare est sepelire, ut corrumpatur: resurgere autem in incorruptela, jam exsuscitatum non posse corrumpi, sed habere claritatem immortalitatis.

(Vers. 43.) *Seminatur in ignominia, surget in gloria.* In ignominia seminatur; quia dum in tetrico ponitur, fit fetidum, et scatet vermibus: surget autem in gloria; quia excitatum et lumen erit, et nullam squaloris injuriam patietur. *Seminatur in infirmitate, surget in virtute.* In infirmitate seminatur; quia immobile est, B et irregibile: surget autem in virtute, 166 quia jam totum unum erit ac vegetum.

(Vers. 44.) *Seminatur corpus animale, surget corpus spiritale. Si est corpus animale, est et spiritale.* Animale corpus est, dum cibis sustentatur, ut vivat: spiritale autem, cum horum nihil indigebit, conversum in vitam. Omnia supradicta hoc sensu b clauduntur; non enim aliud continetur in superioribus, nisi quod animale corpus moritur, et resurget spiritale, quod neque jam manducet, nec bibat, nec infirmetur, nec sit fetidum, nec tetrum natura.

(Vers. 45.) *Factus est primus homo Adam in animam viventem.* Hoc in Genesi dictum est (Gen. ii, 7), quia accepto spiritu flatus Dei, factus est homo in animam viventem; officium enim spiritus animare C est corpus, ita tamen ut continuam vitam non habeat, nisi cibis et potus auxilio utatur. *Novissimus autem Adam in spiritum vivificantem:* hoc est, ut jam qui ante fuerat factus in animam, factus est in spiritum per resurrectionem; ut mori non possit, quia fiet totus vivens.

(Vers. 46.) *Sed non prius quod spiritale est;* quia animale ex Adam, spiritale vero per Christum et resurrectionem mortuorum.

(Vers. 47, 48.) *Primus homo de terra terrenus, secundus homo de cælo cælestis: qualis terrenus, tales et terreni; et qualis cælestis, tales et cælestes.* Primus homo Adam est de terra temporalis, cui succedit mors: secundus homo Christus est de cælo, qui resurgens mori nescit: *Qualis est ille terrestris, tales D et terrestres:* hoc est, quia terrenus mortalis est,

A mortales sunt et terreni: peccans autem Adam mortem invenit, ut omnes ex eo mortales sint. *Et qualis ille cælestis, tales et cælestes sint:* id est quia Christus non peccavit, vincens mortem, cælestis est; ita sint et credentes illi: quâvis et non credentes spiritales futuri sunt, sed sicut spiritualia nequitiae, ut sint tenebrosi. De sanctis enim nunc loquitur, qui resurgent ad gloriam; sicut enim qui non credunt, jam judicati sunt, et qui credunt, jam cælestes dicuntur (Joan. iii, 18).

(Vers. 49.) *Igitur sicut portavimus imaginem illius terreni, portemus et imaginem hujus cælestis:* hoc est, sicut formam habuimus mortalitatis per peccatum Adæ, servi peccati facti: ita et formam habeamus vitæ per justitiam salvatoris, facti servi justitiæ, non mundi, sed Dei; dum ea agimus, quæ immortalitate digna sunt.

(Vers. 50.) *Hoc autem dico, fratres, quia caro et sanguis regnum Dei possidere non possunt.* Carnem perfidiam vult intelligi, sanguinem turpem et luxuriosam vitam, quia cupiditas hæc a fervore sanguinis generatur; ut ostenderet non solum incredulum dignam resurrectionem non habere, verum etiam illum qui desideriis et vitis carnis obtemperat. Commonet ergo et instruit, qua ratione regnum cælorum consequi mereamur.

Neque corruptio incorruptelam possidebit. Hoc dicit, quia corruptela et lascivia vitæ pœnam necesse est patiatur. Passionem enim corruptionem posuit; nam constat utique omnes immortales resurgere.

(Vers. 51.) *Ecce mysterium vobis dico, omnes quidem resurgemus;* id est, tam credentes quam non credentes. *Sed non omnes immutabimur.* Nunc uniuscujusque meritum in resurrectione significat, qualis in singulis futura sit.

(Vers. 52.) *In momento, in ictu oculi,* id est, cito, sine aliqua mora. *In novissima tuba;* ideo novissima, quia postremum bellum geritur adversum dæmones, ac principes, et potestates, et ipsum diabolum. Hoc enim fiet post annos mille, quibus hic regnabit salvator, extincto Antichristo, cum Satanas dimittetur de carcere suo ad seducendas gentes Gog et Magog, qui sunt dæmones, ut pugnent adversus castra sanctorum; nec enim temporales homines poterunt adversum æternos dimicare. Nam et Joannes apostolus ait: *Vidi Michael et angelos ejus in cælo pugnantes adversus draconem et angelos ejus, qui est diabolus et*

eadem. solo prologo excepto, in adulterinis illis Hieronymi Commentariis ad apices reperiuntur. Hinc in promptu fuerit colligere Toli alicujus factum in veteri quopiam hujus nostri Commentarii codice jacturam vel transpositionem librarios e Pseudohieronymo scire voluisse, sed inde confirmatur, quod alia omnia exhibeat exemplar Corbeiense, sed quæ multo convenient aptius cum Ambrosiastri, ut vocant, stylo. Huc adde quod in tribus aliis mss. ad eandem Commentarii in epist. ad Romanos fragmentum Expositionis ultiqorum hujus epistolæ versuum Ambrosio attributum exstat isdem verbis, quibus legitur in cod. Corb. Hujus itaque lectionem admittendam existimavimus.

* Ms. Corb., *perfidia suæ errore.* Et infra, *Exempla dantur, ut non dubiam resurrectionem futuram mortuorum quis ambigat.*

b Vet. edit. ac plures mss., *non enim corpus animale semper hic habere potest Spiritum sanctum: tunc vero, id est, in resurrectione, semper manebit in sanctis. Surget corpus spiritale, quod possit ire obviam Christo.* Quæ quidem verba non ægre deprehendas consarcinata esse ex Commentario Pseudohieronymi in hunc locum. Sed quæ ab his ipsis verbis usque ad illa capituli I Commentarii in sequentem epistolam: *Manifestum quia pro quo patimur,* in plerisque mss. et omnibus edit. Ambrosii leguntur, unde etiam non nihil in suam Paulinarum epistolarum Expositionem Doctoris nostri nomine transtulit Rhabanus Maurus:

Satanas (Apoc. xx, 7). Ideoque hic *novissima tuba* ait, quia non semel cum illo pugnatum est; quia et in Antichristo pseudoprophetae, qui faciebant coram illo signa et prodigia, et ipse victor, et hoc loco novissime adversus illum pugnabitur; ut jam mittatur **167** in gehennam. Et Salvator inter cætera ait: *Nunc princeps hujus mundi mittetur deorsum* (Joan. xii, 31). Et tunc ergo et frequenter victus est, sicut Esaias propheta dicit: *Quomodo cecidit de cælo Lucifer, qui mane oriebatur* (Esai. xiv, 12).

Canet enim tuba, et mortui resurgent incorrupti, et nos immutabimur. Surgentibus enim peccatoribus et impiis, sancti immutabuntur in claritate; ut caro fiat spiritualis cum gloria, quasi plumbum, si fiat aurum. Sancti enim in adventu Domini surgent sicut superius (Vers. 23) ait: *Initium Christus: deinde hi qui sunt Christi in adventu ejus*, sicut in Apocalypsi continetur; peccatores enim non sunt Christi, qui audiunt a Domino: *Non novi vos* (Psal. i, 5). Quia et in psalmo primo scriptum est: *Ideo non resurgent impii in judicio, neque peccatores in concilio justorum* (Math. vii, 23). Ab impiis enim non est quod requiratur: sed ad hoc surgent, ut pereant, videntes verum esse, quod credere noluerunt: perire autem est a Deo esse alienum, sicut ait ad Romanos: *Quicumque enim extra legem peccaverunt, sine lege peribunt; et qui in lege peccaverunt, per legem judicabuntur* (Rom. ii, 12): ac per hoc peccatores judicabunt; indigni etenim sunt resurgere cum sanctis, sicut ait: *Neque peccatores in concilio justorum.*

(Vers. 53.) *Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, et mortale hoc induere immortalitatem.* Supra dixit, *et mortui resurgent incorrupti*, id est, immortales erunt, non tamen impassibiles; hi enim, quos dicit, pœnas patientur pro qualitatibus delictorum suorum, ita ut exeant inde soluto debito: impii autem æterna pœna torquentur; ait enim: *Qui non credit, jam judicatus est* (Joan. iii, 18). Unde et Esaias propheta ait: *Ignis eorum non exstinguetur, et vermiserum non morietur* (Esai. lxxv, 24). In adventu tamen Domini et sancti resurgent, et qui vivi fuerint inventi, obviam rapiuntur Domino in aera, mortem quasi soporem passuri; in ipso enim raptu et mortem et resurrectionem habebunt, sicut ad Thessalonicenses idem Apostolus scribit (II Thess. iv, 6 et seq.) Tempore enim Antichristi aut apostatae erunt, aut rei, aut in latibulis, aut in pœna positi cæteri gentiles, quos Dominus Jesus cum duce ipsorum Antichristo in adventu suo interficiet spiritu oris sui (II Thess. ii, 8), id est, jussu ejus igni exurentur per angelos virtutis ejus.

(Vers. 54, 55.) *Cum autem mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo, qui scriptus est: Absorpta est mors in victoria. Ubi est, mors, victoria tua? ubi est, mors, stimulus tuus?* Post resurrectionem enim implorum et peccatorum absorbebitur mors in victoria. Insultantis etenim verba sunt; dicentis: *Ubi est, mors, victoria tua? ubi est, mors, aculeus tuus?* Victoria enim devictæ mortis resurrectio mor-

tuorum est: mors autem diabolus est, cui insultatur; et contentiosus dicitur, quia per superbiam, cum impar viribus esset, resistebat. Cum ergo superatus perimitur et spolia illi detrahuntur; succensetur illi, qui contra se pugnavit.

(Vers. 56.) *Aculeus autem mortis peccatum est.* Aculeum auctoritatem significat, quia mors per peccatum auctoritatem accepit, quasi peccatum non esset, diabolus obtorpuisset, et mors non esset. *Virtus autem peccati lex.* Ideo virtus peccati lex est, quia peccatum non imputaretur, si lex non esset.

(Vers. 57.) *Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam per Dominum nostrum Jesum Christum.* Triumphum Salvatoris in nobis dicit profuisse; quæ enim gessit Salvator, non sibi utique gessit, sed nobis. **B** Quamobrem nostra victoria est; ideo enim homo factus est, manens Deus; ut vincens diabolum, dum peccatum non fecit, nobis victoriam acquireret, qui peccati causa detinebamur in morte; ut victus diabolus, occiso Christo, qui peccatum non fecerat, omnes quos peccati causa detinebat, amitteret. Dum autem insultat homini, reus factus est, et sic delectum chirographum, id est, deleta sententia, qua tenebatur genus humanum in mortem, fieret ereptus, et animabus in cælum inductis; ut non per potentiam illi tollerentur, sed per justitiam a Deo per Dominum nostrum Jesum Christum.

(Vers. 58.) *Itaque, fratres mei dilecti, stabiles estote et immobiles, abundantes in opere semper, scientes quod labor vester non est inanis in Domino.* Omnibus quæ ad doctrinam Ecclesiasticam ordinandam necessaria sunt expositis, et aut quid vitandum, quidve sequendum sit demonstratis, fixos jam illos esse hortatur in bono, et in operibus quæ fructum faciant apud Dominum, semper promptos et copiosos; quia per hæc quæ exposita sunt, de cætero accepturos se boni operis mercedem a Domino, ne pravis colloquiis possent everti.

168 CAPUT XV4.

(Vers. 1, 2.) *De collectis autem, quæ sunt in sanctos, sicut ordinavi Ecclesiæ Galatiæ, ita et vos facite. Per unam sabbati unusquisque vestrum apud se ponat, thesaurizans quodcumque voluerit; ut non cum venero, tunc collectæ fiant.* Dominico die collectam fieri præcipit, sicut et cæteris Ecclesiis disposuerat; ut eo die, quo resurrexit Dominus, plebs ejus colligatur ad laudem et gloriam Dei, devicta morte: tunc sumptus congregandos ad ministerium sanctorum, qui propter nomen Domini pressuram patiebantur zelo gentilium sive Judæorum, qui non sinebant eos prædicare gratiam Dei sub nomine Christi; ut haberent refrigerium ab iis, propter quos tribulantur. Omni ergo die dominico jubet colligi plebem, et congregari illos, prout voluerint, in dona Dei, et hoc apud se unumquemque reponere quasi in thesauro; ut veniente Apostolo, inveniat ad usus necessarios præparatum; quia quod paulatim colligitur, nec grave est, et invenitur multum.

(Vers. 3.) *Cum autem venero, quos probaveritis per*

epistolas, hos mittam perferre gratiam vestram in Jerusalem. Consolatio hæc duplici genere profectum habebat, sicut et nunc habet; ita ut et sanctis profleret supra memoratis, et pauperibus in Ecclesia constitutis, quæ et modo et usibus majorum natu proficit, et egenis. Per epistolam mittere se hos, quos idoneos ad dispensationem elegerint, dicit: quæ epistolæ testimonium præbent missis; ut cum gratia excipiantur.

(Vers. 4.) *Quod si dignum fuerit, ut ego quoque eam mecum ibunt.* Hoc dicit, si fuerit copiosa collectio, posse etiam seire; dignum enim est, et sic opus, ut si ipse eat, multum secum perferat ad refrigerium sanctorum. Hoc est, quod significat ad Romanos dicens: *Si enim spiritualium eorum communicaverunt gentes, debent hi in carnalibus ministrare eis* (Rom. xv, 27); ex Judæis enim erant, de quibus dicit Dominus, quia salus ex Judæis est, qui Jerosolymis in magna invidia erant apud Judæos non credentes.

(Vers. 5, 6.) *Veniam autem ad vos, cum Macedoniam transiero: apud vos autem forsitan remanebo, aut etiam hyemabo; ut me deducatis quocumque iero.* Post omnem instructionem, ut lætos illos faceret, adventum suum illis promisit, pro quo et omnes admonitiones suas, quibus illos corrigit, magis firmat. Qui audit venturum eum, a quo legem accepit, sollicitior erit, ne adveniente illo erubescat.

(Vers. 7.) *Nolo enim vos modo in transitu videre.* Sciens multa se habere, quæ ageret cum illis, non vult illos per transitum videre, et ne contristarentur, multum tempus se promittit commoraturum apud eos; quia quæ agit, cum providentia agit. *Spero enim me aliquantulum temporis manere apud vos, si Dominus permiserit.* Si Dominus, tunc enim Dominus permittit, ut commoretur apud eos: aut permiserit; si dignos se præbeant, emendantes vitia, quæ in eis arguit

(Vers. 8, 9.) *Permanebo autem Ephesi usque ad Pentecosten; ostium enim mihi magnum apertum est et operosum, et adversarii multi.* Qua causa remansisset Ephesi ostendit; invenerat enim illic sitientia pectora Dei gratiam, quibus infunderet mysterium Christi. Sed quia diabolus inquietus est semper, et his qui Deum desiderant, invidus. Adjecit: *Et adversarii multi;* quanto enim idonei inveniebantur ad fidem, tanto magis non deerant, qui zelarentur; contradicentes et repugnantes doctrinæ Domini.

(Vers. 10-12.) *Si autem venerit Timotheus, videte ut sine timore sit apud vos; opus enim Domini, sicut et ego, operatur. Ergo ne quis illum spernat.* Quamvis enim ea prædicaret Timotheus, quæ ab Apostolo acceperat, et esset idoneus evangelista; tamen quia non erat auctoritatis ejusdem, commendat illum; ne ab his forte, qui dissentiebant in plebe, non, ut erat dignus, reciperetur: et nihil proficeret adventus ejus salutem illorum. Possent enim et gentiles excitari ad seditionem et discordiam plebis, accepta occasione irruendi in Timotheum; ideo ne quis illum spernat, quia *opus Domini operatur*, inquit, *sicut et ego*; hoc est, ut mea auctoritate susciperetur, qua

erat apostolus; erat enim ipse episcopus. *Deducite illum in pace, ut veniat ad me; exspecto enim illum cum fratribus.* Tantum meritum Timothei memorat; ut non solum inter eos honorandum illum præcipiat, sed ut apostolum Domini cum obsequio deducendum eum ostendit; ut etiam ipse illum expectaret cum fratribus propter Evangelium Christi.

De Apollo autem fratre significo vobis, quia multum illum rogavi, ut veniret ad vos cum fratribus; et utique non fuit voluntas ejus, ut nunc veniret. Veniet autem cum opportunum fuerit. Hoc dicens, et voluntati illorum vel petitioni satisfacisse ostendit, cum votum suum eis exhibuit, et Apollo excusavit: quando cur non iret ad illos, non declaraverit; ita tamen ut omnino non excusaverit, sed distulerit. Potest et sic intelligi, ut per Apollo tangat illos, significans ideo noluisse ire ad illos Apollo, quia dissidebant; ut audito hoc, paci studerent; et ideo de Timotheo dixerit: *Videte ut sine timore sit apud vos;* quia aliqui missi non bene fuerunt suscepti: ac per hoc venturum Apollo, cum concordēs fuerint.

(Vers. 13, 14.) *Vigilate, state in fide, viriliter agite, corroboramini: omnia vestra in charitate fiant. Vigilate, ait, ne circumveniantur in fide. Viriliter agite, hoc est monere, ut fortes sint circa ea, quæ sibi tradita erant: non ut pueri, qui quod sequantur, ignorant. Confortamini; ut tam voce quam opere robusti sint; quia professio et boni actus perfectos faciunt. Ut autem in charitate hæc ipsa fiant, monet; quia quæ cum charitate fiunt, Dei habent timorem et zelum; quidquid enim cum offensione fratris sit, fructum non habet. Provocandi sunt enim aliqui ad bonum, non contristandi, ut puta si misericordiam non facias dehortatione alterius, aut inhumanus sis, aut alteros notes, aut aliquid comedas, insultans ei, qui ab hoc abstinet, ut facias illi scrupulum. Omnia ita agenda sunt, ut hortatio sit ad meliora, non insultatio, et tunc est pax. Unde dicit Dominus, ex hoc cognoscitur, si discipuli mei estis, si vos diligatis invicem* (Joan. xiii, 35); ubi autem contentio est et dissensio, amor non est.

(Vers. 15, 16.) *Obsecro autem vos, fratres, nostis domum Stephanæ et Fortunati, quoniam sunt initium Achaicæ, et in ministerium sanctorum ordinaverunt se ipsos; ut et vos subditi sitis ejusmodi, et omni cooperanti et laboranti.* Achaici Corinthii sunt; ideoque de his ad eos loquitur, per quos provocat illos ad hujusmodi opus; sunt enim ex his. Hoc enim in christianis magnum est, quia calcata avaritia, de laboribus suis non habentibus largiuntur, imitatores facti patris Dei, qui in misericordia dives est. Cum autem dicit: *Ut subditi sitis talibus,* magis illos hortatur: ut æmuli facti operis hujus, alios habeant ipsi subditos.

(Vers. 17, 18.) *Gaudeo autem in præsentia Stephanæ, et Fortunati, et Achaici; quoniam id quod vobis deerat, ipsi suppleverunt. Refecerunt enim et meum spiritum et vestrum. Cognoscite ergo eos, qui ejusmodi sunt.* Aliud enim esse collationem, quam dicit, fieri

in sanctos, et aliud ministris Evangelii reddere **170** A. Osculum sanctum signum pacis est, in quo, ut ad vicem, sicut dicit Dominus: *Dignus enim est operarius mercedem suam* (Luc. x, 7). Numum enim Stephane in utroque significat devotam, et in ministerio sanctorum, et in his qui deservebant Ecclesiis; ita ut Apostolo proficerent cum Fortunato et Achaico fratribus; ut et hi proficerent, qui erant ex his. Unde dicit: *Refeceunt enim et meum spiritum et vestrum*. Et cum Apostolus negat se ab his accepturum, dicit enim: *Non infringetur in me gloriatio hæc in regionibus Achaiae; quomodo refeceunt et meum spiritum et vestrum?* Sed credo, refectus est spiritus ejus in his, quibus profecerat; sibi enim dicit datum, quod proficit his, quibus voluit. *Cognoscite ergo eos, qui hujusmodi sunt; hoc est, imitami.*

(Vers. 19.) *Salutant vos Ecclesiae Asiae.* Horum salutatione commonet illos, ut efficiantur similes illorum, qui unius sunt provinciae. *Salutant vos in Domino Aquila et Priscilla cum domestica sua Ecclesia.* Duas Ecclesias memorat, publicam et domesticam: publicam dicit, quæ omnes conveniunt: domesticam in qua per amicitiam colligitur. Ubi cumque presbyteri solemniter celebrant, Ecclesia dicitur.

(Vers. 20.) *Salutant vos fratres omnes.* Relevat animos illorum, quando omnes hos memores horum ipsorum ostendit. *Salutate invicem in osculo sancto.*

Osculum sanctum signum pacis est, in quo, ut ad invicem sibi adhaereant sublata discordia, docet.

(Vers. 21.) *Salutatio mea manu Pauli.* Se in epistola ista subscripsisse ostendit, et quæ verba sint subscriptionis, subjecit dicens:

(Vers. 22.) *Si quis non amat Dominum Jesum Christum, sit anathema maranatha, quod interpretatur: Si quis Dominum Jesum, qui venit, non amat, abscidatur.* *Maranatha* enim Dominus venit, significat. Hoc propter Judæos qui Jesum non verissimè dicebant, hi ergo anathema sunt a Domino, qui venit.

(Vers. 23, 24.) *Gratia Domini nostri Jesu Christi vobiscum. Caritas mea cum omnibus vobis, in Christo Jesu.* Ideo talem subscriptionem posuit propter hos, qui dum dissentioni studerant, Dominum Jesum non diligebant; quippe cum dicerent: *Ego sum Pauli, ego Apollo, ego vero Cephae* (I Cor. i, 12). Qui enim Christum diligit, non dat hominibus gloriam, quia nulla est spes in hominibus. *Gratia Domini nostri Jesu Christi vobiscum; et subauditur, qui diligitis Dominum Jesum.* Et quoniam non se invicem diligebant, ideo hoc dicit: *Caritas mea cum omnibus vobis in Christo Jesu; ut amare se discerent ea gratia, qua diligebantur ab Apostolo, non carnis affectu, sed in Christo Jesu.*

IN EPISTOLAM B. PAULI AD CORINTHIOS SECUNDAM.

169 * PROLOGUS.

Secundam epistolam Apostolus scribit Corinthiis, cujus hæc principalis est causa. Quoniam in prima pro quorundam peccatis doctores eorum præcipue corripuerat, et multum fuerant contristati; nunc eos consolatur, suum eis proponens exemplum, et docens non debere ægre ferre, quod pro aliorum sunt salute correpti; cum ipse pro aliena salute periculis quotidie et morti subiaceat.

CAPUT PRIMUM.

(Vers. 1.) *Paulus apostolus Jesu Christi.* Jam securus de his confidenter se apostolum Domini prædicat. In prima enim epistola vocatum se apostolum, dicit, eis tamen non probatum, qui a traditione ejus abducti erant. *Per voluntatem Dei.* Ut ratum probet apostolatam suam, Domini voluntate Christi factum se apostolum dicit: ita enim Dominus ait Judæis, quoniam *quæ placita sunt ei*, id est, Deo Patri, *facio semper* (Joan. viii, 29). *Et Timotheus frater.* Cum hoc scribit, per quem epistolam misit primam ad eos, id est, cum Timotheo; ut ostendat eis ab hoc se auilisse de bona voluntate eorum, qua corripiendos se subdiderunt. *Ecclesiae quæ est Corinthi cum omnibus sanctis, qui sunt in Achaia.* Nunc sociat istos sanctis cæterarum Ecclesiarum, ut sciant se profecisse.

* Non habetur ille prologus in Corb. cod. uti jam a nobis observatum est: verum cum in aliis omnibus, et cunctis edit. reperitur, nec exstat in Pseudo-Ilie-

C **170** (Vers. 2.) *Gratia vobis et pax a Deo Patre nostro, et Domino Jesu Christo.* Quoniam unum donum est Dei et Christi, idcirco participes illos optat esse gratiæ Dei quæ est et Christi.

(Vers. 3.) *Benedictus Deus et Pater Domini nostri Jesu Christi.* Semper in omni epistola mysterii ordinem tradit de Deo Patre locuturus, et de dono ejus. *Pater misericordiarum et Deus totius consolationis.* Ab ipsa cœpit ratione, multum enim refrigerii dat eis, qui correptionis causa fuerant contristati; audientes enim Dominum non solum totius originis patrem, sed et misericordiarum, relevati sunt spe, ac certi facti ad hoc se correptos, ut conversi Dei misericordiam invenirent. Quare autem misericordiarum patrem dixit, nisi ut agnosceretur per misericordiam rursus regenerare et reformare poenitentes, ut non sola sit venia, sed status pristini restauratio? Et ideo misericordiarum ait propter diversa peccata; ut consolaretur contristatos causa delictorum: hoc est, spem non negare conversis.

(Vers. 4.) *Qui consolatur nos in omni pressura nostra.* Hoc est, quod dixit: *Deus omnis consolationis, qui adest in omni pressura; ut possimus et nos consolari eos, qui sunt in omni pressura per exhortationem, quæ exhortatur a Deo.* Dno genera consolationum induxit; unum quo consolantur, qui injuste

ronymi Commentario, eum duximus esse retinendum.

pressuram patiuntur propter nomen Christi, ut liberentur: alterum eorum qui peccatorum causa contristati consolationem **171** accipiunt, dum illis promittitur spes emendantibus ab his, qui consolati a Domino, erepti sunt de pressura.

(Vers. 5.) *Quoniam sicut abundant passiones Christi in nobis, sic per Christum abundat etiam consolatio nostra.* Manifestum est quia pro quo patimur, ipse nobis adest, ^a consolans nos, per liberationem, eripiens nos de pressura interventu majestatis suæ.

(Vers. 6, 7.) *Sive autem pressuram patimur ^b pro vestra exhortatione et salute: sive exhortationem consequimur pro vestra exhortatione, quæ operatur per patientiam earumdem passionum, quas et nos ipsi patimur; ut spes vestra certa sit ^c pro vobis; quia scimus quod sicut socii estis passionum, sic et consolationis eritis.* Generaliter loquitur; ut quia causa credentium persecutiones patiebantur a perfidis, subjecti injuriis et cædibus; sic iterum auxilio Dei liberarentur ad consolationem credentium, ne scandalum passi a fide exciderent; quia injuriæ apostolorum tentationes erant credentium, sicut scriptum est in propheta Zacharia: *Percutiam pastorem, et dispergentur oves gregis (Zachar. xiii, 7).* Quamvis futura credant fideles, tamen inter ipsa primordia pressuræ novellis faciunt scandalum: putant enim inanem esse promissionem, si vi oppressum viderint prædicantem. Sed si jam firmus est credens, compatitur cum suo magistro, fidens de spe futura; ut simul consoletur, cum quo ^d et compatitur.

(Vers. 8.) *Non enim volumus vos ignorare, fratres, de pressura, quæ nobis facta est in Asia; quia supra modum gravati fuimus supra vires, ita ut desperaremus nos etiam vivere.* Ideo passiones pressurarum indicat prope usque ad mortem illatas, ut ostendat ^e quæ mala salutis illorum causa patiebantur, ut non gravius ferrent, si corriperentur errores illorum ab iis, qui hæc tam aspera tolerabant pro illis. Quis enim medicorum non arguat susceptum suum negligentius se tractantem; ne cura medicinæ ejus sine effectu remaneat?

(Vers. 9.) *Quin et ipsi in nobis responsum mortis accepimus; ut non essemus filentes in nobis, sed in Deo, qui suscitavit mortuos.* Tanta insolentiam iniquitatis significat insurrexisse contra fidei prædicatores; ut mortem ante oculos haberent; denique erepti de ipsa pressura, resuscitados se dicunt. Sic enim afflictus fuerant, ut desperarent de præsentis vita. Sed quia Deus præsidia sua non negat in necessitate

A positis, maxime suis, eripuit illos desperantes de semet ipsis, fidentes autem de Deo. Nimia enim pressura deficere se profitebantur, nisi adesset Deus.

(Vers. 10, 11.) *Qui de tantis mortibus liberavit nos, et liberat: in quem speravimus, quia et liberabit, accedente pro nobis etiam vestra oratione; ut quod multorum faciebus donum in nos collatum est, per multos in gratiarum actione celebretur pro nobis.* Hoc dicit, quia gratia Dei multorum causa ^f consolata est apostolos, id est, omnium credentium, quorum causa et pressuræ eis ingerebantur: ac per hoc, quia omnium causa est, cuncti Deo gratias referant, cum cessat tentatio: aut cum oritur, simul obsecrentur.

(Vers. 12.) *Gloria enim nostra hæc est testimonium conscientiæ nostræ.* Hoc dicit, quia de conscientia sua præsumebant, quæ pura erat ab omni ^g simulatione; quamobrem de Dei auxiliis non diffidebant. *Quia in simplicitate et sinceritate, non in sapientia carnali, sed in gratia Dei conversati sumus in hoc mundo: abundantius autem apud vos.* Hæc est gloria conscientiæ, quam dixit, simplicitas et sinceritas. Et quia hæc de Dei doctrina sunt, adjecit: *Non in sapientia carnali, sed in gratia Dei;* ut ostenderet non humanæ sapientiæ, sed evangelicæ prædicationi liberam se conscientiam exhibuisse. ^h Præterita refricat; hoc enim significat, quod in prima epistola arguit fucatam prædicationem juxta humanum sensum aptatam (I Cor. ii, 4), ejus prædicatores duplici genere in sapientia carnali accusat; quia et juxta mundi sensum prædicabant, ne facile offenderent homines: et quæstus causa hoc agebant, propriis lucris carnalibus studentes. Unde Apostolus numquam a Corinthiis sumptus voluit accipere; ne his occasionem daret, eo quod similis eis esset in hac re. Hinc est quod dicit: *Abundantius apud vos simpliciter conversati; 172* quia cum ab aliis acceperit, ab his noluit, ⁱ ne arguendi eos auctoritatem amitteret.

(Vers. 13.) *Non enim alia scribimus vobis, quam quæ legistis et cognovistis.* Ea se dicit scribere, quæ non solum litteris cernerent, sed et operibus ejus manifesta haberent; ut probaret ea, quæ loquitur, gestis se implere, quibus uniuscujusque mens et propositum discitur.

(Vers. 14.) *Spero autem quod usque ad finem cognoscetis, sicut et cognovistis non ex parte, quia gloria vestra sumus, sicut et vos nostra, in die Domini nostri Jesu Christi.* Proficere illos sperat, ex eo quod jam cœperant meliores effici, cognito affectu circa se Apostoli, et gloriabantur in eo velut filii ^j in patre

his, qui hæc tam aspera ingerebant, tolerabant pro illis.

^f Codex Corb., collata est apostolis; Vall., consolatus est Apostolus.

^g Ms. Corb., simulatione, fidem integram exhibens Deo in prædicatione; quamobrem de Dei auxiliis, etc.

^h Gill. in marg. et Rom. edit. in corp. cum mss. quibusdam, præterita replicat.

ⁱ Cod. Corb., ne arguentis eos auctoritatem omittent.

^j Duo mss., in patre clarissimo. Minime male.

^a Mss. aliquot, consulens nobis per liberationem.

^b In hisce Pauli versiculis quoties in mss. et antiq. edit. legitur exhortatione, et exhortationem, toties Rom. edit. reposuit, consolatione et consolationem.

^c Pro vobis, subjungit Rom. edit., sive consolationem consequimur pro vestri consolatione et salute, quia, etc.

^d Corb. codex, et compatitur. Causa fidei patiebantur, ut non gravius ferrent, si corriperentur errores illorum. Non enim volumus, etc.

^e Idem cod., quoniam mala salutis illorum causa ab

charissimo. Unde et Apostolus gloriam suam videri testatur in filios obaudientes; et tunc debere videri, quando prodest, id est, in die iudicii Dei. Hoc dicens, perseverandum monet.

(Vers. 15, 16.) *Et hæc fiducia volueram prius venire ad vos, ^a ut secundam gratiam haberetis: et per vos transire in Macedoniam, et iterum a Macedonia venire ad vos, et a vobis deduci in Judæam.* ^b Hæc fiducia ex emendata est vita illorum; jam enim et desiderare illos se significat, quos ante indignum erat videre. Plenam ergo gratiam habuissent de adventu ejus; quia imago est epistola, præsentia autem veritas. Non est itaque otiosum quia voluerat ire, et non iit; intelligi enim vult esse aliquos inter eos, quorum causa voluntatem suam non implevit, ut adhibita opera purificarentur.

(Vers. 17.) *Hoc ergo cogitans, numquid levitate usus sum? aut numquid quæ cogito secundum carnem cogito; ut sit apud me, Est, est, non, non? Quoniam dixit? Volueram venire ad vos, ^c et non iit; idcirco numquid levitate usus sum, inquit, quia videtur, qui dicit aliquid, et non facit, levitate uti? Ideo ne forte istud de Apostolo arbitrarentur, hoc purgat; quia non istud leviter, sed cum consilio fecit, ut non impleret, quod disposuerat. Aut numquid quæ cogito, inquit, secundum carnem cogito? Qui enim secundum carnem cogitat, tunc non implet quæ disponit, quando aut personis amplioribus desert; aut certe lucris aut apparatus vincitur, quod Apostolus semper sprevit. Spiritualis autem tunc dispositum non implet, quando providentius aliquid pro salute animæ meditatur; sicut et Apostolus ideo non implevit quod voluerat, ut per hoc ipsum meliores efficerentur, scientes ideo distulisse eum, quia quidam adhuc inter eos non se purificaverant a peccatis. *Ut sit, inquit, apud me, Est, est; non, non.* Hoc significat, quia non aliud egit, quam scivit agendum; quia utilitas anteponenda est voluntati. Hic sensus spiritualis est: carnalis autem sensus sic mutatur, ^d ut anteponat voluntatem utilitati.*

(Vers. 18.) *Fidelis autem Deus, quia sermo noster apud vos non est. Est et non.* Hoc est quod dicit et ad Galatas: *Si quæ destruxi, hæc eadem ædifico, prævaricatore me constituo (Galat. II, 18).* Ideo ergo fidelem in se dicit Dei prædicationem: ^e nam illud faciunt adulatores. Frequenter enim, ne homines offendant, quæ vera sunt, prætermittunt.

(Vers. 19.) *Dei enim Filius Jesus Christus, qui in vobis est, qui per nos prædicatus est, per me et Silvanum et Timotheum, non fuit, Est et non: sed Est in illo fuit.* Quantum ad idoneos prædicatores pertinet, hoc debet esse, ut sit apud illos, *Est, est, non, non;* ut non aliud faciant, quam sciunt utile. Quia enim frequenter aliud volumus, quam est utile; ne volun-

^a Rom. edit., *ut plenam gratiam haberetis et per vos transire, etc.*

^b Nonnulli mss. *Hæc fiducia emendata est, etc.*

^c Rom. edit., *et non veni; vet. cum mss. aliquot, et non iit; cæteri mss., et non iit.*

^d Duo mss., *ut anteponat voluptatem utilitati.*

^e Codex Vall., *ne hoc faciant adulatores.*

tas vincat utilitatem, ideo Apostolus voluntati suæ utilitatem præposuit, ne iret ad illos. *In Christo enim Jesu non fuit, Est et Non, sed Est in illo fuit;* quia numquam aliud voluit, quam est utile. Semper enim voluntas ejus cum utilitate est: nec immutatus est, ut faceret invitus, sicut homo, quod est utile; aut ut ambigeret de aliquibus, et mutare voluntatem.

(Vers. 20.) *Quotquot enim promissiones Dei sunt, sunt in illo: et per ipsum amen Deo ad gloriam per nos.* Manifestum est quia semper in Deo veritas est, hoc est, amen, manifestata per Christum, post per apostolos prædicata ad gloriam Dei, **173** signorum virtutibus testimonium perhibentibus vera esse, quæ promisit Deus per Christum Dominum nostrum. Gloria enim Dei est, cum ab illo omnia, et per illum ^f et in illo esse dicuntur.

(Vers. 21, 22.) *Qui autem confirmat nos vobiscum, Christus Dominus est; et qui unxit nos, Deus: qui et signavit nos, et dedit pignus Spiritum in cordibus nostris.* Christum dicit confirmare gentes in fidem promissam Judæis; quia ipse est, qui fecit utraque unum (*Ephes. II, 14*), id est, circumcisionem et præputium, in uno novo homine faciens pacem. Dominus ergo confirmat, et Deus qui unxit nos, id est, qui dedit regiam honorificentiam, sicut dicit Petrus apostolus: *Quia sumus, inquit (I Pet. II, 9), genus regale per unctionem spiritalem, cujus typus fuit in regibus Judæorum. Qui et signavit nos, dando Spiritum suum nobis pignus; ut non ambigamus de promissis ejus.* Si enim adhuc mortalibus Spiritum suum credidit, dubium non est quin jam immortalibus addat ad gloriam. Unum tamen opus dicit Patris et Filii; quia et Christum dicit confirmare, et Deum. Quem enim confirmat Filius, confirmat et Pater: et cum dat Spiritum Pater, dat et Filius; quia utriusque est Spiritus Sanctus, sicut dicit ad Romanos: *Si quis autem Spiritum Christi non habet, hic non est ejus (Rom. VIII, 9).* Quoniam ergo de perfectione hominis locutus est, Trinitatis hoc loco fecit mentionem; omnis enim summa perfectionis in Trinitate consistit.

Ego vero testem Deum invoco in animam meam, quod parcens vobis, nondum veni Corinthum. Nunc manifestat qua causa, cum voluisset ire ad illos, distulit; ut tunc iret, quando jam prope omnes emendatos inveniret. His enim nunc loquitur, qui videbantur se velle corrigere, sed operam non dabant, ut hoc impleverent. Quia ergo corripere illos necesse erat, ^g iter suum in alios convertit; ne contristaret multos, et hoc fuit illis parcere. Quod ut mentibus eorum commendet, Deum testem dat; ne putarent se indignos esse, et contemni ab illo: quo comperto, ut præsentiam ejus mererentur, emendarent se.

Non quod dominemur fidei vestræ, sed adjutores

^f Nonnulli mss. atque Amerb. in corp. et Gill. in marg., *esse discuntur.*

^g Vet. edit. ac mss. aliquot, *ad illos convertit;* Rom edit., *ab illis divertit;* mss. vero plurimi, *ad alios convertit.* At infra, ubi omnes edit. ac mss. magno numero, *se indignos esse;* codex Corb. legit, *se dignos esse.*

sumus gaudii vestri; ^a fide enim statis. Quoniam fides non necessitatis, sed voluntatis res est, ideo dicit: *Non quod dominemur fidei vestræ; dominatus enim necessitatis causa est. Sed adjutores sumus*, inquit, *gaudii vestri*; hoc est, quia sicut in malo opere tristitia est, ita et in emendatione gaudium. Hujus gaudii adjutores sumus, inquit; quia volentibus eis emendare se, offerunt commonitiones; ut quod velle cœperant, possint implere.

CAPUT II.

(Vers. 1.) *Decrevi autem hoc apud me, ne iterum in tristitia venirem ad vos*. Apertum est quia ideo noluit ire, ne forte corripiens paucos, multos contristaret, ipse etiam contristatus; compatiuntur enim omnia membra unius mœrori.

(Vers. 2.) *Si enim ego contristo vos, et quis est qui me lætificet, nisi qui contristatur ex me?* Hoc dicit, quia non vult eos contristare: sed quia peccatis studuerant, necesse erat illos contristari, invito Apostolo; ita tamen ut de cætero obaudientes facti, lætificarent eos, qui contristabantur cum eis; ut qui corripiendo contristaverat eos, lætificaretur ex his, dum corriguntur.

(Vers. 3.) *Ideo et scripsi hoc ipsum, ne cum venissem, tristitiam haberem, a quibus oportuerat me gaudere: certum habens, quia meum gaudium omnium vestrum est*. Idcirco dicit hæc se scripsisse, ut postea veniens, non esset unde contristaretur, sublatis vitiis: sed gauderet cum eis, quasi cum charissimis filiis; ut quia ab infidelibus tribulationibus afficiebatur, ab his utique gauderet, qui crediderant. Gaudium enim Apostoli purificatio est populi; ideo enim gaudet, quia vituperatio non est in eis, quos simul oportet gaudere.

(Vers. 4.) *Nam ex multa pressura et angustia cordis scripsi vobis per multas lacrymas, non ut contristemini, sed ut cognoscatis quam charitatem habeam abundantius in vobis*. Manifestum est quia quando hoc affectu quis aliquem ^b corripit, ut plus illo doleat peccatis ejus; non utique ut illum contristet, corripit: sed ut ostendat illi, quo amore diligat eum. Qui enim non hoc affectu corripit, fratrem contristat; insultat enim, qui non condolet fratri.

(Vers. 5.) **174** *Si quis autem contristavit me, non me contristavit, sed ex parte; ut non onerem vos omnes*. Omnes hos quos hic dicit *ex parte*, sancti sunt; dux enim partes in populo sunt, sicut in prima epistola memoravi. Hi ergo *ex parte* sanctorum sunt, quos ^d contristatos in errore fratris significat, sicut et semetipsum. Hoc autem dicens, oneravit peccantem, vel eum qui peccaverat. Plus enim fit reus, in cuius delicto multi tribulantur: ac per hoc inquit:

(Vers. 6, 7.) *Satis est ei qui talis est, objurgatio hæc, quæ fit a pluribus*. Magnum dolorem utique patietur, qui delictum suum videt pluribus horrere. *Ita ut e contra magis donetis, et consolemini; ne quomodo abundan-*

tiori tristitia absorbeatur, qui ejusmodi est. ^c Afflicto homini peccati proprii causâ subvenire præcipit; quia pœnitentia, si de vero animo est, hoc est, si correptus statim in animo doleat, protinus, habet fructum. Denique in Regnorum libro habetur, quia Achab, cum arguisset eum propheta, commotus animo statim meruit veniam (III Reg. 11, 20). Et David in causa Uriæ Hethæi correptus quia cognovit se peccasse, delictum ejus deletum est (II Reg. 11, 13). Ita et Apostolus illum, qui incestum commiserat, habens uxorem patris, objurgatum et abjectum, dolentem revocari jubet; ne diu videns se contristatum sperni, desperans de se, daret animum ad mundum fruendum, quasi qui locum apud Deum jam non haberet. Hoc est enim majori tristitia absorberi, desperantem de se converti ad admitenda peccata, quibus gravatus absorbeatnr a secunda morte. Hæc enim vera pœnitentia est jam cessare a peccato; sic enim probat dolere se sibi, si de cætero desinat.

(Vers. 8, 9.) *Propter quod obsecro vos, ut confirmetis in illum charitatem: nam ad hoc scripsi, ut probarem an in omnibus obedientes sitis*. Quantum datur intelligi; obedientes hos factos in cæteris probat; emendaverant enim quæ ad ordinem ecclesiasticum pertinent. Unde etiam in hoc vult illos esse obedientes, ut confirmet fratrem in charitate, suscipientes eum in communionem.

(Vers. 10.) *Si cui autem quid donastis, et ego*. Manifestum est quia quod jubet fieri, ipse facit: nec potest hoc abnuere, quod etiam obsecrans ut fiat, scribit; cum haberet potestatem jubendi. Sed in prima epistola grave ejus delulit crimen, ^d ut horrerent illum omnes: nunc cum recipi illum vult, orat ne adhuc exulcerato animo adversus illum, durum illis esset habere cum illo communionem Ecclesiæ. Neque enim tanta in eis erat, quanta in Apostolo providentia; ut statim intelligerent faciendum esse, quod dicebat Apostolus in causa hujus dumtaxat: ideo obsecrat ut dimittant illi, significans Deum illi ignovisse; quia nihil sine Dei Spiritu agebat Apostolus. *Etenim ego quod donavi, si quid donavi, propter vos donavi in persona Christi*. Hoc dicto gravat illos; quia si magister petentibus discipulis donavit, cui voluerunt, peccatum; quanto magis obaudire debent discipuli magistro? Et ut ratum ei, cui donavit, ostenderet apud Deum, ait in persona Christi se donasse, quod donavit: hoc est, accepto tulisse Christum, cujus legationeungebatur; ut factum Apostoli, factum sit Christi, sicut dixit: *Quæcumque solveritis super terram, erunt soluta et in cælo* (Matth. xviii, 18). Si ergo huic pro quo petierunt per Apostolum Christus ignovit, ^e quanto magis huic jam ignotum erat, cui ut donent ipse etiam hortatur?

(Vers. 11.) *Ne possideamur a satana; non enim*

^a Ms. Corb., *fide enim statis. Sed voluntate Deo resisti dicit, non quod dominemur*, etc. Est etiam hic lacuna in codice Carn. ...

^b Cod. Corb., *corripit, ostendit illi quo amore diligat eum. Qui enim, etc.*

^c Mss. aliquot, *afflicto omni proprii peccati causa.*

^d Codex Laud., *ut horrerent illum.*

^e Ms. Corb., *quanto magis huic, pro quo petierat Apostolus, cui ut donent, etc.*

Ignoramus astutias ejus. Hoc dicit quod supra memoravi, quia consolatio debet subsequi fratrem delictum sententem; ne diu contristatus, et contemptus a charitate Ecclesie, incipiat desperare de se, et videns qui semper in insidiis est subtilis diabolus, mentem ejus a vilem effectam, accedat, et suggerat ei; ut vel presentibus fruatur, qui de spe futuri premii dejectus est; et pereat frater possessus a diabolo, cui ad hoc poenitentia data erat, ut conversus reformaret se, sicut dicit Ezechiel propheta: *Nolo mortem morientis, quantum ut revertatur, et vivat* (Ezech. xviii, 23). Et iterum: *Convertatur, inquit, et replantabo illos* (Ibid., 6).

(Vers. 12, 13.) *Cum autem venissem Troadem propter Evangelium Christi, et ostium mihi apertum esset in Domino, non habui requiem spiritui meo, eo quod non invenerim Titum fratrem meum: sed vale illis facto, profectus sum in Macedoniam.* Troadem se perrexisse significat ad predicandum eis Evangelium Christi, et cum coepisset predicare, fuisse qui cape-**175** rent verbum fidei: sed quia solatium Titi defuit, intolerabilis erat labor perstrepentium causa. Quamvis enim quidam eorum aperuerant corda sua ad recipiendum sermonem Dei; tamen impudentia infidelium non minima existebat, insurgens in Apostolum zelo credentium: et hæc duo ab uno impleri non poterant, nempe et fideles instruere, et incredulis repugnare. Ideoque, vale illis facto, qui susceperant eum, profectus est in Macedoniam.

(Vers. 14.) *Deo autem gratias, qui semper triumphat per nos in Christo Jesu.* Hoc est Deum per apostolos triumphare in Christo, victores illos facere in fide Christi; ut calcata perfidia, trophæum habeat fides, dum ex perfidis fiunt fideles, et malevoli non proficiunt in prosequendo credentes.

(Vers. 15.) *Et odorem notitiæ suæ manifestare per nos in omni loco; quia Christi bonus odor sumus Deo in his, qui salvi fiunt, et in his qui pereunt.* Odor notitiæ Dei in Christo, et per Christum est. Odorem autem idecirco dixit, quia sicut quædam res, quæ cum non videantur, per odorem tamen cognoscuntur, et intelligis in loco aliquo esse, quod non vides: Ita et Deus, quia invisibilis est, per Christum se voluit intelligi; ut prædicatio Christi (quæ utique invisibiliter, sicut ad nares odor, ita ad aures pervenit) Deum Patrem^c insinuaret creatorem, et Filium ejus unigenitum. Cujus rei legatione fungentes apostoli (sicut dicit Dominus ad Deum, Filius ad Patrem: *Sicut misisti in hunc mundum, ita et ego eos mitto in hunc mundum*) (Joan. xvii, 18) odorem notitiæ Dei et Christi per signa et prodigia manifestarent. Vera hæc esse de Deo et Christo prædicatio virtutis testimonio probatur: quæ ideo in odore signifiata est,

quia cum Deus non videatur, per hanc quæ invisibiliter operatur, in apostolis esse intelligitur, ut veritas doctrinæ manifestetur. Qui ergo recte asserit Christum, bonus odor est Deo, laude dignus in eo qui credit, nec vituperabilis in illo qui non credit: qui vero non recte asserit Christum, malus odor est Deo, tam in his qui fidi sunt, quam in illis qui diffidunt; pro utrisque enim reus erit. Qui enim diffidit, idecirco videtur non credere; quia perversum est, quod audit: et qui credit, male credit. Apostolus ergo rationem Legis locutus est, ut sicut in Lege qui hostias bono voto offerebat, bonus odor erat Deo et acceptabilis: ita et nunc prædicationis virtus doctrinæ odorem præstat flagrantem Deo. Quam ob causam auxiliis suis^d tutos præstabat Deus apostolos, ut verba cognitionis ejus infunderent patentibus auribus, sive Judæis, sive gentilibus, addito his sacramento nativitatis Domini Jesu secundum voluntatem Dei et Patris ejus in unitate fidei salutaris ad salutem credentium, et perditionem diffidentium.

(Vers. 16.) *Aliis quidem sumus odor mortis in mortem.* Hoc dicit, quia incredulis prædicatio crucis Christi odor mortis est; audientes enim verbum Dei, sic accipiunt quasi pestem, ex qua oritur mors: et necesse est ut juxta fidem illorum fiat eis. *Aliis autem odor vitæ ad vitam.* Verum est, quia^e filis sermo auditus Dei nuntius est salutis æternæ, et secundum fidem illorum continget eis. Sive ergo in his, qui pereunt, sive in his, qui salvi fiunt, Christi bonus odor Deo erant apostoli; quia sinceriter et sine adulatione prædicabant. Qui enim non credebant; ipsi sibi laqueum circumdabant, his liberis, sicut dicit Dominus ad Ezechielem prophetam: *Tu prædica, si te audierint, lucraberis animas eorum: sin quominus, ipsi sibi viderint; tu tamen liber eris a perditione eorum* (Ezech. iii, 19).

(Vers. 17.) *Et ad hæc quis idoneus? Non enim sumus sicut plurimi adulterantes verbum Dei: sed ex sinceritate, sicut ex Deo eorum Deo in Christo loquimur.* Pseudoapostolos tangit hic versus, qui corrupta doctrina, verba Dei per malam interpretationem adulterabant, et tollentes divinum sensum, ponebant humanum. Ex quibus quidam zelum habentes traditionis Judaicæ, nec de Christo bene docebant, ideo minus idoneos hos dicit: apostolos autem sinceriter prædicasse, sicut ex Deo datum est, ante Deum, id est, quomodo Deus dedit, ipso teste, in Christo loquebantur, non suam quærentes gloriam, sed Dei. Hoc est in Christo loqui ejus honorem et potentiam prædicare.

176 CAPUT III.

(Vers. 1.) *Inclipimus iterum nosmetipsos commendare.* Quoniam pseudoapostolos notat, f prava eorum commenta designans, se autem verum prædicatorem tes-

^a Idem ms. Corb., *vili affectu accenderet, et suggereret, etc.*

^b Mss. nonnulli, *tamen imprudentia infidelium.*

^c Vet. edit. et cod. Corb., *insinuaret creaturæ.*

^d Codex Laud., *totus præstabat Deus apostolis, ut verbo, etc.*

^e Edit. quædam Paris. cum uno aut altero mss., *quia fidelis sermo*; mss. nonnulli, *quia fides sermo*: reliqui mss. et edit. melius, *quia fides, etc.*

^f Corb. cod., *Prava eorum mandata, quibus pseudoapostolos notat, designans.*

tatur; videtur iterum commendare se, sicut in prima epistola. Et ne hoc versutia aliqua terrestris lucrifera gratia facere videretur, adjecit: *Numquid indigemus, sicut quidam, commendatitiis epistolis ad vos, aut ex vobis.* Hoc dicens, suum sensum purgat, et adhuc pseudoapostolos notat, quos proprii honoris et quaestus causa circuire Ecclesias probat, ad auferendam, non ad tribuendam salutem. Ex his erant quibus dicit Dominus: *Comeditis domos viduarum et pupillarum oratione longa orantes, propterea accipietis majus iudicium* (Matth. xiii, 14). Hi enim et res eorum, et animas invadebant: Apostolus autem nec res eorum tangebatur, et veritate doctrinae animas eorum salvabat. Non ergo carnaliter sed spiritualiter se commendabat ad profectum salutis illorum, et ut de illo hoc crederent, quod erat; quia qui de bono male sentit, peccat: ac per hoc commendatio hae isis magis proficit.

(Vers. 2.) *Epistola nostra vos estis, scripta in cordibus nostris.* Epistola Apostoli salutis indicium est. Recte ergo ait quod salus Corinthiorum in corde erat Apostoli, et eorum qui cum illo erant; semper enim de salute eorum cogitabant. Cum ergo in corde sint Apostoli, et eorum qui cum ipso erant, epistola sunt scripta in cordibus eorum; quia qui semper alicujus memor est, scriptus est in animo ejus.

(Vers. 3.) *Quae cognoscitur et legitur ab omnibus hominibus: manifestata quia estis epistola Christi, ministrata a nobis.* Apertum est quia cum dicuntur christiani, epistola Christi sunt, indicantes salutem, quam dedit Deus in Christo omnibus hominibus, scribentibus apostolis; dum enim docent, scribunt. *Scripta non atramento, sed Spiritu Dei vivi.* Quoniam quae promissa sunt aeterna sunt; idcirco Dei Spiritu scripta dicuntur, qui semper est: temporalia autem atramento, quod obsolescit et perdit memoriam. *Non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus.* Nunc legem veterem pulsatur, quae primum data in lapideis tabulis abolita est, fractis tabulis sub monte a Moyse. Nova autem lex in animo scribitur (Exod. xxxii, 19), hoc est in corde, non per calamum, sed per Spiritum; quia fides aeterna res est, ab Spiritu scribitur, ut maneat: vetera autem praecipua, deficiente mundo, cessabunt. Quomodo ergo differt lex a lege; ita differunt dispensatores illius legis a dispensatoribus legis fidei.

(Vers. 4.) *Fiduciam autem talem habemus per Christum ad Deum.* Quanta dignitas sit in apostolis, manifestat cum dicit: *Fiduciam autem talem habemus ad Deum per Christum.* Ut ostendat veteres non hanc habuisse fiduciam ad Deum; quia minor fuit administratio.

(Vers. 5, 6.) *Non quod sufficientes simus aestimare aliquid a nobis, tanquam a nobis sit: sed sufficientia nostra ex Deo est, qui et idoneos nos fecit ministros novi Testamenti, non littera, sed spiritu. Littera enim occidit, spiritus autem vivificat.* Quamvis praeferat apostolicam dignitatem, in Dei tamen laudem prorumpit,

non istud meritis humanis ascribens, sed ejus gratiae, qui dignatus est pro vita humana salutarem praedicationem ordinare, quae quos lex vetus reos tenebat, salvaret. data remissione peccatorum per Jesum Christum Dominum nostrum. Litterae enim ad hoc datae sunt Moysi, ut contemntes Legem occideret secundum jus naturae. Spiritus autem, id est, lex fidei quae non scribitur, sed animo continetur, vivificat reos mortis; convertentes tamen se, ut justificati, de caetero non peccent. Recte ergo data fuerat Lex, ut timor esset peccandi: sed quia fragile est genus humanum, misericordia Dei data est in praedicatione apostolis ut donatis peccatis, evaderent mortem credentes in Christo. Haec est praedictio novi Testamenti, quod promiserat Deus per prophetas.

(Vers. 7, 8.) *Quod si administratio mortis litteris formata in lapidibus, fuit in gloria; ita ut non possent intueri filii Israel in faciem Moysi, propter gloriam vultus ejus, quae evacuatur: quomodo non magis administratio Spiritus erit in gloria?* Manifestum est majorem esse gratiam legis fidei, quam legis Moysi, quamvis enim ad hoc data sit lex Moysi, ut prodesset: contempta tamen, facta est lex mortis. Ergo quia peccatoribus providere non potuit, venit lex fidei, quae hos salvaret, non solum ignoscens, sed et justificans eos. Multum ergo interest inter legem et legem; tunc enim maculati peccato in vultum Moysi, descendentes de monte cum lege accepta in tabulis, intueri non poterant; quia gloriosa facta erat facies ejus ne a peccatoribus posset aspici, qui digni erant morte (Exod. xxxiv, 30). Quae nunc gloria evacuatur per legem Spiritus, cum accepta remissione peccatorum facti justis, digni sunt aspicere et possunt gloriam Dei, sicut viderunt in monte Petrus et Joannes, et Jacobus gloriam Christi (Matth. xvii, 2).

(Vers. 9.) *Si enim in administratione damnationis est gloria, multo magis abundabit administratio justitiae in gloria.* Hoc dicit, quia amplius est donum justitiae Dei per fidem Christi, quam legis veteris; quia magis gloria in salute est, quam in morte: quamvis juste damnet, tamen ad laudem proficit magis, si indulget; ut possit reus corrigere se.

(Vers. 10.) *Nec enim gloriosum factum est id, quod glorificatum est in hac parte, propter excellentem gloriam.* Manifestum est non esse factum gloriosum, quod visum est in vultu Moysi gloriosum (Exod. xxiv, 29). Quando enim nulli profuit gloria vultus ejus, sed magis obfuit, non habuit fructum gloriae, licet non suo vitio, sed peccanilum; tamen in hac parte gloria non est. Illa autem est magis gloria, quae abundat in gratia; ut purificati homines dono Dei, abstersa caligine, possint videre gloriam Christi.

(Vers. 11.) *Si enim quod evacuatur, fuit in gloria, multo magis quod permanet, in gloria est.* Non negat gloriam fuisse in lege, vel in vultu Moysi, sed non permansit; quia futura erat in Moyse, non veritas. Ideo adveniente Salvatore, cessavit figura; quia ap-

^a Ut de illa hoc crederent... magis proficit, desunt in cod. Corb.

^b Ms. Corb., majorem esse gloriam.

^c Rom. edit., quod claruit in hac parte.

paruit veritas manens semper ; ut quantum interest inter imaginem et veritatem, tantum intersit inter gloriam vultus Moysi, et gloriam Christi. Ideo supra dixit : *Propter excellentem gloriam*. Illa enim tanta erat gloria, quanta debuit credi servo : hæc vero tanta, quanta est genitoris ejus ; quia *Dominus Jesus Christus in gloria est Dei Patris* (Philip. II, 11). ^a Sicut enim vespere stellæ gloriosæ sunt, oriente autem sole evacuatur earum claritas ; ita et Moysi gloria evacuatur, apparente gloria Christi.

(Vers. 12.) *Habentes igitur talem spem, multa fiducia utamur*. Spem habere nos dicit videndi gloriam, non talem qualis fuit in vultu Moysi : sed eam quam viderunt tres apostoli in monte, revelante se Domino (Matth. XVII, 2). Hinc igitur conjicere debemus, quantum nobis contulerit divina clementia, quantumque nos superioris gratiæ dono ditare dignata est, quam dederat Judæis. Judæi enim, cum minor esset gloria vultus Moysi, eam speculari non poterant : nos vero non Moysi gloriam, quæ inferior est, sed excellentem Salvatoris gloriam visuros nos credimus. Judæi ergo servi gloriam non meruerunt videre : nos autem Domini communis gloriam sumus visuri. Ideoque et nos vicem reddere, in quantum possumus, debemus benevolentæ Dei ; ut propensiores simus in ejus amore, qui nobis fiduciam dedit, abluens nos a peccatis, videndi gloriam Dei. Nunc itaque opus est, ut crescat in nobis fiducia bonis actibus parata ; tantum enim videbimus, quantum credimus.

(Vers. 13.) *Et non sicut Moyses ponebat velamen super faciem suam, ne intuerentur filii Israel in faciem ejus, quod evacuatur*. Quoniam digni facti sumus per gratiam Dei videre gloriam Christi ; idcirco ait : *Et non sicut Moyses ponebat velamen super faciem suam, ne intuerentur filii Israel* (Exod. XXXIV, 33). Ideo ponebat velamen, quoniam splendorem vultus ejus ferre non poterant, causa peccati, quo sublato, potestas datur videndi gloriam Dei usque ad finem ejus ; quia tamdiu non revelatur, quamdiu relicta lege, convertantur ad gratiam fidei, et sic evacuatur. Accedente enim dignitate per fidem, evacuatur indignitas.

(Vers. 14.) *Sed obtusi sunt sensus eorum usque in hodiernum diem*. Tamdiu obtusos dicit, quamdiu non credunt. Quæ obtusio infidelitatis causa obvenit ; ideo conversis ad fidem acuitur acies mentis, ut videant divini luminis splendorem.

^b *Hoc ipsum velamen in lectione veteris Testamenti manet, dum non revelatur ; quia in Christo evacuatur*. Obtusio, ait, hæc in lectione Exodi manet, quamdiu credant. Non enim revelatur, nisi credant ; in Christo enim evacuatur, hoc est per fidem Christi aufertur velamen ; amoto enim delicto, incipient videre quod, obstante peccato, videre non poterant.

^a Cod. Corb., *Sicut enim per noctem... apparente Christo in gloria*.

^b Rom. edit. sola, *Hæc ipsa obtusio in lectione, etc.*

A 178 (Vers. 15.) *Sed usque in hodiernum diem, cum legitur Moyses* (Exod. XXXIV, 33), *velamen est positum supra cor eorum*. Manifestum est, quia cum legitur hæc pars Legis, sententia illorum recitatur, qui sunt sub Lege.

(Vers. 16.) *Cum autem conversus fuerit ad Dominum, auferetur velamen*. Converti ad Dominum, hoc est, credere in Christum ; ut agnoscens Dominum, veniam mereatur accipere. Hoc est auferri velamen, sententiam evacuari, qua tenebatur reus sub Lege.

(Vers. 17.) *Dominus autem spiritus est. Ubi autem Spiritus Domini, ibi libertas*. Quoniam Deus Spiritus est, per Christum legem dedit Spiritus : non litteris utique scriptam, sed per fidem anfractis intimatam ; non quæ visibilia doceat, sed invisibilia credi suadeat ; quæ animus spiritaliter colligat, non quæ oculus cernat. Hæc lex dat libertatem, solam fidem poscens ; ut quia quæ non videt, credit, de conditione erui mereatur.

(Vers. 18.) *Nos itaque omnes, revelata facie gloriam Domini speculantes, ad eandem imaginem formamur a gloria in gloriam, sicut a Domini Spiritu*. Nos dicit omnes, qui libertatem sumus consecuti dono gratiæ Dei, gloriam Domini per fidem speculantes, ad eandem imaginem transformari, quam speramus : id est, ut similes inveniamur, transacta hac vita, imagini gloriæ Christi, sicut dicit Joannes apostolus : *Scimus, inquit, quia cum apparuerit, similes ei erimus* (I Joan. III, 2).

A gloria in gloriam, sicut a Domini Spiritu ; id est, ^C sublatis beneficio Dei a gloria Moysi, quam reatus causa cernere nequibamus, transformamur ad gloriam, quam credimus dari nobis a Domini Spiritu. Tantum enim dabitur gloriæ, quantum dignum est dare Deum per Spiritum suum ; ideo enim dixit : *Sicut a Domini Spiritu* ; ut ostenderet talem gloriam dari, quæ sublimitati congruat dantis. Moysi enim gloria nec tanta fuit, nec perennis ; pro modo enim Legis et gloriam accepit ; ita et pro modo legis fidei, in qua Spiritus Dei est, dabitur gloria credentibus. Tantum enim concessit Deus fidelibus, ut Spiritum suum det eis, ^e pignus illius gloriæ, quam promisit.

CAPUT IV.

(Vers. 1.) *Quare habentes hanc administrationem, prout misericordiam consecuti sumus, non deficiamus*. Tantam spem dicit habere administrationis hujus, ut non deficiat in pressuris, confortatus fide promissionum. Unde superius dixit : *Multa fiducia utamur* (II Cor. III, 12) ; fidentes enim in his, quæ promissa sunt, quidquid adversum occiderit, tolerant. Quod non humanis meritis deputat, sed misericordiæ Dei, quæ hominem primo abluit, deinde justificat, adoptans Filium Deo ; ut donet eum gloria simili gloriæ Filii proprii Dei.

^e Eadem Rom. edit., *ad eandem imaginem transformamur*.

^d Nonnulli mss., *sublato beneficio Dei gloriæ Moysi*.

^e Mss. aliquot, *pignus illius gratiæ*.

(Vers. 2.) *Sed renuntiamus occultis dedecoris.* Ut illius gloriæ dignus sit homo, omnia turpia et polluta, quæ fieri et cogitari possunt, amovenda docet; ut non solum de opere, sed et de cogitatione pellantur. Invitantis verba sunt; sub sua enim et suorum persona ad meliorem vitam hortatur, propter supradicta vitia, quæ in his sæpe reprehendit. Possunt et hæc occulta dedecoris esse, quæ pravo sensu ad prædicandum meditantur ut fallant; unde subjecit: *Non ambulantes in astutia, neque adulterantes verbum Dei.* Ad dedecus enim et deformationem ejus proficit, qui subdola mente confingit doctrinam ad decipiendum corda simplicium; turpis enim invenietur in die judicii Dei. Nam astutia malæ mentis, ut id quod sibi libitum est, expleat, verba Dei adulterat, ut sensum invertat. Adulterare est autem verum sensum per falsum velle excludere. *Sed in manifestatione veritatis commendantes nosmetipsos ad omnem conscientiam hominum coram Deo.* Hoc dicit, quia in prædicatione evangelica nulli se fecit suspectum, addens amplius, cum dicit: *Coram Deo*; ut hoc ipsum non solum hominibus manifestum probet; sed etiam Deo, cui nihil occultum est. Testimonium ergo Dei implorat, ut vel sibi credatur, quia ita prædicat, sicut datum est ab Auctore: et Deus hoc modo testis est, dum dat signa et prodigia fieri per manus ejus.

(Vers. 3.) *Sed et si adhuc opertum est Evangelium nostrum, in his qui pereunt.* Verum est, quia increduli non vident, perfidia obcæcante, splendorem virtutis Dei; velamen enim est supra cor eorum, et obtusio infidelitatis, in Judæis maxime.

(Vers. 4.) *In quibus Deus sæculi hujus obcæcavit sensus infidelium; 179 ut non pervideant lumen Evangelii majestatis Christi, qui est imago Dei.* Deum dicit sæcularium hominum, quia malevoli sunt erga fidem Christi sensus obcæcare, ne videant veritatem Evangelii majestatis Christi. Hoc ergo illis præstat, quod volunt. Quia enim malevoli sunt homines, et intelligentes verum, dicunt esse falsum, in eo ipso adjurantur; ne possint credere, quod nolunt. Christum autem, cum sit imago Dei, corporeum tantum asserunt: et relinquentes gesta ejus, solius carnis faciunt mentionem, de quibus dixit Esaias: *Obcæcavit oculos eorum, ne videant; et aures, ne audiant usque in hodiernum diem (Esai. vi, 10).*

(Vers. 5.) *Nec enim nos ipsos prædicamus, sed Christum Jesum Dominum nostrum.* Hoc est, non nostram gloriam annuntiamus, ne quis nos dicat propter nos ipsos evangelizare; ut nobis proficiat forte ad tempus: sed Jesum Dominum nostrum annuntiamus, subjicientes nos virtuti majestatique ejus. Quando ergo nullum gravamus, nullum concutimus, et Christum

Dominum nostrum fatemur; quid est ut elati judicemur quasi pro nostra propria utilitate prædicare, ut gloriosi appareamus? *Nos autem servos vestros propter Jesum.* In tantum se servum Christi esse probat, ut jubente ipso, ministrum se horum in prædicatione testetur; ut pro utilitate horum subjecti sint in ministerio Evangelii. Servos ergo dicens, ministros significat: sed ut humiliter loqueretur, sic dixit; ut vere ostenderet non ad suam gloriam se prædicare Evangelium; sed ad claritatem Domini nostri, cui obedit, cui servit, sicut et ipse Dominus ait: *Ego sum in medio vestrum non ut ministrer, sed ut ministrem (Luc. xxii, 27)*; non merito horum quibus ministrat, sed propter imperium Domini.

(Vers. 6.) *Quia Deus qui dixit de tenebris lumen fulgere, illuxit in cordibus nostris ad illuminationem cognitionis gloriæ Dei in facie Christi Jesu.* Hoc dicit, quia misericordia Dei factum est, ut nos, inquit, qui fuimus incredibiles in ignorantia, hoc est, in tenebris, per nos daret Deus lumen cæteris gentibus. Quantum se adhuc humiliat, ut Dei solius et Christi gloriam præferat? Illuminatur enim, ut cognitionem habeant gloriæ Dei per Christum. Ideo gloriæ Dei ait cognitionem, id est, non Dei solius, sed et Christi, qui est gloria ejus; ut significaret non solum Deum cognosci, sed et opera ejus et misericordiam et providentiam, qua condidit et salvavit genus humanum, visus in Christo per gloriam virtutis suæ.

(Vers. 7.) *Habentes autem thesaurum hunc in vasis fictilibus; ut excellentia sit virtutis Dei, et non ex nobis.* Thesaurum sacramentum significavit Dei in Christo, quod credentibus manifestatur, incredulis vero quodam tectum est velamine; quia sicut thesaurus in occulto ponitur, ita et sacramentum Dei intra hominem, id est, in corde humano absconditur. Hunc ergo thesaurum in animo et corpore dicit esse a Deo datum, ut eminentia virtutis ejus appareat per homines prædicatores dumtaxat; ut reconcilietur omnis lingua Creatori suo, non ad honorificentiam hominum, sed Dei, qui se manifestat per homines: qui cum humiles et imperiti essent, acceperunt potestatem a Deo et loquendi magna, et agendi. Fictilia ergo vasa dicens, infirmitatem naturæ humanæ significat, quæ nihil potest, nisi a Deo acciperet virtutem, et ad laudem suam Deus per hæc se prædicet, quæ infirma sunt; ut gloria illi detur, non homini, qui ex luto fictus est.

(Vers. 8.) *In omnibus pressuram passi, sed non coangustati.* Nunc ostendit propter quod idonei erant prædicatores; quia semper illis in necessitate adfuit Deus. *Ideo pressuram, ait, passi, sed non coangustati*: hoc est, non permisit Deus tantum nos op-

^a Rom. edit., quæ in his epistolis.

^b Cod. Corb., nullum efficit suspectum.

^c Mss. aliquot, ut vel ipsi credatur.

^d Cod. Vall. solus, obcæcavit erga fidem Christi sensus infidelium. Et cum mss. quibusdam, lumen gloriæ Christi.

^e Mss. frequentissimi, quod volunt; rectius tamen alii, et edit., quod nolunt.

^f Corb. Codex, sed per charitatem Christi.

^g Rom. edit., qui fuimus increduli.... Humiliatur enim ut cognitionem habeant, etc.

^h Eadem edit. Rom., Habemus autem thesaurum... ut eminentia sit... Thesaurum sacramentum, etc.

ⁱ Cod. Corb., Fictilia ergo vasa infirmitatem naturæ humanæ significant, quia nihil potest aliquid, etc.

primi, ut crederemus. *Inopiam passi, sed non destituti:* A futuri erunt qui credunt; quia sicut in Adam omnes id est, in inopia positus adluit pastor Deus. *moriuntur, ita et in Christo omnes vivificabuntur.* Adam enim forma mortis est, causa peccati: Christus vero forma vitæ propter justitiam; quia peccatum non fecit, nec dolus inventus est in ore ejus. Et quoniam participes hos communis fidei dixit, *resuscitados*, inquit, *constituet vobiscum*; ut unius fidei in una sint domo pacis. Cum enim intelligunt quia pro ipsi patiuntur exitia, et isti solliciti sunt de passionibus horum velut compatiens, simul et participes erunt in vita promissa; ut simul contristati, simul gaudeant. Propter illos sic loquitur, qui resurrectionem negabant, quos et in prima epistola exprimat.

(Vers. 9.) *Persecutionem passi, sed non derelicti.* Verum est, ^a quia consulebat eis Deus; ne satis sibi facerent de his inimici. *Dejecti, sed non perimus*: id est, verberibus prostrati, sed obstante Deo non mortificati; sive enim clausi, sive vinculati, adjutorio Dei manus hostium evadabant. Denique Paulus et Silas cum essent clausi, jam cæsi, et pedes eorum jam essent in nervo conclusi; alacres hymnum canebant Deo, fortiores iis facti, qui non erant cæsi.

(Vers. 10.) *Semper mortem Domini Jesu in corpore nostro circumferentes; 180 ut et vita Jesu in corpore nostro manifestetur.* Dubium non est, quia in martyribus Christus occiditur, et in iis qui pro fide ^b patiuntur aut exitus, aut vincula, aut verbera Christi passiones sunt; ut et vita ejus in corpore eorum palam fiat. Passiones enim sunt, quæ ostendunt meritum ad futuram vitam, quam promisit Christus. Unde alio loco dicit: *Cum infirmior, tunc potens sum* (II Cor. xii, 10). Et iterum: *Per tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei* (Act. xiv, 21).

(Vers. 11.) ^c *Si ergo nos qui vivimus, in mortem tradimur propter Jesum; ut et vita Jesu palam fiat in hac mortali carne nostra.* Apertum est quod dicit, quia ideo in mortem tradi propter Jesum, inquit, non recusamus, cum possimus vivere; ut vita qua resurrexit a mortuis Christus, huic mortali carni nostræ præstetur, hoc est, non timere mori propter resurrectionem promissam.

(Vers. 12.) *Itaque mors quidem in nobis operatur, C vita vero in vobis.* Hoc dicit, quia pro salute eorum morti subiciebantur; gentibus enim prædicantes, inimicitias sibi excitabant tam a Judæis, quam gentilibus, usque ad mortem.

(Vers. 13.) *Habentes autem eundem spiritum fidei:* hoc est, communem ^d spiritum, per quem firmatur fides, habemus vobiscum. Ideo enim pro ipsis tanta patiebatur mala, ut invicem sibi copularentur in fide. *Secundum quod scriptum est: Credidi, propter quod locutus sum; et nos credimus, propter quod et loquimur* (Ps. cxv, 1). Exemplum ideo dedit de psalmo centesimo decimo quinto, ut ostenderet ideo se promptum esse ad omnia toleranda, quia credit futuram resurrectionem. Securus ergo de futura vita, præsentis vitæ non habet curam; ^e quippe cum hoc credatur, ut tunc illa beata vita speretur, si hæc contemnatur. Securus ergo quia quod credidit, verum est, audet hoc prædicare, ut cæteros spei suæ participes faciat. *Scientes quod qui suscitavit Dominum Jesum, ^f et nos cum Jesu suscitabit et constituet vobiscum.* Hac spe dicit laborari propter fidem, quia exemplum præcedit resurrectionis Domini Jesu, quid

(Vers. 14, 15.) *Omnium enim propter vos, ^g et ut gratia abundans, per multorum gratiarum actionem abundet ad gloriam Dei.* A munere suo Deus nullum voluit esse alienum: et quia non omnes capiunt verbum fidei, Apostolus Dei voluntatem sciens, persecutiones et pericula pati non timuit, dummodo omnibus fideliter prædicaret, ut plures possent credere; ut abundans donum Dei non per paucorum gratiarum actionem minueretur ad contumeliam Dei, sed multis proficiens afflueret per multorum gratiarum actionem ad gloriam Dei. Quanto ergo hic dignus honore est, qui animam suam semper morti subiecit; ne donum Dei longe aliter proficeret, quam datum est? Numquid non magnam contumelia ejus est, qui cœnam faciens opulentam, ac multos invitans, paucos habet in summa?

(Vers. 16.) *Quapropter non deficiamus.* Manifestum est hæc ad superiorem sensum pertinere; ut enim devotionem suam adhuc propensiolem in Dei rebus ostendat, hæc subiecit, quibus nullo genere deficere se probat quominus id quod Deo placitum est, impleatur; securus tamen de resurrectione promissa. ^h *Et licet si exterior homo noster corrumpitur; sed interior renovatur de die in diem.* Pressuris, plagis, fame, siti, frigore, nuditate caro corrumpitur, sed anima spe futuri præmii renovatur; quia assiduis tribulationibus purgatur. Proficit enim in pressura, non interit, ita ut accedentibus tentationibus quotidie acquirat ad meritum; quia et corpori corrupto ⁱ **181** hæc proficit ad immortalitatem merito animæ.

(Vers. 17.) *Id enim quod in præsentem est momentaneum D et leve pressuræ nostræ, supra modum in sublimitate æternam gloriæ pondus operatur in nobis.* Præsentis temporis tribulationes, quæ causa fidei ingeruntur momentaneas et leves dicit, quia sunt temporales; supra modum tamen in sublimitate æternam gloriæ pondus operari patientibus. Partis enim laboribus magna redditur merces, et pro levi tribulatione supra modum sublimitas gloriæ pensabitur perpetuæ.

mus vobiscum.

^e Vet. edit. ac mss. aliquot, *præsentem vitam non habet earum.*

^f Rom. edit., *et nos per Jesum suscitabit.*

^g Eadem Rom. edit., *ut donum abundans.*

^h Rom. edit., *Et licet qui foris est homo noster corrumpatur, interior tamen, etc.*

^a Idem cod. Corb., *Consolabatur eos Deus.*

^b Rom. edit., *Patiuntur aut exsilia*; reliquæ ac mss., *patiuntur aut exitus*, id est, obitus cædes, etc.

^c Eadem Rom. edit., *Semper enim nos qui vivimus.* Et infra, hoc est, non timeamus mori.

^d Cod. Laud., *Spiritum quem firma fide habe-*

(Vers. 18.) *Non contemptantibus quæ videntur; sed quæ non videntur; quæ enim videntur, temporalia sunt: quæ vero non cernuntur, æterna sunt.* Desiderium cœlestium et spiritualium habentes, hæc præsentia et terrena spernere profitetur; quia ad comparationem spiritualium hæc nulla sunt. Sic enim sunt hæc ad superna, quomodo figura ad veritatem: figura deperit, veritas manet; ac per hoc exire de isto sæculo non metuunt justi, sed gaudent.

CAPUT V.

(Vers. 1.) *Scimus autem quia si terrestris domus nostra hujus habitationis dissolvatur, quia ædificationem ex Deo habemus, domum non manufactam, æternam in cœlis.* Hac fiducia dicit non timendum dissolvi de corpore violentia infidelium, aut sorte vitæ; quia præparata est hujusmodi hominibus habitatio in cœlis æterna, ut de temporali et terrena expulsi, in perpetuam domum recipiantur. Unde et hoc optandum est, si fieri potest: sed quia hoc optandum non est, ne in tua gloria alius pereat; si tamen acciderit, libenter ferendum est. Terrestrem enim domum carnem hanc dixit, quia mortalis est: ut si de hac dissoluti fuerimus, ædificatam invenimus in cœlis domum æternam. Hæc domus corpus immortale significat, in quo resurgentes, semper erimus, cujus forma ^b jam in cœlis est in Domini corpore declarata.

(Vers. 2, 3.) *Etenim in hoc ingemiscimus habitaculo nostro, quod de cœlo est, superindui cupientes; siquidem induti, non nudi inveniamur.* Propterea dicit in precibus ingemisci, ut gloria promissa de cœlis possit resurgentes induere. Hoc ergo desiderantes insistunt precibus; ne resurgentes, recepto utique corpore, nudi, id est, alieni a promissa gloria inveniantur. Hoc enim opus est, ut induta anima corpore, Dei judicio superinduatur et gloria, quæ est immutatio in claritatem. ^c Mors enim de terra est, resurrectio vero de cœlis; si tamen immutetur in gloriam. Alii codices sic habent: *Siquidem expoliati, non nudi inveniamur*: id est, si exeuntes de corpore Christum vestiti fuerimus; ^d quia quicumque in Christo baptizantur, Christum induunt (Galat. iii, 27). Itaque si in forma baptismi et traditionis manserimus, expoliati corpore, non nudi invenimur; quia in interiore homine habitat Christus, quem cum induti, sive Spiritu sancto dato nobis videbimur, erimus digni superindui promissa cœlesti gloria. In illum enim decidet promissa claritas, quem viderit signum adoptionis habere.

(Vers. 4.) ^e *Nam cum sumus in hoc corpore, id est, mortali, ingemiscimus gravanti; eo quod nolumus exui,*

^a Rom. edit. *jam cœlestis est.*

^b Cod. Vall., *si tamen occiderit.*

^c *Mors enim*; ab hisce verbis usque ad, *Nam cum sumus, etc.* nihil reperitur in Mss. Corb.

^d Mss. aliquot, *quicumque baptizatur. Christum induit.*

^e Rom. edit., *Nam qui sumus in hoc corpore, ingemiscimus.*

^f Cod. Corb., *Et ipsa morte postulationes ad Deum dirigere, ut ipsum corpus non alienetur nobis: sed ut*

sed superindui; et absorbeatur mortale hoc a vita. Idem sensus est, ideo enim dicit gravatos nos passionibus corporis, ^f et ipsius mundi tempestatibus, postulationes ad Deum dirigere, ne immutemur victi, et indigni efficiamur: sed ut contigerit exitus, perseverantes in fide, induti inveniamur sancto Spiritu, qui in substantia Christus est. Tunc enim superindui promissa gloria poterimus, si exuti corpore, non despoliati a sancto Spiritu fuerimus. Sic mortale absorbetur a vita, id est, ut resurgentes superinduiamur immortalitate cum gloria; ne ultra mori possit, aut passionibus implicari: et hoc est absorberi a vita; non enim dicendus est absorberi a vita, qui ad hoc surgit, ut pœnis agatur.

(Vers. 5.) *Qui autem perficit nos in hoc ipsum, Deus est: qui etiam dedit nobis pignus Spiritum.* ^g Hoc quod ingeniscentes poscimus, id est, non ut exui, sed ut superindui mereamur, juxta supradictum sensum, in die judicii Deum perficere dicit; quia promisit, et fidelis est, dans hujus rei implendæ pignus Spiritum; ipse est enim signaculum adoptionis nostræ.

(Vers. 6, 7.) *Fidentes igitur semper, et scientes quia inhabitantes in hoc corpore, peregrinamur a Domino; per fidem enim ambulamus, non per speciem.* Manifestum est quia per fidem cum Domino sumus, non per præsentiam: ac per hoc peregrinamur non fide, sed specie. Et quare, cum idem dicat in Actibus apostolorum: *In ipso enim vivimus, et movemur, et sumus* (Act. xvii, 28); hoc loco peregrinari nos a Domino dicit? Si ubique est, quomodo hic positi, peregrinamur a Domino? Sine dubio ubique, immo omnia in Deo sunt: sed quia sedes Dei in cœlis est, et illic semper videtur; ideo hic positi, ubi non videtur, peregrinari ab eo dicimur. Quando enim non eum videmus, licet præsens sit, absentes ab eo sumus.

(Vers. 8.) *Audemus ergo et consentimus magis peregrinari a corpore, et præsentem esse ad Deum.* Recte ait, *audemus*; habentes enim fiduciam promissionis Dei, ^h et scientes multum expedire illic esse, quam in sæculo, consentiunt et optant excedere de corpore; ut requiescant usque in diem resurrectionis sub altare Dei.

(Vers. 9.) *Et ideo contendimus sive præsentem, sive peregrinantes placere illi.* Id agendum dicit, et bonis operibus insistendum; ut sive in hac adhuc vita positi, sive ante tribunal Christi præsentem, placeamus ei. Unde si disciplina servetur, et hic et illic ei placebimus; quia qui hic placet, illic non displicebit.

(Vers. 10.) *Omnes enim nos manifestari oportet semper induamur immortalitate, ne ultra mori possit; aut passionibus implicari: hoc est absorberi a vita. Quis autem perficit, etc.*

ⁱ Idem cod. Corb., *Hoc quod poscimus, id est, non ut corpore exuamur in perpetuum: sed ut recepta in die judicii Dei superinduamur immortalitate cum gloria. Deum confiteri dicitur, quæ promissio, etc.*

^h Rom. edit., *Et scientes multo magis expedire illic esse, quam in corpore.*

ante tribunal Christi ut recipiat ^a unusquisque propria corporis, prout gessit, sive bona, sive mala. Igitur si iudicante Christo; unusquisque nostrum facta corporis recipiet; non utique sine corpore adjudicabitur bono aut malo. Et non dixit; ^b facta carnis; quia carnis vitia punienda semper: sed facta corporis; spiritualiter, aliquando carnaliter operatur.

(Vers. 11.) *Scientes igitur, timorem Domini hominibus suademus: Deo autem manifesti sumus.* Quoniam ergo iudicium Dei futurum est per Christum ad singulorum discriminanda opera, idcirco Apostolus suadere se dicit ad bonum sensum et vitam; ut auditores ejus securi sint de pœna futura, et ipse gloriatur, in his habens fructum laborum suorum; quia quorundam pravi loquio dies iudicii Dei in dubium deducitur: *Corrumpunt enim mores bonos colloquia mala* (I Cor. xv, 33). *Hominibus suademus*, ait; ut credant, et provideant, ne incurrant, et tunc pœniteant, ^c quando pœnitentia fructum non habet. *Deo autem manifesti sumus*; hoc enim prædicabat, quod Deus jusserat: et hoc scire dicitur Deus, quod bonum est. Denique male agentibus dicit: *Nescio vos. Spero autem et in conscientiis vestris manifestos nos esse* (Matth. xxv, 12). Manifesta erat puritas eorum Corinthiis; quia neque aliquando in adulatione fuerant deprehensi, neque prædicatio illorum displicuerat sanctis, nec ab aliquo illorum quidquam, ut adsolet, occulte elicere tentaverant; ut foris simplices apud turbas, intus vero impostores essent. Ideo conscientiam illorum pulsat, ut ipsi sibi testes essent de veritate eorum.

(Vers. 12.) *Non iterum nos commendamus vobis.* Quoniam superius veram prædicationem suam obtestans, laudare se visus est; idcirco nunc eadem significat, non ad laudem suam hoc dicere se, sed ad eorum gloriam; ut gaudeant integram prædicationem se addidicisse, his annuntiantibus. *Sed occasionem damus vobis gloriandi de nobis; ut aliquid habeatis adversus eos, qui in facie gloriantur, et non in corde.* Hoc dicit, quoniam multi per elationem gloriabantur in se de apostolis, profitentes se ab iis doctos, qui semper cum Domino fuerunt: ideoque hic dicit dare se his rationem, per quam et ipsi gloriarentur adversus eos; quia Apostolus erat, a quo et isti didicerant. Unde in alio loco dicit: *Nihil minus feci ab his, qui valde sunt apostoli* (II Cor. xii, 11). Quod quidem cœctus dicit, ne silentium ejus istis obsesset. Qui ergo in corde gloriatur, superbiam reprimat, sciens quia *humilibus Deus dat gratiam, su-*

^a Eadem edit., *Unusquisque factis corporis... adjudicabitur bonus aut malus.*

^b Nonnulli mss., *Quia carnis vita*; Corb., *Quia carnalis vita.*

^c Codex Laud., *quando pœnitentiæ fructum non habent.*

^d Rom. edit., *Quia si elate, vel insane putatur locutus... remittendum. Omnis enim superbia velut insania habetur. Si autem non superba... Deo dimittendum, Charitas enim, etc.*

^e Propter Christi ergo, ab his verbis usque ad, *Ergo omnes mortui sunt*, hiatus exstat in cod. Corb., ceteri autem, atque edit. satis inter se consentiunt, si transpositionem excipias, quæ sic facta est in Rom.

A perbis autem resistit (Jacob. iv, 6); superbiorum enim mens fructum non facit Deo dignum.

(Vers. 13.) *Sive enim mente excedimus, Deo: sive sanum sapimus, vobis.* Hoc dicit, ^d quia si elate vel superbe putatur locutus; quia laudare se visus est, verum dicens, Deo hoc remittendum: si autem non superbe intelligitur, sed ad gloriam audientium esse locutus, Corinthiis proficere dicit; ut tunc sanum **183** sit dictum audientibus, si ita intelligatur, ut dictum est: si autem jactanter putetur dictum, velut insanum Deo dimittendum; omnis enim superbia velut insania habetur.

(Vers. 14.) *Charitas enim Christi urget nos, hoc judicantes, quod si unus pro omnibus mortuus est.* Quoniam Christus diligens genus humanum, ut eos redimeret, morti se dedit; ideo apostoli, ut vicem ei reddant, homines ex aliqua parte exhortantur ad ejus obsequium: et ut eos attrahant, necesse est ut verum se prædicare testentur, aliis prava docentibus; nec suum meritum taceant, ut malorum doctorum pœnam designent. Non ergo elatione mentis hæc agebant, sed ut donum Christi intelligeretur ab omnibus, et fideliter devoti, ei gratiarum actiones referrent. ^e Propter Christi ergo charitatem, quæ et quanta dona ejus circa diligentes eum sint, non tacent: non jactantiæ causa, sed ut invitent audientes ad ejus devotionem; ne mors Christi infructuosa videretur, non ut laus apostolorum agnosceretur. Per meritum enim et gloriam apostolorum agnoscitur Christi gratia et beneficium Dei.

(Vers. 15.) *Ergo omnes mortui sunt, et pro omnibus mortuus est Christus, ut et qui vivunt, jam non sibi vivunt, sed ei qui pro ipsis mortuus est, et resurrexit.* Quia omnes necesse est mori causa Adæ, pro omnibus mortuus est Christus; ut eos a secunda morte liberaret; ideoque qui vivunt in corpore, scientes Christum mortuum esse pro se, sint ei subditi, profitentes hunc Dominum. Quia enim prodest eis mors ejus, testimonium perhibet resurrectioni ejus. Igitur hic sibi non vivit, qui paratus est domini sui facere voluntatem.

(Vers. 16.) *Itaque nos neminem ex hoc tempore novimus secundum carnem. Et si cognovimus secundum carnem Christum, nunc jam non novimus.* Verum est, quia Christo resurgente a mortuis, jam cessat in eo carnalis nativitas, cessat infirmitas corporis, cessat et ^f passio mortis. Usque ad crucem enim suspicio fuit infirmitatis in Christo: postea autem apparuit edit.... tacent, ut laus apostolorum nosceretur, non jactantiæ causa.... infructuosa videretur. Per meritum enim, etc.

^f Corb. cod., *passio mortis. Hoc non utique propter Christum, quem sors non tangebat, humanæ fragilitatis: sed propter nos, quibus exemplum datum est, ut si vestigia ejus secuti fuerimus, qui pro nobis mortuus est. Simili modo et in nobis post exitum vitæ hujus resurgentibus promisso tempore cessabit omnis infirmitas et corruptio. Ideo etenim novimus, inquit, ex hoc tempore secundum carnem; quia in Christo resurrectionis generalis data est forma incorruptionis et claritatis, ut ita omnibus provenire, qui Christo obediunt, nosceretur. Quare si qua, etc.*

esse, quod non credebatur, sicut et ipse ait: *Cum exaltaveritis Filium hominis, tunc cognoscetis quoniam ego sum* (Joan. viii, 28). Hoc ergo idcirco Apostolus memorat, ut ostendat quia devotione obsequendum est Christo. Pro salute enim hominum non solum hominem se nasci non dedignatus est: sed et injuriis agi, et mori voluit; ut intelligentes quam pretiosa sit mors ejus, propensius illi serviant, non quasi homini vicem reddentes, sed Deo; quia unicuique pro persona ejus et meritis refundenda obsequia sunt.

(Vers. 17.) *Quare si qua est in Christo nova creatura, vetera transierunt, et ecce omnia facta sunt nova.* Manifestum est quia per Christum renovata sunt omnia, si animadvertant dignitatem ejus. Novus enim sit his, quibus prius homo tantum videbatur, cum intelligitur esse Deus: ut recedente infirmitate, agnoscat divinitas, et cessante errore veteri, qui introducta multorum deorum opinione, ab unius veri Dei fide transduxerat genus humanum, revertantur omnia ad simplicitatis professionem, unum Deum adorant in Trinitate.

(Vers. 18.) *Omnia autem ex Deo.* Quamvis Christus nos redemerit, omnia tamen ex Deo; quia ab ipso est omnis paternitas (Ephes. iii, 15): ideoque necesse est præferri personam Patris.

(Vers. 19, 20, 21.) *Qui reconciliavit nos sibi per Christum, et dedit nobis ministerium reconciliationis; quoniam quidem Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi, non reputans illis delicta ipsorum, et ponens in nobis verbum reconciliationis pro Christo, pro quo legatione fungimur, tamquam Deo exhortante per nos: orantes pro Christo reconciliari Deo. Eum enim qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum fecit, ut nos essemus iustitia Dei in ipso.* Deus omnipotens genitor Christi (cum omnia, quæ per Christum fecerat, errore caduca fuissent effecta, creatoris sui oblita)

^b Christum Dominum nostrum de sacris sedibus ad terrena venire dignatus est, **184** et factum carne in specie hominis; ut forma esset hominibus quemadmodum sibi Deum creatorem suum pacificum facerent. Deus ergo erat in Christo. Quomodo? Quasi in vicario aut legato, sicut fuit in prophetis, aut aliter? Non sicut fuit in prophetis sic intelligi potest fuisse et in Filio? Filius enim ^c naturaliter legatus est Patris Dei. Unde dicit: *Quia Pater in me est, et ego in Patre* (Joan. x, 41); Pater enim per id intelligitur esse in Filio, quod una eorum sit substantia. ^d Ibi enim est unitas, ubi nulla est differentia: ac per hoc invicem sunt; quia et imago et similitudo eorum una

^a Mss. aliquot: *Qui reformavit vos sibi*: reliqui et edit. parum admodum discrepant ab invicem, excepto quod Rom. edit. ultimam hujus loci partem in inferiora rejecerat.

^b Ita vet. edit. ac mss. a quibus hoc tantum differt. Rom. edit. quod hæc maluit, *Christum Dominum.... mittere dignatus est, et carnem in specie hominis fieri*; at ms. Corb. sic locum exhibet, *Christus Dominus noster de sacris sedibus venire dignatus est ad terrena, factus secundum carnem in specie hominis, ut forma, etc.*

^c Vet. edit. cum uno aut altero mss., *naturaliter*

PATROL. XVII.

A est; ut videns Filium, vidisse dicatur Patrem, sicut et ipse Dominus ait: *Qui me videt, videt et Patrem* (Joan. x, 9). Recte ergo dicitur: *Deus erat in Christo*; hoc est, Pater in Filio, *mundum reconcilians sibi*; non reputans illis delicta eorum; quoniam creatura peccavit in Deum, nec poenituit, ut reverteretur ad eum: Deus opus suum nolens perire, misit Filium suum, per quem prædicata eis remissione peccatorum, reconciliaret eos sibi per ipsum, per quem nos creaverat. ^e Sive ergo per Filium, sive per servos Deus exhortatur populum; quia ad ipsum omnis summa referenda est, cujus voluntate et providentia Christus incarnatus est ad salutem hominum redimendam: qui cum reverti vellet ad Patrem, dispensationem acceptam a Patre dedit discipulis.

B *Orantes pro Christo vos reconciliari Deo.* Hoc est, quod dixi, qui pro Christo vicarios dedit apostolos; ut pro ipso prædicarent reconciliari Deo.

(Vers. 22.) *Eum qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum fecit.* Deum dicit Patrem peccatum fecisse Filium suum Christum, eum utique qui peccatum nesciebat, id est, qui non peccaverat; quia factus caro non immutatus, sed incarnatus factus est peccatum; sicut qui sit præfectus, non amittit quod erat: sed assumit utique quod non erat. Homo ergo factus est Christus causa peccati, quem non tangebatur sors, neque dignitas nasci hominem. Propter quod autem omnis caro sub peccato est, ideo factus caro, factus est etiam peccatum. Et quoniam oblatum est pro peccatis, non immerito peccatum factus dicitur; quia et hostia, in lege, quæ pro peccatis offerebatur, peccatum nuncupabatur. *Ut nos essemus iustitia Dei per ipsum*, qui peccatum nesciebat, dicente Esaia: *Qui peccatum non fecit, nec dolus inventus est in ore ejus* (Esaï. liii, 9), quasi peccator occisus est, ut peccatores justificarentur apud Deum in Christo. Zelum enim passus est Satanæ adversus Salvatorem, videns eum docere homines quomodo sibi propitium facerent Deum, abrenuntiantes diabolo: et propter hoc occidit eum, nesciens futurum adversus se; Christus enim post crucem descendens ad inferos, devicta morte; quia qui peccatum nesciebat, teneri a morte non poterat; quia mors ^e per peccatum inanivit infernum, ut mors justis peccatoribus proficeret; ut de cætero mors eos, D qui signum crucis habent, tenere non possit.

CAPUT VI.

(Vers. 1.) *Adjuvantes autem et obsecramus, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis.* Duplici genere Apo-

natus est Patris Dei; Rom., *naturaliter est Patris Dei*: mss. vero prope ad unum nobis suffragantur.

^d Mss. nonnulli, *Ibi enim veritas.*

^e Corb. cod., *nos creaverat, ponens in nobis verbum reconciliationis. Pro Christo vos reconciliari Deo. Deum dicit per Christum delegasse apostolis, ut illo regresso ad cælos cum triumpho, invicem ejus prædicarent gentibus donum gratiæ Dei, ut sicut per Christum, ita et per apostolos se prædicaret Deus.*

^f Vet. edit. ac mss. aliquot, *iustitia Dei in ipso.*

^g Ms. Corb., *per peccatum inolevit in infernum.*

stolus humanæ salutis ^a curam subire contendit; ut ei Dei providentiæ devotus existeret, et hominibus charitatis officium exhiberet.

(Vers. 2.) *In tempore accepto exaudi vi te, et in die salutis adjuvi te (Esai. lxx, 8)*: hoc scriptum est in Esaiâ propheta. Prædestinatam docet gratiam Dei in tempore Christi; sic enim decrevit Deus affluere misericordiam suam, ^b ut in nomine Christi poscentibus auxilium largiretur.

(Vers. 3.) *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis; nemini dantes ullam offensionem, ne vituperetur ministerium nostrum.* Tempus adesse dicit, quo possint ad indulgentiam proficere peccatores: tempus adesse dicit, quo morbis mortalibus medicina possit infundi; et ideo se sollicitum esse **185** circa ægrorum salutem, ne forte negligentia aliqua medicinæ gratia ^c effectu careret bonæ voluntatis suæ. Fide ergo et vigilantia sua omnem offensionem negligentibus amputat; ne horum forte segnitia offensionis occasionem pareret discipulis: ac per hoc liberos se significant; quia quod salutare est simpliciter omni instantia prædicant. Unde subiecit: *Ne vituperetur ministerium nostrum*; vituperaretur enim ministerium ipsorum, si ea quæ verbis docebant, operibus suis, ut fierent, exempla non darent.

(Vers. 4.) *Sed in omnibus commendemus nosmetipsos ut Dei ministros.* Dei ministri sine adulatione docent, ut ei cujus ministri sunt, placeant, non sicut pseudoapostoli, qui scientes non se a Deo missos, ^d præsentem utilitati studebant. *In multa patientia.* Patientia est, quæ salvat homines; nisi enim patientia abusus esset, quomodo salvasset Corinthios, quos post prædicationem suam tantis vitiis morum, et erroribus diversarum sectarum invenerat involutos, quos patientia sua paulatim ad veram doctrinam revocat? *In pressuris.* Pressuras pertulit, sciens quid a Deo pro his sit promissum. *In necessitatibus.* Necessitas erat etiam in pressura positum docere; quia a Domino erat missus. *In angustiis.* Spe futuri angustatus, perfidorum oppositionibus non cessit.

(Vers. 5.) *In plagis.* A Judæis et gentibus cæsus frequenter, non tacuit gratiam Christi. *In carceribus.* Sæpe in carcerem missus contempta salute sua, etiam illic donum Dei prædicavit. *In perturbationibus.* In tantum Deo devotus erat; ut nec perturbatio fiduciam, quam in Deo habebat, minueret. *In laboribus.* Laborare non destitit manibus suis; ne cui gravis esset, certus hoc sibi proficere apud Deum. *In vigiliis.* Tam sollicitus erat circa officium sibi delegatum, ut nec nocte cessaret. *In jejuniis.* Aliquando

voluntaria, aliquando necessitatis jejunia pertulit causa penuriam, et Deo gratias egit spiritualiter se poscenti; quia ideo contentus erat, ne ventris causa inclinaretur.

(Vers. 6.) *In castitate.* Castitatem sive corporis, sive Evangelii vindicans, non paucos fecit inimicos. *In scientia.* ^e Legis et Evangelii scientiam non in sapientia humana, neque in simulatione assereas Deo se fidelem dispensatorem Christi exhibuit. *In magnanimitate.* Grandis animi erat in bajulandis infirmitatibus fratrum, et in contemptu mundi hujus; unde alio loco dicit: *Mihi mundus crucifixus est, et ego mundo (Galat. vi, 14).* *In benignitate.* Bonignus erat, quia sicut arguebat, ita et blandiebatur; ut post correptionem leni exhortatione consolaretur. *In Spiritu sancto.* Spiritus sanctus effugit fictum (Sep. 1, 5). Quoniam ergo sinceriter docebat, in Spiritu sancto Dei donum tradebat. *In charitate non simulata.* ^f Simulata charitas in his est, qui in necessitate deserunt fratres; unde hic semper necessitates fratrum suas faciens, simplex erat in charitate (*De Pæn., dist. 2, c. Ficta charitas*). Compatiebatur enim omnibus, sicut alio loco dicit: *Quis scandalizatur, et ego non uror (II Cor. xii, 29)*? Hæc enim vera charitas est, si sua utilitate contempta, ejus curam agat, quem diligere se proficitur: quod semper fecit Apostolus.

(Vers. 7.) *In verbo veritatis.* Verbum veritatis erat in ejus doctrina; quia non aliud tradebat, quam a Domino acceperat. *In virtute Dei.* Virtus in eo Dei erat, quæ per signa atque prodigia hunc idoneum ministrum probabat. *Per arma justitiæ a dextris et sinistris.* Liberum se significat fuisse a fidelibus et incredulis. Arma enim justitiæ perimunt iniquitatem.

(Vers. 8.) *Per gloriam et ignobilitatem.* His qui Evangelium Dei gloriam æstimabant, manifeste integrum se et fidelem prædicatorem dicit. Simili modo et eis qui verba divinæ doctrinæ ignobilitatem et deformationem putabant, fidelem se Dei ministrum exhibuit; dum non terretur, neque pudorem patitur ea illis loqui quæ horrent audire. *Per infamiam et bonam famam.* Etiam his integrum se Dei dispensatorem præbuit, qui fidei bonam opinionem faciebant, et qui malam; dum non metuit hanc invidiam, sed constans est.

Ut seductores, et veraces. Increduli seductores eos vocabant: fideles et contra veraces eos et simplices pronuntiant. **186** Nec hoc odio cedit, ut superducat fucum veritati. *Ut ignoti, et qui cognoscimur.* Malls ignoti erant, bonis noti; agnoscebant enim in his veritatem.

(Vers. 9.) *Ut mortentes, et ecce vivimus.* Odio illos habentes, quotidie putabant non evadere minas ini-

conjunctionem: at Corb. legit, *effectum caperet bonæ, ubi clarum est negationem desiderari.*

^d Corb. cod., *præsentium lites oderant*; absnrde. Idem vero cum cæteris cod. et edit., *patientia abusus esset*, ubi Rom. *patientiam habuisset*, sed verba uti et abuti apud antiquos frequenter idem sonant.

^e Rom. edit. trucidaverat, *Legis, et Evangelii*: quæ tamen in aliis omnibus, atque mss. reperiuntur.

^f Gratianus loco cit. ad marg., *Ficta charitas est, quæ deservit in adversitate.*

^a Rom. edit., *curam se agere*: vet. cum mss. non paucis, *curam subjicere*: melius vero alii, *curam subire*. At seq. versu eadem Rom. edit. reposuit, *charitatem exhiberet*, ubi aliam cum mss. omnibus offerunt: *charitatis officium exhiberet*.

^b Omnes edit., *ut nomen Christi poscentibus*: mss. vero partim, *ut nomine*: partim, *ut in nomine Christi poscentibus*.

^c Mss. et edit. hic nihil discrepant, nisi quod in edit. et mss. quibusdam habetur, *effectus careret et bonæ, etc.*; plures vero scripti cod. non agnoscunt

quiritatis : isti autem, quia Deo propitio docebant, auxilium Christi tuti præstabantur a morte præsentis et futura. *Quasi tentati, sed morti non traditi.* Tentati videbantur, quando sic tractabantur, ut cedere putarentur : et quia non viæbantur, morti non addicebantur. Hic enim addicitur morti, qui in fide non permanet; et morti non huic, sed futuræ. Potest et de præsentis morte intelligi; tentari enim eos patiebatur Deus, ut pressuris crescerent merito : non tamen permittebat eos occidi.

(Vers. 10.) *Ut tristes, semper autem gaudentes.* Verum est, ^a quia tristitia hæc gaudium operatur, et qui eos injuriis contristabant, gaudium eorum exaggerabant. *Ut pauperes, multos autem ditantes.* Quantum ad præsentem vitam pertinet, pauperes videbantur : sed spirituales divitias credentibus largiebantur; egeni in terris, in cælis divites. *Ut nihil habentes, omnia autem possidentes.* Hoc fuit in apostolis gloriosum, ut sine sollicitudine et nomine possidendi non solum ea, quæ in possessionibus erant, sed et ipsos eorum dominos possiderent; omnia enim necesse erat ante eorum poni pedes causa virtutum, sicut legimus in Actibus apostolorum (Act. iv, 35).

(Vers. 11.) *Os nostrum patet ad vos, o Corinthii.* Hoc libertatis causa loquitur, et puræ conscientiæ; male enim sibi conscia mens loqui tropidat, sensum perdit, in verbis errat. *Cor nostrum dilatatum est.* Eorum cor dilatatur, qui fiducia bonæ conversationis gaudent in sese, ^b aut certe futuri spe præmii in tribulatione non angustantur; quia sicut in hac vita nisi præcesserit labor, redditus non sequitur : ita et in rebus divinis si non exita anteierint, præmium non sequetur.

(Vers. 12, 13.) *Non angustiamini in nobis, angustiamini autem in visceribus vestris, eandem habentes mercedis retributionem.* Hoc dicit, quia non oberat magistris, si discipuli male verterentur, contemneutes vigorem doctrinæ; quia unusquisque pro operibus suis mercedem accipiet; quia quod ad magistros pertinet, non tacuerunt, dicente Domino ad Ezechielem prophetam : *Exalta vocem tuam, et loquere ad plebem; si te audierint, lucraberis eos : si quominus, tu animam tuam salvabis* (Ezech. us, 19).

(Vers. 14.) *Sicut filiis dico, dilatamini et vos, et nolite jugum ducere cum infidelibus.* Ad bonam conversationem et spem eos hortatur; ut fidentes et purgationem conscientias suarum, possint in semetipsis gaudere, habentes fiduciam puræ mentis, sicut et eorum magistri, separantes se ab infidelium societate in operibus malis. Et bene ergo agendo, et futura sperando, dilatari vult illos animo; ^c qui enim laborat, et futura non credit, sicut infidelis, angusti animi est desperatione futuri.

(Vers. 15, 16.) ^d *Quæ enim participatio justitiæ*

^a Ms. Corb., quia tristitiæ gaudium eorum exaggerabant.

^b Nonnulli mss., aut certi futuri spe, etc.

^c Omnes edit. et quidam mss., qui enim operatur, laborat, et futura non credit; apertius reliqui mss. omittunt operatur; e quibus Corb. tantum subjungit, angustatur animus ejus desperatione.

aut cum iniquitate? aut quæ societas luminis cum tenebris? quæ consensus Christi cum Belli? aut quæ pars fideli cum infideli? vel quæ conventio templo Dei cum idolis? Manifestum est hæc quæ enumerat, esse contraria; ac per hoc fugiendum ab his docet, quia dicit Dominus : *Nemo potest duobus dominis servire* (Matth. vi, 24). Lex enim justitiam prædicat, ut fugiatur iniquitas : lumen ostendit, quod est veritas; ut ab ignorantia, quæ tenebræ sunt, recedatur : Christum in Dei mysterio annuntiat; ut a diabolo, qui se Deum mentiri vult, abscedatur : credentibus vitam pollicetur æternam; ut perfidia exuti, ab omni infidelium errore sint alieni : idola prohibuit coli; quia templo Dei sunt inimica. *Vos enim templum estis Dei vivi.* Nihil tam inimicum homini, quam idola; quia ab unius Dei fide cogunt eum recedere.

(Vers. 17, 18.) *Sicut dixit Deus* (Levit. xxvi, 12) : *Quoniam inhabitabo in illis, et inter eos ambulabo, et ero illorum Deus, et ipsi erunt mihi populus. Quapropter exite de medio eorum, et separamini, dicit Dominus* (Esai. lii, 11), *et immundum nolite tangere; et ego suscipiam vos, et ero vobis in patrem, et vos eritis mihi in filios et filius, dicit Dominus omnipotens.* Interim primæ causæ sensum explicemus; **187** ut cujus personæ verba sint, declaremus dicentis : *Quoniam inhabitabo in illis, et inter eos ambulabo, et ero illorum Deus, et ipsi erunt mihi populus.* Hæc verba Christi sunt; hoc est enim, quod inter cætera Hieremias testatus est dicens : *Post hæc in terris visus est, et inter homines conversatus est* (Baruch. iii, 38); hic enim habitavit in nobis, dicente Joanne apostolo : *Et Verbum caro factum est, et habitavit in nobis* (Joan. i, 14). Et quia Deus noster est, dicit iterum Hieremias : *Hic est Deus noster* (Baruch. iii, 30). Et quia populus ejus sumus, dubium non est; Ecclesia enim Christi est. Ideoque separari nos vult ab omni contaminatione; ut suscipiat nos in filios, sicut dicit : *Filii, adhuc modicum tempus vobiscum sum* (Joan. xiii, 33). Et quia omnipotens est, puto ambigi non debere. Si enim, sicut ^e ipse dicit, quæcumque facit Pater, eadem et Filius facit similiter (Joan. v, 19); hoc est Filium omnia posse, quæ potest et Pater. Si quid non potest Pater, non potest et Filius. Sed idoneus est Filius, qui dicit de Patre : *Apud Deum autem omnia possibilia sunt* (Matth. xix, 26). Hoc testimonio et nos ad puram vitam exhortatus est, et Dominum nostrum Jesum jam olim Dominum nostrum, et suscepturum nos in affectu charitatis suæ, prædestinatum ostendit.

CAPUT VII.

(Vers. 1.) *Hæc ergo habentes promissa, charissimi, mundemus nosmetipsos ab omni inquinamento carnis,*

^a Rom. edit., Quæ portio justitiæ, etc.

^e Rom. edit. sola, ipse dicit, quod quæcumque facit Pater, eadem et Filius facit similiter : hac est, quod Filius omnia potest, quæ potest et Pater. Patrem vero omnia posse testis idoneus est Filius... Hoc prophetæ testimonio. . . . et Jesum jam olim Dominum nostrum, etc.

perficientes sanctitatem Spiritus in timore Dei. Manifesta sunt, quæ dicit; inquinamentum tamen carnis multifarie intelligendum est. Ideo etenim non dixit, ab inquinamento carnis: sed *ab omni inquinamento*; ut tota vitia carnalia fugiamus; omne enim quod lex prohibet, carnale est. *Ut perficiamus sanctitatem spiritus in timore Dei.* Sanctitatem sic perficimus spiritus, si in timore Dei recta sequamur; ut sub nomine Christi a peccatis nos abstinentes sancti simus. Qui enim sine professione Christi a vitiis se cohibere videntur, sanctificati sunt juxta mundum, non secundum Dei spiritum; quia secundum Deum hi mundi sunt, qui fideles sunt: cæteri vero qualesvis sint, immundi sunt. Quidquid enim sine Christo est, immundum est, sicut dicit ad Titum: *Quia infidelibus nihil est mundum; inquinata est enim eorum mens et conscientia* (Tit. 1, 15).

(Vers. 2.) *Capaces estote nostri. Nemini nocuimus, neminem gravavimus, neminem circumvenimus.* Considerare vult illos, quæ dicit; ut receptis his in animum, conferant secum vera esse, quæ loquitur: et spernentes hos quos tangit, omnem animum transferant ad eos, quos vident vero affectu se diligere. Pseudo enim apostoli erant, qui et nocebant illis, corruptentes sensus illorum, et gravabant sacculos eorum circumventionem serpentinx astutix.

(Vers. 3.) *Non ad condemnationem vestri hoc dico.* Hoc est, non vos abjicio, sed ut corrigatis moneo; qui enim aliquem condemnat, non illi dimittit. *Prædixi enim jam vobis, quod in cordibus nostris estis ad commoriendum et ad convivendum.* Ex prædictis vult illos cognoscere, quo animo loquatur ad eos. Quos enim participes vult habere et ad præsentis passiones pro Christo, et ad futuram vitam, non utique illos abjicit; sed ut participatione dignos se faciant exhortatur.

(Vers. 4.) *Multa mihi fiducia apud vos, multa mihi gloriatio de vobis: repletus sum consolatione, superabundo gaudio in omni pressura nostra.* Fiducia hæc de primæ epistolæ correptione est, quam quia non aspere susceperunt, fiduciam dederunt admonendi se; visi sunt enim velle corrigere se, unde gloriatur. Pro his animum etiam suum consolatum ex hac parte pronuntiat, in tantum ut in omni pressura superabundare se gaudio obtestetur; videns enim esse spem in his, pro quibus angustias patitur, gaudet, cum tribulatur; certus mercedem se a Deo accepturum acquisitæ salutis eorum.

(Vers. 5.) *Etenim cum venissemus in Macedoniam, nullam requiem habuit caro nostra.* Pressuras et cædes memorat, quas patiebantur causa credentium, ut magis provocet eos ad charitatem. *Nullam, inquit, requiem habuit caro nostra; ut compaterentur eis,*

A certi quia pro salute fidelium animas suas traderent usque ad mortem. Antequam digereretur enim tribulatio et corporalis injuria, altera veniebat; ut requies patienti non esset. Nam quoniam sensu bruta est omnis caro, idcirco **188** nullam requiem hanc habuisse vel habere in passione significat: animam autem, quamquam ipsa patiebatur in corpore; ex hac tamen parte requiem habere, qua sperat pro tribulationibus his, quæ pro fide irrogantur a perfidis, daturum Deum mercedem. Denique in ipsa pressura Deo hymnos canebant.

(Act. xvi, 9 et seq.) *Sed in omnibus afflicti fuimus.* Juxta historiam, Domino vocante, intraverunt in Macedoniam: et cum non pauci credidissent, invenissentque solatium Lydiæ mulieris, quæ cum omnibus suis creditit; tunc factum est ut spiritum pythonem, id est, divinum fugaret de ancilla quorundam, qui videntes perdidisse se non minimum quæstum, quem puella referebat divinando, concitaverunt seditionem Paulo et Silæ, et traxerunt eos in forum ad magistratus: qui multas eis plagas imponentes, miserunt eos in ima carceris, ita ut pedes eorum in nervo concluderent. Hæc est pressura, quam passi sunt in Macedonia. Et hinc est unde dicit: *Nullam requiem habuit caro nostra.*

Foris pugnx, intus timores. Pugnx erant corpori, dum cædebatur: animo timores. Illic enim timor est, ubi intellectus est: sed timor hic propter eos erat, qui crediderant, ne passione ejus scandalizarentur. Nam sibi quid jam timeret, qui patiebatur? præterea cum dicat in Actibus apostolorum, non solum ligari, sed et mori paratum se pro nomine Jesu Christi (Act. xxi, 13). Videtur ergo totum hominem afflictum in carne significasse, ut ex parte spiritus, qui homini datur, ut maneat, quia impassibilis est, affligi potuisse minime intelligatur: sed ut homo totus ex parte corporis et animæ afflictus in carne dicatur; ex parte vero spiritus impassibilis. Potest et sic intelligi, ut foris pugnx, id est, in publico a perfidis fierent contra fidos, dum furore pleni resistebant veritati: cujus rei nuntius intus timore generabat, ubi erat Apostolus. Quis enim homo non timeat angustias? Sed quia in Dei rebus propensior erat, timorem hunc sepe superabat.

(Vers. 6.) *Sed qui consolatur humiles Deus, consolatus est nos in adventu Titi.* Quoniam Deus suorum non est immemor, sed semper dat eis in tribulatione solatium, acceleravit adventum Titi, ut refrigerio esset positus in fervore. Magna enim consolatio est patientis, si secum habeat condolentem.

(Vers. 7.) *Et non solum, ait, in adventu ejus, sed*

^a Rom. edit., *neminem corrupimus.*

^b Mss. Corb., *caro nostra, Numquid sensum habet caro, ut sine animo patiat? Sed per carnem totum hominem significavit, sicut et Salvator: Spiritus, inquit, promptus est, caro vero infirma. Quia enim erat et Spiritus sanctus in eis, non potuit dicere: Nullam requiem habuit spiritus noster, quia est impassibilis. Sed*

ad comparisonem ejus totum hominem carnem dicit, sicut ad solis claritatem stellæ tenebræ sunt; quia spiritus lætus erat, sciens illos per tribulationem proficere. Sed in omnibus afflicti, etc.

^c Cod. Corb., *significasse. Potest et sic intelligi, ut foris pugnx, id est, in publico a perfidis contra fidos esset dissensio; cum strepitus ejus rei nuntius, etc.*

etiam in consolatione, qua consolatus est ipse in vobis. A Plus addit ad consolationem; quia audisse se a Tito significat ^a conversionis eorum promptam voluntatem, in tantum ut Titus qui dolorem habebat inobedientiam eorum, consolationem acciperet de poenitentia illorum. ^b Quantum affectum haberet circa eos; ostendit Apostolus; ut nec in carceris, nec plagarum dolorem computaret scissi corporis, neque nervuum, quo pedes ejus conclusi erant: sed audita correctione eorum, lætaretur, et in memor factus passionum, Deo gratias ageret pro eorum salute, sic hoc æstimans quasi remunerationem tribulationum. Annuntians nobis vestrum desiderium. Nuntiavit Titus desiderium habere illos emendandi se; addiscentes enim quæ promissa sunt bene viventibus, incitati sunt ad desiderium horum. Vestrum fletum. Corrupti flebant, dolentes quia peccaverunt, nec excusare nisi sunt; unde Apostolus gloriatur in his. Vestram æmulationem pro me; addiscentes enim charitatem Apostoli erga se, cœperunt illum defendere contra adversarios.

(Vers. 8.) Ita ut magis gauderem; unde etsi contristavi vos in epistola, non me poenitet. Manifestum est non debere poeniteri ex hac re, quam secutus talis effectus est; quoniam severius in prima epistola corripuit errores eorum. Non, inquit, me poenitet asperius scripsisse; quia hoc causa poposcit.

(Vers. 9.) ^c Et si poeniteret, video quod epistola illa, etsi ad horam contristavit vos, nunc gaudeo. Hoc dicit, quia si me poeniteret, inquit, propter charitatem; quia vos contristavi, consolatio succederet gaudii; quia profuit quod vos contristavi. Non quia contristati estis, sed quia contristati estis ad poenitentiam; contristati enim estis secundum Deum. Idcirco **189** gavisum se dicit; quia cum pudore contristati sunt, non cum ira. Qui enim reprehensus pudorem patitur, corrigere se promittit: qui vero irascitur, pejorem se futurum ostendit. Ut in nullo detrimentum patiamini ex nobis. Ut omnia, inquit, nostra effectum habeant in vobis, etiam quod contristavimus vos, pro vobis est.

(Vers. 10.) Quæ enim secundum Deum est tristitia, poenitentiam ad salutem stabilem operatur. Manifestum est quod qui tristis est, quia peccavit, secundum Deum tristis est; dolet enim quia fecit quod odit Deus. Hoc ad stabilitatem salutis pertinet. Tristitia autem hujus mundi mortem operatur. Hoc dicit, quia sicut secundum Deum tristitia vitam operatur; poenitet enim, et sperat Dei misericordiam: ita secundum mundum tristitia mortem operatur. Detectus enim peccator tristis est quasi puniendus, non habens a quo speret misericordiam: et si forte ad præsens defuerit, qui vindicet; Dei tamen iudicium evadere non poterit.

^a Nonnulli mss., conversiones eorum prompta voluntate; aliqui, promptam voluntatem.

^b Idem mss., Quantum affectum se habere circa eos ostendit Apostolus!

^c Rom. edit., Etsi poenitisset, videns quod... Hoc dicit: Etsi poenitisset, propter charitatem; quia vos contristavi, nunc gaudeo; quia consolatio succedit gaudii.

^d Mss. Corb., Sed indignationem. Non indignatur

(Vers. 11.) Ecce enim hoc ipsum secundum Deum contristari quantam in vobis perficit sollicitudinem. Verum est quia qui poenitet, sollicitus est, ne denuo peccet. Sed excusationem. Recte, quia poenitentia non habet excusationem, sed confessionem. ^d Sed timorem. Ostendit timorem in peccatore, qui delicti causa veniam postulat. Sed desiderium. Desiderat reformari se, qui se scit factum per peccatum deformem. Sed æmulationem. Zelum incipit pati bonorum operum perficiendorum, qui intelligit pro se esse, quod corripitur. Sed vindictam. Necesse est ut quis vindicet eum, cujus erga se sentit affectum: et in seipsum vindicat, qui se causa delicti affligit. In omnibus castos vos exhibuistis esse in eo negotio.

Quando omnia quæ ad profectum melioris spei B pertinent, meditati videntur, zelum habentes Apostoli et præceptoris sui in omnibus officiis humanæ conversationis, ^e duce fide, probos se videri contendunt.

(Vers. 12.) Igitur et si scripsi vobis, non propter eum qui inique versatus est. Inique versatum dicit illum, qui incestum admiserat: nec non etiam hos tangit, quos injuria et fraudes fratribus in prima epistola fecisse significat. Sed neque propter eum, qui inique tractatus est (I Cor. vi, 7). Hi inique tractati sunt; quia fratribus contraria passi sunt. Hic sensus est, quem in capite epistolæ memorat, ubi dicit: Si cui aliquid donastis, et ego (II Cor. ii, 10). Ostendit enim non magis horum causa, qui peccaverunt, scripsisse se remitti illis debere, sed magis propter Ecclesiam; quia in uno male agente multi sunt, qui confundantur: et in uno contumeliam aut fraudem patiente, multi sunt, qui indignentur; quia si patitur aliquid unum membrum, compatiuntur omnia membra. Sed ut manifestaretur sollicitudo nostra, quam pro vobis habemus coram Deo. Emendando injustos, et pollutos sanctificando, et Ecclesiæ reconciliando, totius populi sollicitudinem se habere demonstrat, secundum quod supra memoravi.

(Vers. 13.) Ideo et consolationem accepimus. Accepisse se, ac per hoc et dare dicit consolationem. Accepit autem, ^f cum didicit corrigere se velle, quos arguebat, ut per poenitentiam se reformarent: dat autem, dum eos revocat ad Ecclesiam; ne diu contristati desperarent de se, et ad publicam et funestam vitam declinarent. In consolatione autem nostra, magis magisque ^g gavisus sum super gaudio Titi; quia requievit spiritus ejus in omnibus vobis. Corruptos per primam epistolam audiens se velle corrigere, consolationem accepit. A Tito autem addiscens quia dolorem paterentur erroris sui, auctus est in consolatione, gaudio repletus; quia voluntas

qui correptus confitetur. Sed timorem. etc.

^e Idem cod. Corb., ducem fidei, prout possent, videre contendunt.

^f Omnes edit. et mss. nonnulli, cum dicit corrigere velle; Rom., se velle, quos arguebat; cod. Corb. dicit cum eos se correxisse quos arguerat: reliqui melius, cum didicit, etc.

^g Rom. edit. gaudio repleti, sumus super consolatione Titi.

eorum in opere coeperat approbari, Titio hoc idoneo A teste eum laetitia animi referente.

(Vers. 14.) *Quantum in quibuscumque de vobis gloriatum sum, non sum confusus.* Antequam pergeret Titus ad Corinthios, audivit ab eis, id est, ab Apostolo, et qui erant cum eo, bonam voluntatem esse Corinthiorum in emendandis vitiis; ac per hoc regresso, et eadem referente, non utique confusus est Apostolus, sed alacer factus est; quia non aliter inyenerat Titus, quam audierat ab eis.

Sed quemadmodum omnia vobis in veritate locuti sumus, ita et gloriatum nostra apud Titum veritas facta est. Exsultans in spiritu hæc scribit Apostolus, sic gaudens in his; ut efficaciam eorum tam veram probet, quam est et prædicatione ejus **190** a ad eos in correptione dumtaxat. Veritas enim arguentis in eo ipso tunc videtur esse manifesta, si ille qui arguitur, incipiant emendare se; dum enim correpti mutantur; testimonium perhibent arguenti.

(Vers. 15.) *Et viscera illius abundantius in vobis sunt.* Animum et affectum Titii dicit esse in eis; quia vidit profectum illorum; sancti enim animus in omni bono est. *Remissio omnium vestri obedientiam, quomodo cum timore et tremore excepiatis illum.* Scientes Corinthii ab Apostolo esse missum Titum ad se, qui in tantis vitiis ab ipso jam fuerant correpti, territi sunt in adventu ejus. Et qui vitam suam coeperant emendare, solliciti erant obaudire præcepti ejus; ut regressus, animum Apostoli mitigaret eis: quomobrem Titum laudasse significat, nam in Tito Apostolum reveriti sunt.

(Vers. 16.) *Gaudeo quod in omnibus confido in vobis.* Non solum in bona voluntate eorum lætatus est, sed et in operibus bonis, quibus quæ peccaverant, emendabant. Ideo, *in omnibus, inquit, confido in vobis.*

CAPUT VIII.

(Vers. 1, 2.) *Notant autem vobis facimus, fratres, gratiam Dei, quæ data est in Ecclesiis Macedoniæ, quod in multa probatione pressuræ abundat gaudium ipsorum.* Quoniam Macedones devoto animo perceperunt verbum fidei, ideo eis gratiam datam a Deo dicit; ut in tribulatione Pauli et Silæ, quam supra (Cap. 7, vers. 6) memoravi, scandalum non paterentur: sed in exultatione mentis acciperent confidentes de spe promissa, ut probatos se horum passionibus demonstrarent. *Et quod profanda paupertas illorum abundavit in divitiis simplicitatis eorum.* Votum eorum prædicat, quia dum b tenui essent substantia facultatum, animus ipsorum dives inventus est in ministerio sanctorum; pura enim conscientia operati sunt, non ut hominibus, sed ut Deo placerent.

(Vers. 3.) *Quia testimonio illis sumi, quod pro viribus, et supra vires voluntarii fuerunt.* Quantum dignum fuit, et Deo placitum, qui vires illorum scivit, in facultatibus dederant, ad ministerium. Et quia ex

^a Cod. Corb., ad eos qui in correptione dumtaxat proficebant..... et quæ arguantur. incipiunt emendari.

^b Mss. nonnulli, detinissent; substantiam. Lego de tenui essent substantia, etc.

toto corde Deo se dederant, amplius volebant offerre, quam eorum vires admittebant.

(Vers. 4.) *Cum multis precibus orantes suscipi in gratiam et communionem ministerii, quod sit in senes.* Tam simpliciter et devoto animo obtulisse illos ministerium, quod ultra vires eorum erat, prædicat; ut cum lacrymis deprecantes offerrent, ut vel sic cogèrent accipi a se, quod accipiendum non videbatur: quia plus erat, quam poterat eorum substantia; ne forte eis postea egestas boni operis penitentiam suaderet. Sed quia tales se ostenderant, ut puro animo jam presentia postponentes, futuris se promissionibus confidentia fidei confirmarent, suscipi ab eis visum est; ne boni cordis gratia fructum mitteret.

(Vers. 5.) *Et non ut speravimus; quia immo omnia B ipsos primum dederunt Deo, deinde nobis per voluntatem Dei.* Idcirco, inquit, c ab his accipi debuit; quia prius emendantes errores pristinos et vitæ vitia ac motum, ultra quam sperabatur, Deo se dederant. Visum est enim simpliciter illos hoc agere, ut nec timeret, cui offerebatur, accipere; quia non utique hoc animo offerebant, ut redimentes præpositos suos, vitia eorum paterentur, nec arguerent; quia manera exerceant oculos, et vim auctoritatis inclinant. Dantes ergo se Deo, dum emendant vitia: deinde fratribus, dum offerunt sumptus; contristari debuerunt, qui ante prope quam inciperent, perfecti esse voluerunt. Horum igitur exemplo invitati Corinthios, ut ea quæ coeperant, hac exhortatione auti, mente sedula consummarent.

C (Vers. 6.) *Ita ut rogaemus Titum, quod quemadmodum cepit, ita consumat in vos etiam gratiam istam.* Quoniam Titii affectum sciebat sinebrum circa istos, nec non hos obedientes ei; ideo per ipsum etiam ad hoc opus exhortari illos facilius posse significat; ut quomodo in cæteris rebus exhortationis suæ habuit fructum in eis, haberet etiam in hac gratia; ut ad ministerium sanctorum promptos eos faceret: ut quia jam vitia emendabant, hujus largitatis fructum haberent. Qui enim ad hoc dant, ne arguantur, nullum fructum hujus rei habebant.

191 (Vers. 7.) *Vos autem quemadmodum in omnibus abundatis fide, et sermone, et scientia, et omni sollicitudine, d et insuper illa quæ est nobis et vobis est, charitate, facite ut in hac quoque gratia abundetis magis.* Exhortatur illos, ut gloriatur de his apud cæteras Ecclesias. Hæc est enim probatio emendationis eorum, si prompti sint ad ministerium sanctorum.

(Vers. 8.) *Non secundum imperium dico, sed propter aliorum sollicitudinem, et vestras charitatis bonum animum comprobans.* Manifestum est quia non imperat, sed exhortatur; ut penuriam patientibus ministrant sumptus, et relevent sollicitudinem illorum, bonum animum suum Deo et hominibus ostendentes, pro qua re sine dubio mercedem accipient.

(Vers. 9.) *Notis enim gratiam Domini nostri Jesu-*

^c Mss. Corb., ab his actibus absuit, qui prius emendantes, etc.

^d Rom. edit., et illa quæ est vobis in nos est. Quidam mss. quæ est vobis in nobis, ut in hac, etc.

Christi; quia propter vos pauper factus est, cum dives esset et illius inopia vos divites essetis. Pauperem Christum dicit factum; quia Deus nasci dignatus est homo, virtutem potestatis suae humilians, ut hominibus divinitatis divitias acquireret; et sicut dicit Petrus apostolus (II Petr. 1, 4) divinae essent consortes naturae. Homo ergo factus est, ut hominem in Deum assumeret, sicut scriptum est: *Ego dixi: dii estis* (Psal. LXXXI, 6). Hoc modo exhortatur, ut largiendo quasi pauperes fiant; prosit paupertas eorum, sicut Christi paupertas profuit nobis: et Christus quidem nostri, non sui causa pauper factus est, nos autem, ut nobis proficiat.

(Vers. 10, 11.) *Et constitutum in hoc do; hoc enim vobis utile est, qui non tantum facere, sed et velle cupistis ab anno priore: nunc ergo etiam facere consummate; ut quemadmodum prompta est voluntas in vobis velle, ita sit et perficiendi ex eo quod habetis.* Hoc dicit, ut voluntas illorum in opere appareat, si vera est, secundum vires; ut tantum det, quantum potest et vult animus, ut munda fiat conscientia: non in simulatione, ut hominibus placeat, et mercedem apud Deum non habeat.

(Vers. 12.) *Si enim voluntas prompta est, secundum facultatem acceptabilis est, non secundum quod non habet.* Quoniam Corinthii ad hoc opus ministerii provocantur, hoc eis indicitur, ut non plus tribuant, quam possunt; ne plus forte offerentes coacti, non voluntarii, gravati viderentur sine mercede futuri; quia qui coactus aliquid facit, mercedem non habet. Ecclesiae enim Macedoniae ultro obtulerunt cum precibus, ut prolaerent tota se voluntate non facere, et plus offerrent, quam poterant; ideoque acceptabile fuit. Quanto enim amplius obtulerunt, tanto plus accepturi sunt. Nam si tantum quis det, quantum vult, aut potest, acceptum est; iudicio enim videtur hoc facere: ac per hoc tantum det, quantum potest et vult animus; ut rei hujus possit habere mercedem.

(Vers. 13, 14.) *Non enim ut alius refrigerium sit, vobis autem angustia.* Verum est, quia sic dandum est, ut non egestatem praestet dantibus. Sed ex aequalitate in hoc tempore. Dicit hoc, ut quantum habet, ad tempus dividat cum sanctis; non enim plus exigitur, quam sibi debet retinere. Quia, *Diliges, inquit, proximum tuum sicut te ipsum* (Levit. XIX, 18). Unde Zachaeus: *Ecce dimidium, inquit, bonorum meorum de pauperibus* (Luc. XIX, 8).

Ut vestra abundantia ad illorum inopiam, et illorum abundantia fiat ad vestram inopiam. Hoc est quod dicit, ut quia juxta tempus sancti inopiam patiuntur, deserentes omnia mundi, et se in divinis solis operibus constituentes, ut doctrinae atque orationi insisterent ad profectum multorum; illi qui crediderint, quique

artibus aut negotiis insistant, aut certe facultates paternas habent, ministrent sanctorum inopiis: et iterum sancti illis ubi divites sunt, et isti inopes, communicent eis; quasi vicem rependentes ministerio illorum, sicut dicit Dominus: *Quandiu fecistis uni ex minimis istis, mihi fecistis* (Matth. XXV, 40.)

Ut fiat aequalitas, sicut scriptum est. Haec est aequalitas, ut quia isti in hoc tempore ministrant sanctis, reddantur illis vices in futuro; debitores enim sibi faciunt sanctos.

(Vers. 15.) *Qui multum habuit non abundavit: et qui modicum, non minoravit.* Hoc in Exodo legitur (Exod. XVI, 18). Plus enim sancti habent in spe futuri saeculi, et magis quam illi, qui in hoc tempore videntur divites; et tamen aequabuntur illis utrique; ut sicut beneficio horum sanctorum inopia sustentatur, ita et beneficio sanctorum divites fiant hi in futuro saeculo, in quo videntur pauperes. Non enim totos se dederunt Deo, 192 ut hic pauperes, illic essent divites; sed ex hac parte quia hic divites sunt, illic pauperes, sanctorum suffragio, qui hic positi, jam illic mente sunt, ditabuntur. Non enim qualecumque meritum est de justis labdribus ministrare sanctis.

(Vers. 16, 17.) *Gratias autem Deo, qui dedit hanc ipsam sollicitudinem pro vobis in corde Titi, quoniam consolationem quidem accepit.* Deus qui justus est, scilicet Corinthios velle proficere, Titi affectum incendit circa eos; ut adimpleret exhortatione sua voluntatem illorum in opere bono: qui videns profectum illorum consolatus est, laetatusque in eis. Cum sit autem sollicitior, voluntarius profectus est ad vos. Hoc est, videns proficere illos circa bonum actus, sollicitior factus est circa affectum illorum; ita ut voluntarius proficisceretur ad eos, qui prius etiam rogatus se excusarat ab eis propter vitia illorum.

(Vers. 18, 19.) *Misimus autem cum illo fratrem nostrum, cujus laus est in Evangelio per omnes Ecclesias: non solum autem, sed etiam ordinatus est ab Ecclesiis comes peregrinationis nostrae in hanc gratiam, quae ministratur a nobis a per Domini gloriam, et sollicitudinem nostram.* Istum commendant, quia ignorabatur ab his; ut scirent in quanta jam essent boni opinione, ad quos tales viri mittebantur; et congratularentur cum eis, augentes eos in fide operationis Dei, ad cujus gloriam sollicito hoc agebant vicarii Christi, ut conditor Deus caeli et terrae agnosceretur in his.

(Vers. 20.) *Devitantes hoc, ne quis nos vituperet in hac plenitudine, quae ministratur a nobis.* Quoniam de ministerio agebatur, ideo hoc subiecit; ne negligens circa curam pauperum vel sanctorum judicaretur, si hoc segnius ageret. De hac enim re constituerant inter se apostoli, ut memores essent pauperum, quod ad Galatas significat. Cum ergo invituperabilis

^b Rom. edit., *relaxatio sit.* Tertio autem versu vel. edit. cum miss. nonnulli, *Sed ex aequalitate.*

^c Rom. edit., *exhortationem quidem accepit.*

^d Eadem edit., *Domini gloriam, et promptitudinem vestram.*

^a Cod. Corh., *accepturi sunt.* Si enim voluntas prompta est, secundum id quod habet, accepta est, non secundum quod non habet. Ipse sensus est, quia si tantum det quantum vult et potest, acceptum est. Iudicio enim videtur hoc facere, ac per hoc rei hujus habere mercedem.

esset in omnibus Apostolus (*Galat. II, 10*); ne in hac causa indiligens judicaretur; idcirco hoc se præmonere significat, ut hoc opere impleto, in omnibus sollicitudo ejus et providentia appareret.

(Vers. 21.) *Providemus enim bona non solum coram Deo, verum etiam coram hominibus.* Providet bona coram Deo, dum quod jubet Deus circa ministerium sanctorum vel pauperum, fieri docet: coram hominibus vero providet bona; quia tales mittit ad hoc opus exhortandum, qui probitate sua non faciant eis scandalum: sed provocent eos, ne bona doctrina Apostoli per improvidos ministros ejus in vituperationem caderet.

(Vers. 22, 23.) *Misimus autem cum illis et fratrem nostrum, quem probavimus in multis sæpe sollicitum esse, nunc vero multo sollicitiorem, multa fiducia vestri, sive per Titum qui est socius meus, et adjutor in vobis, sive per fratres nostros apostolos Ecclesiarum gloriæ Christi.* Titum ideo socium suum vocat, quia et ipse episcopus erat, cui ministrum dedit notum in omnibus Ecclesiis ipsius provinciæ: quibus addit et Tertium fratrem, probatum in multis operibus bonis atque sollicitum. ^a Per Titi autem relationem referentis bonam voluntatem Corinthiorum et cæterorum missorum, quos apostolos Ecclesiarum gloriæ Christi appellat, sollicitiorem se factum ostendit videndi illos, et exhortandi ad ministerium sanctorum. Fiduciam enim accepit, audiens meliores esse factos Corinthios. Unde satagebat ad eos, certus quia obaudirent bona opera facere.

(Vers. 24.) *Ostentationem ergo charitatis vestræ, et nostræ pro vobis exsultationis demonstrate in ipsis in facie Ecclesiarum.* Commonet eos, ut in his quos mittit, dilectionem suam ostendant; ut bona quæ de ipsis audierant, vera probarent. Sic enim ostendebant profecisse se monitis Apostoli, si missos ab eo cum honore exciperent; ut cæteræ Ecclesiæ agnoscerent vera esse bona, quæ de eis dici cœperant. Provocat ergo animos eorum, quia de quo bene sentitur, ^b solet se meliorem præbere.

CAPUT IX.

(Vers. 1, 2.) *Nam de ministerio quod fit in sanctos, supervacuum est mihi scribere vobis; scio enim promptam voluntatem vestram, pro qua de vobis glorior apud Macedones.* Et hæc oblectantis verba sunt. Superfluum enim esse dicit scribere se de ministerio, quod fit in sanctos, ut de his bene **193** sentire videatur: superfluum est enim si commonneas eum, quem scias facturum. Sed ut diligentiam suam ostendat, necessarium est ut scribat, et ut hos promptiores faciat, et quid de eis cæteris prædicet, manifestet. Superflua enim solent majorem parere sollicitudinem; nam et Dominus non dubitans de amore erga se Petri apostoli tertio dicit ei: *Simon Joannis, amas me (Joan. XXI, 17)?* Quæ trina repetitio quasi superflua videtur, sed prodest ad perfectionem monitionis; ut sciat ma-

agna se cum diligentia debere curare, quod frequenter mandatur. *Quoniam Achaia parata est ab anno priore.* Post Macedones Achaia, id est, Ecclesiæ provinciæ Achaicæ (non omnes, quia et Corinthii Achaici sunt) præparaverant se æmulatione ducti Macedonum, ut ministrarent sanctis. Quo dicto plus exhortatur Corinthios, cum dicit illos paratos ab anno priore, sed expectare jam hoc, ut divideretur ministerium illorum pro uniuscujusque necessitate. *Et vestra æmulatio provocavit plures.* Post Macedones Achaiam paratam dicit, deinde ut et Corinthii fiant parati secundum promissum suum, cæteræ vero Ecclesiæ æmulatione Corinthiorum, dum audierunt illos prius multis erroribus fuisse implicatos, post autem corrigentes se cæ bonæ voluntatis effectos, incitati sunt ad bonum opus; quia si ii qui post acceptam fidem male versati sunt, hanc cœperant habere voluntatem; quanto magis isti, in quibus hæc vitia non sunt reperta.

(Vers. 3.) *Misi autem fratres; ne gloria nostra, qua vos præferimus, inanis fiat in hac parte; ut quem admodum dixi, parati sitis.* Hos fratres memorat, quos supra, id est, Titum, et quos ei adjunxit adjutores, qui impensius exhortarentur eos ad promissionem implendam in ministerio sanctorum; ut non solum litteris, sed et facie ad faciem oblectarent eos crebris admonitionibus; ne exsultatio apostoli, qua in splendore animi eorum gloriabatur, evacuetur. Sæpius ergo hoc memorans, sollicitudinem suam circa eos ostendit, nolens illos confundi.

(Vers. 4.) *Ne cum venerint mecum Macedones, et invenerint vos imparatos, erubescamus nos, ut non dicam omnes vos, in hac parte.* Manifestum est quia si non hoc inventum fuerit, quod testificatus est de his, et ipse erubescat, de ipsis et ipsi amplius confundantur; qui nec propterea quod testis eis exstitit Apostolus, id agere nisi sunt, quo verum illud facerent vel propter tanti viri personam.

(Vers. 5.) *Necessarium ergo existimavi rogare fratres, ut præcederent ad vos, et præpararent promissam benedictionem hanc vestram paratam esse: sed sic quasi benedictionem, non quasi circumventionem.* Ut sollicitudinem suam adhuc manifestet, rogasse se dixit fratres, per quos admoniti adimplerent, quod promiserant, et non implebant. Cum supra Titum dicat voluntarium profectum, hoc est, non illi fuisse extortum, sed mox ut audivit, libenter amplexus est; ut videatur voluntarius ad illos profectus propter spem illorum: nunc non ideo se rogasse hos significat, quasi nolentes ire; sed suum affectum probat circa illos, quando volentes ire insuper rogat; ut sine aliqua mora fiat, quod et illi volunt, et hic precatur. Hoc ergo agit cum his, ut in promissione sua fideles sint, et se ideo commonere propter existimationem illorum, non circumvenire; sed ut tantum offerant, quantum non pœniteat.

^a Nonnulli mss., *Per Titi autem revelationem.*

^b Corb. cod., *esse meliorem debet præbere.*

^c Quidam mss., *bonæ voluntatis affectibus.*

^d Rom. edit., *benedictionem hanc vestram: sed sic eam paratam esse, quasi, etc.*

(Vers. 6, 7.) *Hoc autem dico : quia qui parce seminat, parce et metet.* Parcum avarum significat, cui extorquetur, ut inferat; pœnitent enim quia promisit. Hoc de tarditate illorum colligit, qui olim promiserant, et diu deliberabant. Huic parco parva messis est; quia cum dubitatione seminat; nescit enim prodesse quod facit. *Qui autem in benedictione seminat de benedictione et metet.* Hic in benedictione seminat, qui bona voluntate sub spe futuræ retributionis hoc agit. *Unusquisque secundum propositum cordis, non ex tristitia aut necessitate; hilarem enim datorem diligit Deus.* Docet illos tunc prodesse hoc in futurum, si læto animo fiat. Ex his enim qui inferunt, hunc elegit Deus, cui retribuatur, qui devoto corde operatur, quasi thesaurizans apud Deum quia qui invitus facit propter præsentem pudorem, ne aliis inferentibus turpis inveniat, mercedem non habet.

(Vers. 8.) *Potens est Deus omnem gratiam abundare facere in vobis.* **194** Dei potentiam adesse illis exoptat, ut sicut in emendandis vitiis et doctrinæ veritate compungit corda illorum; ita et in hoc fa-veat cœptis illorum, ut abundant in omni opere bono per gratiam Dei. *Ut in omnibus semper omnem sufficientiam habentes, abundantis in omni opere bono.* Hoc dicit et optat, ut in omni re semper sufficientes sibi sint Dei nutu, nec indigeant iis, quæ ad salutem necessaria sunt. Si ergo sufficientiam solam sibi eligant, poterunt in Dei opere abundare; illud enim sibi retinendo quod sufficit, cætera in usus sanctorum vel pauperum impendant necesse est: et hoc erit abundare in omni opere bono. Licet enim exigui hominis parvum sit, quod tribuit, abundat tamen, quia recto iudicio sit, et non solum quæritur quantum; sed et de quanto, et quo animo detur. Denique illa vidua in Evangelio (*Luc. xxi, 3*) de parvo laudata est, et qui multa mittebant, laudati non sunt. Illius enim parvum multum est; quia plus misit, quam poterat: divites autem minus miserunt, cum plus possent; ac per hoc modicum illius, quæ ultra vires suas misit, plus inventum est, quam divitum multum; quia de eo quod abundabat eis, miserunt. Qui ergo tantum dat, quantum potest, recte facit: viduam tamen illam ante se habet; quia hæc omne quod habuit, misit.

(Vers. 9.) *Sicut scriptum est : Dispersit, dedit pauperibus, justitia ejus manet in æternum.* Hoc in psalmo scriptum est centesimo decimo primo, et per exemplum addit ad curam pauperum; ut in omni opere bono abundant. Si enim hujus qui pauperibus largitur, justitia manet in æternum; quanto magis ejus, qui ministrat sanctis? Pauperes enim (possunt dici, qui^a publice egeni sunt: sancti enim dis-

cernuntur ab his; quia hi servi Dei sunt, insistentes orationibus et jejuniis, puram vitam agentes, sicut et Anna prophetissa (*Luc. ii, 37*), quæ non discedebat de templo, jejuniis et orationibus serviens die ac nocte, omnem mundi curam postponens. Misericordia ergo hæc, justitia appellata est; quia sciens qui largitur, omnia Deum communiter omnibus dare, quia sol ejus omnibus oritur, et pluit omnibus, et terram omnibus dedit: idcirco dividit cum iis, qui copiam terræ non habent; ne beneficiis Dei privati videantur. ^b Justus ergo est, qui sibi soli non detinet, quod scit omnibus datum: et justus non solum hoc in tempore, sed et in æternum; quia in sæculo futuro hanc habebit secum in perpetuum.

(Vers. 10, 11.) *Qui autem subministrat semen seminanti: et panem ad edendum ministrabit: et multiplicabit semen vestrum, et amplificabit fructum justitiæ vestræ; ut in omnibus locupletemini in omni simplicitate.* Omnia Dei sunt, et semina et nascentia Dei nutu crescunt, et multiplicantur ad usus hominum: Deus ergo qui hæc dat, ipse et jubet de his communicari eis, qui indigent; ac per hoc non poterit, qui tribuit juxta Dei voluntatem, Dei nutu non augeri incrementis hujusmodi ad amplificandum fructum justitiæ; danti enim ^c addit, ut eo amplius habeat, unde largiri possit. Hæc est justitia, ut quia Deus dat, retribuatur ex eo et homo ei, cui deest. Hos enim vult ministros esse eorum, qui potiora eligentes, copias præsentis temporis spernunt, totos se Dei rebus obligantes. Unicusque enim secundum bonam voluntatem Deus præstat auxilium; sancti enim qui nihil volunt hic possidere, nisi victum habere et vestitum, hos qui hæc habere volunt, tutores illorum Deus esse disposuit; ut qui bene et simpliciter eis ministraverit, amplificetur Dei nutu; ut habeat, unde largiatur semper, et ad præsens locupletatus, et in futurum. Semel enim seminans, bis metet; ita ut si ^d futuris consulit spes, nolit eos subjectos habere, sed magis se eis inclinet; quia a Deo hujus rei accipiet mercedem. Si enim ad præsens humiliari eos sibi voluerit, spem futuri amittit; hic enim accipit mercedem operis sui, hoc non simpliciter agens, sicut dicit Dominus: *Amen dico vobis, perceperunt mercedem suam* (*Matth. vi, 16*).

D (Vers. 12, 13.) ^e *Quæ operator per nos gratiarum actionem Deo. Quoniam ministerium officii hujus non solum supplet ea, quæ desunt sanctis: sed et abundabit per multorum gratiarum actiones in Deo, per probationem ministerii hujus, magnificantes Deum in subjectione confessionis vestræ in Evangelio Christi, et in simplicitate^f communicationis in illos, et ipsorum orationes pro vobis desiderantium vos videre, propter superabundantem gratiam **195** Dei in vobis. Gratia autem*

^a Omnes edit. et quidam mss., qui publicani egeni sunt: rectius alii mss., qui publice, etc.

^b Mss. nonnulli: *Iste ergo est, qui... et istius justitia non solum in tempore manet.*

^c Cod. Vall., additur, ut egenis amplius, etc.

^d Non pauci mss., si futuris speciebus; Laud., rebus,

consulit.

^e Vet. edit. et mss. nonnulli, si quis operator; Rom. edit. cum cæteris mss., quæ operator. At in sequenti versu ms. Carn. solus, ministerium sacrificii.

^f Rom. edit., communionis vestræ in ipsos, et in omnes, et in ipsorum oratione, etc.

Deo super inenarrabili dono ejus. Hoc dicit quia quicumque operatur per dispensatores doni Dei hoc opus unde gratiæ agantur Deo; ab his qui necessarios sumptus accipiunt sub nomine Christi, non mendicitati subjecti, sed Deo, de cujus bonis illi se norunt: non tantum ab eis gratiæ illis referuntur, sed a reliquis fratribus; qui pro his gratias agunt Deo commendantes factum ipsorum Domino; ut paucis tribuentes, multorum obsecrationibus Deo, commendentur. Probantes enim mentem eorum in hoc opere, magnificent in eis Dominum, cujus spe firmati, obediunt Evangelio Christi in subiectione mentis: ne velint eos sibi humiliari, ut præbeant quæ necessaria sunt sanctis. Et hoc erit in simplicitate gratias agere communicationis illorum, commendantes se orationibus illorum, et desideris eorum. Quis enim non cupiat oculis videre necessitatibus suis propter Dei nomen subjectos? Denique Dei dona vocantur; Deo enim dat, qui his ministrat; quia qui jubet fieri, ipsi imputatur, quod datur. ^a Gratias autem Deo in his agentes, et super ineffabili dono ejus. Donum enim Dei est, quod incitat homines ad bonum opus; spes enim promissa facessit ad ministerium supra dictum.

CAPUT X.

(Vers. 1.) *Ipsæ autem ego Paulus obsecro vos per mansuetudinem et modestiam Christi, qui ad faciem quidem humilis sum in vobis: absens vero confido in vobis.* Hoc est, quod nunc dicit, quia talis est absens, qualis et præsens. Nee enim humilis erat ad faciem adulatione aut subiectione alicujus rei, qui constantiam suam sic zelabatur, ut aliquando etiam a licitis temperaret, ne inclinaretur. Unde dicit in alia epistola: *Omnia mihi licent, sed ego sub nullius redigam potestate. Esca ventri, et veniet exilis: Deus autem hunc et has destruet* (I Cor. vi, 13). Ideo ergo absens obsecratur, et modestiam Christi interponit; ne præsens durior inveniatur causa virorum eorum, quam est in epistola; et componentes se, qui adhuc non emandaverant, mollirent sibi figurem Apostoli; ut moderatos eos inveniens, pressa severitate lætaretur in eis. Confidentiam itaque fiduciam severitatis significavit, quam forte in epistola tantum habere putabatur, non tamen præsens facie; quia in prima epistola severus, et nimis rigidus videtur: et ideo commoneat ne eadem severitate præsens utatur, sicut non sperabant.

(Vers. 2.) *Rogo itatem ut non præsens videam per eam fiduciam, qua existimor audire in quoddam, qui arbitrantur nos secundum carnem ambulare.* Idem sensus est, quem ut dilucidet, repetit; orat enim ut tales illos inveniat, ne cogatur irasci, sed ut requiescat cum eis. ^b Hic ergo aperuit, quod supra significavit, et adhuc in subiectis plenius manifestat,

^a Rom. edit., *Gratia autem Deo super ineffabili dono. Donum enim, etc.*

^b Nonnulli mss., *hanc esse confidentiam dicti datæ, et*

^c Ms. Corb., *putat illi carnalia placere.*

^d Rom. edit., *intellectum ad obedientiam Christi. Captivat intellectum.* At continuo posthabetur in cod.

A hanc esse confidentiam, quam hic fiduciam dixit, datæ sibi potestatis a Christo, ejus vicarius est; ut vindicet in eos, qui sub nomine Christi agentes, non obediunt, ut corrigant in quibus reprehenduntur. Hos dicit qui non recipiendo spiritalia, quæ ab Apostolo dicebantur, sic eam existimabant, quasi carnalia loqueretur, quæ recipienda non essent. Ideo dicit: *Qui arbitrantur nos secundum carnem ambulare; quia qui spernit spiritalia, et putat illa carnalia.*

(Vers. 3.) *Nam in carne ambulantes, non secundum carnem militamus.* Hoc est, in corpore positi spiritaliter vivimus; spiritaliter enim vivit, qui facit quod placet Deo. Hic ergo secundum carnem militat, qui desideris carnis obtemperat; otiosis enim error care dicitur. Christo autem ipse militat, qui obediit ei **B** in fide et disciplina.

(Vers. 4.) *Arma enim militiæ nostræ non carnalia sunt, sed fortia Deo.* Ideo fortia, quia incorrupta; omnia enim carnalia corrupta sunt. Arma ergo ideo, quia repugnant vitis, signum habentia imperatoris sui Christi, qui hostis est vitiorum; sicut enim imperator per milites suos vindicat suum regnum: ita et Salvator per nos servos suos defendit civitas Dei professionem et disciplinam.

(Vers. 5.) *Ad destructionem munitionum, cogitationes destruentes, et omnem altitudinem extollentem se adversus cognitionem Dei.* Arma spiritalia fides est incorrupta prædicationis. Per hæc Deus vincit principes et potestates, quos constat ut sibi usurpent imperium, extolli contra fidem Christi, cogitationibus se hominum inserentes, ut avocent eos a Dei **C** ~~100~~ dominio, quas cogitationes destruit veritas fidei. Munitiones ergo principes dicit et potestates, et spiritalia nequitie, qui se extollunt, et armant infidelium animos ad contradicendum Christo: contra quos pugnat Dei lex, dissipans consilia eorum. *Et captivitates redigentes omnem intellectum, et perducentes ad obedientiam Christi.* Captivat intellectum, dum contradicentem ratione vincit; et ad fidem Christi, cui prius repugnaverat, humilem et mansuetum inducit.

(Vers. 6.) *Et parati in omnibus vindicare omnem inobedientiam, cum impleta fuerit obediitio vestra.* Manifestum est quia vindicet inobedientiam; cum illam condemnat per obedientiam, tunc illam destruens, quando eos qui resistunt, perducit ad fidem; ut perfidia ab his a quibus defendebatur, damnetur.

(Vers. 7.) *Quæ secundum faciem sunt, videtis.* Nunc vult eos quæ palam sunt, considerare, id est, ea que dicitur est; quia sunt aperta dijudicare. Dicit ergo: *Si quis confidit se esse servum Christi, hoc cogitet iterum apud se, quia tunc ipse Christi est, ita et nos: His loquitur, quorum tangit superbiam, qui de se*

Vall., *dum contradicit, dum rationem vincit.*

^e Vet. edit ac mss. non patet, *obediitio vestra.* Quod vero sequitur, in cod. Corb. sic legitur: *Manifestum est, qui vindicat obedientiam, condemnat inobedientiam.*

^f Rom. edit., *confidit se esse Christi.*

præsumētes inflationē animi, minus quam dignam erat, de Apostolo sentiebant, quasi non egerent præceptis ejus. Quod commoneat; ut si de se confiderent, quia erant servi Christi, non utique deberent de Apostolo dubitare; sed et de eo, quamvis imper sit, vel sibiliter sentire; eum utique magis præferre sibi deberent magistrum gentium. Sed hic illos humilitatem in se docet, æquans se illis; cum esset vix electionis, et magister gentium in fide et veritate. Hoc vult ergo illos considerare, quod utique clara luce videtur; quia de Apostolo nemo credentium non plus æstimet, quam de se: quanto magis nemo minus quam de se debeat æstimare? Hoc ergo contestatur et docet; ne elatione mentis bonæ vitæ meritum perderent. Qui enim se aliquid esse, humillet se, ut amplior fiat.

(Vers. 8.) *Nam etsi aliquid amplius gloriamus fuerit de potestate nostra, quam dedit nobis Dominus in edificationem, non in destructionem vestri, non erubescam.* Nunc significat, quia superius se humiliavit, ipse se comparando; cum si se erigat, non erubescat; quia a Domino accepit potestatem prædicandi, ut salvet, non ut perdat obaudientes. Si ergo hic qui a Domino missus est, inclinat se, comparat se inferioribus; quanto magis il, qui nullus erant testimonii, comparare se non deberent, non dicam præferre, majoribus?

(Vers. 9.) *Ut autem non existimetur quasi terrestris per epistolas.* Ille potest videri terrestris per epistolas; qui nequē auctoritatis alicujus est; neque præsens fiduciam habet arguendi; absens autem ideo audeat, quia præsens timeat.

(Vers. 10, 11.) *Quia epistolæ quidem graves et fortes sunt, præsentia autem corporis infirma, et sermo contempnibilis. Nos obtemperamus quæ ejusmodi rei, quæ quales sumus verbo per epistolas absentes, tales sumus et præsentis in opere.* Ideo non se alium esse absentem, quam præsens est, probat; quia non erat presumptor. A Domino enim potestatem acceperat; cui enim non est data potestas, absens potest audent, præsens autem pudorem patitur. Ideo Apostolus non erubescit; dum scripsit; quia fiducia potestatis hinc agit. Hæc propter hos loquitur, qui non missi prædicabant adelantes; quia se ipsos commendare volebant.

(Vers. 12.) *Non enim audentes confingere aut comparare nos ipsos quibusdam, qui se ipsos commendant.* Hi sunt; qui se ipsos commendant, qui non acceptis potestate, dominari volunt, nomini suo vindicantem auctoritatem. Qui nulli militat, non sibi; sed ei a quo militat, vindicant potestatem; per quod etiam ostendit se a Domino dispensatorem electum. Sic ergo non conjungit se, aut comparat iis, qui non missi prædicant, dum nihil est ultra concessum præsumit.

^a Eadem Rom. edit., *cur si se erigat; utrisq. mss., si se corrigat.*

^b Rom. edit., *audemus referre, aut comparare.*

^c Mss. aliquot, *ultra consensum præsumit.*

(Vers. 13.) *Sed ipse in nobis nosmetipsos mensurantes, et comparantes nosmetipsos vobis, non immensum gloriamur; sed secundum mensuram regulæ, quam partitus est nobis Deus, mensuram pertingendi usque ad vos.* Tanta se uti dicit potestate, quanta concessa est ab Auctore, nec mensuram egredi. Idcirco non superba erit, inquit, gloriatio nostra; quando non transgredimur terminum datæ potestatis. Gloriam pro auctoritate posuit, qua utebatur in correctionibus **107** peccatorum; ut salvos eos faceret. Nec tamen gloriari se dicit in extollentia potestatis, sed ad edificationem illorum. Ostendit enim potestatem, de qua si gloriari vellet, non illum puderet; quia data est illi a Domino. Sed hic sic illa utitur, ut non gloriatur, nisi in profectu credentium, corripiens

B constantiter vitiosos; ut gloriatur in salute illorum, ut potestas data saluti proficiat, non elationi. Duplici ergo genere non se in immensum gloriarum testatur; et quia secundum datam potestatem, sicut dixit, et quia non ultra quod prædicatio ejus personet, vindicabit sibi auctoritatem. De his enim confidebat, quos ipse fundaverat in fide Christi. Partitum enim dicit unicuique, ad quos in prædicatione dirigebatur; ut singuli proprias aliquas civitates haberent, de quarum fide gloriarentur. Dei enim nutu Macedonibus prædicare advocatus est hic Apostolus; et ut Corinthiis evangelizaret, a Domino admonitus est. His ergo audenter loquitur, quos ipse fundavit, et ad quos Dei nutu pervenit: cæteris non tali fiducia; quia in aliena regula erant, hoc est, in parte alterius **C** Evangelistæ.

(Vers. 14.) *Non enim quasi non pertingentes usque ad vos, superextendimus nos: hoc est, non quasi non pervenerimus usque ad vos, superextendimus nos in prædicatione, sed destinati, Deo mittente nos, ad vos pervenimus.* Superextendi autem est ultra extendi, quam conceditur, sed non ultra; quia mensuram dedit Deus, quam servarent evangelistæ ejus, quam hic se custodire testatur. Ideo enim hoc ostendit, ut sciant quoniam a Deo ad hos directus est; se per hoc obaudire illos debere monitæ ejus; ne contemntes, Deo a quo missus est, resistere viderentur.

(Vers. 15.) *Nam usque ad vos pervenimus in Evangelio Christi, non in immensum gloriantes in vultibus labribus.* Hic manifestius apparet, quod dicit, quia ipse hos fundaverat. Ideo tanta fiducia ad hos loquitur; nec enim labore alterius acquisitum fuerant ad fidem, sicut in alia epistola ait: *In Christo enim per Evangelium ego vos genui* (I Cor. iv; 13.) Non ergo extra mensuram gloriatur, qui in labore suo gloriatur.

Spem vero habentes crescentis fidei vestræ in vobis magnificari. Quia fructum laboris sperat quæsitæ fidei eorum, idcirco non negligenter hoc agere se

^d Nonnulli mss., *non solum puderet.*

^e Ver. edit. cum mss. quibusdam, *non quasi non missi pervenimus ad vos in prædicatione, sed destinati a Deo mittente nos ad vos. Superextendi, etc.*

profletur, ne tædiis et molestiis cederet; quia magnificari se credidit apud Deum, si augeantur in fide auditores ejus, sicut dicit Dominus: *Pater sicut misisti me in hunc mundum, et ego misi eos in hunc mundum, et pro eis sanctifico me ipsum* (Joan. xvii, 18.) Hoc dicit, quia testimonium magistri est in discipulis obaudientibus; unde ait:

(Vers. 16.) *In vobis magnificari secundum regulam nostram in abundantia, et ut etiam in regionibus, quæ ultra vos sunt, evangelizem.* Lætiore de fide eorum, ultra eos prædicaturum se necessario profletur ad augendam gloriam prædicationis; ubi adhuc non fuerat prædicatum. *Ut non in aliena regula præparatis gloriemur.* Manifestum est quia vir prudens non in his confidit, neque gloriam sperat, ^a quæ in aliorum laboribus constant. Ideo et Apostolus non audeat in hos, qui aliis prædicantibus crediderunt; ne in alienis laboribus gloriari videretur; sed hoc innititur, ut eis prædicet, quibus non erat annuntiatum, ut gloriam ^b labore suo quærat.

(Vers. 17.) *Qui autem gloriatur, in Domino gloriatur.* Hoc dicto significavit ipsam confidentiam et gloriam Domino dandam, cujus gratia est; ut qui in potestate evangelica confidit, Deo auctore confidat; ut quæstus omnis negotii divini Domino in lucrum veniat. Sed qui non accipit potestatem a Deo, non potest in Domino gloriari; quia gloriam suam quærit.

(Vers. 18.) *Non enim qui se ipsum commendat, et probatus est: sed quem Dominus commendat.* Verum est, quia illum Dominus commendat, et ille probatus est, quem dignum habet, ac mittit, ut prædicet donum ejus; quem autem non mittit, non illum commendat. Ipse autem se commendat, qui non missus prædicat; ac per hoc idoneus non est, sed præsumptor et reprobus.

CAPUT XI.

(Vers. 1.) *Utinam sustineretis pusillum imprudentiam meam! sed et patimini me.* Incipiens vera de se ipso narrare, **198** insipientem se dicit; quia ad laudem ejus videtur pertinere. Propter quod dictum est: *Non te laudent labia tua, sed proximi tui* (Prov. xvii, 2). Sed hic dolore compellitur propter hos, qui cum de eo bene præ cæteris sentire deberent, indignè sentiebant.

(Vers. 2.) *Zelans enim vos Dei zelo; paravi enim vos uni tiro virginem castam assignare Christo.* Quæ locuturus est, amore eorum dicturum se ostendit; ut non magis ad laudem ejus proficiat, sed ad profectum horum: ut discant quemadmodum parenti suo in Evangelio saveant; quia vituperatio patris detractio filiorum est, et laus filiorum gloria patris est (Eccl. iii, 13). Virgines ergo vult eos esse in fide; unde et

^a Codex Corb., quibus aliorum labor constat.

^b Omnes edit. et mss. aliquot, labori suo quærat; Corb., labori suo acquirat; reliqui demum, labore suo quærat.

^c Nonnulli mss., corrumpuntur a castitate Dei.

^d Mss. Corb., recte pateremini. Non hoc dicit, quod rectum sit alium Christum, aut alium Spiritum recipere, aut aliam prædicationem; quippe dum ad Galatas

A corruptores fidei zelatur ab his, ut in die judicii inco-taminatos eos assignet judici Christo. Hinc est, unde et in Apocalypsi Joannis legitur: *Hi sunt, inquit, qui cum mulieribus non sunt coinquinati; virgines enim permanserunt. Hi sequuntur Agnum, quocumque vadit* (Apoc. xv, 4). In mulieribus errorem significavit; quia error per mulierem cœpit, sicut et Jezabel mulierem dicit propter uxorem Achab, quæ zelo Baal Dei prophetas occidit (III Reg. xviii, 40); cum intelligatur idololatria, qua corrumpuntur mores, et fidei veritas. Nam si mulieres intelligas, ut ideo putes virgines dictas, quia corpora sua incontaminata servaverunt, excludis ab hac gloria sanctos; quia omnes apostoli, exceptis Joanne et Paulo, uxores habuerunt. Et vide an conveniat accusare B Petrum apostolum, qui primus inter apostolos est, quanto magis inter cæteros?

(Vers. 3.) *Timeo autem, ne sicut serpens Evam seduxit astutia sua, sic sensus vestri corrumpantur a castitate, quæ est in Christo Jesu.* Ostendit qua causa cogitur vera de se protestari; ad hoc enim gloriam sibi datam profletur, non ut se laudet: sed ut illos deformet, qui sub nomine Christi contra Christum prædicabant, a quibus Corinthii seducebantur; et veritas hæc his magis, quam ei proficeret. Hoc enim egit, ne audiantur seductores, quos diabolo comparavit propter astutiam malitiæ eorum; quia corrumpere fidelium corda a veritate Christi conantur. Hoc ergo timens, semper sollicitus de eis est, ne violentur.

(Vers. 4.) *Nam si is qui venit, alium Christum prædicat, quem non prædicavimus: aut alium Spiritum accipitis, quem non accepistis: aut aliud Evangelium, quod non recepistis; ^d recte pateremini.* Quare ait: *Recte pateremini*, si alius vobis Christus prædicatus fuisset, aut si alius Spiritus vel aliud Evangelium traditum vobis fuisset cum dicat Galatis: *Si quis vobis annuntiaverit, præterquam quod accepistis, ^e anathema sit* (Galat. i, 9)? Si Galatis perversum erat aliud accipere, quam ab apostolis fuerat traditum; quomodo Corinthiis rectum erat, si alius Christus prædicatus illis fuisset? Sed sciens Apostolus numquam alium Christum quam hunc, qui crucifixus est, prædicari; ideo ait: *Recte pateremini*, si vobis alius potior Christus ab iis, qui veniunt, prædicatus fuisset. Galatis autem anathema dixit, si aliud audirent, quod non utique majus esset, sed contrarium. Porro autem, inquit, si ipse Christus prædicatur ab iis, qui a nobis annuntiat, et hoc Evangelium; qui causæ est, ut nos inferiores habeamur, cum nihil amplius ab illis addiscatur? Superius de pseudoapostolis loquitur fidei corruptoribus, hoc loco autem de veris prædicatoribus; quia plebs

dicat: *Si quis vobis, etc.*

^e Idem cod. Corb., anathema sit. Hoc est autem: *Recte pateremini*, si aliud audistis quod a nobis dictum non est: aut si alius Christus major ab eo, quem nos prædicamus, annuntiaretur vobis: aut potior Spiritus datus erat colore persuasionis; ut præponeretis nobis tales prædicatores. Porro autem, etc.

Corinthiorum variis erroribus fluctuabat, ut aliqui A faverent pseudoapostolis, quidam eis a quibus compositis verbis eadem audiebant, quæ ab Apostolo audierant: alii autem apostolis favebant, quia cum Domino fuerant, apostolum suum Paulum deformantes, quia in carne non viderit Dominum.

(Vers. 5.) *Existimo enim me in nullo inferiore fuisse iis, qui valde sunt apostoli.* Non vult gratiam Dei inferiorem in se videri; quia similiter docuit, et eadem fecit, quæ faciebant apostoli, ^a qui propensiores videbantur; quia priores cõperant docere, et fuerant cum Domino: unde majoris auctoritatis esse putabantur; cum hujus apostoli ^b electio insigni probata fuerit testimonio, et ipse amplius cæteris laboraverit, et Dominum in templo orans viderit, et locutus sit ei.

(Vers. 6.) *Sed et si imperitus sermone sum, non tamen scientia.* **199** Hoc non ad apostolos pertinet; quia non erant eloquentes, ut pote sine litteris; pleni tamen Spiritu sancto: sed hos tangit, quos præferebant Corinthii, causa accurati sermonis; cum in religione vis sermonis necessaria sit, ^c non sonus dulcis. Quomodo tamen se humiliat, ut imperitum se esse dicat in sermone? Et ubi est illud, quod Festus ait: *Paule, inquit, Paule, multæ litteræ ^d te faciunt excordem* (Act. xxvi, 24)? Hoc ergo dicens, non se loqui nescire voluit intelligi: sed propter eos qui non per fidem, sed per eloquentiam commendari volebant. Et in eo tamen se dixit imperitum, quod non habet crimen: in eo autem ^e quod acquirit salutem, et ejus ignorantia non caret crimine, non se imperitum pronuntiavit; quia qui imperitus est in sermone, reus non est apud Deum: qui autem scientiam Dei non habet, reus est ignorantia; quia non licet ignorare, maxime quod pertinet ad salutem. Quomobrem Apostolus, spreta eloquentia, id agebat, ut fides teste virtute acceptabilis esset; ut non fidem eloquentia commendaret, sed virtus, cui cedit eloquentia. *In omnibus autem manifestus sum vobis.* Manifestum se dicit esse Corinthiis in omnibus; quia non ignorabant etiam loquendi habere illum peritiam, et hoc scientes alii favebant in eo, quo istum inferiorem nesciebant: ideoque commotus loquitur, quia hoc pejus erat; ut cum scirent illum in nullo deesse, humiliarent illum cæteris; cum vidissent per eum non solum impleri prædicationem; D sed et signa et prodigia fieri apostolica.

(Vers. 7.) *Aut numquid peccatum feci, me ipsum humilians, ut vos exaltemini; quoniam gratis Evangelium Dei prædicavi in vobis.* Quoniam inflati erant, eo quod sumptus ab eis accipere noluit, et propter hoc alios ei proponebant; idcirco numquid peccavi, ait; quia me humiliavi, ut me indignum ad accipien-

^a Rom edit., qui potiores ridebantur.

^b Vet. edit. et mss. aliquot, electio cum testimonio sit, et amplius, etc.

^c Non sonus dulcis. In omnibus autem. Ita mss. Corb. in quo quiddam inter hæc verba medium est, omittitur.

^d Vet. edit. cum mss. non paucis, te faciunt ex-

dum judicarem; quia inde mihi irascimini, cum hoc non peccati sit, sed gloria? Itaque sic se humiliavit, cum id quod sibi debebatur, non exegit. Debitum enim erat, ut sumptus ab iis acciperet, quibus prædicabat Evangelium Dei, sicut Dominus instituit, dicens: *Dignus est operarius mercede sua* (Luc. x, 7): sed ut ad utilitatem eorum proficeret, refutavit. Duabus enim ex causis oblatos sumptus refutavit; ne et pseudoapostolis similis inveniretur, qui non ad gloriam Dei, sed ad suam utilitatem prædicabant, ut non occasionem acciperent deprædandi, alio enim non accipiente, non potest alter multum expetere: et ne vigor evangelicæ potestatis torpesceret; qui enim a peccantibus accipit, arguendi auctoritatem amittit. Sic ergo exaltantur, cum ideo ab eis non B accipitur, ut correpti emendentur, a morte elevati ad vitam.

(Vers. 8.) *Alias Ecclesias exspoliavi, accepto stipendio ad ministerium vestrum. Et cum apud vos essem, et egerem, nulli gravis fui.* Onerat eos; ostendit enim non solum noluisse se accipere ab eis, sed et ab aliis accepisse, et eis ministrasse. Et ut multum hoc ostendat fuisse, non parum, ait: *Alias exspoliavi Ecclesias ad ministerium vestrum.* Non parva ergo significat se in eos impendisse; cum enim dicit, *exspoliavi*, multa accepta et data significat, non extorta. Unde subjicit: *Accepto stipendio*; stipendium est enim, quod militans accipit ad sumptus, vice mercedis. Ruborem ergo incussit eis; quia non utique dolo refutavit, quando ispe eis ministravit, et ut per hoc ministerium, quod promiserant, facilius C implerent, scientes se esse debitores; ut non valde gloriosum jam sit ministerium eorum, sed debitum; ne vel inde se jactarent.

(Vers. 9.) *Et cum apud vos essem, et egerem, nulli gravis fui.* In tantum eis proficere voluit; ut egestatem suam consolaretur propter eorum salutem. Passus enim egestatem contentus fuit, ne illi aliquid scandalum paterentur. Qui enim dat, putat se exaltari, ^f et jam se non patitur argui. *Nam indigentiam meam suppleverunt fratres, qui venerunt a Macedonia.* A Macedonibus semper accepit; quia prius vitia sua correxerunt. Et sicut a Corinthiis accipiendum non erat, ne illis in scandalum proficeret; sic, iterum a Macedonibus accipiendum erat, D ne bene seminantes fructum amitterent.

(Vers. 10.) *Et in omnibus sine onere vestro me ipsum servavi, et servabo.* In eo semper se permansurum dicit, ut sic se corrigant, propter pseudoapostolos, qui occasionem quærebant deprædandi eos.

200 *Est veritas Christi in me, quoniam gloria hæc non infringetur in me in regionibus Achaia.* Hortatur omnem Achaïam, ut ministrent sanctis: sibi autem torrem.

^e Ita edit. Rom. et mss. nonnulli: vet. autem edit. cum aliis mss. multo pluribus, quod non caret crimine, et acquirit salutem: rectius Laud. sublata negatione legit, quod caret crimine, etc.

^f Codex Vall., et inde se patitur argui.

non permittere, ne ceptam gloriam non impletet; gloria est enim a licitis abstinere, maxime ad aliorum salutem. In Achaïam ergo regionibus noluit uti, in cæteris usus est: et amplius promittit sub testimonio Christi, dicens in eo se mansurum; ne aliquando ab Achaïam regionibus acciperet.

(Vers. 11.) *Quare? Quia non diligo vos? Deus scit.* Reddita ratione etiam Dei scientiam testem dat dilectionis suæ, quam habebat erga eos; quia non ideo volebat accipere, quia non illos diligebat; sed ideo magis, quia amabat eos, ut hoc ipsum prodesset illis, sicut dixi.

(Vers. 12.) *Quod autem facio, et facturus sum; ut amputem occasionem eorum, qui volunt occasionem, ut in eo quod gloriantur, inventantur, sicut et nos.* Gloria pseudoapostolorum in pecuniis erat accipiendis. Ideo Apostolus hoc refutavit, ne illis similis videretur; quia nisi hoc ab Apostolo fuisset vitatum, major occasio illis data fuisset accipiendi, aut magis extorquendi; quando in hac re formam ab Apostolo datam ostenderent.

(Vers. 13.) *Hujusmodi enim pseudoapostoli sunt operarii, subdoli, transfigurantes se in apostolos Christi.* Subdoli sunt, quia avaritiæ causa, non religiosa mente neque missi prædicabant Christum, nomen sibi apostolicum usurpantes.

(Vers. 14.) *Nec utique mirum, ipse enim satanas transfiguratur velut Angelus luminis.* Manifestum est quia frequenter multos fallit Satanas, ostendens se illis quasi angelum Dei; ut decipiat eos. Unde Jesus Nave sollicitus, quæ sivit quis esset, qui ei apparuit. (Josue, I, 5.) Et Apostoli in navi perterriti putabant phantasma esse. Unde Petrus apostolus dicenti Domino: *Nolite timere, ego sum (Matth. xiv, 7);* non facile credens, ait: *Si tu es, jube me venire ad te super aquas (Ibid., 28),* ut si firmiter posuisset pedem super aquas, sciret verum esse quia non erat phantasma, quod apparebat.

(Vers. 15.) *Non ergo magnum, si et ministri ejus transfigurantur, sicut ministri justitiæ.* Ministri justitiæ apostoli sunt, quorum se hi socios mentiebantur, ut deciperent audientes. Quorum finis erit secundum opera eorum. Sine dubio, quia judicabuntur hujusmodi secundam animi sui nequitiam; quia non propter Deum, sed propter suum ventrem simulant se ministros Dei. Finem tamen illorum secundum opera illorum dicit: ut stent opera et cura ventris interit, ita et hi interire intelligantur.

(Vers. 16.) *Iterum dico ne quis existimet me insipientem, alioquin velut insipientem accipite me; ut et ego modicum atiquid gloriar.* Supra (Cap. II, vers. 1) jam dixit: *Utinam sustineretis pusillum imprudentiam meam, hoc nunc repellit; semper enim proponit quod postea multis interpositis prosequatur. Quod*

^a Mss. aliquot. *putarent sublimes hoc concepto, quia nihil, etc.*

^b Rom. edit., *si se falso quis laudet.* Iterum non multo post nonnulli mss. legunt, *carnalitas est, ubi alii, et omnes edit., carnalis est.*

A ergo supra proposuit, modo incipit enarrare, nam vera dicturus, velut insipientem se dicit, quia videtur ad laudem ejus pertinere. *Ut et ego modicum, inquit, gloriar.* Modicum hoc dixit, quia in verbis, non in sensu est. Non ergo vere ad gloriam suam hæc loquitur, sed vult illis ostendere, quia quos putant gloriosos, nihil plus ab hoc habent: ac per hoc si putantur hi gloriosi, et ego inquit. Ideo insipientis hoc esse dicit, ut ad laudem suam aliquid prosequatur, se autem coactum hoc loqui. Dolet enim ei, ut illos ^a putarent sublimes hoc contempto, qui nihil plus ab eo haberent.

(Vers. 17.) *Quod loquor, non loquor secundum Deum.* Secundum Deum non loquitur; quia ad carnis tumorem hæc pertinent, nec de inflatione apud Deum surgit gloria; quia apud Deum humilitas gloriosa est. *Sed quasi in insipientia in hac substantia gloriationis.* Non plenam dixit insipientiam, sed ex parte; veritas enim est. Sed quia elevatio vidiosa res est; ideo quamvis verum sit, quod dicitur; quasi insipientia tamen est unumquemque laudare se. Plena autem insipientia est, ^b si se falsis quis laudet: ille enim superbus de vero est, hic stultus de falso; substantia tamen gloriationis in hac causa carnalis est; quia sicut flos feni, ita decidit gloria ista.

(Vers. 18.) *Quia multi gloriantur secundum carnem, et ego gloriabor.* Hoc dicit, quoniam aliqui ex Judæis credentes præsumebant sibi, quod essent filii Abraham. Hoc est secundum carnem gloriari, nobilitatem sibi carnis vindicare. Inde enim sibi defendunt generis prærogativam; quia filii ejus dicuntur, qui **201** Deo crediderint: *Cum anima quæ peccaverit, ipsa moriatur (Ezech. xviii, 20).* Si ergo hæc gloria est, inquit, et ego gloriabor; quia et ego filius sum Abraham. Sed nihil predest filium esse Abraham apud Deum; quia fides est quæ salvat, non propago generis Abraham. Ideoque gloria hæc carnis est gloria, ut putaretur, nobilis filius hominis.

(Vers. 19, 20.) *Libenter enim o sustinetis, insipientes, cum sitis ipsi sapientes.* Insipientes appellat, qui de carnis circumcissione gloriabantur: et quia a Corinthiis portabantur, ut gloriosi viderentur; ideo Apostolus etiam se sustineri ab his vult; ut et ipse hoc se esse ostenderet, quod erant hi, et non tamen gloriari ex hac parte secundum Deum; unde gloriam hanc insipientiam vocat. Gloriari enim se dicit secundum carnem; sed hoc stultam esse profitetur, ut et gloriam hanc inaniret, et se coactum in laudem carnis eruisse docet. Igitur ironia est hæc. Nam quomodo prudentes sunt, qui sæpe reprehenduntur? nonne plus sapit insipientia Apostoli, quam horum prudentia? Hic enim sapiens sustinet imprudentes, ^d qui patientia sua suffert eos, ut possint proficere; ne provocans eos, aut abjiciens, pejores illos fa-

^c Quidquid intercedit inter hæc verba, *sustinetis insipientes, et alia illa, fronte est hæc, in cod. Corb. desiderantur.*

^d Nonnulli mss., *qui sapientia sua.*

ciat, aut certe si in illis proficere non potuerit, suam modestiam custodit. Horum in Corinthiis nihil est. Quomodo ergo libenter sufferunt imprudentes, cum ipsi sint sapientes; nisi quia non sic vult intelligi, sicut sonant verba? Hoc in sensu et pronuntiatione est; quia eadem quidem verba non eundem a habent sensum, aliter pronuntiat; ut aliquando confirmat, aliquando neget, quod dicit. Illi enim ut prudentes, insipientes sufferebant falsos apostolos. *Sustinetis enim, si quis vos in servitum redigit.* Hoc verum est; quia redigebantur in servitum, non per praesentiam; sed per stultitiam; ut famularentur pseudoapostolis. *Si quis devorat.* Nec hoc falsum est; quia contenti erant devorari res suas a falsis doctoribus. *Si quis accipit.* Accipere est aliquem dolo capere; ideoque significat hos capi a dolosis magistris, et ferre quod non expedit. *Si quis extollitur.* Extollentia superbia est. Hoc ergo tangit, qui superbi erant, male taxantes Apostolum; et his non displicebant. *Si quis in faciem vos caedit.* In faciem caeditur, in cuius os injuria irrogatur. Nunc hos significat, qui eo quod essent de genere Abraham, obtrecebant eis, quod essent incircumcisi, se praeferebant, hos humiliantes.

(Vers. 21.) *Secundum ignobilitatem dico.* Ignobilitatem dicit hoc, quod supra ait: *Et ego glorior secundum carnem* (II Cor. xi, 18). Non enim dicit ad laudem pertinere, quia infirmus non erat, in quo se jactabant, quae occulte tangit. Unde et adjecit: *Quasi nos infirmi fuerimus in hac parte.* Manifestum est quia non erat in hac gloria infirmus, in qua se praeferebant credentes Judaei, quos hi patiebantur. Quasi Apostolus eorum in hac re esset dissimilis; quia et ipse erat de semine Abraham. ^d ac per hoc infirmus non erat in hac gloria carnis. Infirmi autem hi judicabantur, qui applicati fuerant generi Abraham. Isti enim quasi infirmi in eo quod ille se praeferebant, eo quod essent Israelitae, in hoc ipso voluit se sufferri. Ut ostenderet in hac gloria carnis non se esse dissimiles et infirmos, cum de sua causa loquitur, subinducit et Barnabae personam socii sui. Unde et in prima dicit epistola: *Aut ego solus et Barnabas non habemus potestatem hoc operandi* (I Cor. ix, 6)? Non ergo minores erant in hac gloria, in qua se Judaei jactabant, sed non inde plaudebant. Denique dicit: *In quo quis audet? In insipientiam dico, audeo et ego:* hoc est, non fuisse infirmum in gloria, qua se jactabant Israelitae; nec quidem in hac re prudentem indicari; praeferre enim se nolunt prudentes. In insipientiam ergo se dicit audere in eo quod audent ii, qui se jactant, eo quod sint filii Abraham; ut gloriam eorum laentat: imprudentem se pronuntiat; ne illi prudentes viderentur in hac parte, aut nobiles.

^a Mss. aliquot, habent sensum aliter pronuntiat.

^b Ita vet. edit. et mss. excepto Corb. in quo, et ferri, quod non expedit: Rom. edit. sola, et ferri, quo non expedit.

^c Corb. cod., in qua se praeferebant Judaei, quia et ipsi erant ex semine Abraham, sed non inde plaudebant.

(Vers. 23.) *Hebraei sunt, et ego: Israelitae sunt et ego: semen Abraham sunt, et ego.* In his parum se eorum, de quibus supra significavit, ostendit; ut detractiones eorum, quibus indignus ab his judicabatur, falsas ostenderet.

(Vers. 23.) *Ministri Christi sunt, et ego volui insipiens dico, plus ego.* Vera de se dicens, insipientem se pronuntiat, ut intelligatur coactus in laudem suam prorupisse. Nam qui sponte ea refert, quae ad laudem ejus proficiant, imprudentem se non dicit. Ostendit ergo quae sint, quae faciant illum ministrum Christi magis esse, quam sunt reliqui praedicatorum. Occasione enim inventa, omnium tangit personas, etiam apostolorum, dolens quia Dei gratia minor in hac judicabatur; eum eadem operaretur, quae caeteri apostoli, et fidei causa majora exitia toleraret. Unde et in alia epistola dicit: *Plus illis omnibus laboravi* (I Cor. xv, 10).

In laboribus plurimis. Ideo in pluribus ait laboribus, quia et illi laboraverunt, sed non tantum. Hic enim a mane usque ad quintam horam vietum manibus quaerebat, et ita exinde usque ad decimam horam disputabat publice tanto labore, ut contradicentibus suaderet. *In carceribus abundanter.* Apertum est frequentius istum missum fuisse in carcerem, quam illos. *In plagis supra modum.* Ideo supra modum, quia ultra quam oportuit. Nam et illi caesi sunt, sed non tantum. *In moribus saepe.* Verum est, quia hic frequentius pericula sustinuit, quam caeteri.

(Vers. 24.) *A Judaeis quinquies quadraginta, una minus accepi.* Hoc dicit, quia quinquies flagellatus est a Judaeis secundum legem Moysis, accipiens plagas triginta novem, sicut scriptum est in Deuteronomio (Deut. xxv, 3). Quod per quinque ergo vices factum est, hic summam refert.

(Vers. 25.) *Ter virgis caesus sum.* Nec a gentibus passus est. *Semel lapidatus sum.* A Judaeis lapidatus est in civitate Lycaonia (Act. xiv, 18). *Ter naufragium feci.* Qui omni tempore legitur navigasse, adversis procellis facile fuit ter naufragium facere. *Nocte et die in profundo maris fui.* Hoc factum est, quando missus est Romam, cum appellasset Caesarem. (Act. xxv, 12). Tunc desperatione vitae in alto, hoc est, in profundo maris fuit, mortem ante oculos habens. Sic enim scriptum est in ipso loco: *Ita ut desperaremus nos etiam vivere* (II Cor. i, 8).

(Vers. 26.) *In itineribus saepe.* Nunc alia memorat pericula, ut terra marique pro Christo vexatum se secundum carnem ostendat. *Periculis, ait, fluminum.* Si itinerum pericula recitat, quid est ut dicat: *Periculis fluminum?* Sed hyeme iter faciens; quia atque imbres assidui sunt, egredientibus fluminibus incurrere periculum. *Periculis latronum.* Cum in civitate

Denique dicit: *In quo quis audet, etc.*

^d Mss. nonnulli, infirmi non erant in hac gloria carnis; Laud., gloria Christi.

^e Quidam mss., ut ostenderent.... dissimiles et infirmos: nonnulli, ut ostenderent.... dissimiles, et infirmos; reliqui et edit. ut in textu.

diabolus eum occidere non posset, latrones illi excitabat in via, cum nihil ferret, quæ latrones cupe-
rent. *Periculis ex genere.* Judæorum dicit persecu-
tiones, qui fratres ejus erant secundum carnem;
dolebant enim, ^a quia deserta Lege ad Evangelium
Christi se converterat. *Periculis ex gentibus.* A gen-
tibus persecutiones passus est propter mysterium in-
carnationis Domini nostri Jesu Christi, et unius Dei
prædicationem. *Periculis in civitate.* Usque adeo pe-
riculum fuit in civitate, ut per fenestram effugeret
manus insidiantes sibi (II Cor. xi, 33). *Periculis in
deserto.* Periculum hoc a Judæis fuit procuratum,
quando eum, factis insidiis, in via volebant occi-
dere (Act. xvii, 43). *Periculis in mari.* Jam superius
dixit: *Ter naufragium feci, nocte et die in profundo
maris fui;* quod aliud fuit periculum in mari? Sed
hoc est periculum, quando in mari, hoc est, in
navi, milites cogitaverant omnes custodias occidere;
ne quis enatans effugeret. Quod periculum centurio
prohibuit inferi ne, Palus occideretur, ut eum vivum
Romam perduceret. *Periculis in fictis fratribus.* Falsi
fratres ii sunt, de quibus dicit ad Galatas: *Propter
subintroducitos autem falsos fratres, qui subintraverunt
explorare libertatem nostram, quam habemus in Christo
Jesu (Galat. ii, 4).* Hi enim partim christiani erant,
partim Judæi, in neutro perfecti, qui zelo Legis
Apostolo invidiam excitabant, eo quod, prædicato
Christo, Legem jam cessare dicebat. Denique his
perurgentibus, Timotheum compulsus est circumci-
dere. Fictus ergo christianus est, qui æmulatione Le-
gis persequitur christianum: et hic est falsus frater.
Si enim tantum Judæi erant hi, et propter Judais-
mum fratres eos falsos appellat, quid opus erat ite-
rare? Jam enim superius dixit: *Periculis ex genere.*
Sed secundum carnem non sunt falsi fratres, in
Christo autem falsi sunt; quia non tota mente chris-
tiani sunt (II Tim. i, iv). Fuerunt et alii falsi fratres,
sicut Demas et Hermogenes (II. Tim. iv, 9).

(Vers. 27.) *In labore^b et molestia.* Verum est quia
potest esse labor sine molestia: sed hic ideo addidit:
Et molestia, ut laborem **203** ipsum exitiosum ost-
tenderet. *In vigiliis multis.* Multæ fuerunt ejus vigi-
liæ: sed aliæ voluntariæ, alteræ ex necessitate; in
pressura enim positus, necesse erat, ut vigilaret Dei
quærens auxilium: et non solum diebus, sed et noc-
tibus doceret, sicut dicit in Actibus apostolorum. *In
fame et siti (Act. xx, 34).* Fugatus frequenter a Ju-
dæis persequentibus, necesse erat ut famem patere-
tur et sitim per inopiam. *In jejuniis sæpe.* Sæpius
jejunavit, ut Dei adminiculo protegi mereretur: je-
junat enim, ^c qui dum habet quod edat, abstinet. *In
frigore et nuditate.* In frigore fuit et nuditate, quando

^a Sic Rom. edit. cum mss. nonnullis: vet. edit. cum aliis mss., *quia spreta Lege; Corb., quia adversa Lege.*

^b Ms. Corb., et molestia. *Hic ideo addit, et molestiam; ut laborem ipsorum gravem ostenderet.*

^c Non pauci mss., *qui non habet quod edat, et abstinet.*

^d Ita plerique mss. alii vero, et vet. edit., *detra-*

A naufragium passus est. Denique ignem fecerunt, sit
et refecerunt nos propter pluviam imminentiem et
frigus Barbari in insula Melitæ (Act. xxviii, 2).

(Vers. 28.) *Præter illa quæ extrinsecus sunt instan-
tia mea, quotidiana sollicitudo omnium Ecclesiarum.*
Sollicitudo hæc, quam dicit quotidianam, ^d de tra-
ditionis usu descendit, ut omnibus diebus commis-
sum sibi populum instruat: illa autem quæ supra
memorat, superindicta sunt, necessitate cogente.
Dies enim ad opera datus est, nox ad requiem: sed
quia instabat necessitas, ut omnibus succurreret,
etiam noctu docebat. Se enim affligere non debuit;
ne Dei gratia esset in otio.

(Vers. 29.) *Quis infirmatur, et ego non infirmor?*
Compati se dicit omnibus, et condolare eo affecta,
B quo provideat vulneri medicinam. Hoc autem ideo
prosequitur, ut ostendat qua cura commissam sibi
Ecclesiam tueatur et rogat, ac per hoc in nullo se
minorem dehere judicari cæteris apostolis; quippe
qui ^e secundum quod declaravit, plus illis omnibus
laboraverit, Majore enim invidia laborabat apud Ju-
dæos pro cæteris apostolis; quia cum persequere-
tur Ecclesiam subito immutatus, factus est defensor
ejusdem, testificans atque confirmans quod Chri-
stum, quem prius ut hominem mortuum aestimabat,
de cælo secum locutum audierit (Act. ix, 6 et seq.).
Cujus testimonium necessario multi sequerentur,
scientes eum de persecutore non utique sine ratione
factum defensorem. Hæc causa excruciabatur Ju-
dæi, et quærebant eum semper interficere. *Quis
scandalizatur, et ego non iror?* Scandalizari est car-
nis pati desiderium, quantum ad hunc locum peri-
net. Et quia etiam inviti solent scandalizari, illece-
ra forma aut pulchritudine corporis, aut propriæ car-
nis calore: Apostolus necessitatem humanæ nature
considerans, uri se dicit; ut consulat talibus, com-
patiens infirmitati eorum: nec hos condemnans, sed
commonens in humilitate sermonis; ut spe promissi
præmii repugnent stimulis carnis; ne quis eorum,
qui eum audiunt, desiderii carnis victi, despera-
tes de se, putantes jam non accepto ferre Deum, si
corrigant, et in iisdem manentes, depereant.

(Vers. 30.) *Si gloriari oportet, in iis quæ infirmitatis
meæ sunt, gloriabor.* Hoc dicit quia si gloriandum
est christiano, in humilitate gloriandum est qua
crescitur apud Deum. Unde alio loco dicit: *Cum in-
firmor, tunc potens sum (II Cor. xii, 10),* hoc est,
cum humilior ^f pro fratrum salute, tunc exaltor.
Hinc gloriandum est, non de carnis progenie, quia
est quis ex semine Abrahæ.

(Vers. 31.) *Pater Deus et Domini nostri Jesu Christi quis
est benedictus in sæcula, scit quod non mentior.* Deum

tionis usu; cod. Vat., de tractionis usu: Rom. edit., de dispensationis usu.

^e Amerb. edit. cum mss. aliquot, *secundum quod claruit.*

^f Cod. Laud., *pro salute mundi;* Vall., *pro salute fratris.* Idem vero cod. Vall. post pauca legit, *quis est quisque ex semine Abrahæ;* ubi cæteri, et edit. quia est quis, etc.

testem dat, ut quæ dicit, facile credantur; et propter eos duntaxat qui eum non ut verum apostolum honorificabant.

(Vers. 32, 33.) *Damasci princeps gentis Aræthæ regis custodiebat civitatem Damascenorum, ut me comprehenderet: et per fenestram in sporta demissus sum per murum, et effugi manus ejus.*

CAPUT XII.

(Vers. 1.) *Si gloriari oportet, sed non opus est mihi.* Princeps Damasci videns Judæos insidias tendentes Apostolo, implere voluit per potentiam, malam cogitationem eorum, ut ipse si posset, eum comprehenderet, et ut Judæis placeret, et ut diligens in officio sibi credito videretur, si eum quem publice perturbatorem audiret, causa quietis interficeret. Hoc inter ipsa primordia, tunc quando apparuit illi in via Dominus eunti Damascum, incensi sunt Judæi, videntes eum, qui victos credentes in Christum venerat **204** perducere in Hierusalem, prædicare sanctam, quam venerat condemnare (Act. ix, 2 et seq.): et sic factum est ut a discipulis per fenestram per murum in sporta demissus effugeret. Quod quidam indigne factum dicunt; quia non Dei auxilio liberatus est. Sed quod ab hominibus fieri potuit, quid opus erat, ut Dei suffragio liberaretur; cum Dei suffragium tunc sit necessarium, si humanum auxilium deficiat? Quo facto non sibi dicit expedire gloriari, quia præsentis vitæ gaudium fragile est; si enim non evasisset, martyrium fecerat. Sed quia fugiendum in persecutione mandatum est (Matth. x, 23), data opera effugit, nec enim debet aliquis expectare ut in semetipsum peccetur. Ergo gloriandum dicit, quia evasit: sed non expedit, inquit, propter superbiam: quia de humilitate crescit, et auxilium Dei mitibus proficit, non elatis. Præterea quia gloriatur mortem se evasisse, quæ pro fide inferitur, inane videri significat pati pro Christo; ideo non expedit gloriari.

(Vers. 2.) *Veniam autem ad visiones et revelationes Domini.* Nunc ostensus est, quo sublatus est: ut proinde quanta et qualia sint, quæ illi ostensa et dicta sunt, possint intelligi: ne, sicut quibusdam videbatur, minor cæteris apostolis crederetur. Scio, inquit, hominem in Christo ante annos quatuordecim, sive in corpore, nescio; sive extra corpus, nescio, Deus scit, raptum hujusmodi usque ad tertium cælum. Utrumque confirmavit, quia utrumque posse fieri non negavit: ut et sine corpore rapti potuisset, et in corpore. Et forte quibusdam videatur non magnum esse, si homo Christi raptus est usque ad tertium cælum; ^d cum in tertio circulo dicatur luna esse. Sed non ita est, quia ultra omnia mundi sidera raptus intelligitur: et ideo magnificentum et mirabile est

quod narrat; significat enim supra firmamentum, in tertium numero cælum de spiritalibus cælis raptum semetipsum.

(Vers. 3, 4, 5.) *Et scio talem hominem, sive in corpore, sive extra corpus, nescio, Deus scit, quia raptus est in paradysum, et audivit arcana verba, quæ non licet homini loqui. Pro hujusmodi gloriabor.* Bis se raptum dicit, id est, primo hinc usque ad tertium cælum, deinde in paradysum cælestem, in quo latroni dixit Dominus, quod futurus esset cum eo in paradiso, inquit (Luc. xxiii, 43), Patris: illic ubi et civitas Dei dicitur esse Hierusalem mater nostra. Quid ergo mirum, si post resurrectionem corpus jam expiatum atque tenuatum factum, immortale futurum credatur in cælis (Galat. iv, 26); quando non dubitat Apostolus adhuc mortale corpus potuisse levari in cælos, et tolli in paradysum Dei Patris cælestem? Pro hujusmodi homine, id est, qui tam dignus est Deo, ut hoc experiretur, gloriari se dicit: et non vult aperte dicere, quia de se loquitur, ne laudare se videatur. Et Joannes apostolus, cum de se sciatur loqui: *Hic est, ait, discipulus, quem diligebat Jesus, qui et recubuit in cæna supra pectus ejus* (Joan. xxi, 20); ne gloriose de se effari videretur. *Pro me autem non gloriabor, nisi in infirmitatibus meis.* Sic de se non gloriatur, dum non aperte de se proficitur. In infirmitatibus sane inquit, meis gloriabor. Exponere enim pressuras passionum, et infirmitates angustiarum non videtur gloriosum, sed flebile. Idcirco se in his gloriari dicit, sciens tamen quia ad profectum perducunt remunerationum cælestium. Quid enim tam gloriosum in futurum christiano, quam exitia pro Christo illata sibi narrare?

(Vers. 6.) *Nam et si voluero gloriari, non ero stultus; nam veritatem dicam.* Hoc dicit, quia si meritum suum profiteatur, quod habet apud Deum, non erit imprudens; vera enim loquitur. Ergo si quis pro meritis suis, quæ sibi ostensa sunt, loquitur, non est utique stultus: si autem taceat, est etiam prudens. Sed qua causa hic non palam gloriatur, nunc subjicit dicens: *Parco autem, ne quis me existimet supra id, quod videt in me, aut audit aliquid ex me.* Ostendit igitur qua causa non aperte gloriatur: Ne quis me existimet, inquit, ultra, gloriam meam tendere, quam limes meritorum admittit. Hos significat, quos obtrectatores habebat causa Legis, sicut supra memoravi. Nam utique meritorum gloriam bonum est non tacere; ut invitentur credentes.

205 (Vers. 7.) *Et ne sublimitate revelationum extollar, datus est mihi stimulus carnis, angelus Satanæ, ut me colaphiset, ne extollar.* Deum bonis meritis providere testatur; dum permittit tentationibus bonos deprimi, non solum ne laborum suorum fruc-

^c Eadem edit. Rom., inane videtur significare.

^d Codex Corb., cum in quarto circulo dicatur.

^e Rom. edit. sola, cum eo in paradiso: illic ubi, etc.

^f Codex Corb., sed debile.

^g Nonnulli mss. remuneratione cælestium.

^h Post voces, ut me colaphiset, Rom. edit. jugulaverat, ne extollar.

^a Ita plures ac potiores mss. a quibus alii et vet edit. non recedunt, nisi quod præferunt, non expedit mihi, pro non est opus mihi. At Rom. edit. rejecto eodem textu post inferiora illa, si humanum auxilium deficiat, ibidem orditur cap. 12.

^b Rom. edit. sola, perturbatorem audiret quietis interficere.

tibus abdicentur, verum etiam ut augeantur his ad cumulum possessionis æternæ. Hoc ergo remedium datum est Apostolo, ut injuriis pressus, animo non possit extolli pro magnitudine revelationum; quia otiosum pectus necesse habebat in iis, quæ viderat, extolli.

(Vers. 8, 9.) *Propter hoc ter Dominum rogavi, ut discederet a me; et ait mihi: Sufficit tibi gratia mea; nam virtus a in infirmitate perficitur.* Stimuli diaboli, quos perfide mentibus inferens ad nocendum Dei servis instigat, ut cessarent ab eo, ter Dominum deprecatum se fuisse, et non impetrasse testatur: non quia despectum se dicit, sed quia inscius contra se petebat, ut cessarent ab eo tentationes, per quas perfectior se fiebat. Ideo ad Romanos dicit: *Nam quid oremus, sicut oportet, nescimus (Rom. viii, 27).* Unde hoc dicit sibi responsum, ut sufficeret sibi gratia Dei, qua aut vires tolerandi addebantur, aut tempus pressuræ abbreviatur; ut devotio dum infirmitate pressuræ accidentis non frangitur, probata videatur. *Libentissime itaque magis gloriabor in infirmitatibus meis, b ut inhabitet in me virtus Christi.* Apertum est quia tunc gloriandum docet, quando injuriis humiliatur. A Christo autem virtus tolerandi præbetur; ut quia prius asperæ, ac per hoc fastidendiæ injuriæ videbantur, postea libenter suscipiendæ; ut Christi auxilio lenirentur. Libenter ergo cædi se dicit, dummodo a Christo curetur, sciendo plus addere medicinam Christi ad salutem, quam infirmitas detrahit sanitati.

(Vers. 10.) *Quapropter placeo mihi in infirmitatibus, in contumeliis; cum enim infirmor, tunc potens sum.* Verum est, quia tunc vincit Christianus, cum perdere putatur: et tunc perdit perfidia, cum se vicisse gratulatur. Plaudit ergo, cum illi insultatur; et surgit, cum premitur.

(Vers. 11.) *Factus sum insipientis, vos me coegistis.* Compulsus se dicit, ut quid esset, ostenderet. Et non utique stultus est, qui de se vera locutus est: sed inclinatus, ut manifestet quia non voluntate merita sua ostendit. *Ego enim debui a vobis commendari.* Manifestum est, quia hi debuerant testimonium ei perhibere adversus obtretractores ejus, apud quos Ecclesiam constituit, et signorum prodigia apostolatus ostendit; ut hoc tacente, illi eum defenderent, quem patrem habebant in Evangelio Christi. *Nihil enim minus feci, quam illi valde apostoli. Valde, hoc est nimis, sicut quibusdam videbatur; nam hoc erant, quod et apostolus Paulus. Hoc ergo dicit, quia minor non est neque in prædicatione, neque in signis faciendis, apostolis præcessoribus suis, non in dig-*

nitate, sed tempore. Nam si de tempore præscribendum putatur, ante cœpit Joannes prædicare, quam Christus; et non Christus Joannem, sed Joannes Christum baptizavit. Num ergo sic judicat Deus? Denique prior secutus est Andreas Salvatorem, quam Petrus: et tamen primatum non accepit Andreas, sed Petrus. Quare ergo apostolus quibusdam non videbatur; eum eadem posset per Dei gratiam, quæ et apostoli? Ideo dolens, et compulsus ostendit, c quid a dignatione Domini mereatur. Hinc est unde non solum minorem se non esse coactus est profiteri, sed et plus omnibus laborasse. d Illis ergo displicebat, et non videbatur esse apostolus, qui æmulatione paternæ legis prædicationem ejus respuebant, quasi inimici traditionis Moysis; quia etiam jam cessare dicebat, apostolus magis faventes, et istum his humiliantes; quia illi non tam copulenter contra Legem aliquid asserebant.

(Vers. 12.) *Et si nihil sum, signa tamen apostoli facta sunt in vobis in omni patientia, signis, et prodigiis, et virtutibus.* Sic se humiliat, ut erigat; patientiam tamen primam memorat, quia diu illos portavit quasi impatientes ægros; ut adhibita medicina signorum atque virtutum, curaret vulnera erroris illorum.

(Vers. 13.) *Quid est enim quod minus habuistis cæteris Ecclesiis, nisi quod ego ipse non gravari vos? Donate mihi hanc injuriam.* Adhuc per humilitatem e se commendat; ostendit enim non minus illos aliquid habuisse cæteris Ecclesiis, sed et amplius; Evangelium enim Dei Gratia his prædicavit, quod nullis concessum est Ecclesiis, dicente Domino: *Dignus est enim operarius mercede sua (Luc. x, 7).* Si ergo pro bono opere f injuria, inquit, dignus sum, ignorete mihi: omnis enim stultus bani accusator est. Ut hos ergo imperitos ostendat, veniam ab his postulat ejus facti, de quo laude dignus est.

(Vers. 14.) *Ecce tertio hoc paratus sum venire ad vos, et non vos gravabo.* Ne forte hoc inter iniuria scisse putaretur ad commendationem suam, post autem mercedem evangelicæ prædicationis velle accipere, ostendit in ea se voluntate durare; ne factum suum postea emendare videretur, et esset quod ab obtretractoribus reprehenderetur. *Non enim quero quæ vestra sunt, sed vos.* Ostendit ideo se nolle accipere ab eis, ut illos ipsos lucraretur; ut intelligentes quia pecunia præponit erga se, tandem cognoscerent affectum illius erga se. *Nec enim debent filii parentibus thesaurizare, sed parentes filiis.* Patrem se eorum significat, sicut in prima epistola dicit: *Per evangelium ego vos genui (I Cor. iv, 15).*

a Rom edit. in infirmitate consummatur. Stimulus quos diabolus perfide; vet. edit. ac mss. nobis suffragantur, nisi quod illæ habent cum cod. etiam nonnullis, stimulus, et mss. aliquot, perfidis, aut perfidiæ mentibus.

b Rom. edit. sola, ut prætendat in me, etc.

c Mss. aliquot, ad agnitionem Domini, etc.

d Cod. Corb., His ergo displicebat, et non videbatur: et istum hi humiliantes erant, qui apostolicam

prædicationem refutabant. Et si nihil sum, etc.

e Idem cod. Corb., se exaltat; ostendit enim non minus illos aliquid habere, et tunc prodit perfidiam, cum se vicisse gratulatur. Plaudit ergo cum illi insultantur habuisse condigna cæteris Ecclesiis, dicente Domino: Dignus est enim operarius, etc.

f Rom. edit., injuria dignus sum, donate, inquit, hoc est, ignorete mihi.

Carnales tamen parentes sunt, qui filiis thesaurizant; nam spirituales a filiis dignum est ut accipiant sumptus ad sustentandam vitam presentem. Non enim magnum est ut spiritalia tradentes, consequantur carnalia. Hic autem in tantum probat se nolle accipere, ut transferat causam carnalis patris ad spiritalem; ut non solum non ab his accipiat, sed et si potest fieri, ipse illis tribuat, sicut jam supra dixi. *Alias ecclesias antipoliani, accepto stipendio ad ministerium vestrum* (II Cor. xi, 8). Hoc dicto tangit eos, ut intelligant quantus sit et quid il mercantur, qui tanti apostoli providentiam neglexerunt.

(Vers. 16.) *Ego vero libentissime impendam et super impendens, et ipse impendar pro animabus vestris.* Nunc aperte affectum et charitatem, quam circa eos habebat, ostendit; quando non solum sua pro eis impendere, et propensius impendere paratum se dicit, sed et seipsum pro salute animarum eorum etiam morti, sicut et apostolus Joannes dicit: Quia exemplo Salvatoris pro fratribus etiam animas nostras debemus ponere (I Joan. iii, 16.) *Plurimum vos diligens, minus diliger.* Provoct eos ad amorem; quia ipsi plus illum deberent diligere, maxime per quem didicerunt viam salutis, per quem et acquisiti sunt Deo, ex perfidis facti fideles, et ex contaminatis purificati.

(Vers. 16.) *Sed cito, ego vos non gravari; sed ut auctus dolo vos cepi.* Omnia quæ possent ex adverso proponi, non tacet, ut se purget per omnia; quia nihil per circumventionem egit apud eos, sed in simplicitate, ubi semel prospiciens, his duplici genere; ut et apud Deum provideret eis, et hic census illorum non quaereret: sibi autem hoc sufficere quod a Deo promissum est in futurum. Forte enim suspicarentur ideo illum contempsisse, quia parva erant, quæ offerebantur, ut majora consequeretur; ut circumspiciens merita sua, non pecuniam refutaret, sed a numerum indignum sibi aestimans contemneret.

(Vers. 17.) *Num per aliquem eorum, quos misi ad vos, circumveni vos?* Hoc est, quod dicit, quia quos misit, non illis hoc intimarunt, ut si vellent, pacatum habere Apostolum, dignam quantitatem personæ illius offerrent; quia ideo noluisse accipere, quia minus quam dignum erat, offerebatur. Quod compositum Apostoli astutia intelligerent; ut quod egit, non per contemptum, sed per avaritiam egisse probaretur.

(Vers. 18.) *Regavi Titum, et misi cum illo fratrem. Numquid avarus in vos fuit Titus? Nonne eodem spiritu ambulavimus? nonne hisdem vestigiis?* Apertum est quia quando ab iis quos misit, nihil tale dictum aut factum est; una eorum sententia probatur in bono, exclusæ suspitione avaritiæ.

(Vers. 19.) *Iterum putatis quod excusemus nos*

^a Ita mss. et edit. excepto cod. Corb. ubi habetur, non pecuniam repularet: et Rom. edit. ubi, sed minus indignum, etc.

^b Codex Laud., dubitatis quod excusem arbitrantes, etc.

apud vos? Hoc est, quod dicit: Olim de nobis ^b dubitatis, arbitantes quia non simpliciter agamus vobiscum. A pseudoapostolis enim exagitabantur, quia volentes deprædari eos, tergiversatione hoc agere Apostolum asserebant, quasi ut plus possit accipere. *Coram Deo in Christo loquimur: omnia autem, charissimi, pro vestra ædificatione.* Sic cupit illos verum et bene sentire de se, ut et ratione et testificatione satis illis faciat; quia non ut sibi prosit, talem se probet: sed ut ad ædificationem eorum **207** proficiat; ut vel sic amorem illorum circa se provocet, dum non gravat censum illorum et auctoritatem potestatis in arguendis vitiis non inclinatur. Sine dubio enim prodest ei, qui corripitur, ut emendet: si præpositus ideo oblata refutet, ut libere arguat.

(Vers. 20.) *Timeo enim, ne cum venero, non quales volo, inveniam vos.* Quoniam non omnes adhuc quos in prima epistola corripuit emendaverant se, in quibus fuerant vitiis reprehensi; ideo cum auctoritate vult videri iturus ad illos, ut territi corrigantur; ut tales illos inveniat, quales vult. *Et ego inveniar a vobis, non qualem vultis.* Hoc dicit, ut tales se præbeant, ut conveniat eis cum Apostolo, ut invicem congaudeant sibi. Ille enim invenit aliquem, qualem non vult, qui se talem facit, ut discordet ab illo. *Ne forte sint inter vos contentiones, æmulationes, animositates, dissensiones, detractiones, susurrations, tumores, seditiones.* Nunc errores memorat, quos in superiore epistola reprehendit; quando personis deferentes, et alterum alteri præponentes dissidebant ab invicem.

(Vers. 21.) *Ne iterum cum venero, humiliet me Deus apud vos, et lugeam multos ex iis, qui ante peccaverunt, et non egerunt penitentiam super immunditia et fornicatione, et impudicitia, quam gesserunt.* Hoc præmonet, ut non illos tales inveniat, quales dudum invenerat cum vitiis diversis operum immundorum, vel magis nominum; ^c quia omne opus sine crimine est, sed inordinationis nomen facit crimen. Tunc enim est illicitum, cum aliter sit, quam concessum est. Illis ergo peccantibus, se humiliari dicit; quia incipit, ut pius pater peccata filiorum deflere. Quis enim pater non gaudeat, bene agentibus filiis? Sic iterum necesse est lugeat, ^d si prave versentur. Ideo admonet, ut si qui præteritarum fornicationum, aut alterius immunditiæ, vel impuditiæ non egerunt penitentiam, sicut quidam ^e quos significat non egisse, nunc agerent; ut veniens sine tristitia esset cum eis. Cum enim dicit: *Et lugeam multos ex iis, qui ante peccaverunt, et non egerunt penitentiam,* probat quosdam ex his egisse penitentiam, quosdam non egisse. Quod Novatiano adversum est, qui dicit fornicatores non posse peragere

^c Ms. Corb., quia omne opus bonum sine crimine est.

^d Idem codex Corb., si pervertantur.

^e Vet. edit. cum mss. non paucis, quos significat egisse.

diabolus eum occidere non posset, latrones illi excitabat in via, cum nihil ferret, quæ latrones cuperent. *Periculis ex genere.* Judæorum dicit persecutiones, qui fratres ejus erant secundum carnem; dolebant enim, ^a quia deserta Lege ad Evangelium Christi se converterat. *Periculis ex gentibus.* A gentibus persecutiones passus est propter mysterium incarnationis Domini nostri Jesu Christi, et unius Dei prædicationem. *Periculis in civitate.* Usque adeo periculum fuit in civitate, ut per fenestram effugeret manus insidiantes sibi (II Cor. xi, 33). *Periculis in deserto.* Periculum hoc a Judæis fuit procuratum, quando eum, factis insidiis, in via volebant occidere (Act. xvii, 43). *Periculis in mari.* Jam superius dixit: *Ter naufragium feci, nocte et die in profundo maris fui*; quod aliud fuit periculum in mari? Sed hoc est periculum, quando in mari, hoc est, in navi, milites cogitaverant omnes custodias occidere; ne quis enatans effugeret. Quod periculum centurio prohibuit inferi ne, Palus occideretur, ut eum vivum Romam perduceret. *Periculis in fictis fratribus.* Falsi fratres ii sunt, de quibus dicit ad Galatas: *Propter subintroductos autem falsos fratres, qui subintraverunt explorare libertatem nostram, quam habemus in Christo Jesu (Galat. ii, 4).* Hi enim partim christiani erant, partim Judæi, in neutro perfecti, qui zelo Legis Apostolo invidiam excitabant, eo quod, prædicato Christo, Legem jam cessare dicebat. Denique his perurgentibus, Timotheum compulsus est circumcidere. Fictus ergo christianus est, qui æmulatione Legis persequitur christianum: et hic est falsus frater. Si enim tantum Judæi erant hi, et propter Judæismum fratres eos falsos appellat, quid opus erat iterare? Jam enim superius dixit: *Periculis ex genere.* Sed secundum carnem non sunt falsi fratres, in Christo autem falsi sunt; quia non tota mente christiani sunt (II Tim. i, iv). Fuerunt et alii falsi fratres, sicut Demas et Hermogenes (II Tim. iv, 9).

(Vers. 27.) *In labore^b et molestia.* Verum est quia potest esse labor sine molestia: sed hic ideo addidit: *Et molestia*, ut laborem **203** ipsum exitiosum ostenderet. *In vigiliis multis.* Multæ fuerunt ejus vigiliæ: sed aliæ voluntariæ, alteræ ex necessitate; in pressura enim positus, necesse erat, ut vigilaret Dei querens auxilium: et non solum diebus, sed et noctibus doceret, sicut dicit in Actibus apostolorum. *In fame et siti (Act. xx, 34).* Fugatus frequenter a Judæis persequentibus, necesse erat ut famem pateretur et sitim per inopiam. *In jejuniis sæpe.* Sæpius jejunavit, ut Dei adminiculo protegi mereretur: jejunat enim, ^c qui dum habet quod edat, abstinet. *In frigore et nuditate.* In frigore fuit et nuditate, quando

^a Sic Rom. edit. cum mss. nonnullis: vet. edit. cum aliis mss., quia spreta Lege; Corb., quia adversa Lege.

^b Ms. Corb., et molestia. Hic ideo addit, et molestiam; ut laborem ipsorum gravem ostenderet.

^c Non pauci mss., qui non habet quod edat, et abstinet.

^d Ita plerique mss. alii vero, et vet. edit., detra-

A naufragium passus est. Denique ignem fecerunt, sit et refecerunt nos propter pluviam imminentem et frigus Barbari in insula Melitæ (Act. xxvii, 2).

(Vers. 28.) *Præter illa quæ extrinsecus sunt instantia mea, quotidiana sollicitudo omnium Ecclesiarum.* Sollicitudo hæc, quam dicit quotidianam, ^d de traditionis usu descendit, ut omnibus diebus commissum sibi populum instruat: illa autem quæ supra memorat, superindicta sunt, necessitate cogente. Dies enim ad opera datus est, nox ad requiem: sed quia instabat necessitas, ut omnibus succurreret, etiam noctu docebat. Se enim affligere non debuit; ne Dei gratia esset in otio.

(Vers. 29.) *Quis infirmatur, et ego non infirmor?* Compati se dicit omnibus, et condolere eo affecta, quo provideat vulneri medicinam. Hoc autem ideo B prosequitur, ut ostendat qua cura commissam sibi Ecclesiam tueatur et regat, ac per hoc in nullo se minorem debere judicari cæteris apostolis; quippe qui ^e secundum quod declaravit, plus illis omnibus laboraverit, Majore enim invidia laborabat apud Judæos pro cæteris apostolis; quia cum persequeretur Ecclesiam subito immutatus, factus est defensor ejusdem, testificans atque confirmans quod Christum, quem prius ut hominem mortuum estimabat, de cælo secum locutum audierit (Act. ix, 6 et seq.). Cujus testimonium necessario multi sequerentur, scientes eum de persecutore non utique sine ratione factum defensorem. Hac causa ex cruciabantur Judæi, et quærebant eum semper interficere. *Quis scandalizatur, et ego non wror?* Scandalizari est carnis pati desiderium, quantum ad hunc locum pertinet. Et quia etiam inviti solent scandalizari, illecebra forma aut pulchritudine corporis, aut propriæ carnis calore: Apostolus necessitatem humanæ naturæ considerans, uri se dicit; ut consulat talibus, compatiens infirmitati eorum: nec hos condemnans, sed commonens in humilitate sermonis; ut spe promissi præmii repugnent stimulis carnis; ne quis eorum, qui eum audiunt, desiderii carnis victi, desperantes de se, putantes jam non accepto ferre Deum, si corrigant, et in iisdem manentes, deperant.

(Vers. 30.) *Si gloriari oportet, in iis quæ infirmitatis meæ sunt, gloriabor.* Hoc dicit quia si gloriandum est christiano, in humilitate gloriandum est quia D crescitur apud Deum. Unde alio loco dicit: *Cum infirmor, tunc potens sum (II Cor. xn, 10)*, hoc est, cum humilior ^f pro fratrum salute, tunc exaltor. Hinc gloriandum est, non de carnis progeie, quia est quis ex semine Abrahæ.

(Vers. 31.) *Pater Deus et Domini nostri Jesu Christi qui est benedictus in sæcula, scit quod non mentior.* Deum

ctionis usu; cod. Vat., de tractionis usu: Rom. edit., de dispensationis usu.

^e Amerb. edit, cum mss. aliquot, secundum quod claruit.

^f Cod. Laud., pro salute mundi; Vall., pro salute fratris. Idem vero cod. Vall. post pauca legit, quæ est quisque ex semine Abrahæ; ubi cæteri, et edit. quia est quis, etc.

testem dat, ut quæ dicit, facile credantur; et propter eos duntaxat qui eum non ut verum apostolum honorificabant.

(Vers. 32, 33.) *Damasci princeps gentis Arethæ regis custodiebat civitatem Damascenorum, ut me comprehenderet: et per fenestram in sporta demissus sum per murum, et effugi manus ejus.*

CAPUT XII.

(Vers. 1.) *Si gloriari oportet, sed non opus est mihi.* Princeps Damasci videns Judæos insidias tendentes Apostolo, implere voluit per potentiam, malam cogitationem eorum, ut ipse si posset, eum comprehenderet, et ut Judæis placeret, et ut diligens in officio sibi credito videretur, si eum quem publice^b perturbatorem audiret, causa quietis interficeret. Hoc inter ipsa primordia, tunc quando apparuit illi in via Dominus eunti Damascum, incensi sunt Judæi, videntes eum, qui victos credentes in Christum venerat **204** perducere in Hierusalem, prædicare sectam, quam venerat condemnare (Act. ix, 2 et seq.): et sic factum est ut a discipulis per fenestram per murum in sporta demissus effugeret. Quod quidam indigne factum dicunt; quia non Dei auxilio liberatus est. Sed quod ab hominibus fieri potuit, quid opus erat, ut Dei suffragio liberaretur; cum Dei suffragium tunc sit necessarium, si humanum auxilium deficiat? Quo facto non sibi dicit expedire gloriari, quia præsentis vitæ gaudium fragile est; si enim non evasisset, martyrium fecerat. Sed quia fugiendum in persecutione mandatum est (Matth. x, 23), data opera effugit, nec enim debet aliquis expectare ut in semetipsum peccetur. Ergo gloriandum dicit, quia evasit: sed non expedit, inquit, propter superbiam: quia de humilitate crescitur, et auxilium Dei mitibus proficit, non elatis. Præterea quia gloriatur mortem se evasisse, quæ pro fide inferitur, c inane videri significat pati pro Christo; ideo non expedit gloriari.

(Vers. 2.) *Veniam autem ad visiones et revelationes Domini.* Nunc ostensurus est, quo sublatus est: ut proinde quanta et qualia sint, quæ illi ostensa et dicta sunt, possint intelligi: ne, sicut quibusdam videbatur, minor cæteris apostolis crederetur. Scio, inquit, hominem in Christo ante annos quatuordecim, si-
re in corpore, nescio; sive extra corpus, nescio, Deus scit, raptum hujusmodi usque ad tertium cælum. **D** Utrumque confirmavit, quia utrumque posse fieri non negavit: ut et sine corpore rapti potuisset, et in corpore. Et forte quibusdam videatur non magnum esse, si homo Christi raptus est usque ad tertium cælum; d cum in tertio circulo dicatur luna esse. Sed non ita est, quia ultra omnia mundi sidera raptus intelligitur: et ideo magnificentum et mirabile est

quod narrat; significat enim supra firmamentum, in tertium numero cælum de spiritalibus cælis raptum semetipsum.

(Vers. 3, 4, 5.) *Et scio talem hominem, sive in corpore, sive extra corpus, nescio, Deus scit, quia raptus est in paradysum, et audivit arcana verba, quæ non licet homini loqui. Pro hujusmodi gloriabor.* Bis se raptum dicit, id est, primo hinc usque ad tertium cælum, deinde in paradysum cælestem, in quo latroni dixit Dominus, quod futurus esset cum eo e in paradiso, inquit (Luc. xxiii, 43), Patris: illic ubi et civitas Dei dicitur esse Hierusalem mater nostra. Quid ergo mirum, si post resurrectionem corpus jam expiatum atque tenuatum factum, immortale futurum credatur in cælis (Galat. iv, 26); quando non dubitat Apostolus adhuc mortale corpus potuisse levare in cælos, et tolli in paradysum Dei Patris cælestem? Pro hujusmodi homine, id est, qui tam dignus est Deo, ut hoc experiretur, gloriari se dicit: et non vult aperte dicere, quia de se loquitur, ne laudare se videatur. Et Joannes apostolus, cum de se sciatur loqui: *Hic est, ait, discipulus, quem diligebat Jesus, qui et recubuit in cæna supra pectus ejus* (Joan. xxi, 20); ne gloriose de se effari videretur. *Pro me autem non gloriabor, nisi in infirmitatibus meis.* Sic de se non gloriatur, dum non aperte de se proficitur. In infirmitatibus sane inquit, meis gloriabor. Exponere enim pressuras passionum, et infirmitates angustiarum non videtur gloriosum, f sed flebile. Idcirco se in his gloriari dicit, sciens tamen quia ad profectum **C** perducunt g remunerationum cælestium. Quid enim tam gloriosum in futurum christiano, quam exitia pro Christo illata sibi narrare?

(Vers. 6.) *Nam et si voluero gloriari, non ero stultus; nam veritatem dicam.* Hoc dicit, quia si meritum suum profiteatur, quod habet apud Deum, non erit imprudens; vera enim loquitur. Ergo si quis pro meritis suis, quæ sibi ostensa sunt, loquitur, non est utique stultus: si autem taceat, est etiam prudens. Sed qua causa hic non palam gloriatur, nunc subjicit dicens: *Parco autem, ne quis me existimet supra id, quod videt in me, aut audit aliquid ex me.* Ostendit igitur qua causa non aperte gloriatur: Ne quis me existimet, inquit, ultra, gloriam meam tendere, quam limes meritorum admittit. Hos significat, quos obtrectatores habebat causa Legis, sicut supra memoravi. Nam utique meritorum gloriam bonum est non tacere; ut invitentur credentes.

205 (Vers. 7.) *Et ne sublimitate revelationum extollar, datus est mihi stimulus carnis, angelus Satanæ, b ut me colaphiset, ne extollar.* Deum bonis meritis providere testatur; dum permittit tentationibus bonos deprimi, non solum ne laborum suorum fruc-

c Eadem edit. Rom., inane videtur significare.

d Codex Corb., cum in quarto circulo dicatur.

e Rom. edit. sola, cum eo in paradiso: illic ubi, etc.

f Codex Corb., sed debile.

g Nonnulli mss. remuneratione cælestium.

h Post voces, ut me colaphiset, Rom. edit. jugulaverat, ne extollar.

a Ita plures ac potiores mss. a quibus alii et vet edit. non recedunt, nisi quod præferunt, non expedit mihi, pro non est opus mihi. At Rom. edit. rejecto eodem textu post inferiora illa, si humanum auxilium deficiat, ibidem orditur cap. 12.

b Rom. edit. sola, perturbatorem audiret quietis interficere.

tibus abdicentur, verum etiam ut augeantur his ad cumulum possessionis æternæ. Hoc ergo remedium datum est Apostolo, ut injuriis pressus, animo non posset extolli pro magnitudine revelationum; quia otiosum pectus necesse habebat in iis, quæ viderat, extolli.

(Vers. 8, 9.) *Propter hęc ter Dominum rogavi, ut discederet a me; et ait mihi: Sufficit tibi gratia mea; nam virtus^a in infirmitate perficitur.* Stimuli diaboli, quos perfide mentibus inferens ad nocendum Dei servis instigat, ut cessarent ab eo, ter Dominum deprecatum se fuisse, et non impetrasse testatur: non quia despectum se dicit, sed quia inscius contra se petebat, ut cessarent ab eo tentationes, per quas perfectior se fiebat. Ideo ad Romanos dicit: *Nam quid oremus, sicut oportet, nescimus (Rom. viii, 27).* Unde hoc dicit sibi responsum, ut sufficeret sibi gratia Dei, quia aut vires tolerandi addebantur, aut tempus pressuræ abbreviatur; ut devotio dum infirmitate pressuræ accidentis non frangitur, probata videatur. *Libentissime itaque magis gloriabor in infirmitatibus meis, b ut inhabitet in me virtus Christi.* Apertum est quia tunc gloriandum docet, quando injuriis humiliatur. A Christo autem virtus tolerandi præbatur; ut quia prius asperæ, ac per hoc fastidientiæ injuriæ videbantur, postea libenter suscipiendæ; ut Christi auxilio lenirentur. Libenter ergo cædi se dicit, dummodo a Christo curetur, sciendo plus addere medicinam Christi ad salutem, quam infirmitas detrahit sanitati.

(Vers. 10.) *Quapropter placeo mihi in infirmitatibus, in contumeliis; cum enim infirmor, tunc potius sum.* Verum est, quia tunc vincit Christianus, cum perdere putatur: et tunc perdit perfidia, cum se vicisse gratulatur. Plaudit ergo, cum illi insultatur; et surgit, cum premitur.

(Vers. 11.) *Factus sum insipientis, vos me coegistis.* Compulsus se dicit, ut quid esset, ostenderet. Et non utique stultus est, qui de se vera locutus est: sed inclinatus, ut manifestet quia non voluntate merita sua ostendit. *Ego enim debui a vobis commendari.* Manifestum est, quia hi debuerant testimonium ei perhibere adversus obtractatores ejus, apud quos Ecclesiam constituit, et signorum prodigia apostolatus ostendit; ut hoc tacente, illi eum defenderent, quem patrem habebant in Evangelio Christi. *Nihil enim minus feci, quam illi valde apostoli.* Valde, hoc est nimis, sicut quibusdam videbatur; nam hoc erant, quod et apostolus Paulus. Hoc ergo dicit, quia minor non est neque in prædicatione, neque in signis faciendis, apostollis præcessoribus suis, non in dig-

nitate, sed tempore. Nam si de tempore præscribendum putatur, ante cœpit Joannes prædicare, quam Christus; et non Christus Joannem, sed Joannem Christum baptizavit. Num ergo sic judicat Deus? Denique prior secutus est Andreas Salvatorem, quam Petrus: et tamen primatum non accepit Andreas, sed Petrus. Quare ergo apostolus quibusdam non videbatur; eum eadem posset per Dei gratiam, quæ et apostoli? Ideo dolet, et compulsus ostendit, c quid a dignatione Domini increatur. Hinc est unde non solum minorem se non esse coactus est profiteri, sed et plus omnibus laborasse. d Illis ergo displicebat, et non videbatur esse apostolus, qui æmulatione paternæ legis prædicationem ejus respuebant, quasi inimici traditionis Moysis; quia eam jam cessare dicebat, apostolis magis faventes, et istum his humiliantes; quia illi non tam constanter contra Legem aliquid asserebant.

(Vers. 12.) *Et si nihil sum, signa tamen apostoli facta sunt in vobis in omni patientia, signis, et prodigiis, et virtutibus.* Sic se humiliat, ut erigat; patientiam tamen primam memorat, quia diu illos portavit quasi impatientes ægros; ut adhibita medicina signorum atque virtutum, curaret vulnera erroris illorum.

(Vers. 13.) *Quid est enim quod minus habuistis cæteris Ecclesiis, nisi quod ego ipse non gravavi vos? Donate mihi hanc injuriam.* Adhuc per humilitatem e se commendat; ostendit enim non minus illos aliquid habuisse cæteris Ecclesiis, sed et amplius; Evangelium enim Dei gratis his prædicavit, quod nullis concessum est Ecclesiis, dicente Domino: *Dignus est enim operarius mercede sua (Luc. x, 7).* Si ergo pro bono opere f injuria, inquit, dignus sum, ignoret mihi: omnis enim stultus boni accusator est. Ut hos ergo imperitos ostendat, veniam ab his postulat ejus facti, de quo laude dignus est.

(Vers. 14.) *Ecce tertio hoc paratus sum venire ad vos, et non vos gravabo.* Ne forte hoc inter iniurias facisse putaretur ad commendationem suam, post autem mercedem evangelicæ prædicationis velle accipere, ostendit in ea se voluntate durare; ne factum suum postea emendare videretur, et esset quod ab obtractatoribus reprehenderetur. *Non enim quæro quæ vestra sunt, sed vos.* Ostendit ideo se nolle accipere ab eis, ut illos ipsos lucraretur; ut intelligentes quia pecuniæ præponit eos, tandem cognoscerent affectum illius erga se. *Nec enim debent filii parentibus thesaurizare, sed parentes filijs.* Patrem se eorum significat, sicut in prima epistola dicit: *Per evangelium ego vos genui (I Cor. iv, 15).*

^a Rom edit. in infirmitate consummatur. Stimulos quos diabolus perfide; vet. edit. ac mss. nobis suffragantur, nisi quod illæ habent cum cod. etiam non nullis. stimulus, et mss. aliquot, perfidia, aut perfidia mentibus.

^b Rom. edit. sola, ut prætendat in me, etc.

^c Mss. aliquot, ad agnitionem Domini, etc.

^d Cod. Corb., His ergo displicebat, et non videbatur: et istum hi humiliantes erant, qui apostolicam

prædicationem refutabant. Et si nihil sum, etc.

^e Idem cod. Corb., se exaltat; ostendit enim non minus illos aliquid habere, et tunc prodit perfidiam, cum se vicisse gratulatur. Plaudit ergo cum illi insultantur habuisse condigna cæteris Ecclesiis, dicente Domino: Dignus est enim operarius, etc.

^f Rom. edit., injuria dignus sum, donate, inquit, hoc est, ignoret mihi.

Carnales tamen parentes sunt, qui filiis thesaurizant; nam spirituales a filiis dignum est ut accipiant sumptus ad sustentandam vitam presentem. Non enim magnum est ut spiritalia tradentes, consequantur carnalia. Hic autem in tantum probat se nolle accipere, ut transferat causam carnalis patris ad spiritalem; ut non solum non ab his accipiat, sed et si potest fieri, ipse illis tribuat, sicut jam supra dixi. *Alias aequalitas expoliari, accepto stipendio ad ministerium vestrum* (II Cor. xi, 8). Hoc dicto tangit eos, ut intelligant quantum aut et quid illi mereantur, qui tanti apostoli providentiam neglexerunt.

(Vers. 15.) *Ego vero libentissime imponam et super impudens, et ipse impendar pro animabus vestris.* Nunc aperte affectum et charitatem, quam circa eos habebat, ostendit; quando non solum sua pro eis impendere, et propensius impendere paratum se dicit, sed et se ipsum pro salute animarum eorum etiam mori, sicut et apostolus Joannes dicit: Quia exemplo Salvatoris pro fratribus etiam animas nostras debemus ponere (I Joan. iii, 16.) *Plurimum vos diligens, minus diliger.* ProvoCAT eos ad amorem; quia ipsi plus illum deberent diligere, maxime per quem didicerunt viam salutis, per quem et acquisiti sunt Deo, ex perditis facti fideles, et ex contaminatis purificati.

(Vers. 16.) *Sed esto, ego vos non gravari; sed ut minus deo vos cepti.* Omnia quæ possent ex adverso proponi, non tacet, ut se purget per omnia; quia nihil per circumventionem egit apud eos, sed in simplicitate, ubi semel prospiciens, his duplici genere; ut et apud Deum provideret eis, et hic censum illorum non quereret: sibi autem hoc sufficere quod a Deo promissum est in futurum. Forte enim suspicaverat ideo illum contempisse, quia parva erant, quæ offerebantur, ut majora consequeretur; ut circumspiciens merita sua, non pecuniam refutaret, sed a majorum indignam sibi aestimans contemneret.

(Vers. 17.) *Num per aliquem eorum, quos misi ad vos, circumveni vos?* Hoc est, quod dicit, quia quos misit, non illis hoc intimarunt, ut si vellent, pacatum habere Apostolum, dignam quantitatem personæ illius offerrent; quia ideo nolisset accipere, quia minus quam dignum erat, offerebatur. Quod compositum Apostoli astutia intelligerent; ut quod egit, non per contemptum, sed per avaritiam egisse probaretur.

(Vers. 18.) *Regavi Titum, et misi cum illo fratrem. Numquid avarus in vos fuit Titus? Nonne eodem spiritu ambulavimus? nonne iisdem vestigiis?* Apertum est quia quando ab iis quos misit, nihil tale dictum aut factum est; una eorum sententia probatur in bono, exclusa suspitione avaritiæ.

(Vers. 19.) *Iterum putatis quod excusemus nos*

apud vos? Hoc est, quod dicit: Ollm de nobis b dubitatis, arbitantes quia non simpliciter agamus vobiscum. A pseudoapostolis enim exagitabantur, quia volentes deprædari eos, tergiversatione hoc agere Apostolum asserebant, quasi ut plus possit accipere. Coram Deo in Christo loquimur: omnia autem, charissimi, pro vestra ædificatione. Sic cupit illos verum et bene sentire de se, ut et ratione et testificatione satis illis faciat; quia non ut sibi prosit, talem se probet: sed ut ad ædificationem eorum 207 proficiat; ut vel sic amorem illorum circa se provocet, dum non gravat censum illorum et auctoritatem potestatis in arguendis vitis non inclinat. Sine dubio enim prodest ei, qui corripitur, ut emendet: si præpositus ideo oblata refutet, ut libere arguat.

(Vers. 20.) *Timeo enim, ne cum venero, non quales volo, inveniam vos.* Quoniam non omnes adhuc quos in prima epistola corripuit emendaverant se, in quibus fuerant vitis reprehensi; ideo cum auctoritate vult videri iturus ad illos, ut territi corrigantur; ut tales illos inveniat, quales vult. *Et ego inveniar a vobis, non qualem vultis.* Hoc dicit, ut tales se præbent, ut conveniat eis cum Apostolo, ut invicem congaudeant sibi. Ille enim invenit aliquem, qualem non vult, qui se talem facit, ut discordet ab illo. *Ne forte sint inter vos contentiones, amulationes, animositates, dissensiones, detractiones, susurrations, tumores, seditiones.* Nunc errores memorat, quos in superiore epistola reprehendit; quando personis deferentes, et alterum alteri præponentes dissidebant ab invicem.

(Vers. 21.) *Ne iterum cum venero, humiliet me Deus apud vos, et lugeam multos ex iis, qui ante peccaverunt, et non egerunt poenitentiam super immunditia et fornicatione, et impudicitia, quam gesserunt.* Hoc præmonet, ut non illos tales inveniat, quales dudum invenerat cum vitis diversis operum immundorum, vel magis nominum; c quia omne opus sine crimine est, sed inordinationis nomen facit crimen. Tunc enim est illicitum, cum aliter sit, quam concessum est. Illis ergo peccantibus, se humiliari dicit; quia incipit, ut pius pater peccata filiorum deflere. Quis enim pater non gaudeat, bene agentibus filiis? Sic iterum necesse est lugeat, d si prave versentur. Ideo admonet, ut si qui præteritarum fornicationum, aut alterius immunditiæ, vel impuditiæ non egerunt poenitentiam, sicut quidam e quos significat non egisse, nunc agerent; ut veniens sine tristitia esset cum eis. Cum enim dicit: *Et lugeam multos ex iis, qui ante peccaverunt, et non egerunt poenitentiam,* probat quosdam ex his egisse poenitentiam, quosdam non egisse. Quod Novatiano adversum est, qui dicit fornicatores non posse peragere

^a Ita mss. et edit. excepto cod. Corb. ubi habetur, non pecuniam reputaret: et Rom. edit. ubi, sed minus indignum, etc.

^b Codex Laud., dubitatis quod excusemus arbitantes, etc.

^c Ms. Corb., quia omne opus bonum sine crimine est.

^d Idem codex Corb., si pervertantur.

^e Vet. edit. cum mss. non paucis, quos significat egisse.

peragere pœnitentiam, et recipi in communionem. A Illic probat peregrisse, ac per hoc receptos esse in pace Ecclesiæ. Tres ergo formas peccatorum probat, cum fornicationem, et impudicitiam, et immunditiam nominat.

CAPUT XIII.

(Vers. 1.) *Tertium hoc venio ad vos.* Superius præparatum se dixit, nunc jam venturum significat. *In ore duorum vel trium testium stabit omne verbum.* Hoc secundum Legem dixit (*Deut. xix, 15*), ut aliquis duobus aut tribus testibus, aut purgetur, aut condemnetur: ita et hi tertio adventu Apostoli, ut purgati inveniantur, commonet.

(Vers. 2.) *Prædixi enim et prædico, ut præsens secundo adventu, et absens nunc scribo iis, qui ante peccaverunt, et cæteris omnibus, quia si venero iterum, non parcam.* Pridem se dixisse significat præsentem, ut corrigerent se; ne cum pudore corripentur: et nunc iterum absentem se eadem dicere contestatur; ut post secundam correptionem, si se non emendaverint, parci eis non debeat.

(Vers. 3.) *Quomodo probationem quæritis ejus, qui in me loquitur Christus?* Probationem quærent Christi loquentis in Apostolo, dum præceptis non obediunt, volentes probare, si ausit vindicari; ut per id intelligatur^a esse fidæ auctoritatis, ut de cætero timeatur. Qui enim magistrum contemnit, emendari se quærit. *Qui in vobis non infirmatur, sed potens est in vobis.* Potens est in his Christus; quia viderunt in nomine ejus mortuos excitatos, dæmones fugatos, paralyticos convaluisse, surdos audisse, mutis redditum affatum, claudos cucurrisse, cæcos vidisse. Hæc omnia virtutis sunt, non infirmitatis: denique hac causa attracti ad fidem sunt.

(Vers. 4.) *Nam etiam crucifixus est ex infirmitate nostra, sed vivit ex virtute Dei.* Verum est, quia propter peccata nostra crucifixus est Christus; ut mortem destruens, credentes sibi liberaret ab ea. Infirmari ergo se passus est propter nos, ut mortem vinceret nobis. Descendens enim ad inferos, qui omnino peccatum nesciebat, et quasi peccator occisus, chirographum Adæ delevit; ut de cætero defuncti sub ejus nomine, **208** a morte non tenerentur, sed haberent fiduciam eundi ad cælos. Propter infirmitatem ergo nostram occisus revixit virtute Patris; ut discipulis probaret quæ docuerat esse vera, exemplo in se ostenso. *Etenim nos infirmamur in illo.* Hoc ad apostolorum personam pertinet, qui eum, id est, Christum prædicantes, infirmabantur; dum injuriis agebantur, clauderentur, cæderentur. *Sed vivimus cum eo ex virtute Dei erga vos.* Manifestum est quia si a perfidis infirmabantur apud credentes: non erat hæc infirmitas, sed profectus; quia hinc potentiores fiunt fideles, dum infirmantur. ^b Illata ergo mors a perfidis

dis, vita est erga credentes; virtute enim Dei resurgens, ut vivant cum Christo.

(Vers. 5.) *Vos ipsos tentate, si estis in fide: ipsi vos probate.* Invicem ut se fratres discutiant, præcipit; sollicitiores fiunt enim, si secum invicem conferant. Tentationem ergo hanc probationem voluit intelligi; quia omnis probatio tentatio est; non tamen omnis tentatio probatio. Si enim Deus tentare dicitur, probatio est: si autem diabolus tentare dicitur, tentatio est; quia evertere nititur. Et homo aliquando tentat, ut probet; aliquando, ut capiat. *An non cognoscitis vos, quod Christus Jesus in vobis est, nisi reprobi estis?* Hoc dicit, quia si probare vos invicem nescitis, non cognoscitis quia Jesus Christus est in vobis, et hoc est reprobum esse, nescire religionis et professionis suæ fidem. Qui enim fidei suæ sensum in corde habet, hic scit Christum Jesum in se esse.

(Vers. 6.) *Spero autem cognituros vos quia non sumus reprobi.* Provocat eos ad scientiam fidei, et rectæ vitæ. Cum enim cœperint scire apostoli sui certam auctoritatem et meritum apud Deum, poterant et circa se esse solliciti.

(Vers. 7.) *Oro autem Deum, ne quidquam mali facialis: non ut nos probati appareamus, sed ut vos quod bonum est, faciatis: nos autem, ut quasi reprobi simus.* Eo affectu quo semper orat pro eis, ut a malis temperent. *Non ut nos, inquit, probati appareamus, id est, non ut in auctoritate videamur, vobis peccantibus. Sed ut vos quod bonum est, faciatis: nos autem, ut quasi reprobi simus.* Quid est hoc? Orat Apostolus, ut reprobus sit? Non sane: sed hoc orat, ut his bene agentibus, dum non auderent corripere, quasi humiliarentur, et humiliati vel reprobi appareant. Probati enim a Deo videntur, dum judicant peccatores, auctoritate concessa. Si ergo quos judicent, non sint, cessante in his auctoritate, quasi reprobi videntur.

(Vers. 8.) *Non enim possumus aliquid adversus veritatem, sed pro veritate.* Hoc dicit, quia potestas non est data contra veritatem, ut arguant bene viventes: sed pro veritate, ut vindicent in eum, qui inimicus est legis. Ideoque cessabit potestas, si quod bonum est fecerint. Unde et ad Romanos ait: *Vis non timere potestatem? Bonum fac, et habebis laudem de illa* (*Rom. xiii, 3*). Cum ergo non timet bonum operando, evacuata est apud eum potestas: hoc est quasi reprobum esse; quia hoc in eo cessat, unde probatur potestas.

(Vers. 9.) *Gaudemus enim, cum nos infirmamur; vos autem fortes estis.* Hoc est infirmari, non exercere potestatem: hos autem optat fortes esse; ut bene agentes vitia vincant, et prohibeant a se vindictam aut correptionem. *Hoc et oramus et vestram consummationem.* Petit orans, ut in eo perficiantur,

^a Mss. aliquot, *esse fides auctoritatis.* Sequenti autem versu Rom. edit. reposuerat *magistrum contendit*, et quædam Paris., *ad magistrum contendit*; ubi vet. edit. ac mss. melius, ut in textu. Interpretan-

dum vero *emendari*, quasi esset corripit et castigari.

^b Corb. codex. *In tales ergo mors a perfidis, etc.*

Ms. Corb. *si autem diabolus tentat, everit. An non cognoscitis, etc.*

nec peccent consummati in virtute bonæ vitæ, et in corrupta fide.

(Vers. 10.) *Idcirco hæc absens scribo, ut non præsens durius agam.* Apertum est quia ideo absens commonet, * ut correctiores illos inveniatur, et non illic positus increpet cum pudore; ut erubescat, qui peccat, in cœstu fraterno. *Secundum potestatem quam Dominus dedit mihi in ædificationem, et non in destructionem.* Hæc potestas est, quam superius optat esse otiosam, his bene agentibus: si quo minus, exercere se in hac, ut ædificentur correpti, non mortificati peccatores. Non enim destruuntur, qui arguuntur, ut corrigantur: sed ædificantur ad vitam.

(Vers. 11.) *De cætero, fratres, gaudete, perfecti estote, consolationem percipite, idem sapite, in pace agite; et Deus pacis et dilectionis erit vobiscum.* Gaudium hoc de emendatione erit, unde et poterit provenire perfectio: sed ante erit consolatio, ut spe futurorum deserant præsentem oblectationem. *Idem sapite*: hoc ait, propter veterem discordiam; ut jam **209** unum sentiant. *In pace agite.* Si concordēs fuerint, habebunt pacem. *Et Deus pacis et dilectionis erit, inquit, vobiscum.* Deus pacis est Christus, qui dixit: *Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis* (Joan. xiv, 27). Ipse est et Deus dilectionis; quia iterum ait: *Novum mandatum do vobis, ut diligatis*

* Nonnulli mss., ut correctio, quidam, correctio rectiores illos inveniatur.

^b Omnes edit. ac mss. aliquot, et spurii habent C

A invicem. Et in hoc, inquit, cognoscent omnes quia discipuli mei estis, si dilectionem, qua dilexi vos, habueritis invicem (Joan. xiii, 34). Alia tamen pax Dei, alia mundi est; quia et maligni ^b et spurci habent pacem, sed ad damnationem; Christi enim pax libera est a peccatis. Perfidiam ergo fugit, dolum spernit, factis malis repugnat. Hæc Deo placita est et amica, diabolo autem inimica. Hanc qui habuerit, habebit et dilectionem simul et Deum eorum ad tuitionem perpetuam.

Salutate vos invicem in osculo sancto. Hæc salutatio ecclesiastica est; **210** quia oscula hæc non carnalia, sed spiritualia sunt, quæ complexu corporum animos copulant non desiderio carnis, sed spiritus. *Salutant vos sancti omnes.* Provocat eos ad sanctitatem, ut et ipsi audeant reddere vicem sanctis in salutatione; ideo enim a sanctis salutantur, ut illos imitentur.

Gratia Domini nostri Jesu Christi, et dilectio Dei, et communicatio Spiritus sancti sit cum omnibus vobis. Amen. Trinitatis hic complexio est, et unitas potestatis, quia totius salutis perfectio est. Dilectio enim Dei misit nobis Salvatorem Jesum, cujus gratia salvati sumus. Ut possideamus hanc gratiam salutis, communicatio facit sancti Spiritus: hic enim dilectos a Deo, et salvatos gratia Christi tuetur; ut trium perfectio consummatio sit hominis in salutem.

pacem; aptius alii cod. nonnulli, et spurci, hoc est, impudici, molles, etc.

IN EPISTOLAM BEATI PAULI AD GALATAS.

209 PROLOGUS.

Omnis credens in Christum, et observans Legem factorum, male intelligit Christum: sicut et Symmachiani, qui ex Pharisæis originem trahunt, qui servata omni Lege, Christianos se dicunt, more Photini Christum non Deum et hominem, sed hominem tantummodo definiētes. Si enim Deum intelligerent Christum, nihil de Lege factorum sperarent, id est, de nomeniis, sabbato, circumcissione, et discretione escarum; quia qui Deum et Dominum Legis colit, **D** supra Legem est: nec potest judicari a lege, qui cum legislatore concordat. Denique non illorum causa Lex data est, qui Deum colebant: sed eorum qui male et credebant et agebant ad contemptum Creatoris. Unde dicit ad Timotheum: *Nec enim justo lex posita est, sed injustis, et male versantibus.* (1 Tim. i, 9.) Et Moyses sic inquit: *Timentes facietis filios Israel.* (Levit. xv, 31.) Unde et Galatæ, vel ii qui eos subvertebant, adhuc erroris nebula cunctum cor habentes, non cernunt sensum Esaiæ prophetæ inter cætera dicentis: *Verbum enim consummans et brevians in æquitate; quia verbum brevialium faciet Dominus super terram.* (Esai. x, 23).

Si ergo hæc dicta intelligerent; a Lege recederent, scientes, a prædicatione Joannis Baptistæ Legem jam cessare; ut sola fides sufficiat ad salutem, abbreviata ex Lege. In Lege enim et de Deo Patre, et de Christo Filio ejus, et de Spiritu sancto continetur prædestinatum in tempore, quod manifestatum est in prædicatione; nam si signaculi causa circumcidebantur filii Israel, ut exinde apparerent filii esse Abrahæ juxta carnem, rite cessare debet circumcisio; quia signum habent credentes mortis devictæ, quo dignoscuntur filii esse Abrahæ, sed secundum fidem; Abrahæ enim promissus est, qui veniens vinceret mortem. Denique hunc exspectabat Abraham, quem in spiritu sentiens natum, gavisus est, sciens se in brevi introduci in cœlos. Unde dicit Dominus ad Judæos: *Abraham cupivit videre diem meum: et vidit, et gavisus est* (Joan. viii, 56); tempore enim quo simul adhuc erant filii Israel in eremo, antequam vicini essent gentilium, non sunt circumcisi. At ubi commisceri habebant gentibus, tunc a Jesu Nave ^a circumcisi sunt de petra (Josue v, 3), quæ significat Christum: *Quia petra, inquit, erat Christus* (1 Cor. x, 4), ut designaret per Christum futuram

^a Rom. edit. circumcisi sunt cultris de petra.... ut significaretur per Christum, etc.

circumcisionem cordis, aliter dixerat Moyses, et A Hieronimas propheta: *Circumcidite vos Deo, et circumcidite præputium cordis vestri* (Deut. x, 10; Jerem. iv, 4); ut amputata caligine per remissionem acceptam peccatorum digni fierent videre gloriam Dei, quam sub Legge positi videre nequiverant causa peccati. Ut ergo et Christum Deum signaret, et non se ab homine ea didicisse quæ docebat, assereret, ita incipit:

CAPUT PRIMUM.

(Vers. 1.) *Paulus apostolus non ab hominibus, neque per hominem, sed per Jesum Christum, et Deum Patrem, qui suscitavit eum a mortuis.* Apostolum se non ab hominibus electum, et missum ad prædicandum testatur, sicut erant quidam, 210 qui electi ab apostolis mittebantur ad Ecclesias roborandas; neque sicut alii, qui a Judæis mittebantur ad disturbandas Ecclesias, quos pseudoapostolos vocat: sed a Filio Dei missum se, quem in hac causa idecirco hominem negare videtur; quia præcepta quasi Deus dedit, non quasi homo^a et quem elegit, divino judicio elegit. Per quod idoneum et firmum se prædicatorem significat; quia multo utique melior est, quam Deus elegit, quam quem homo. *Neque, inquit, per hominem,* sicut arbitrabantur de Christo, qui hos cogebant circumcidi; sed per Dominum Jesum Christum, id est, per enim, qui Deus et homo est. Quod statim aperit, cum dicit: *Et Deum Patrem, qui suscitavit eum a mortuis.* Hoc dicto, duas hæreses damnavit, et Manichæi, et Photini; quia Manichæus Christum hominem negat, et non negat crucifixum: et Photinus Christum Deum esse non concedit; et tamen ipsum se, hoc est, corpus suum excitasse a mortuis negare non audet: ut Manichæus cum crucifixum non negat, stulte eum hominem non fateri videatur: et Photinus impletate quadam Deum negare, quoniam se ipsum a mortuis excitasse fatetur. Legit enim dixisse Dominum: *Soluite templum hoc, et ego tribus diebus excitabo illud. Hoc autem dicebat de templo corporis sui* (Joan. ii, 19). Igitur ipse excitans se a mortuis, corpus suum significat se a mortuis excitasse; et nihilominus tamen a Patre suo dicitur excitatus, propterea quod omnis virtus Filii de Patre est; ut gesta Filii facta sint Patris, ex quo sum omnia.

(Vers. 2.) *Et qui mecum sunt omnes fratres, Ecclesiarum Galatiarum.* Postquam auctoritatem suam commendavit, adhuc auget ad causam; ut cæteros qui secum erant, omnes commotos adversus eos ostenderet. Quamvis sufficeret auctoritas ejus, ne posset refutari; tamen ut gravet factum illorum, quo a prima fide destiterant, multos secum accensos ad errorem illorum arguendum designat. Facile enim poterit quis intelligere errare se, si a multis se videat reprehendi.

^a Codex Vall., et quoniam divino judicio elegit.

^b Mss. aliquot, ut de filio hominis sentientes.

(Vers. 3.) *Gratia vobis et pax a Deo Patre nostro, et Domino Jesu Christo.* Utriusque beneficio tam Patris, quam Filii genus hominum sublevatum ostendit. Nec minorem Filium significat, cum enim Dominum nostrum vocat: neque Patrem majorem, quia eum Deum nostrum appellat; quia non est verus Deus Pater, nisi et Dominus sit: neque verus Dominus Filius, nisi et Deus sit. Si ergo una gratia Patris et Filii erga nos est, quid est, inquit, et de Filio minus sentientes, Legem illi æquetis, ut partim Christo, partim Legi serviat, cum legeritis Dominum dicentem: *Quia Dominus est Filius hominis etiam sabbati* (Luc. vi, 5) ? ut per hoc videant quanta contumelia ab eis Domino irrogetur, quando comparant Dominum famulæ.

B (Vers. 4.) *Qui dedit semetipsum pro peccatis nostris.* Aperte ostendit nihil prodesse Legem, quando Christum dicit obtulisse se, ut pro nobis pateretur, ut nos justificaret, quos Lex reos tenebat; ut erui a Legge per fidem Christi, jam non peccatores essemus; sed justificati secunda natiuitate, filii Dei appellati. Cum enim^c in ditione diaboli genus hominum 211 teneretur, Salvator obtulit se volenti diabolo; ut illudens eum potestate virtutis suæ (accipere enim voluit, quem detinere non potuit) auferret ei, quæ malo jure tenebat obnoxia. Expoliatis itaque inferis, tropæum animarum pertulit ad Patrem, ex quo sunt omnia; quod Lex utique facere non potuit. Quamquam profutura data sit, nobis tamen peccantibus conversa est, ut fieret inimica; et cœpit occidere, non vivificare. Christus autem domans delicta, non solum vivificavit nos, sed et sibi sociavit; ut filii Dei vocemur facti per fidem. Quantus ergo error est post gratiam reverti sub Legge, hoc est, post acceptam libertatem velle servire; ut ereptus gladio immemor beneficii denuo se vendat lanista? Accusator est enim emptoris, qui relicto eo, rursus ad priorem dominum redit. *Ut liberaret nos de præsentis sæculo maligno.* Hoc dicit, quia idem morti concessit se Dominus, ut nos ab errore sæculi liberaret, id est, ut ab intelligentia hujus sæculi, quod curriculis senescente ætate devertit in finem, alieni facti, futuri sæculi quod oceanum nescit, participes simus in sensu unius Dei. Præsentis enim sæculi hæc est malignitas, quia non reddit D congruam reverentiam creatori Deo, et restauratori Christo; dum multos sibi deos confingit error humanus, aut dum Christo a credentibus debita honorificentia non reservatur.

(Vers. 5.) *Secundum voluntatem Dei et Patris nostri, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.* Ut firmum sit et plenum auctoritate, quod dicit quia Christus nos liberavit; addit quia istud Patris fecerit cum voluntate.

(Vers. 6.) *Miror quod sic tam cito transferimini ab eo, qui vocavit vos per gratiam Christi in aliud Evangelium.* Evangelium bonum nuntium est, ac per hoc

^c Nonnulli mss. in conditione diaboli velut, quidam vel, in servitute gæno; etc.

et lex vetus Evangelium est ^a excepta Lege factorum : sed hoc potius in quo, quod promissum est, solutum est, per quod peccatores ad indulgentiam convocantur. Mirari ergo ideo se dicit, quia de optimo et maximo beneficio decedentes, manciparunt se Legi factorum; ut perderent quod fuerant consecuti, ut de accepta libertate ruerent in servitutem, cito eversi : cum mos sit ut paulatim aliquis de malo transeat ad bonum, hi autem de bono facile traducti sunt ad pera carnis, quæ sunt gravia. Raro enim contingit, ut quis de lætitia confugiat ad exitia : ac per hoc admiratur hebetudinem illorum, qui in securitate positi, labori se subjecerunt inani. Tale est, si nauis insanus stans in portu, de tempestate securus, axet navim in altum; ut perturbetur diversis procellis : ita et hi per stultitiam subjecerunt se; ut dolores paterentur pudoris desecti, et jugum servitutis Legis suscipere, nulla hujus rei spe prædicta. In aliud ergo evangelium vocati fuerant, quam quod hi prædicabant, qui eos subverterant; non tamen aliud ab eo, quod apostoli annuntiabant, quod hi pseudoapostoli aliud esse asserebant ad invidiam Apostoli, qui eos instruxerat. Et ut Galatas per hanc fallaciam circumvenirent, necesse erat ut Evangelium Apostoli aliud esse dicerent, quam quod ratio Salvatoris docebat : hoc autem esse verum, quod ab eis cum legis veteris concordia prædicabatur. Hi sunt qui quæstiones fecerunt Paulo et Barnabæ de hac re, sicut continetur in Actibus apostolorum (Act. xv, 2); isti enim docebant ex gentibus credentes quia nisi circumciderentur more Moysis, et Judaizarent, salvi esse non possent.

(Vers. 7.) *Quod non est aliud, nisi aliqui sunt, qui conturbant vos, ^b et volunt convertere Evangelium Christi.* Apertum est quia hoc agebant, ut converterent Evangelium Christi immutantes traditiones; ut sub nomine Christi essent Judæi : et hoc est convertere Evangelium Christi in Legem.

(Vers. 8, 9.) *Sed et si vos, aut angelus de cælo evangelizaverit vobis, præterquam quod evangelizavimus, anathema sit, sicut prædicavimus, et nunc iterum dico : Si quis vobis evangelizaverit, præterquam quod accepistis, anathema sit.* Nemo miretur Apostolum, qui feritatem morum mansuetabat, sic esse commotum : pro Galatarum enim salute indignatur adversus inimicos disciplinæ christianæ. Indignatio enim hæc ostendit non leve peccatum esse post acceptam fidem converti ad Legem : nam tam firmum atque verum Evangelium, quod eis prædicaverat, asserit; ut etiam seipsum, id est, apostolos, immutari forte aliter prædicarent, non audiri doceret, quorum utique fama quod essent apostoli Christi, peragraverat omnem locum. Aut si forte diabolus angelum **212** Dei se fingens, ut facile possit audiri, de cælis appareret contra hæc prædicans, sciretur esse contrarium, et ut abominatio haberetur. Si er-

go apostolos Christi, quorum tam præclara opinio in signis et prodigiis erat faciendis, et Angelum de cælo, quem possit spiritualis ratio commendare, aliter docentes, quam ab apostolo Paulo edocti erant, anathematizari præcepit; quanto magis quos nullum testimonium ad seducendum potest commendare? Ideo autem iterat contestationem, ut confirmet eos in prima traditione; iterata enim lex sollicitiores reddit negligentes.

(Vers. 10.) *Modo enim hominibus satisfacio, aut Deo? hoc est, numquid hominibus satisfacio, suadendo vobis reverti ad gratiam Christi, an Deo? Non hominibus utique, sed Deo; ut per satisfactionem revertantur ad Deum, quem spreverant. Denique statim subjicit : Aut quæro hominibus placere? Si adhuc hominibus placerem, servus Christi non essem.* Significat igitur hos a quibus fuerant eversi, non Deo, sed hominibus placere in Galatarum subversione, sicut et semetipsum jamdudum, quando Ecclesiam, ut Patrum traditionem vindicaret, persequeretur. Ut enim a Judæis laudari possent, secundum voluntatem illorum, Legem servandam dicebant; ne si verum Evangelium Christi prædicarent, inimicos eos facerent. Illic autem apostolus Paulus, qui omni devotione Deo placere docebat, non timebat homines offendere, dummodo Dei gloriam commendaret; omnia enim præsentia postponens futuris, se commendabat spebus, ut Christi idoneus servus : idonei autem servi esse non possunt, qui sub nomine Domini propriis lucris student. Sed forte contra aliquis dicat : Ergo qui Legem prædicabant, quam Deus dicitur dedisse, hominibus serviebant. Quomodo ergo idonei Lex esse dicitur, cujus prædicatio secundum hominum voluntates narratur temperata? Ante adventum Domini Lex juxta Dei voluntatem prædicabatur; tempus enim ei debebatur, ut servaretur : at ubi venit Dominus promissus in Lege, cessare oportuit Legem, juxta prædictam sententiam prophetarum. Unde dicit Dominus : *Lex et prophetæ usque ad Joannem* (Luc. xvi, 16); nec enim dignum erat ut præsentem Domino Legis auctoritas servaretur. Ideoque si quis de cætero Legem servandam putat, jam non Domini voluntati obtemperat, sed repugnat; similibus enim suis satisfacit.

(Vers. 11, 12.) *Notum autem vobis factis, fratres, Evangelium, quod prædicatum est a me, quia non est secundum hominem; neque enim ego ab homine accepi illud, aut didici : sed per revelationem Jesu Christi.* Nunc principia epistolæ aperit; ipsum enim sensum vult manifestare, quia ea quæ docebat, non ab homine didicerat; ne forte dubitaretur de his, quæ docebat. Neque secundum humanum iudicium apta erat ejus prædicatio : ut indigna divina auctoritate videretur : sed a Dei Filio dicit se didicisse per revelationem, cum jam post resurrectionem esset in cælis, sicut præmemoravi; et ea quæ didicit, converterent Evangelium.

^c Mss. nonnulli, *se commendabat speciebus.*

^a Omnes edit. et nonnulli mss., *accepta lege factorum.* Non recte.

^b Rom. edit., *et volunt invertere.* Et infra, *ut inver-*

nire voluntati majestatique ejus, a quo se didicisse A testatur. Spiritualia enim sunt, quæ servata meritum collocant apud Deum: illa enim carnalia sunt, quæ tempore suo servata, nec meritum nec immeritum præstiterunt apud Deum: non servata obfuerunt; quia et qui non fecerant Legem, sub maledicto erant: et qui fecerant, non justificabantur apud Deum, quia justus ex fide vivit. Illa enim ut oneri essent, servanda mandata sunt, non dignitati.

(Vers. 13.) *Audistis enim conversationem meam aliquando in Judaismo, quia supra modum persequabar Ecclesiam Dei, et expugnabam eam, et proficiebam in Judaismo super multos coætaneos meos in genere meo, abundantius æmulator existens patrum meorum traditionum.* Propositum suum, quo prius juxta carnem vigeat, repugnans Ecclesiæ, breviter memorat: sed ut famulus Christi esset, hoc se reliquise dicit. Magis enim se devotum, quam illos in vindicando Legem fuisse designat; non tamen propter hominum favorem, sed hoc putans utile apud Deum. Per ignorantiam enim, cum humanitati placeret, Deo se servire putabat, liberam habens conscientiam; nesciebat enim ^a jam tempus asserendæ Legis non esse, doctrinam secutus patrum, aut in errore, aut in malevolentia constitutorum; et omni industria et fervore mentis id agebat, ut cæteris coæqualibus sibi æmulatione Legis præstantior videretur, sic insanians contra disciplinam Christi, ut nulli hominum parceret fidei fœdera assecuto. Sed cum Dei revelatione laborem hunc **213** inanem esse didicisset, et magis contrarium; destitisse ab eo, et se fidei gratiæ subdidisse; ut profectus ei esset apud Deum, memorat. Si ergo hic qui Israelita est, et qui dignitate doctoris fultus erat apud Judæos, eruditus a Gamaliele, viro prudentissimo, locum habens cum optimis vita hominibus, reliquit Legem; quanto magis ii, qui extra Legem erant, Legi se subjicere non debuerant? Et si hic gaudet exisse se de sub jugo servitutis, quid est ut libertatem suam obligaverint vinculis Legis?

(Vers. 15, 16.) *Cum autem placuit ei, qui me segregavit de utero matris meæ, et vocavit per gratiam suam revelare Filium suum in me, ut evangelizarem eum in gentibus; continuo non acquievi carni et sanguini.* Cum in Lege haberet fiduciam, inscius jam tempus Legis servandæ non esse, et omni aviditate D contenderet, putans Dei se voluntate hoc agere, ut resisteret Evangelio Christi; videns Deus æmulationem ejus bonam, sed scientiam ei deesse, placuit ei vocare illum ad gratiam suam, sciens jam idoneum hunc esse ad prædicandum Evangelium Filii ejus in gentibus; quia si in re minima tam velox et fidus erat audacia conscientiæ, non adulatione cujusquam; quanto magis in prædicando dono Dei futurus esset constantior spe promissi præmii? Præscientia ergo Dei segregatus est de utero matris suæ, id est, antequam nasceretur, vel statim natum scivit Deus fu-

turum bonum, sicut dicit ad Hieremiam prophetam: *Priusquam te formarem in utero, novi te, etc. (Jerem. 1, 5)*: ita et apostolum Paulum, sciens quis esset futurus, prævenit eum; ut antequam converteretur, vocaret eum, quia erat necessarius. Denique statim suscepit dispensationem doni Dei, omni postposita cura carnali; nec enim consilium cujusquam petiit, aut ad aliquem retulit quid esset acturus: sed protinus prædicavit Christum, quia hic est Filius Dei. Nam sicut futuri mali frequenter ante sunt boni; ita et solent futuri boni prius esse mali.

(Vers. 17.) *Neque veni Hierosolymam ad præcessores meos apostolos, sed abii in Arabiam, et iterum regressus sum Damascum.* Non fuisse dicit necessitate electum se a Deo pergendi ad præcessores suos apostolos, ut aliquid forte disceret ab eis; quia Deus ei revelavit per Filium suum quomodo doceret. Hoc ideo loquitur, ut ostendat non aliud tenendum esse, quam quod docet: nec hominibus credi, sed Deo, a quo se didicisse testatur; ac per hoc eos, qui illos in Legem induxerant, esse doctores falsos; quia non a Deo traditum erat, quod docebant. A Damasco ergo in Arabiam profectus est, ad prædicandum, ubi nullus erat apostolorum; ut ipse illic fundaret Ecclesias ^b ne subreptibus pseudoapostolis, Judaismus seminaretur. Et inde iterum regressus est Damascum, ut visitaret quibus rudis prædicaverat Evangelium gratiæ Dei.

(Vers. 18.) *Deinde post annos tres ascendi Hierosolymam videre Petrum, et mansi apud eum dies quindecim.* Dignum fuit ut cuperet videre Petrum; quia primus erat inter apostolos, cui delegaverat Salvator curam Ecclesiarum: non utique ut aliquid ab eo disceret; quia jam ab auctore didicerat, a quo et ipse Petrus fuerat instructus: sed propter affectum apostolatus, et ut sciret Petrus hanc illi datam licentiam, quam et ipse accēperat. Veniens ergo ad eum, hospitio receptus est, et apud eum mansit dies quindecim, quasi unanimes coapostolus. Hæc ideo manifestat, ut ostendat concordiam se cum apostolis habuisse, nec in aliquo dissensisse, sicut susurrabant de eo pseudoapostoli; ut eum apud Ecclesias gentium deformarent, et sua mala simplicioribus insererent, dicentes ea convenire cum doctrina apostolorum majorum.

(Vers. 19.) *Iterum reversus sum Damascum, alium autem ex apostolis vidi neminem, nisi Jacobum fratrem Domini.* Jacobum vidit Hierosolymæ; quia illic erat constitutus ab apostolis episcopus, qui et ipse prius fuerat incredulus, sicut dicit Evangelista: *Quia nec fratres ejus, inquit, adhuc credebant in eum (Joan. vii, 5)*. Hic Jacobus filius fuit Joseph, qui ideo frater Domini appellatus est, quia et Joseph pater ejus, etiam Domini pater nuncupatus est. Sic enim dicit Maria ad Jesum in Lucæ Evangelio. *Quid fecistis nobis, filii? Ego et pater tuus mæsti et tristia quærebamus te (Luc. ii, 42)*. Et in Evangelio Joan-

^a Röm. edit., jam tempus asserendæ Legis, etc.

^b Mss. nonnulli, ne subreptibus pseudoapostolis,

nis dicit Philippus ad Nathanael : *Quem scripsit Moyses 214 in Lege, et prophetæ, Invenimus Jesum a Nazareth, filium Joseph (Joan. 1, 45)*. Ille ergo modo dictus est Dominus frater Jacobi et cæterorum, quo et filius nuncupabatur Joseph. Quidam enim ducti insania hos veros Domini fratres de Maria natos, impia assertionem contendunt, cum Joseph non verum ejus patrem dicant appellatum. Si enim hi veri erant fratres ejus, et Joseph erit verus pater; quia qui dixit patrem ejus Joseph, idem dixit et fratres ejus Jacobum et cæteros.

(Vers. 20.) *Quæ autem scribo vobis, ecce coram Deo, quia non mentior*. Quo ad commendationem ejus pertinet locutus, testem Deum dat, quia ita se habent, quæ dicturus est, ne forte videretur compositum; cum personæ ejus non conveniat aliquid fingere. Sed cum se commendat, hos vult proficere; commendatio enim hæc istis proficit, ut sciant ea, quæ ab hoc dicuntur, esse verissima.

(Vers. 21-24.) *Deinde veni in regiones Syriæ et Ciliciæ. Eram autem ignotus facie Ecclesiis Judææ, quæ erant in Christo : solummodo audiebant, quia qui persequeretur nos aliquando, nunc prædicat fidem, quam aliquando expugnabat : et in me magnificabant Deum*. Hoc dicit, quia cum Judaismum defenderet contra fidem, sicut et hi a quibus Galatæ fuerant eversi; a Deo electus est, et doctus dissimulare a Judaismo, et novam Legem prædicare : ita ut gauderent in eo ex Judæis credentes, quos pridem persequeretur, Deo agentes gratias, qui de persecutore fecit defensorem; ut perinde scirent Galatæ circumventos se, ut sub nomine Christi Judæos se profiterentur, circumcidentes carnem præputii sui, cum Christi lex aliud imperet, quam Judaismus; illic enim circumcisio carnis est, hic cordis : illic sub elementis servitur neomeniis et sabbato, hic soli Deo in spiritu; quia corde creditur : illic conditio est causa peccati, hic libertas ex remissione peccatorum. Multa itaque distantia est.

CAPUT II.

(Vers. 1, 2.) *Deinde post annos quatuordecim iterum ascendi Hierosolimam cum Barnaba, assumpto et Titio. Ascendi autem secundum revelationem : a et exposui illis Evangelium, quod prædico in gentibus, secreto autem : his qui aliquid esse videbantur; ne forte in vacuum currerem, aut cucurrissem*. Quoniam multo tempore b fama ejus crebrescebat apud omnes Judæos, facie autem non videbatur, perambulabat enim fundare et roborare Ecclesiam solita constantia inter gentes : a Judæis autem causa Legis mala illi fiebat opinio, quasi discordaret a prædicatione cæterorum apostolorum; et hinc fiebat multis scrupulus, ita ut gentes possent perturbari, ne in aliud inducerentur ab eo, quam tradebant apostoli, qui cum Domino

^a Rom. edit., et contuli cum illis Evangelium.

^b Eadem edit., fama Apostoli percrebrescebat.... facie autem non agnoscebatur.... fundando et roborando Ecclesias.

^c Vet. edit. et mss. aliquot, cum legem didicissent: Rom. edit., cum lege didicissent; alii mss. melius,

A fuerant. Nam ipsa occasione subversi sunt Galatæ a Judæis, dicentibus quia aliud tradebat Petrus, quam Paulus; hinc factum est, ut admonitus revelatione Domini ascenderet Hierosolimam cum testibus prædicationis suæ, id est, Barnaba et Titio, uno ex Judæo, et altero ex gentili; ut si qui de eo haberent scandalum, horum testimonio tolleretur, adaperiens illis sensum prædicationis suæ. Cum apostolis vero secreto contulit; ut scirent non illum discordare a regula evangelica, hoc est, ne putarent illum in vacuum currere aut cucurrisse, sicut æstimabant aliquanti ex Judæis credentibus. Nec enim aliquid ab eis discere poterat; quia a Deo fuerat instructus : sed propter concordiam et pacem Dei nutu factum est; ut tolleretur scrupulus aut suspicio fratribus et coapostolis ejus, et ut gentibus proficeret, cognoscentibus quia concordabat Evangelium ejus cum apostolis. Præterea c cum legem dedissent non molestari eos, qui ex gentibus credebant; sed ut ab his tantum observarent, id est, a sanguine et fornicatione et idololatria (Act. xxi, 25). Nunc dicant sophistæ Græcorum, qui sibi peritiam vindicant, subtilitate ingenii se naturaliter vigere, quæ tradita sunt gentibus observanda? Quæ ignorabant, an quæ sciebant? Sed quomodo fieri potest, ut aliquis ea discat, quæ novit? Ergo hæc illicita esse ostensa sunt gentibus, quæ putabant licere : ac per hoc non utique ab homicidio prohibiti sunt, cum jubentur d a sanguine observare. Sed hoc acceperunt, quod Noe a Deo didicerat, ut observarent se a sanguine edendo cum carne (Gen. ix, 4). Nam quomodo fieri poterat ut Romanis legibus imbuti, quorum tanta auctoritas in servandis mandatis est, nescirent homicidium non esse faciendum; quippe cum adulteros et homicidas, 215 et falsos testes, et fures, et maleficos, et cæterorum malorum admissores puniant leges Romanæ? Denique tria hæc mandata ab apostolis et senioribus data reperiuntur, quæ ignorant leges Romanæ, id est, ut abstinere se ab idololatria, et sanguine, sicut Noe, et fornicatione. Quæ sophistæ Græcorum non intelligentes, scientes tamen a sanguine abstinendum, adulterarunt Scripturam, quantum mandatum addentes, et a suffocato observandum : quod, puto, nunc Dei nutu intellecturi sunt; quia jam supra dictum erat, quod addiderunt.

(Vers. 3.) *Sed neque Titus, qui mecum erat, (hoc est, illo ipso tempore, quo fui, inquit, Hierosolymis, Titus, qui mecum erat) compulsus non est circumcidi. Cum utique inter apostolos, et eos qui ex Judæis crediderant, essemus, nemo eum de his, id est, Titum, compulit circumcidi. Et subintelligitur, Quid est ut vos circumcidamini, cum Titus ab apostolis, qui videbantur aliquid esse, non est compulsus circumcidi, sed susceptus est incircumcisus.*

cum legem dedissent. Infra vero edit. Rom. sola, abstinere, id est, a sanguine, et fornicatione, et idololatria.

^d Rom. edit., a sanguine abstinere. Nam hoc acceperunt a Noe, quod a Deo, etc.

(Vers. 4, 5.) *Propter* ^a *subintroducitos autem falsos fratres, qui subintraverunt explorare libertatem nostram, quam habemus in Christo Jesu, ut nos in servitutem subjicerent, ad horam cessimus subjectiōni; ut veritas Evangelii permaneat apud vos. Titum, quia Græcus erat sicut Galatæ, negat circumciscum. Quo dicto, hos arguit, qui paterentur se circumcisci, cum essent Græci. Sed ne forte opponeretur ei, quia ipse circumciderat Timotheum; nunc causas exponit cur fecerit, quod faciendum negabat, dicens: Propter subintroducitos autem falsos fratres, qui subintraverunt explorare libertatem nostram, quam habemus in Christo Jesu, ut nos in servitutem subjicerent, ad horam cessimus subjectiōni, ut veritas Evangelii apud vos permaneat (Act. xvi, 5). Græci e contra dicunt: Nec ad horam cessimus, et hoc aiunt convenire causæ; quia qui fieri prohibebat, non oportebat, inquit, dicere se fecisse; ne probaret esse faciendum. Sed apostolus vir divinus sciens posse hoc opponi ipse illud proponit, ut præveniat calumniosos: et reddit causas, quibus compulsus est facere, quod volebat. Propter subintroducitos autem, inquit, falsos fratres. Subintroducitos dicit, quia cum dolo intraverunt, ostendentes se fratres, cum essent inimici. Qui subintraverunt, hoc est, qui cum humilitate intraverunt fingentes amicitiam. Explorare libertatem nostram, quam habemus in Christo Jesu, ut nos in servitutem subjicerent. Explorare est sic intrare, ut aliud fingat, et aliud querat. Quo possent accusare libertatem nostram, quam habemus in Christo Jesu. Libertas in Christo Jesu hæc est, non subijci Legi. Ut nos in servitutem subjicerent: hoc est, ad hoc intraverunt cum dolo et fallacia, ut nostram libertatem servituti subjicerent, cogentes nos subijci legi circumcissionis. Ad horam cessimus subjectiōni; hoc est, ad horam nos subijcimus servituti, humiliantes nos Legi; ut circumciso Timotheo, cessaret dolus et scandalum Judæorum. Parati enim erant, sicut datur intelligi, commovere illi tumultum et seditiōnem. Fuit enim causa, quomodo haberent aditum calumniæ faciendæ; Timotheus enim erat matre quidem Judæa, patre autem Græco: unde factum est, ut secundum Legem circumciscus infans non esset. Volens autem apostolus eum assumere, ut ordinaret illum episcopum, sicut fecit (quia testimonium ei, inquit (Act. xvi, 2), hominum perhibebant omnes loci illius), insidias passus est Judæorum. Explorabant enim si illum Judææ incircumciscum susceperet, parantes seditiōnem; quia si de Græcis contradicebat non esse circumciscendos, sicut et epistola ab apostolis de hac re fuerat data (Act. xv, 23 et seq.), vel filios Israel circumcisci non vetaret; quia nihil de his in epistola eadem significaverant apostoli: ex cujus auctoritate plus insurrebant credentes Judæi; quia non prohibebat Judæos filios suos circumciscere ipsa epistola. Tunc, inquit (Act. xvi, 3), accipiens eum circumciscidit propter Judæos, qui erant in locis illis.*

^a Mss. non pauci, constanter hic et infra scribunt, subinductos.

De gentilibus autem scandalum non habebant, unde Titus non est compulsus circumcisci. Ad horam ergo cessit; ut veritas Evangelii permaneat apud gentes, cum non subjiciunt se circumcissioni. Apud Judæos autem non erat veritas Evangelii; quia credentes circumcisciebant filios suos; in Christo enim Jesu neque præputium, neque circumciscio aliquid valet: sed fides per dilectionem operans (Galat. vi, 15). Nam non solum historia, sed et litteræ hoc indicant, quia cessit. Nam supra dicit Titum, cum esset Græcus, non esse compulsus circumcisci: et subjicit, dicens: *Propter subintroducitos autem falsos fratres.* Quid jam sonat, nisi quia cessit ad horam propter subintroducitos falsos fratres? Si quominus, quomodo verba aut sensus sequerentur? Titum certe negat compulsus circumcisci: propter subintroducitos autem falsos fratres, quid sonat, nisi quia cessit? Si autem propter subintroducitos falsos fratres non cessit, non voluntate non cessit; nam cessuram se significavit, si hoc est: sed propter subintroducitos falsos fratres non cessit. Si ergo cædendum non fuit, quare falsi fratres dicuntur, quorum beneficio non fecit, quod faciendum non erat? Itaque si hoc est, beneficium præstiterunt Apostolo; quia horum causa non cessit, quod cedere habebat. Cur igitur exploratores dicit suad, si hoc illum facere nolebant, quod facturus erat: sed propter istos non fecit? Si autem non erat facturus, sine dubio propter istos fecit: aliud enim non est. Litteræ enim hoc indicant, quia cessit, et historia factum exclamat. Quomodo enim ad horam negaret se cessisse, cum probetur propter Judæos Timotheum circumciscidisse, quod est ad horam cessisse, et secundum Legem purificatum in templum ascendisse (Act. xxi). Ille enim posset dicere nec ad horam se cessisse, qui nunquam inveniretur cessisse. Aut enim cessurus, propter falsos fratres non cessit: aut non cessurus, propter fratres falsos cessit. Unum ergo e duobus accipite. Falsi fratres autem dicuntur, qui credentes judaizabant.

(Vers. 6.) *Ab his vero qui existimantur aliquid esse, quales aliquando fuerunt, nihil mea interest, Deus personam hominis non accipit.* Hoc significat, quia apostoli prius simplices homines erant et imperiti nullius dignitatis in Legge, sed hoc non obesse. Quis enim accuset eum, quem Deus excusat? Quia non queritur, quis quid fuerit: sed quid sit. Præterita enim nec condemnant nec vindicant. Sed tamen vult intelligi quia et peritus erat in Legge, et clarus vita: ac per hoc et dispensatione Evangelii præcipuus minister. *Mihi enim, qui existimantur aliquid esse, nihil contulerunt.* Nihil dicit se ab apostolis consecutum, sed a Deo; quia qui imperitis sensum tribuit disciplinæ christianæ, ipse et mihi, inquit, cum essem legis peritus, dignatus est imperiti sensum rationis hujusmodi. Quomodo ergo fieri poterat, ut hic ab his disceret, quem peritum inveniens, peritorem fecit gratia Christi.

^b Codex Vall., nec condemnant, nec judicant.

(Vers. 7, 8.) *Sed a contra, cum vidissent quod creditum est mihi Evangelium prapntii, sicut Petro circumcissionis; qui enim operatus est Petro in apostolatam circumcissionis, operatus est et in me ad gentes.* Petrum solum nominat, et sibi comparat; quia primum ipse acceperat ad fundandam Ecclesiam: se quoque pari modo electam, ut primum habeat in fundandis gentium Ecclesiis: ita tamen, ut et Petrus gentibus pradicaret, si causa fuisset, et Paulus Judæis. Nam uterque invenitur utrumque fecisse: sed tamen plena auctoritas Petro in Judæismi pradicione data dignoscitur, et Pauli perfecta auctoritas in pradicione gentium invenitur. Unde et magistrum se gentium vocat in fide et veritate (II Tim. 1, 11); unusquisque enim pro viribus suis dispensationem sortitus est. Difficilius enim fuit eos qui longe a Deo erant, ad fidem suam attrahere et suadere, quam proximos.

(Vers. 9, 10.) *Et scientes gratiam Dei, quæ data est mihi, Petrus et Jacobus et Joannes, qui videbantur columnæ esse, dextras dederunt mihi et Barnabæ communitatis; ut nos ad gentes, ipsi vero in circumcissionem; tantum ut pauperum memores essemus, quod et sollicite curavi hoc ipsum facere.* Ab apostolis qui clariores inter cæteros erant, quos et firmitatis causa columnas appellat, quique cum Domino semper in secretis fuerant, gloriam ejus digni in monte respicere (Matth. xvii, 2): ab his itaque probatum dicit donum, quod accepit a Deo; ut dignus esset habere primum in pradicione gentium, sicut et habebat Petrus in pradicione circumcissionis. Et sicut dat Petro socios, viros egregios inter apostolos: ita et sibi jungit Barnabam, qui divino judicio ei adjunctus est; gratiam tamen primatus sibi soli vindicat concessam a Deo, sicut et soli Petro concessa est inter apostolos (Act. xiii, 2): ita ut apostoli circumcissionis dextras porrigerent apostolis gentium ad concordiam societatis demonstrandam; ut utrique scientes perfectionis spiritum in dispensatione Evangelii se a Domino consecutos, in nullo se invicem legere ostenderent. Hoc solum tamen inter se convenisse; ut quod non ex prapcepto vel dono Domini fuerant instructi; quia facile erat **217** hoc ex Lege cognoscere, hos quibus pradicabant, pauperum memores esse juberent; ut misericordiam, per quam a Deo redempti sunt, colerent. Ideo igitur hæc, quæ inter se et apostolos facta sunt, manifestat; ut sciant Galatas quia quod ab eo acceperant, hoc verum est et probatum.

(Vers. 11.) *Cum autem venisset Petrus Antiochiam, in faciem illi restiti; quia reprehensus erat.* Post concordiam societatis, et honorificentiam primatus, quam sibi invicem per gratiam Dei detulerunt; nunc interveniente causa negligentis vel erroris, dissidere inter se videntur apostoli, non in propria causa, sed in sollicitudine Ecclesie. *In faciem, inquit, illi restiti.* Quid est hoc, nisi in præsentia ei contradixit? Et qua causa subjungit dicens: *Quia reprehensus erat?* Reprehensibilis utique ab evangelica

veritate, cui hoc factum adversabatur. Nam quis eorum auderet Petro primo apostolo, cui claves regni cælorum Dominus dedit, resistere; nisi alius talis, qui fiducia electionis suæ sciens se non impari, constanter improbaret, quod ille sine consilio fecerat.

(Vers. 12, 13.) *Præsentibus enim quibusdam a Jacobo, cum gentibus edebat: cum autem venissent, subtrahabat et segregabat se, timens eos qui erant ex circumcissione. Et simulaverunt cum illo et cæteri Judæi, ita ut et Barnabæ consentiret simulationi eorum.* Hi omnes Judæi, qui consenserunt simulationi Petri et Barnabæ, bonæ fidei fuerunt: sed propter scandalum illorum, qui veniebant ab Jacobo (erant enim æmulatores Legis, qui et Legem et Christum æquo jure venerantur: quod contra fidei disciplinam est) præsentibus eis non commiscebantur gentibus. Timebant enim impetum audaciæ eorum, qui æmulabantur Legem. Quod si solum fuisset, non erat reprehensibile: sed in quo erratum est, in subjectis ostendit. Nam et ipse utique cessit animositati et audaciæ Judæorum, timens ne per hoc quod facile est, subreperet scandalum, quod difficile sedaretur; quia et secundum Legem purificavit se coactus (Act. xxi, 26), et Timotheum circumcidit invitatus (Act. xvi, 3).

(Vers. 14.) *Sed cum vidissem quod non recta via incederent ad veritatem Evangelii, dixi Petro coram omnibus.* Ideo in solum Petrum invitatur, ut in eo qui primus est, discerent cæteri. *Si tu cum sis Judæus, gentiliter vivis, quomodo gentes cogis judaizare?* Nunc aperit causam reprehensionis; non enim aliquid fuisset erroris si præsentibus Judæis dissimulasset a gentilibus, timens scandalum: sed hic tota causa reprehensionis est; quia advenientibus Judæis ab Jacobo, non solum segregabat se ab eis, cum quibus gentiliter vixerat, sed et compellebat eos judaizare, causa timoris illorum, ut quid horum verum esset, ignorarent gentiles. Sciebant enim ipsum secum non quasi Judæorum vixisse: post autem audientes ab eo quia Judæorum instar sequendum erat, hæsitabant utique quid esset verum. Si enim hoc verum erat ut judaizarent, ipsum prævaricatorum tenebant, quia gentiliter vixerat: si autem illud melius erat et verum, ut simpliciter viverent, eversio erat gentium per ejus ignaviam, quibus adempto bono, res laboriosa et inefficax tradebatur. Apostolus autem Paulus quando ad horam cessit, non hoc et suasit; sed rem se superfluum et inane facere clamavit, propter furorem Judæorum. Cui quidem rei non succubisset, nisi causa interfuisset, qua audaciam Judæorum plurimorum se jaçtaret. Erat autem Timotheus filius mulieris Judææ, patre autem Græco (Act. xvi, 1); unde factum est, ut infans secundum Legem minime circumcideretur. Insidiabantur ergo, explorantes si eum, qui Judæus natus erat, incircumcisum assumeret: quod illicitum putabant generi Judæorum, occasionem quærentes, qua eum eversorem tenerent Legis; hac causa ad horam cessit furori eorum.

(Vers. 15, 16.) *Nos natura Judæi, et non ex gentibus peccatores. Scientes autem quia non justificatur homo ex operibus Legis, nisi per fidem Jesu Christi; et nos in Christum Jesum credimus, ut justificemur ex fide Christi, et non ex operibus Legis.* Manifesta ratione circumventos eos ostendit, ut servarent Legem; in qua nemo justificatur apud Deum; quippe cum hi ipsi qui natura Judæi sunt, volentes justificari, relicta Lege, confugiant ad fidem Christi. Quoniam ex operibus Legis non justificatur omnis caro. Nullum hominem justificatum dicit ex operibus Legis; quicumque enim justi sunt, **218** et fide justificati sunt, sicut Abraham et Isaac et Jacob et cæteri sancti.

(Vers. 17.) *Si autem quærentes justificari in Christo, invenimur et ipsi peccatores; num ergo Christus peccati minister est? Absit.* Quomodo Christus peccati minister potest esse, qui donat peccata? Ideo, absit, inquit. Sed si justificari volentes per fidem Christi, Legi servimus, sub peccato nos esse prostitemur; quia fides extrahit hominem a Lege, ut justus sit. Ergo si damus nos Legi, peccatores invenimur; quia qui sub Lege sunt, sub maledicto sunt.

(Vers. 18.) *Si enim quæ destruxi, hæc iterum reedifico, prævaricatorem me constituo.* Absolutum est ^a quia accedens ad Christum, relinquit Legem; de servo enim fit liber. Quod si iterum redeat ad Legem, ipse sui accusator existit: quia factum suum condemnat.

(Vers. 19.) *Ego enim per Legem Legi mortuus sum, ut Deo vivam.* Hoc dicit, quia per legem fidei mortuus est legi Moysis; moritur enim legi, qui liberatur ab ea: et vivit Deo, cujus fit servus emptus a Christo. *Christo confixus sum cruci.* Hic cruci configitur Christo, qui æmulus vestigiorum ejus, nulla mundi concupiscentia capitur; ut Deo vivens, mundo mortuus videatur. Qui enim non agit quæ mundi sunt, vel erroris, mortuus est mundo.

(Vers. 20.) *Vivo autem, jam non ego, sed vivit, qui in me est, Christus.* Non est ambiguum, in eo qui per fidem liberatur a morte, Christum vivere; morte enim digno dum donat peccata, ipse vivit in illo; ejus enim præsidio ereptus est morti. *Quod vero nunc vivo in carne, in fide vivo Filii Dei, qui dilexit me, et tradidit se pro me. Non sum ingratus gratiæ Dei.* Quoniam futura vita promissa est christianis, ideo qui nunc in hac vita auxiliis Dei munitus vivit, in fide vitæ promissæ vivit. Illic enim imaginem ejus contemplatur, quasi pignus habens vitæ futuræ, quæ per Dei nutum Christi amore nobis quæsitæ est. Hic ergo non est ingratus Christo, qui in fide ejus perdurat, sciens nullius se habere beneficium, nisi hujus: et ad contumeliam ejus proficere, si alterum ei comparet, cujus auxilium habere non potuit.

(Vers. 21.) *Si enim per Legem justitia, ergo*

^a Sic edit. Amerb. et mss. plures: Eras. autem et seq. edit. cum ins. nonnullis, *qui enim accedens... de servo fit liber.*

Christus gratis mortuus est. Nihil tam apertum; quia si per Legem potuisset homo justificari, Christum non oportuerat mori. Sed quia Lex dare remissionem peccatorum non poterat, neque secundam mortem detriumphans exspoliare captivos, quos tenebat causa peccati; idcirco Christus mortuus est, ut ea præstaret, quæ Lex non poterat: ac per hoc non gratis mortuus est; mors enim ejus justificatio peccatorum est.

CAPUT III.

(Vers. 1.) *O insensati Galatæ! quis vos fascinavit? Irascentis cum miraculo verba sunt; quia sic fuerant depravati, ut nec se agnoscerent circumventos.* ^b Procemio usus est; omnis enim qui fascinatur, de bono transit in malum, sicut et hi de libertate et securitate ad servitium et sollicitudinem transierunt. *Quorum ante oculos Christus Jesus proscriptus est, et in vobis crucifixus.* Manifestum est quia stultorum oculis Christus proscriptus videtur, id est, exspoliatus vel condemnatus: prudentium vero oculis et sensibus non solum non condemnatus, sed ipse mortem cruce sua damnassee videtur; passio enim Domini vita nostra est, et destructio mortis. Sed quia hi indigne cæperant sentire translati ad Legem, idcirco mentibus eorum Christum condemnatum videri conqueritur; ideoque subjecit: *In vobis crucifixus.* Hoc est, sensu vestro crucifixus est, quasi homo; in quo enim spes plena non est, homo est. Ideo hi non putabant plenam salutem esse in Christo, quia Legem illi æquabant. In his vero qui congrue intelligunt Christum, vivit in eis Christus, in Photino crucifixus est. Hic enim vere mortuus est, in quo Christus dicitur crucifixus; quia istud loco accusationis objicitur.

(Vers. 2.) *Hoc solum volo discere a vobis: Ex operibus Legis Spiritum accepistis, an ex auditu fidei? Sic sine intellectu estis?* Adhuc cum stomacho loquitur; dolet enim valde super errore eorum, quia fabricam suam, qua eos per Evangelium ædificaverat, videbat esse destructam. Non sic de Corinthiis motus est, quia quamvis carnales eos appellet (1 Cor. iii, 2), non tamen usque adeo fuerant mente capti, ut circumcidi se paterentur. Ideo et hi stulti et sine intellectu esse dicuntur; quia nec dolori carnis suæ consulere valuerunt. Usque ad hoc enim solet quis induci, quod delectat, aut dolorem non præstat.

219 Interrogantis ergo verba sunt, et quod interrogat ex parte confirmantis, cum dicit: *Hoc solum volo discere a vobis: Ex operibus Legis Spiritum accepistis, an ex auditu fidei?* Hoc ab eis quærit, in quo et gloriabantur, et negare non poterant quia Spiritum sanctum per fidem acceperant, non per Legem; ut resipiscentes agnoscerent quia donum Dei, in quo gloriabantur, non ex opere Legis acceperant, sed credentes in Christum; ut vel sic grati Christo, Legem quam sibi in nullo prodesse didicerant, relinquere. Hoc proponit, quod illo in tempore negari

^b Ultimæ edit. Parisiis., *Paræmia usus est.* Non male; si qua mss. fide niteretur.

non poterat, Spiritum Dei inesse credentibus; ad rudimenta enim fidei commendanda, donum Dei hoc manifestabatur hominibus; sicut inter ipsa initia factum est in apostolis et cæteris discipulis, nec non et in illis duodecim, quos (quia ^a in adulterino baptis- mate sub nomine baptismi Joannis fuerant non tincti, sed sordidati) Paulus apostolus in Trinitatis nomine baptizari præcepit, quibus impositis manibus, decidit in eos Spiritus sanctus, et diversarum linguarum ministrabat eloquia cum interpretatione earum; ut nullus auderet negare Spiritum sanctum inesse eis. Quamobrem sine intellectu Galatas esse appellat, qui hujus rei gnari et conscii, degradantes se, carnis curæ se subjecerunt.

(Vers. 3.) *Incipientes spiritu, nunc carne consummamini?* Hoc dicit, quia cum ab inferioribus ad summa fidei ascensus sit, hi contra de summis in ima delapsi sunt. Per fidem enim spirituales effecti, conversi ad Legem, perdidierant gratiam Spiritus, quam fuerant consecuti; consummatio enim perditionem significat, id est, fidem.

(Vers. 4, 5.) *Tanta passi estis sine causa, si tamen sine causa.* Multa eos passos pro fide significat ab infidelibus; tunc enim qui credebant, cæteris opprobrio erant, sive domesticis, sive extraneis: nam digito signabantur quasi rei majestatis. Unde similiter Galatæ multa passi sunt insaniores experti, cujus rei meritum perdidierant mittentes se sub Legem. Sed quia adjecit: *Si tamen sine causa*, ostendit sperare se posse reformari illos. *Qui ergo præbet vobis Spiritum, et operatur virtute in vobis, ex operibus Legis, an ex auditu fidei?* Idem sensus est, cui adduntur virtutis insignia, quæ testimonium præbent fidei, quod sit spes fida et rationalis. Legem autem nulla virtus comitatur, quæ attrahat ad ejus spem; quia quæ videntur, non sperantur, sed sunt temporalia, sicut lex factorum, quam supra ostendimus.

(Vers. 6.) *Sicut scriptum est (Gen. xv, 6): Creditit Abraham Deo, et æstimatum est ei ad justitiam.* Ostendit exemplo Abrahæ, qui pater fidei est, justitiam non ex operibus Legis imputari, sed per fidem; credens enim justificatus est: ac per hoc stulte et improvide Legi eos se subjecisse, quæ non ad justificationem data est.

(Vers. 7.) *Cognoscitis ergo quia qui ex fide sunt, hi sunt filii Abrahæ?* Verum est quia credentes filii sunt Abrahæ; quia si Abraham ex fide justificatus est primus, quotquot post hunc credunt, filii ejus sunt, sive ex Judæis, sive ex gentibus.

(Vers. 8.) *Providens autem Scriptura quia ex fide justificat gentes Deus, prænuntiavit Abrahæ: Quia benedicentur in te omnes gentes (Gen. xii, 5).* Hoc dicit, quia forma est Abraham omnium credentium, ut hi benedicti in eo sint, qui credunt; sequeates enim fidem ejus, participes sunt benedictionis ejusdem.

(Vers. 9, 10.) *Ergo qui ex fide sunt, benedicuntur cum fideli Abraham; quotquot enim ex operibus Legis*

sunt, sub maledicto sunt. Manifestum est quia fideles cum fideli benedicuntur, quomodo infideles cum infidelibus puniuntur. Nam qui sub Lege agunt, sub maledicto sunt: quia transgressores Legis sunt.

(Deut. xxvii, 26.) *Scriptum quippe est: Maledictus omnis qui non permanserit in omnibus, quæ scripta sunt in libro Legis, ut faciat ea.* Hoc scriptum est in Deuteronomio, quia si quid Legis præterisset aliquis, maledictus haberetur. Et tanta mandata sunt, ut impossibile sit servari ea. Unde et Petrus apostolus, in Actibus apostolorum ait: *Quid imponitis jugum fratribus, quod neque patres nostri, neque nos potuimus portare (Act. xv, 10)?* Negligenti enim et superbo ^b populo hæc data erant, ut per omnem conversationem Legem haberent.

(Vers. 12.) *Quod autem in Lege nemo justificatur apud Deum, manifestum est; quia justus ex fide vivit (Habac. ii, 4).* Ac per hoc recedendum a Lege docet, ne justitia per fidem quæsitâ depereat. *Lex autem non est ex fide, sed qui fecerit ea, vivet in eis (Ezech. xx, 21).* **220** Non est ex fide Lex; quia nihil mandat credendum. Omnia enim ejus manifesta sunt, ut servans Legem, vivat: si quominus, neesse est plectatur; quia quod scivit vitandum, admisit. Potest opponi e diverso, et dici: Si in Lege nemo justificatur, quid est ut maledicatur, qui aliquid præterit Legis? Verum est quia nemo per Legem justificatur, sed apud Deum: justificatur autem apud mundum, ut securus sit in vita præsentis. Si autem apud Deum justificari vult, ut illi ad meritum proficiat in die judicii, Dei sequatur fidem; alioquin hic securus, reus erit in futurum. Prodest ergo Lex, sed quæ in tabulis scripta est; nam cætera, sicut dixit, ut oneri essent, data sunt.

(Vers. 13.) *Christus nos redemit de maledicto Legis, factus pro nobis maledictum.* Quoniam nemo poterat implere Legem, rei erant omnes maledicto Legis, ut vindicaret in eos: Christus autem homo natus, oblatus a Patre pro nobis, redemit nos a diabolo. Morti enim volentem offerens illum pro iis, qui maledicto Legis erant obnoxii, maledictum illum fecit hoc modo, sicut in Lege hostia pro peccatis oblata peccatum nuncupabatur: propterea pro maledictis oblatus, factus est maledictum; nam et Judæis factus est maledictum, dum quasi peccator occiditur. Ideo non dixit: Factus pro nobis maledictus, sed maledictum; is enim qui propter peccatum proprium morti offerebatur, maledictus fiebat, in sua enim causa moriebatur. Et si propius aspicias, videbis Christum maledictum eorum factum, a quibus occisus est; crux enim Salvatoris peccatum et maledictum est Judæorum. *Quia scriptum est: Maledictus omnis, qui pendet in ligno (Deut. xxi, 15).* Hoc Moyses dixit in Deuteronomio de reis mortis; ut sufflceret suspensis in ligno illic esse usque ad vesperam, et deponi in sepulturam. Quia, *maledictus omnis, inquit, qui pendet in ligno; ut reo mortis*

^a Codex Laud., in altero baptisate.

^b Idem codex Laud., populo hæc dicta erant.

sufficeret hoc, quia suspensus moriebatur in ligno; ne diutius si esset suspensus, majus haberet opprobrium mors ejus, quam deberet: et fieret macula generi ejus, si amplius mors ejus publicaretur. Ac per hoc Salvator innocens suspensus in ligno, non est maledictus, sed maledictum illorum, a quibus suspensus est. Quantum tamen ad Judæos pertinet, quasi peccatorem illum occidendum Pilato offerentes, maledictum illum fecerunt, ut quasi reus occideretur, cum esset innocens, quia dignus morte maledictus est juxta Legem. Videntes enim multos aggregari doctrinæ ejus, zelati sunt dicentes: *Ecce totus mundus abiit post illum* (Joan. xii, 19); ac per hoc pro nobis occisus dicitur, et duplici genere pro nobis; cum enim putant illum occidi debere, ne doceret, nihil profecerunt; quia et doctrina ejus crevit, et mortem evacuavit in passione sua. Descendens enim ad inferos, genus hominum liberavit; qua causa et occidi se permisit, sciens pro nobis esse, et contra diabolum.

(Vers. 14.) *Ut in gentibus benedictio Abraham fieret per Christum Jesum: et benedictionem Spiritus accipiamus per fidem.* Hoc dicit, quia exprobratis et maledictis Judæis, cum sibi de justitia Legis blandirentur, occiso Salvatore ^b quasi sabbati violatore promissionis benedictio Abraham transitum fecit ad gentes per fidem Christi Jesu. Unde dicit Dominus Judæis: *Tolletur a vobis regnum Dei, et dabitur genti facienti fructus ejus* (Matth. xxi, 43).

(Vers. 15.) *Fratres, secundum hominem dico.* Hoc dicit, quia exemplo humanæ causæ commendare vult rationem divinæ promissionis. *Homini testamentum, confirmatum tamen, nemo irritum facit, aut superordinat.* Verum est quia testamentum defuncti jure factum non potest scindi.

(Vers. 16.) *Abraham dictæ sunt promissiones, et semini ejus. Non dicit: Et seminibus, quasi in multis; sed quasi in uno: Et semini tuo, quod est Christus.* Hoc est, quod scriptum est in Genesi ad Abraham: *Et in semine tuo benedicentur omnes gentes* (Gen. xxii, 18). Quod utique impletum est in Christo, in cujus nomine omnes gentes benedicentur per fidem. Ideo non in multis, sed in uno firmata est promissio, qui est Christus. Hac disputatione sua Apostolus quasi reos falsati testamenti designat, qui credentes in Christum, etiam de Lege aliquid sperant; ut non solum salus promissa in Christo, sed et in Lege sit. Ideo probat promissionem benedictionis in solo Christo factam.

(Vers. 17.) *Hoc autem dico, Testamentum confirmatum a Deo in Christo, quæ post quadringentos et triginta annos facta est Lex, non infirmata ad evacuandam promissionem.* In solo Christo firmatam benedictionis promissionem docet, ut Legem post

quadringentos et triginta annos datam ostendat; constituta enim promissione postea data est Lex, quæ non utique infirmaret promissionem, sed quod futura, et quando ventura esset, significaret.

Si enim ex Lege hæreditas, jam non ex promissione: Abraham autem per repromissionem donavit Deus. ^d *Duas causas sibi contrarias defendunt Judæi; nullo enim pacto, nulla ratione spæderi potest Judæis Abraham promissionem evacuata per Legem, et recte: sed aliud adversum improvida præsumptione defendunt, putantes justificationem sine opere Legis provenire non posse; cum sciant Abraham, qui forma ejus rei est; sine operibus Legis per solam fidem justificatum. ^e Sed æmulatione quadam cæcati, non intelligunt, neque considerant quia si per Legem justificatio, excluditur promissio; et si exclusa fuerit promissio, sine dubio frustrabitur fides Abraham: quod ne audire quidem ac patiantur Judæi, scientes quia promissio ex fide est Abraham. Quæ promissio per fidem justificat, non per Legem; sicut et Abraham justificatus ex fide est. Hi ergo hæredes sunt promissionis Abraham, qui illi succedunt, suscipientes fidem, in qua benedictus et justificatus est Abraham. Testimonium ergo promissionis Abraham testamentum appellatur; ut post mortem ejus hæredes essent in promissione, filii ejus facti per fidem. Quæ causa cucurrit usque ad Christum Abraham repromissum, ut post mortem Christi eredentes, hæredes essent fidei Abraham per testamentum sanguinis Christi. Donum ergo quod promissum est Abraham, filiis ejus in Christo solutum est; quamvis et ipse Abraham consecutus sit donum hoc illic, ubi inventus est.*

(Vers. 19.) ^f *Quid ergo Lex factorum posita est, donec veniret semen, cui promissum est? Lex factorum, id est, Moysi, posita est in medio inter emptam promissionem et semen, cui facta promissio est, hoc est, inter Abraham et Salvatorem.* Ideo longe data post factam promissionem, ut ipsa distinctione aliud Lex, et aliud promissio videretur; ut populum Dei a gentibus segregatum erudiret sub Dei timore, ut dignus fieret ad excipiendam promissionem, quæ est Christus. Lex tamen factorum ideo dicitur, quia docet quæ, Deo jubente, corporaliter fiunt de sacrificiis, de primogenitiis, de decimis, et de cæteris talibus. *Disposita per angelos in manu Mediatoris.* Angelos dicit Dei nuntios, id est, Moysen, et Jesum filium Nave, et cæteras prophetas usque ad Joannem Baptistam, de quo Deus dicit: *Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam* (Malach. iii, 1). Per hos ergo Lex ordinata, disposita est a Deo in manu, id est, potestate Salvatoris; ipse est enim mediator vel reconciliator Dei et hominum (I Tim. ii, 5), ut salvet quos vult ex iis qui Legem per supra memo-

^a Rom. edit., et promissionem Spiritus accipiemus.

^b Vet. edit. cum mss. aliquot, quasi sabbati violati reo.

^c Rom. edit., Lex quæ post.... data est, non irritum facit, ut evacuet promissionem.

^d Rom. edit., Duo sibi contraria defendunt.

^e Codex Vall., Sed æmulatione quidem cæcati.

^f Rom. edit., Quid ergo Lex? Propter transgressionem posita est.... ordinata per angelos in manu mediatoris. Quid ergo Lex, etc.

ratos Angelos acceperunt. Ipse enim ait : *Sicut Pater suscitavit mortuos et vivificavit : sic et Filius quos vult, vivificavit* (Joan. v, 21).

(Vers. 20.) *Mediator quidem unius non est.* Sine dubio mediator, hoc est, arbiter non est unius, sed duorum; cum enim duo populi invicem adversus se dimicarent, semper dissidentes et inimici diversitate doctrinae, Salvator horum arbiter venit, amputans utrisque populis per quod discordabant, ut possept esse pacifici. Abstulit ergo gentibus numerum deorum, et famulatum elementorum, quod scandalum erat Hebraeis: abstulit et Judaeis opera Legis, id est, neomenias, circumcisionem, et curam sabbati, et discretionem escarum, et caetera quae abominabantur gentiles; et sic facti sunt pacifici, qui prius fuerant inimici. Si ergo haec ita se habent, quid est ut Galatae hebetudine mentis^a arbitrium istud corrumpant, conversi ad Judaismum? Judicium enim Salvatoris in irritum ducunt, quando post factam pacem, quasi poenitentes de ea, subjiciunt se illis, quae prius paci fuerant inimica. Juxta sensum ergo Galatarum Christus arbiter non est; quia inducti in Legem de duobus populis unum fecerunt, et unius utique populi arbiter nemo est. Hunc eundem sensum ad Ephesios prosequitur dicens : *Ipse enim est pax nostra, qui fecit utraque unum, et medium parietem maceratae solvens, inimicitiam in carne sua legem mandatorum in decretis evacuans; ut duos conderet in se uno novo homine, faciens pacem* (Ephes. ii, 14). Si in uno novo homine facit pacem, ambobus utique abstulit, per quod dissidebant: et hoc eis statuit^c data sua lege, per quod essent pacifici. Hoc Galatae irruparunt conversi ad Judaismum : *Deus vero unus est.* Hoc dicit, ne Christum praedicando Deum, quem arbitrum dicit uni Deo, praedicasse putaretur contra Legem et prophetas. Arbitrum ergo hunc per assumptionem carnis intelligi docet, sicut dicit ad Timotheum : *Arbiter Dei, et hominum homo Jesus Christus* (I Tim. v, 2) : juxta autem quod Deus est, a Patre hunc non separari, sed unum esse cum Patre. Sive enim Pater, sive Filius, Deus unus est; Deus enim naturae nomen est et potestatis, quam in Patre et Filio individuum manere ipsa nominum ratio docet.

(Vers. 21.) *Lex igitur adversus promissa Dei? Absit.* Absit utique, quia non est Lex inimica promissionis; quippe cum confirmet eam. Nam primus Moyses dicit : *Prophetam vobis excitabit Deus de fratribus vestris* (Deut. xviii, 15). Hoc de Christo dictum Petrus apostolus probat in Actis apostolorum. *Et enim si data esset Lex, quae posset vivificare, vere ex Lege esset justitia* (Act. iii, 22). Justitiam hanc dicit, quae apud Deum imputatur justitia, id est, fidei, quia et Lex habuit justitiam, sed ad praesens, non quae justificaret apud Deum. Remittere enim peccata non potuit, ut de peccatoribus faceret jus-

tos; sed ad hoc data est, ut terrori esset provocans homines ad bonam vitam, irreverentes puniens. Ideoque non est data Lex, quae posset vivificare, sed condemnare.

(Vers. 22.) *Sed conclusit Scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide Jesu Christi daretur credentibus.* Hunc sensum et ad Romanos posuit, dicens : *Conclusit Deus omnia sub peccato; ut omnium miseretur* (Rom. xi, 32). Hoc dixit quod supra memoravi, quia Lex ad hoc data est, ut peccatores reos se scirent apud Deum. Manifestatis enim peccatis suis, conclusi sunt, ut se excusare non possent, sed quaererent misericordiam; ut veniens qui promissus erat Abraham, fidem solam ab eis posceret, quam habuit Abraham; ut et malorum suorum veniat, et justificationem mererentur. Hoc enim manifestaverat Deus per Esaiam prophetam, dicens : *Veniet ex Sion, qui eripiat et avertat impietatem ab Jacob; et hoc erit illis a me testamentum, cum abstulero peccata eorum* (Esai. lix, 20).

(Vers. 23.) *Prius enim quam veniret fides, sub Lege custodiebamur, conclusi in eandem fidem, quae incipit revelari.* Hoc est, quod dicit, quia antequam veniret Salvator, sub Legis custodia agebamus, ne peccaremus; ut veniente promissione digni essemus. Hac enim spe Lex tutos praestabat nos, ut venienti Christo offerret nos, id est, Judaeos.

(Vers. 24.) *Itaque Lex paedagogus noster fuit in Christo Jesu, ut ex fide justificaremur.* Idem sensus est, quia sub cura Legis eramus, donec veniret Christus, qui nos credentes justificaret.

(Vers. 25, 26.) *Veniente autem fide, jam non sub paedagogo sumus; omnes enim filii Dei estis per fidem, quae est in Christo Jesu.* Sub paedagogo qui agit, potestatis suae non est; parvulus enim et lubricus ad peccandum sub paedagogi cura habetur. Veniente autem Christo, qui quasi de minoribus facit majores, liberati de potestate paedagogi, per ablationem peccatorum facti sumus filii Dei, cum essemus servi peccati.

(Vers. 27.) *Quotquot enim in Christo baptizati estis, Christum induistis.* Hoc dicit, quia credentes dum immutantur, Christum induunt; quando hoc appellantur, quod credunt.

(Vers. 28.) *Non est Judaeus, neque Graecus: non est servus, neque liber: non est masculus, neque femina; omnes enim vos unum estis in Christo Jesu.* Nullam distantiam dicit credentium, ut nulli praerudicetur quid fuerit, antequam crederet; omnibus enim his unum decretum est donum. Apud Deum enim nulla discretio personarum est, nisi morum et vitae; ut homines unius fidei meritis distinguantur, non personis.

(Vers. 29.) *Si ergo vos omnes unum estis in Christo Jesu, ergo Abraham semen estis, secundum promissionem haeredes.* Semen Abraham sunt omnes credentes, quia Abraham pater est omnium credentium;

putaretur.

^c Rom. edit., vos estis Christi, ergo Abraham semen estis et secundum.

^a Omnes edit. et mss. aliquot, arbitrum istum corrumpant; alii concinnius, ut in textu.

^b Rom. edit., quem arbitrum constituit, praedicasse

et si filii sunt, necessario et promissionis ejus hæredes; ut consequantur per fidem, quod promissum est Abrahæ, ut participes sinus justificationis ejus in regno cælorum.

CAPUT IV.

(Vers. 1, 2.) *Dico autem quod quamdiu hæres parvulus est, nihil differt a servo, cum sit dominus omnium; sed sub curatoribus et actoribus est usque ad præfinitum tempus a patre.* Verum est, quia jus patres ordinaverunt, et usque ad quam ætatem subjectus debeat esse adultus, statuerunt; ita ut quamdiu parvulus est, libertate sua uti non possit, neque **223** dominari quasi hæres; sed similis prope servis in conditione est curatorum vel actorum. Hoc exemplo probat eos, qui sub Lege fuerunt, parvulos fuisse circa meritum, nec libertatem habuisse; qui in conditione Legis erant subjecti causa peccati.

(Vers. 3.) *Ita et nos cum essemus parvuli, sub elementis hujus mundi eramus subjecti.* In elementis neomenias significat et sabbatum; neomeniæ enim sunt dies lunares, quos observant Judæi: sabbatum vero dies requietionis. Antequam veniret ergo promissio, id est, antequam donum gratiæ Dei purificans justificaret credentes, quasi imperfecti et parvuli per Legem Dei, subjecti eramus conservis, quasi pædagogis; libertas enim nostra obnoxia erat causa peccati. Nihil tamen de elementis sperabant Judæi, sicut et pagani: sed creatorem Deum venerabantur in creatura.

(Vers. 4, 5.) *At ubi venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum factum ex muliere, factum sub Lege; ut eos qui sub Lege erant, redimeret; ut filiorum adoptionem reciperemus.* Plenitudo temporis est completum tempus, quod præfinitum fuerat a Deo Patre, quando mitteret Filium suum, ut ex Virgine factus, quasi homo nasceretur, subjiciens se Legi usque ad tempus baptismi; ut formam daret quomodo peccatores abluti, et a jugo Legis erepti dignatione Dei, filii ei adoptarentur, sicut promiserat redemptis sanguine Filii ejus. Salvatorem autem necesse erat fieri sub Lege, quasi filium Abrahæ juxta carnem; ut circumcisis appareret is esse, qui promissus Abrahæ, veniret gentes justificare per fidem, signum habens ejus, cui promissus fuerat. Ideo ultra neminem oportuit circumcidi; quia tamdiu cucurrit signum, quoadusque veniret, qui promissus fuerat restaurare fidem, in qua justificatus est Abraham in præputio, ut credentibus non opus sit circumcisio. Abraham autem ideo circumcisis est, quia filium se creditur habiturum, in quod omnes gentes benedicerentur. Ideo tamdiu cucurrit signum, donec veniret, qui erat promissus. Si autem hoc crederent, quod creditur Abraham, non stetisset circumcisio; ne forte opponeretur, quia si Abraham creditur et circumcisis est, quare non circumciduntur credentes?

(Vers. 6.) *Quoniam autem estis filii Dei, misit Deus spiritum Filii sui in corda nostra, clamantem: Abba, Pater.* Ab his cœpit, quibus et scribit, dicens:

• Omnes edit. ac nonnulli mss., *Nomen enim olim acceperant velut in imaginem.*

A *Quoniam autem estis filii Dei;* et subjungit Judæos, cum ait: *Misit Deus Spiritum Filii sui in corda nostra.* Quando autem dixit gentes filios Dei credentes in Christum, qui prius fuerant inimici, dubium non erat Judæos credentes dici filios Dei, quos constat jam pridem hoc nomine nuncupatos. • Nomen enim Dei acceperant velut imagine, ut postea confirmaretur per Christum; quia sine spiritu non erat plenum. Hoc est, quod dicit et ad Romanos: *Ipse Spiritus reddit testimonium spiritui nostro quod sumus filii Dei (Rom. viii, 16).* Ut enim probaremur adoptati esse a Deo in filios, Spiritum suum dedit nobis, qui signum Patris ostendat in filios; ut quia hoc non audeamus dicere in infirmitate et indignitate nostra, suggerat ut audeamus dicere: *Abba, quod est pater.*

B Denique Judæis hoc jam dudum non est concessum dicere.

(Vers. 7.) *Itaque tam non est servus, sed filius.* Non est servus, quia sublatus est a potestate Legis, socius factus benedictionis proprii Filii Dei. *Si autem filius, et hæres per Deum.* Dubium non est quia ideo quis adoptat sibi filium, ut hæredem illum relinquat. Sed hæreditas ex morte alicujus provenit: quid est ergo, ut mortales hæredes ejus dicantur, qui semper vivit? Sed Scriptura more nostro loquitur, ut intelligere possumus; ut enim ostendat daturum patrem filiis de bonis suis, hæc quæ daturus est, hæreditatem appellat.

(Vers. 8.) *Sed tunc quidem ignorantes Deum, iis qui natura non sunt Dii, serviebatis.* Quoniam prius per ignorantiam peccabant servientes idolis, facile illis ignotum significat, sicut dicit in Genesi Abimelech ad Deum: *Domine, inquit, numquid gentem ignorantem perdes (Gen. xx, 4)?*

(Vers. 9.) *Nunc autem cognoscentes Deum, immo vero cogniti a Deo, quomodo iterum convertimini ad infirma et egena elementa, quibus denuo servire vultis?* Grave illorum admissum annotat; quia post cognitionem Dei, ea quæ paganorum sunt, sequi cœperant. Et plus addit: *Quia non isti cognoverunt Deum, sed magis cogniti a Deo sunt.* Cum enim hi non **224** quærerent Deum, advocavit eos ad suam gratiam: et hi ingrati, ad ea converti cœperant, quæ tunc colebant, quando ignorabant Deum: ut venerarentur infirma et egena elementa, et non tota mente Christum, in quo omnis inhabitat divinitas. Infirma et egena dicit elementa, quia imperfecta sunt; ad regendum enim mundum invicem egent sui: in Christo autem perfecta salus est.

(Vers. 10.) *Dies observatis, et menses, et tempora, et annos.* Quæ elementa dixerit, nunc declarat. Diem sol facit, menses cursus lunæ: tempora vero sunt ver, æstas, autumnus, hiems: quatuor hæc, completo numero proprio, faciunt annum. Dies ergo observant, qui dicunt, ut puta: *Crastino proficiscendum non est; post crastinum enim non debet aliquid inchoari: et sic solent magis decipi.* Hi autem colunt menses, qui cursus lunæ perscrutantur di-

centes, ut puta : Septima luna instrumenta confici non debent ; nona iterum luna servum emptum, ut puta, domum duci non oportet : et per hæc facilius solent adversa provenire. Tempora vero sic observant, cum dicunt : Hodie veris initium est, festivitas est, post cras Vulcanalia sunt. Et talia iterum aiunt : Posterum est, domum egredi non licet. Annos sic colunt, cum dicunt : Kalendis Januariis novus est annus, quasi non quotidie anni impleantur : sed ut Jani illius recolant memoriam bifrontis, hac superstitione utuntur, quæ longe debet esse a servis Dei. Si enim Deus ex toto corde diligitur, ipso propitio, nulla debet esse formido, neque suspicio harum rerum ; prospere enim potest cedere, quidquid simpliciter sub Dei devotione sit.

(Vers. 11.) ^a *Timeo vos ne frustra laboraverim in vobis.* Duplici genere subversi fuerant Galatæ ; ut post Dei gratiam non solum ad Legem converterentur, sed ad errores pristinos. Inducti enim vel eversi, in Legem facile declinarant ad observantiam dierum et mensium ; sabbati enim observatio et neomeniarum attraxerunt illos ad hæc. Ideo inquit : *Timeo ne sine causa laboraverim in vobis ;* sic enim videbat eos in pejus proficere, ut possent etiam a Christo penitus recedere.

(Vers. 12.) *Estote sicut ego ; quia et ego sicut vos.* Hoc dicit, ut dent operam corrigendi ea ; quia non est impossibile ut sint sicut ipse ; quia et ipse hoc erat, id est, homo, quod et illi : et cum fuisset in errore persequens Ecclesiam, correptus convertit se. *Fratres, obsecro vos, nihil mihi nocuistis.* Nunc mitius agit cum eis, ^b et bona eorum incipit memorare ; ut post magnas correptiones bona opera sua audientes recrearentur, et data opera reformarent se ; ne objurgationibus diutius pressi asperioribus, flerent exacerbati. Nihil tamen sibi nocuisse illos dicit ; ipsis enim oberat delictum illorum : Apostolus enim impleverat officium dispensationis sibi creditæ ; ut omni cum diligentia prædicaret eis, sicut dicit Dominus ad prophetam Ezechiel : *Tu, inquit, prædica : si te audierint, lucraberis eis ; si quominus, tu salvabis animam tuam (Ezech. III, 21).*

(Vers. 13, 14.) *Scitis quia per infirmitatem carnis evangelizavi vobis jam pridem : et tentationem vestram in carne mea non sprevisistis, neque respuistis.* In memoria revocat illis tempus, quando primum prædicavit illis Evangelium Dei. Ipso enim tempore injuriis agebatur Apostolus, et cædibus infirmabatur ; infirmus enim videtur, qui humiliatur, et non resistit propter Evangelium Dei. Et in hoc laudat constantiam eorum, quia non sunt abstracti a fide : injuriæ enim Apostoli tentatio erat Galatarum, in qua firmi inventi sunt ; non dubitantes de fide. Possent enim, ^c scandalum passi, dicere : Quæ est virtus aut spes

in hac fide, quando minister ejus sic humiliatur ? Sed quia jam animum futuris spebus infecerant, præsentis exitus pro Christi nomine non pertimescebant, certi fidem nostram non in terris, sed in cælis habere dignitatem, et pro his tribulationibus magna rependi præmia. Ruborem illis incutit ; quia post hæc laudabilia circumventi fuerant, ut vituperabiles viderentur. *Sed sicut angelum Dei excepistis me, sicut Christum Jesum.* Hoc magis laudat in eis, quia pressuris non deformatus est apud eos, sed commendatus, scientes pro iis qui credunt, pati illum exitia. Sicut ergo angelum Dei exceperunt Apostolum, credentes donum Dei esse quod prædicat : sic ei deferentes, quasi ipsi auctori Domino Jesu Christo.

(Vers. 15.) ^d *Quæ ergo erat beatitudo vestra ?* Beatos hos fuisse dicit **225** apud cæteras Ecclesias, per id quod apostoli injuriis non frangebantur, sed crescebant in fide. *Testis enim sum vobis quia, si fieri potuisset, oculos vestros eruissetis, et dedissetis mihi.* Votum eorum circa religionem tam plenum ostendit fuisse, ut non solum bene ab eis susceptus sit, sed et fortes in fide inventi sint : et quod ad laudem magis proficit, omnia pene sua illi obtulerunt profiganda. Hinc plus dolet, quia tanta charitas subversa fuerat prava doctrina.

(Vers. 16.) *Ergo inimicus vobis factus sum, verum dicens vobis ?* Hoc dicit, quia non potest fieri, ut inimicus, inquit, ego vobis sim, quorum tanta sensi obsequia. Sed quia nemo se argui vult errantem, idcirco inimicus vobis videor, juste vos reprehendens.

(Vers. 17.) *Æmulantur vos non bene : sed excludere vos volunt, ut eos æmulemini.* Invidia Judæorum subversos eos significat ; videntes enim sic illos proficere in Evangelio, et tantam habere charitatem in Apostolo, id egerunt, quatenus illos deciperent. Erant enim Legis causa apostolis inimici, ut manente nomine Salvatoris, facerent eos Judæos, gaudentes in eversione eorum ; non enim patiebantur, ut gratiam sibi promissam audirent incircumcisis gentibus datam. Ideo imitatores suos illos voluerunt fieri, ut more eorum circumciderentur.

(Vers. 18.) *Æmulamini autem ^e meliora dona, bonum æmulamini semper, et non solum cum præsens sum apud vos.* Meliora dona spiritalia sunt, quæ imitati habebunt effectum apud Deum. Hæc spiritalia bona sunt, quæ vult ut semper imitentur, non ad tempus, sicut pridem, aut se præsentem tantum, post autem ad aliud convertantur ; sed vult illos de cætero perseverare in bono.

(Vers. 19.) *Filioli mei, quos iterum parturio, donec Christus formetur in vobis.* Primum per fidem illos genuerat in baptismo, sed quia ^f velut per abortum

^a Rom. edit., *Timeo ne sine causa laboraverim.*

^b Nonnulli mss., et bona opera sua. Non recte. Infra vero ubi omnes edit. ac pauci mss., *diutius pressi, asperiores fierent exacerbati ;* alii mss. melius legunt, ut in contextu.

^c Mss. Laudun., *scandalum proponere, et dicere : Quando Domini servus ejus scit, etc.*

^d Rom. edit., *Ubi est ergo beatitudo vestra ?*

^e Rom. edit., *meliora dona in bono semper.*

^f Mss. aliquot, *velut abortivi nati.*

nati, deformati et infirmi inventi sunt; nunc cum dolore consilii reformat eos in Christum. Concipientes enim fidem, et sensum fidei minime advertentes, formatum Christum in animis suis negantur habere; si enim intellexissent gratiam Dei in Christo, post fidem in judaismum transducti non essent.

(Vers. 20.) *Vellem autem præsens esse nunc apud vos, et mutare vocem meam; quia confundor in vobis.* Præsens vult arguere illos, ut mutet vocem suam de laude in vituperationem eorum, ut duplici genere confundantur, et de errore suo, et rubore Apostoli, quem patiebatur apud eos, quibus illos prætulerat.

(Vers. 21, 22.) *Dicite mihi, qui sub Lege vultis esse, Legem non testatis? Scriptum est enim quia Abraham duos filios habuerit: unum de ancilla, et unum de libera.* Hoc in Genesi habetur, quia cum Sara generare non posset, erat enim sterilis, Agar ancillam suam obtulit viro suo Abraham in concubinam; ut quod generasset, adoptaret sibi. Sic factum est, ut de Agar nasceretur ismael. Post autem natu Dei promissus est Abraham filius de Sara uxore ejus, quæ erat sterilis: hæc peperit Abraham Isaac. Tunc coepit Abraham duos habere filios, unum de ancilla, et unum de libera.

(Vers. 23, 24.) *Sed is quidem qui de ancilla, secundum carnem natus est: qui autem de libera, per repromissionem; quæ sunt per allegoriam dicta.* Ismael, qui ex ancilla Agar natus est, secundum carnem natus; quia juxta consuetudinem natus est: Isaac vero quia per repromissionem, non secundum consuetudinem, sed secundum providentiam Dei virtute natus est; quippe cum Sara et anus esset et sterilis. In typum enim Christi natus est Isaac; idcirco hæc per allegoriam asserit dicta, ut aliud ex alio significant personæ Ismael et Isaac. Ismael enim Judæorum significat nativitatem, vel eorum qui servi peccati sunt: Isaac vero christianorum, quia in libertate nascitur; liber enim est, qui accipit remissionem peccatorum.

Nam hæc sunt duo Testamenta. Moyses accipiens sanguinem vituli in cratera, aspersionem populum dicens: *Hic est sanguis Testamenti, quod disposuit Deus ad vos (Exod. xxiv, 8).* Hoc est quod dixit: *Unum quidem a monte Sina, in servitutem generans, quæ est Agar.* Lex enim in monte Sina data est, quam Moyses recitans populo, librum hunc Testamenti appellavit, et tunc aspersionem populum sanguine, sicut dixi. Hæc Lex reos tenuit peccatores, et coepit servi esse peccati, facti filii Agar quasi ancillæ.

226 (Vers. 25.) *Sina autem mons est in Arabia, qui conjungitur huic, quæ nunc est Hierusalem, serviens cum filiis suis.* Causam Agar significare dicit Hierusalem terrenam, id est, Synagogam, quæ in servitutem generat; quos enim generat, sub peccato sunt.

(Vers. 26.) *Illam autem quæ sursum est Hierusalem, libera est: quæ est mater nostra.* Hæc, quam matrem nostram dicit, regulâ est mysterii Dominici, per quam

A renascimur in libertatem, sicut et ipsa libera est. Idcirco et celestis dicitur, quia cælum sedes ejus est: et quos generat, ibi erant cum ea, sicut dicit Dominus: *Pater, quos dedisti mihi, volo ut tibi ego fuerò, et tibi stam tecum (Joan. xvii, 24).* Hæc est et vita; quia immortalitate donantur, qui credentes renascuntur per eam. Sic etenim de Domino dicitur est quæ, quod factum est in ipso, vita est. *Sicut enim Pater habet vitam, ita dedit et Filio vitam, et vita erat lux hominum (Joan. v, 26).* Hæc vita et lux mater fidelium est. In Esaia hoc habetur, quod subjectum est:

(Vers. 27.) *Scriptum est enim: Lætare, sterilis, quæ non paris: erumpe et clama, quæ non parturis; quia multi filii desertæ, magis quam ejus, quæ habet rivum (Esaia. liv, 2).* Hanc terrenam Hierusalem vram habere dicit; quia secundum carnem generat: illam autem celestem Hierusalem, quam dicit matrem nostram, sterilem appellat; quia non parit secundum carnem, nec dolores patitur, hoc est, non parturit. Generat autem sine passione spiritaliter exclamans in lætitia; quia deserta aliquando (a quo autem, nisi ab Adam, qui deserta vita secutus est mortem), nunc plures filios habet, quoniam hæc quæ habet rivum, id est, quæ carnaliter generat. Multo enim plures sunt Christiani Judæis, sicut dicitur in Apocalypsi: *Et vidi urbem magnam, quam dirumerat hemo poterat ex omni tribu et gente (Apoc. vii, 9).*

(Vers. 28.) *Vos autem, fratres, secundum Isaac repromissionis filii estis.* Hoc est non carnis filios esse, sed Dei; quia Isaac in typum natus est Filii Dei: et vult eos subintelligere quia filii Dei, conversi sunt, ut essent filii carnis: si vero respiciant, sunt filii Dei.

(Vers. 29.) *Sed quomodo tunc quæ secundum carnem natus fuerat, persequeretur eum, qui secundum spiritum; ita et nunc.* Non solum Ismael secundum carnem natus est, sed et Esau; quia et ipse in populo Judaici typum natus est. De quo in Malachia propheta scriptum est: *Jacob dilexi, Esau vero odivi (Malach. i, 3).* Hic persequeretur Jacob, qui in populo Christiani figura natus, vocatus est Israel, hoc est, homo videns Deum (Gen. xxvii, 41). Similiter et Judæos per invidiam persequi significavit Christianos; unde data opera Galatas everterant carnali astutia.

(Vers. 30.) *Sed quid dicit Scriptura? Ejice ancillam, et filium ejus; non enim hæres erit filius ancillæ cum filio meo Isaac.* Hæc verba Saræ sunt, quæ typum habet Hierusalem celestis, de promissione generans Isaac; ut ejecto filio ancillæ, id est, Judæo populo, incredulitatis causa abjecto (servi enim peccati sunt, quibus data remissio peccatorum non est), hæres sit filius liberæ illius Hierusalem superbiæ, quæ est populus novus regni cælorum.

(Vers. 31.) *Itaque non sumus ancillæ filii, sed liberæ, qua libertate Christus nos liberavit.* Fuimus igitur ancillæ filii, dum peccatis eramus obnoxii: sed accepta remissione peccatorum a Christo, liberati sumus.

^a Rom. edit., *Præsens vult agere cum illis.*

^b Abest a mss. quibusdam, *quia per repromissionem.*

CAPUT V.

(Vers. 1.) *State ergo, et nolite iterum servitutis jugo contineri.* Standum monet in accepta gratia, ut non redeantes ad vetera, amittant donum libertatis, quod fuerant consecuti.

(Vers. 2.) *Ecce ego Paulus dico vobis, quia si circumcidamini, Christus vobis nihil proderit.* Nunc aperte veritatis et auctoritatis suæ vim non tacet, dicens: *Ecce ego Paulus dico vobis*, id est, ego magister gentium, cujus opus estis in Christo, palam vobis dico: *Quia nihil proderit vobis Christus, si circumcidamini*; Ipse enim Dominus ait: *Lex et prophetæ usque ad Joannem; ex quo regnum cælorum prædicatur* (Luc. xvi, 16). Antequam ergo nova inciperet prædicatio, oportuit circumcidi: nunc autem lege fidei succedente, ea sequenda sunt, quæ rudis veritas jubet; quia vetus et novum admisceri non debent, auctoritate Domini prædicantis; ait enim: *Nemo additamentum panni rudis assuit vestimento veteri; tollit enim fortitudinem ejus a vestimento, et major fit scissura* (Matth. ix, 6). Ac per hoc non solum nihil proderit fidei addita **227** circumcisio, sed et oberit; majus enim malum est ex libero servum fieri, quam nasci.

(Vers. 3.) *Testificor autem omni homini circumcidenti se, quia debitor est universæ Legi faciendæ.* Possunt aliqui Legem aliquatenus servare, et non circumcidi: nam multi Romanorum in Judæa servabant Legem incircumcisi. Unde dicit Paulus apostolus ad Agrippam regem Judææ: *Scio, rex Agrippa; credis prophetis, scio quia credis* (Act. xxvi, 27). Et centurio, cujus servus erat moriturus, qui mittens ad Jesum, rogabat ut veniret, et sanaret servum ejus; cui testimonium perhibentes Judæi dicebant ad Jesum: *Dignus est ut hoc præstes ei; diligit enim gentem nostram, et Synagogam ipse ædificavit nobis* (Luc. vii, 4, 5). Nemo tamen circumcisis non totam Legem servat; debitor est enim, quia circumcisis data est Lex. Hoc ideo dixit, quia tam hebetes se ostendebant, ut digni essent omnia onera Legi portare.

(Vers. 4.) *Evacuati estis a Christo.* Quibus nihil prodest Christus, evacuati sunt a Christo; erant enim gratiæ ejus pleni, qua recedente, evacuati sunt. His enim loquitur, qui post acceptum donum gratiæ Dei, circumcidi se maluerunt. *Qui enim^a in Lege gloriamini, a gratia excidistis.* Justitia Legi est, si serventur, quæ data sunt. Ideoque qui in his justificari se vult post fidem, amittit gratiam; quia ad hoc venit donum Dei, ut cessantibus oneribus Legi, justificaret credentes apud Deum.

(Vers. 5, 6.) *Nos autem spiritu ex fide spem justitiæ expectamus; nam in Christo Jesu neque circumcisio quidquam valet, neque præputium: sed fides, quæ per charitatem operatur.* Apertum est quod dicit, quia spes justificationis in fide est per spiritum, non per opera Legi; in fide enim spiritaliter Deo servitur devotione mentis, et puritate cordis. Unde dicit Dominus ad Samaritanam: *Deus spiritus est; et adorantes*

A eum, in spiritu et veritate adorare oportet (Joan. iv, 24).

Ac per hoc neque præputium valet quidquam, neque circumcisio: sed sola fides opus est in charitate ad justificationem; fides enim charitate fraterna debet muniri, ut perfectio sit credentis. Denique Salvator quod primum mandatum esset interroganti scribæ respondit: *Dilige Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua: et proximum tuum tamquam te ipsum.* In his, inquit, duobus mandatis tota Lex pendet et prophetæ (Matth. xxii, 37 et seq.). Imperfecta sunt itaque cætera, quando in his duobus mandatis perfectio continetur.

(Vers. 7.) *Currebatis bene, quis vos impediit veritati non obedire?* Exercitium illorum in opera fidei bonum fuisse testatur, sed nequitiâ malorum hominum detentos, ne cursum suum efficacia perseverante, consummarent. Unde ut respiciant hortatur, de cætero nulli eorum credentes, qui ut opera Legi servanda suaderent, evangelicæ veritati non eos obedire sinebant.

(Vers. 8.) *Suasio vestra non est a Deo, qui vocat vos.* Verum est, quia humano consilio hæc agebant Judæi, ut mitterent eos sub Legi jugum: non Dei judicio, qui vocabat eos per Apostolum suum ad gratiam.

(Vers. 9.) *Modicum fermentum totam massam corrumpit.* Hoc dicit, quia licet quidpiam Legi admittentes fidei, violant fidem, ne habeat fructum, aut sit acceptabilis. Hoc ideo adjecit, ne forte incolumem se putarent^b habere gratiam fidei, si pauca Legi observarent.

(Vers. 10.) *Ego confido in vobis in Domino, quia nihil aliud sentietis.* Hac spe se dicit fidere de iis; quia non sponte, sed circumventi erroris viam intraverant. Ideo ostenso vero itinere, facile eos posse reverti confidit. *Qui autem conturbat vos, portabit judicium, quicumque est ille.* Quomodo qui errantem converti facit, remunerandus est, dicente Jacobo apostolo in epistola sua: *Qui converti fecerit peccatorem, salvabit animam ejus^c a morte, et operiet multitudinem peccatorum* (Jacob. v, 20); ita et qui recta incedentem via, iter in devium cogit flectere, damnationem consequitur, quicumque fuerit. Hoc propter hos subjicit; ne qui sibi meritum defendere, eo quod filii essent Abrahæ juxta carnem. Denique exaltantes se dicunt ad Jesum: *Nos filii Abrahæ sumus* (Joan. viii, 33).

(Vers. 11.) *Ego autem, fratres, si circumcisionem prædico, quid adhuc persecutionem patior?* Apertum est, quod dicit; ideo enim quasi inimicus Judæis habebatur, et non desinebant a persecutione ejus; **228** quia circumcisionem jam non stare docebat. Denique Judæis compellentibus, et sæpenumero falsas accusationes contra eum deferentibus, obliquum judicem videns, coactus appellavit Cæsarem. *Ergo evacuatum est scandalum crucis* (Act. xxv, 11). Scandalum erat Judæis prædicatio crucis, quia sabbatum et circumcisionem evacuabat. Si

^a Ita mss. plures, ac potiores; aliqui tamen, et omnes edid., in *Lege justificamini.*

^b Mss. nonnulli, *habere gratiam Dei.*

^c Dictio, *a morte*, e cod. non paucis restituitur.

autem admitteret circumcisionem, non esset scandalum, et pacifici essent nobis Judæi. Nam dicebant de Salvatore : *Non est hic homo a Deo, qui sabbatum non custodit* (Joann. ix, 16).

(Vers. 12.) *Utinam et abscindantur hi, qui vos subvertunt !* Tale est hoc, quale et illud ad Corinthios in prima : *Qui non, inquit, amat Dominum Jesum, sit anathema* (I Cor. xvi, 22). Ex ipso grege morbo sunt et hi, quos sociat sententiæ eorum ; ut abscindantur ^a a misericordia Domini, qui Galatas Dei gratia exuerunt : et non solum spiritaliter, sed et carnaliter, hos maledicit ; ut quia circumcidi Galatas cogebant, ipsi abscinderentur, ut multiplicaretur his dolor corporis.

(Vers. 13.) *Vos enim in libertatem vocati estis, fratres.* In libertatem vocati sunt ; quia cum peccatis essent obnoxii, ^b Dei gratia accipientes remissam delictorum, liberati sunt. *Tantum ne libertatem in occasionem carni detis.* Hoc dicit, ne acceptam libertatem occasio carnis adimat : ad hoc enim circumcidi eos volebant, ut in conditionem Legis intrarent. Ideo monet, ne dent occasionem consentiendo eis. *Sed per dilectionem spiritus servite vobis invicem.* Non per affectum carnis charitatem habendam, sed per dilectionem spiritus exhortatur, ut invicem sibi subjecti sint.

(Vers. 14.) *Universa enim Lex in vobis in uno verbo impletur : Diliges proximum tuum sicut te ipsum* (Levit. xix, 18). Hoc scriptum est in Levitico, quod supra dictum est, quia perfectio salutis per dilectionem operatur ; quia qui non diligit fratrem, non diligit Deum, dicit Joannes apostolus (I Joan. iv, 20).

(Vers. 15.) *Quod si ^c mordetis invicem, et criminatis ; videte ne ab invicem consumamini.* Manifestum est quia dissensio fratrum inimica est dilectionis ; ideo monet ut pacifici sint proficientes in bono. Contentiones enim generant jurgium, cujus fructus est vitæ consumptio.

(Vers. 16.) *Dico autem, spiritu ambulate, et concupiscentiam carnis non perficietis.* Postquam a lege factorum eos prohibuit, in qua sunt præcepta carnalia ; nunc ut a vitiis carnis se contineant, præcipit. Hic enim spiritu ambulat, qui fugit peccata.

(Vers. 17.) *Nam caro concupiscit adversus spiritum, spiritus vero adversus carnem ; hæc enim sibi invicem adversantur, ^d ut non ea quæ vultis, faciatis.* Duas leges proponit, sicut facit et in epistola ad Romanos (vii, 23), quæ invicem adversæ sunt : unam Dei, alteram peccati. Quæ ideo in carne significatur, quia visibilibus oblectatur, cupida peccatorum ; ut his sibi adversantibus, medius homo non ea quæ vult, agat. Divina enim lex premit et fugat legem peccati, consulens homini, ut vigorem naturæ suæ custodiat, ne capiatur illecebris : illa e contra in insidiis agens, lacescit hominem blanditiis, ut spernat præceptum legis divinæ. Cum ergo consen-

^a Mss. aliquot, a mente Domini ; unus, a mandatis Domini ; reliqui et edit., a misericordia Dei.

^b Omnes edit. ac pauci mss., Dei gratiam accipientes, remissa delictorum, etc. Infra vero Rom. edit. sola, et in ditionem Legis, etc.

A serit homo legi Dei, contradicit lex peccati, suadens homini, ne faciat quod imperat lex divina : e diverso autem lex Dei revocat hominem ; ne faciat quod suggerit lex peccati. Quod quidem homo non videt esse absurdum ; scit enim naturæ suæ congruere, si faciat quod imperat lex Dei. Denique gaudet, quando hæc agit : cum autem ea operatur, quæ suggerit lex peccati, videt se turpem, et horret post factum. Ideoque legis spiritus præcepta servanda sunt, et carnalia fugienda ; ipsa enim conscientia accusat, si ei consentiat, sciens horrore esse, quæ suggerit Lex peccati.

(Vers. 18.) *Quod ^e si Spiritu ducimini, non estis sub Lege.* Non est obscurum, quia qui ducem habet Spiritum sanctum, non errat ; lex enim errantibus dominatur, sicut alio loco dicit : *justo non est lex posita* (I Tim. i, 9).

(Vers. 19, 20, 21.) *Manifesta sunt autem opera carnis, quæ sunt adulterium, fornicatio, impudicitia, obscenitas, idololatria, veneficia, inimicitia, ^f contentiones, simulationes, iræ, simulates, dissensiones, hæereses, invidiæ, homicidia, ebrietates, comessationes, et quæ sunt his similia, quæ prædico vobis, sicut et prædixi, quod hi qui talia agunt, regni Dei hereditatem non consequentur.* Hæc omnia et his similia legis peccati membra sunt, **229** quæ Apostolus opera carnis appellat ; quia errores isti ex mundo sunt, ex quo et caro. Omnia namque peccata de foris oriuntur ex parte carnis, non ex parte spiritus ; ideo non absurde opera carnis dicuntur.

(Vers. 22, 23, 24.) *Fructus vero Spiritus est charitas, gaudium, pax, longanimitas, benignitas, spes, lenitas, continentia, castitas, bonitas : adversus hujusmodi non est lex. Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitiis et concupiscentiis.* Non dicit : Opera spiritus charitas est, sed fructus spiritus ; lex enim spiritus hæc, quæ supra memoravit, fructificat ; ut ex his hæreditas regni cælorum quæretur ; qui enim Christo devoti sunt, hos dicit christos, id est, unctos. Hi carnem, id est, mundum crucifigunt, quando hæc ex quibus errores oriuntur, condemnant. Hunc sensum et Joannes apostolus secutus, ait : *Nolite diligere hunc mundum, neque ea quæ in hoc mundo sunt. Si quis diligit mundum, non est charitas Patris in illo ; quia omne quod in hoc mundo est, concupiscentia carnis est, et concupiscentia oculorum* (I Joan. ii, 15). Qui ergo mundum, et quod in mundo est, non concupiscit, hic carnem crucifigit. Neque enim corpori humano hæc vitia ascribenda sunt, id est, idololatria, veneficia, hæereses, invidiæ, inimicitia, iræ et talia : sed ideo carnalia dicuntur, quia ex parte mundi sunt, sicut supra memoravi. latera non amplius quam decem res posuit, quas fructus spiritus significat ; ut in his omnia complexus videatur secundum tabulas Testamenti Dei, in qui-

^e Rom. edit., mordetis invicem et comeditis.

^d Eadem Rom. edit., ut non quæcumque vultis, faciatis.

^e Nonnulli mss., si Spiritu Dei ducimini.

^f Rom. edit., contentiones, æmulationes, iræ.

bus non amplius quam decem verba mandatorum tradita sunt.

(Vers. 25, 26.) *Si vivimus spiritu, spiritu et ambulamus. Non simus inanem gloriam sectantes, invicem provocantes, invicem invidentes.* Hoc dicit, quia si bene et honeste vivimus, honos debemus habere et mores; hoc est enim spiritu vivere, incontaminatam vitam habere: et sic spiritu ambulamus, si paci studeamus; hæc enim parit charitatem. Iuanis autem gloria est velle vincere, ubi præmium non est; ut quis studium habeat contentionis et æmulationis, sciens quia hæc generant discordias et lites: *Servum autem*, inquit, *Domini non oportet litigare* (II Tim. II, 24). Bonæ enim vitæ fructus aridos facit, perdens spem promissam castæ conversationis: bona enim et casta vita moribus ornanda est, et benevolentia locupletanda.

CAPUT VI.

(Vers. 1, 2.) *Fratres, a etsi præoccupatus fuerit homo ab aliquo delicto, vos qui spirituales estis, instruite huiusmodi in spiritu mansuetudinis, considerans semetipsum, ne et tu tenteris, invicem onera vestra portate.* Nunc hos alloquitur, qui firmiores erant; ne inflatione bonæ vitæ eum, qui forte a peccato circumventus fuisset, spernendum putarent et abjiciendum, ideoque consulendum his. Cum mansuetudine enim provocandi sunt ad reformandos se; quia si acrius ex auctoritate fuerint correpti, non se patientur argui: sed et defendere se incipient, ne turpes videantur; et incipiunt pejores fieri. Tolle enim hominem a contentione et audacia, et habebis eum subjectum; humilitas enim etiam superbos solet inclinare. Et ut cum tota animi lenitate fieret, adjecit: *Ne et tu tenteris*; ut vel hac causa non sperneret peccatorem, sciens et se posse peccare. *Et sic implebitis legem Christi*; lex enim Christi omnes salvos vult fieri: ac per hoc qui fratri peccanti consultit, ut redeat ad propositum, implet voluntatem Christi.

(Vers. 3, 4.) *Si enim quis videtur sibi esse aliquid, cum nihil sit, se ipsum seducit. Opus autem suum probet unusquisque; et tunc in semetipso tantum gloriam habebit, et non in altero.* Verum est, nec latet quemquam, quia si actus nostros et mentem consideremus, nulli nos anteponimus, et nec facile quemquam iudicamus. Qui enim extollitur quasi aliquid sit, errat; nescit enim quia de humilitate crescitur. Verba enim Salvatoris et gesta ante oculos non habet, qui cum sit omnium Dominus, humiliavit se (Philip. II, 8); ut nobis formam daret quid sequi deberemus, si crescere velimus: et si nos erigeremus, inclinaremur, quod facit imperitia cordis inflati; ut apud homines commendatior videatur. Spernens enim et despiciens peccatores, justum se videri contendit, sicut et pharisæus ille, quem Dominus denotat (Luc. XVIII, 10). Numquid non vere hic imperitus est, qui præsentis gloriæ cupidus est? Numquid non vere de futuris

A desperat, qui mercedem justitiæ in præsentia vult consequi? Quare? Quia non est **230** justus in opere, sed per fallaciam fingit justitiam; qui enim vult justus esse, alterum sibi præponit, ut vere justus sit. Unusquisque enim plus mala sua novit, quam alterius.

(Vers. 5.) *Unusquisque enim suam sarcinam portabit.* Ad postremum hoc voluit innotescere superbis, quia non coinquinatur quis alieno peccato, dummodo dissentiat, ut nemo vereatur se jungere peccatori, aut accedentem ad se suscipere, ut cum lucretur.

(Vers. 6.) *Communicet autem is, qui catechizatur verbo* (id est, qui verbum Dei audiens est), *ei qui se catechizat, in omnibus bonis*: Hoc dicit, ut doctoribus audientes communicent in omnibus bonis. Si B autem aliter agant, quam docent, in his illis non communicandum, sed dissentiendum; ut magis lex tibi dux sit, quam homo. Sibi enim oberit, non tibi; quia quæ docuerit, observas.

(Vers. 7.) *Nolite errare, Deus non deridetur.* Nemini dubium est Deo imposturam fieri non posse, sed hoc ab eo unumquemque consequi, quod meretur.

(Vers. 8.) *Quod enim quis seminaverit, hoc et metet.* Qui enim seminaverit in carne sua, ex carne metet corruptionem. Hic carnalia vitia, quæ in carne admitti solent, significat; ut qui carnem suam corrumperit, sciat se corruptelæ futurum obnoxium. Corruptum autem corpus, qui inconcessa præsumit. Qui vero seminaverit in spiritu, de spiritu metet vitam æternam. Homo christianus spiritu constat et carne; homo enim ad comparisonem sancti spiritus, caro est. Cum ergo spiritui dat assensum, cohibens se ab iis, quæ contraria sunt, spiritualiter seminat; ut possit metere vitam æternam. c Testimonium enim Spiritus accipit, et immortalitatem loco mercedis. Sicut enim qui corrumpit deonestans corpus suum, non ad æternitatem, sed ad corruptionem pertinebit; ita et qui incontaminatum se custodit, vitam æternam consequetur. Hæc est enim æterna vita, vivere sine pœna, et habere gloriam. Nam si hic ad præsens qui in sollicitudine est, negat se vivere; quanto magis ubi alienus a Deo, d ignem tormenti patietur!

(Vers. 9.) *Bonum autem facientes non deficiamus; tempore enim proprio metemus infatigabiles.* Hoc dicit, quia qui fortis est ad seminandum, fortis erit et ad metendum, id est, sic recipiet, quomodo facit. Ideo promptos nos ad benefaciendum esse hortatur, nec fastidium pati debere, securos quia pro parvis magna recipiemus, et pro terrenis æterna, tempore quo promisit Deus.

(Vers. 10.) *Ergo dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes.* Gentiles tempus habent operandi malum; homines enim sine Deo, quomodo possunt operari bonum? Christiani autem facti, tempus habent operandi bonum ad omnes homines; ut post

a Rom. edit. sola, *etsi circumventus fuerit*. Eadem cum vet. edit. et mss. quibusdam, *humiliate huiusmodi*; at cæteri mss. magis commode, *instruite huiusmodi*:

b Hanc parenthesin Rom. edit. prætermiserat.

c Cod. nonnulli, *Testimonio enim Spiritus accipiet immortalitatem*.

d Nonnulli mss., *ignem torrenti patietur*

acceptam fidem bonum opus proficiat mercedi promissæ. Tempus enim idcirco conceditur vitæ, ut jam juste versemur, exemplum dantes gentilibus. *Maxime autem ad domesticos fidei.* Verum est quia faciliores et propensiores in bono circa fratres esse debemus; quia invicem sumus membra. Huic ergo rei inserendum, quæ prodest; non circumcisioni, rei nunc inani.

(Vers. 11.) ^a *Scitote qualibus litteris scripsi vobis mea manu.* Auctoritatem dat epistolæ suæ; cum enim dicit: *Ego scripsi meâ manu,* obediri vult litteris his. Ubi enim holographa manus est, falsum dici non potest; ne forte circumventi excusarent de epistola, quasi aut falsa esset, aut non esset Apostoli, nolentes se reprehendi.

(Vers. 12.) *Quicumque volunt placere in carne, hi cogunt vos circumcidi, tantum ne crucis Christi persecutionem patiantur.* In carne placere, hominibus placere significat. Ut enim Judæis propitiis, aut non infestis viverent, quos pseudoapostolos dicit, sic Christum prædicabant, ut et legem servandam docerent: quod Apostolus numquam metuit, sed constanter quod verum est, non tacuit, et sibi et his providens, quos docebat. Denique: *Ego, inquit, non solum ligari, sed et mori paratus sum in Hierosolyma pro nomine Domini nostri Jesu Christi (Act. xxi, 13).*

(Vers. 13.) *Neque enim ipsi qui circumcisi sunt, legem custodiunt: sed volunt vos circumcidi, ut in vestra carne gloriantur.* Tale est hoc, quale et illud dictum ad apostolum Petrum: *Si tu cum sis judæus, gentiliter vivis, quomodo compellis gentes judaizare (Galat. ii, 14)?* Ita et hi cum ipsi legem non custodirent, conversantes injuste, circumcisionem zelabantur; ut proinde vindices et amatores legis viderentur: cum conatet **231** hunc legem defendere et custodire, qui justitias ejus exsequitur; et mandatum, quod ad vitam pertinens datum est, non prætermittit. ^b Talis ergo Galatarum excusatio erat. Hæc dicit, ut vel sic intelligant, quia illudabantur velut stulti et hebetes, de quorum doloribus gloriarentur.

(Vers. 14.) ^c *Mihi vero absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, et ego mundo.* Quomodo pseudoapostoli tribulationes pro nomine Christi quasi nihil profuturas per hypocrisim redimebant, erubescentes in his; ita et Apostolus gloriabatur de his, sciens magnam pro istis fore mercedem: quemadmodum et coapostoli ejus, sicut scriptum est in Actibus apostolorum: *Tunc, inquit, cæsi exierunt apostoli de concilio, gaudentes quia digni habiti sunt pro nomine*

^a Ms. Vall., *Videte qualibus litteris, etc.*

^b Codex Vall., *clades; quidam alii, cladis, ergo Galatarum excusatio eorum erat.*

Christi contumeliam pati (Act. v, 4). Cujus ergo omnis spes in Christo est, hic gloriatur in cruce ejus, huic et mundus crucifixus est, certus amorem crucis Christi vitam esse; mundi vero amorem parere mortem. Invicem ergo sibi mortui sunt, et mundus Apostolo, et Apostolus mundo; dum nihil concupiscit Apostolus mundi, et dum nihil habet mundus suum, quod agnoscat in Apostolo, sicut et Dominus ait: *Ecce, inquit, princeps hujus mundi venit, et in me inveniet nihil (Joan. xiv, 30).*

(Vers. 15, 16.) *In Christo enim Jesu neque circumcisio quidquam est, neque præputium; sed nova creatura. Et quotquot hanc regulam sequuntur, pax super illos et misericordia, et super Israel Dei.* Nova creatura est regeneratio nostra, hæc est quæ dat profectum permanentibus; super istos enim est pax Dei. Qui enim cum Deo pacificus est, nullius inimicitiam metuit; **232** tutus enim est protectione et misericordia Dei, quæ promissa est, et manet super Israel Dei, non super Israel hominis; Judæi enim non credentes Israelitæ sunt secundum carnem. Deas ergo partes significavit, super quas manet pax et misericordia Dei, Judæorum credentium, et gentilium fidelium.

(Vers. 17.) *De cætera nemo mihi molestus sit. Molestias sibi noluit de cætero fieri, ut iterum forte cogeretur scribere: sed jam correctiores illos vult fieri; ut amputatis erroribus, post tanta tarda pausam haberet. Si autem duriores se præstarent, et inflexibiles in convertendo, cessarent ab eo; ut illis operas suas et efficaciam imponderet, de quibus mercedem aut lucrum speraret. *Ego enim stigmata Domini Jesu Christi in corpore meo porto.* Hoc dicit iratus, quia passiones quas credentium causa patiebatur, inefficaces in illis videbat; ^d quoniam constantia et fide doctrinæ suæ pro Christo plagas et vincula pati non timuit: sed passus est amore credentium cicatrices plagarum habere se in corpore; quo non minus fideliter eis prædicaret, sicut et pseudoapostoli, qui Galatas deceperant. Neminem itaque vult sibi molestum esse, qui huic rei devotus non est; ista enim stigmata, id est, cicatrices plagarum, testimonia sunt credentium eorum, qui patiuntur, quod digni sunt futura promissione.*

(Vers. 18.) *Gratia nostri Domini Jesu Christi cum spiritu vestro, fratres.* Non Legis gratiam dicit, sed Domini nostri Jesu Christi esse cum spiritu illorum, quos spirituales fratres appellat; neque enim penitus omnes fuerant eversi.

^c Rom. edit., *Mihi vero non contingat gloriari*

^d Rom. edit., *Magna enim constantia, etc.*

IN EPISTOLAM B. PAULI AD EPHESIOS.

231 PROLOGUS.

Ephesios Apostolus non fundavit in fide, sed con-

firmavit, multa mala pro his passus a perfidis, sicut dicit: *Si enim, secundum hominem, ad bestias per-*

guavi *Ephesi*, quid mihi prodest, si morsui non resurgam (1 Cor. xv, 52)? Et quoniam pugnam suam non sine effectu perfectionis illorum praevidet, gaudens in eis, ad meliora scriptis hortatur de urbis Romae custodia; quia veniens ab Hierosolymis in custodia sub slejussore intelligitur degisse, manens extra castra in conductu suo (Act. xxviii, 16).

CAPUT PRIMUM.

(Vers. 1.) *Paulus apostolus Christi Jesu per voluntatem Dei sanctis omnibus, qui sunt Ephesi; et fidelibus in Christo Jesu.* Solito more scribit, apostolum enim se esse Christi Jesu Dei voluntate testatur. Non solum fidelibus scribit, sed et sanctis; ut tunc vere fideles sint, si fuerint sancti in Christo Jesu. Bona enim vita tunc prodest ac creditur sancta, si sub nomine Christi habeatur: alioqui contaminatio erit; quia ad injuriam proficit creatoris.

(Vers. 2.) *Gratia vobis et pax a Deo Patre nostro, et Domino Jesu Christo.* Gratiam Dei cum sanctis dicit esse et fidelibus, quem Patrem nostrum appellat; quia ab ipso sunt omnia et condita et restaurata; Christum autem Dominum nostrum, quia redemit nos, offerens se pro nobis.

(Vers. 3.) *Benedictus Deus et Pater Domini nostri Jesu Christi, qui benedixit nos omni benedictione spiritali, id est, non mundana, sed caelesti benedictione: neque corruptibili, sed aeterna; quia gloria christianorum non in terra, sed in caelo est, et est in Christo.* Omne enim donum gratiae Dei in Christo est; ut si quis, spreto Christo, benedici se a Deo putet, errare se sciat. Aliter tamen benedicitur Deus, et aliter homines. Unum quidem benedictionis nomen est, sed pro merito personae debet intelligi; nam et facere dicitur Deus, et homines faciunt: sed Deus nutu solo impassibiliter facit; homines autem manu, conatu, labore, sudore efficiunt. Deus ergo benedicitur, cum laudibus dignis extollitur: homines autem sic benedicit Deus, ut donum gratiae suae eis impertiat, non secundum merita eorum, sed secundum misericordiam suam. Et ideo dixit: *Qui nos benedixit in benedictione spiritali*; ut ostenderet perfectam benedictionem dari caelestium creditibus in Christo, ut pleni sint gloria caelesti, supra potestates subiecti caelorum. Quia *ubi ego, inquit, ero, illic et minister meus erit* (Joan. xii, 26).

(Vers. 4.) *Sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus sancti et immaculati coram eo in charitate.* Praescius omnium Deus scit qui credituri essent in Christum, sicut dicit ad Romanos: *Quos praecit et vocavit nos* (Rom. viii, 29): non solum ex Judaeis, sed etiam ex gentibus. Quos ergo Deus vocare dicitur, perseverant in fide: hi sunt quos elegit ante mundum in Christo; ut sint incontaminati coram Deo in charitate, haec est, ut amor Dei

sanctam illis faciat conversationem. Namque enim melius alicui obtemperat, quam qui ex charitate obsequitur.

(Vers. 5.) *Prædestinans nos in adoptionem filiorum per Jesum Christum in ipsum.* Hoc dicit decrevisse Deum, ut credentes in Christum adoptarentur in filios a Deo; ut caput ipsorum sit Christus verus Dei Filius.

(Vers. 6.) *Secundum placitum voluntatis suae in laudem claritatis suae.* Tale placitum dicit Deum habuisse; ut ad laudem claritatis ejus proficeret gratia data hominibus; ut salus nostra gloria Dei sit. *Qua gratificavit nos in dilecto Filio suo.* Deus nobis gratiam dedit, propter quod credidimus in Filium ejus Christum; diligens enim unigenitum suum amatoribus ejus divina munera largitur.

(Vers. 7.) *In quo habemus redemptionem per sanguinem ipsius, remissionem peccatorum.* Duplicem gratiam flagitat; quia et redemit nos sanguine suo, et peccata nobis non imputavit, id est, redemit et manumisit.

(Vers. 8.) *Secundum divitiarum gratiae suae, quae superabundavit in nobis, in omni sapientia et prudentia.* Addit ad gratiam; quia post supra memorata beneficia donum accedit sapientiae et prudentiae rerum spiritualium.

(Vers. 9, 10.) *Ut notum nobis faciat mysterium voluntatis suae, juxta beneplacitum suum, quod proposuit in eum, in dispensationem adimplentis temporum; restaurans omnia in Christo, quae in caelis sunt, et quae in terra.* Haec placuit Deo, cujus consilium retractari non potest; ut ostenderet in Christo mysterium voluntatis suae tempore, quo revelari illud voluit in agnitionem creaturae. Voluntas autem ejus haec fuit, ut tunc propitius fieret omnibus, qui in errore erant, sive in caelis, sive in terris, quando Christum manifestavit hoc donum esse credentium, ne illis imputarentur peccata suscipientibus fidem Christi. Omnis ergo creatura in caelis et in terris, dum discit agnitionem Christi, restauratur ad id quod est condita. Cum enim ad unius Dei fidem imbuatur, cognito mysterio Salvatoris, ab errore quem coeperat, restauratur, pro certo habens creatorem suum unum esse Deum et Dominum. Hinc est unde et Joannes in Apocalypsi dicit: *Vidi Michael et Angelos ejus in caelo pugnare cum dracone et cum exercitu ejus* (Apoc. xii, 7). Haec repugnantia partim de errore est, partim de usurpata tyrannidis praesumptione.

(Vers. 11, 12.) *In quo et nos sortiti sumus, praedestinati secundum propositum Dei, qui universa creavit secundum consilium voluntatis suae; ut simus in laudem gloriae ejus nos, qui ante speravimus in Christo.* Hoc est, quod dicit, quia dispensatio praefidelibus scribit.

^c Rom. edit., *Secundum beneplacitum.... claritatis gratiae suae*; vel. ac mss. inter se conveniunt, nisi quod horum nonnulli pro *claritatis* efferunt *charitatis*.

^d Rom. edit., *et nos sorte constituti sumus.*

^a Vet. edit., *non sine effectu perfectionis*; Rom., .. profectus; mss..... perfectionis.

^b Rom. edit. praemissis duobus primis Apostoli versibus ita resumit, *Paulus apostolus Jesu Christi. Solito more scribit..... voluntate testatur. Sanctis omnibus, qui sunt..... in Christo Jesu. Non solum*

ditionis his decreta est a Deo; qui ex Judæis crederunt in Christum. Unde nullus ex gentibus ad apostolatam electus est; dignum enim erat ex his eligi prædicatores, qui ante speraverunt salutem, quæ illis promissa erat in Christo.

(Vers. 13, 14.) *In quo et vos, cum audissetis verbum veritatis Evangelii salutis vestræ, credentes signati estis Spiritu promissionis sancto; qui est pignus hæreditatis nostræ, in redemptionem acquisitionis in laudem gloriæ ipsius. Laus gloriæ Dei est, a cum multi acquiruntur ad fidem, sicut gloria medici est, si multos curet. Ideoque ad gloriam Dei pertinet, quia gentes vocavit, ut salutis suæ medelam consequerentur per fidem promissam Judæis, signum habentes redemptionis atque hæreditatis futuræ, Spiritum sanctum datum post baptismum. Redempti enim hæredes designati sunt, si in regeneratione perdurent; ut fides prima veniam, sancta vero conversatio perdurans cum fide, coronam mereatur.*

(Vers. 15, 16.) *Propterea et ego, audita fide vestra in Domino Jesu, et dilectione in omnes sanctos, non cesso gratias agendo pro vobis, commemorationem vestri facere in orationibus meis. Quoniam juxta decretum Dei, quo statuit gentes participes fieri promissionis Judæorum, audito Ephesii verbo Dei, susceperunt fidem Christi, diligentes omnes sanctos, sicut mandavit Dominus; hac causa Deo gratias agit pro conversione et charitate eorum, qui dignatus est gentes concorporare Judæis.*

(Vers. 17, 18, 19.) *Ut Deus Domini nostri Jesu Christi, Pater claritatis, det vobis spiritum sapientiæ et revelationis in agnitione ejus, illuminatos habere oculos cordis vestri; ad hoc ut sciatis quæ sit spes vocationis ejus, et quæ divitiæ hæreditatis gloriæ ejus in sanctis. Manifestum est quia ideo se orare dicit pro eis, ut fidei suæ spem cognoscant in remuneratione cœlesti; quia cum plene scierint qui fructus est credentium, propensiores fient circa excolendam religionem. Jam enim in hujusmodi profectus fore videtur, quia si antequam sciant promissionis gloriam, tam devoti sunt; propensiores fient necessario, cum cognoverint. Claritatis tamen Patrem vocat Deum, et Christi Deum, cum verus Pater Christi sit Deus, et Deus creaturæ. Sed et ipse Dominus eadem dicit: *Vado ad Patrem meum et Patrem vestrum, Deum meum et Deum vestrum* (Joan. xx, 17). Totius ergo claritatis Pater est; quia ab ipso est omnis claritas, et potestas, et dignitas. Est et Pater Christi, sed aliter; quia hic verus Filius est, et Deus omnium, sed non ita Christi Deus est. Sic enim Deus Christi est; quia Deus de Deo Christus est: cæterorum autem Deus est causa terroris, sicut ipse dicit in Malachia propheta: *Si Deus ego sum, ubi est timor meus* (Malac. i, 6)?*

(Vers. 20, 21.) *Et quæ est excelsa magnitudo virtutis ejus in vos, qui creditis, secundum operationem potentis fortitudinis ejus, quam operatus est in Christo,*

^a Mss. nonnulli, cum multi concurrunt, ad fidem.

^b Mss. aliquot, cum cognoverint claritatem ejus. Tamen, etc.

*suscitans illum a mortuis, et collocavit ad dexteram sibi in cœlestibus super omnem Principatum et Potestatem, et Virtutem, et Dominationem, et omne nomen, quod nominatur non solum in hoc sæculo, sed et in futuro. Exemplum salutis credentium et gloriæ in resurrectione Salvatoris consistere profitetur, ut ex ea cognoscant fideles, 234 quid eis promissum est. Simili enim modo extollentur supra cœlos futuri cum Christo; sicut ipse dicit: *Pater, volo ut ubi fueris, et hi mecum sint, et videant gloriam meam* (Joan. xvii, 24). Hoc propter incarnationem Filii Dei, ut etiam homo factus super omnes cœlos esse dicatur, et super cunctam creaturam sedens ad dexteram Dei, habens nomen Dei per naturam, non per adoptionem; ut cognoscant illum esse Filium Dei, qui illum crucifixerunt. Honor enim quem illi dedit Pater per generationem, tunc manifestatus est, cum natus homo passus est, et victa morte resurrexit, ascendens unde descenderat, super omnes cœlos. Unde dictum est, quia veritas de terra orta est (Psal. lxxxiv, 12). Quia enim omne judicium Pater Filio dedit (Joan. v, 22), idcirco ad dexteram Dei sedere dicitur, quasi iudex. Denique ipse dicit ad discipulos: *Usque modo nihil petistis in nomine meo: petite, et ego faciam* (Ibid. xvi, 24). Unde ait Judæis: *Amodo ridebitis Filium hominis sedentem ad dexteram virtutis Dei, et venientem cum nubibus cœli* (Matth. xxvi, 64). Ex eo enim quod innotuit, adiri cœpit, et postulari, quasi iudex.*

(Vers. 22, 23.) *Et omnia subjecit sub pedibus ejus, et ipsum dedit caput super omnem Ecclesiam, quæ est corpus et plenitudo ejus, qui omnia in omnibus adimpletur. Patrem dicit Filio omnem creaturam subjecisse; ut quia omnia per ipsum fecit (Joan. i, 3), ipse omnium caput sit et Dominus. Tunc illi omnia subjecit, quando illum ante omnia genuit; ut per ipsum faceret, quæ non erant. Omnem Ecclesiam dicens, summam totum comprehendit, quod in cœlo est et in terra; ut in novum hominem membra ejus efficiantur, dum confitentur hunc esse, per quem facti a Deo sunt. Subjiciuntur enim illi quasi capiti membra, ex quo trahunt originem; ut omnia in omnibus, adimpleantur. Cum enim regressi fuerint ad confessionem unius Dei, flectentes genu Christo, adimpletur in omnibus ut sit omnia; quia ab ipso sunt: ac per hoc ipse in eis est, quia virtute ejus subsistunt; recedentes enim a Deo, evacuare illam videntur. Unde alio loco dicit: *Ut crescant omnia in incrementum Dei* (Coloss. ii, 19).*

CAPUT II.

(Vers. 1, 2.) *Et vos cum essetis mortui delictis et peccatis vestris, in quibus aliquando ambulastis secundum sæculum hujus mundi. Mortuos dicit, quia errores sæculi sequuntur; quidquid enim ab unius Dei professione recedit, mortuum habetur; quia non manet in radice, ex qua trahit originem. Secundum principem potestatis aeris hujus, spiritum qui nunc*

operatur in filiis diffidentiae. Principem potestatis, A id est, diabolum, significat sæculi intelligentiam corruptisse; ut ab uno Deo recederent, multorum deorum opiunionem suscipientes, ut socios illos suæ conspirationis efficeret, dum in eadem impietate inveniuntur, negantes unum Deum. Principem ergo hunc erroris ideo aeris dicit spiritum, ut ostendat quia hanc partem sibi usurpavit ad exercendam dominationem. Aliud est enim aer, et aliud princeps: sed quia in mundo vel in aere dominatur, spiritus aeris appellatur.

(Vers. 3.) *In quibus et nos aliquando conversati sumus in desideris carnis nostræ, facientes a voluntatem carnis et consiliorum ejus: et eramus natura filii iræ, sicut et cæteri.* Perfidiam significat, dum desideria carnis memorat. Voluntas enim carnis est visibilibus oblectari, ut elementa quæ Deus gubernacula mundi instituit, deos appellet; cum hoc nomen uni Deo debeatur, ex quo sunt omnia; ut sicut nullum participem habet ex his in virtute, ita nullum habeat consortem in nomine. Christo autem idcirco hoc nomen non negatur, quia sicut communis eis natura est, ita erit et nomen. Hoc tamen inter Patrem et Filium interest, quia Pater a nullo hoc accepit: Filius autem per generationem omnia Patris accepit; ut in virtute et substantia et nomine nihil distet Filium a Patre. Unde dicit: *Omnia quæ habet Pater, mea sunt; et mea Patris (Joan. xvi, 15).* Non ergo indignum neque contrarium est, si et Christus Deus dicatur, sed de Deo Patre; ut unius Dei auctoritas conservetur. Nam si quis aliud putat significare, cum voluntatem carnis flagitat, sciat et Apostolum mundam vitam habuisse; quia secundum justitiam Legis conversatus est sine querela. Sed quia persecutus est fidem Christi, idcirco *conversati*, inquit, *sumus in desideris carnis nostræ.* Omne enim peccatum caro dicitur, maxime perfidia, quæ est totius sceleris mater. Nulli opera bona et castitas proderit, si sit perfidus; perfidia enim hæc omnia maculat. Hinc est, quod subdidit: *Et eramus natura filii iræ, 235 sicut et cæteri.* Naturæ enim cum mala voluntas supponitur, sit natura iræ, id est, quæ ultioni subijcienda sit, immutata non substantia, sed mala voluntate. Hoc enim deputatur naturæ, quod sequitur; unde ait in Esaia: *Semen pessimum (Esai. 1, 4).* Et quare sit semen pessimum, subjecit: *Reliquistis enim Dominum, ait, et ad iracundiam incitastis Sanctum Israel;* ut natura quæ deserit Deum, pessimum semen dicatur. Degenerare enim est ab auctore recedere: et cum malum exemplum cæteris præbet, malum est semen; fructus enim pessimos facit. Si vero redeat ad Auctorem, bona erit natura, secundum Apostolum, qui immutatus dum agnoscit Creatorem suum, vas electionis appellatur (Act. ix, 15).

(Vers. 4.) *Deus autem, qui dives est in misericordia propter nullam charitatem suam, qua misertus est*

nostri. Hæ veræ divitiæ sunt misericordiarum, ut non quærentibus ultro misericordia præstaretur, sicut dicit Esaia: *Palam factus sum non quærentibus me (Esai. lxxv, 1);* hoc enim est abundare misericordia, ut et non postulantis tribuatur. Hæc tamen charitas Dei est erga nos, ut quia fecit nos, nolit perire nos; diligit enim opus suum. Ideo enim fecit, ut amaret, quod fecit; nemo enim laborem suum odio habet.

(Vers. 5.) *Et cum mortui essemus peccatis, convivificavit nos in Christo.* A Deo alienati mortui eramus: gratia autem sua revocavit nos, hoc est, vivificavit nos in Christo. Quia enim per ipsum nos fecit, iterum per ipsum nos reformavit in ipso, id est, ut ejus membra simus; ipse est autem caput nostrum; B ipsum enim habemus, Deo præstante, auctorem vitæ nostræ, sicut dicit Petrus apostolus: *Auctorem vero vitæ interfecistis (Act. iii, 15).*

(Vers. 6.) *Cujus gratia salvi facti estis.* Huic dono addit et gentes; significans b salvatos nos esse gratia Christi.

(Vers. 7.) *Et simul suscitavit, et simul consedere fecit in cælestibus in Christo Jesu.* Hoc dicit, quod supra memoravi, illic futuros sanctos etiam ex gentibus, ubi et Christus est caput eorum.

(Vers. 8.) *Ut ostenderet in sæculis supervenientibus superabundantes divitiæ gratiæ suæ in bonitate super nos in Christo Jesu.* Hoc significat, quia in futuro sæculo immortale donum Dei apparebit in remuneratione fidelium; quod oculus non vidit, nec auris C audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparavit Deus diligentibus eum (I Cor. ii, 9). Hæ sunt superabundantes divitiæ, ut tantum detur credentibus, quantum investigare non potest mens.

(Vers. 9, 10.) *Gratia enim salvi facti estis per fidem.* Gratia fidei data est, ut credentes salventur. *Et hoc non ex vobis; Dei enim donum est, non ex operibus, ne quis glorietur.* Nam ipsius sumus figmentum, creati in Christo Jesu in opera bona; quæ præparavit Deus ut in illis ambulemus. Verum est, quia omnis gratiarum actio salutis nostræ ad Deum referenda est, qui misericordiam suam nobis præstat; ut revocaret c errantes ad vitam, et non quærentes verum iter. Ideoque non est gloriandum nobis in nobis ipsis; sed in Deo, qui nos regeneravit natiuitate cælesti per fidem Christi, ad hoc ut bonis operibus exercitati, quæ Deus nobis jam renatis decrevit, promissa mereamur accipere.

(Vers. 11, 12.) *Memoria retinentes, vos qui aliquando eratis gentes, in carne, qui dicimini præputium, ab ea quæ dicitur circumcisio in carne manufacta; quoniam eratis illo in tempore sine Christo, alienati a conversatione Israel, et hospites testamentorum, et promissionis eorum spem non habentes, et sine Deo in hoc mundo.* Commonet gentes, ut reminiscentes quid fuerint (erant enim carnales, et sine spe, nullam

semel admonuimus.

b Rom. edit. sola, *salvatos nos omnes esse, etc.*

c Nonnulli mss., *errantes omnés ad fidem.*

a Vet. edit. et mss. non pauci, *voluptates carnis.* Sed antiquis scriptoribus solemne esse, ut voluntatem et voluptatem inter se confundant, jam non

promissionis communionem habentes Judæorum in Christo; Judæis enim promissus erat Christus, non gentilibus, ut propius gratias agant Deo per Christum, qui misericordia sua fecit illos participes spiritualium, cum essent carnales. Ideo tamen circumcisio, ait, in carne manufacta, ut significaret aliam non manufactam spiritalem.

(Vers. 13.) *Nunc autem in Christo Jesu vos qui aliquando longe eratis, facti estis prope per sanguinem Christi.* Adhuc donum et gratiam Dei commendat, cui nos semper velut obnoxios gratias vult referre; idcirco enim in sanguine Christi proximos nos Deo factos memorat, ut quantum affectum circa nos habeat Deus, ostenderet, qui pro nobis Filium suum mari permisit; ut et nos in fide ejus durantes, omnibus exitiis pro illo nobis illatis non cedamus, scientes plus illum de nobis mereri, quam quæcumque ab inimicis possunt inferri: ille enim cum sit Dominus, et nullius egeat, obtulit se **236** pro nobis; ut non illi, sed nobis proficeret. Nos enim etiamsi nobis non proficeret, forte cogere mur mori pro ipso domino servi: quanto magis cura non solum illius, sed et nostra mors nobis præstet effectum!

(Vers. 14.) *Ipsa enim est pax nostra, qui fecit utraque unum, et medium parietem maceris solvens, inimicitias in carne sua.* Pacem fecit inter circumcisionem et præputium passio Salvatoris. Inimicitiam enim, quæ velut paries media erat, et dividebat circumcisionem a præputio, et præputium a circumcissione, hanc solvit Salvator, dans legem ut neque Judæus præsumens de circumcissione reprobarer gentilem, neque gentilis fidus de præputio, id est, de paganismate, abominaretur Judæum: sed ut ambo innovati, unius Dei fidem sequerentur in Christo. Omnis enim quæ docuit Salvator, tunc firmavit, cum resurrexit a mortuis. Parietem tamen, qui medius erat, dividens inter legem factorum et gentilitatem, maceriam sive sepem significavit, id est, non parietem stabilem, neque robustum; quia neque gentilitas firma res erat, quasi ab homine inventa, neque circumcisio, et neomeniæ, esearum, et sacrificiorum vel sabbatorum stabilis et fixa observatio; sic enim data sunt, ut cessarent, adveniente Christo. Quamvis enim Deus hæc dederit, sed ad tempus: fidei autem firma et sine successore est prædicatio.

(Vers. 15.) *Legem mandatorum in decretis evacuans ut duos conderet in seipso, in uno novo homine faciens pacem.* Hoc est quod supra summatim memoravi; quia legem, quæ data erat Judæis in circumcissione, et in neomeniis, et in escis, et in sacrificiis, et in sabbato, evacuavit, hoc est, cessare jam jussit; quia oneri erant, et sic fecit pacem. Unde Petrus apostolus dicit in Actis apostolorum: *Quid imponitis jugum supra cervicem fratrum, quod neque patres nostri, neque nos potuimus portare (Act. xv, 10)?*

(Vers. 16.) *Ut exhiberet et reconciliaret ambas in uno corpore Deo per crucem.* Sublata inimicitia,

^a Rom. edit., non estis advenæ atque peregrini.

A morte sua Christus prius populos inter se reconciliavit, deinde Deo Patri pacificos fecit; ut homines naturæ unius, quia diversi facti fuerant per errorem, membra efficerentur unius corporis novi, cujus caput Christus est.

(Vers. 17, 18.) *Interficcione inimicitias in semetipso, et veniens evangelicavit pacem vobis, qui longe, et pacem iis, qui juxta; quia per ipsum habemus accessum utrique in uno Spiritu ad Patrem.* Idem sensus est; interfecit enim inimicitiam in se, dum pro omnibus tam Judæis quam gentilibus mortuus est. Omnibus enim proficit mors Salvatoris; resurgens enim a mortuis, damnata morte, quæ tenebat omnes, ostendit quam spem haberent credentes in eum. Hinc mandavit prædicationem, qua omnes convocarentur ad Deum Patrem in unitate Spiritus, scissa discordia, ut sive Judæi (qui prope ideo dicuntur, quia ipsorum patribus facta promissio est), sive gentiles (qui ideo longe dicuntur, quia Dei legem non receperunt datam per Moysen), sublato præterito ritu, susciperent fidem Christi, per quam efficerentur unum.

(Vers. 19.) *Ergo jam non estis hospites et incolæ, sed estis cives sanctorum, et domestici Dei.* Admonet illos, ut memores sint beneficiorum Dei; quia cum longe essent a cognitione et timore Dei, misericordia ejus adjuncti sunt; ut fierent participes eorum, qui prope Deum erant, concives facti filiorum Dei. Sicut enim quæcumque gens Romanorum pacem sequi desideravit, oblati donis suscepta est; ut essent cives Romani, quemadmodum Tharso-Cilicienses, unde Apostolus civem Romanum se dicit (Act. xxii, 20): ita et quicumque fidei se christianæ sociaverit, fit civis sanctorum et domesticus Dei.

(Vers. 20.) *Superædificati supra fundamentum apostolorum et prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Jesu.* Hoc est supra novum et vetus Testamentum collocati. Quod enim ^b apostoli prædicaverunt, prophetæ futurum dixerunt; quamvis dicat ad Corinthios: *Deus, inquit, primum posuit in Ecclesia apostolos, secundo prophetas (I Cor. xii, 28).* Sed hi alii prophetæ sunt; illo enim loco de ordinatione Ecclesiæ disputat, hic vero de fundamento Ecclesiæ: prophetæ enim disposuerunt; nam apostoli fundamenta jecerunt. Unde dicit Dominus ad Petrum: *Super istam petram ædificabo Ecclesiam meam (Matth. xvi, 18),* hoc est, in hac catholicæ fidei confessione statuam fideles ad vitam; nam et David disposuit domum Dei, et signavit locum ubi fieret: Salomon vero fundavit eam.

237 (Vers. 21, 22.) *In quo omnis structura, compacta, crescit in templum sanctum in Domino, in quo et vos coædificamini in habitaculum Dei in spiritu.* Hic sensus est, unde Dominus ait: *super istam petram ædificabo Ecclesiam meam.* Duos enim populos in se suscepit Salvator, et fecit unum in Domino, sicut et lapis angularis dupes parietes continget, in unitate domus firmatos; fideles enim superædificati sunt

^b Mss. nonnulli, apostoli prædixerunt.

templi Dei, in spiritu conversantes; ut possint hæredes fieri cœlestis habitationis.

CAPUT III.

(Vers. 4.) *Hujus rei gratia ego Paulus vinculus Christi Jesu pro vobis fratribus.* Quoniam dispositionem divinæ clementiæ, quæ fuerit ante mundum erga salutem gentium ostendit; nunc se legatione hujus doni fungi Dei provisione, Christo mittente, declarat. Dominus enim post resurrectionem suam apostolos suos vice sua misit prædicare (*Matth. xxvii, 19*), hunc dirigens ad conversionem gentium; sic enim dixit ad eum: *Vade, ego longe ad gentes mittam te* (*Act. xxii, 21*). Dominico ergo usus verbo est, cum dicit: *Pacem vobis qui longe, et iis qui juxta.*

(Vers. 2, 3, 4.) *Si tamen audistis dispensationem gratiæ Dei, quæ data est nobis in vos.* Vult eos scire quia Dei judicio a Christo missus est prædicare gentibus mysterium gratiæ Dei. *Secundum revelationem notum mihi factum est mysterium, sicut antea scriptum in modico, prout potestis legentes intelligere prudentiam meam in mysterio Christi.* Ostensam sibi significat revelationem mysterii Dei, de quo prius breviter se memorat scripsisse, hoc est, temperate prout poterant capere prudentiam Apostoli in sacramento Christi.

(Vers. 5, 6.) *Quod in aliis sæculis non fuit notum filiis hominum, sicut nunc revelatum est sanctis ejus et prophetis in spiritu, gentes esse cohæredes et incorporatas et participes promissionis ejus^a in Christo Jesu.* Hoc asserit ostensum a Deo tempore Christi, quod latebat; quia gentes participes futuræ essent gratiæ promissæ in Lege. Quod ostensum dicit prædicatoribus sanctis et prophetis, id est, apostolis et Legis explanatoribus, non prophetis veteribus. Quamvis enim admitterentur prius ad Legem gentiles, sed circumcidi jubebantur; et prophetæ scierunt gentes participes futuræ doni Dei (nam et hoc significaverunt multis in locis); sed hoc latuit, quod sine circumcissione, et sabbatis, et neomeniis, et cæteris talibus, gratiæ Dei futuræ essent participes, et absque Lege susciperent fidem Christi, et salvarentur. Hoc est, quod dicit: *In spiritu esse gentes cohæredes et incorporatas, et participes promissionis ejus in Christo.* Qui enim spiritu Deum colit, opere Legis opus non habet.

(Vers. 7.) *Per Evangelium ejus factus sum minister secundum donum gratiæ Dei, quæ data est mihi secundum operationem virtutis ejus.* Per prædicationem ministerii sui cognitum asserit donum, quod disposuit Deus gentibus juxta virtutis suæ operationem. Operatio enim virtutis ejus est, quia Christum suscitavit a mortuis, devicta morte, in qua omnes salvavit. *Dispensatio tamen Evangelii ejus hæc est, quæ*

Agnita est voluntas Dei; quia gentes sine opere Legis salvare decrevit.

(Vers. 8.) *Mihi omnium sanctorum minimo data est gratia hæc.* Humiliat se, cum se minimo dicit, sciens humilitatem profectum habere. Nam tantam gratiam sibi datam dicit; ut donum hoc quod antè ignotum fuit præteritis sæculis, sibi asserat concessum, ut hoc manifestaret gentibus. Unde enim minimus sanctorum omnium videri potest, qui antequam baptizaretur, vas electionis appellatus est? *Ut in nationibus evangelizem inestimabiles divitias Christi* (*Act. ix, 15*). Electum se probat ad prædicandum donum Dei in divitiis incomprehensibilibus Christi, quas gentibus jam desperatis largiri dignatus est; ut sine opere salvarentur per fidem. Et manifestum est quia nemo egregium et maximum munus per indignam mittit personam. Ostendens ergo quantum a Deo mereatur, humiliat tamen se, ut meritum ejus concreseat.

(Vers. 9.) *Et illuminem omnes, quæ dispensatio mysterii absconditi a sæculis in Deo, qui universa creavit.* Missum se dicit duplici modo docere gentes mysterium, quod fuit in Deo, ex quo sunt omnia; ut per eum discant ac intelligant Christum semper in Deo, et apud Deum, et quia sine circumcissione et cæteris Legis mandatis disposuit salvare gentes. **238** *Indigni enim inventi sunt Judæi tantum ac talem habere doctorem; sic enim Judæi credebant in Christum, ut Legem tamen servarent; quod odibile est apud Deum. Denique dicunt apostoli ad coepistolium suum Paulum: Vides, frater, quot millia sunt in Judæis credentium, et omnes isti emulatores sunt Legis* (*Act. xxi, 20*). Unde factum est, ut vas electionis ad gentes docendas missus esset, ut vel ipsi fidei suæ spem plenam haberent, nihil de Lege, sed in solo Christo sperantes. Manifestato enim sacramento, Christi tale donum datum est, quod perfectæ salutis haberet effectum; sicut enim in magna vota maxima dantur apophoreta; ita et magnifico manifestato mysterio, gaudii et lætitiæ causa tam egregio munere donati sunt homines, quod illis satls sit ad copiam salutarem.

(Vers. 10.) *Ut nota fiat Principibus et Potestatibus in cœlestibus per Ecclesiam multiformis sapientiæ Dei.* Tam bene de hoc sensit Deus, ut non solum gentibus hunc magistrum daret; verum etiam ut per eum veritas Christi innotescat spiritibus in cœlestibus, qui sunt Principes et Potestates. Potestates ideo, quia potentiores sunt inter cæteros spiritus: Principes autem, eo quod principentur Potestatibus; ut agnoscentes per Ecclesiam, quæ multifarie ad vitam attracta est, in Christo unius Dei manere mysterium, desinant ab errore. Id enim agitur, ut prædicatio ecclesiastica etiam his proficiat, et deserant

^a Vocibus *in Christo Jesu* subjungit Rom. edit., *per Evangelium.* Sed versiculum seq. sic exorditur: *Cujus factus sum minister, etc.*

^b Eadem edit. Rom.; *Ut in gentibus evangelizem incomprehensibiles, etc.*

^c Mss. nonnulli, *quod apertæ salutis.* At versu proximo, ubi nos cum ant. edit. ac pluribus mss., in *magna vota*; Rom. edit. præfert, in *magnis votis*, et quidam mss., in *magna vita.*

assensum tyrannidis diaboli, qua se adversus Dei A unius fidem impia præsumptione armavit. Qui sensus psalmo vigesimo tertio præscriptus est, ubi Deus universitatis Dominus demonstratur, dicente Dei Spiritu per David: *Domini est terra, et plenitudo ejus, orbis terrarum, et universi qui habitant in eo (Psal. xxiii, 1)*. Et in subjectis: ^a *Tollite portas Principis vestri, et elevamini portæ æternales, et introibit Rex gloriæ. Quis est iste Rex gloriæ? Dominus virtutum ipse est Rex gloriæ (Ibid., 7 et seq.)*. Dicitur ergo his Principibus, qui in errore sunt in cœlestibus, sive ministris ejus in terris, ut auferant portas principis sui, id est, diaboli de mentibus suis, per quas multorum deorum asserendorum error intravit. Sunt enim temporales; quia omnis fallacia tempore clauditur: *Iter enim impiorum peribit (Psal. 1, 6)*. Ut autem æternas portas elevent, hortante justitia, admonentur; quia veritas in sempiterna sæcula perseverat. Unde ait in psalmo centesimo decimo septimo: *Hæc porta Domini, justi intrabunt per eam (Psal. cxvii, 20)*. Manifestum est enim quia justi per fidem intrant in cœlos, in regnum Dei, quod nunquam corrumpitur, sicut Daniel propheta testatur, dicens inter cætera: *Exsurget regnum aliud incorruptibile (Dan. ii, 44)*: impii autem propter incredulitatem intrant infernum tartareum. Hic ergo Rex gloriæ Christus est, qui devicta morte resurgens apparet Dominus esse et Rex gloriæ. Virtute enim potestatis suæ, qua subegit inferos, manifestatur; quia ipse est Filius Dei, qui unius Dei regnum in cœlis et in terris esse ad condemnationem tyrannidis diaboli prædicavit.

(Vers. 11, 12.) *Secundum propositum sæculorum in Christo Jesu Domino nostro, in quo habemus libertatem in confidentia per fidem ipsius*. Manifestatum dicit Christum sæculo, quo proposuit Deus ostendere mysterium suum pro salute humana, ut cognitio mysterii Dei mortalibus conferret salutem; ut quasi dedicatio regni Christi hanc gratiam credentibus pro apophoretis largiretur. Licet enim jam olim factum sit, novum tamen videtur ignorantibus creaturæ.

(Vers. 13.) ^b *Propter quod peto ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis, quæ sunt in gloria vestra*. Manifestata spe, quæ est in mysterio Christi, commonet ne scandalum patiantur propter tribulationes, quæ sanctis a perfidis irrogantur. Ad gloriam enim D pertinet illorum, si in tribulatione magistri non fuerint scandalizati discipuli, hac spe firmati; quia fidelium pressuræ futuri sæculi gloria erigentur; hæc enim fidelium probatio est, si fidei suæ spem advertant.

(Vers. 14, 15, 16.) *Hujus rei gratia flecto genua mea ad Patrem Domini nostri Jesu Christi, ex quo omnis paternitas in cœlis et in terra nominatur; ut det vobis secundum divitias majestatis suæ virtutem confirmari c in Spiritu suo*. Hoc flexis genibus precari se

^a *Ms. aliquot: Tollite portas, Principes, vestras, etc.*

^b *Rom. edit., Propter quod nonne, ne deficiatis.*

dicit, ut quia dignatus est advocare gentes ad cognoscendum mysterium voluntatis ejus, hoc etiam donet, quia dives est, ut nutu ejus firmentur in Spiritu, hoc est, ut **239** non illos perturbent carnalia exitia illata a perfidis: sed sint stabiles, expectantes in futuro hujus rei mercedem.

(Vers. 17.) *In interiore homine Christum habitare per fidem in cordibus vestris*. In eo petit eos magis firmari, ut non ambigant, sed magis credant Christum habitare in se, quem non vident his oculis; ut Spiritus datus hoc eis per Dei donum infundat, ut certi sint de Christo quod vivit, et Filius Dei est, et habitat per fidem in cordibus nostris, ut cum fidem ejus habemus in cordibus nostris, ipsum habere videamur. Quod eo proficit, ut securi simus de auxiliis ejus; quia non deserit nos, sed semper adest propter fidem suam, quam videt in nobis: quippe cum ideo Spiritus ejus, qui et Dei Patris est, detur nobis; ut vice ejus tuto præstet nos, si ei assentiamus, ut et occulta revelet; per quem utique ipsum in nobis habitare ambigere non debemus. Est enim hic alius paraclitus, inter quos personarum distantia est, non naturæ; quia et de eo accipit, et a Deo procedit (Joan. xv, 26). In quibus enim naturæ unitas est, invicem sui sunt; unde dicit Dominus: *Omnia Patris mea sunt, et mea omnia Patris (Joan. xvi, 15)*.

(Vers. 18.) *Ut in charitate radicati et fundati, possitis comprehendere cum omnibus sanctis quæ sit latitudo, et longitudo, et altitudo, et profundum*. Hoc præstare dicit habitantem Christum vel Spiritum in nobis, ut fundati simus in charitate Dei, devincti beneficiis ejus, et possimus cum sanctis, qui sunt apostoli et prophetæ, immensum et inæstimabilem cognoscere Deum, omnia excedentem majestatem virtutis suæ. Cum enim dicit: *Latitudo, et longitudo, et altitudo, et profundum*; hoc utique significat, ut sicut in sphæra tanta longitudo est, quanta latitudo, et tanta altitudo, quantum et profundum; ita et in Deo omnia æqualia sunt immensitate infinitatis. Sphæra enim definito modo concluditur: Deus autem non solum implet omnia, sed et excedit; nec enim clauditur, sed omnia intra se habet, ut solus ineffabilis et infinitus habeatur: et gratiæ huic insufficienter agantur, quia cum tantus sit, dignatus est per Christum hominem visitare peccatis et morti subjectum.

(Vers. 19.) *Cognoscere quoque supereminentem scientiæ charitatem Christi*. Post Dei Patris infinitam et incomprehensibilem cognitionem et inenarrabilem clementiam, Christi quoque agnoscere nos vult charitatem; quia supereminens est scientiæ, et subintelligitur humanæ; ut super scientiam hominum habeatur dilectio Christi. Quis enim potest colligere mysterii hujus charitatis rationem, ut et Deus hominis causa homo nasceretur, deinde moreretur pro hominibus, pro servis dominus, pro creatura creator, pro impiis pius? Propter quid ita dilexit nos?

^c *Eadem edit., per Spiritum suum in interiore homine. Unde versum 17 ita incipit: Christum habitare, etc.*

aut ut quid nostrum haberet, qui nullius indiget? A numquid non charitas hæc super scientiam hominum est? aut quis hominum hanc poterit charitatem alicui exhibere; quamquam impar sit, ac per hoc supereminet humana commenta? Hoc ergo vult nos scire, quia sensus noster assequi non potest, nec perspicere profunditatem beneficiorum Christi erga nos; ut perinde semper ei simus supplices et devoti, et qui debitis nulla ratione satisfacere possumus, vel in fide ejus usque ad mortem perseveremus. Ille enim pro magnificentia majestatis suæ ea gessit pro nobis, ^a quæ sibi indigna sunt; ut et nos in quantum possumus, ei famulemur. *Ut impleamini in omnem plenitudinem Dei.* Quia fides neque in solo Patre integra est, neque in solo Filio perfecta, ideo adjecit: *Ut impleamini in omnem plenitudinem Dei;* ut B confessione et gratiarum actione sicut Patri, ita et Filio honorificentia reservetur: et omnia quæ a Deo Patre sunt, per Filium facta et restaurata credantur; ut sit plena perfectio divinitatis in professione credentium. Nihil enim deerit christiano, quando Deum Patrem per omnia immensum esse cognoscit: charitatem quoque Christi ineffabilem, et supereminentem scientiæ humanæ proficitur.

(Vers. 20, 21.) *Ei vero qui potest omnia facere, et superabundantius, quam petimus aut intelligimus, ^b secundum virtutem, quæ operatur in nobis: ipsi gloria in Christo Jesu, et in Ecclesia, et in omnia sæcula sæculorum. Amen.* Ad Patris personam hæc refert; ut quia melius scit quæ utilia, et quæ non petenda sunt, et quando danda, et qualia, et quanta opus sint; ipse C gubernet providentia et virtute sua sibi credentes. Cui ideo gloria in Christo Jesu, quia per ipsum omnia præstat nobis: et quia honor Patris in Filio est, et in Ecclesia, 240 id est, in populo, quem sibi adoptare dignatus est. In claritate enim filiorum gloria patris est, dicente Domino (Matt. v, 16): *Sic luceat lumen vestrum coram hominibus, ut videant opera vestra bona, et magnificent Patrem vestrum, qui in cælis est. In sæcula sæculorum. Amen,* id est, in æternum veritas.

CAPUT IV.

(Vers. 1.) *Obsecro itaque vos, fratres, ego vinculus in Domino, ut digne ambuletis vocatione, qua vocati estis.* Hortatur eos, ut recte incedentes in præceptis Domini, ad promissam gloriam possint pervenire. D Sicut enim peritus medicus obsecrat infirmos, ut bene se agentes possint salutarem recipere valetudinem; ita et magister gentium hortatur, ut fidei suæ digna opera facientes, possint percipere quæ promissa sunt sanctis, sciens gloriæ suæ esse hujus rei profectum.

(Vers. 2, 3.) ^c *Cum omni humilitate animi et modestia, cum magnanimitate, sufferentes invicem in charitate, sollicitè servantes unitatis spiritum in vinculo pacis.* Nunc dissensionem prohibet, charitati autem

^a Nonnulli mss., quæ sibi digna sunt; non satis recte.

^b Mss. aliquot, secundum veritatem, quæ operatur.

studendum monet; ne spiritum unitatis et pacis amittant: ac per hoc ut invicem se sufferant cum patientia. Modestia enim profectum parit; quia cum se invicem tolerant, cum lenitate animi innotentes, corriguntur ad effectum, et pax in eis manebit, per quam Filii Dei non immerito vocabuntur; quia dixit Dominus: *Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur* (Matth. v, 9). Perturbatio enim vel inquietudo contentionem facit, quæ solet etiam ea, quæ mala novit, velle defendere; ne cedere videatur. Hinc oritur discordia, quæ corrumpit pacis sædera.

(Vers. 4.) *Unum corpus, et unus spiritus, ita ut vocati estis in una spe vocationis vestræ.* Propter pacem et concordiam hæc subjecit; ut quia unum corpus est Ecclesia, unum sapiat populus; quia unum est, B quod creditur.

(Vers. 5, 6.) *Unus Dominus, una fides, unum baptismum, unus Deus et pater omnium, qui super omnes est, et per omnes, et in omnibus nobis.* Adhuc unitatem commendat, ut quia unitas est ad quam vocamur, in nullo dissentiamus. Si enim unus est Dominus, id est, Christus, sicut et ipse ait in Evangelio: *Quia magister vester unus est Christus* (Matth. xxiii, 10); una fides, unum baptismum, unus Deus et pater omnium, qui super omnia est, et per omnes, et in omnibus credentibus unus debet esse et animus, et cor populi; quia hæc quæ enumerat, unitatis sunt, concordant enim in omnibus. Patrem tamen Deum, quia nulli debet quod est, super omnia esse dixit, et per omnes. Ideo per omnes, quia ex eo omnes: et necesse est ut super hæc omnia sit, quæ ex eo sunt. *Et in omnibus nobis,* id est, fidelibus. In nobis est enim per confessionem; quia eum fatemur, et quia spiritum suum dedit nobis, per quem sine dubio in nobis est: in paganis non est; quia Pater Christi negatur esse ab illis.

(Vers. 7.) *Unicuique autem nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Domini nostri Jesu Christi.* Nunc ne, quia diversa in hominibus dona sunt, putarentur officere unitati, hoc purgat non esse contrarium; quia in donis officiorum diversitas est, non naturæ. Unicuique autem tantum dicit dari gratiæ, quantum donare dignatus fuerit Dominus; non tamen sine æquitatis mensura, quia unicuique pro viribus tribuit; ut tantum hauriat, quantum sinit.

(Vers. 8.) *Propter quod dicit (Psal. lxxvii, 10): Ascendens in altum, captivam duxit captivitatem, dedit dona hominibus.* Hoc est scriptum in psalmo sexagesimo septimo. Dona tamen hæc post triumphos cœpit largiri; vincens enim mortem, exaltatus est in cruce, sicut ipse dixerat. Ait enim: *Cum exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me* (Joan. xii, 32). Exspoliavit inferos, cum captivos quos ex prævaricatione Adæ, aut propriis captos peccatis in conditione tenebant, abstulit consentientes sibi, et ascendens inde in cælos induxit (Matth. xxvii, 52). Ex quibus ali-

^c Rom. edit., Cum omni lenitate... cum patientia sufferentes... servantes unitatem spiritus.

quanti resurgentes in corporibus, multis apparuerunt ad testimonium evictæ mortis; ut qui forte Christi resurrectionem credituri non essent, ex horum resurrectione, quos mortuos scirent, rei fierent; hos enim viderunt, quos agnoscerent dudum vixisse. Quamvis captivi, inviti et alieni ducantur; Salvator tamen et suos duxit, et voluntarios. Apparentia enim sua dum læcessit desiderantes liberari, cepisse illos dicitur.

(Vers. 9.) *Quod autem ascendit, quid est, nisi quia etiam descendit prius in inferiora terræ? Verum est quia idēo descendit, 241 ut ascenderet; et non sicut homines, qui ad hoc descenderunt, ut illic remanerent. Ex sententiā enim tenebantur apud inferos, quæ sententiā Salvatorem tenere non poterat; quia vicit peccatum. Triumphato ergo diabolo, descendit in cor terræ; ut ostensio ejus prædicatio esset mortuorum, et quotquot cupidi ejus essent, liberarentur. Nec poterat non ascendere, quia ad hoc descenderat; ut vi potestatis suæ, calcata morte, cum captivis quorum causa pati se permisit, resurgeret.*

(Vers. 10.) *Qui descendit, ipse est qui et ascendit super omnes cælos, ut implet omnia. Hoc est, quod dicit Dominus: Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, Filius hominis, qui est in cælo. (Joan. iii, 13.) Quod quidem et in psalmo continetur; ait enim: A summo cælo egressio ejus, et regressus ejus usque ad summum ejus (Psal. xviii, 7). Hic ergo descendens e cælis in terram, homo natus est: post mortuos descendit ad inferos, ex quibus tertio die resurgens, ante omnes mortales ascendit super cunctos cælos; ut illum mortem ostenderet creaturæ.*

(Vers. 11, 12.) *Et ipse, dedit quosdam quidem apostolos, quosdam autem prophetas, alios vero evangelistas, quosdam vero pastores et magistros ad consumptionem sanctorum in opus ministerii. Apostoli episcopi sunt (Act. xi, 26); prophetæ vero explanatores sunt Scripturarum; quamvis inter ipsa primordia fuerint prophetæ, sicut Agabus, et quatuor virgines prophetantes (Act. xxi, 9), sicut continetur in Actibus apostolorum propter rudimenta fidei commendanda (Act. vii, 2 et seq.): nunc autem interpretes prophetæ dicuntur. Evangelistæ diaconi sunt, sicut fuit Philippus; quamvis non sint sacerdotes, evangelizare tamen possunt sine cathedra, sicut et beatus Stephanus et Philippus memoratus (Act. viii, 5). Pastores possunt esse lectores, qui lectione saginent populum audientem; quia non in pane tantum vivit homo, sed in omni verbo, quod procedit ex ore Dei (Matth. iv, 4). Magistri vero exorcistæ sunt, quia in Ecclesiâ ipsi compescunt et verberant inquietos: sive si qui litteris et lectionibus imbuendos infantes solebant imbuere, sicut mos Judæorum est, quorum*

^a Vet. edit. ac plerique mss., et lectionibus imbuendi infantes: Rom. edit. resecauit vocem imbuendi; at nobis videtur satius cum Vat. cod. legere imbuendos.

iraditio ad nos transitam fecit, quæ per negligentiam obsolevit. Inter istos post episcopum plus esse intelligitur, qui propter reseratum occultum Scripturarum sensum prophetare dicitur; præsertim quia futuræ spei verba depromit, qui ordo nunc potest esse presbyteri. ^b Nam in episcopo omnes ordines sunt: quia primus sacerdos est, hoc est, princeps est sacerdotum, et propheta, et evangelista, et cætera adimplenda officia Ecclesiæ in ministerio fidelium. Tamen postquam in omnibus locis Ecclesiæ sunt constituta, et officia ordinata, aliter composita res est, quam cœperat. Primum enim omnes docebant, et omnes baptizabant, quibuscumque diebus vel temporibus fuisset occasio; nec enim Philippus tempus quæsit, aut diem quo eunuchum baptizaret (Act. viii, 38), neque jejunium interposuit: neque Paulus et Silas tempus distulerunt, quo Opotionem carceris baptizarent cum omnibus ejus (Act. xvi, 33); ^c neque Petrus diaconos habuit, aut diem quæsit, quando Cornelium cum omni domo ejus baptizavit (Act. x, 48): nec ipse, sed baptizare jussit fratribus, qui cum illo ierant ad Cornelium ab Joppe; adhuc enim præter septem diaconos nullus fuerat ordinatus. Ut ergo cresceret plebs et multiplicaretur, omnibus inter initia concessum est et evangelizare, et baptizare, et Scripturas in Ecclesia explanare; at ubi omnia loca circumplexa est Ecclesia, conventicula constituta sunt, et rectores, et cætera officia in Ecclesiis sunt ordinata; ut nullus de clericis auderet, qui ordinatus non esset, præsumere officium, quod sciret non sibi creditum vel concessum. Et cœpit alio ordine et providentiâ gubernari Ecclesia; quia si omnes eadem possent, irrationabile esset et vulgaris res, et vilissima videretur. Hinc ergo est, unde nunc neque diaconi in populo prædicant, neque clerici vel laici baptizant, neque quocumque die credentes tinguntur, nisi ægri. Ideo non per omnia conveniunt scripta Apostoli ordinationi, quæ nunc in Ecclesia est; quia hæc inter ipsa primordia sunt scripta. Nam et Timotheum presbyterum a se creatum episcopum vocat; ^d quia primi presbyteri episcopi appellabantur; ut recedente eo, sequens ei succederet. Denique apud Ægyptum presbyteri consignant, si præsens non sit episcopus. Sed quia cœperunt 242 sequentes presbyteri indigni inveniri ad primatus tenendos, immutata est ratio, prospiciente Concilio, ut non ordo, sed meritum crearet episcopum, multorum sacerdotum judicio constitutum, ne indignus temere usurparet, et esset multis scandalum. In Lege nascebantur sacerdotes ex genere Aaron Levitæ (Exod. xxviii, 43): nunc autem omnes ex genere sunt sacerdotali, dicente Petro apostolo: Quia estis genus regale et sacerdotale; ideoque ex populo potest fieri

^b Nonnulli mss., Nam in Christo omnes ordines.

^c Mss. aliquot, neque Petrus clericos habuit.

^d Edit. Rom. cum uno cod. Vat. quia primum presbyteri; aliæ edit. ac mss. melius, quia primi, etc.

sacerdos (1 Petr. II, 9). In *coadistationem corporis Christi*. Ecclesiae ordinationem ^a ad compaginationem humani corporis in professionis unitate dicit compositam; ut diversi dignitate in Christo omnes sint unum, unum caput habentes Christum, hoc est, auctorem vitae.

(Vers. 13.) *Donec occurramus omnes in unitatem fidei et agnitionem Filii Dei*. Tamdiu dicit manere ordinationem, quamdiu cuncti destinati ad vitam unius sint fidei in cognitionem Christi. In *virum perfectum, in mensuram aetatis plenitudinis Christi*. Ita elaborandam hortatur, ut perfectio fidei apprehendatur: cuius haec ratio est, ut Christum perfectam et plenam Deum teneat fides, nec mensura humana metiatur, sed in plenitudine divinitatis quasi perfectus Deus habeatur. Nec enim perfectum dicens, virum temporali aetate et mensura significat: sed per hoc dictum perfectos nos vult fieri in plenitudine intellectus divinitatis Filii Dei.

(Vers. 14.) *Ut ultra non simas parvuli, neque fluctuantes, et circumferamur omni vento doctrinae in nequitia hominum, in caecitate, ad remedium erroris*. Fundatos et stabiles esse nos vult in disciplina fidei catholicae, quam Petrus apostolus, revelante Deo, professus est (Math. XVI, 16), nec ventilari nos oberrantes per diversarum haeresum pestilentiosas asseverationes nequitia humana inventas; ut per has fallentis inimici sub veri nomine error possit afferri. Hoc enim remedium est falsitatis, ut sub praetextu veritatis inducat errorem: et non solum sub veri nomine, sed et ne, sicut ante acceptam fidem sensu humiles vagabamur per diversos errores, fideles facti discurretemus fragiles, et dabi de spe promissa, commonet; quia iam christiani facti, fundati esse debent, quia ambiguitas in fide nostra non est; commendatur enim virtute prodigiorum.

(Vers. 15.) *Veritatem autem facientes in charitate, augemur in ipso per omnia, qui est caput Christus*. Hanc dicit esse veritatem, ut amorem Christi respicientes, quo dilexit nos, et tradidit se pro nobis, omnia subiiciamus ei, scientes quia omnium auctores vitae, ut quasi capiti membra subdantur; ut si alii errore vel malevolentia non faterentur omnia caput habere Christum, quia ab ipso facta sunt voluntate Patris; nos tamen qui catholicae fidei adhaeremus, hoc omni devotione et cura agere debemus, ut huic fidei non datum, sed lucram afferamus, perseverantes in hac asseveratione; ut comprimantur pravae mentis colloquia adversus veritatem armata.

(Vers. 16.) *Ex quo totum corpus compactum et connexum per omnem juncturam subordinationis secundum operationem in mensuram uniuscuiusque partis, incrementum corporis facit ad edificationem sui in charitate*. Qua ratione Christum caput esse omnium dixerit, docet; ex ipso enim, inquit, totum corpus, si est, omnis efflorus Archangelorum et

Potentiarum, Principatum et Potestatum subsistit. Quamvis enim singula haec numeros proprios habeant, et sint legiones, ut ipse Dominus dixit (Math. XXVI, 53); quia tamen ab uno et per unum sunt, simul omnia unum corpus appellat. Sicut enim membra cum sint unius corporis, diversa tamen sunt aetate et dignitate: et ita creatura condita est a Deo per Christum, ut a Cherubim et Seraphim potentis, quae sub sede Dei sunt, et Angelis quos ipse Dominus sanctos appellat (Marc. VIII, 38), quasi quaedam concatenatio sit, usque ad firmamentum ordinata descendens; ut totum et junctum sit et meritis tamen discernatur: meritis dico non solum officiorum, sed et naturarum. Nec enim quia juncta sunt omnia, unius erunt naturae: ^b sed quod in corpore membra faciunt discreta officis, non natura; ita et in his omnibus non membra, sed naturae ipsae faciunt distinctiones. Hoc est ergo quod laboratur, ut ad unum sensum redigatur creatura, et in sensu unum sit corpus, dum omnium una professio est, ut concordet in charitate Creatoris ad suum perfectum; **243** reaedificat enim se in templum Domini, destructa enim fuerat dementia et furore diaboli.

(Vers. 17, 18.) *Hoc ergo dico et testor in Domino, ut non ambuletis, sicut et gentes ambulavit in vanitate mentis suae, obscurati intellectu, alienati a fide Dei propter ignorantiam, quae est in ipsis*. Manifestato creatore, et ratione ostensa, quam sequi debeat creata, in fide Dei sui dumtaxat, contestatur illos in Deum, ut non aliter incedant vel sentiant, quam docentur; ne similes gentilibus inveniuntur, qui nec fidem recipiunt, nec conversationem, quam mandat Lex, obscurum habentes sensum, ne contemplantur divini nominis veritatem. Vana enim sectantes, quae sunt idololatria, infrenantur a diabolo; ne unius Dei iter incedant, ut sociis illos suae perditionis efficiat.

(Vers. 19.) *Et caecitatem cordis illorum, qui desperantes, semetipsos tradiderunt impudicitis in operationem immunditiae omnis, et avaritiae*. Gentiles futurae resurrectionis desperatione caecitatem cordis habere significat. Quasi enim ultra non futuri vitam suam contaminantur torpissimam operatione, nolentes se subicere legi fidei; quia prohibet voluptatem propter spem vitae futurae, quam hi idcirco ridendam censent, ut jure dehonestare se, et aliena appetere avida cupiditate videantur, quasi post hanc transpunctionem nulla sit vita.

(Vers. 20, 21.) *Vos autem non ita didicistis Christum, si tamen illum audistis, et in illo docti estis, sicut est veritas in Jesu*. Manifestum est Christianos non desperationem post mortem hanc didicisse, sed spem ad vitam aeternam; fidelibus enim vita, perfidis vero promittitur mors, quae est poena aeterna; ut si vero mors, sive vita in Christo discatur; quia qui eum sequitur, per eum resurget ad vitam: qui vero dis-

^a Vet. edit. ac mss. non pauci, ad compaginationem humani generis; melius Rom. et alii mss. ut in contextu.

^b Rom. edit. sola; Sed quomodo in corpore membra faciunt discreta officia.

cernit se ab eo, per eum mancipabitur gehennæ; A ipso enim iudicante, damnabitur. Et quoniam sunt quidam in Ecclesia, qui sub nomine Christi non sequuntur Christi veritatem; ideoque: *Sicut est*, inquit, *veritas in Jesu*; ut si ita docti sunt, ut est veritas in Jesu, tunc Christum didicisse, et illum audisse, et in illo edocti esse videantur: Christus enim de se docet quid sit, et quantus credendus sit, et quæ spes in eo sit et quales debeant esse credentes. Qui enim didicit Christum, scit illum a mortuis resurrexisse; ut forma esset fidelibus, ideoque magna spes est pro ista morte amantibus Deum.

(Vers. 22.) *Ut deponatis secundum priorem conversationem veterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria erroris.* Qui Christum audivit, hoc didicit; ut recederet a conversatione pristina, quam veterem hominem nuncupat propter præteritum ignorantie tempus. Homo itaque unus atque idem est, qui, si pristina vitia sequitur, vetus dicitur: si autem in novitate vitæ ambulat, alienus a sæculari errore, qui est ^a sive in actu, sive in sensu, rudis dicitur; non utique substantia carnis aut animæ, sed intellectu et conversatione vitæ. Corruptus tamen vetus homo dicitur, propter adulterum sensum, et turpem vitam.

(Vers. 23, 24.) *Renovamini autem^b sensu mentis vestræ, et induimini novum hominem, qui secundum Deum creatus est in veritate et iustitia.* Iustum et verum est rectam viam sequi: hic autem rectam viam sequitur, qui devotus creatori suo in voluntate ejus ambulat, quam gentilitas nescit. Innovatus enim spiritu mentis novum hominem dicitur indutus, qui est Christus; Christum enim induitur, qui per fidem renatus in Christo, æmulus est vitæ, quam tradidit Christus; ut juxta Deum creatus videatur: in eo enim quis creatus est, in quo sapit; et ideo veritas et iustitia Dei a gentilibus ignoratur. Cum enim credentes Deum agnoscunt creatorem, servantes mandata ejus, in iustitia et veritate creantur.

(Vers. 25.) *Propter quod deposito mendacio, loquimini veritatem unusquisque cum proximo suo (Zach. VIII, 16); quoniam sumus invicem membra.* Quia in veritate et iustitia creati sumus, renati in baptisate; idcirco ut in eo maneamus, mendacium deponere jubemur, assumpta veritate, nec dolo aliquid cum fratre agere; ut quia unius corporis membra sumus, causis nostris in veritate invicem faveamus.

(Vers. 26.) *Irascimini et nolite peccare.* Quoniam irasci quis non potest prohiberi (quippe cum ira motus sit naturalis, conceptus ex causis, qui solet ad profectum pertinere delinquentis) ~~244~~ idcirco irascendum dicit (*Psal. IV, 5*), sed commonet ne per

^a Rom edit., sive in affectu, sive in sensu.

^b Eadem edit., spiritu mentis vestræ.

^c Omnes edit., cum ms. uno vel altero, neque locum detis diabolo: mss. vero prope ad unum, ut in textu.

iram peccetur. Solemus enim modum egredi, dum irascimur et invenimur ipsi peccare, qui peccantes arguimus, dum plus irascimur, et amplius oceramus peccantem, quam mereatur. Hoc ergo docet, ut ipsa ira cum moderatione sit neque nimium quis justum se præbeat delinquenti: quia solent quidam sic peccare, ut tantis plagis afficiendi videantur, quantas non possunt ferre: et qui poterat forte corrigi, tollitur de vita, non sine peccato irascentis. Hinc est unde Salomon: *Noli, inquit, justus esse multum; quia est qui perit in suo justo (Eccles. VII, 17)*. Sed imitatores Dei esse debemus qui temperatam habet justitiam; cum enim justum esset plecti iniquos, patientia sua suffert eos, ut aliqui ex eis corrigantur. Nos ipsos servos suos peccantes patitur, nec cito aliquem percutit.

(Vers. 27.) *Sol non occidat super iracundiam vestram: c nolite locum dare diabolo.* Iram transire vult, nec retineri in pectore, ut die orta, cum die decidat, quia si in animo manserit, dat occasionem diabolo gloriandi. Necesse est enim iratus animus mala cogitet, quod cupit diabolus; invenit enim mentem paratam ad malum, cui se inserens, affectu suo decipit hominem factum ad vitam; quia hominis cogitare est, diaboli implere.

(Vers. 28.) *Qui furabatur, jam non furetur: magis autem laboret, operando manibus quod bonum est; ut habeat, d unde tribuat necessitatem patientibus.* Ut novi hominis conversatio maneat, hortatur ne rursus ad præterita vitia et peccata redeatur; nam nihil proderit novum dici, quando vetus esse homo malis operibus approbatur. Non solum ergo christianus aliena non tollere jubetur, sed et de labore suo penuriam patientibus subministrare; ut bonis operibus deditus, rependat quæ prius abstulerat, et de cætero thesaurizet sibi in futurum; qui enim cessat a furto, veniam potest habere, non gloriam. Quid enim magnum, aut cujus meriti est ab alienis temperare? Ad meritum enim proficit, cum quis de proprio tribuit egenis.

(Vers. 29.) *Omnis sermo malus de ore vestro non procedat; sed si quis bonus ad ædificationem fidei, ut det gratiam audientibus.* In Dei servo omnia debent bona viveri, nec ex aliqua parte puritas ejus debet maculari. Quid enim prodest mundam vitam habere, et os sordidum; cum dicat Dominus quod unusquisque verbis suis aut justificabitur, aut condemnabitur (*Matth. XII, 37*)? Nec credibile potest videri bene vivere eum, qui male loquatur; male enim loqui ad multa trahit vitia. Potest enim male loqui, qui turpiter satur, et qui bonis detrahit, et qui cum dolo fabulatur, et qui mentitur. ^e Hæc horrorem præstant; bonæ enim et sobriæ fabulæ dant gratiam, et exemplum audientibus; ut honorificent Deum in verbis ejus, ædificati in fide Christi.

^d Edit. Rom., unde subministret necessitatem patienti.

^e Ita mss. melioris notæ: alii autem atque edit., Hæc errorem præstant. Non satis recte.

(Vers. 30.) *Et nolite contristare Spiritum sanctum Dei, in quo signati estis in diem redemptionis.* Cum bene agimus, gaudet in nobis Spiritus sanctus, datus nobis, videns monita sua proficere utilitatibus nostris, sicut dictum est a Domino: *Ita gaudium erit in celo in uno peccatore penitentiam agente* (Luc. xv, 10). Gaudet ergo Spiritus sanctus salutis nostræ, non sibi, qui non indiget lætitiâ; ita, e contrario, si obediens ei non fuerimus, contristatur, quia non habet profectum in nobis; vult enim nos pertinere ad vitam. Non tamen sic contristatur, ut patiat, quippe cum impassibilis sit: sed cum eum contristatum dicit, nostri causa hoc significat; quia deserit nos eo quod læserimus eum, contempnendo monita ejus. Contristatio itaque ejus indignitas nostra est, quæ filios nos Dei prohibet appellari; ipse enim est Spiritus sanctus, ^a qui sanctificat filios Dei, manens in nobis.

(Vers. 31.) *Omnis amaritudo, et ira, et indignatio, et clamor, et blasphemia auferatur a vobis cum omni malitia.* Omnia hæc quæ perniciem possunt præstare animis, amovenda memorat; per iram enim fit indignatio, per indignationem clamor, quasi vox insanientis, quæ aliena est a Dei servo: per clamorem subreptit blasphemia, quæ non potest non mala esse, hæc amaram præstat vitam, trahens ad mortem: ideoque ab his omnibus cavendum; timor enim Dei temperare debet et modum imponere accidentibus causis. Sed quia possunt aliqui pressa, in animo ira et clamore, retinere malitiam ad retributionem nacta occasione; idcirco **245** subjecit hæc auferri cum omni malitia; quia non solum blasphemare malitia ^C est, verum etiam fugere pacem in facie, et in animo meditari discordiam.

(Vers. 32.) *Estote autem invicem benigni, misericordes, donantes vobis invicem, sicut et Deus in Christo donavit vobis.* Exemplo Dei Patris benignos et misericordes invicem fieri exhortatur, sicut et Dominus: *Estote, inquit, misericordes, ut sinitiles sitis Patris vestri, qui in celis est* (Luc. vi, 36). Si enim Dominus per Filium suum servorum miseratus est; quanto magis servi ipsi invicem sui debent misereri, et donare, si alter in alterum peccet? Hæc præcepta ejus sunt, qui miseratus est: qui si in his contemptus fuerit, sine dubio revocabit sententiam, per quam misericordiam dederat: et ita eveniet, sicut ait Dominus in Evangelio de eo qui, accipiens a Domino misericordiam, in conservum suum impius deprehensus est (Matth. xviii, 33).

CAPUT V.

(Vers. 1.) *Estote ergo imitatores Dei, sicut filii charissimi.* Hoc est quod supra dixit, quia Dei Patris imitatores esse jubemur hac exhortatione; ut si obaudiverimus, filii Dei charissimi habeamur. Hic

A enim charissimus patris est filius, qui bonorum ejus imitator est.

(Vers. 2.) *Et ambulate in dilectione, sicut Christus dilexit nos, et tradidit semetipsum pro nobis hostiam et oblationem Deo in odorem suavitatis.* Sicut Dei Patris imitatores nos esse vult in benignitate et misericordia, ita et Christi filii ejus in dilectione; ut sicut ille dilexit nos, tradens se pro nobis, ita et nos invicem pro nobis etiam animas ponere debeamus. Quod etiam Joannes apostolus dixit, exemplo Domini pro fratribus animas ponendas (1 Joan. iii, 16). Si itaque Christi mors in odorem suavitatis est Deo, mortem ejus libenter Deus accepit. Quod si verum est, non peccaverunt qui illum secundum Dei voluntatem crucifixerunt. Sed non ita est, quia Christus Deo se dicitur obtulisse, dum occidi se passus est, in Dei Patris sui voluntate perdurans; quia qui juste occiditur diabolo se offerens, voluntatem ejus facit, ut occidi mereatur. Ita et Christus dum Dei voluntati adhæret, diabolo displicuit, et ideo illum occidit, quia Deo se obtulit, justitiam exsequendo. In oblatione enim justitia signatur et veritas; hæc enim respicit Deus, et hoc est ejus sacrificium acceptum. Itaque immeritus, qui occiditur, placet Deo; non quia occiditur, sed quia usque ad mortem justitiam conservavit. Suscepit enim hæc mortem Christus ad vitam; unde et odor suavitatis appellatur Deo: ad Romanos tamen dicit quia Deus illum tradidit pro nobis omnibus (Rom. viii, 32). Nunc quærendum est quomodo illum Deus tradidit, aut quomodo se ipse obtulit Deo; nam hoc quantum ad verba pertinet, videtur contrarium. Deus illum tradidisse dicitur, dum illum occidi permisit, sicut dicit Dominus ad Pilatum: *Non haberes adversum me potestatem, nisi data tibi esset desuper* (Joan. xix, 11). Data est enim ei, sed volenti, potestas, hoc est, permissum est illi facere quod voluit, et hoc est tradere: dum enim dissimulat, tradit; si enim nolisset permittere, non fuisset occisus. Permisit ergo occidi eum, sed ab eis qui eum volebant non coacte, sed sponte occidere. Non ergo immunes a pœna sunt, quia hoc eis permissum est, quod volebant; damnatio enim in eo competit, quia voluerunt. Quod ideo tamen permisit Deus; quia scivit istum ^b adversum diabolum futurum pro multis. Dignum enim fuit ut quod inimicus ^D impræscius futurorum contra se, quasi pro se facere putabat, permitteretur ei; ut impræscientiam suam sibi imputans, facti sui penitentia torqueretur. Quod autem Christus ipse se obtulit, aut Deus illum tradidit, unum est; quia amborum una voluntas est.

(Vers. 3.) *Fornicatio autem, et omnis immunditia aut avaritia, nec nominetur inter vos, sicut decet sanctos.* Manifesta sunt quæ dicit. Quam tamen gravis res sit ^a avaritia, a qua dissimulamus, quando fornicationi

^a Vet. edit. cum mss. nonnullis, qui significat; Rom. edit. cum mss. aliquot. qui signat; melius alii mss., qui sanctificat., etc.

^b Rom. edit., adversum diabolum profuturum multis.

^c Eadem Rom. edit., avaritia, hinc animadvertendum est, quando fornicationi et immunditiæ comparatur a qua nihilominus dissimulamus, et sic a nobis, etc.

et immunditiæ comparatur, et sic a nobis videtur, A lactæ contra fidem consuetudinem antiquitatis obtendant, rationem presentium, non spem futurorum asserendam iudicantes. Ideo veni sepe hos vindicta de caelis, ut sciant verum esse, quod credere noluerant. A qua vanitate Dei servos longe docet debere discretos esse, ne participes fiant poenæ illorum.

(Vers. 4.) *Aut turpitude, aut stultiloquium, aut scurrilitas, quæ ad rem non pertinent; sed magis gratiarum actio.* Quoniam quidam solent aliquid turpe agere, aut stultiloquiis jocum movere, quasi non sit peccatum, hoc prohibet, 246 quia Dei servi semper sobrii et modesti debent videri; per stultiloquia enim peccatur. Unde Salomon: *Stultus, inquit, per risum agit mala (Prov. x, 23).* Et Dominus in Evangelio dicit: *quia omne verbum otiosum quod locuti fuerint homines, reddent de eo rationem in die iudicii (Matth. xx, 36).* Nec inha posse discerni, quæ idcirco dicuntur, ut ad aliquos pertineant contumeliam; B ideo ad rem salutarem non pertinent hæc. Quare hæc agenda et loquenda monet, quæ ad utilitatem proficiant nostram, et Dei laudem, in quos tege meditando est die ac nocte; sicut scriptum est in psalmo (*Psal. 1, 2*). Ex conversatione enim et moribus Dei servi etiam tacentes intelligendi sunt; ut quantum distat verum a falso, tantum distent Dei servi a servis diaboli.

(Vers. 5.) *Hoc enim scitote, quod omnis fornicator, aut immundus, aut avarus, quod est idololatria, non habet hereditatem in regno Dei et Christi.* Qua causa amovenda sint hæc, ostendit; quia qui talis fuerit, partem in regno celorum non habebit, quod est Patris et Filii. Ut avaritiam tamen rem periculosam esse doceret, idololatriam hanc nuncupat, qua nullam peccatum majus est. Videamus ergo cur avaritia idololatria dicatur. Idololatria Dei honorificentiam usurpat, et vindicat creaturæ, eum in nomine deitatis, quod soli conditori competit, participem illi asserit ejus facturam. Avaritia autem idcirco huic exæquata est, quia similiter ea quæ Dei sunt, sibi usurpat et recondit avarus; ut quæ usibus omnium concessit communiter, avaritia denegat; quando idcirco hæc congregat apud se, ne alii utantur; quæ res facit, ut caro venundentur, ne pauperes vivant; si enim nimis recondentur, abundantia omnium rerum faceret utilitatem: denique opud veteres quia avaritia non erat, nec obaritas. Rocte ergo idololatriæ comparata est, quia multos lædit. Creatori similiter inimica; vult enim Deus ac jubet de illis quæ creavit, D subveniri pauperibus, avaritia contradicit. Vide an sine diabolo possit esse.

(Vers. 6, 7.) *Nemo vos seducat inanis verbis; propterea enim venit ira Dei in filios diffidentia. Nolite ergo effici participes eorum.* Inanes sermones vani sunt; veritas autem idolotum cultura est, quæ utique non ex Deo initium habet, sed de errore. Docet ergo ne horum verbis assensus præbeatur; perstrepunt enim semper, et seductione quadam fal-

(Vers. 8.) *Fuistis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino.* Tenebræ ignorantia sunt; quia nemo videt in tenebris: ignorantia vero gentilitas est, sive perfidia a qua Dei gratia ad fidem tracti sunt, facti lux, id est, veritas; quia in luce manifestantur, quæ sunt. Denique pagani in tenebris mystica sua celebrantes in speleo velatis oculis studebant. Ex his christiani facti cogita veritate filii lucis dicuntur, quia Deus lux est, cujus fidem in veritate suscipiunt.

(Vers. 9.) *Ut filii lucis ambulate, non fructus lucis in omni bonitate, et justitia, et veritate est.* Hoc dicit et sic conversentur, ut non immerito illi lucis dicantur. Opera enim lucis palam sine timore sunt; tenebrarum autem opera in occulto, quia illicita sunt; omne enim peccatum palam fieri timet.

(Vers. 10.) *Probate quid sit, quid placeat Deo.* Ex magnificentia sanctitatis et honestatis perpendi potest, quibus Deus operibus delectatur; ipse enim dixit: *Sancti estote, sicut et ego sanctus sum Dominus Deus vester (Levit. xix, 2).* Et Dominus: *Estote, ait, misericordes sicut et Pater vester (Luc. vi, 36).* Hæc placeant Deo; in sanctitate enim purificatio, in misericordia vero plena et perfecta iustitia est.

(Vers. 11.) *Et nolite communiare operibus infructuosis tenebrarum.* Monet ne malorum actibus per consensum polluarum; quia sunt infructuosi erga bonum, et quasi nosi ad malum.

(Vers. 12.) *Magis autem et objurgate; nam quæ in occulto ab eis fiunt, turpe est etiam dicere.* Non solum alienos vult eos esse a malis actibus, sed et arguere male facta eorum, qui in occulto turpiter operantur. Tunc enim probantur peccata, si 247 arguantur; ut admittentur filios lucis, a quibuscum iuste arguantur, contradicere non poterunt, sed magis eos reverebantur. Omnia autem eum objurgantur, a lumine manifestantur. Verum est, quia tunc videntur peccata, cum objurgantur; quia qui peccat, quamdiu non corripitur, minime sibi videtur peccare. *Omne enim quod manifestatur, lux est.* In manifesto ambiguitas non est, neque excusari potest, quod palam delictum est. Sicut enim apparente sole, diem esse jam negari potest; ita et manifestato peccato, objurgatio falsa videri.

(Vers. 14.) *Propter quod dicit: Surge, qui dormis, et exsurge a mortuis, et continges Christum.* Dormitionem hanc stuporem mentis significat, quæ alienatur a vera via. Alienatio vero hæc species mortis

^a Rom. edit., *et contiget te Christus.* (Infra vero ubi Eras. et seq. edit., *qua alienatur a vero,* Amerb. et mss. aliquid, *qua alienatur a vera;* optime autem alii mss. restituant voculam, *via.* Postremo ubi

Eras. cum edit. seq. et mss. pluribus, *hæc species mortis est,* Amerb. et alii mss. præferunt, *hæc pro morte est.*

est, ex qua resurgere commonetur; ut respiciens agnoscat veritatem, quæ est Christus. Perfidi ergo et vitiosi demersi in cœnum sub desperatione vitæ, ut resurgant sive emergant admonentur, et habeant partem cum Christo; ut de tenebris transeant ad lucem et a morte ad vitam.

(Vers. 15, 16.) *Videte ergo quomodo caute ambuletis, non ut insipientes, sed ut sapientes, redimentes tempus, quoniam dies mali sunt.* Quoniam superius perfidiam et vitia vitæ a Dei servis arguenda mandavit, nunc ut prudenter ea ipsa arguantur propter scandalum, subjecti; ut inter perfidos cum prudentia conversandum sit, maxime tempore quo perfidi regnant, præsumentes de rege profano; ut si viderit christianus inquietum et iracundum contradictorem, dissimulet ab eo, et ne eum quidem incitet ad blasphemiam et tempestatem movendam; illie autem verba faciat, ubi datur facultas. Quomodo enim inter potentes perfidos interrogatus quid sit, tacere non debet, nec negare quod est; ita et si metus est inter eos disputare, dissimulandum est; quippe cum detrimentum sit seminare supra spinas. Hoc est enim prudentis, scire quemadmodum unicuique respondeat; est enim qui quamvis perfidus sit, non tamen penitus intractabilis est, ut nec audire se patiatur verba fidei. Est iterum in quo sic servet zelus perfidiam, ut non tantum non cum illo sed nec præsentente illo tractetur de fide; perstreperente enim illo, et blasphemante, multis fit scandalum. Unde Paulus et Barnabas eum adversum se blasphemantes audirent, excutientes vestimenta sua, recesserunt ab eis (Act. XIII, 46).

(Vers. 17.) *Ideo nolite effici imprudentes, sed intelligentes quæ sit voluntas Domini.* Dominus Jesus paci studendum esse monet. Et vas electionis: *Si potest, inquit, fieri quod ex vobis est, cum omnibus pacem habentes* (Rom. XII, 18). Et ad Timotheum: *Servum, ait, Domini non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes* (II Tim. II, 24). Hæc est voluntas Domini, et quæ agenda sunt a servis ejus, cum modestia agantur; perturbatio enim et strepitus, sive contentio cum animositate, inimicitiam generat. Hæc ergo propter superiora subdidit, in quibus vult Dei servos corrigere delicta hominum peccatorum; ut quia per hoc solet oriri dissensio et rixa, cum temperantia et mansuetudine arguantur peccatores; ne ad iracundiam provocati, insiliant ad litem. Ideoque prudenter istud curandum monet, ut sit profectus.

(Vers. 18.) *Et nolite inebriari vino, in quo est luxuria.* Sobrii possunt habere fiduciam arguendi; bona enim conversatio terrorem incutit delinquenti: nec poterit qui arguitur, aspere ferre quia reprehenditur, quando scit optimam conversationem monentis se. Nam ubi ebrietas, ibi et luxuria est: luxuria vero provocat turpitudinem. Quamobrem sobrios eos esse convenit, ut bonæ conversationis jura serventur.

(Vers. 19.) *Sed impleamini Spiritu sancto, loquentes vobismetipsis, in psalmis et hymnis, et canticis spiritualibus, cantantes et psallentes in cordibus vestris Deo.* Rationabilem vitam diffigit Spiritus sanctus; quia si bene vixerimus, implebitur eo, ut memorat, ad confitendum et extollendum Dei donum diverso vocis canore; ut laus in Deum omni lingua canatur. In quo enim est Spiritus, semper spiritualia meditatur; ut non in labiis tantum sit, sed de corde prorumpat propter vetus dictum Domini per prophetam. Ait enim: *Plebs hæc labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me* (Ezal. XLIX, 13).

(Vers. 20, 21.) *Gratias agentes semper pro omnibus in nomine Domini nostri Jesu Christi Deo et Patri, subjecti invicem in timore Christi.* **248** Deo gratias in omnibus donis ejus agere jubemur, qui etiam adoptare nos dignatus est per Christum Filium proprium, per quem cognovimus eum, et didicimus in Spiritu Deum (quia Deus spiritus est) adorandum, alteri se subjiciens propter timorem Christi, qui humilitatem exsequendam mandavit (Joan. IV, 24).

(Vers. 22, 23, 24.) *Mulieres viris suis subditæ sint, sicut Domino; quoniam vir caput est mulieris, sicut et Christus caput est Ecclesiæ, ipse salvator corporis ejus. Sed ut Ecclesia subjecta est Christo, ita et mulieres viris suis subditæ sint in omnibus.* Mulieres subditæ esse viris naturali lege jubentur, quia mulieris auctor vir est; unde sicut Domino, inquit, ita viris subditæ esse debent. Hinc Sara dominum vocabat Abraham (Gen. XVIII, 12); sicut enim caput Ecclesiæ Christus est, ita et vir mulieris. A Christo enim Ecclesia sumpsit initium, unde subjecta est illi; ita et viro mulier, ut sit subdita. In eo tamen distat, quia mulier consubstantialis viro est: Ecclesiæ autem in nomine potest, non in natura participari Christo.

(Vers. 25-28.) *Viri, diligite uxores vestras, sicut et Christus dilexit Ecclesiam, et semetipsum tradidit pro ea; ut illam sanctificaret, mundans eam lavacro aquæ in verbo: ut exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid hujusmodi: sed ut sit sancta et immaculata. Ita et viri debent diligere uxores suas.* Mulieres esse jubentur subditæ, et reverentiam habere virorum: viri vero ita diligere mulieres suas admonentur; ut etiam animas suas pro illis ponant, causa dilectionis zelum habentes circa affectum earum et disciplinam, ut religiosæ et sanctæ sint. *Sum corpus diligit, qui uxorem suam diligit.* Naturali ratione mulier portio corporis viri est, ac per hoc vir in muliere se ipsum diligit; quomodo si fornicetur, in se ipsum peccat, quia duo in carne una sunt. Non ergo personæ substantiam dividunt, ut per personas numerus fiat naturæ: sed sunt in unitate naturæ.

(Vers. 29.) *Nemo enim unquam carnem suam odit, sed nutrit et fovet eam sicut et Christus Ecclesiam.* Exemplo Salvatoris viros uxores suas diligere hortatur:

^a Vet. edit. ac mss. aliquot, quia mulier consubstantia, Rom edit... consubstantiva; alii mss., consubstantialis.

^b Rom. edit. sola, Se ipsum diligit. Eadem vero cum ant. edit. ac paucis mss. quoniam si fornicetur.

sicut Christus ^a corpus suum nutrit et fovet; ita et A vir mulierem, quia caro ejus est.

(Vers. 30.) *Quoniam membra sumus corporis ejus, et de carne ipsius, et de ossibus ejus.* Hoc spiritualiter intelligendum est; ideo enim dixit nos esse membra ejus, quia caput est ipse totius Ecclesiæ; ut quia per ipsum esse cœpimus, caput nostrum dicatur, quasi ex quo omne corpus subsistat; ut membra ejus omnis spiritalis creatura sit: si tamen in nomine ejus genu flectat.

(Vers. 31, 32.) *Propter hoc relinquet homo patrem et matrem, et adhærebit uxori suæ, et erunt duo in carne una (Gen. II, 24).* Ad unitatem commendandam unitatis dedit exemplum; ut sicut vir et mulier unum sunt per naturam, ita et Christus et Ecclesia unum intelligantur esse per fidem. **Mysterium hoc magnum est, ego autem dico in Christo et in Ecclesia.** Mysterii sacramentum grande in unitate viri ac femine esse significat. Nec hoc prodit, sed aliam causam, quæ non discordet a memorato mysterio flagitat, quam scit ad profectum humani generis pertinere, hoc est, Ecclesiæ et Salvatoris; ut sicut relictis parentibus, homo uxori suæ adhæret, ita et relicto omni errore, Ecclesia adhæreat et subjiciatur capiti suo, quod est Christus.

Veruntamen et vos singuli, unusquisque suam uxorem ut se diligat: mulier autem ut timeat virum. Quoniam una natura in viro et femina est, idcirco vir quasi se ipsum, ita mulierem diligere commonetur, mulier autem quia persona inferior est conditionis causa, non naturæ, viro subjecta timere eum **C** jubetur.

CAPUT VI.

(Vers. 1, 2.) *Filii, obaudite parentibus vestris in Domino, hoc enim justum est: Honora patrem tuum et matrem.* Lex datur filiis, ut quia parentibus auctoribus constant, obediant eis; justum enim est ut reverentiam exhibeant eis, per quos sunt.

^a(Vers. 3.) *Quod est mandatum primum promissionis, ut et bene sit tibi, et sis longævus super terram.* Promissio hæc in Exodo continetur (Exod. xx, 12), ut honorifici sint parentes; ut bene essent, et provectoris fierent ætatis. Quomodo tamen hoc primum **249** mandatum dixit; cum constet primum mandatum ita contineri: *Non sint tibi alii dii præter me.* Deinde: *Non facies tibi similitudinem ullam eorum, quæ sunt in cælo sursum, et in terra deorsum.* Tertium: *Non sumes nomen Domini Dei tui in vanum.* Quartum: *Observabis, inquit, sabbata mea.* Quintum autem: *Honora patrem et matrem, etc. (Exod. xx, 3 et seq.).* Sed quia prima quatuor mandata ad Deum pertinent, hæc in prima tabula contineri subintelliguntur, cætera ad hominem, ut honoret parentes, non occidat, non fornicetur, non furetur, non falsum testimonium dicat, neque quidquam proximi sui concupiscat. Hæc sex mandata in secunda tabula videntur scripta, quorum primum est: *Honora patrem et matrem.* Hac causa ergo dixit: *Quod est mandatum primum in promissione;*

^a Nonnulli mss., *opus suum nutrit, etc.*

ut discerneret inter mandata quæ ad Deum, et inter ea quæ ad hominem pertinent.

(Vers. 14.) *Et vos, patres, nolite ad iracundiam provocare filios vestros: sed educate illos in disciplina et correptione Domini.* Ut Lex possit servari, qua cautum est, ut filii honorificent parentes: parentibus quoque alia Lex ab Apostolo datur, ut sic imbuant filios, ne mandata Legis contempnant; quia si in timore Domini fuerint enutriti, poterunt observare quæ præcepta sunt. Nam si ad iram provocant filios, nec ipsi modum Legis custodiunt; cogere enim eos videntur, ut prævaricatores inveniantur. In ira enim nemo agnoscit quid sit utile; idcirco temperantiam parentum exemplo debent addiscere, ut quæ utilia sunt, sectentur. Meminisse enim debent patres, quia et ipsi fuerunt filii, et noluerunt utique exacerbari a patribus. Filii quoque cognoscere debent quod futuri sunt patres, et nolent inhonorari ab eis. Idcirco utriusque exhibeant invicem, quod exquirunt ab invicem.

(Vers. 5.) *Servi, obedite dominis carnalibus cum timore et tremore in simplicitate cordis vestri sicut Christo.* Quoniam omnium sublimior et sola potens est religio nostra, et quæ credentibus cælorum regna pollicetur: ne hac igitur causa superbia nasceretur hominibus, omnes debita conditionum vel officiorum præsentium jubentur exsolvere; ut et magis incitent perfidorum animos ad culturam Dei, quam vident et justam et humilem. Videntes enim domini meliorasse servos, et in reddendis obsequiis fideliter profecisse, quod merentur cum omni libertate exsolvent. Servi quoque dum cernunt mansuetudinem dominorum, omni aviditate concupiscunt fidem, cujus tam placidis retinaculis gubernantur humana officia. Nam et qui in conditione est, si habuerit famulum, non vult contemni ab eo; ideoque nec ipse debet contemnere dominum suum: et sicut vult agere secum dominum suum, ita et ipse agere debet cum servo, et sic poterit placere Deo.

(Vers. 6, 7, 8.) *Non ad oculum servientes, quasi hominibus placentes: sed ut servi Christi, facientes voluntatem Dei ex animo, cum benignitate servientes sicut Domino, et non ut hominibus; scientes quod unusquisque quodcumque fecerit bonum, hoc consequetur a Domino, sive servus, sive liber.* Propter timorem Dei justa et fidelia vult hominibus exhiberi servitia; Deo enim servit, cujus jura in obsequiis domini carnalis custodit, quem sibi pro justis actibus in die judicii vicem reddere, et cæteris omnibus audit testari. Quæ res potest proficere etiam ad salutem dominorum; videntes enim, quod difficile est, servos per Dei gratiam factos fideles ministros, potuerunt Dei gloriam collaudare.

(Vers. 9.) *Et vos, domini, eadem facite ad illos, remittentes minas: scientes quod et vester et illorum Dominus est in cælis, et personarum non est acceptio apud eum.* Non ignorantes utique carnales domini Deum omnium dominum esse communem, talia est-

gant servitia, qualia a se exigere non ferant ægre. In qua enim quis mensura mensuraverit, remeietur illi (*Math. vii, 1*); Dominus enim justus iudex causas discernit, non personas.

(Vers. 10.) *De cætero, fratres, confortamini in Domino, et in potentia virtutis ejus.* ^a Post omnia monita et hortamenta, et disciplinæ ordinem traditum religiose, et dispositionem mysterii manifestam, robustos illos vult esse in fide fiducia potestatis Dei; ut scientes firmam esse spem promissionis, prompti sint circa obsequia Dei, erigentes gubernacula contra fluctus excitos imprudentia inimici. Tempestatem enim Dei servis commovet, sed ipse naufragium facit.

250 (Vers. 11, 12.) *Induimini vos arma Dei, ut possitis stare adversus nationes.* Arma Dei fides est stabilis, per quam solam semper victus est Satanas. Quoniam non est vobis lucta adversus carnem et sanguinem, sed adversus Principatus et Potestates hujus mundi, ^b adversus tenebrarum harum rectores, adversus spiritalia nequitiæ, quæ sunt in caelestibus. Certus Apostolus quia exitia, quæ a perfidis Dei famulis irrogantur, auctore diabolo, ministrantur, cujus altitudo grandis et hominibus impossibilis est; monet adversus hæc arma Dei sumenda, cujus solius virtute superantur et destruuntur omnia machinamenta diaboli. Ipse est enim cujus satellites sunt, quos tenebrarum harum dicit rectores, spiritus nequissimi, qui degunt in caelestibus, in firmamento mundi. Hi sunt erroris duces, tenebrarum rectores, hoc est, ignorantia et perfidia præpositi. Rectores enim tenebrarum in

perversum intelligendi sunt gubernare, quasi incredulitatis magistri.

(Vers. 13-17.) *Ideo accipite universitatem armorum, ut possitis resistere in die malo, et in omnibus perfecti stare, succincti lumbos vestros in charitate, et induti lorica[m] justitiæ, et calceati pedes in præparatione Evangelii pacis. Super his omnibus assumentes scutum fidei, in quo poteritis omnia tela maligni ignita extinguere: et galeam salutis accipite, et gladium spiritus, quod est verbum Dei.* Quoniam contra atrocissimos hostes et omni tergiversatione callidos bellum gerimus, idcirco omni cautela et sollicitudine vigilare debemus; ut quæcumque tentaverint, munitos nos et præparatos inveniant. Necessè est enim ut et Deus adjuvet, quos viderit in precibus vigilare, et de armis ejus expectare victoriam. In hujusmodi autem bello sobria mente opus est, et pura conscientia, quia non contra carnalia nequitiæ, sed adversus spiritalia dimicatur. Contra terribigenos enim hostes corpus sagina roboratur, et poculis mens incendiur, ut repugnandi sumat audaciam: adversus autem spiritalia nequitiæ spiritaliter repugnandum est; et sobrietatis et abstinentiæ arma sumenda sunt; ut infusi sancto Spiritu immundos et erraticos spiritus

^a Vet. edit. ac quidam mss., *Post omnia merita*; Rom. edit. et alii mss.,... *monita*; infra vero ex mss. non paucis reposuimus, *imprudencia inimici*, ubi omnes edit. et mss. aliquot habent, *impudentia inimici*.

A devincamur. ^c Sic itaque succingemus lumbos nostros in veritate, si parati sumus errori resistere. Omnis enim qui operari vult, subcingit se; ut ablato impedimento, diligentius operetur.

(Vers. 18, 19, 20.) *Per omnem orationem et precem orantes in omni tempore, in spiritu, et in ipsum vigilantes in omni perseverantia et obsecratione pro omnibus sanctis, et pro me; ut detur mihi sermo in apertione oris mei exerte notum facere mysterium Evangelii, pro quo legatione fungor in catena; ut in ipso exerta libertate utar, prout oportet me loqui.* Si recte conversamur, Spiritus sanctus manet in nobis, et quod postulamus, possumus impetrare. Hoc est ergo in spiritu omni tempore orare, munda conscientia et fide integra precem ad Deum dirigere. In carne enim orat, qui polluta mente precatur, iterum peccaturus, non de eventu aut subreptione, sed de proposito. Sed potest non peccari ad mortem, si perseveranter oretur; ut animus sedula mente intentus sit semper in Dei Legem, ea meditans die nocteque quæ amat Deus. Tunc et pro sanctis possunt orare; non est enim indignum ut pro invicem sollicita sint membra: nec temerarium poterit videri, si pro magistro discipuli idonei interpellent, adjuvantes eum, ut postpositis impedimentis libertate utatur ad prædicandum, sicut traditum est ab auctore; ne pressus vi tribulationum, ipsa formidine acumen doctrinæ obtundat, amissa severitate. Duplici igitur genere pro se orandum hortatur; ut et sensus ejus impleatur spiritu ad eloquendum plene mysterium, et facultas illi detur audaciæ in asserendo, quam utique precem libenter audit Deus; videt enim legationem suam in Apostolo suo despici, unde utique indignatus in causa sua non negabit effectum. Si enim consuetudo et lex est legatis hominum non inferre exitia: qua præsumptione et audacia legatis Dei non solum exitia, sed et mors irrogatur! Quare et dicit: *Pro quo legatione fungor in catena.* Non enim permittebatur libere loqui, sed in subjectione et necessitate verba Dei referens, vinculis, plagis, subiciebatur, et mortibus: et lapidatus est enim et ad bestias pugnavit Ephesi (*I Cor. xv, 32*).

(Vers. 21, 22.) *Ut autem sciatis et vos ea, quæ circa me sunt; quid agam plene notum faciet vobis Tychicus dilectus frater, et fidelis minister in Domino: quem misi ad vos in hoc ipsum, ut cognoscat que circa vos sunt, et consoletur corda vestra.* Per Tychicum Ephesii discunt quid agat Apostolus, et idem cognoscit quid ageret Ephesii. De Apostolo, quia divina erant, quæ agebat, dubium non erat: sed hoc sciendum erat de eo, quid ageret inter perfidos, et insidias eorum. De Ephesiis vero hoc cognoscendum, si proficerent, necne. Ut ergo obedirent, et libenter audirent verba Tychici, hunc commendat,

^b Rom. edit. sola, *adversus versutias diaboli*.

^c Mss. aliquot, *Sic itaque succingamus... sic parati simus*, etc.

^d Rom. edit. sola, *oris mei cum libertate*, etc.

et fratrem istum dilectissimum vocans, et ministrum Dei idoneum.

Pax fratribus, et charitas cum fide a Deo Patre nostro, et Domino Jesu Christo. Pacem quæ est janua dilectionis, optat **252** esse cum fratribus, et charitatem cum fide; ut ingressi per pacem, possint manere in charitate, quæ est ex fide. Hæc est enim Dei Patris et Filii ejus Domini nostri Jesu Christi.

Gratia cum omnibus, qui diligunt Dominum nostrum Jesum Christum in incorruptione. Amen. Præcedens Apostolus multos futuros desperatæ fidei sensum habentes de Domino nostro Jesu Christo, cum illis æternam gratiam dicit mensuram, qui diligunt Christum, recte de illo, et cum Dei Patris voluntate sentientes; qui enim degenerem hunc dicitur, data illis gratia auferetur.

IN EPISTOLAM B. PAULI AD PHILIPPENSES.

251 PROLOGUS.

Philippensibus verbum fidei Apostolus tradidit; somnio enim monitus est, sicut continetur in Actis apostolorum (Act. xvi, 9), ut accederet ad eos, et aperiret aures eorum ad recipiendum sermonem Domini. Multis ergo diebus commoratus apud eos, instruxit eosdem in doctrina Domini. Et quia post discessum ejus non sunt translati ad aliud, sicut Galatæ: sed permanserunt in fide, non recipientes pseudoapostolos; per epistolam collaudat eos, gaudens in proposito cordis eorum. In horum laude aliorum vituperatio continetur: Corinthii enim multo tempore audientes Apostolum, recedente eo, a diversis pseudoapostolis fuerant eversi: unde isti jure laudantur.

CAPUT PRIMUM.

(Vers. 1.) *Paulus et Timotheus servi Jesu Christi.* Apostolum se tacet, quia iis scribit, qui de illo recta sentirent; ideo dignitatem suam suppressit, erat enim his manifesta: conditionem vero fatetur; quia qui Christum confitetur dominum, his magis liber est, et habet salutem. *Omnibus sanctis in Christo Jesu.* Sanctis scribit more suo, sed qui in Christo Jesu sancti sunt, id est, qui Deum et hominem Christum latentur; Photinus enim Christum Deum negat, et Manichæus hominem: ideoque immundi sunt. Non ergo iis scribit, qui mendaciis propriis supprimunt veritatem. *Qui sunt Philippis.* Quibus scribat, significat. *Cum episcopis et diaconibus:* hoc est, cum Paulo et Timotheo, qui utique episcopi erant; simul significavit et diaconos, qui ministrabant ei. Ad plebem enim scribit; nam si episcopis scriberet, et diaconibus, ad personas eorum scriberet, et loci ipsius episcopo scribendum erat, non duobus, vel tribus, sicut et ad Titum et Timotheum.

(Vers. 2.) *Gratia vobis et pax a Deo Patre nostro, et Domino Jesu Christo.* Manifestum est Deum patrem esse, Christum vero Jesum Dominum nostrum. Numquid non videtur plus dominus esse, quam pater? Sed inter homines in mundo: apud Deum vero Patrem, et apud Christum dominum concordia est. Hic enim, hoc est, in mundo, ideo plus est dominus, quam pater; quia aut et ipsius patris dominus est,

^a Nonnulli mss., et fidem rectam. Minime male.

^b Dictionem *justi*, mss. aliquot non agnoscunt, cujus loco nonnulli ponunt, *cujusmodi*. Infra vero

B aut pater filium non suæ conditionis generat, sed alienæ: Deus autem sic genuit, ut in potestate ejus sicut, quos genuit; ut nati ingenui, servi tamen ejus sint: cum hos tradit proprio Filio, facit illos etiam servos Filii sui; ut sit dominus eorum, sicut dicit: Pater, quos dediati mihi, tui erant, et mihi eos dediisti; ut in Patre et Filio servi sint Dei unius (Joan. xvii, 9).

(Vers. 3, 4, 5.) *Ego quidem gratias ago Domino super omni memoria vestri, semper in omni oratione mea pro omnibus vobis cum gaudio orationem faciens, super communicatione vestra in Evangelio.* Primum quidem Domino gratias agit, cujus nutu prospera omnia cedunt fidelibus. In omni oratione sua memor eorum cum exultatione, quod participes facti sint

C Evangelii, sicut Petrus apostolus, inter cætera dicens: *Ut sitis, inquit, consortes diviniæ naturæ* (II Petr. 1, 4).

A prima die usque nunc. Prævidit enim Apostolus devotionem illorum, ^a et fidem ratam ex ipsis principiis, et gavisus est in eis, semper sciens eos multis exemplo esse futuros.

252 (Vers. 6, 7.) *Confidens in hoc ipsum, quod qui inchoavit in vobis opus bonum, perficiet usque in diem Christi Jesu, sicut est justum mihi hæc sentire pro omnibus vobis; eo quod habeam vos in corde et in vinculis meis, et in defensione et confirmatione Evangelii; quoniam omnes mihi participes gaudii estis.* Securus de bonitate et justitia Dei, et de horum fide non ambigens, confidit quod Dei auxiliis adjuti, perseveraturi sint in fide usque ad diem Domini, in quo remunerandi sunt persistentes in fide. Nec aliud debuit de his sentire, quos semper inflexibiles in devotione Dei expertus est, tam directum et infatigabilem cursum eorum videns; ut cogitaret dignos hos sibi participes gaudii esse. Unius enim fidei homines congaudere oportet de spe futuræ immortalitatis et gloriæ.

(Vers. 8.) *Testis enim mihi est Deus, quemadmodum desiderem omnes vos in visceribus Jesu Christi.* Deum testatur, ut affectum commendat ^b justis; qui enim multum de aliquo sentit, ut credibile hoc faciat, testificatur: per quod et provocat desiderium illorum erga se, ut desiderati desiderent. Desiderat

edit. Rom. reposuerat, ut magis desiderant, ubi volit quæ, ac mss., ut desiderati desiderent.

ergo omnes hos non humana cupiditate, sed in amore Christi: non carnis affectu, sed spiritu; ut participes hos habeat et in sensu mysterii divinitatis, et incarnationis Domini vestri Jēsu Christi.

(Vers. 9, 10, 11.) *Et hoc oro ut charitas vestra magis magisque abundet in agnitione et omni sensu, ut probetis quæ sunt utilia; ut sitis sinceri et inoffensi in diebus Christi, repleti fructu justitiæ per Jesum Christum in gloriam et laudem Dei.* Deo adjutore, ordinem disciplinæ christianæ vult eos imbuere; ut quia firmati in fide sunt, non sint nescii sacramenti credulitatis suæ: et scientes discernere utilia a contrariis, justitiæ operibus ornent doctrinam Domini, fructum facientes immortalitatis ad abundantiam omnium bonorum, ut gloriosus in his apparet magister gentium.

(Vers. 12-17.) *Scire autem vos volo, fratres; a quod quæ ad me pertinent, ad profectum Evangelii venerunt; ita ut vincula mea manifesta in Christo facta sint in omni prætorio, et in cæteris omnibus: utque plures ex fratribus in Domino confidentes vinculis meis, ceperint magis audere sine timore verbum Dei loqui. Alii quidem et propter invidiam et contentionem: quidam vero et propter bonam voluntatem Christum prædicant. Alii quidem ex charitate, scientes quod in defensionem Evangelii positus sum: aliqui vero ex contentione Christum annuntiant, non simpliciter existimantes quod pressuram suscipient vinculis meis.* Hæc explanatione non indigent; tamen, propter sollicitudinem nostram, ne qua in dubium veniant, per ordinem ea apertius prosequamur. Quoniam superius participes hos gaudii sui pronuntiavit, ideo quid profecerit prædicatio ejus insinuat, quasi charis; ita ut omnibus innotuerint passiones ejus pro Christo. Per hanc humilitatem gloriosum se indicat, ut habeant occasionem gaudendi amatores ejus; quia omnis vincula in Christo manifestantur, dignitas ejus crebrescit. In omni prætorio, et in cæteris omnibus, id est, in omni Judaismo, et per universas Ecclesias gentium; præest enim Judæismus, quia ipsi facta promissio est, sicut dicitur: *Quia salus ex Judæis est (Joan. iv, 22).* Ideoque plures ex fratribus exemplam suum secutos, a seos dicit fuisse loqui verbum Dei cum fiducia; constantia enim ejus multos animavit, b ut non præterirent 253 evangelizare, comperto exemplo Apostoli, quod Deus adesset, ut tueatur diligentes se; sed et alios falsos fratres, non fiducia, neque dilectione Dei, sed contentione zeli incitatos, Dei verbum dicit prædicare, quasi invidios. Plures ergo e fratribus sincera quidem, sed diversa voluntate Christum annuntiant; alii enim bona voluntate hoc agebant ad gloriam Dei sortis; alii vero charitatis incitati apostoli, certi de retributione Dei. Sic iterum e contra alia duo genera ponit, quæ non sincero animo prædicabant; quidam enim invidentes Apostolo, con-

tentione hoc agebant: alii vero astuta simulationis Christum annuntiant; ut possent seditiones excitare Apostolo, quasi auctori hujus sectæ; qui multos aggregaverat suæ conspirationi. Major enim invidia crescebat Apostolo, quando ex latere ejus multi videbantur docere.

(Vers. 18 - 21.) *Quid enim? Dum tamen quovis modo, sive occasione, sive veritate Christus annuntietur: et in hoc gaudeo, sed etiam et gaudebo. Scio enim quod hoc mihi c prodeat ad salutem per vestram precem, et subministrationem spiritus Jesu Christi secundum contemplationem et spem meam; quia in nullo confundar, sed in omni exerta fiducia, sicut semper, et nunc magnificabitur Christus in corpore meo, sive per vitam, sive per mortem; mihi enim vivere Christus est, et mori lucrum.* Primum gaudium ejus est in fratribus, qui bona voluntate Christum annuntiant: deinde etiam in eo se dicit gaudere, quod fallacia hominum adversus eum compositum erat, ut ad invidiam et pressuram ejus Christus prædicaretur. Hoc enim dicit sibi ad vitam proficere, quod illi paraverant ad mortem; hanc enim vitam suam dicit esse, si Christus omnibus prædicetur, et se etiam mori paratum, ut hoc possit impleri, sciens magnam sibi pro hoc voto d et efficacia dari posse mercedem: impèrita enim malitia adversam se semper machinatur; dum nescit. Ad calcandam ergo horum malevolentiam, qui recti fallacia insidias vite ejus tendebant, sed præsidii se munitur testatur, iis quos utique socios gaudii sui dicit, adjuvantibus oratione propter communem avaritatem, et sancti Spiritus subministrationem, qui contra voluntatem illorum et vias aperiret prædicanti, dans gratiam et fiduciam verbis ejus, ut ortas seditiones compesceret. In nullo ergo se dicit confundi in doctrina Christi; quia et spes magna promissionis est, et quis nihil in ea turpe, inhonestum, aut fallax est, sicut apud paganos, sed aperta simplicitas. Hinc est enim unde cum omni constantia non cedit adversis, ut magnificetur Christus in corpore ejus, sive occidatur, sive casus evadat. Ex eo enim quæ et quanta spes in Christo est, consideratur; quando non solum cædi et affligi pro eo, sed et mori paratus est. Vitam enim suam sive in præsentem, sive in futuro Christum esse dicit, sicut et evangelista Joannes testatur, dicens: *Quod factum est, in ipso vita erat, et vita erat lux hominum (Joan. i, 3, 4).* Pro hæc vita mortale corpus tradit, ut id recipiat in æternum: ac per hoc lucrum computat mori pro Christo.

(Vers. 22 - 26.) *Si ergo vivere in carne, hic mihi fructus est operis: et quid eligam ignoreo. Coarctat autem in his duobus, desiderium habens dissolvi, et cum Christo esse, multo enim melius: remanere autem in carne valde necessarium propter vos. Et hoc certum habens, scio quia manebo et pertinebo omnibus vobis in*

^a Rom. edit., quod quæ mihi acciderunt, magis ad profectum, etc.

^b Omnes edit. ac pauci mss., ut non timerent evangelizare.

^c Rom. edit., proficiet ad salutem . . . , secundum expectationem et spem meam.

^d Eadem edit. Rom., et efficacem dari posse mercedem.

vestrum profectum et gaudium fidei; ut gloria vestra abundet per Christum Jesum in me, per meum adventum iterum ad vos. Manifestum est quod dicit, quia si in carne positus non otiosum est, quod vivit; habet enim fructum operis sui. *Quid eligam*, inquit, *ignoro*. Duabus enim ex causis urgetur; habet enim desiderium excedere, et cum Christo esse multo melius æstimans; ut jam præsens sit apud Deum, ut exoptatis et promissis fruatur; in carne vero ut sit adhuc, necessarium dicit propter instructionem credentium. Et cum dissolvi et cum Christo esse multo melius ducat; certum tamen hoc scire se protestatur, quia manebit in carne ad profectum fidelium; ut gloria eorum abundet in Domino, proficiens ad laudem Apostoli, cum iterum viderint eum. Crementum enim faciunt scientiæ, et plenius fundantur in fide. Quantum affectum habuit circa credentes, ut hoc quod multo melius sibi esse dicit, non eligat: sed hoc velit, quod expediat multis, certus etiam Domino hoc placere, quod pro multorum salute proficiat. Quis non tertii cæli cupidus sperneret omnem **254** curam præsentem? quis non paradisi superioris desiderio omnia hæc postponeret? quis non verborum arcanorum memor humana eloquia devitaret? quis non post tanta exitia eligeret requiem? Sed quia charitatem omnibus anteposuit, hoc secutus est, quod proficeret fratribus.

(Vers. 27, 28.) *Tantum digne Evangelio Christi conversamini*. Dignam conversationem vult eos exhibere disciplinæ Dominicæ; ut non pœniteat eum voluisse remanere in carne. *Ut sive cum venero et videro vos, sive absens audiam de vobis quod stetit in uno spiritu, unanimes, pariter cum fide Evangelii certantes, et non pavescentes in quoquam ab adversariis, quæ est illis ostentatio interitus, vobis autem salutis*. Unanimes vult eos esse in fide et devotione contra adversarios, ut eadem audiat de illis absens, quæ vidit et præsens; ut in nullo paventes minas aut terrores adversariorum, custodiant fidem, scientes quia eis qui pro Christo tribulantur, ad salutem proficit: illis vero qui tribulant, ad perditionem.

(Vers. 29, 30.) *Et hoc a Deo donatum est vobis pro Christo, non solum ut in eum credatis, sed etiam ut pro illo patiamini, idem certamen habentes, quale et vidistis in me, et nunc audistis de me*. Quamquam Dei gratiam extollat in omnibus, ad laudem tamen illorum proficit, quod dicit quia Deus illis concessit pati pro Christo; non enim concedit vel donat nisi amatoribus Christi. Ideo dicit: *Pro Christo donatum est vobis*; ut a Patre Deo donatum sit diligentibus Christum, ut ad argumentum meritorum suorum patiantur pro Christo, et sequentes exempla doctoris sui, omni confidentia certent ad triumphandos, infideles.

CAPUT II.

(Vers. 1-4.) *Si qua ergo exhortatio in Christo, si quod solatium charitatis, si qua participatio spiritus, si qua sunt viscera et miserationes, implete gaudium*

^a Edit. Rom., *quæ est illis occasio interitus*.

meum, ut idem sapientes, eandem charitatem habentes, unanimes, unum sentientes, nihil fiat secundum irrationem, neque secundum inanem gloriam, sed in humilitate mentis alius alium existimantes superiorem sibi: non quæ sua sunt unusquisque contemplantes, sed quæ aliorum sunt. Hoc dicit, quia si est vera exhortatio spei in Christo apud vos, qua vos invicem consolamur, si solatium charitatis communis, si participatio Spiritus sancti, per quam jungimur in uno corpore novo, si qua sunt viscera, id est, si in animo vestro sum, sicut et vos in meo, si miserationes, hoc est, si affectus pietatis in amore est, implete gaudium meum. Hæc quæ enumerat, tunc vera probanda significat, si ista quæ subter mandat, fuerint servata; ut unanimes sint, et spiritu humiles, non se invicem provocantes, sed in charitate gaudentes; ut gaudium Apostoli plenum sit in eis. Sic ergo eos constringit, ut si hæc non custodierint, nec in cæteris probati videantur; ut quia in aliis nolunt se improbatos videri, ista quoque servant, ut perfecti sint. Sine dubio enim erant inter eos dissentientes et inquieti, et qui inani gloriæ studerent, contendere et vincere volentes cum animi atrocitate, ubi præmium non est: sed parit lites, et rumpit charitatem. Quæ enim potest esse plebs, in qua vasa aurea est argentea tantum sint, non et lignea et fictilia? Sed possunt exercitio boni immutata fieri aurea et argentea; quia non naturæ vitium est, sed voluntatis.

(Vers. 5, 6.) *Hoc enim sentite in vobis, quod et in Christo Jesu, qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se parem Deo*. Christus semper in forma Dei erat, quia imago est invisibilis Dei. Sed^c Apostolus de Dei Filio, cum incarnatus homo factus est, tractat dicens: *Hoc sentite in vobis, quod et in Christo Jesu*, id est, Deo et homine. Qui cum in forma Dei esset, inter homines utique conversatus, verbis et operibus apparebat esse Deus. Forma enim Dei nihil differt a Deo; ideo enim forma et imago Dei appellatus est, ut intelligeretur non ipse Pater esse Deus: sed hoc esse, quod Deus est. Hic ergo non rapinam arbitratus est esse se parem Deo; sciens enim in forma Dei se esse, non furatus est, ut diceret: *Ego et Pater unum sumus* (Joan. x, 30). Et alibi in Joannis Evangelio: *Propterea, inquit, persequerentur Judæi Jesum, quia non solum solvebat sabbatum, sed et Patrem sibi proprium dicebat Deum, æqualem se faciens Deo* (Joan. v, 18). Jure ergo exæquavit se Deo; ille enim arbitratur rapinam facere, qui se parem facit ei quo inferior est.

Sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens in similitudinem hominum factus, et habitu repletus ut homo. **255** *Humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis*. Christum igitur sciens in forma Dei se esse, æqualem se ostendit Deo: sed ut humilitatis legem doceret, Judæis se comprehendentibus non solum non repugnavit: Sed semetipsum exinanivit; hoc est, potestatem suam ab opere retraxit; ut humiliatus^b otiosa virtute infirmari

^b Nonnulli mss., *otiosa virtute infirmari*.

videretur. *Formam servi accipiens, dum tenetur et ligatur, et verberibus agitur, usque ad crucem factus obediens Patri, cui se æqualem sciebat, non sibi defendit æqualitatem, sed subiecit se. Hanc patientiam et humilitatem imitari nos docet, ut non solum cœqualibus non nos anteponamus; verumetiam inclinemus nos, auctoris nostri secuti exemplum. Formam tamen Dei non accepisse dicitur, sed esse in forma Dei: servi autem formam accepisse, dnm quasi peccator humiliatur. Servi autem ex peccato fiunt, sicut Cham filius Noe, qui primus merito nomen servi accepit (Gen. ix, 25). Non enim mihi, sicut quibusdam, videtur sic formam servi accepisse, dum homo natus est. Vide enim quid dicat: Hoc sentite in vobis, quod et in Christo Jesu, id est, Deo et homine. Ante incarnationem enim aut Christus potest dici, aut Jesus; quia simul ambo nomina et hominis filium, et Dei Filium significant. Nam ante nativitatem quid dicit inter cœtera? Petra autem erat Christus, et non tentemus Christum, sicut quidam eorum tentaverunt (1 Cor. x, 4). Ubi ergo aut Deum, aut hominem vult significare Scriptura, unum e duobus ponit: aut Jesum, aut Christum. Dei enim Filius cum homo natus sit, in forma Dei erat; quia cum homo videretur, opera Dei faciebat; ut in gestis rebus appareret Deus esse, qui tantum homo esse putabatur. Opera enim formam significabant, ut quia opera ejus, non utique hominis opera sunt, hic qui in opere vel forma Dei erat, Deus intelligeretur. Forma enim Dei quid est, nisi exemplum quo Deus apparet, dum mortuos excitat, surdis reddit auditum, leprosos mundat, et alia? Quomodo autem homini similis factus dicitur, si homo tantum erat: et qua ratione habitu repertus ut homo est, si non esset et Deus; nisi quia cum antequam se inclinari permitteret, semper in Dei virtute visus sit, postea infirmatus in habitu hominis repertus est? Nam in monte utique, quasi Deus apparuit (Matth. xvii, 2): et in mari pedibus ambulans, non solum homo, sed et Deus visus et intellectus est. Denique qui erant in navi, quid dicant? Vere Filius Dei est hic (Matth. xiv, 33). Ista ergo virtute cessante, velut homo visus est; ideo enim dicit quasi ut illud significet, quia et Deus est. Infirmitatis enim causa Deum dicit similem factum hominibus. Quod in subjectis aperit, dicens: *Humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Hinc est unde habitu repertus ut homo est; retinens enim virtutem suam, ne appareret in eo, ut homo visus est et occisus, qui mori nescit.**

(Vers. 10, 11, 12.) *Propter quod et Deus superexaltavit eum, et donavit ei nomen, quod est super omne nomen; ut in nomine Jesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, et infernorum: et omnis lingua confiteatur quia Dominus Jesus Christus in gloria est Dei Patris. Quid et quantum humilitas mereatur, ostendit; ut magis hanc appetemus, calcata jactantia. Unde dicit Salomon: *Superbis Deus resistit, hu-**

^a *Ms. Laud., aut non poterat filius divinitatis.*

*milibus autem dat gratiam (Prov. iii, 34). Quare et Dominus: Qui se, inquit, exaltaverit, humiliabitur; et qui se humiliaverit, exaltabitur (Luc. xiv, 11). Hæc est ergo humilitas, si sibi quis nec quod deberi novit, defendat. Denique Pharisæus ille (Luc. xviii, 11 et seq.), vera de se dicens, exaltasse se dictus est; ac per hoc humiliatus est: Christus autem plus fecit, qui cum Deus sit, caro factus hominibus se inclinavit. Nunc videamus quomodo donatum est Christo nomen, quod est super omne nomen, quasi egerit Filius Dei, aut imperfectus fuerit; qui enim eget, imperfectus est. Si enim in forma Dei erat, erat par et æqualis Deo; quomodo donatum est illi? Et enim donatum dicit, qui se humiliavit, et quasi homo apparuit, exinaniens se, factus obediens usque ad mortem. Si ergo perfectus natus est, quomodo eguit? Perfectum Dei Filium natum de Deo Patre qui negat, Arianus est; nam ante passionem, æqualem se Deo Patri ostendit, sicut et supra memoravi. Unde constat hunc natum esse perfectum; in nativitate enim sua omnia consecutus videtur. In plenitudine enim divinitatis est natus ad omnia agenda, quæ gessit; ut prius ²⁵⁶ donum accepisset, quam gereret, ad quæ agenda natus est. Videtur ergo donum Patris, hoc est, esse Filium, et nomen ejus super omne nomen sit, hoc est, esse Deum; nomen enim Dei sed per naturam, non per solam appellationem, super omne nomen est. Hinc est, *ut in nomine Jesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, et infernorum;* sicut ad Romanos significat, inter cœtera dicens: *Et ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula (Rom. ix, 5).* Quæ sint autem hæc omnia in epistola ista aperit dicens, cœlestia et terrestria et inferna: alia enim nulla sunt. Quibusdam tamen videtur homini donatum esse nomen, quod est super omne nomen, quod nullo genere, nulla ratione convenit. Si enim Christus Dei Filius idem ipse et homo est, non poterat Deus homo factus, sed manens Deus, his egere quæ habebat: aut si secundum quod homo erat, his egebat, quæ Dei sunt, ipse sibi Dei Filius Deus dedisset, quæ deerant ei juxta quod homo erat. Quod quidem ab insipientia dicitur. Et quare Pater dicitur dedisse, cum ipse qui homo factus erat, nihil de haberet? ^a aut non poterat Filii divinitas corpori suo et animæ præstare, quæ deerant? Sed forte quia a Deo Patre sunt omnia, ideo ipse dicitur dedisse. Si ergo a Patre omnia, quare non dicatur cuncta Filio suo per generationem dedisse? Et quamvis æqualem sibi genuerit Filium, ordo tamen exigit ut in nomine Patris agantur omnia. Hoc Pater concessit Filio post crucem, ut omnia in nomine Filii salventur. Denique dicit Dominus de discipulis ad Patrem: *Pater, quos dedisti mihi, custodivi; tui enim erant, et mihi eos dedisti (Joan. xvii, 12).* Et ad discipulos ait: *Usque modo nihil petistis in nomine meo; petite, et accipietis (Joan. xvi, 24).* Hoc ergo natus accepit, ut post crucem manifestaretur, quid a Patre dum generaretur, acceperit.*

* Nomen enim tunc accepit a Patre, cum a creatura A cœpit sciri; cognoscitur enim quid propter hæc quæ ge-sit, antequam generet, acceperit. Denique ante erucem dixit: *Omnia mihi tradita sunt a Patre meo* (Math. xi, 27). Quomodo ergo hoc ad corpus potest referri, ut Dei nomen corpori sit donatum; cum cœstet Christum hominem esse et Deum; quia nec dignum est, ut Deus immutetur in carnem; neque caro hoc possit effici, quod est Deus? Sed forte ut adoptione Deus esset, et hic color est; incipiet enim ex parte Deus verus esse Christus, et ex parte adoptivus, aut duo dii. Sed aliud Scriptura significat: illi enim donatum significat, qui se exinanivit, qui formam servi accepit, qui in similitudinem hominis factus est homo, qui Patri obedivit. Si homo Deo Patri obedivit, quid magnum est, quod dixit Apostolos? Sed hoc magnum est, quia cum æqualis esset, obedivit. Et quid laudis est, si in similitudinem hominis factus est homo; ut homini similis homo factus dicatur? Sed non potest fieri; nemo enim in similitudinem sit alicujus, nisi alius sit, antequam fiat in similitudinem cujus vult; per causam enim similis factus est, non per substantiam. Et quis est, qui se exinanivit? ^b Homo. Ergo habebat. Et quomodo accepit? Sed quid poterat se exinanire homo res infirma? Et in forma Dei numquid homo erat? Sed forte ^c homo in forma Dei Filius erat. Age, Filius Dei in cujus forma erat? Et si jam homo in forma Dei, hoc est, Filius Dei erat, jam ante passionem perfectus erat. Non ergo post passionem aliquid accepit. Sed videamus, quid de eo scriptum sit: *Propter quod superexaltavit eum Deus, et donavit ei nomen, quod est super omne nomen; ut in nomine Jesu omne genu flectatur, caelestium, terrestrium, et infernarum: et omnis lingua confiteatur, quia Dominus Jesus Christus in gloria est Dei Patris.* Consideremus nunc dicta, et sic advertamus vim locutionis. Certe nomen, quod super omne nomen est, Dei nomen est. Sed si per naturam non constat hoc nomen non est super omne nomen; appellativum enim nomen in solo vocabulo est, non in nobilitate naturæ: et adoptivo Deo non flectit creatura genu, sed vere, non concreaturæ. Et quomodo fieri potest, ut homo sit in gloria Dei Patris? Etiamsi adoptivus Deus sit homo, in gloria Dei Patris non potest esse; nam ei hoc competit, qui natus est de Deo. In gloria enim Dei Patris esse, nihil differre a Deo est; ut una gloria sit Patris et Filii per communem substantiam et virtutem; est enim hæc unitas naturæ. Quid, rogo, contrarium est, si Filius donum a Patre accepisse dicatur; cum omnia **257** Filii a Patre sint, a quo et cuncta esse creduntur? Substantiam autem Dei idcirco naturam dicimus; quia natus de illa Christus est.

(Vers. 12, 13.) *Itaque, dilectissimi mihi, sicut semper obedistis, non in præsentia mei tantummodo, sed multo magis nunc in absentia, cum timore et tremore vestram ipsorum operamini salutem; Deus est enim,*

^a Vet. edit. ac mss. aliquot, *Non enim tunc accepit,*

^b Laud. cod., *Homo. Ergo agebat.*

qui operatur in vobis, et velle et operari pro bona voluntate. Deum bonos comatus adjuvare testatur; omnem enim gratiam semper reportat ad Deum; et nostrum sit velle, perficere vero Dei. Nam quis vinceret Principes ac Potestates, rectores tenebrarum harum, spiritalia nequitia in caelestibus, nisi solus Deus, quos causa invidiæ inimicos habemus? Indignantur enim nos dici filios Dei. Non ergo verum est, quod hortatur: sed ut more solito subditi sint Evangelio, curam propriæ conversationis habentes; bona enim conversatio salutem operatur.

(Vers. 14-18.) *Omnia facite sine murmurationibus et hesitationibus, ut sicut irreprehensibiles et simplices, sicut filii Dei, immaculati in medio nationis graves et perverse: inter quas lucetis sicut luminaria in mundo, B verbum vite continentes ad gloriam mihi in die Christi; quia non in vacuum cucurri, nec in irritum laboravi. Sed etsi immolor super sacrificium et ministerium fidei vestræ, gaudeo et gratulor omnibus vobis. Ob idipeum autem et vos gaudete et congratulamini mihi. Ut fidei et operum suorum fructus possint habere, commonet ut omnia, quæ ad disciplinam pertinent christianam, sine hesitationibus faciant et murmurationibus; quia si negligenter et indevotè aliquid agitur, ad effectum non pervenit, quia in reprehensionem cadit: sed ut omni simplicitate operentur, quasi filii Dei immaculati, ut memores professionis suæ respondeant; ut inter diffidentes tam clari appareant vita, conversatione, moribus, quemadmodum sol et luna inter stellas splendore sublimis sunt. Sicut enim stellæ, apparente sole, obscurantur; ita iniusti et infidi præsentibus fidelibus et justis, turpes et deformati videntur; ut gloria sit Apostoli in adventu Filii Dei, cujus plantatio tales edidit fructus. Labor enim et efficacia ejus tunc probabitur non esse inania. Itaque etsi immolor, ait, super sacrificium et ministerium fidei vestræ, gaudeo. Si enim oppressus fuerit a perfidis, cur eos aggregaverit suæ conspirationi, gratulandum sibi significat; scit enim effectum, habere mortem suam. Magna enim læstitia est, si patitur quis pro eis, in quibus nihil proficit. Quamobrem gaudere se in illis, et eos congratulari sibi debere testatur; ut invicem participes sint gaudii communis et plebs et magister idoneus.*

(Vers. 19-24.) *Spero autem in Domino Jesu Timotheum in brevi me mittere ad vos; ut et ego bono animo sim, certior de vobis factus. Neminem enim habeo tam unanimem, et qui sinceram circa vos sollicitudinem gerat; nam omnes quæ suæ sunt, querunt, non quæ Jesu Christi. Probationem autem ejus novitia, quod ut filius cum patre mecum servivi in Evangelio. Hunc ergo spero me missurum confestim, ut videro quæ circa me sunt. Confido autem in Domino, quod et ipse cito ad vos veniam. Absoluta sunt hæc, nec interpretatione egent; post epistolam enim istam Timotheum se missurum significat, per quem ad fidem agnoscat, quæ circa hos agantur. Erat enim Apostolo unani-*

^c Nonnulli mss., *homo in forma filii Dei erat.*

nia; quare et circa eos sollicitior signatur, non sicut quidam, qui dum semetipsos commendare volebant, negligentes erant de disciplina et conversatione fratrum. Non enim devoto animo prædicabant, sed propter propria lucræ. Et quia Timotheus vir erat egregius, dicit quia probatum hunc habebat; qui erat cum eo et filius charissimus, deorviens Evangelio Christi. Ideo hunc Filium dicit, quia ab ipso fuerat ordinatus: ^a hunc se præmittere, se quoque in brevi iterum ad eos.

(Vers. 25, 26, 27.) *Necessarium vero arbitratus sum Epaphroditum fratrem et commisionem meam, vestram autem apostolorum, et ministerium operis mei, nittere ad vos; quandoquidem desiderabat vos omnes, et impatienter sollicitus erat, eo quod audieratis illum infirmatum fuisse. Et enim infirmatus est prope mortem: sed Deus misertus est illius, non solum autem ejus, sed et mei; ne tristitiam super tristitiam haberem.* Omnia hæc manifesta sunt; Epaphroditum enim significat se missurum cum ista epistola ad eos. Iavicem enim desiderio sui morbi erant infirmitatis ejus curæ, et populus et Epaphroditus; ut viso **25** eos, recrearentur de recuperata salute ejus, et ille careret sollicitudine, quam videndi eos gerebat. Erat enim eorum apostolus ab Apostolo factus, dum illum ad exhortationem eorum mittebat ad eos: et quia vir erat bonus, desiderabatur a plebe. Quid ergo est ut præsentis Apostolo, qui mortuos suscitabat, hic Epaphroditus infirmaretur usque ad mortem? Numquid non oravit pro illo Apostolus, et non impetravit, ut citius sanaretur? Sed signa infidelium causæ sunt; nam huic non ad detrimentum contigit ægrotatio, sed ad augmentum. Probationes enim diversæ sunt credentium; alius enim per ægrotudinem, alius amissione charorum, alius per damnum pecunie, alius per tribulationes probatur, si in necessitate stabilis inventiatur, auxilium a diversa parte non quærens, ut augmentum faciat meritorum. Non ergo contempta est postulatio Apostoli, sed melius provisum est, pro quo petebat. Quid autem illud est, ut eum de excessu fratrum in alia epistola non contristari debere admoneret; in hac autem contristandum se, si exisset Epaphroditus a corpore, significat? Tristitiam se, si exisset, habituram dixerat super tristitiam, quam habebat de infirmitate ejus; erat enim necessarius Ecclesiis. Nam ad Thesalonicenses: **Videte**, ait, *ne contristemini de dormientibus, sicut et ceteri qui non habent spem* (1 Thess. iv, 12). Se autem sic tristem futuram dixerat de excessu Epaphroditus, quia solatium ejus et auxilium requirebat; non tamen ut quasi perditum lugeret.

(Vers. 28.) *Sollicitus itaque misi eum, ut cum illum videritis, iterum gaudeatis, et ego meliori animo sim.* Affectionem mutuam habuisse Epaphroditum et plebem Philippensium significat, quem videntes iterum in lætitiâ se excitarent, et Apostoli animus

^a Rom. edit., *hunc operat præmittere, et se quoque in brevi venturum ad eos.*

lætaretur; quia meliori animo fit, quæ ad charas suos nallit revisendos.

(Vers. 29, 30.) *Exoptate ergo illum in Domino cum omni gaudio, et hujusmodi in honore habete; quia propter opus Christi usque ad mortem accessit, in interitum tradens animam suam; ut suppleret id quod vobis deerat circa meum officium.* Quamquam individua esset charitas Epaphroditiet plebis; tamen etiam ab Apostolo commendatur, ut amplius chariorem illum faciat; maxime propter hos, qui forte tam chari non essent circa ejus affectum; in omni enim plebe diversitas est. Hinc est unde et prælium ejus memoret, quod non dubitavit propter opus Evangelii emori: hoc est, non deterritus est minis et pressuris infidelium, sed perstitit in exhortatione fidelium; ut impleveret quod deerat plebi in traditione juxta dispensationem Apostoli. Qui ergo a morte non retrahit animam suam in interitum, hanc tradit juxta vitam presentem, sicut et Dominus dicit: *Qui enim voluerit animam suam salvam facere, perdet eam* (Matth. xvi, 2). Perditio hæc interitus est; quia secundum mundum qui animam suam tradit pro Christo, amittit eam; in futurum tamen conservabit eam.

CAPUT III.

(Vers. 1.) *De reliquo, fratres mei, gaudete in Domino. Eadem scribere vobis mihi quidem non est pigrum, vobis autem necessarium.* Ostendit sollicitudinem suam, quam gerit circa profectum illorum; quia impiger est ad scribendum eis, quæ necessaria sunt utilitati illorum.

(Vers. 2.) *Videte canes, videte malas operarios, videte concisionem.* Illos designat, qui invidentes gentibus pravitate colloquiorum suorum everterant Galatas, suadentes eis ut circumciderentur. Quos omni genere vitandos et spernendos, docet, quasi canes qui primum oblatrant, dehinc moram sævo male operantur in carnem.

(Vers. 3, 4.) *Nos enim sumus circumcisio, qui spiritu Deo servimus; et gloriamur in Christo Jesu, et non in carne fiduciam habemus; quamquam ego habeam fiduciam et in carne.* Manifestum est quis credentes ipsi circumcidunt cor suum; ut amputata erroris nebula, aspiciant et agnoscant Dominum creaturæ. Hec est spiritu Deo servire, et gloriam in Domino Jesu Christo, qui legem spiritus dedit, ut carnis gloria eximiretur; Apostolus tamen etiam hanc fiduciam habebat, ut si, vellet, glorisretur de carnis circumcissione: sed sciens vacuam esse hanc gloriam, repudiavit eam.

(Vers. 5, 6, 7.) *Si quis videtur confidere in carne, ego magis, circumcisus octava die, ex genere Israel, de tribu Benjamin, Hebræus ex Hebræis, secundum Legem pharisæus; secundum annulationem persequens Ecclesiam Dei, secundum justitiam quæ ex Lege est, conversatus sine querela.* Sed quæ mihi lucra fuerant, **259** hæc arbitratus sum propter Christum damna. Quantum ad Legis culturam pertinet, et ad ejus ju-

^b Rom. edit., *Si quis alius videtur ego magis, circumcissions octavi diei.*

stitiam servandam, et ad studium hæresis Pharisæorum, et juxta zelum traditionis paternæ in persecuendo Ecclesiam, hic parem non habuit; in cæteris enim erant consortes ejus, qui similiter essent natura Judæi. Sed quæ lucra videbantur juxta humanum sensum, ^a comparatione Christi inventa sunt damna. Quare damna, nisi quia jam tempus non erat, ut Lex servaretur? inania enim erant hæc omnia, et impedimenta, ne accederetur ad gratiam; et quia hæc sunt carnalia, nostra vero spiritualia. Ideo autem de tribu se dicit Benjamin, ut genus suum ^b extolleret super hos, qui de patriarchis concubinarum Jacob filiis ducunt originem, aut propter illos, qui erant proselyti. Unde dicit: *Ego magis, circumcisione octavi diei, ex genere Israel; ut ostenderet primum se esse inter Judæos: sed hoc se contemnere propter spem promissam a Christo. Hebræi tamen propter Abraham dicti sunt; immutata est enim littera propter sonum, ut non vocarentur Abreæi, sed Hebræi: ut apud veteres cum diceretur medidie, et esset absurdum, immutata est littera, ut diceretur meridie. Si enim origo ex Abraham est, ex ipso trahi debet et nomen, non ex Heber, qui sexta generatione est super Abraham (Gen. xi, 14). Si enim in Abraham reformari cœpit genus hominum, et ipse est pater fidei, ex ipso et nomen et lingua Hebræa. Prima enim lingua, quæ erat sine nomine, cum huic redditur, ex eo nomen accipit. Nam nulla causa est, ut ex Heber trahat nomen; Abraham enim Chaldæus fuit, ^c non tamen Hebræi Chaldæam linguam habent.*

(Vers. 8-11.) *Verum quidem omnia arbitror damna esse propter eminentiam scientiæ Christi Jesu Domini mei, propter quem omnia damna duxi, et arbitror stercora; ut Christum lucrifaciam, et ut inveniar in illo non habens meam justitiam, quæ ex Lege est: sed eam quæ est per fidem Christi, quæ ex Deo est, justitiam super fidem ad cognoscendum eum, et virtutem resurrectionis ejus, et communicationem passionum ejus, conformans me morti ipsius; si quo modo occurram ad resurrectionem, quæ est ex mortuis. Cum superius de genere Abrahæ, et de Lege, et de justitiis ejus, et meritis observantium loqueretur, hæc omnia detrimentum deputans ad comparationem promissionum Salvatoris, nunc addit non solum hæc: Sed et omnia damnum esse propter eminentiam, inquit, scientiæ Christi Jesu Domini mei. Post legem et justitias ejus, quæ erunt hæc omnia; nisi ut ipsi vitæ corporis animæque anteponatur agnitio Christi? Si enim, ut dicit ad Colossenses, in Christo sunt omnes thesauri scientiæ et scientiæ absconditi (Coloss. ii, 3); cuncta quæcumque sunt, nullius momenti ducenda sunt, ut ad excellentiam scientiæ et scientiæ hujus pervenire contingat. Sufficit ergo, immo exuberat justitia, quæ ex fide est, non ex Lege ad salutem, quæ*

^a Codex Laud., comparationis Christi in veritate sunt damna.

^b Rom. edit., extolleret, sive propter hos, qui, etc.

^c Mss. aliquot, non tamen Chaldæi linguam habent Hebræam.

^d Rom. edit., Non quod apprehenderim, aut jam

A ex cognitione Christi gratia Dei indulta est. Cognitione enim mysterii incarnationis, et passionis, et resurrectionis ejus perfectio vitæ est, et thesaurus sapientiæ; ubi enim sapientia, ibi est et vita; quia vita non est, ubi stultitia est. Denique Salomon: *Stultus, ait, per risum agit mala (Prov. x, 23). Qui enim intelligit sui causa Christum hominem factum et passum, et victa morte resurrexisse, contemptis et spretis omnibus, hunc sequitur, cujus præsidio videt se a morte liberatum, quærens causas ad promerendum eum; ut vel in aliquo illi vicem possit reddere, ut adhuc majora consequi mereatur promissa in resurrectione.*

(Vers. 12.) ^d *Non quod jam acceperim, aut jam justificatus sim, aut jam perfectus sim: sequor autem, si comprehendam, in quo et comprehensus sum a Christo Jesu. Quoniam in tota epistola gaudere se testatur in eis, et laudat obedientiam eorum et fidem; ne forte quasi homines inflatione, eo quod jam digni essent, extollerentur: nunc per suam personam adhuc deesse sibi ad justificationem implendam aperta voce declarat, ut contendant addere in operibus bonis. Si enim hic qui tanta præditus dignitate est, adhuc deesse sibi perfectionem confitetur; quanto magis hi intelligerent elaborandum sibi esse, ut justificationum merita adipiscerentur! Ideo subjeit: Sequor autem, inquit, ut comprehendam, in quo et ut comprehensus sum a Christo. Dum enim errore et æstu mentis fluctuaret, ²⁶⁰ de via Domini diffidens, misericordia Dei quasi fugientem gratiam Christi comprehendit eum in via, euntem ad conturbandam et affligendam Ecclesiam, ad hoc ut donum Dei ^e addisceret, et gratiam quam refutabat, et sciret pro hac etiam mori lucrum esse: ideoque non se posse obeasse credentibus, sed sibi, si non crederet, qui rem salutarem per ignorantiam insequabatur. Ad hoc ergo comprehensus est, ^f id est, a præscientia Dei requisitus inventus est, et didicit mysterium Christi; ut in omni vita sua augmentum faciens meritorum, comprehendat destinatum præmiium, promeritus eum, quem didicit sui causa occisum.*

(Vers. 13, 14.) *Fratres, ego me non arbitror adhuc comprehendisse. Unum autem, quæ quidem retro sunt obliviscens, ad ea autem quæ ante sunt, extendens me, secundum destinatum insequor ad palmam supernæ Dei vocationis. Hoc est quod supra dixit, quia ideo laborare se significat, ut quotidie in melius proficiat, semper extendens se ad potiora; ut illa quæ retro acta sunt obliviscens, mellora sectetur: non quia mala sunt, sed quia parva sunt ad meritum collocandum: in melius autem proficiendum, ut ad destinatum cœlestis præmiium occurratur; causa enim tam admirabilis et invisibilis præmiium non leviter utique certandum esse pronuntiat.*

perfectus sim: sequor autem si quomodo comprehendam.

^e Nonnulli mss., addisceret, cujus gratiam refugiebat.

^f Gill. in marg. et Rom. edit. in corp. cum mss. quibusdam, id est, a præsentia Dei:

(Vers. 15.) *Quotquot ergo perfecti sumus, hoc sentiamus.* Superius perfectum esse se negat, sed juxta promissum, ut adhuc addatur ad meritum : ad comparationem autem cæterorum, qui res divinas negligentius curant, perfecti dicendi sunt, qui adhibita solertia, perfectionis iter ambulant. Hoc ergo sentiendum est, ut in melius proficiant. *Et si quid aliter sentitis, id quoque vobis Deus revelabit.* Hoc dicit, ut si quid amplius ad culturam melioratæ conversationis excogitaverint, Dei existiment donum esse, ne per hoc inflarentur.

(Vers. 16.) *Verumtamen ad quod pervenimus, ut idem sapiamus, et in eo ambulemus.* Ne qua hinc oriretur præsumptio, et putaretur quod a Deo non erat revelatum; ideo subjecit dicens : *Ad quod pervenimus, ut idem sapiamus;* hoc est, non extra regulam disciplinæ sapere in conversatione fidei : sed hoc sapere, quod commune sit et modestum in evangelica veritate.

(Vers. 17, 18, 19.) *Imitatores mihi estote, fratres, et considerate eos, qui sic ambulant, sicut habetis formam nostram.* Vult illos sollicitos esse, ne pravorum hominum subtilitate capiantur, et notare unumquemque qualiter et conversetur et doceat; ut his jungantur, in quibus sensum magistri sui agnoverint. *Multi enim ambulant, quos sæpe dicebam vobis, nunc vero et flens dico, inimicos crucis Christi : quorum finis est interitus, quorum Deus venter est, et gloria in confusione illorum, qui terrena sapiunt.* Hi quos significat, e numero eorum sunt, qui Galatas everterant. Cum dolo enim ambulantes, Ecclesias Dei subvertebant, sub nomine Christi judaismum colendum prædicantes, quasi sibi Christus promissus sit. Quos cum dolore et lacrymis memorat; quia saluti credentium obsistebant, de cibis edendis, et non edendis quæstiones moventes, quasi salus in esca sit, aut venter Deus, quem juxta legem mundis escis delectari putabant, gloriantes in pudendis circumcisis; hoc est, terrena sapere : qui autem spiritalia sapit, in fide, in spe, in charitate gloriatur. ^b Ad locum autem hunc non pertinet, ut quæstus causa aut gulæ dixerit : *Quorum Deus venter est.*

(Vers. 20, 21.) *Nostra autem conversatio in cælis est; unde et Salvatorem expectamus Dominum nostrum Jesum Christum, qui transfigurabit corpus humilitatis nostræ conforme corpori gloriæ suæ, secundum operationem suam, qua possit etiam subjicere sibi omnia.* Spiritalia curantes in cælis agere dicuntur, cum ipsi adhuc sint in terris; quomodo mali Principes et Potestates, cum sint adhuc ipsi in armamento, conversatione tamen in terris sunt. Christianorum ergo actus in cælis sunt, ubi et spes salutis eorum est, qui est Christus, quem omnis fides expectat ad transfigurationem corporis carnis; ^c ut quod ex

A humo est, indutum spiritali veste, conforme efficiat adventu majestatis suæ corpori gloriæ suæ, juxta operationem suam, id est secundum virtutem suam, *qua possit subjicere sibi omnia* : hoc est, quia per resurrectionem mortuorum et immutationem in gloria apparebit virtus Domini **261** manifestata, comprimens omnes Principes et Potestates; ut manifestetur ipse Deus et Dominus esse omnium.

CAPUT IV.

(Vers. 1.) *Itaque, fratres mei charissimi et desideratissimi, gaudium meum et corona, sic stete in Domino, dilectissimi.* Commonet ut in eadem fide perseverent; gaudium enim ejus ad præsens constantia illorum est, et in futurum corona. Discipulis enim in agone victoribus, dignus erit corona magister.

B (Vers. 2, 3.) *Evodiam rogo, et Syntychen obsecro idem sapere in Domino. Et te rogo etiam, germane compar, adjuva illas, quæ laboraverunt mecum in Evangelio cum Clemente, et cæteris, qui sunt mihi participes operum, quorum nomina sunt in libro vitæ.* Evodiam et Syntychen ^d ad prudentiam amplificandam hortatur, adjuvantibus quos memorat, ut sicut in operibus Evangelii profecerant, proficerent et in scientia et sapientia Dei, quos omnes merito fidei in libro vitæ haberi pronuntiat.

(Vers. 4.) *Gaudete in Domino semper, iterum dico, gaudete.* Lætus Apostolus in operibus et fide eorum, ad cumulandam alacritatem suam exoptat illos in hoc studio proficientes, in Domino semper gaudere; hoc est enim quod iterat, ut se vera affectione gaudere in illis ostendat.

(Vers. 5, 6, 7.) *Modestia vestra nota sit omnibus hominibus, Dominus prope est. In nullo solliciti sitis : sed per omnia oratione et prece, cum gratiarum actione postulationes vestræ innotescant apud Deum. Et pax Dei, quæ exsuperat omnem mentem, custodiat corda vestra, et sensus vestros in Christo Jesu.* Nunc exemplo eorum alios vult lucrari; cum enim modestia eorum manifestata fuerit, id est, rationabilis conversatio, lucebunt opera eorum, et non deerant, qui imitentur bonum illorum; ut non solum propriorum gestorum, ^e sed et aliorum augmentum consequantur; ut sicut dictum est (*Psal. cxxvii, 2*), labores fructuum suorum edant. Quando enim fructus operum suorum alios acquirit ad opus bonum, labores eorum qui ^d acquisiti sunt, proficiunt eis, quorum exemplo bona opera imitari cœperunt. Dominus, ait, *prope est.* In nullo solliciti sitis : hoc est, præparatos esse debere, et vigilare in oratione et prece, Deo gratias agentes, seposita mundi sollicitudine, illud sperare, et ante oculos habere, quod Dominus repromisit, unde et gratias ei agendas docet; Domino enim imminente, sollicitudo sæculi cessat. Ut quid enim solliciti sint de re cito peritura? Ac per hoc, *postulationes vestræ*

^a Rom. edit., et gloria in pudendis illorum.

^b Eadem Rom. edit., Ad locum autem hunc pertinet.

^c Mss. nonnulli, ut quod ex uno est.

^d Eras. et seq. edit., ad prudentiam amplezandam.

^e Rom. edit., sed per omnem orationem et precem.... notæ fiant, etc.

^f Quidam. mss., quæ exsuperat omnem sensum.

^g Codex Laud., sed et aliorum meritum.

notæ, inquit, *fiant apud Deum*. Quæ notitia assiduitate sit, et vigilantia orationis. Tunc demum munitionibus pacis suæ, quæ omnem exsuperat mentem, custodiat corda vestra in Christo Jesu. Hoc ideo dixit, quia cum Deo qui habet pacem, non timet omnem mentem adversam; tutus enim est pace Dei omnis diligens Deum in Christo Jesu. Quis enim non metuat eum, quem scit Dei esse amicum?

(Vers. 8, 9.) *Quod reliquum est, fratres, quæcumque sunt vera, quæcumque magnifica, quæcumque justa, quæcumque sancta, quæcumque amabilia, quæcumque laudabilia, si qua virtus, si qua laus disciplinæ: hæc cogitate. Quæ et didicistis, et accepistis, et audistis, et vidistis in me; hæc agite, et Deus pacis erit vobiscum*. In conclusione, quæ reliqua erant, ad imitationem perfectionis exponit; ut ea quæ non solum in vituperationem non cadant, verum etiam laude digna sunt, et cogitantes et agentes, secuti formam Apostoli, Deum pacis habeant secum. Deus noster verè Deus pacis est, qui non rogatus quasi potens, non timidus quasi infirmus ad pacem hortatur, in tantum ut et peccata in se commissa concedat; cum possit utique terrore manifestatæ potentis, et ineffabilis magnitudinis suæ etiam invitos non ad pacem cogere, sed ad subjectionem. Sed huiusmodi pax mundi est, non Dei, cuius ipsa natura pax est.

(Vers. 10.) *Gavisus sum autem in Domino magnifice, quod tandem aliquando restoruitis ad hoc, ut pro me sentialis, in quo et sentiebatis; occupati enim eratis*. Nunc alacritatem suam propensiolem factum ostendit; quia in quo negligentiores facti fuerant, adhibita solertia, opus pristinum iterarunt, memores facti Apostoli sui; ut fructus suos ad eum mitterent condendos in horreo cœlesti, ubi neque tineæ, neque rubigo exterminant (Math. vi, 19).

(Vers. 11, 12, 13.) *Non quasi propter penuriam dico; ego enim cognovi in quibus sum sufficiens esse. Scio et abundare, scio et humiliari (ubique et in omnibus imbutus sum) et saturari, et esurire, et abundare, et penuriam pati: omnia possum in eo, qui me confortat*. Non se sui causa in hoc eorum opere gaudere, sed in profectu eorum ipsorum se ante omnia contentum, Deo adjuvante, testatur; ut neque de penuria contristaretur, neque de abundantia exsultaret, sciens quia et abundantia frequenter extollit, et tolerata penuria divites cœlestes acquirit. Horum tamen opera in se benigna declarat; multorum enim necessitatibus profuit.

(Vers. 15, 16, 17.) *Scitis autem et vos, Philippenses, quia in principio Evangelii, cum profectus sum a Macedonia, nulla mihi Ecclesia communicaverit in ratione dandi et accipiendi, nisi vos soli; quia in Thesalonica cum essem, semel et iterum usibus meis misistis:*

^a Mss. Vall., *terrorem manifestare potentis suæ... et etiam invitos, etc.*

^b Rom. edit., *magno opere, quod... restoruitis, ut*

non quia munus quarum, sed require fructum crescentem in rationem vestram. Hæc fideliter commemorat, ut audientes in memoria et laude esse opera sua, non debent illa accepto ferri apud Deum, sed magis studium fidei adhibeant.

(Vers. 18.) *Percepi tamen omnia, et abundo: repletus sum acceptis ab Epaphrodito, quæ a vobis missa sunt in odorem bonæ suavitatis, hostiam acceptabilem, placentem Deo*. Non otiose commonet debere fieri, nec aliunde hortatur, quod factum proficitur; nisi quia aut negligentius, aut minus copiose, sicut solitum erat ab eis fieri, factum videbatur; ut reminiscens priorum operum, scirent se minus fecisse, quam cœperant. Licet enim non improbet factum, sed significet devotiores illos ante in opere hoc fuisse; tamen gratum esse, et accepto ferre Deum, quasi sacrificium placitum. Denique Dominus ait: *Facite elemosynam, et ecce omnia munda vobis sunt* (Luc. xi, 41). Quam gratum ergo opus est, ut omnem maculam hominis et sordes emundet!

(Vers. 19.) *Deus vero meus impleat omne desiderium vestrum secundum divitias suas in gloria in Christo Jesu*. Ideo discrevit, dicens: *Deus meus*; ut secundum ea quæ præstabat meritis ejus, auxilia adessent, et desideris eorum, in copia magnitudinis bonitatis suæ in gloria Christi Jesu. Gloria est Christi Jesu, cum Dei nutu christianorum implentur desideria secundum evangelicam disciplinam.

(Vers. 20.) *Deo autem et Patri nostro gloria in sæcula sæculorum, amen*. Hic non discrevit, sed generaliter ait: *Deo et Patri nostro gloria*. Deus est propter timorem, Pater autem honoris causa, et quia ab ipso est omnis origo; ipse enim dixit in Malachia propheta: *Si Deus ego sum, ubi est timor meus? et si Pater ego sum, ubi est honor meus* (Malach. i, 6)?

(Vers. 21.) *Salutate omnem sanctum in Christo Jesu*. Hunc salutate in Christo Jesu, qui se sanctificat; ut Christo dignus habeatur, qui dixit: *Sancti estote; quoniam ego sanctus sum, Dominus Deus vester* (Levit. xix, 2).

(Vers. 22.) *Salutant vos qui mecum sunt fratres*. Salutatio fratrum solatium invicem præstat, quasi imagines enim exhibet divulsorum. *Salutant vos omnes sancti, maxime qui de Cæsaris domo sunt*. Hos significat propensiolem affectum habere circa eos, qui de domo Cæsaris sunt, istos et potiores supra memoratis ostendit fratribus; quia hos et sanctos appellat.

(Vers. 23.) *Gratia Domini nostri Jesu Christi cum spiritu vestro, amen*. Quoniam de Salvatoris personæ quæstiones oriuntur, hic ut soliditatem in eo divinitatis approbet, tuitionem gratiæ ejus spiritui nostro exoptat.

pro me sentialis id, quod sentiebatis.

^c Rom. edit., *et acceptum fieri apud Deum.*

^d Rom. edit., *Ille salutatur in Christo Jesu.*

IN EPISTOLAM B. PAULI AD COLOSSENSIS.

263 PROLOGUS.

Colossenses pseudoapostoli evertere nitebantur, ut post prædicationibus Epaphræ sive Archippi philosophicis disputationibus irretirent simplicitatem mentis eorum: ne spernerent rationes elementorum, quibus quasi gubernatur vita humana. Idcirco hos Apostolus hortatur per epistolam, et admonet ne alicui præter Christum aliquam esse spem putarent, et deciperentur.

CAPUT PRIMUM.

(Vers. 1, 2, 5.) *Paulus apostolus Christi Jesu per voluntatem Dei, et Timotheus frater, his qui sunt Colossis, sanctis et fidelibus fratribus in Christo Jesu. Gratia vobis et pax a Deo Patre nostro, et Domino Jesu Christo. Caput epistolæ solito more scribit ad eos, in quo et sanctis et fidelibus fratribus litteras se ordinare prosequitur, quibus exoptat Dei gratiam manere per Christum.*

(Vers. 3, 5, 6.) *Gratias agimus Deo et Patri Domini nostri Jesu Christo, semper pro vobis orantes, audita fide vestra in Christo Jesu, et dilectione, quam habetis in omnes sanctos propter spem, quæ reposita est vobis in cælis, quam ante audistis in verbo veritatis Evangelii, quod pervenit ad vos, sicut et in universum mundum. Quoniam dignum habuit Deus credere istis Filium suum, gratias ei refert in orationibus suis. Deinde propter charitatem, quam habebant in sanctos, a fidi quia pro hac spes firma est apud Deum, qua remuneraturus creditur credentes et diligentes se invicem, auctore Christo, cujus nomen pervenit ad omnes gentes, ut multiplicentur in fide ejus.*

(Vers. 7, 8.) *Et est fructificans et crescens, sicut et in vobis, ex qua die audistis et cognovistis gratiam Dei in veritate, prout didicistis ab Epaphra dilecto conservo nostro, qui est fidelis pro vobis minister Christi, qui etiam notam fecit nobis vestram dilectionem in spiritu. In exemplum cæterarum gentium nos crescere et fructum vitalem facere ælaci sermone prosequitur; ut ex eo quod Dei gratiam perceperunt, proficerent et numero et opere, adjungentes fidei suæ qui fierent fratres eorum in Christo. Exemplo enim bonorum operum illorum attracti sunt multi, teste illis Epaphra, qui eis ministravit gratiam Christi vice Apostoli, quam statim imbiberunt ut potum spiritalem in Domini charitate, quæ non in carne est, sed in spiritu.*

(Vers. 9, 10.) *Idcirco et nos ex qua die audivimus, non cessamus pro vobis orantes et postulantes; ut impleamini agnitione voluntatis ejus in omni sapientia et intellectu spiritali in hoc, ut ambuletis digne eo ad omne plerumque in omni opere bono. Audieus Apostolus devotam ac promptam voluntatem illorum circa*

A fidem Christi, orat pro eis; ut propensius agnita voluntate Dei, rationabili opere explerent devotionem, quam audita fide Christi didicerant, ne tam fida mentis dictio, et robor fidei, dum inconsulte aliquid et imperite conficeret, laboris sui fructum amitteret. Hoc enim libenter accepto fertur, quod devoto sit animo, et prudenter.

(Vers. 11, 12, 13.) *Fructificantes et crescentes in agnitionem Dei, in omni virtute robor capientes secundum potentiam gloriæ ejus in omnem patientiam et longanimitatem, cum gaudio gratias agentes Deo et Patri, qui vocavit vos in partem sortis sanctorum in lumine, qui liberavit nos a potestate tenebrarum, et transtulit in regnum Filii charitatis suæ. Incrementum operum eorum cum scientia vult fieri, ut non ignorent fidei suæ spem; tunc enim firmi et stabiles sunt, si advertant quæ pro fide promissa sunt, et quanta sit potentia gloriæ majestatis Dei in patientia; ut longa expectatione sustineat humanum genus, quod irreverentia sua non solum negligit Creatorem, verum persequitur amantes eum: ut et ipsi similiter patientes sint, ut supportent probra et maledicta infidelium, vel si illata fuerit pressura, expectantes judicium Dei, nec dubitantes de eo, magis autem gaudentes in promissa vita cum gratiarum actionibus Deo, qui dignatus est advocare et inducere gentes in promissionem Judæorum, quæ est lumen æternum, id est, vita æterna, veritas perpetua. Liberati enim de conditione tenebrarum, hoc est, eruti de inferno, in quo tenebamur a diabolo tam ex proprio quam ex delicto Adæ, qui est pater omnium peccantium, translati sumus per fidem in regnum cælestis Filii Dei; ut ostenderet nobis Deus quod amore diligit nos, quando attollens nos de imo tartari, induxit in cælos cum vero Filio suo. Jam enim omnes credentes, qui fixa mente devoti sunt, exeuntes de sæculo, duce dextræ Patris Angelo, inducuntur in cælos, quod ante devictam mortem concessum non erat.*

(Vers 14.) *In quo habemus redemptionem, et remissionem peccatorum. In hujus Filii sui regnum transtulit nos Deus, per quem nos redemit, et manumisit; remissio enim peccatorum liberos facit, ut liberati debitis, teneri obnoxii non possint. Nam sine fide Christi nullus egressus de inferno est; quia obligatus peccatis exire januas tartari non potest. Qui est imago invisibilis Dei. Invisibilis Dei imago visibilis esse non potest, alioquin nec imago est; quod enim invisibile est, pingi non potest, nec enim visibilis potest invisibilem videre; aut enim corpus est, quod videtur, aut figura, aut aliqua informata*

^a Rom. edit. sola, credentes quia per hanc spes firma, etc.

^b Mss. aliquot, hos recreare et fructum, etc.

^c Nonnulli mss., bonorum operum aliorum.

^d Omnes edit. et quidam mss., mentis edificatio: ceterum alii mss., mentis dictio.

^e Nonnulli mss., Imago Dei invisibilis esse non potest.

substantia, quam fert acies oculorum, totum tamen corpus est: Deus autem, qui ab iis omnibus alienus est, quomodo potest imaginem habere visibilem? Sed ideo sic dicitur, ut talis Filius intelligatur, qualis esse Pater; ut quia de ipso est, et nihil distat ab eo in divinitate naturæ, imago ejus dicatur et forma; ne alius Deus a perfidis crederetur, quamvis nomine ipso hoc contineatur; ideo enim verus Dei Filius dicitur, ut de ipso esse credatur. Sed propter malam intelligentiam etiam hoc additum est, ut et imago ejus dicatur; ut cum apparet, licet in figura humana, aut certe in igne, ut ad Moysen (*Exod.* III, 2), non ipse Pater intelligatur esse, sed Filius: et per id quod imago ejus dicitur, nihil ab eo distare credatur. Unde dicit ad Philippum: *Philippe, qui me videt, videt et Patrem. Quomodo tu dicis: Ostende nobis Patrem? Non credis quia ego in Patre, et Pater in me est (Joan. XIV, 9.)?* Hæc est unitas et substantialitas Patris et filii, ut invicem sint; ut qui videt Filium, videat et Patrem. Nunc videamus quomodo visus est Filius; ut proinde intelligamus qua ratione Philippus videndo Filium, videat et Patrem. Intellectu certe operum divinatorum viderunt Filium, non carnalibus oculis. Quæ operatus est Filius, dixit esse Patris; ut unitatem virtutis ostenderet. Eodem genere visus est et a Jacob; unde nomen accepit Israel, id est, homo videns Deum (*Gen. xxxii, 28*). Propter hoc ergo imago est dictus invisibilis Dei; ut ipse esse intelligeretur, qui per intellectum visus est Deus: Patrem autem numquam ullo modo apparuisse, sicut dictum est in Evangelio: *Deum nemo vidit unquam (Joan. I, 18).*

(Vers. 16.) *Primogenitus universæ creaturæ.* Ante omnem creaturam, genitum Filium non creatum, testatur; ut secerneret nativitatem ejus a creaturæ factura: et ut hoc penitus clarescat, subjicit:

Quia in ipso condita sunt omnia in cælis et in terra. visibilia et invisibilia, sive Throni, sive Dominationes, sive Principatus, sive Potestates, omnia per ipsum et in ipso condita sunt. Non solum in eo magnificentum et gloriosum significat Christum; quia antequam fierent omnia, natus est: sed et in ipso dicit omnia condita, hoc est, ut omnium potentia in eo esse credatur, ^a et ideo profecta, dum omnia fiunt per ipsum: hoc est autem caput esse totius creaturæ; quia ipso ut sint, esse cœperunt. Ideo autem quæ ab ipso facta sunt, per ipsum facta dicuntur; quia ad hoc natus est, **265** ut faceret creaturam; ^b hoc est, fecisse in eo, et per eum. Nec enim sibi nativitas sua proficit, sed nobis; quia non eguit nasci, ^c qui in his erat. Quomodo fit unicus Dei Patris Filius, quomodo ipse novit quæ ingenta sunt Dei Patris? Erat enim in Deo, qui processit de Deo, ita

^a Vet. edit. ac mss. aliquot, et *Deo eo profecta*; Rom. edit., et a *Deo profecta*; melius alii mss. ut in contextu.

^b Rom. edit., et hoc est *Deum fecisse in eo*; alie ac mss. omittunt *Deum*, et pro in eo Amerb. et quidam mss. efferunt, in eum.

^c Eadem Rom. edit. sola, qui erat.

A ut unus esset Deus: ac sic fit, ut neque diminutio sit Patris, neque profectus Filii, dum nascitur. Et ut apertius tradat quæ et quanta sit potentia Filii, ostendit quæ per ipsum sint, nempe Throni, Dominationes et Principatus, ac Potestates; ut proinde omnino minus nihil in eo esse credatur, quam in Patre.

(Vers. 17.) *Et ipse est ante omnes.* Ante omnes hic est; quia hic solus de Deo Patre natus est, de ingenta utique substantia Dei. Hæc autem virtute ejus, quam per generationem habet a Patre, substituerunt; ^d non ut communitio eis substantiæ sit cum eo, sed ex nihilo nutu Dei Patris Filio agente cœperunt. *Et cuncta in ipso constant.* In ipso constant, quia sine eo nihil sunt; nisi enim huic fuerint subdita, errore devia, quasi perditioni fient obnoxia.

(Vers. 18.) *Et ipse est caput corporis Ecclesiæ, qui est principium, primogenitus ex mortuis; ut fiat in omnibus ipse primum tenens.* Ecclesiæ caput est Christus, si tamen omnes unum sentiant cœlestes et terreni; ut sint Ecclesia, hoc est, unius fidei: si quominus truncati capite totius corporis, id est, a Creatore suo sejuncti, amentia quadam et vanitate bacchantur. *Qui est principium, primogenitus ex mortuis; ut fiat in omnibus ipse primum tenens.* Quoniam omnia per ipsum sunt, per ipsum denuo negligentia quadam facto caduca, reformanda fuerunt; ne ad injuriam ejus pertineret, si opus ejus per alterum restauratum fuisset; ut quomodo ante omnes natus est, sic iterum ante omnes primus esset ex resurrectione mortuorum, reddita pristina vita; ante omnia enim natus est de Deo, ut cuncta crearet, quæ non erant. Iterum autem accepta carne de virgine natus est, ut peccatum quod ex virgine Eva intraverat in mundum, aboleret. Natus ergo, et mortuus resurrexit, ut quæ primum fecerat, postea iterum recrearet; quia per errorem fuerant velut mortua, ut semper in omni vita sit primus et princeps.

(Vers. 19.) *Quia in ipso complacuit Patri omnium plenitudinem inhabitare.* Plenitudo in ipso est et manet; quia omnia potest semper, ut nihil exceptum sit, quod non per eum possit præstari; ut et faceret, et reformaret, et lapsa erigeret, et mortua vivificaret. Unde ait: *Sicut habet Pater vitam in semetipso; ita dedit et Filia vitam habere in semetipso (Joan. v, 26);* et: *Sicut Pater suscitavit mortuos et vivificavit, sic et Filius quos vult, vivificavit. Nec enim Pater judicat quemquam, sed omne judicium dedit Filio (Ibid., 21, 22).* Quid tam justum, nisi ut horum quæ fecit per illum, ipsi daret judicium, ^e ut omnis plenitudo divinitatis habitaret in ipso per id, quod diximus omnem illum potestatem in se habere: hoc est, Deum esse perfectum; qui enim hæc omnia non habet, non est Deus.

^d Rom. edit., non quia ejusdem communitio substantiæ sit. Infra vero pro in ipso constant, in quibusdam mss. legitur, ipsi constant.

^e Ita vet. edit. ac mss.; edit. autem Rom., et in ipsa plenitudo.... in ipso? et id est, quod diximus.... in se habere, quod est, etc.

(Vers. 20.) *Et per eum reconciliare omnia in ipsum, A pacificans per sanguinem crucis ejus, sive quæ in cælis sunt, sive quæ in terris.* Hoc est quod supra memoravit, quia ut ea omnia, quæ fecit, per illum restauraret, cum errore quodam discrepare jam cœpissent ab invicem, nec non et ab auctore (est enim adhuc error in carnalibus cælis) humiliavit eum, incarnando illum, ut homo factus ostenderet ac doceret quomodo possent ea, quæ in firmamento sunt, et super terram reconciliari Creatori. Quod ut ad perfectum perduceret, occidi se passus est propter homines; ut quos apud superos docuerat, exeuntes hinc a morte secunda teneri non possint; ut doctrina ejus fructum haberet primæ institutionis, et omnia facta per ipsum viverent in ipso quasi in auctore, sicut Petrus fatetur in Actibus apostolorum (Act. III, B 15).

(Vers. 21, 22.) *Et vos quondam alienatos et inimicos consiliorum ejus in operibus iniquis, nunc autem reconciliatos in corpore carnis ejus per mortem, exhibere oportet vos sanctos et immaculatos et irreprehensos in conspectu suo.* Quale donum Dei sit erga gentes memorat, ut ostendat eos debitores, et quidem multum, in gratiarum actionibus Dei; qui cum inimici essent consiliorum ejus, quibus decrevit visitare genus humanum per famulum suum Moysen, cujus doctrinam et potestatem non receperunt, devoti idolis suis, Immo operibus iniquis; adoraverunt enim opera sua, quæ fecerunt: **266** misericordia autem et providentia Dei requisivit eos; ut gratuito Dei gratiam consequerentur, redeuntes ad eum in conscientia munda; ut in die judicii dum nihil erroris veteris inveniretur in his, adcorporarentur Creatori suo, qui ut prodesset humano generi, incarnatus homo factus est, ut in carne sua vinceret mortem.

(Vers. 23, 24.) *Si quidem perseveratis in fide fundati, stabiles et immobiles a spe Evangelii, quod audistis, quod prædicatum est in universa creatura, quæ sub cælo est. Cujus factus sum ego Paulus minister, qui nunc gaudeo in passionibus pro vobis, et suppleo reliquias pressurarum Christi in carne mea pro corpore ejus, quod est Ecclesia.* In tribulationibus, quas patiebatur, exsultare se fatetur; quia profectum suum videt in fide credentium. Non est enim inanis tribulatio, quando eum pro quo patitur, acquirit ad vitam. Quas passiones Christo dicit inferri, cujus utique doctrinam persequuntur; ut et perfidos gravet impietatis suæ credulitate, et fidelibus Dei prædicet charitatem, cujus Filius nunc usque injurias patitur pro nobis. Nunc igitur intelligi vult qua causa scribit ad eos, cum dicit: *Si tamen perseveratis in fide fundati*; ut scirent tunc prodesse sibi passionem Christi, si in accepta fide manerent. Idcirco enim omnipotentia magnitudinis quanta sit Christi, et quam infinita, ab initio declaravit, ut doceret in ipso solo spem ponendam; quia ipsius sunt omnia, et quia nihil sine ipso potest vivere, neque in cælis, neque in terris. Ante

omnes enim est, et cuncta in ipso constant, quia in omnibus ipse primatum tenet; ut si quis alicui elementorum aut angelorum, vel Potestatum devotum se debere esse putet, errare se sciat. Hic enim unus est Filius Dei, caput omnis principatus et principii, cujus Evangelium prædicatum est in toto mundo, incipiens a Moyse, qui dixit Judæis: *Quia Prophetam vobis suscitabit Dominus Deus vester ex fratribus vestris, tamquam me. Ipsum audietis; erit enim, quicumque non audierit prophetam illum, exterminabitur de plebe (Deut. XVIII, 15, 16).* Unde Dominus ait Judæis: *Quia Moyses de me scripsit (Joan. V, 46).* Itaque hic unus audiendus est et colendus, nec ad hunc æstimandus est quisquam; quia qui caput tenet, reliquam partem subjectam habet. Nam qui se subjectis humiliat, totus errat; quia non tenens caput truncus est, ex quo totum corpus continetur ad vitam.

(Vers. 25, 26.) *Cujus factus sum ego minister secundum dispensationem Dei, quæ data est mihi in vos, ad implendum verbum Dei in mysterio, quod absconditum fuit a sæculis sæculorum, et a generationibus.* Ministerium factum se esse Evangelii inter gentes a Deo per Christum cum fiducia loquitur, ut mysterium ceptum a Domino per idoneum et efficacem servum possit impleri, quod ignotum fuit a sæculis.

(Vers. 27, 28.) *Nunc vero declaratum est sanctis ejus, quibus voluit Deus demonstrare quæ sint divitiæ majestatis mysterii Dei in nationibus, quod est Christus in vobis spes gloriæ, quem nos annuntiamus.* Mysterium quod latuit a sæculis, modo revelatum asserit, id est, tempore apostolorum ostensum; quia et gentes admittendæ essent sine circumcisione carnis ad fidem Christi, qui promissus erat Judæis. Pius enim ante prædicationem fidei circumcidi mandatum est gentiles, si voluissent ad Legem accedere: nunc autem misericordia Dei, ita ut sunt, suscipi jussi sunt ad fidem. Quod indignum putabatur Judæis, ut Christus in quo spes erat Judæorum, etiam gentes participes faceret gloriæ suæ.

(Vers. 29.) *Monentes omnem hominem, et docentes in omni sapientia, ut exhibeamus omnem hominem perfectum in Christo: in quo laboro, certans secundum operationem ipsius, quæ operatur in me in virtute.* Hanc dicit veram esse sapientiam, quæ est in disciplina Dominica, cum agnoscitur Christus. Quod se ipsum Apostolus magna cum cura agere testatur; ut erudiens omnem hominem in hac sapientia, consummatum eum exhibeat Deo in intellectum Christi, ut mysterium nativitatis ex Deo, et nativitatis ex Maria et totius operis ejus cælestium et terrestrium assequatur. Cujus rei certamen contra perfidos habere se loquitur, adjuvantibus signis virtutum: ut per hæc ^b victa infidelitas comprimatur. Qui enim verbis subtilitate quadam diabolicæ versutiæ ausus est contradicere, pudore correctus, necesse est cedat virtuti.

267 CAPUT II.

(Vers. 1, 2, 3.) *Volo enim vos scire, quantam sollicitudinem habeamus in vobis, ut exhibeamus vobis perfectum in Christo, ut non sit in vobis infidelitas, et non sit in vobis infidelitas.*

^a Mss. nonnulli, *sive quæ in excelsis sunt.*

^b Omnes edit. et quidam mss., *vita infidelitatis;*

ritudinem habeam pro vobis, et pro his qui Laodicæ sunt, et quotquot non viderunt faciem meam in carne; ut consolationem accipiant corda eorum, cum fuerint instructi in charitate in omnes divitias plenitudinis intellectus, ad agnitionem^a mysterii Dei in Christo, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ et scientiæ absconditi. Non se minus sollicitum pro his, quos in carne minime vidit, quam pro illis erat, quibus præsens prædicabat, testatur; ut scirent non minore affectu diligi se ab eò, quia eos non viderat, quam cæteros apud quos erat, diligebat; ut foveret animos eorum in charitate, et prompti fierent per epistolam, et agnitionem acciperent sacramenti Dei in Christo, advertentes has esse sapientiæ et scientiæ divitias, si agnoscatur Christus in deitatis suæ plenitudine adorandus. Omne igitur mysterium sacramenti Dei in Christo est. Hic est enim unus, in quo omnis creatura nisi speraverit, peribit; ut omnium potentia in eo sit, ut qui cognoscit istum, cunctorum quæcumque sunt, cognitionem videatur habere, nec colendus alius præter hunc requiratur; quia omnium potentiarum virtus in eo est; ex ipso enim^b habent omnes. Unus enim cum sit, omnia potest: quare et caput omnium dicitur, ut per ipsum omnes subsistere videantur. Digne ergo omnes thesauri sapientiæ et scientiæ in eò dicuntur absconditi. Omnis enim scientiæ ratio totius creaturæ supernæ et terrenæ in eò sit oportet, qui omnium eorum caput est, sive Angelorum, sive solis, sive lune, sive stellarum, aut cæterarum rerum, omnis scientiæ peritiam in auctore illorum est; ut qui hunc agnoscit, nihil ultra requirat, nec sapientiam, nec virtutem; quia agnovit eum, in quo perfecta virtus, perfectaque sapientia est. Quidquid enim ahibi se putaverit invenire, plenè in hoc et abunde inveniet. Nam quid sapientius Salomone? quid prudentius Daniele? quibus ideo Deus præ cæteris sapientiam dedit, ut notum faceret infidelibus totius se sapientiæ esse auctorem. Denique Nabuchodonosor dicit Danieli, admirans super sapientiam ejus: *Verè Deus vester ipse est Deus vivus, et aperiens mysteria* (Dan. 11, 47). Quod quidem omnem incredulum latet in Christo esse omnem sapientiam et scientiam; quia non legunt in Evangeliiis astrologiam, non in Apostolo geometriam, non in prophetis arithmeticam nec musicam: quæ ideo despecta sunt a nostris, quia ad salutem non pertinent, sed magis mittunt in errorem, et advocant à Deo; ut dum his student ratiocinationum disputationibus, animæ suæ curam non agant. Quæ enim tam vera sapientia est, quam cognovisse quod prosit, et desepxisse quod obsit? Obest enim; quia impedit animam, ne curam sui agat. Non immerito ergo qui Christum agnovit, invenit thesaurum sapientiæ et scientiæ; agnovit enim quod ei sit utile.

(Vers. 4, 5.) Hoc dico, ut nemo vos circumveniat in subtilitate sermonis. Nam etsi corpore absens sum, spiritu tamen vobiscum sum, gaudens, et videns ordinationem vestram, et supplens id, quod deest utilitati fidei vestræ in Christum. Cominonet nè in malorum colloquiis et astutia iniquitatis sensus eorum transduceretur; quia sapientes mundi arte quadam et minutis disputationum irrerere gestunt simplicium animos; ut ratione mundanarum rerum abstrahant eos a spe, quæ est in Christo. Unde Apostolus spiritu se illic adesse dicit, ut reverentiam ejus ante oculos habentes, abstinerent se ab hujusmodi hominibus. Si enim spiritus Elisæi prophetæ vidit fraudem Glezi euntis ad Naaman Syrum, ut acciperet sub nomine ejus, quæ illi mandata non fuerant, et descendentem prompto animo Naaman ei plus dedisse, quam fuerat postulatus (IV Reg. v, 26); quanto magis Apostolus ea, quæ dixit, poterat in spiritu videre! Major enim gratia fuit in apostolis, quam in prophetis. Et ut promptiores illos faceret circa traditionem evangelicam, gaudere se dicit in dispositione conversationis illorum; ut scientes unde Deo placeatur, in eo fierent firmiores, per quod digni effecti ad utilitatis profectum fidei suæ addicerent sensum.

(Vers. 6, 7.) Quemadmodum igitur accepistis Christum Jesum Dominum, in ipso ambulate, radicati et ædificati in ipso, et confirmati fide, sicut et docti estis, ambulantes in illa cum gratiarum actione. Hoc monet et hortatur nè devotio eorum minueretur, et recederent a fide, quam fuerant assècuti, et prævis fabulis evasi, aliter Christum acciperent, quam didicerant. Multi enim corruptores fidei circumstant ad seducendos simplices, dolose et cum simulatione annuntiantes Christum, quos evitari monet magna cautela; ut stabiles et firmi supra fundamentum Trinitatis, speculatorum gratias uberes agerent super misericordia Dei.

(Vers. 8, 9.) Videte ne quis vos deprædetur per philosophiam, et inanem fallaciam secundum traditionem hominum, secundum elementa hujus mundi, et non secundum Christum; quia in ipso inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter. Philosophiam dicit terrenam, per quam solent seduci, qui cupiunt prudentes judicari in mundo. Hæc argumentis et subtilitate minutiarum quarundam componitur, quas physicas investigaverit rationes, quædam habens admixta, quæ hortamenta sint bonæ vitæ vel documenta, aliquando de mensuris, nec non et de numeris, aliquando de elementorum qualitatibus et quantitatibus ordinata. In ejus disputationibus qui incidit, vix et raro evadet; detinetur enim verisimilibus causis, et commentitiis rebus, nihil tam verum testimans, quam quod conspicitur et intelligitur in clementis. Et quia quæ ad præsens sunt, et cernuntur oculis,

^a Rom. edit. *mysterii Dei et Patris in Christo*. Et infra, *sacramenti Dei et Patris*.

^b Rom. edit., *habent omnes id quod habent*.

^c Eadem Rom. edit. *ipse est Deus verus*.

^d Mss. aliquot, *et videns ordinem vestrum*.

^e Rom. edit., *abundantes in illa*.

^f Eadem edit., *et inanem seductionem*.

^g Rom. edit., *disputationes qui incidit, vix aut nunquam evadet*.

suavia et oblectabilia videntur; aliquantos seducunt, qui spiritatem rationem despiciendam et ridendam putant desperatione futuri, omnem vim astris assignantes carnali rationi obnoxii; ne gravia credenda sint sustolli in cœlum posse, vel levia ventre ad terras, aut aliquid corporeum sine rerum admixtione generari, repugnantes potentiae ac providentiae Dei. Sciunt enim legi in divinis veteribus Hebraeorum voluminibus multa gesta per Moysen, quae humana ratio non capit: simili modo et in novis libris facta a Domino, aut per apostolos, quae tractatus carnalis prohibet credi. Hanc ergo traditionem vel philosophiam fallacem et inanem appellat; quia non a potentia Dei ordinata est, sed ab imbecillitate ratiocinationis humanae, quae potentiam Dei intra scientiam suam coarctat, ne aliter credatur facere, quam carnalis se continet ratio; quia singulis elementis divinitatis diversitatem deputant ad culturam, ut obligent animos imperitorum; ne se ad Deum verum extendant. Quamobrem cavendam monet traditionem istam; quia mundi cultrix est, non Dei, qui unus est: nec ad Christum, sed a Christo abstrahit, in quo perfectio divinitatis est. Omnia enim quae habet Pater, dedit Filio, cum illum in plenitudinis genuit divinitate corporaliter; ut quia ipse caput est, creatura autem ejus corpus est, quidquid putatur posse caelestis creatura, hoc totum plene in Christo esse credatur; ut nullus arbitretur quemquam aliam colendum. Quidquid enim in aliquo magnum putaverit, plus in illo inveniet; quia omnes ex ipso habent, sicut ex capite membra: ipse autem plenus est semper.

(Vers. 10.) *Et estis in illo repleti, qui est caput omnis Principatus et Potestatis.* Plus significat credentibus dari, quam potest in elementis comprehendere; quia qui in Christo est, repletus est divinitatis abundantia, quam elementa non habent. Denique in credentibus Spiritus sanctus inhabitat, quod elementis concedi non potest; quia indignum erat et incongruum, ut invisibilis habitaret in substantia visibili, et incorporeus in iis quae sensibilia sunt. Audiant ergo et veniant cultores eorum, et credant in Christum; ut fiant majores eorum, quos nunc colunt.

(Vers. 11, 12.) *In quo et circumcisi estis circumcissione non manufacta, in exspoliationem corporis carnis, in circumcissione Christi, una cum illo sepulti in baptismo: in quo et simul surrexistis per fidem operationis Dei, qui suscitavit illum ex mortuis.* Ili circumcidentur in Christo, qui amputata totius traditionis humanae cultura, Christo junguntur, corde non carne circumcisi, id est, in spiritu, non in carne servientes; ut a terrenis ad caelestia, ab humanis ad divina, ab errore convertantur ad veritatem, capiti et auctori suo copulati per charitatem. Cum quo sepulti sunt in baptismo: resurrexerunt autem per fidem

A Dei, de quo credant quod exemplo Christi resuscitabit illos ex mortuis. Ille enim homo vetus deponitur, et novus assumitur: peccatis moritur, ut vivat justitia: elementis abrenuntiat, ut Christo societur, resurrectionis futurae tenens pignus exemplum Salvatoris, qui resurrexit ex mortuis. Haec igitur commonet, ut perseverent in abrenuntiatione pompae et praestigis satanae. Qui idcirco elementorem suadet culturam, et a Deo avocet, participes apostasiae suae volens efficere homines. Quia enim sub nomine suo culturam suadere non potest, horretur enim ipso nomine; sub alterius nomine suam conatur implere voluntatem.

(Vers. 13, 14, 15.) *Et vos cum mortui essetis in delictis, et praecipuo carnis vestrae, convitificavit simul cum illo, a donans nobis omnia delicta, delicto chirographo, quod adversum nos erat, decretum, quod contrarium erat nobis: et illud tulit de medio, et affixit cruci, et exuens principatus et potestates, ostentavit in auctoritate, triumphans illos in ipso.* Mortuos dicit gentiles fuisse: primum quidem, quia legem, quae ad testimonium data est Creatoris, et ad vitam condemnanda, recipere noluerunt: deinde impietatis peccatorum suorum causa indigni erant vita; ideoque discrevit hos a Judaeis: quasi qui fuerint inimici Dei unius. Judaei vero in unius Dei confessione degentes, adveniente Christo, addiscunt mysterium Dei, quod expectabant ad justificationem suam: ut in eo quod subreptum illis fuerat, quia impossibile est esse sine peccato, acciperent remissionem. Unde post causam gentilium inducit et Judaeos, dicens: *Donans nobis omnia delicta;* ut post specialem subjiceret et generalem; quia cunctis donavit omnia delicta. Sed quia sicut dicit Dominus: Cui plus donatum fuerit, amplius debet diligere (Luc. vii, 43): idcirco commonet gentes, ut considerantes causas malorum suorum, et qualem gratiam acceperunt a Deo in Christo, tota devotione solliciti sint circa obsequium ejus, a quo a diversa mortis poena sunt liberati. Quomodo ergo donavit nobis omnia delicta? *Deleto, inquit, chirographo, quod erat adversarium nobis.* Et quid est delere, subjicit dicens: *Et illud tulit de medio.* Sic ergo delevit, cum tulit de medio, cum affixit, ait, cruci. Affigere autem cruci, hoc dixit esse spoliare principatus et potestates publice, et detriumphare illos in Christo. Haec, sicut videntur, obscura sunt, ac per hoc adhibita cura dilucidanda sunt. Hoc est praesidium Dei, quod per significantiam diversarum causarum exponit Apostolus. Multa enim acta memorat, quo genus hominum ad indulgentiam perveniret; ut non solum propria remitteret nobis delicta, sed et illud tolleret peccatum, quod ex Adae erat praevagatione (quod appellavit chirographum in decretis) quod nos a mortuis resurgere non sinebat; quia si et hoc non

^a Ita vet. edit. et mss. nisi quod illae praeterunt decreti.... illos in idipsum, ubi horum potiores legunt, decretum..... illos in ipso. Rom. autem edit. sic reposuit, donans vobis omnia delicta, deleto quod

adversum nos erat, chirographo in decretis... et exspolians principatus et potestates, ostentavit patam, triumphans de illis per se ipsum.

tulisset de medio, exeuntes hinc, qui acceperant remissam, illic tenerentur apud inferos. Porro autem ideo omnia delicta concessa sunt, ut resurgerent a mortuis. Quia enim ex peccato mors, sublato peccato fit resurrectio mortuorum : quod quidem fieri minime potuisset, nisi peccatum affixisset cruci. Dum enim non peccando Salvator vincit peccatum, quod hominem tenebat obnoxium, insuper et occiditur ab eo innocens : sic crucifixit peccatum. Devictum enim peccatum, mortificatum dicitur, crux enim non Salvatoris mors est, sed peccati. Innocens enim sic qui occiditur, reos illos facit, a quibus occiditur. Peccatum autem principes et potestates intelligamus, quorum studio peccavit primus Adam. Ad auctores enim referendum est nomen hoc, quorum mortem in exspoliatione significavit; mors enim ipsorum hinc est, quia victi a Salvatore, dum exspoliantur animabus, quas tenebat in captivitate, mortificantur. Rei enim facti sunt : quia cum hac auctoritate animas tenerent, quia peccaverant, ipsi inventi sunt amplius peccatores, dum illum qui illos non peccando vicerat, occiderunt. Et sic juste exspoliati sunt, sicut dixit, publice, id est, in cruce; quod est palam detriumphari a Deo in Christo. Ille enim detriumphatur qui palam vincitur, et spolia ejus publicantur; ostenditur enim omnibus prostratus, qui cæteris insultabat. Decretum autem quod dicit, non est hoc quod pagani fatum appellant; quia illud non omnibus contrarium asserunt; quia quosdam dicunt ex hoc felices, alios infelices. Hoc enim decretum omnibus dicitur fuisse contrarium; sententia enim erat cunctis adversa hominibus.

(Vers. 16, 17.) *Nemo igitur judicet vos in cibo, vel in potu, aut in parte diei festi, aut in neomeniis, aut in sabbato: quæ sunt umbra futurorum, corpus autem Christi.* Quoniam omnis spes vitæ in Christo est, ac fiducia, nulli superstitioni aut legi subjacere nos debere præcepit. Quamobrem perstreptentes, aut aliquid quod ad fidem Christi non pertinet susurrantes, contemnendos : istum autem solum sequendum, per quem devicta mors est, et reddita resurrectio mortuorum. Quidam enim Judæorum solent judicare fideles, quod ea quæ interdicta per Moysen sunt, edant de cibis, cum omnia Deus munda fecerit : indigni autem judicati Judæi de his edere, prohibiti sunt a melioribus. Solent iterum reprehendere nos, quia dies festos eorum spernimus, aut quia initia mensium non observamus, quæ neomenias vocant : maxime autem quod dies sabbatorum non custodimus, ut otio et epulis cum luxuria transigantur : quod magis ad offensam pertinet, quam ad gratiam. Hæc autem omnia sunt corpus Christi, quia elementorum per effectus sunt vocabula. Hinc est unde in Evangelio dicit : *Dominus est enim Filius hominis etiam sabbati* (Matth. xii, 8); per ipsum enim omnia, quæ quidem sic data sunt per Moysen, ut

^a Rom. edit., in his quæ non videt.... per compaginationes et colligationes subministratum et compactum.

^b Rom. edit., redeunt ad Deum, qui eum per erro-

umbra essent, vel figura futurorum, ut apparente veritate, figura cessaret. Sicut enim absente imperatore, imago ejus habet auctoritatem, præsentem non habet; ita et hæc ante adventum Domini tempore suo observanda fuerunt, præsentem autem, carent auctoritate. Numquid aliquis vicem domini agens, ipso præsentem, dominatur? Si præfectorum vicarii, præsentibus eis privati sunt; quanto magis servi, præsentem domino, etiam ipsi in obsequio debent videri!

(Vers. 18, 19.) *Nemo vos decipiat, volens in humilitate animi, et superstitione angelorum^a ea quæ videt, extollens se frustra, inflatus mente carnis suæ, et non tenens caput illud, ex quo omne corpus per compagine et conjunctiones subministratum et compaginatum crescit in augmentum Dei.* Quod superius sub nomine philosophiæ cavendum monuit, nunc apertius docet observandum ab iis, qui terrenæ sapientiæ studentes, hæc colenda asserunt, quæ obtutibus adjacent, vel apparent; ut horum detentæ culturis animæ sub firmamento obligatæ teneantur, ne se supra firmamentum tendant ad superiores cælos ad Deum omnium adorandum. Quod opera efficitur inimici, ut semper animas super terras humiliatas detineat, ubi se scit de cælis dejectum semper futurum justo judicio Dei, religionem simulans, cum sit maximum sacrilegium. Inflantur enim motum pervidentes stellarum, quas angelos vocat, non auctoritate divina, sed superstitione humana, quæ ad nihilum proficit, nisi ad damnum : nolentes tenere fidem Christi, qui omnium creator et Dominus est. Ex ipso enim omnes originem habent; quare et corpus ejus dicuntur, si tamen agnoscunt eum. Ad ipsum enim conversi reædificantur, compaginati fidei ejus subministrante Evangelio cunctis quasi membra corporis in charitate Christi, ut augmentum faciant Deo. Cum enim^b redeunt ad illum, qui per errorem deseruerant illum, minuentes copias divitiarum ejus, dum denegant ejus se esse, crementum faciunt Deo, quia ex perditis acquiruntur. Hæc de paganis : rursum de Judæis dicit quia et ipsi sub elementis serviunt, non elementis.

(Vers. 20.) *Si ergo mortui estis cum Christo ab elementis hujus mundi, quid adhuc, velut viventes in hoc mundo decernitis?* Omnis qui baptizatur in Christo, moritur mundo; cunctis enim superstitionum erroribus abrenuntiat, ut solam colat fidem Christi. Amotis enim quæ naturali justitiæ accedunt, relinquuntur disciplina data a Deo, per quam vivitur Deo per spem, quæ est in Christo : moritur autem his quibus subjectus fuerat per errorem, dum negat illos, quos deos præsumpserat esse. Et ita fit ut per inimicitiam abrenuntiationis invicem sibi mortui dicantur homo et elementorum cultura. Mundum enim dicens, errorem carnis significat; omne enim quod videtur, carni deputatur. Hinc est unde et Joannes apostolus:

rem deseruerant, minuentes, etc.

^c Omnes edit., quos præsumpserat esse; at vocem deos e cod. non paucis restituvimus.

Nolite, inquit, diligere mundum, neque ea quæ in A mundo sunt (1 Joan. II, 15); id est, neque elementa, quibus compactus est mundus, neque errores quos humana adinventio tradidit, diligamus: sed solum Christum, qui mortuus est pro nobis; ut corpori suo nos sociaret ex perditis. Qui ergo consepulti sunt Christo, mortui sunt elementis, ut nihil curent ex his; superna enim didicerunt tenenda, quæ posunt vitam donare perpetuam. Hæc enim nec præsentem dant, et impediunt, ne apprehendantur futura. Qui autem post baptismum ambigit de aliquibus, putans quædam de veteribus veneranda, vivere se ostendit **271** elementis, quæ decernit colenda, aut dubitat contemnenda: hic remanebit intra circulos mundi, alienus a Deo; quia veteri indutus homine, carnalia transire non poterit.

(Vers. 21, 22.) *Ne tetigeritis, ne attaminaveritis, a ne gustaveritis, ne contrectaveritis, quæ sunt omnia in interitum, et corruptionem per abusionem secundum præcepta et doctrinam hominum.* Prohibet omni genere ab spe mundanorum; quia inanis est, ne colant, ne assentiant, ne cogitent quia quæ promittunt, corruptionis sunt. Usus enim et cultura ipsorum interitum generant; quia præcepta et doctrinæ non Dei, sed hominum sunt, in quibus vana spes est: quippe cum adversus Creatorem invenerit hæc error humanus; ut prohibens ab unius Dei fide, multorum deorum superstitionem inducat.

(Vers. 23.) *Quæ sunt rationem quidem habentia sapientiæ b simulatione religionis, et humilitate animi ad vexationem corporis, non in honore aliquo ad saturitatem et diligentiam carnis.* Hinc se sapientiæ rationem habere putant, quia traditioni humanæ nomen religionis applicant, ut religio appelletur, cum sit sacrilegium; quia quod contra auctorem est, sacrilega mente inventum est. Nomen ergo fingit, ut falsa quæ sunt, posset vera asserere; et humanas mentes in terra humiliat, ne se erigant ad superna: aut terrena colentes excidant a supernis cælestibus, et obsint corpori, cujus caput Christus est secundum primæ rationis facturam. Hinc enim aggravati non poterant sursum jungi capiti suo, ut restaurentur in illo honorati effecti: sed quasi prima parte corporis truncati, totos se dantes mundo ad sensum carnis explendum. Sagina enim carnalis sensus traditio humana est, quæ hoc dicit sufficere, quod carnis c tradidit providentiæ; rationem enim videtur habere sapientiæ, juxta carnem, quia ex elementis est omnis corporalis nativitas: ac per hoc non esse incongruum inquit his inclinari, quorum gubernaculis humanum regitur genus; ut his se subjiciat, quæ videt mundi clarissima: nec requiri debere spiritualia; quia his solis, inquit, ducibus uti concessum est, et per hanc rationem negligunt auctorem.

^a Rom. edit., *ne gustaveritis, quæ sunt omnia ad corruptelam ipso usu.*

^b Eadem Rom. edit., *in observatione religionis et humilitate cordis.*

CAPUT III.

(Vers. 1.) *Si enim consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt quærite, ubi Christus est ad dexteram Dei sedens.* Hos cum Christo resurrexisse asserit in baptismo, qui supercælestia cogitant, ubi sedes est Christi, ubi Deus Pater Filio suo tradidit dexteram, ut regnet et judicet; judicis enim in sinistra sedere non est. Resurrectio tamen duas habet formas, ut primo anima de terris resurgat ad cælos, deinde recepto corpore, resurgat raptus obviam Christo.

(Vers. 2.) *Quæ sunt sursum, sapite, non ea quæ super terram.* Superiorum cælorum, qui Æterni sunt habitacula, nos petere exhortatur: ab his autem omnibus, quæ in firmamento et sub firmamento sunt, B dissimulandum. Quisquis enim his se superstitionibus occupaverit, impedimentum patietur; non enim poterit hæc transcendere, quibus se inclinavit, ut dominis.

(Vers. 3.) *Mortui enim estis, et vita vestra abscondita est cum Christo in Deo.* Apud mundi sensum mortuus Christus videtur, et discipuli ejus, cum constet vivere illum cum his omnibus. Idcirco carnalibus ac mundanis abscondita est vita Christi et suorum in Deo extra mundum, in regno ejus cælesti, in quo vivunt.

(Vers. 4.) *Cum Christus apparuerit vita vestra, tunc et vos apparebitis cum illo in gloria.* Vita nostra Christus est; quia legimus in Actis apostolorum hunc esse vitæ auctorem, qui a perfidis non creditur futurus iudex (Act. III, 15). Cum autem advenerit in virtute cælesti, et visus fuerit esse, quod minime credebatur, tunc apparebunt cum illo etiam qui crediderunt in illum; et manifestabitur omni perfidiæ, quia vivit cum suis in gloria. Hæc consolatio fiduciam spei parit; ut securi de futura vita, omnia postponentes, Christum sequamur.

(Vers. 5.) *Mortificate membra vestra, quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, et avaritiam, quæ est idolorum servitus.* Quoniam omnia simul peccata corpus esse in epistola ad Romanos significat (Rom. VI, 6), idcirco nunc singula delicta describens, membra ea appellat; ut post acceptam et servatam evangelicam de Salvatoris plenitudine rationem, bonæ vitæ operam darent, **272** abstinentes se ab omni turpitudine et desiderio malo, quo possint peritiæ divinæ fructum non amittere. Multum enim obest scire veri rationem, et minime factis illam prosequentibus affirmare. Hinc est unde et Dominus inter cætera ait: *Qui autem scit voluntatem domini sui, et non parverit ei, vapulabit multis* (Luc. XII, 47). Avaritiam tamen idololatriæ comparavit, ut nihil illa scelestius demonstraret. Sub uno nomine duo pessima et impia genera designavit, quæ omni ratione monet fugienda; primum enim et pergrave crimen est idololatria.

^c Rom. edit. sola, *tradit prudentia*; sed infra eadem cum aliis edit. et mss. aliquot exhibet, *omnis corporalis nativitas*, ubi mss. nonnulli, *hominis corporalis nativitas*.

Quid enim tam perniciosum, tamque funestum, quem ad injuriam creatoris Dei lignis et lapidibus vel aliiis metallis honorificentibus ejus nomen tribuere; cum ipsi non patiantur, ut servus nomine domini nuncupetur, quem non natura utique, sed quædam conditio subjicit servituti? Aliud e contra crimen est avaritiæ, non dispar malitia, sed diversum in nomine. Unde ad Timotheum ait: *Radix enim omnium malorum est avaritia* (1 Tim. vi, 10); omnium enim capax est delictorum, ut aviditatis sæ, quod impossibile est, impleat desiderium, semper hibens, et semper sitiens. Non immerito ergo sub uno nomine utrumque malum ostendit; pene enim uno explentur opere: quia sicut idololatria uni Deo auferre nititur gloriam, ne quod ejus peculiare est, solus habeat nomen divinitatis sibi soli condignum; ita et avaritia in Dei se res extendit, ut si potest fieri, unus et solus creaturam ejus sibi usurpet, quam Deus communem omnibus fecit. Unde dicit Deus per prophetam: *Menum est aurum, et memum est argentum* (Agæ. ii, 9). Utræque igitur Deo est inimica; ambæ enim Deo abnegant, quæ ejus sunt.

(Vers. 6.) *Propter quæ venit ira Dei.* Malorum memoratorum causa venturum dicit judicium Dei; ut vindicetur in hos, qui contempto Deo et Lege ejus, interdicta sequi maluerunt.

(Vers. 7.) *In quibus et vos ambulastis aliquando, cum viveretis in illis.* Quantum beneficium illis præstiterit gratia Dei per Jesum Christum, non tacet; ut gratulentur evasisse se iram, quæ ventura est repente super infideles totius terræ, et tales semetipsos præbeant, ut parere possint præceptis ejus, a quo a morte secunda sunt liberati.

(Vers. 8-11.) *Nunc vero deponite et vos omnia, iram et indignationem animi, malitiam, blasphemiam. Turpiloquium de ore vestro non procedat. Nolite mentiri invicem. Exiite vos veterem hominem cum actibus ejus, et induite novum, qui renovatur in agnitionem secundum imaginem ejus, qui condidit illum; ubi non est Græcus et Judæus, circumcisio et præputium, Barbarus et Scythæ, servus et liber: sed omnia et in omnibus Christus.* Nunc ab his prohibet, quæ minora peccata videntur; ne forte, quia superius quæ graviora sunt, mortificanda mandavit, hæc admittenda, aut quasi non periculosa, non fugienda putarentur: simul etiam ut exuti veterem hominem, id est, tam verbo quam actu incontaminatos se videntes, et novi facti in Christo per agnitionem veritatis, quæ olim latuit, modo autem manifestata per novam legem credentibus; ut similes fiant imaginis ejus, qui creavit illos. Imago hæc in conversatione bonæ vitæ intelligenda est, sicut dicit ad Corinthios in epistola prima: *Quemadmodum portavimus imaginem ejus, qui de terra est; ita portemus et imaginem ejus qui de cælo est* (1 Cor. xv, 49). Ipse est ergo creator ho-

minia, cujus imaginem portare nos jubet in sanctitate et bonis operibus, quæ de Filii Dei agnitione descendunt. Nemo enim potest bonam et mundam habere vitam, nisi habeat cui hanc exhibeat, a quo si non præmium, certe vel laudem expectet. Sed apud Deum et laus et præmium sperantur; quia non patitur Dei justitia eum, qui carnis vitia vicerit, minime coronari. In hac itaque agnitione nullus ut indignus excipitur, quasi non mereatur accedere ad fidem Christi; omnes enim accedentes unum sunt, delicti quid fuerint, et scripti quid esse cœperunt; ut quia unius fidei sunt, in eo ipso unius sint et meriti, ut quos fides jungit, non possint discerni, propter quod diversi natura et genitio sive conditione sunt. Omnia enim et in omnibus his Christus est; quia enim cuncti ejus membra sunt, omnia Christus est; ut dum una confessio eorum est de spæ ejus in omnibus Christus; et sic omnia corpus ejus sunt, ut professio eorum et natura concordes. Alia est tamen imago hæc, quam de agnitione Salvatoris dicit creari, et alia imago, ad quam factus est primus homo. Ista enim imago est et in femina, cum agnoscit eum, qui se creavit, et obtemperans voluntati ejus abstinet a vita turpi et actu perverso; illa autem imago in solo viro est, sicut idem dicit in epistola ad Corinthios prima: *Vir quidem non debet velare caput, cum sit imago et gloria Dei* (1 Cor. xi, 7). Si autem et mulier non velaret caput, esset et ipsa imago Dei. Sed incongruum erat, ut facta viro subjecta, diceretur esse imago Dei; nam et in Genesi ita ait: *Et fecit Deus hominem, ad imaginem Dei fecit eum* (Genes. i, 27); ut sicut Deus unus est, unus ab eo fieret homo: ut quomodo ex Deo uno omnia, ita ex uno homine omne genus esset super faciem totius terræ. Unus igitur unum fecit, qui unitatis ejus haberet imaginem. Et ipsa in viro et muliere similitudo mysterii Patris et Filii; Barbarum tamen ab Scythæ segregavit, sicut servum a libero non utique in Christo, in quo omnes unum sunt; sed in morum feritate et in gentis immanitate. Pejores enim hos Barbaris intelligi voluit, antequam credant, cum Græcorum libri justitiam eorum prædicent, quam, duce natura, sequebantur; in tantum ut magnum apud eos peccatum furti habeatur, quod Græci magna, inquit, cum industria et doctrina justitiæ semitas investigarunt, hosce naturaliter comprehendisse collaudant. Sed quomodo degenerant omnia, postea plus vituperabiles esse cœperunt, quam fuerant antea laudabiles. Postquam enim mulieres eorum lege viri uti cœperunt, quas Amazonas primitus asserunt appellatas, totam Asiam contra naturam subjicientes; sic contigit ut et viri canum more rabidi efficerentur, immanes, silvestres, inculti, plus quam barbari, in tantum immutati, ut carne humana vescenda imbuerent. Quid mirum,

^a Post in agnitionem nonnulli mss. cum Bibliis vulgatis addunt *et Dei*; sed redundare hanc vocem cum multorum exemplarium sacrorum auctoritate, tum hujus ipsius loci demonstratur.

^b Rom. edit., *Tam magnum apud eos peccatum furti habebatur, quod Græci, qui magna cum industria.... Sed quia modo degenerant, etc.*

cum et ipsi Romani longe alii fuerint, quam nunc sunt? Nam et mulieribus eorum castitatis causa vini usus incognitus fuit, sicut nunc aquæ; in tantum enim vigeat disciplinæ auctoritas, ut subjectum vas non faceret, quod volebat.

(Vers. 12, 13.) *Induimini ergo ut electi Dei, sancti et dilecti, viscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem, sensus mansuetudinem, longanimitatem, præbenentes vobis invicem patientiam, et donantes aliis aliis, si quis adversus aliquem habet querelam; sicut et Christus donavit vobis, ita et vos facite.* Ut lucrum possint habere, ad hæc eos facienda hortatur, quæ meritum collocant apud Deum. A peccatis autem abstinere timor facit; veretur enim ne mala faciens, pœnis subdatur. Hæc autem quæ nunc facienda monet, ad perfectum pertinent meritorum; ex voluntate enim sunt, non ex necessitate. Qui ergo ab illicitis se abstinere, habet laudem; qui vero a licitis temperat, et laudem habet et præmium.

(Vers. 14, 15.) *Super hæc autem omnia charitatem habete, quod est vinculum unitatis: et pax Dei exsultet in cordibus vestris, in qua et vocati estis in uno corpore: et grati estote.* Quia vero omnium major est charitas, huic magis studendum hortatur. Tunc enim omnia quæ supra mandavit servanda, ad effectum præmiorum poterunt deduci, si duce charitate, iter ambulent legis; tota enim mente operatur, qui ex amore aliquid facit. Hypocresis et simulatio non est in charitate; quare et Joannes apostolus: *Timor, inquit, non est in dilectione.* Qui enim timet, perfectus non est: *Perfecta enim dilectio foras mittit timorem* (1 Joân. iv, 18); unde et Dominus amari se mavult, quam timeri. Hæc est enim dilectio quæ complectitur upitatem, hæc est quæ omnes unum corpus facit, hæc est quæ veram habet pacem, quam corde purp custodit. Potest enim pax dici, et non habere charitatem; charitas enim semper secum habet pacem.

(Vers. 16.) *Verbum Christi habitet in vobis abunde in omni sapientia, docentes et monentes vosmetipsos in psalmis et hymnis, et canticis spiritalibus, in gratia cantantes in cordibus vestris Domino.* Hæc meditanda monet semper, quæ sonent Christi: hæc in corde habenda, quæ Deo Patri semper gratias referant; ut vox canora illi serviat, illum laudet psalmus, hymnus extollat. Et huic soli notum sit, qui occulta pervidet mentis, a quo speratur et præmium. In cordibus illi cantari mandavit; ne favore hominum fieret, et fructum amitteret.

(Vers. 17.) *Et omne quodcumque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini Jesu facite, gratias agentes Deo et Patri per ipsum.* Quoniam supra in corde Deum laudari, et illi gratias referri præcepit; nunc tam in verbo, quam in opere **276** totius conversationis nostræ nomen Domini Jesu laudari et exaltari hortatur; ut cum verba nostra carent reprehensione, et opera nostra bona sunt, magnifice-

A tur Dominus Jesus, cuius magisteria ipsi supercales sunt discipuli. Tunc enim veras gratias agimus Deo per ipsum, si modum præceptorum ejus custodiamus.

(Vers. 18.) *Mulieres, subditæ estote viris, sicut oportet, in Domino.* Ita præcepit mulieres subditas esse debere viris, sicut mandavit Deus, inter cætera dicens ad mulierem: *Et ad virum tuum conversio tua et ipse tui dominabitur* (Gen. iii, 16); ut ipso ritu et disciplina timeat virum suum, quasi dominum, ex quo cœpit esse.

(Vers. 19.) *Viri, diligite uxores vestras, et nolite amari esse ad illas.* Rigorem virilis legis emollit, ne potestate qua prævalet, nimis quis sit in dominatu uxoris: sed debet respicere ad affectum, quia mulier caro ejus est; ne plus illam humilians exacerbet et contraria cogitet.

(Vers. 20.) *Filii, obedite parentibus vestris per omnia; hoc enim placet Deo.* Non potest aliud placere Deo, quam quod iustum et pium est. Tunc enim possunt filii habere propitium Deum, si debitam honorificentiam rependant parentibus, circa obsequium illorum faciles, in contemptu difficiles, scientes filii nunquam adversus parentes^a providere debere.

(Vers. 21.) *Patres, nolite ad iram provocare filios vestros, ne pusillo animo fiant.* Modestos præcipit patres debere esse filiis, ne coarctati ab eis, delinquant in illos, et Deum offendant, quod nolunt. Ira enim inconsiderata res est, in tantum ut aliquando nec sibi parcat, qui irascitur. Debent enim respectari patres quia fuerunt et ipsi filii: considerare autem filii, quia futuri sunt patres; ut æque libratâ consilio utriusque partis, et filii subjecti sint, et patres æquidesti.

(Vers. 22.) *Servi, obedite per omnia dominis carnalibus, non ad oculum servientes, quasi hominibus placentes, sed in simplicitate cordis timentes Dominum.* Quoniam Deo aliter serviri non potest quam puro corde; occulta enim pervidet animorum: sic et hominibus præcipit serviri debere. Qui animi ad oculum servit, in occulto aliud facit: qui autem ex animo, talis est foris, qualis et intus. Si ergo in hoc obsequio fuerit fidelis, promovebitur Dominum; quia ipse dixit: *Qui in minimo fidelis est, et in magno fidelis est* (Luc. xvi, 10). Si enim ei, ^b qui ad præsens vindicat, fidelis non fuerit, qui fieri poterit ut illi fidem exhibeat, quem post mortem audit iudicaturum? Idcirco in domini carnalis causa iustum vult esse servum et obsequentem; ut possit et in Dei rebus et fidelis esse et obsequens. Si enim in præseni idoneus fuerit, ubi scit nullâ esse nisi corruptibilia præmia; quanto magis propensior erit in Dei devotione, quem scit fidelibus immortalia daturum præmia!

(Vers. 23, 24, 25.) *Quidquid facitis, ex anima operamini, ut Domino et non hominibus: certi quod a Domino recipietis retributionem hereditatis Domini*

^a Eras. et Gill. in margine, ac Rom. edit. in corpore, *protervire debere.*

^b Nonnulli mss., *qui ad præsens iudicat.*

Christi, cui servitis. Qui enim inique gerit, fert id quod gessit inique: et non est personarum acceptio apud Deum. Ut promptos illos in obsequio et fide faciat, mercedem illos honorum operum accepturos promittit a Deo in regno Christi. Quod ut probatum sit et acceptum, sic illos vult obsequi sicut Domino, a quo mercedem exspectant. At si servus inique egerit, non solum hominem offendet, sed et Deum, quem in admisa fraude carnalis domini contempsit. Si autem bene egerit, non erit apud Deum servus hominis, quasi despectior: sed remunerabitur, quasi liber inter homines, servus autem Christi, quod dignitatis est nomen.

CAPUT IV.

(Vers. 1.) *Domini, quod justum est et æquum servis præbete, scientes quod et vos Dominum habetis in cælis. Ne domini temporales superbia extollantur, præsumentes de dominatu, mitigat et cohibet animos illorum, ut adhibita consideratione humani generis, animadvertant auctorem Deum non servos et liberos, sed omnes ingenuos condidisse. Sed hoc mundi iniquitate factum est, ut dum alter alterius fines invadit, tunc captivos ducit ingenuos; unde et manu capti dicti sunt a veteribus inde mancipia. Hic casus et conditio etiam nunc apparet, alii redimuntur, alii remanent servi. Apud Deum autem hic servus habetur, qui peccaverit (Joan. viii, 34). Denique peccati causa Cham servus audivit: *Maledictus puer Chanaan, servus servorum erit fratribus suis* (Gen. ix, 25). **275** Cui sententiæ veteres assensere, ita ut definirent omnes prudentes esse liberos, stultos autem omnes esse servos; quia prudens abstinet a peccatis, ut hic ingenuus sit, qui recta sequitur; servus autem qui per stultitiæ imprudentiam subjicit se peccato. Unde et Cham propter stultitiam, qui arisit nuditatem patris stulte, servus est appellatus. Ostendit ergo dominis, quia non vere sunt domini, sed quasi per imaginem; corporum enim, non animorum sunt domini. Solus enim dominus, et auctor rerum invisibilis Deus tam corporibus, quam animis dominatur; ut hæc considerantes, justa ab eis exigant servitia: talia utique qualia et a se exigunt volunt a Domino communi. Nam cum ipsi non ut dignum est, Deo serviant, quem non negant omnium potestatem habere, cujusque quotidiana dona per ministeria creaturæ humanis usibus exhiberi, a paribus suis (ut non dicam fratribus) tam gravia exigunt servitia, ut ferri non possint: non ponentes in animo, quia et ipsi velint nolint, servi sunt; et viderint cuius meriti.*

(Vers. 2, 3, 4.) *Orationi instate, vigilantes in illa cum gratiarum actione: orantes simul et pro nobis, ut Deus aperiat nobis ostium verbi ad eloquendum mysterium Christi (propter quod etiam vinculus sum) ut manifestem illud, prout oportet me loqui. Jam prudentibus mysterium Domini Christi, et cautis in evitandis vitiis peccatorum orationi instandum osten-*

dit; ut meritis crescant, deficientibus tentationibus adversarii. Quos in tantum dignos habet, ut iudicet eos etiam se posse precibus adjuvare ad asserendum audacter Evangelium, ad quod manifestandum legationem acceperat.

(Vers. 5, 6.) *In sapientia ambulate ad eos, qui foris sunt, tempus redimentes. Sermo vester semper in gratia sale sit conditus; ut sciatis quomodo oporteat vos singulis respondere. Quoniam necesse est ambulare nos inter infideles, et colloquia miscere causa conversationis mundanæ: hoc est quod commonet, ut cum sapientia sit ipsa conversatio propter scandalum gentilium; ne occasionem per nos accipiant blasphemandi, et incitentur ad persequendum. Quid enim opus est loqui cum eo, quem scias intractabilem, et obstinatæ mentis, paratum ad contumeliam faciendam? Ideo hæc monet, ut opportuno et loco et tempore, magistra modestia, religionis verba promantur: aut si persona talis in medio est, quæ perstrepat, reticendum. Aliter enim cum potentibus mundi, aliter cum mediocribus, et aliter cum humilibus agendum est. Aliter iterum cum mansuetis, aliter cum iracundis, quibus cedi oportet, hoc est redimere tempus. Cum enim insidiant Dominicis verbis et furenti temporis audaciæ cedis, injurias infesti temporis lucrifacis. Nam si caput, id est, rex assentit corpori, tunc est libertas loquendi verba Dei cum mansuetudine, ut provocentur ad bonum. Perstreptibus tamen et animosis ad convicia semper cedendum; vincis enim, dum cedis.*

(Vers. 7, 8, 9.) *Quæ circa me sunt, omnia nota faciet vobis Tychicus dilectus frater, et fidelis minister, et conservus in Domino: quem misi ad vos in hoc ipsum, ut cognoscat quæ circa vos sunt, et consolatur corda vestra, cum Onesimo charissimo et fideli fratre, qui est ex vobis, omnia quæ hic sunt, nota faciet vobis. Ad hoc se dicit fratres misisse, ut invicem sibi nota fierent, quæ agerentur ab invicem. Quamvis superius dicat spiritu se præsentem apud eos, et videre quæ agerent, internuntiis tamen opus est. Sollicitior enim fiet quis, quando videt ad se venire ad considerandam conversationem suam; plus enim veretur, si speculetur se videri **276** quæ agat. Nam cum Deus omnia videat, et sciamus omnia illi nota esse; quia tamen non videmus nos videri ab eo, contraria facimus.*

(Vers. 10, 11.) *Salutat vos Aristarchus comes captivitatis meæ, et Marcus consobrinus Barnabæ (de quo accepistis mandatum, ut si venerit ad vos, excipiatis illum) et Jesus, qui dicitur Justus: qui sunt ex circumcissione. Hi soli sunt adjutores mei in regno Dei, qui mihi solatio fuerunt. Hic Aristarchus bonæ conversationis ac meriti videtur, qui devotione Dominica particeps et socius laborum Apostoli designatur. Marcum autem ut commendet, quid sit, non tacet; ut cum laudabilis viri Barnabæ affinis addiscitur, honorabilis habeatur. Addit et Jesum, quem Justum*

^a Et cautis ex mss. Remig. Laud. ac Vall. restituitur.

nomine vocari appellat. Quibus solis testimonium A perhibet, quia hi ex circumcissione adjutorio fuerunt ei, assentientes et participes sententiæ ejus; ut jam circumcidi ulterius non debere prædicarent, ideo participes illos dicit suos in regno Dei. Circumcidendum autem esse, et sabbata et neomenias servandas prædicare non spiritale est, sed terrenum.

(Vers. 12.) *Salutat vos Epaphras, qui est ex vobis, servus Christi.* Chariorem illis facit epistolam, quando ei qui ex ipsis est, testimonium reddit. *Semper sollicitus pro vobis in orationibus, ut stetis perfecti, et abunde expleti in omni voluntate Dei.* Tam salutaria se illis exoptare testatur; ut illum qui civis illorum est, et affectu unanimitatis charissimus, a participem suæ devotionis in profectum eorum ostendat.

(Vers. 13.) *Testimonium enim adhibeo illi quia habet multum laborem pro vobis, et pro iis qui Laodicæ sunt et Hierapoli.* Ut sollicitos eos salutis suæ faciat, aliorum vigilantia quanta sit pro his, ostendit; sollicitior enim quis sit pudore, quando in causa sua alterum viderit laborare.

(Vers. 14.) *Salutat vos Lucas medicus charissimus, et Demas.* Vere charissimus Apostolo fuit Lucas; quia omnia postponens, Apostolum semper secutus est: qui et Evangelium, et Actus apostolorum scripsisse perhibetur.

(Vers. 15.) *Salutate eos qui sunt Laodicæ fratres, et Nympham, et domesticam ejus Ecclesiam.* Quoniam simili modo et pro iis qui Laodicæ sunt, sol-

^a Codex Laud., participem suæ defensionis.

licitus erat, in eorum epistola hos salutandos commonet, Nympham chariorem existimans, cujus et domum salutatur; tam enim devota videtur fuisse, ut omnis domus ejus signo titulata esset crucis.

(Vers. 16.) *Et cum lecta fuerit apud vos hæc epistola, facite ut et in Laodicensium Ecclesia legatur, et vos ut eam quæ est Laodicensium, legatis.* Quia generales sunt instructiones Apostoli, et ad omnium profectum Ecclesiarum scriptæ epistolæ; idcirco etiam Laodicensibus epistolam hanc legi præcipit, ut per hanc quid agendum sibi esset, addicerent: et Colossenses ut eorum legerent, juxta sensum supra dictum.

(Vers. 17.) *Et dicite Archippo: Vide ministerium, quod suscepisti in Domino, ut illud impleas.* Præpositum illorum per eos ipsos commonet, ut sit sollicitus de salute ipsorum; et quia plebis solius causa epistola scribitur, ideo non ad rectorem ipsorum destina est, sed ad Ecclesiam. Post enim Epaphram, qui illos imbuat, hic accepit regendam eorum Ecclesiam.

(Vers. 18.) *Ipsa salutatio mea manu Pauli. Memores estote vinculorum meorum. Gratia Domini nostri Jesu Christi vobiscum.* Ut confirmet epistolam manu sua subscriptam dicit, memorans ut in mente habeant exitus ejus, quos patiebatur pro salute gentium: et tales se præberent ut non ferret ægre pati pro his injurias.

IN EPIST. B. PAULI AD THESSALONICENSIS PRIMAM.

PROLOGUS.

Ut horum, id est, Thessalonicensium exemplo alios exhortetur ad fidei incrementa, istos laudat, eo quod in accepta gratia permanentes, ad profectum præmiij aucti sunt, meliora sectando: hortatur vero ut ad profectum tenderent, ut eorum virtutibus quæ sita dignitas cæteros provocaret. Tantæ enim fidei imbibent spiritum, ut spe futurorum, etiam civium suorum Macedonum persecutiones illatas pro nomine Christi devoto animo paterentur. Ut horum ergo meritum, et suam ex eorum profectu lætitiâ litteris signet, ita scribit ad eos:

CAPUT PRIMUM.

(Vers. 1.) *Paulus, et Silvanus, et Timotheus Ecclesiæ Thessalonicensium in Deo Patre nostro, et in Domino Jesu Christo, 277 gratia vobis et pax.* ^a Trium quidem episcoporum nomina litteræ continent, sed sensus et verba solius Apostoli sunt. Quia enim communi gaudio exsultant in profectu illorum, ex consensu ad plebem epistola scribitur in exaltatione Dei Patris, et Domini Jesu Christi pacem et gratiam his exoptans.

^a Amerb. et mss. non pauci, episcoporum nomine litteræ continentur.

C (Vers. 2, 3.) *Gratias agimus Deo semper pro omnibus vobis, memoriam vestri facientes in orationibus nostris, sine intermissione, memores operis fidei vestræ et laborum charitatis, et expectationis Domini nostri Jesu Christi, coram Deo et Patre nostro.* Quoniam omnia bona a Deo sunt, idcirco ei primum gratias referunt in profectu illorum, qui dignatus est non solum donum suum dare hominibus sub peccato constitutis, sed in filios hos adoptare, simul adjvans eos ad omnia exitia toleranda, ut digniores fiant. Quamobrem meminisse horum dicunt se in orationibus suis, eo quod crebrescerent in opere fidei cæteris Ecclesiis; ut nutu Dei perficerent opus cœptum, prompti in studio charitatis, et patientiæ, ^b et spei adventus Domini ante Deum, qui dignatus est Filium suum incarnare pro salute humana. Placitum enim Dei est, si proficiatur in Christo.

(Vers. 4, 5.) *Scientes, fratres dilecti a Deo, electionem vestram; quia Evangelium nostrum non fuit ad vos in verbo solum, sed et in virtute, et in Spiritu sancto, et in plenitudine multa, sicut scitis quales fuerimus in vobis vestri causa.* Humiles se fuisse inter

^b Nonnulli, mss. et fidei adventus, etc.

e s significat, ut illis formam darent mansuetudin-
is, non quod defuerint, quæ ad fidem illos hortan-
rentur, magna; quia doctrinæ evangelicæ robur
virtus præstabat signorum et prodigiorum, in Spi-
ritu sancto, id est, non in phantasia, sed in veritate
plenitudinis; ut nulli necessitati deesset auxilium;
sed superabundans gratia videretur et in doctrina, et
in conversatione, et in ægris curandis; ut perfec-
tum opus Spiritus sancti appareret in Thessaloni-
censium Ecclesiis, ut in nullo se minores videntes
Judæorum Ecclesiis, gauderent in dono Dei, qui
participes illos facere dignatus est promissionis
Abrahæ.

(Vers. 6, 7.) *Et vos imitatores nostri facti estis, et
ipsius Domini, suscipientes verbum in pressura multa
cum gaudio Spiritus sancti, ita ut fueritis vos exem-
plum omnibus credentibus in Macedonia et in Achaia.*
Cupidi credulitatis, probra et injurias a civibus quis
passi tolerarunt fiducia futurorum. Unde æmuli di-
cuntur apostolorum, et ipsius Domini; quia et Do-
minus eadem passus est a Judæis, et apostoli
sequentes fidem Dei, persecutiones passi sunt, gau-
dentes quia digni habiti sunt pro nomine Domini con-
tumelias pati (Act. v, 21), scientes pro his magna
fore præmia re-promissa; idoneus enim servus pro-
batur, quando pro amore domini sui inimicos ejus
offendit. Cujus rei memores, gavisus sunt spe prom-
issionis in pressura. Itaque magna exhortatio est ad
perfectum, cum similes illos factos dicit et Christi
et apostolorum ad formam præbendam cæteris
credentibus illis in locis, quibus fama illorum am-
bulabat.

(Vers. 8.) *A vobis enim diffamatus est sermo Do-
mini non solum in Macedonia et in Achaia, sed et in
omnem locum fides vestra, quæ est ad Deum, proces-
sit.* Tale est hoc, quale et illud ad Romanos, cum
dicit: *Quia fides vestra prædicatur in universo mundo*
(Rom. 1, 8). Sed in his æmplius; quia non solum
fides, sed opus fidei illorum pervenit in omnem
locum.

(Vers. 9, 10.) *Ita ut non necesse habeamus nos ali-
quid eloqui. Ipsi enim de nobis annuntiant, qualem
introitum habuerimus ad vos: et quomodo conversi
estis ad Deum ab idolis, ad serviendum Deo vivo et
vero, et ad expectandum Filium ejus de cælis, quem
suscitavit a mortuis Jesum, qui eripuit nos ab ira ven-
iente.* Sic peragrasse dicunt famam introitus sui et
conversationis eorum cum prædicatione Evangelii,
ut non esset necesse ea dicere; superfluum est enim
ea fari, quæ nota sunt. Ad omnes enim in circuitu
pervenerat; ita ut et annuntiarent cæteris qua de-
votione susceperant apostolos. Et quia ad omnia,
quæ audierant ab eis, fuerant promptiores, relin-
quentes deos mortuos: expectarent autem Christum
de cælis, quem humanæ salutis causa mortuum au-
dierant, et resurrexisse devicta morte, et cum
carne assumptum in cælos ministra nube, ad con-

A fusionem prudentium mundi, qui consideratione
habita mundanorum, carnis naturam, quia gravis
est, putant non posse fieri, ut sustollatur in cælos.
Hoc affectu sit Spiritus sancti, ut erubescant terri-
gonæ prudentes.

278 CAPUT II.

(Vers. 1, 2.) *Ipsi enim scitis, fratres, introitum nos-
trum ad vos, quia non inanis fuit: sed ante multa passi,
et contumelias affecti, sicut scitis, in Philippis, exerta
libertate uti sumus in Dea nostra loquendo ad vos
Evangelium Dei in magna certamine.* Hanc pressuram,
quam nunc memorat (Act. xvi, 16 et seq.), passus
est in Philippis cum Sila propter spiritum pytha-
nam quem a puella ejecerat, quod jam suo loco
dictum est. Cui pressuræ non cessit, sed fortior in-
ventus est, dum audet prædicare, nec loqui timet,
spe utique promissi præmii; ut et hi securi essent
in persecutionibus, gaudentes propter futuram mer-
cedem. Signum ergo devoti et fidelis prædicatoris
hoc dicit esse, si in pressura loqui verbum Dei non
timeat, inanem illum significans, qui terrore præ-
senti formidinem patitur prædicandi. Qui enim
securus est de promissa spe, non cedit, ut caro-
netur.

(Vers. 3, 4.) *Nam exhortatio nostra non ex fallacia,
neque ex immunditia, neque in idolo, sed sicut probati
sumus a Deo; ut crederetur nobis Evangelium, ita
loquimur, non ut hominibus placentes, sed Deo, qui
probat corda nostra.* Hoc propter pseudoapostolos
dicit, qui in dolo et fallacia prædicabant non missi,
ut circumvenirent gentes ad serviendum legi factorum.
Iste autem electum se et missum prædicare
multis probat rebus; quia et in pressuris fortior in-
ventus est, et in conversatione irreprehensibilis; ut
nihil esset in hoc, quod minus Deo videretur dignum,
prosequentibus signis. Quidam enim quæstus causa
Christum prædicabant, favori hominum servientes;
quia et in arguendo remissiores erant, quippe cum
nec auctoritas esset, et in tribulatione infirmi;
quia non ex corde, sed in fallacia erat sermo eorum.
Omnis enim qui aliquid sine spe agit, orta tribula-
tionis succumbit.

(Vers. 5.) *Neque enim umquam in verbo adulationis
conversati sumus, sicut scitis, neque in occasionem
avaritiæ. Deus testis est.* Nunc aperit quod supra
significavit, cum dicit: *Non in occasione avaritiæ.*
Deum dans testem, quia istud ex corde faciebat,
non in hypocrisis, quasi contemnens pauca, ut forte
plura offerrentur. Unde et ipsos convenit, scientes
ac probantes quia nulli supra adulatus; pseudo-
enim apostoli formam avaritiæ dari sibi optabant,
ut ipsa occasione, dum veros apostolos omnia
illata vident accipere, possent ipsi sine invidia sim-
pliciores homines deprædari.

(Vers. 6, 7.) *Nec quærentes ex hominibus gloriam,
neque a vobis, neque ab aliis; cum possemus apud vos
oncri esse, ut Christi apostoli.* In tantum gravat

^a Vel. edit., *honoris esse; Rom., in honore esse; melius mss. ac Gill. in marg., oneri esse.*

pacudo apostolorum causam, ut se abanere dicat, cum liceret illi obsequia requirere, ad comprimentos eos quibus nec facultas erat, nec pudor, et tamen honorem sibi posebant; se enim potius quam Dei doctrinam commendare volebant. Apostolus autem qui gloriam non ad præsens, sed in futuro requirebat, se humilem faciebat, ut Dei prædicatio exaltaretur.

(Vers. 8.) *Sed fuimus parvuli in media vestrum, tamquam si nutritrix fovet filios suos; ita desiderantes vos, cupimus impartiri vobis non solum Evangelium Dei, sed etiam animas nostras; quia charissimi nobis facti estis. Tantum affectum habere se circa illos ostendit (quem, quia verus est; non verbis magis quam rebus probatum vult videri; potest enim in verbis latere fallacia), ut his exhortationibus provocati omnem sensum suum in dilectione haberent apostoli.*

(Vers. 9.) *Meministis enim, fratres, laborem nostrum et fatigationem, nocte ac die operantes ad hoc, ne quem vestrum gravaremus. Hoc est, quod dicit in Actis apostolorum. Omnia, inquit, quæ mihi, et illi qui sunt mecum, fuerunt necessaria, laboraverunt manus istæ. Unde et in alia epistola dicit: Qui non laborat nee manducat. Et hoc contra pseudoapostolos; ut qui otiosi manducarent, prædicatores se flangebant esse. Ut ergo exemplum daret, quemadmodum gubernanda sit vita christiana, et victores proderet, labori insistebat humano, offuscans pseudoapostolos: præterea quia qui labori insistunt, a malis cogitationibus declinant, occupantes animum suum, et a periculis prohibentes.*

(Vers. 10, 11, 12.) *Prædicavimus vobis Evangelium Dei, vos testes estis, et Deus, quam sancte et juste, et sine quærela vobiscum qui credidit, conversati sumus sicut scitis: et quomodo erga unumquemque vestrum, ut pater filios suos, obsecrantes vos, et consolantes, et obstantes ad hoc ut ambuletis digne Deo, qui vocavit vos in suum regnum et gloriam. Manifesta sunt hæc; commonet enim illos quomodo crediderint se prædicante, **279** et qualem enim fuerint experti, et quæ præcepta dederit eis; ut digni fierent Deo, qui illos vocavit de terris ad oculos, ut exsuscitet lætitiâ illorum.*

(Vers. 13.) *Ideoque et nos gratias agimus Deo sine intermissione, quod cum acceptissetis a nobis verbum auditus Dei, suscepistis illud non ut verbum hominum, sed sicut est vere, verbum Dei, quod et operatur in vobis qui credidistis. Deo gratias referunt, qui aperuit sensum illorum ad recipiendum Evangelium suum. Gloria enim prædicantium est, quando audientes facile credunt; tanta enim devotione receperunt verbum, ut probarent se intellexisse Dei esse doctrinam.*

(Vers. 14, 15, 16.) *Vos enim, fratres, imitatores facti estis Ecclesiarum Dei, quæ sunt in Judæa, in Christo Jesu; quia eadem passi estis^a et vos a contri-*

minum interemerunt Jesum, et prophetas, et nos persecuti sunt, et Deo non placent, et omnibus hominibus adversantur, prohibentes nos gentibus loqui, ut salventur, ad hoc ut suppleant peccata sua semper; sed pervenit ira Dei super eos usque in finem. De impietate atque credulitate queritur diffidentium Judæorum, qui non solum suæ salutis inimici sunt, verum etiam aliorum, prohibentes ne credant, et salvi fiant, ab initio parricidæ; vel Domino enim communi parcere debuerant, qui conservis et præpositis suis non pepercit: ut replerentur peccata eorum, in tantum, ne aliquando misericordiam consequi mereantur. Ideo Thessalonicenses a civibus suis eadem passos dicit, imitatos patientiam sanctorum, et Domini nostri Jesu Christi: cujus sceleris auctores inducit Judæos, ut et quanta gloria digni sint, qui pro nomine Domini patiuntur, et quæ ultio infestis et infidis præparata sit, dignoscatur.

(Vers. 17, 18.) *Nos autem, fratres, desolati a vobis ad tempus horæ, facie, non corde, abundantius festinavimus faciem vestram videre in multo desiderio. Quapropter volumus venire ad vos, ego quidem Paulus, et samel et iterum, sed impedit nos Satanas. Non animo, sed corpore divulsos se dicunt ab eis; charitas enim non dividitur, nec separatur: sed propter majorem instructionem etiam faciem earum cupere se dicunt videre. In rebus enim divinis deficitur articuli comprehendere, quæ possunt diel; nec enim sufficit dies stylo his, quæ una hora possunt depromi; ut non dicam quædam esse mystica religionis nostræ, quæ propter carnales sensus, ne scandalum patiantur, facile publicari non debeant: quia non omnibus dicenda sunt omnia, sed pro uniuscujusque captu moderanda sunt dicta, aliter rudibus, aliter fundatis. Idcirco præsentia corporis requiritur; quia sic perficitur veritas charitatis. Quamvis enim charitas non dividatur, desiderium tamen facit absentia corporis: denique osculo et amplexu animorum expletur voluntas. Cui rei impedimento asserit fuisse Satanam, qui etiam apostolis obvias manus tendebat; ne veritatis ratio hominibus panderetur. Accendebat enim perfidorum mentes, ut eos verberibus ac vinculis detinerent; ne loquerentur verbum Dei. Dixerunt enim majores Judæorum apostolis: Nunc præcipientes denunciavimus vobis, ne loqueremini in nomine Jesu ulli hominum (Act. v, 40)? Sed quia quod non est a Deo, stare non potest, dissolvuntur impedimenta Satanae.*

(Vers. 19, 20.) *Quæ est enim nostru spes, aut gaudium, aut corona gloriæ? Nonne vos coram Domino nostro Jesu Christo in adventu ejus? Vos enim estis gloria nostra et gaudium. Manifestum est quia perfectio discipulorum gaudium et corona magistri est. Hi enim sunt, qui labores fructuum suorum edituri sunt; fructus enim magistri, discipulus est obediens, cujus dum bona conversatio proficit magistro, fructus sui edit laborem. Labor enim discipuli in opere bono coronam dat magistro, judice Christo.*

^a Rom. edit., et vos a concivibus vestris.

CAPUT III.

(Vers. 1-4.) *Idcirco jam non amplius tolerantes, optimum duximus ut Athenis soli relinqueremur: et misimus Timotheum fratrem nostrum, et participem operis Dei in Evangelio Christi, ad hoc ut et vos confirmet, et deprecetur pro fide vestra, ne quis moveatur in his pressuris. Ipsi enim scitis, quia ad hoc positi sumus; nam et cum apud vos eramus, prædicebamus vobis passuros nos pressuram, sicut factum est, et scitis. Desiderii supra memorati causas expressit. Idcirco enim præsentibus esse apud eos volebant, ut animos eorum firmarent; ne quis ex his scandalum pateretur de pressuris apostolorum, 290 ut qui tanta signa facerent, aliquando infirmarentur; ita humiliati, ut verberibus et vioculis subicerentur. Ad quam rem excusandam Timotheum missum testatur idoneum doctorem, qui ostenderet hinc merita crescere christianis, si pro nomine Domini passi gratias agant, a quo hujus rei mercedem expectant, simulque preces Deo funderent, ut stabiles essent. Quam persecutionem idcirco se passuros prædicaverant; ut per id quod præscientiam hujus rei habere se protestarentur, posse se effugere et declinare has injurias approbarent: sed quia spes magna in his est, ideo dicit illatas sufferre quidem libenter.*

(Vers. 5.) *Ideo et ego non amplius tolerans, nisi ad hoc ut cognoscerem fidem vestram; ne quo modo attentaverit vos ille tentator, et inanis fiat labor vester. Istud propter quosdam dicit, qui possent seduci astutia Satanæ; quia in omni plebe est pars firma et infirma, quorum causa sollicitus erat, ne amitteret fructum credulitatis eorum. Et quia diutius passus non est nescire se quid certius ageretur circa illos, misit Timotheum episcopum a se creatum, a quo posset certum scire.*

(Vers. 6, 7, 8.) *Modo autem cum venisset Timotheus ad nos a vobis, et annuntiasset nobis fidem et charitatem vestram: et quoniam memoriam nostri habetis bonam semper, desiderantes nos videre, sicut et nos quoque vos; ideo consolationem sumus adepti, fratres, in vobis super omni necessitate et pressura nostra per vestram fidem; quoniam nunc vivimus, si vos steteritis in Christo. Declaravit cur alacri sermone scribat ad eos; ideo enim, nuntio veniente, et firmitatem devotionis illorum in fide et dilectione Apostoli declarante, lætus factus de communi concordia, scribit ad eos securum habens fructum fidei et bonæ conversationis eorum.*

(Vers. 9, 10.) *Quam enim gratiarum actionem possumus referre Deo de vobis super omni gaudio, quo gaudemus propter vos coram Deo nostro, nocte dieque abundantissime orantes; ut videamus faciem vestram, et suppleamus, quæ desunt fidei vestræ. Nihil dicit tam dignum, quod sufficere possit ad compensationem acquisitæ salutis gentium. Et quoniam provexerant se perseverantia fidei, et actu vitæ melioris, magis ac magis cupit eos videre; ut ea quæ ad perfectionem*

A illorum pertinent, ediscant, sacramenta scilicet rerum spiritualium, quæ facile publicari non debent; ut scirent quis et quam immensus est ille, quem judicem sperabant. Aliud est enim fidem accipere, et aliud expositionem fidei; altera enim disputatio est de natura Patris, et Filii, et alia de personis. Pater ingenuus est, Filius vero genitus: quantum ad personas pertinet, diversum videtur, cum sit individua unitas naturæ; unitas enim non in persona est, sed in substantia; Spiritus autem sanctus non degeneret; quia tertius ponitur. Qui ergo de secunda persona non ambigit, admittit et tertiam.

(Vers. 11.) *Ipse vero Deus et Pater noster, et Dominus noster Jesus Christus dirigat viam nostram ad vos. Integro ordine iter suum disponi postulat, primum a Deo Patre; quia ab ipso sunt omnia: deinde a Domino Jesu Christo, per quem sunt omnia; ut virtus atque providentia Patris et Filii adventum ejus commendet, et ut acceptabilis fiat audientibus se, et impedimenta diaboli solverentur ad dirigendum iter ejus.*

(Vers. 12, 13.) *Vos autem Dominus multiplicet, et abundare faciat charitate in invicem in vos, et in omnes, sicut et nos in vos ad confirmanda corda vestra irreprehensa in sanctimonia coram Deo et Patre nostro in adventu Domini nostri Jesu Christi cum omnibus sanctis suis. Ut gaudium suum, quo de eis gaudet, cumulet, omnibus bonis multiplicari illos exoptat; ut veniens ad eos, plus inveniat in eis, quod laude dignum sit, quam a Timotheo audierat; ut irreprehensibiles inveniantur cum sanctis in charitate Dei Patris, et in adventu Domini nostri Jesu Christi, cum cœperit ante tribunal ejus examinatio singulos approbare. Deum vocat propter terrorem majestatis ejus: Patrem vero propter benignitatem, qua dignatur credentes sibi adoptare in filios, quod in adventu Domini manifestabitur.*

CAPUT IV.

(Vers. 1.) *Quod superest itaque, fratres, rogamus vos et obsecramus in Domino Jesu, ut quemadmodum accepistis a nobis qualiter oporteat vos ambulare, et placere Deo, sicut et ambulatis, ut abundetis magis. Hoc est, quod supra dixi, quia ad cumulandum gaudium suum crescere illos vult in bonis operibus secundum mandata apostolica.*

(Vers. 2-6.) *Scitis enim quæ præcepta dederim vobis per Dominum nostrum Jesum. Nam hæc est voluntas Dei sanctificatio vestra, abstinere vos a fornicatione, et scire unumquemque vestrum suum vas possidere in sanctimonia et honore; non in passione desiderii, sicut et gentes quæ ignorant Deum: et ut ne quis supergrediatur, neque circumveniat in negotio fratrem suum; quoniam vindex est Dominus de his omnibus, sicut et prædiximus vobis, et testificati sumus. Quamvis laudet eos in tota epistola, tamen commonet ne aliqua subreptione ad illicita deducantur, et incur-*

^a Nonnulli mss., passuros vos pressuram.

^b Rom. edit., et Filii et Spiritus sancti.

^c Rom. edit., in nos et in omnes; et post paulo,

corda vestra irreprehensibilia; vet. edit. ac mss. ut in textu, nisi quod in mss. quibusdam legitur, corda nostra.

rant vindictam, quam ultricem malorum didicerunt : A scientes hoc Deo placere, si corpora sua incontaminata custodiant, sed et cum fratribus simpliciter agant ; ne similes gentibus inventi, adoptionis nomine abdicentur.

(Vers. 7, 8.) *Non enim vocavit nos Deus in immunditiam, sed in sanctimoniam. Quapropter qui spernit hæc, non hominem spernit, sed Deum, qui dedit Spiritum sanctum in nobis. Ut fortius astringat ad ea, quæ docet, a Dei interponit personam, dicens : Non hominem spernit, qui præterit præcepta, sed Deum. Quem ideo dicit Spiritum sanctum nobis dedisse, ut sancte vivamus ; quia in corpore subdito peccatis non habitat Spiritus sanctus (Sap. 1, 4).*

(Vers. 9, 10.) *De affectione autem fraternitatis non habemus necessitatem scribendi vobis ; ipsi enim a Deo edocti estis, ad hoc ut vos invicem diligatis (Joun. xv, 17). Nam et hoc facitis in omnes fratres per universam Macedoniam. Etiam hoc cum facere illos laudat, commonet tamen ut propensius id agant ; quos enim ab ipso Deo doctos dicit, promptiores esse debere in fraterna dilectione significat. Propter multam enim charitatem Deus miserus est nostri, cujus imitatores effecti, non immerito adoptatos nos ostendimus a Deo in filios.*

(Vers. 11.) *Hortamur autem vos, fratres, abundare magis ; et eriti quiescere, et vestrum negotium agere, et operari manibus vestris, sicut vobis præcepimus ; ut honeste ambuletis ad eos qui foris sunt, et nullius desiderium sit in vobis. Iterum eadem hortatur, ut data opera abundant bonis actibus ; ut enim b significet vere hoc esse, quod placet Deo, frequenter hoc monet. Justitiæ enim via tenenda est, ut ad misericordiam jure veniatur ; ut qui sunt inferiores substantia, manibus laborent ; ut ipsa intentione tollantur a vulgari inquietudine, et prava cogitatione, ut disciplina eorum etiam ab infidelibus laudetur, et provocari ad fidem possint.*

(Vers. 12, 13.) *Nolumus autem vos ignorare, fratres, de iis qui dormiunt ; c ne contristemini, sicut et cæteri qui spem non habent. Nam si credimus quod Jesus mortuus est et resurrexit, sic et Deus illos, qui dormierunt per Jesum adducet cum eo. Manifesta est ratio, quia si resurrectio creditur mortuorum futura, non sunt lugendi, qui cum signo crucis exeunt. Lugendi autem vere sunt infideles, qui hinc transeunt in gehennam ; ut ediscant verum esse, quod credere noluerunt. Fideles autem resurgent ad gloriam, ut qui in sæculo stulti habitii sunt propter fidem, videantur prudentes ; providerunt enim sibi gloriam. Hi sunt qui per Jesum, id est, sub spe fidei hujus exeuntes, adducentur cum eo in adventu ejus ; ut ab hominibus videantur. Cum tamen ipse defuncti excessum lugendum prohibeat, ipse alibi dicit : Ne*

tristitiam haberem (Philip. ii, 27). Sed jam suo loco solutum est.

(Vers. 14-17.) *Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini, quia nos qui vivimus, qui subrelicti sumus in adventum Domini, non præveniemus eos qui dormierunt. Quoniam ipse Dominus in jussu, et voce Archangeli, et tuba Dei descendet de cælo, et hi qui in Christo mortui sunt, resurgent primi : deinde nos qui vivimus, qui relinquimur, una cum illis rapiemur in nubibus obviam Domino in aera, et sic semper cum Domino erimus. Quare consolamini vos invicem in his verbis. Sensu Domini loqui se proflitetur, cum dicit : Hoc vobis dicimus in verbo Domini. d Ut enim fidam spem et ratam gloriam resurrectionis sanctis promissæ demonstrat, ordinem ipsum, quomodo futura sit, exponit, nutu judicis Christi, sancto Spiritu intimante ; ut ipsa spe qui charos suos præmiserunt, non doleant, addiscentes quia in adventu Domini priores resurgent, qui in Christo moriuntur. Ipse enim Christus Dominus voluntate Patris, e quasi primus angelus de exercitu 282 cælesti, sicut continetur in Apocalypsi Joannis apostoli (Apoc. xii, 7 et seq.), descendet de cælo ad gerendum bellum nomine Dei contra antichristum. Quo extincto, jussu ejus resurgent mortui. Hoc est ergo in tuba Dei descendere, nomine Dei bellum gerere ; est enim, ut ipse dixit ad Jesum filium Nave (Josue v, 14), dux et princeps exercitus Domini, propter quod archangelus dicitur. Cum autem in tuba Dei descendet, Deus est ; quia utrumque continent Scripturæ, sicut in Exodo, quem C angelum in flamma apparuisse Moysi legimus, statim ipsum in subjectis esse Deum agnoscimus, id est, Filium Dei, dicente eadem Scriptura : Et accedens, inquit, Moyses avertit se ; quia non potuit considerare in faciem Dei (Exod. iii, 6). Deus ergo est, quia Filius Dei verus est Deus : dux autem et princeps ideo, quia caput omnium est ; quia per ipsum omnia. Resurgentibus ergo primis, qui in Christo mortui sunt, deinde nos qui vivimus, rapiemur una cum illis bajulis nubibus obviam Christo in aera ; ut cum Domino omnes veniant ad prælium, et quos occiderat, videat vivos ; quia sicut Domino famulatae sunt nubes, ita et his quos fratres suos dignatus est appellare. Et sic semper cum Domino erimus ; in ipso enim raptu mors proveniet et quasi per soporem, ut egressa anima in momento reddatur. Cum enim tollentur, morientur ; ut pervenientes ad Dominum, præsentia Domini recipiant animas ; quia cum Deo mortui esse non possunt. Itaque consolamini vos invicem in his verbis. Hac spe consolari se invicem jubet eos, qui adhuc more gentili charorum suorum excessum putabant lugendum.*

CAPUT V.

(Vers. 1, 2, 3.) *De temporibus autem et momentis,*

a Codex Laud., Dei interponit doctrinam.

b Idem cod. Laud., significat, et vere hoc est, quod placet Deo.

c Rom. edit., ut non sitis tristes.

d Mss. aliquot, Ut enim fidem, spem, etc.

e Edit. mss. nonnulli, Angelus Dei cum exercitu cælesti.

fratres, non est necesse vobis scribi; ipsi enim diligenter scitis, quia dies Domini, ut sur noctu, ita veniet. Cum enim ^a dixerint: Pax, et securitas, tunc repentinus eis superveniet interitus, quemadmodum dolor partus pręgnanti, et non effugiet. Hoc est quod in Evangelio Dominus locutus est, dicens: Vigilate, quia nescitis horam, qua Dominus vester venturus est (Marc. xiii, 32). Et iterum: Si quis vobis dixerit: Ecce hic Christus, aut ecce illic; nolite credere (Matth. xxiv, 23). Subito enim et ex insperato apparebit sicut coruscatio apparet ab Oriente in Occidentem, habens secum militiam exercitus Dei Patris ad perditionem antichristi et satellitum ejus. Cum enim securi fuerint perfidi de regno diaboli, interfectis sanctis, id est, Enoch et Elia, læti de victoria invicem sibi mittentes munera, sicut dicit Apocalypsis (Apoc. xi, 7 et seq.), tunc illis subito veniet repentinus interitus. In adventu enim suo Christus hos omnes disperdet; ut videntes sancti, quod evaserint, glorientur.

(Vers. 4, 5.) Vos autem, fratres, non estis in tenebris, et vos dies ille tanquam sur apprehendat; omnes enim vos filii luminis estis et filii diei: non estis noctis neque tenebrarum. In tenebris ignorantiam significat et mendacium, in die autem scientiam et veritatem. Idcirco christianos non in tenebris esse dicit, gentiles autem vel incredulos Judæos filios tenebrarum; quia coltores sunt mendacii. Quamobrem fideles securos esse debere significat; quia non ignorant futurum adventum Domini, sed exspectant solliciti, ut veniat. Qui autem ignorant diffidentes de eo, repente illos apprehendet improvidos, et interficiet.

(Vers. 6-11.) Igitur non dormiamus, sicut et ceteri, sed vigilemus, et sobrii simus. Hi enim qui dormiunt, nocte dormiunt: et qui inebriantur, nocte sunt ebrii. Nos autem qui diei sumus, sobrii simus, induiti thoracem fidei et charitatis, et galeam spei salutis, quia non posuit nos Deus in iram, sed in acquisitionem salutis per Dominum nostrum Jesum Christum, qui mortuus est pro nobis; ut sive vigilemus, sive dormiamus, simul cum illo vivamus. Propter quod exhortamini invicem, et ædificate alterutrum, sicut et facitis. Apertum est quod dicit; commonet enim, ne securi de nomine Salvatoris, negligenter agamus: ideoque tribus propugnaculis nos muniri debere, id est, fidei, et spei, et charitatis. Dum enim fides manet, spem excitat: spes autem necessario sollicita est de promissione, nec dormit: charitas autem devotum offert Deo; nihil enim adversum admittit charitas. Idcirco enim mortuus est pro nobis Dominus Jesus, et resurrexit; ut sive vigilemus, hoc est, vivamus, sive dormiamus, id est, moriamur, una cum illo æterna vita fruamur. Hoc est quod supra dixit quia fideles in adventu Domini tam mortui, ~~sed~~ quam vivi obviam tollentur Domino, et semper vivent cum eo. In hoc meditando docet, ut invicem se in isto ædificent sensu.

^a Omnes edd. et quidam mss., dicent, pax et firmitas.

^b Rom. edit., qui laborant inter vos. Et infra, pacem habete cum eis.

A (Vers. 12, 15.) Rogamus autem vos, fratres, ut cognoscatis eos, ^a qui laborant in vobis, et præsentat vobis in Domino, et monent vos; ut illis summam honorem habeatis in charitate propter opera speciosa: pacem habete inter vos. Hoc est, quod dicit et in ista epistola (1 Tim. v, 17) presbyteros duplici honore honorandos, qui laborant in verbo doctrinæ. Potest enim p̄gere eum, qui inopiam patitur, exercitium facere, quod prosit audientibus. Quid enim prodest honorem sine fructu habere: aut quid magnum est offerre ei carnalia, qui tribuit spiritalia? Sicut enim divitiarum negligentiam pariunt solutis, ita egestas dum salvari querit, a justitia declinat. Hinc Salomon nec nimis divitem se petiit fieri; nec egestosum (Prov. xxx, 8). Hoc ipsum tamen in charitate fieri debere; ut honorificentia sacerdotis non de timore magis sit, sed de amore; ut etiam illi proficiat, qui facit. Res enim quæ sponte non sit, ad effectum non pervenit; quamvis enim ad præsens proficiat sumentis, nihil tamen proderit in futuro danti. Et quia dissensio multa generat mala, pacificos eos esse hortatur.

(Vers. 14-17.) Rogamus vero vos, fratres, corripitis inquietos, consolamini pusillanimes, opitulamini infirmis, patientes estote ad omnes. Videte ne quis malum pro malo alicui reddat: sed semper quod bonum est sectamini et in invicem, et in omnes. Semper gaudeat in Domino, sine intermissione orate, in omnibus gratias agite. Hæc est enim voluntas Dei in Christo Jesu in omnibus vobis. Quoniam necesse est quosdam in plebe esse immodestos, quosdam autem pusillanimes, hoc est, timidos, quosdam vero fide infirmos; ideoque hos ^c qui moderati sunt et magnanimes, et fide fundati, hortatur cum prece, ut his consulant, ut possint proficere, sufferentes eos; ne si retributio sit malorum, peiores se fiant. Idcirco nihil aliud quam bonum sectandum hortatur non solum in causa fratrum, sed et in omnium. Possunt enim bonis operibus attrahi indeles ad credulitatem, ex qua semper gaudeatur in Domino, hoc est, in bonum. Orandum autem sine intermissione; sedulæ enim preces provocant animum iudicis ad dandam misericordiam. In omnibus vero actibus bonis Deo gratias agendas, qui hanc tribuit doctrinam in Christo Jesu Domino nostro.

(Vers. 18-22.) Spiritum nolite extinguere: prophetas nolite spernere. Omnia probate: quod bonum est, tenete: ab omni specie mala abstinete vos. Hoc dicit, ut non facile alicui per spiritum loquenti interdicitur (extinguitur enim, si incipientis loqui fervor ^d contradictione sopitur) ne forte non intelligentes dici ab eo spiritalia, in justiam faciant Spiritui sancto, et peccent per ignorantiam: neque aliquem qui quasi Scripturas revelet, non audiri patienter debere: sed omnia dicta examinari, et sic judicari; ne forte gratiam datam Patri dum respuunt, auctori

^c Edit. ac mss. nonnulli, qui modesti sum. Infra vero codex Laud., peiores se faciant.

^d Mss. aliquot, contradictione rapitur.

repugnent. Omnia ergo quæ dicuntur, probanda monent; et quidquid sobrie et bene dictum fuerit, retinendam. Quæcumque enim apostolorum et ipsius Domini dictis congruant, ea bene dicta habenda sunt et retinenda: ab his autem quæ inimica fidei videntur, abstinendum. Solet enim spiritus mundi fallaciter quasi per imitationem dicere bona, et inter hæc subinducere prava, ut per hæc quæ bona sunt, accepto ferantur et mala; ut quia unus spiritus dicta putantur, non discernantur ab invicem: sed per id quod licitum est, commendatur illicitum auctoritate nominis, non ratione virtutis. Solent enim sub apostolorum nomine et ipsius Domini infanda docere et adversa; ideoque omnia probanda monet, quia non possunt eloquia Domini esse diversa. Hinc est unde et Joannis apostoli epistola: *Nolite, inquit, omni spiritui credere: sed probate spiritus, si ex Deo sunt* (I Joan. iv, 1), quia si multa bona dicat, in aliquo autem quod fidei adversum est, promat, sciatur non esse Spiritus sanctus. Nihil enim erroris in Spiritu sancto poterit reperiri. Sed per exercitium eloquii quedam spiritalia, quedam vero carnalia; quia omnis error carni deputatur, hæc certe commento quodam astutiae bona fingit; et his inserat mala, sicut supra memoravi: quemadmodum in Montano, et Priscilla, et Maximilla prophetis cataphrygarum spiritus mundi imitatione quadam boni simulavit; ut per multa verisimilia, necnon et vera, monstraretur se esse Spiritum sanctum.

(Vers. 23.) *Ipsæ autem Deus pacis sanctificet vos per omnia perfectos; ut integer spiritus vester, et anima, et corpus sine querela in adventu Domini nostri Jesu Christi servetur.* Deus pacis Christus est; ait enim: *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis* (Joan. xiv, 27). Quippe cum omnia quæ habet Pater, Filii sint, hæc sanctificare nos optat Apostolus; ut nos illustret pietate clementiæ suæ, et

^a Omnes edit., et omne votum: omnes mss. et omnem actum.

A omnem actum nostram dirigat in perfectione, ut integer sit spiritus datus nobis. Tunc enim integer est, si bonæ vitæ studeamus, animam habentes mundam, et corpus sine querela; et totus homo sit perfectus. Potest enim corpus mundum esse, et anima inquinari per malam cogitationem: ideoque spiritum in homine mundum dicit esse debere. Si autem mala vita vel cogitatio intercedat, non erit integer spiritus; quia doberit hominem peccatis obnoxium. Dum enim dissentit anima et corpus, quomvis sine sensu sit, aliom ab eo efficiuntur, et velut perdens eos, non erit integer spiritus; ad hoc enim datur homini, ut maneat in eo, et sit quasi caput ejus. Integer ergo non erit; quia perdit membra; dum recedit ab eo homo, ea agens quæ editi Spiritus sanctus.

B (Vers. 24, 25.) *Fidelis est enim Deus, qui vocavit vos, qui et faciet. Fratres, orate pro nobis. Fidelem Deum fecit in promissis suis, ut secuti de premio recte versentur.* Et quia qui recte vivunt juxta Evangelium, facile poterunt impetrare quæ postulant; idcirco orare eos pro se hortatur; facile enim multi impetrant, quod desiderant.

(Vers. 26.) *Salutate fratres omnes in osculo sancto.* Sancta oscula sunt in salutatione christiana, cetera carnalia sunt; quia quidquid sine Christo fit, carnale est, ac per hoc et mortale. Qui enim auctorem vitæ continent, in morte est.

(Vers. 27.) *Adjuro vos per Dominum, ut legatur epistola hæc omnibus fratribus.* Astringit eos, ut solliciti sint ad legendam epistolam cunctis fratribus; ut cognoscant et laudes et admonitiones suas, per quas fiant perfecti.

(Vers. 28.) *Gratia Domini nostri Jesu Christi vobiscum.* Sic illos in bonis operibus vult proficere; ut gratia Domini nostri Jesu Christi permanent in eis in æternum.

IN EPIST. B. PAULI AD THESSALONICENSIS SECUNDAM.

PROLOGUS.

Quoniam in prima epistola ad Thessalonicenses data inter cætera etiam de adventu Domini quedam scripsit, et de resurrectione sanctorum; nunc aliam scribit ad eos, in qua significat, licet obscurè (neque enim aperte potuit scribere), de abolitione regni Romani, et de antichristi apparitione et damnatione, et de quorundam fratrum inquietudine.

CAPUT PRIMUM.

(Vers. 1-5.) *Paulus, et Silvanus, et Timotheus Ecclesiæ Thessalonicensium in Deo Patre nostro, et in Domino Jesu Christo. Gratia vobis et pax a Deo Patre nostro, et Domino Jesu Christo.* Solemnibus verbis scribit ad eos; solito enim more sermonum caput continetur epistolæ: et idem ipsi essent, quorum nomine scribitur, sicut et prima epistola (I Thess. i, 1).

Gratias agere debemus Deo semper de vobis, fra-

tres, sicut dignum est; quoniam superexcrevit fides vestra, et multiplicatur charitas uniuscujusque vestrum omnium in vos invicem. Deo se debitores de horum profectu in gratiarum actione profitentur; et ut non qualecumque esse debitum ostenderet: sicut dignum est, ait; ut pro tam infinito dono magnas gratias referendas Deo testarentur. Post acceptam enim primam epistolam meliores esse, quam fuerant, perstiterunt; ita ut in eo copiosi et abundantes viderentur, quod post Domini et Dei devotionem habemus mandatum, ut diligamus nos invicem. (Joan. xiii, 34.)

(Vers. 4, 5.) *Ita ut nos ipsi de vobis gloriemur in Ecclesiis Dei pro patientia vestra et fide in omnibus persecutionibus vestris et pressuris, quas sustinetis in exemplum justii judicii Dei, in hoc ut digni habeamini regno Dei, pro quo et patimini.* Gloriam esse suam in horum conversatione et persecutione tolerata testatur, in

tantum ut apud cæteras Ecclesias exempla eorum A proferantur; ut imitatione eorum crescant in devotione passionum pro Christo, et mereantur consequi quæ promissa sunt sanctis, in die justii iudicii Dei, cujus amore mundum spernere non dubitarunt. Ipsæ enim pressuræ exempla sunt futurorum meritorum in his, qui patiuntur, ad gloriam: in illis autem, qui persequuntur, ad perditionem.

(Vers. 6-9.) *Siquidem justum est apud Deum retribuere eis, qui vos deprimunt, pressuram: et vobis qui afflictionem sustinetis, requiem nobiscum in revelatione Domini Jesu de cælo cum angelis virtutis ejus in igne flammæ dantis vindictam in eos, qui non noverunt Deum, et in eos qui non obaudiunt Evangelio Domini nostri Jesu Christi, qui pœnas solvent in interitum æternum a facie Domini, et a gloria virtutis ejus.* Quoniam exemplum justii iudicii Dei apparere dixit sive in bonos, sive in malos; idcirco subsequutus ait: *Siquidem justum est apud Deum; ut reddat unicuique secundum opera sua.* Quid tam justum, quam ut hi qui in sæculo deprimunt bonos, et extorres eos faciunt persecutionibus, in futuro eadem patiantur, quæ faciunt: illi autem ut sint in requie cum cæteris sanctis, qui de magna tribulatione venientes, regnum accipient æternum in adventu Domini de cælo; cum cœperit venire cum cœlesti exercitu suo et ministro igne ad dandam vindictam in paganos, qui ignorant Deum Patrem esse Jesu Christi; et Judæos, qui dicentes se Deum scire, non credunt Evangelio Christi, quod dedit illi Pater Deus, ut traderet servis suis? Quos omnes C præsentia Domini, et gloria majestatis ejus ignis exuret; ut debitas reddant pœnas interitus in æternum, ^a semper patientes, non tamen penitus deficientes; ut ipsa pœna illos quodammodo generet semper, quo consumantur.

(Vers. 10.) *Cum venerit clarificari in sanctis suis, et mirificari in omnibus qui crediderunt; quia fidem habuit testimonium nostrum super vos in die illa adventus Domini.* Duplicem continet sensum; adveniet enim punire malos, et glorificare bonos. Ipse enim clarus et mirabilis videbitur in eos, qui credunt exemplo et fidei apostolorum, cum fuerint coronati, testimonium reddente illis Evangelio in die Domini: severus autem apparebit in incredulos, cum æternis pœnis coarctari cœperint. Corona enim discipulorum magistri est gloria, et veritas ejus incredulorum est pœna; quia quod prædicabatur, non credebatur.

(Vers. 11, 12.) *In quo et oramus semper pro vobis, ut vos dignos habeat vocatione sua Deus noster, et impleat omni placito bonitatis, et opere fidei in virtute; ita ut clarificetur nomen Domini nostri Jesu Christi in vobis, et vos in ipso secundum gratiam Dei nostri, et Domini Jesu Christi.* Gaudio addit et preces, ut quia devoti sunt, dignetur Deus adjuvare eos, ut perficiant opus

^a Ita mss. plures potioresque: edit. vero cum aliis mss. quibusdam, *semper sentientes*. Minus commode.

cœptum ad claritatem Domini nostri Jesu Christi; ut perseverantia discipulorum testimonium sit magistro ad gloriam. Auctoritas enim magistri in discipulorum est fiducia, cum se in accepta gratia faciant digniores.

CAPUT II.

(Vers. 1-4.) *Rogamus autem vos, fratres, per adventum Domini nostri Jesu Christi, et nostræ congregationis in illum, ne facile moveamini a sensu vestro, neque conturbemini, neque per spiritum, neque per verbum, neque per epistolam tamquam a nobis missam, quasi instet dies Domini. Ne quis vos seducat illo modo; quoniam nisi venerit defectio primum, et revelatus fuerit ^b homo ille peccati, filius perditionis, qui adversatur, et extollitur supra omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur; ita ut in templo Dei sedeat, ostentans se ipsum, quasi sit Deus.* Obsecrat eos ne leviter et facile de adventu quasi imminentis Domini opinione recipiant: et talia dat mandata, ut etiamsi per spiritum aliquis velut propheta fuerit locutus, credi ei non debeat; neque si per tractatum aut per epistolam nomine forte apostolorum scriptam, assensum **286** tribuendum. Solent enim tergiversatores, ut fallant, sub nomine clari alicujus viri epistolam fingere; ut auctoritas nominis possit commendare, quod per se ipsum recipi non posset. Hoc ideo, ne ipsa perturbatione dum incauti invenirentur, possent seduci ad adorandum diabolum, qui idcirco hæc jactabit, ut sub Salvatoris nomine apparens, ac fallens sanctos, velit se adorari, ut decipiat credentes in Christum. Sed ut locum aut occasionem fallendi, quam se putat habere, non habeat impudentissimus Satan, tempus et signa adventus Domini designavit; quia non prius veniet Dominus, quam regni Romani defectio fiat, et appareat antichristus, qui interficiet sanctos, reddita Romanis libertate, sub suo tamen nomine. Sciens enim venturum Dominum ad se comprimendum, nomen ejus sibi usurpabit: et ut regnum ejus verum esse videatur, attrahet secum qui simul cum eo pereant; ita ut in domo Domini in sede sedeat Christi, et ipsum Deum se asserat, non Filium Dei. Unde in Evangelio ad Judæos Dominus ait: *Ego veni in nomine Patris mei, et non me recipistis; si alius venerit in nomine suo, illum accipietis* (Joan. v, 43). Quamobrem ex circumcisione, aut circumcisum illum venire sperandum est; ut sit Judæis credendi illi fiducia. Itaque cum Thessalonicensibus scribit Apostolus, docet omnes in re hujuscemodi cautos esse debere.

(Vers. 5, 6.) *Annon meministis quod me adhuc apud vos agente, ^c hæc dicebam vobis? Et nunc quid delineat, scitis: ad hoc ut reveletur ille in suo tempore.* Hoc superesse dicit, ut reveletur ille, qui ante Dominum venturus est; ut jam speretur et Dominus venturus, quod supra quasi sub velamine

^b Rom. edit., *homo iniquitatis, filius interitus*.

^c Quidam mss., *hæc dicebantur vobis? Et nunc latet. Quid, etc.*

factus est, dicens: *Nisi venerit defectio primum; A* quam regni Romani abolitionem superius intelligendam memoravi; ut cum defecerit, et venerit antichristus, tunc adventus Domini venire credatur.

(Vers. 7.) *Nam mysterium jam operatur iniquitatis, tantum ut qui nunc tenet, teneat, quoadusque de medio fiat.* Mysterium iniquitatis a Nerone inceptum est, qui zelo idolorum apostolos interfecit, instigante patre suo diabolo, usque ad Diocletianum, et novissime Julianum, qui arte quadam et subtilitate cœptam persecutionem implere non potuit; quia desuper concessum non fuerat. His enim ministris utitur Satanæ, ut interim sub turba deorum ad seducendos homines unius veri Dei manifestatione illudat, quamdiu steterit regnum Romanum, hoc est, quod dicit: *Donec de medio fiat.*

(Vers. 8, 9.) *Et tunc revelabitur ille iniquus, quem Dominus Jesus interficiet spiritu oris sui, et destruet illustratione præsentis suæ: cujus est adventus secundum operationem Satanæ, in omni potestate, et signis et portentis mendacii.* Post defectum regni Romani appariturum antichristum dicit, sicut memoratum est. Novissimo enim tempore sciens diabolus imminere sibi interitum; deficiente autem regno Romano, et ille de cœlis mittetur deorsum, projectus in terram (sicut dictum est in Apocalypsi Joannis apostoli) subornabit sibi in quo et per quem signa quædam virtutis permissu justî Dei faciens, se commendat, ut adoretur, quasi sit Deus. Imitabitur enim Deum, ut sicut Filius Dei divinitatem suam homo natus vel factus signis ac virtutibus demonstravit; ita et Satanæ in homine apparebit, ut virtutibus mendacii ostendat se Deum, sicut supra dictum est. Revelatio vero mysterii iniquitatis hæc est; cum enim apparuerit antichristus, cognoscetur ipse esse quasi eorum Deus, quos prius nutu ejus ut deos coluit vulgus, quorum sit ipse primus aut summus, quod signorum virtutibus faciet credibile. Ideo vero portenta mendacii dixit, quia hoc se vult credi per signa, quod non est; ut decipiat quos circumventurus est: quod sanctis ideo prædictum est, ut sciant quid caveant.

(Vers. 10.) *Et in omni fallacia iniquitatis, iis qui pereunt: pro eo quod dilectionem veritatis non susceperunt, ad hoc ut salvi fèrent.* Iis dicit fallaciam iniquitatis prodigiorum ejus proficere, qui perituri sunt; quia enim veritatis charitatem spreverunt, per quam salvari potuerant apostolis prædicantibus, traditi sunt diabolo; nolentes enim salvari, deseruntur a Deo.

(Vers. 11.) *Et idcirco mittet illis Deus operationem erroris, in hoc ut credant mendacio; quatenus judicentur omnes, qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati.* Operatio erroris est falsis fidem committere, ut qui claritatem luminis 287 diem esse consentire noluerunt, putant tenebras diem esse consentire noluerunt, putant tenebras diem dici debere; ut possint propensiori delicto rei facti, sine contradictione damnari veritatis inimici, fautores autem iniquitatis.

PATROL. XVII.

(Vers. 12, 13.) *Nos vero debemus gratias agere Deo semper de vobis, fratres dilecti a Domino, quia assumpsit vos Deus a principio ad salutem, in sanctificationem spiritus, et fidem veritatis, in quam vocavi vos per Evangelium nostrum in acquisitionem gloriæ Domini nostri Jesu Christi.* Hoc loco præscientia Dei personat, quia scit omnium mentes ante nativitatem eorum; nec enim latet illum, qui credituri sunt. Idcirco a principio scit hos fideles fore, qui credentes augmentum fidei faciunt, non detrimentum; sanctificati enim per fidem veritatis Evangelii Filii Dei, acquiruntur ad augmentum gloriæ corporis Christi, sicut et in alia epistola ait: ut crescant, inquit, omnia in incrementum Dei (Coloss. II, 19). Quicumque enim, deserto diabolo, confugiunt ad fidem Christi, augmentum faciunt Deo in corpore Christi, qui prius fecerant detrimentum.

(Vers. 14.) *Itaque, fratres, state, et tenete traditiones nostras, quas didicistis sive per verbum, sive per epistolam nostram.* Ut præscientia Dei maneat in salutem illorum, idcirco in traditione Evangelii standum ac perseverandum monet; ut solliciti sint, ne desidia et otio torpentes in operibus Dei, non impleant quod cœperunt. Sic enim præscit credere et posse manere, si crebra admonitione pulsantur.

(Vers. 15, 16.) *Ipse autem Dominus noster Jesus Christus, et Deus ac Pater noster, qui dilexit nos, et dedit consolationem æternam, et spem bonam in gratia; consolatur corda vestra, et stabiliat in omni opere et verbo bono.* Quoniam Pater et Filius una virtus, unaque divinitas et substantia est, ideo non dubitavit primo Dominum nostrum Jesum Christum nominare, deinde Deum Patrem nostrum dignatione ejus, non veritate nature: qui in tantum dilexit nos, ut Filium suum daret pro nobis (Joan. III, 16), Deum pro hominibus, pro servis Dominum, pro adoptivis Filium verum; ut mors ejus vita nostra sit, et resurrectio ejus justificatio nostra, secundus autem adventus ejus requies vitæ nostræ, et gloria in æternum; ut ista spes consolatio sit præsentium pressurarum, per quam fundati crescerent in bonis operibus et doctrina.

CAPUT III.

(Vers. 1, 2.) *Quod reliquum est, fratres, orate pro nobis, ut verbum Domini currat et clarificetur, sicut et apud vos, et ut liberemur ab importunis et nequam hominibus; non enim omnium est fides.* De cætero orandum hortatur, ut dignetur Deus doctrinam suam infatigabili cursu dirigere, et transfundere per os Apostoli sui in aures audientium, et ut compesceret et sedaret malorum hominum seditones, qui diffidunt veritati, et loquendi fiducia cresceret Apostolo ad ejus fructum, et conversionem multorum.

(Vers. 3.) *Fidelis autem Deus, qui stabiliet eos, et custodiet a malo.* Quoniam Deus fidelibus et bonæ vitæ hominibus auxilium suum non defuturum in necessitate promisit ad confirmationem illorum, li autem tam in fide quam in opere æmuli erant bono-

rum; idcirco fidelem Deum dicit in promissis ejus, A quia providentia ejus esset circa eos.

(Vers. 4.) *Confidimus autem in Domino de vobis, quoniam quæ præcepimus, et facitis, et facietis. Propter quod mereri illos, ut Dei defensione totus præstari confideret; idcirco ea quæ illis præcipiebat in nomine Domini, fieri ab illis et futura esse non dubitat.*

(Vers. 5.) *Dominus autem dirigat corda vestra^a in dilectione Dei, et patientia Christi. Hoc illis exoptat a Deo, quod non ambigit posse præstari; ut in Dei charitate cor eorum proficeret ad expectandum adventum Domini,^b ut condemnato sæculo, desideretur adventus ejus, qui sæculum vicit.*

(Vers. 6.) *Denuntiamus autem vobis, fratres, in nomine Domini nostri Jesu Christi, accerni vos ab omni fratre intemperanter ambulante, et non secundum traditionem, quam accepistis a nobis. Quoniam in omni plebe non omnes obedientes sunt verbo doctrinæ, non legis, sed suum placitum et consilium sequentes; propter hoc declinandum ab his præcepit, ut cognoscant semet ipsos errare.*

(Vers. 7, 8, 9.) *Ipsi enim scitis quemadmodum deheatis imitari nos, quoniam non intemperanter vivimus inter vos, neque gratis^c panem edimus a quoquam; sed in labore et fatione, 288 nocte-dieque operantes, ad hoc ne graves essemus cuiquam vestrum: non quia non habuerimus potestatem, sed ut nosmet ipsos formam darentis vobis ad imitandos nos. Illos dicit non ignarus operis et laboris sui,^d quem sedulo exitu operabatur, ne pane indigeret alieno, ut exemplum daret eis ad imitandum illum. Neque enim reprehensibilis esset, si panem ab his reciperet ad corporis curam, qui animis illorum escam spiritalem præbebat, quæ etiam corpori immortalitatem cum gloria procuraret. Tunc etenim exerta potest esse libertas, si semet ipsum quis ventris causa aut pecunie nulli subjiciat, suo pape contentus; maxime quod ad laudem magis proficit, si cum liceat, et sit sumendi potestas, contineat: hic talis prodesse potest audientibus se; reverentiam enim habebunt rigoris hujus, et ea quæ ab hoc mandantur, prætermitti non poterunt.*

(Vers. 10.) *Nam cum essemus apud vos, hoc præcipiebamus vobis, quod si quis non vult operari, nec mandeducet. Non solum verbis docebat, sed hortabatur et factis; idonei enim magistri est, si ea quæ verbis docet, operibus expleat. Tunc etenim addiscunt vera esse sciunt, quæ audiunt, si negligi illa non viderint a doctore. Quamvis enim manifeste vera esse non ignorentur, quæ docentur; tamen si negligi cœperint a magistro, difficile proficiunt audientibus: magis enim opera suadent, quam verba. Quamobrem magnis præmiis remunerandi sunt, qui negligentibus magistris, de solis verbis proficiunt tam in opere quam in sensu. Firma ergo erat is, qui me-*

dicoris vel tenuis erant substantiæ in plebe; ut discerent quatenus libertatem suam non amitterent. Unde et Salomon: *Rare, inquit, inferes panem ad amicum tuum, ne saturatus tui odorit te* (Prov. xiv, 17). Qui enim frequenter ad alienam mensam convocat, otio deditus adulatur: necesse est pati se; cum religio nostra ad libertatem hominum adducat. Ideoque si quis, inquit, manducare agerit, cesset ab opere: sed quia nullus sine cibo potest vivere, det operam laborandi; ut arbitrio suo vitæ Deum possit habere propitium.

(Vers. 11.) *Audivimus enim quosdam ambulare inter vos intemperanter, nihil operantes, sed raritas agratas. Qui titiosi esse desiderant, id agunt quatenus decario nascatur, qua introitum suum desiderabilem faciunt domibus divitum, ambulantes gesta et opinionibus verborum subtiliter colligunt, scientes quid de quo velint audire, ut libenter et requisiti pascantur. Quod factum valde abhorret a disciplina Dominica; barbam enim venter Deus est, qui facta cura necessaria provident.*

(Vers. 12.) *His egrotat qui hujusmodi viciis, denuntiamus, et exhortamur in domino Jesu Christo, ut cum quiete operantes animi pacem manducant. Ut eis facilis succedat, interposito munus Domini Jesu Christi, exhortatur eos, ut obaudiant, quod eis sit utile.*

(Vers. 13, 14, 15.) *Vos autem, fratres, nolite defatigare in benefaciendo. Quod si quis non obediit verbo nostro per episcopum, tunc nolite, et nihil verum eo conveniam, ut reprobis constanter: et non estis inimicum existimatis, sed admodum conciliis, et fraternam. Propter quod superius utroqueque eorum panem manducare debere præcepit; ne forte quidam illerum occasionem parcitatis et indulgentiæ capterent; ideo statim subjicit: Vos autem, fratres, nolite defatigari benefaciendo. Neque vidui in reprehensionem venit, qui humanus et longus est; sed hic qui cum possit laborem ferre, in otio vult vitam agere. Quem si apostolus auctoritas non corrigi, ut laudum hunc, et nec convensum eum ex præcepit; ut confusus, qui ab omnibus evitatur, subjiceret et præceptis Apostoli. Quod tamen sic incipit et contumelia vult fieri, ut patenter declinetur ab eo; ita tamen, ut si res tulerit loqui cum eo, mandandum illum, ut patiat se corrigi, nec ultra præceptis Apostoli contumenda: familiaritatem quoque tandem cum eo non habere, quoniam obaudirent fiat. Nam si ad iracundiam contumeliis incensatur, prius se fiet; incitabitur enim ad contentionem, et incipiet errorem suum velle defendere, post autem erubescere emendare se; ut quod prius excusabat, postea fieri videtur.*

(Vers. 16.) *Ipsos autem deus pascit et vobis pacem semper in domino deo. Dominus hic cum omnibus vobis.*

^a Rom. edit., in dilectionem Dei, et expectationem Christi.

^b Edit., cum quibus viciis, ut contempno otio.

^c Rom. edit., panem accipimus a quoquam.

^d Eadem edit. Rom., quem sedulo exercitio operabatur.

^e Rom. edit., nolite defatigari benefacientes.

^f Nonnulli mss., quamdiu non obaudirent quos.

Semper quod suum est, bono voto illos prosequitur, A quasi charissimus filios, optans semper eum illis pocum manere, quæ est dux ad vitam æternam. 209 Cum his equi Dominus se esse promisit, qui fuerint pacifici.

(Vers. 17.) Ipsa salutiæ mea manu Pauli, quod est signum in omni epistola: ita scribo. Propter inter-
pelas et adulteratores Scripturarum semper se manu

sua in omni epistola sua salutacionem 200 sub-
scribere testatur; ut sub nomine ejus epistola ac-
cepto ferri non possit, quæ non fuerit manu ejus
subscripta.

(Vers. 18.) Gratia Domini nostri Jesu Christi cum
omnibus vobis. Hæc salutatio manu Apostoli conscripta
est, quæ gratiam Domini nostri Jesu Christi optat
esse cum his. Amen.

IN EPISTOLAM B. PAULI AD TIMOTHEUM PRIMAM,

209 PROLOGUS.

Timotheus filius fuit mulieris Judææ fidelis, patre
Græco, cujus causa parvulus circumcidi non potuit.
Qui studio matris suæ sacras litteras didicit, quibus
operam dans, bonam sibi vitam instituit (Act. xvi, 5).
Hunc Apostolus cum voluisset assumere, scias
idoneum fore dispensatorem evangelicæ vritatis,
causa Judæorum compulsus est circumcidere eum,
instantibus eis, ut qui matre Judæa natus esset, in-
circumcisus assumi non deberet ad magisterium
propter testimonium generis. Hunc ergo jam creatum
episcopum instruit per epistolam quomodo debeat
Ecclesiam ordinare.

CAPUT PRIMUM.

(Vers. 1, 2.) Paulus apostolus Christi Jesu secun-
dum imperium Dei Salvatoris nostri, et Christi Jesu C
spei nostræ, Timotheo germano filio in fide. Gratia,
misericordia, et pax a Deo Patre nostro, et Christo
Jesu Domino nostro. Patris et Filii imperio apostolum
se factum ostendit, ut in Deo Patre salutem, et
Christo Filio ejus spem prædicaret; ut quia nemo
negat salutem esse in Deo, nec quisquam dubitaret
spem esse in Christo Jesu, quem a mortuis excita-
tum, exemplum hujus spei dedisse cognosceret. Hoc
modo scribit Timotheo, ut securus esset de sua
ordinatione; quia imperio Patris et Filii electus est
ad docendum. Quem verum filium appellat, sed in
fide, sicut dicit ad Corinthios: In Christo Jesu, in-
quit, per Evangelium ego vos genui (1 Cor. iv, 15).
Hæc vera et firma generatio est, quæ nescit occasum,
nescit morbos et pestilentiam, et quæ ignorat famem
et sitim: a didicit autem in regno Dei nullius egere;
quia futura est dono Dei immortalitas gloriosa in
regno Dei et Christi, quorum gratiam, misericor-
diam, et pacem exoptat cum isto manere.

(Vers. 3, 4.) Sicut rogavi te subremanere Ephesi,
cum irem in Macedoniam, ut denunties quibusdam, ne
aliter docerent, neve intendant fabulis et genealogiis
infiniis, quæ quæstiones præstant magis, quam ædifica-
tionem Dei, quæ est in fide; ita facio. Filius a patre
rogari non debuit; sed propter charitatis affectum,
et ut illi formam humilitatis ostenderet, obsecrat
episcopus coepiscopum suum, ne pateretur Judæos
aliter populum, quam ab Apostolo tradebatur,
docere; ne oblectarentur fabulis, quas narrare

B consueti sunt Judæi de generatione suarum originum,
de Abraham, et Isaac, et cæteris patriarchis, et de
circumcisione, et his quæ postea tradita sunt a
Moysæ; ne circumvenirentur ad hæc colenda, quæ
carnaliter data fuerant. Quid enim opus est gene-
rationum, quas constat esse infinitas per traducem,
facere mentionem, et quid et quatenus factum est
sub unoquoque eorum; et non potius compendio per
fidem salutem quærere? Inde enim quæstiones oriun-
tur, cum quid, et quando, et quomodo, et quare
factum est, tractatur: quæ res impedit salutem.

(Vers. 5, 6, 7.) Nam finis præcepti est charitas de
corde puro, et conscientia bona, et fide non ficta, a
quibus quidam aberrantes, conversi sunt in vaniloquium,
volentes esse Legis doctores, non intelligentes neque
quæ dicunt, neque de quibus affirmant. Quoniam om-
nium major est charitas, hanc finem esse dixit, id
est, perfectionis consummationem, omnium præcepto-
rum; si tamen ex corde puro sit et bonæ conscientia.
Vera enim charitas non potest malam vitam, nec
simulatam fidem habere, in quibus omnis Lex imple-
tur et Prophetæ (Matth. vii, 12). Quidam autem
Judæorum mysterium Legis ignorantes et propheta-
rum, quia usque ad Christum servanda sunt tradita;
erraverunt putantes, prædicato Christo, etiam Legem
290 factorum in neomeniis, et circumcisione et
æscis discernendis servari debere. Idcirco in vanilo-
quium dicit eos conversos; quia volebant docere,
quæ ignorabant.

(Vers. 8-11.) Scimus autem quia bona est Lex; si
quis ea legitime utatur, certum habens hoc quod justo lex
non est posita, sed injustis et inobsequentibus, impiis et
peccatoribus, scelestis et profanis, parricidis et matri-
cidis, fornicatoribus, homicidis, masculorum concubi-
toribus, plagiaribus, mendacibus, perjuris: et si quid
aliud sanæ doctrinæ adversatur, quæ est secundum
Evangelium gloriæ beati Dei, quod creditum est mihi.
Bonam esse legem, quæ per Moysen data est, non
negat; ita tamen, ut sensus ejus sciatur, et quomodo
data est, accipiaur. Hic enim scit Legem, et quia
causa data sit, qui, prædicato Christo, deserit illam
ex parte, qua lex factorum appellatur: circa dilec-
tionem autem Dei utitur ea, asserens et affirmans
quæ a Salvatore dicta sunt in Lege et prophetis. Hic
enim legitime utitur Lege, qui potest discernere ea,

a Rom. edit., Qui enim sunt in regno Dei, nullius egere.

quæ ad tempus data sunt, ab iis quæ perpetua sunt: et quæ ad Christi pertinent sacramentum, servari jam in futurum non oportere, quasi venturus credatur, qui jam venit. Si ergo omnia locis suis accipiantur, bona sunt: si quominus, mala erunt perverse asserenti; peccare est enim, unaquæque minime locis suis exponere. Præterea quia justis lege non opus est, id est, iis qui accepta remissione peccatorum justificati sunt; ne jam vivant sub Lege, a qua liberati sunt dono Dei per fidem Christi; ut de cætero servata lege naturæ, quæ Creatoris cognitionem recipit, et non peccare hortatur; iudicii diem expectent, in quo justis remunerandi sunt, custodientes legem naturalem, quam si humanum genus ducem sibi habuisset, lex in litteris per Moysen data non esset. Sed quia contemptui ducta est, quasi nullius esset auctoritatis, Scriptura firmata est; ut sciretur quod servanda esset, et propter tempus præsens, et quia requisitus est in futurum, qui illam firmavit, a quibus neglecta, et a quibus servata est. Itaque non solum propter malos actus et vitia corporis, Legem datam dicit, sed et propter perfidiam, qua spernebant Creatorem; ut bene vivere addicerent et gratias agerent Conditori.

(Vers. 12, 13, 14.) *Et gratias ago ei, qui me confortavit in Christo Jesu Domino nostro, quia fidelem me æstimavit, ponens me in ministerium, quia prius eram blasphemus, et persecutor, et contumeliosus, sed misericordiam consecutus sum; quia ignorans feci nondum credens. Superabundavit autem gratia Domini nostri cum fide et dilectione, quæ est in Christo Jesu.* Propter quod omnis incredulus infirmitatem animi patitur, constrictus carnali ratione, ne credat spiritali; idcirco se Christo gratias dicit agere, quia apparentia majestatis suæ imbecillitatem mentis ejus roboravit; quia impossibile putabat esse, quod de Domini potestate, et gemina nativitate, et resurrectione, et spe prædicabatur. Confirmatus autem talis visus est, qui dignus esset ac posset esse dispensator sacramenti Dominici; ut ea vera per Legem firmaret, quæ prius amore Legis incredibilia judicabat, et in persecutionibus gauderet, quas prius quasi juste credentibus inferebat, dolens quia fecerat, lætus quia patiebatur. Tantam enim spem didicerat in eo, quem ante negabat; ut plus gauderet in patiendo, quam prius exultaverat in persequendo. Non enim malitia hoc agebat, sed errore, cui facile potest, cum respiscit, ignosci. Qui autem scit vera esse, quæ negat; hic non errore hoc agit, sed malevolentia, hujus incurabile vulnus est; invidia enim compellitur falsum appellare, quod scit verum.

(Vers. 15, 16.) *Humanus sermo, et omni acceptione dignus, quia Christus 291 Jesus venit in hunc mundum peccatores salvos facere, quorum primus sum ego. Sed ideo misericordiam consecutus sum, ut in me primo ostenderet Christus Jesus omnem magnanimitatem et patientiam a ad exemplum eorum, qui credituri sunt*

^a Rom. edit. hic et infra, ad informationem eorum.

^b Eadem Rom. edit., similitudinem carnis peccati accepit.

A illi, in vitam æternam. Quid tam gratum, tamque jucundum, quam peccatoribus indulgentiam prædicare? Quis enim sine peccato est, ut hoc munus non cum omni gratiarum actione suscipiat, Deum auctorem hujus præferens, et collaudans in Christo: qui ut hominem peccatis ablueret, de cælestibus ad terrena descendens, ^b carnem peccati accepit: terrenis se admiscuit, ut eum cælestem efficeret: mori se passus est, ut illum morti erutum paradiso redderet immortalem? Quis hæc beneficia non in infinitum extollat, quæ Deus præstitit homini, Dominus servo, Conditor creaturæ; ut plus esset adhuc in beneficiis humanis, quam cum fecit, quæ non erant, posteaquam fecit. Etenim derelictus ab his, et contemptus, et contumeliis appetitus, addidit ad beneficia non requisitus, ut gratior esset, et plus præferendus, dum reparat, quam cum fecit; ut ostenderet unum se esse, qui hæc omnia possit. Igitur sic Christus præsidium tulit homini, ut puritatem suam non violaret, nec amitteret potestatem. Hominem enim se nasci voluit, pro certo habens carnis contactu se minime violari: conversationi humanæ se miscuit, sciens peccatis se corrumpi non posse: occidi se passus est, non nescius mortem sibi dominari non posse, sed eam sua opprimere potestate. Hæc ergo gessit, ut omnia se posse doceret. Humilitas enim ista non ad diminutionem ejus proficit, sed ad gloriam: et non solum ejus, verum etiam in ipsum credentium; dignitas est enim servum esse potentis. Cum ante Apostolum multi utique credidissent Judæorum ex iis, qui ipsum Dominum occiderunt; Apostolus tamen ut se humiliet, adhuc dolens de sua incredulitate, primum se omnium peccantium vocat. Quoniam enim præ cæteris sacramento se imbuat Salvatoris, propius ad cognoscendam magnificentiam ejus accedens, accusat se magis, qui tantum boni tarde agnovit, nec ultro, sed misericordia ejus præventus, ut ipso testis esset divinitatis ejus, quem prius ut hominem mortuum æstimabat. Hæc accusatio ejus est, laus vero Salvatoris, qui ad exemplum cæterorum credentium persequentem se vocavit ad gratiam; ut per patientiam suam et magnanimitatem in eo ostenderet cæteris, qui inimico tam benevolus extiterit, qualis esset futurus ad se decurrentibus.

(Vers. 17.) *Regi autem sæculorum immortalis et invisibili, soli Deo honor et gloria in sæcula sæculorum, amen.* Hæc ad Dei Patris personam pertinent, quem immortalem ideo solum et invisibilem appellat, quia omnis immortalitas ab ipso est, ut ipsi soli magis competat in veritate; quia quisquis immortalis est, non a se hanc habet, sed ab illo. Simili modo et in Evangelio legitur, dicente Domino: *Quia nemo est bonus, nisi unus Deus (Marc. x, 18).* Et iterum ipse dicit: *Bonus homo de bono thesauro profert bona (Matth. xii, 35).* Nemo tamen nisi unus Deus bonus est; quia ipse fons bonitatis est, ex quo cæteri potantur, ut boni sint. Ipse est et invisibilis solus Deus,

quia nulli umquam visus est; omnia enim agit per Filium, quem idcirco visum dicimus; ut licet aliter quam est, apparuisse tamen illum significemus. Honorificentiam ergo et gloriam Deo Patri in veritate pronuntiat, cujus pietate et providentia Christus liberavit peccatores ex morte.

(Vers. 18, 19, 20.) *Hoc præceptum commendo tibi, fili Timothee, secundum præcedentes super te prophetias, ut milites in illis bonam militiam, habens fidem et puram conscientiam, quam quidam repellentes, circa fidem naufragaverunt: ex quibus est Hymenæus et Alexander, quos tradidi Satanæ, ut discant non blasphemare.* Postquam Dei Patris et Christi Filii ejus quæ et quanta beneficia sint circa peccatores homines memoravit, qui cum essent puniendi, non solum ignovit eis; sed et justificavit, et in filios sibi adoptavit: quo ordine populum disciplina ecclesiastica imbueret, in subjectis ostendit, commoneans ut memor electionis suæ sanctus Timotheus, id ad quod prædestinatus est, impleat. Prædestinatus est enim, quando ad hoc ab Apostolo assumptus est, ut ordinareretur, dignus judicatus futurus episcopus, ut impleret militiam evangelicam in fide et pura conscientia; qui enim fideliter docet, non potest malam habere conscientiam. Tunc enim fidem exhibet prædicationis suæ, si se **292** abstinencea contrariis omnibus; quia exemplo honorum operum multos lacessit ad credulitatem, fidentes de spe prædicationis; nam qui fidem spernit, procul dubio malæ est conscientia. Aut enim hypocrita prædicatur, aut apertus blasphemus, sicut erant Hymenæus et Alexander, qui deserentes fidem naufragi facti sunt, id est, nudi veritate, aut privati vita. Quid est enim veritas, nisi vita? Quos tradidisse se dicit Satanæ, ut emendarentur causa blasphemiae. Traditio autem hæc est, quia commotus Apostolus blasphemias eorum, sententiam protulit in eos: diabolus autem qui ad hoc paratus est, ut adversos a Deo accipiat in potestatem, audita sententia, corripit eos; ut intelligerent hæc causa se poenis astringi, quia blasphemaverant. Hinc est, unde in Evangelio dictum est inter cætera: *jam noli peccare, ne quid tibi deterius contingat* (Joan. v, 14), ostendens causa peccati aliquando infirmitates inferri corporibus. Et quia ministro diabolo fiunt, declaravit Dominus, dicens inter multa: *Hæc autem cum sit filia Abraham, quam alligaverat Satanæ decem et octo annis, non oportuit solvi a vinculo die sabbati* (Luc. xiii, 16)?

CAPUT II.

(Vers. 1-4.) *Exhortare ergo primum omnium fieri deprecationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus, et pro omnibus qui in sublimiori loco positi sunt; ut placidam et quietam vitam degamus in omni pietate et castitate. Hoc enim bonum est et acceptum coram salutari nostro Deo, qui*

^a Edit. omnes ac mss. nonnulli, *quam est, apparuisse; illum tamen significemus.* Non satis recte.

^b Rom. edit., *Exhortor ergo.* Et infra, *ut quietam et quietam vitam*

omnes homines vult salvos fieri, et in agnitionem veritatis venire. Hæc regula ecclesiastica est, tradita a magistro gentium, qua utuntur sacerdotes nostri, ut pro omnibus supplicent, deprecantes pro regibus hujus sæculi; ut subjectas habeant gentes, ut in pace positi, in tranquillitate mentis et quiete Deo nostro servire possimus. Orantes etiam pro iis, quibus sublimis potestas est credita; ut in iustitia et veritate gubernent rempublicam, suppeditante rerum abundantia, ut amota perturbatione seditionis, succedat lætitia; panis enim confirmat cor, et vinum lætificat mentem (Psal. ciii, 16). Postulantes vero pro iis, qui in necessitate varia sunt; ut eruti et liberati, Deum collaudent incolumitatis auctorem. Referentes quoque gratiarum actiones pro iis, quæ nobis quotidie Dei providentia præstantur ad vitam; ut in his omnibus Pater collaudetur Deus, ex quo sunt omnia (I Cor. viii, 6): et Filius ejus, per quem sunt omnia; ut sopitis omnibus, quæ huic imperio infesta et inimica sunt, in affectu pietatis et castitatis Deo servire possimus; perturbatio enim et captivitas nec pietatem servat, nec castitatem. Unde enim pius, qui nudus est? ^c et unde castus, ubi potestatis suæ non est? Ut hæc ergo servari possint, quies necessaria est; ut placita Deo reddantur obsequia, qui omnes homines salvos vult fieri, et cognoscere veritatem. *Hæc est, inquit, vita æterna, ut cognoscant te solum verum Deum, et quem misisti Jesum Christum* (Joan. xvii, 3). Si Deus utique, qui omnipotens dicitur, omnes homines salvos vult fieri, non impletur ejus voluntas? Sed in omni locutione sensus et conditio latet; unde dicit Petrus apostolus: *Omnis Scriptura indiget interpretatione* (II Petr. ii, 20). Vult enim Deus omnes homines salvos fieri, sed si accedant ad eum; non enim sic vult, ut nolentes salventur: sed vult illos salvari, si et ipsi velint. Nam utique qui legem omnibus dedit, nullum excepit a salute. Numquid medicus non idcirco proponit in publico, ut omnes se ostendat velle salvare; si tamen ab ægris requiratur? Non est enim vera salus, si nolenti tribuatur: nec gaudere potest in percepta salute, qui invitus, si tamen potest fieri, accepit medicinam; ut non dicam quia medicinæ effectum habere non potest, nisi ad illam æger animum commodaverit; quia hæc medicina non est corporalis, sed spiritualis, ^d quæ neque dubiis proficit, neque invitis. Fides est enim, quæ dat salutem, quam nisi mens tota susceperit voluntate, non solum nihil proderit, sed et oberit. Fidei etenim gratia hæc habet potestatem: ut devotis sibi divinam infundat medelam; indevotis vero conferat morbum, per quem totus homo intereat.

(Vers. 5.) *Unus enim Deus, et unus mediator Dei*

^c Vet. edit. ac mss. aliquot, *et, unde castitas, ubi, etc.*

^d Eadem]vet. edit. et mss. nonnulli, *quæ neque dubiis proficit, neque invidis.*

et hominum homo *Christus Jesus*. Dei et Christi unum significat esse voluntatem in salvandis hominibus, unde Deum Patrem, quia ab ipso est omnis auctoritas, unum esse fatetur, et unum mediatorem Dei et hominum Christum Jesum. Missus enim **293** a Patre factus arbiter reconciliavit Deum et homines, reformando eos ad agnitionem ejus; ^a quia enim unus est Pater et Filius, non persona, sed indifferentia naturæ; ut arbiter esset Dei et hominum Filius Dei, assumpta carne, homo natus est; ut mediator Dei et hominum esset homo Christus Jesus, id est, non sine divinitate; quia in Deo homo erat, et Deus in homine: et ut ex utroque esset mediator, et ut utrumque reconciliaret, in se primum hoc fecit. Non enim poterat unitatem Dei custodiens, mediator Dei et hominum vocari, quasi alius esset Deus, qui dissidentem hominem a Deo in gratiam revocaret: sed homo qui legem datam non præteriret, factus est arbiter inter eum qui peccavit, et inter illum qui peccare ignorabat; ut hic ignosceret, et homo de cætero in Dei fide maneret.

(Vers. 6, 7.) *Qui dedit semetipsum redemptionem pro omnibus, cujus testimonium temporibus suis datum est, in quo positus sum ego prædicator et apostolus (veritatem dico, non mentior), magister gentium in fide et veritate.* Quoniam homo reconciliatus Deo, jam obnoxius erat morti infernæ; ut ad Deum cui reconciliatus erat, posset ascendere, Salvator ut arbitrium suum ad effectum perduceret, mori se passus est contra jus; ut descendens ad inferos, mortem de impietate quam in eo gesserat, damnaret, auferens eis quos tenebat; ut de cætero quisquis signum ejus haberet, ab ea teneri non posset. Cujus rei testimonium tempore quo resurrexit, ostendit; destructio enim mortis resurrectio mortuorum est. Quam spem missus est hic Apostolus gentium prædicare, ut ab eo discerent quæ spes esset in Christo; hinc enim dictus est magister, ut fidem doceret et veritatem.

(Vers. 8.) *Volo itaque orare viros in omni loco; levantes sanctas manus sine ira et disceptatione.* Pacificum animum monet in oratione esse debere; ut ad effectum deducatur oratio; sanctæ enim manus sunt, quando cor mundum est. Sic tamen in omni loco orandum præcipit, ut competens locus intelligatur, non utique importuno aut sordido loco; quippe cum prohibeat Dominus vulgo orare: sed hoc monet, ne in sola Ecclesia putarent orandum (Matth. vi, 5, 6.)

(Vers. 9, 10.) *Similiter et mulieres in habitu ordinato, cum verecundia et pudicitia, ornantes semetipsas non tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, aut veste pretiosa: sed, quod decet mulieres proflentes pietatem, per opera bona.* Humili habitu mulieres orare debere monet, non in jactantia; qui enim vult audiri, inclinare se debet, amota a se pompa; ut misericordiam Dei provocet. Habitus enim superbus nec impetrat, nec recta de se facit credi. Quis enim prudentium jactanter ornata mulierem non hor-

reat? quanto magis auctor Deus, qui corpus a se liberum factum, obligatum metallis videt! Nam trahimilis habitus bonæ professioni congruit, et possit non aliud æstimari, quam cernitur: quæ autem in domo Dei cum pompa se mavult videri, non utique propter Deum, sed propter homines consequitur quod vult, ut gloriosa videatur, nihil consecrata a Deo, nisi maculam. Quanto enim hominibus splendida videtur, tanto magis despicitur a Deo.

(Vers. 11, 12.) *Mulier in silentio discat cum omni subjectione. Nam docere mulieri non permittitur, neque dominari in virum, sed esse in silentio.* Non solum habitum humilem habere debere mulierem, verum etiam auctoritatem ei denegandam, et subji- ciendam præcipit viro; ut tam habita, quam obsequiis sub potestate sit viri, ex quo trahit originem.

(Vers. 13, 14, 15.) *Adam enim primus creatus est, deinde Eva: et Adam non est seductus, mulier autem seducta facta est in prævaricatione (Gen. 1, 27). Salva autem erit per filiorum generationem, si manserit in fide et dilectione, et sanctimonia cum pudicitia (Gen. iii, 6).* Præfert virum mulieri, propter quod primus creatus est; ut inferior sit mulier, quia post virum et ex viro creata est. Adjicit et aliud, quia diabolus non virum seduxit, sed mulierem; vir autem per mulierem deceptus est: ac per hoc nulla illi concedenda audacia est, sed esse debet in humilitate; quia per illam mors intravit in mundum. *Salva erit, inquit, per filiorum generationem; si tamen in fide manserit, et charitate, et pura vita.* Hos enim filios dicit, qui regenerantur per fidem Christi; quia si in generatione sua hi perseveraverint, cum his liberabitur mulier resurgens ex mortuis, non quod ab illis liberabitur, **294** sed per illorum generationem; nam cum credunt, qui destinati sunt in vitam æternam, pervenitur ad resurrectionem ex mortuis, et fiet salva, credentibus illis, et vitam castam agentibus. Tandiu enim resurrectio suspensa est, quamdiu omnes credant prædestinati ad salutem.

CAPUT III.

(Vers. 1.) *Humanus sermo: si quis episcopatum desiderat, bonum opus desiderat.* Quoniam episcopum bonæ vitæ esse oportet, idcirco qui episcopatum cupit, bonum opus desiderat. Hoc enim cupiens, bonam vitam appetere videtur; si tamen non ab his declinet, quæ in subjectis habentur, ne ambitione, aut desiderio pecuniæ hoc egisse videatur.

(Vers. 2.) *Oportet enim episcopum irreprehensibilem esse.* Qualis episcopus debeat esse, describit; ut nemo episcopatum appetat nisi fuerit adus, et qui ab omnibus contrariis abstinere se possit; ut non indignus sit sua professione. *Unius uxoris virum.* Quamvis secundam numero uxorem non sit habere prohibitum; ut tamen quis dignus ad episcopatum sit, etiam licita debet spernere propter sublimitatem ipsius ordinis; quia cæteris melior debet esse, qui cupidus est sedis illius.

^a Rom. edit., quia enim unum est; cæteræ ac mss... unus est, supple Deus.

(Vers. 3, 4.) *Sabrium, pudicum, avaritiam, hospitem, talem, debitum, non otiosum unum; non verberatorem, sed modestum; non litigiosum, non asperum; sed domum quam bene regentem, filios habentem subditos cum omni castitate.* Talem hominem qui hæc custodiat, quæ enumerat bona, creati dicit debere episcopum. Hæc enim signa sunt dignitatis episcopalis. Si autem quis potiora sectatus, et corpus et animam suam Deo dicaverit, ne se copulet matrimonio; tanto magis dignior est. Ideo enim inferiorem posuit, ut de potiore nemo dubitaret.

(Vers. 5.) *Si quis autem domum suam prave nescit, quemodo Ecclesiam Dei diligentem adhibebit?* Manifestum est quia tuæ potest idoneus rector futurus probari, si prius domum suam recte gubernaverit; qui enim in minimis fidelis est, et in magnis fidelis est (Luc. xvi. 10.)

(Vers. 6.) *Non neophytum, ne in superbiam elatus, in iudicium incidat diaboli.* Verum est quia rudes in fide solent extolli superbia, maxime si accipiant ordinem; novitate enim et potestate inflatur, arbitrans se præ cæteris digniorem. Videns enim primo anno nativitate collatum in se honorem, putat non magis ad suum, sed ad aliorum profectum se vocatum, quasi benedictioni religioni dei magis, quem accipiat ab ea; per quam rem elatus, incurrit laqueum diaboli. Inventa enim occasione superbiæ illius, Satanas præcipit eum. Ideoque in Salomone legitur: *Superbis Deus resistit (Prov. xii, 54).* Unde et in alia epistola idem Apostolus ait: *Qui se putat esse aliquid, cum nihil sit, se ipsum seduct (Galat. vi, 5).* Et Dominus: *Qui se, inquit, exaltaverit, humiliabitur (Luc. xiv, 11).*

(Vers. 7.) *Oportet autem et illum testimonium habere bonum ab iis, qui forte sunt.* Sensum Dominicum secutus, ait oportere futurum episcopum testimonium bonum habere ab extraneis; quia qui in minimis fidelis est, et in magnis, sicut dicit Dominus. Et si in aliis mammona fideles non fuerint, quod verum est, quis dabit vobis? Ut his qui in mundanis rebus et conversatione humana fidelis invenitur, dubium non sit quæ et in divinis idoneus non erit: si tantum hominibus fidem exhiberit, multo magis Deo. *Ne in approbationem incidat, et laqueum diaboli.* Si timorem Dei ante oculos non habuerit episcopus, tempore magis se commodans, hunc quasi infidelem et pseudopphetam deserit Deus, et desormis videbitur omnibus et maculosus; quia aliter facit, quem prædicat, verbis suis ipse se accusans, quia deputatus est gregi Satanas; tunc enim vera se probat prædicare, si ea conatur et querere. Magna ergo cura eligendus est, qui domum Dei regendam accipit; si enim terrestrium rerum dispensatores idonei quarandi sunt, quanto magis celestium!

^a Eadem Rom. edit., *compositum, hospitalem, apium ad docendum.... non litigiosum, non cupidum.*

^b Eadem edit. Rom., *incurrit iudicium diaboli.*

(Vers. 8, 9, 10.) *Diaconos pari modo pudicos, non bilinguos, non vino multo deditos; non turpibus lucris vacantes, habentes mysterium fidei in conscientia pura.* Et hi autem probentur primum, et sic ministrent sine crimine. Qui tanta circa diaconos exigentes præcipit, quæ constat ministros esse sacerdotum; quales vult esse episcopos, nisi sicut ipse ait, irreprobabiles, negotia publica, turpia et vilia lucra non habentes? **205** Scit enim ideo negotiari, ut capiant lucra, nec aliud profitentur quam gerunt. Turpia autem lucra hæc dicit esse, et sub pia professione quæsitibus studeatur; turpis enim deprehenditur, cum se purum ostendat. Post episcopum tamen diaconatus ordinationem subiecit. Quare, nisi quia episcopi et presbyteri una ordinati est? Uterque enim sacerdos est, sed episcopus primus est; ut omnis episcopus presbyter sit, non tamen omnis presbyter episcopus; hic enim episcopus est, qui inter presbyteros primus est. Denique Timotheum presbyterum ordinatum significat: sed quia ante se alterum non habebat, episcopus erat. Unde et quemadmodum episcopum ordinet, ostendit; neque enim fas erat aut licebat, ut inferior ordinaret majorem; nemo enim tribuit, quod non accepit.

(Vers. 11.) *Mulierem similiter pudens, non studentes discordiæ, sed sobrias, fideles in omnibus.* Quia sanctum præcipit creari episcopum, adæque et diaconum, non utique discrepantem vult esse plebem; quippe cum dicat Dominus: *Sancti estote; quia et ego sanctus sum (Levit. xix, 2).* Ideoque etiam mulieres, quæ inferiores videntur, sine crimine vult esse; ut munda sit Ecclesia Dei. Sed Cataphrygæ erroris occasionem captantes, propter quod post diaconos mulieres alloquitur, etiam ipsas diaconas ordinari debere vanæ præsumptione defendunt; cum sciant apostolos septem diaconos elegisse. Numquid nulla mulier tunc idonea inventa est, cum inter undecim apostolos sanctas mulieres fuisse legimus? Sed ut hæretici animum suum verbis, non sensu legis astruere videantur, Apostoli verbis contra sensum nituntur Apostoli; ut cum ille mulierem in Ecclesia in silentio esse debere præcipiat, illi e contra etiam auctoritatem in Ecclesia vindicent ministerii.

(Vers. 12, 13.) *Diaconos sint unius uxoris viri, filios bene regentes, et domos proprias; qui enim bene ministraverint, gradum bonum sibi acquirunt, et multam fiduciam in fide, quæ est in Christo Jesu.* Ea quæ minus dixerat de ordinatione diaconatus, nunc subiecit. Ostendit etiam ipsos unius uxoris viros esse debere; ut hi ad ministerium Dei eligantur, qui non sunt egressi constitutum Dei. Homini enim unam uxorem decrevit Deus, cum qua benedicatur; nemo enim cum secunda benedicatur. Qui si filios bene gubernaverint, et domos suas, id est, verna-

^a Dicitio *mammona* in Rom. edit. expuncta fuerat, sed quam ob causam?

^b Rom. edit., *Diaconi ordinationem subiecit.*

los aut domesticos, poterunt digni fieri sacerdotio; et fiduciam habere apud Deum; ut sciant se posse impetrare, quod postulant, jam de cætero se ab usu feminæ cohibentes. Veteribus enim idcirco concessum est levitis aut sacerdotibus uxores ad usum habere; quia multum tempus otio vacabant a ministerio aut sacerdotio (multitudo enim erat sacerdotum, et magna copia levitarum, et unusquisque certo tempore serviebat divinis ceremoniis secundum institutum David (I Par. vi, 31, 32); hic enim viginti et quatuor classes constituit sacerdotum, ut vicibus deservirent: unde Abia octavam classem habuit, cujus vice Zacharias fungebatur sacerdotio, sicut continetur in libro Paralipomenon (I Par. xxiii, 4 et seq.), ita ut tempore quo non illos contingebat deservire altari, domorum suarum agerent curam: at ubi vero tempus imminabat ministerii, purificati aliquantis diebus, accedebant ad templum offerre Deo. Nunc autem septem diaconos esse oportet, et aliquantos presbyteros, ut bini sint per Ecclesias, et unus in civitate episcopus: ac per hoc omnes a conventu feminæ abstinere debere; quia necesse est eos quotidie præsto esse in Ecclesia, nec habere dilationem, ut post conventum legitime purificentur, sicut veteres. Omni enim hebdomada offerendum est, etiam si non quotidie peregrinis, incolis tamen vel bis in hebdomada; etsi non desint, qui prope quotidie baptizentur ægri. Nam veteribus ideo concessum est, quia multo tempore in templo non videbantur, sed erant privati. Si enim plebeiis hominibus orationis causa ad tempus abstinere se præcipit, ut vacent orationi; quanto magis levitis aut sacerdotibus, quos die nocteque pro plebe sibi commissa oportet orare! Mundiore ergo esse debent cæteris; quia actores Dei sunt.

(Vers. 14, 15.) *Hæc tibi scribo, fili Timothee, sperans cito me venire ad te: si autem tardavero, ut scias^a quemadmodum oporteat te in domo Dei conversari, quæ est Ecclesia Dei vivi, columna et firmamentum veritatis.* Quantum ad scientiam ejus pertinebat, hoc erat in eo quod citius illum visurus esset: sed quia solet aliud placere Deo, cujus providentia ipsi soli cognita est; **296** idcirco ne forte, inquit, tardem, scribo tibi, ut scias quomodo Ecclesiam ordines, quæ est domus Dei; ut cum totus mundus Dei sit, Ecclesia tamen domus ejus dicatur, cujus hodie rector est Damasus. Mundus enim in prævaricatione est, diverso turbatus errore; ideo illic necesse est dicatur esse domus Dei, et veritas, ubi secundum voluntatem suam timetur. Hoc profitentibus de eo servis, quod ipse dignatus est docere, ne forte verba ejus negarentur esse, virtutibus hæc signavit, quæ a nullo alio fieri possunt; ut his infidelitas accusata inexcusabilis pereat. Firmamentum enim veritatis hujus signa sunt et prodigia.

(Vers. 16.) *Et quidem omnium confessione magnum est hujus pietatis mysterium.* Nullam fidelium admi-

^a Rom. edit., *quomodo Ecclesiam ordines, quæ est domus Dei vivi.*

A rari negat sacramentum veritatis in Ecclesia prædicatæ, quam pietatem appellat; ^b magnanimitatem enim et clementiam suam cognoscentibus æterna et divina tribuit dona, excepta remissione peccatorum, quam hic in præsentem largitur. *Quod declaratum est in carne, justificatum est in spiritu, visum est angelis, prædicatum est gentibus, creditum est in hoc mundo, assumptum est in gloria.* Sacramentum mysterii Dei, quod est Christus in carne, dicit manifestatum, quod latebat in spiritu. Natus enim homo Filius Dei, qui in secreto erat apud Deum, opere et prædicatione declaravit se creaturæ, et hoc est justificatum esse in Spiritu, operibus et virtute claruisse eum, qui erat in carne, quis esset: deinde apparuisse angelis, non jam in forma humilitatis, sed in potestate. Tandem enim aspectu humilis visus est per carnem, quam diu devicta morte, resurgeret a mortuis, et videretur majestas ejus, qui natus ut homo, non erat totus homo; ut agnoscentes angeli mysterium, quod prius latuit, declaratum angeli mysterium, genu illi flectentes quasi Deo, gratias agant; quia didicerunt veritatem, quæ gentibus prædicata est, ut ab errore liberarentur; in quo mundus proficit, ut non damnetur. *Creditum est mundo.* Ideo enim creditum est mundo Dei sacramentum, ut perfidia ejus veniam erroris mereri non possit, sicut dicit Dominus de Judæis: *Si non venissem et locutus eis fuissem, peccatum non haberent: nunc autem excusationem non habebunt de peccato suo* (Joan. xv, 22).

Assumptum est in gloria. Quia quod velut infirmum et deforme contempserunt, assumptum est in gloria; post crucem enim manifestata persona et virtute sua Salvator palam, famulantibus nubibus, ascendit gloriosus in cælos.

CAPUT IV.

(Vers. 1-5.) *Spiritus autem manifesto dicit quia in novissimis temporibus recedent quidam a fide, attendentes spiritus fallaces, ac doctrinas dæmoniorum in simulatione falsiloquorum, cauteriatam habentium conscientiam, prohibentium nubere et abstinere a cibis, quos Deus creavit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, et iis qui cognoverunt veritatem; quia omnis creatura Dei bona est, et nihil rejiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur. Sanctificatur enim per verbum Dei, et orationem.* Quæ sibi Spiritus sanctus futura revelaverit ad instructionem Ecclesiarum et cautelam, non tacet; ut præmonitæ Ecclesiæ, sollicitæ sint, ne ab hujusmodi possint circumveniri hominibus. Quid enim tam clarum, tamque apertum ad evitandos aut magis condemnandos doctrinæ hujus pestiferæ viros potuit manifesta voce præfari, nisi ut asseverationem eorum fallacem, ac simulatam doctrinam dæmoniorum nuncuparet; ut cum hujus asseverationis sermones audiuntur, a diabolo composita esse doctrina hæc sciretur, quam prædixerat Spiritus sanctus quæ de incarnatione Salvatoris asserit falsa, quæ nunc in Marcionitis, quamvis pene

^b Nonnulli mss., *magnanimitate enim et clementia sua cognoscentibus se divina tribuit bona.*

defecerint, ^a Patricianis, aut maxime in Manichæis A denotatur (*De Patricianis Philastrius, et Augustinus hæresi, 61*)? Hi enim et Christum natum negant, et nuptias prohibent, et abstinendum a cibis tradunt. Quorum cauteriatam dicit conscientiam, hoc est, simulatione corruptam; quia sicut cauterium corium corrumpit, et notam infligit: ita et fallacia conscientiam, quæ dolo malevolentiae aliud scit, et aliud proficitur, denotat ad perditionem. Jam enim ^b hos immutari negat, ut salventur; quia sicut cauterium immutari non potest, ita nec eorum animus emendari; nihil enim pejus simulatione. Tales enim ii sunt, quales et Judæi, illi qui intelligentes Christum Dei virtute operari, in Beelzebub hæc ab eo fieri dicebant. Ut enim fabricatorem **297** hominis male tractent, cum natos se non doleant, nuptias tamen prohibent, et Christo carnem subtrahunt: et ut ad ejus injuriam proficiant, ab iis quæ usibus nostris instituit, abstinendum docent; ut per id quod despiciuntur, mala esse, et a malo auctore inventa videantur. Hinc est unde Apostolus omnia a Deo bona facta ostendit, si tamen cum gratiarum actione sumantur; immunda enim erunt ei, qui non laudat in his Creatorem. Nec enim possunt bene illi proficere, qui sic illa sumit, ut male tractet auctorem eorum.

(Vers. 6.) *Hæc igitur proponens fratribus, bonus eris minister Jesu Christi, enutritus verbis fidei, et bonæ doctrinæ, quam assecutus es.* Quid tam verum, quid tam clarum et providum, nisi ut disciplina christiana incorrupte tradatur, ut fructus ejus in area Dominica fertilis ac firmus collaudetur; hoc est, ut in die judicii non reprobis et igni comburendis censeatur. Hoc boni doctoris est atque idonei ministri Domini nostri Jesu Christi; quippe cum enutritum hunc dicat verbis fidei et bonæ doctrinæ, quam ab infantia hunc assecutum asserit. Qui enim integre omnibus Hebræorum libris imbutus erat, accepta fide, perfectum fecit doctorem.

(Vers. 7, 8.) *Profanas autem et aniles fabulas abne, exercens temetipsum ad pietatem. Corporalis enim exercitatio ad modicum, pietas vero ad omnia utilis est, promissionem habens vitæ præsentis et futuræ.* Profana verba adversa intelliguntur; aniles autem fabulæ deliramenta quædam sunt. Hæc quorundam perstreptentium vocibus solent in contentionem deduci; ut quasi tractatus habeatur rei inanis, cujus effectus nullus est, nisi vanitatis. Ab iis ergo quæ contraria sunt, declinandum monet, simili modo et ab illis quæ anilia sunt, vanitate quadam composita; sunt enim aliqui, qui calore animi mittunt se in disputationes hujusmodi. Pietati autem operam dandam commonet, quia gradem habet perfectum. Qui enim misericordiae student, senioribus vicem reddentes parentibus: et in præsentis vita auxilia Dei non deerunt illis, et in futuro immortalitatem habebunt cum gloria. Exercitium autem corporale

^a Valesius in Addendis Annot. in Socratem et Sozomenum, male hic legendum ait, *Patricianianis*.

^b Omnes edit. et quidam mss. *hos imitari negat*;

ad modicum utile dicit; jejunare enim et abstinere a cibis, ^c manente auctoritate Creatoris, non multum prodest, nisi addatur huic pietas, cujus opera multorum precibus adjuvatur ad Dominum promerendum. Denique illos qui fratribus largi sunt, et variis titulis obsequentes, in vitam æternam proficere Evangelicus sermo testatur (*Matth. xxv, 41*): dissentientes autem ab hoc opere, in æternum ignem. Corporis autem exercitium nihil aliud quam carnis frena sunt. Si quis ergo, quia misericordia magna res est, lubricum tamen carnis patiat, hujusmodi quid fiet? Sine dubio vapulabit; quia illud oportuit fieri, et hoc minime prætermitti (*Luc. xi, 42*). Si autem solum corporis habuit exercitium, perennes pœnas patietur, sicut in Evangelio Dominus B repromisit (*Matth. xxv, 41*); omnis enim summa disciplinæ nostræ in misericordia et pietate est. Aliud tamen exercitium corporis habent carnales, et aliud spirituales; carnales enim sagina et dapibus nutriunt corpora sua; ut celeri motu proficiant ad perditionem: spirituales autem jejuniis et abstinentia temperant corpora sua; ut pigra facta circa desideria, possint digna esse futura resurrectione. Hic enim propter spem futuram castigat corpus: ille vero propter futuri desperationem fovet, curam ejus agens ad tempus; ut moveatur citius ad peccandum.

(Vers. 9, 10.) *Fidelis sermo, et omni acceptione dignus. Ad hoc enim laboramus, et persecutiones patimur; quia speramus in Deum vivum, qui est salutaris omnium hominum, maxime fidelium.* Dignum est C plane et accepto ferendum pro spe, quæ est in Deum, pati persecutiones; quia in præsentis vita spes caduca est, in promissione autem Dei firma atque stabilis. Ipse est enim salus omnium; quia ex ipso et per ipsum vivunt, quantum ad præsentem vitam pertinet, omnes; quantum vero ad promissam salutem, fideles. Cognoscentibus enim se post hanc vitam, quæ morte finitur, aliam se daturum promisit, quæ immortalitate vigeat. Ideo ergo ait: *Maxime fidelium.*

(Vers. 11, 12.) *Præcipe hæc, et doce. Nemo juventutem tuam contemnat, sed forma esto fidelium in verbo, in conversatione, in charitate, in fide, et castitate.* Timotheus quantum ad ætatem pertinet, juvenis erat: quantum ad mores et conversationem, D **298** senior et gravis. Quem ideo sic monet, ut profectus ejus per omnia exemplum esset bonorum operum; ut in adolescente mirabilis videretur et gravis disciplina, ut actus ejus excusarent ætatem: et non quasi juvenis, sed quasi senior haberetur; et erubescerent majores natu, nisi se exhibuissent juxta formam hujus, conversatione et moribus graves: juvenes autem coævum suum haberent magistrum. Mirabilis adolescens sanctissimus Timotheus, cujus exemplo indisciplina coercenda juvenus est, et seniorum irreverentia punienda.

alii concinnius, ut in textu.

^c Mss. nonnulli, *monente auctoritate Creatoris*.

(Vers. 13, 14.) *Dnm venio, attende lectionem, A exhortationem, ac doctrinam. Noli negligere gratiam, quæ est in te, quæ data est tibi per prophetiam, cum impositione manuum presbyterii.* Intentum vult hanc esse et deditum exercitio lectionis, ut omni cura diligentiaque hoc enitatur, ut exhortetur et doceat. Exhortatus est, cum miti verbo aliquos provocamus ad opus bonum: docere vero, quando ea quæ latent, intimamus mentibus audientium. Si enim rector populi ab his dissimulat, negligit gratiam datam sibi; ad hoc enim creatur dux populo, ut hujus salutis sollicitudinem gerat, admonendo, docendo, ut fructum habeat ordinatio: quem ad hoc utique Deus constituit, ut proficiat saluti plebis suæ. Qui ergo in hac auctoritate positus indiligens fuerit, Dei contemptor habebitur, minimus. In regno celorum vocatus; neque enim poterit facere, qui nec docere dignatur (*Math. v, 19*). Gratiam tamen dari ordinatoris significat per prophetiam, et manuum impositionem. Prophetia est, qua eligitur quasi doctor futurus idoneus; manus vero impositiones verba sunt mystica, quibus confirmatur ad hoc opus electus, accipiens auctoritatem, teste conscientia sua; ut audeat vice Domini sacrificium Deo offerre.

(Vers. 15, 16.) *Hæc meditare, in his esto; ut profectus tuus manifestus sit omnibus. Attende tibi et doctrinæ, frata in illis. Hoc enim faciendo, et te ipsum salvum facies, et eos qui te audiunt.* Ut forma sit omnibus non solum in bonis operibus, verum etiam in doctrinæ exercitio, admonet. Apparere enim debere significat exercitii profectum, non in doctrina duntaxat, sed et in gestis; bona enim arbor bonos facit fructus (*Math. xii, 17*): similiter et bona doctrina mala opera habere non potest; ut cum vix fuerint bona opera, divini magisterii fructus esse intelligantur, et auditores possint proficere. ^a Tum enim vera et metuenda esse intelligunt, quæ dicuntur, quando ab eo ipso qui docet, magna veneratione observari videntur. Quod rectori plebis duobus proficit modis: et suorum enim honorum operum, et audientium mercedem accipiet; quomodo si negligens fuerit, tam pro se, quam pro eis redditurus est rationem.

CAPUT V.

(Vers. 1, 2.) *Seniorem ne increpaveris, sed exhortare ut patrem, juniores ut fratres, anus ut matres, adolescentulas ut sorores in omni castitate. Propter honorificentiam ætatis majorem natu cum mansuetudine ad bonum opus ^b docet provocandum, ut facilius suscipiat admonitionem; potest enim vereri communitus, ne postea corripatur, quod turpe est seniori. Nam apud omnes utique gentes honorabilis est senectus: unde et Synagoga, et postea Ecclesia seniores habuit, quorum sine consilio nihil agebatur in Ecclesia. Quod qua negligentia observavit,*

^a Codex Vall., *Tum vero metuenda esse intelligunt.*

^b *Docet in omnibus edit. ac multis mss. desideratur, sed ex aliis nonnullis restituitur.*

nescio; nisi forte doctorum desidia, aut magis superbia, dum soli volunt aliquid videri. Juniores quos fratres censet admonendos cum dilectionis affectu; ut videntes amoris causa se commoneri, facilius se corrigant, quippe cum videant non discrepare opera ejus a prædicatione. Anus vero quasi matres; ut dum miti sermone doceri se vident, non aspere accipiant, quia honorifice proficiunt: asperum est enim senioribus, cum corripiantur a junioribus. Quod temperamento quodam leniri vult, ut profectus sit et dicenti et audienti. Adolescentulas ut sorores admonet edocendas; ut prompte possint bonæ conversationis suscipere disciplinam. Quando enim non cum imperio insinuari sibi videt, quæ ad bonam pertinent vitam, consentit, humilem se præbons admonenti. Blanditiis enim solent obineri, quæ auctoritate non possunt; nam animalia quando membra sua zelanter, blanditiis tamen cedunt.

(Vers. 3.) *Viduas honora, quæ vere viduæ sunt. Has viduas dicit honorandas, quæ data opera viduæ sunt: quæ cum possent nubere, ut meliores essent, et dignæ Deo, secundas ²⁹⁹ nuptias respuerunt, scientes semel benedici conjugium, æmulæ sanctissimæ Annæ, quæ juvenis et obsecrationibus Deo serviebat nocte dieque, unius viri experta concubitum (*Lus. ii, 30*).*

(Vers. 4.) *Si qua autem vidua filios vel nepotes habet, discat primum domum suam pie tractare, et mutuum vicem gratiarum reddere parentibus; hoc enim acceptum est coram Deo. Viduam prius in hac vita et conversatione dicit probandam, ut tunc demum digna sit vidua Ecclesiæ nuncupari, quæ non quæstus causa magis, quam defensionis, ecclesiasticæ succumbat disciplinæ. Præire enim debent merita, ^c ut accedenti debitus honor tribui videatur; quæ enim affectus suos pie tractavit, et domum bene gubernavit, Dei legem servavit, digna effecta remuneratione Ecclesiæ.*

(Vers. 5.) *Num quæ vere vidua est et desolata, sperat in Deo, et instat orationibus nocte dieque. Viduam filios aut nepotes habentem non stulte admittendam ad stipendia Ecclesiæ; quia si pie et sollicite domum suam gubernavit, necesse est reddi illi vicem a suis, sicut et illa reddidit proximis: si autem, ut adsolet, impietas fuerit operata, ut anus despiciatur a suis, quos pie tractavit, dignum esse hanc suscipi ab Ecclesia; quia in Domini lege fideliter conversata est. Vidua igitur desolata, et a suis contempta, sperat in Deo; videns enim ex nulla parte se habere suffragium, toto animo devota est Deo, de quo solum auxilium vitæ salutisque expectat.*

(Vers. 6.) *^d Nam quæ in deliciis est vidua, vitæ mortua est. Viduam, propter quod vidua dicitur, tantum esse debere significat, ut ad Dominum promerendum orationibus vacet, Deo serviens nocte dieque; ut ostendat se idcirco nuptias secundas con-*

^c Rom edit., *ut accedenti meritis honor.*

^d Codex Vall., *Quapropter viduam Dei talem significat.*

temporaria, ut instaret disciplina: Dominicæ. Si enim sub nomine viduæ deliciis vacet aut luxuriæ, vivens mortua habenda est; quia impostura genus est, aliud agere, et aliud profiteri: ^a non obsequia et devotionem Dei, sed honorem viduæ volentes habere; cum nominis ipsius professio hoc indicet; quia spreto viro, Deum elegit, cui serviat tota mente, propter vitam promissam.

(Vers. 7.) *Et hæc præcipe, ut irreprehensibiles sint.* Tantam diligentiam actuum ac morum viduam vult habere, ut reprehendi non possit; amota enim a spe mundanae conversationis, et corporis curandi officio, propter hoc se ad Deum contulit, ut probabilem agat vitam. Sublatis enim occasioneibus, quæ aditus solent aperire peccatis, potest bona conversatio incolumis permanere.

(Vers. 8.) ^b *Si quis autem suorum, et maxime domesticorum curam non habet, fidem negavit, et est infideli deterior.* Hanc viduam quæ negligens fuit circa suos affectus, ut educaret eos in disciplina et correctione Domini, inhonorandam dicit; quia sicut perfidi, legi Domini non obedivit, ut pejor habeatur. Necesse est enim ut deterior sit, qui sub lege et timore Dei agens contemptor est, quam qui non subjectus est legi; hic enim nescit, ille autem sciens contemnit.

(Vers. 9, 10.) *Vidua eligatur annorum non minus sexaginta, quæ fuerit unius viri uxor, in operibus bonæ testimonium habens, si filius enutrit, si hospitio recepta, si sanctorum pedes lavit, si pressuram patientibus subministravit, et omne opus bonum subsequuta est.* Si prærogativa prætoriorum operum vidua commendatur, eligendum hanc decet; Domini enim iudicio adscribitur nomen ejus ecclesiasticis monumentis, quam dignam vetus vita declarat. Inbuita enim divinis obsequiis, et in his vitam atterens, suscipienda est in sine Ecclesiæ, cui olim se vovit legitime servitille.

(Vers. 11.) *Adolescentulas vero viduas devita; cum enim vitam in deliciis egerint, in Christo nubere volunt.* Prohibet adolescentulas viduas in hac suscipi professione, lubricæ enim ætati fides facile haberi non debet; quippe cum quarandam exempla præcedunt, quæ post professionem vitæ deliciarum oblectatione nomen, non opera viduitatis habent, et conversæ nuptiis sollicitantur. Qui enim patat se in Christo vitam deliciis agere, minime innocens perseverat; luxuria enim trahit illum ad sua membra, et subjiciatur peccato; deliciae enim januæ sunt peccati. Non enim quo tendat, ignoratur, qui fluidam amat vitam.

(Vers. 12.) *Habentes damnationem; quia primam fidem irritam fecerunt.* **300** Quid maneat tales, ostendit; ne facile audeant, quod implere difficile est: aut si animus est huic devotioni deditus, apud se interim teneat; ^c quia didicit temerarium esse pro-

^a Idem codex, non obsequio et devotione Dei, sed honore nomen viduæ volentes habere.

^b Rom. edit, Si quis autem. Et infra, quia sicut perfida.

^c Omnes edit. et mss. aliquot, quia dicit temerarium.

A fiteri, quod adhuc juvenis ætati credi non debet. Damnationi enim sit obnoxius, qui ab hoc declinat quod recte fecerat. Quantum enim laudabile est, si impleat quod ultra vires ejus creditur; tanto magis puniendus erit, si hoc audeat sibi imponere præsumptione temeritatis, quod ferre non possit: nec ad veniam debet pertinere, qui est a primordio infidella inventus.

(Vers. 13.) *Simul autem et otiosæ discunt circuire: non solum autem otiosæ, sed et verbosæ, et curiosæ, loquentes quæ non oportet.* Quædam virgines vel viduæ, commendante professione (gloriosum est enim hujus rei vocabulum) acceptabiles sunt domibus divitum, quæ id agunt; ut pateant voluntatibus eorum, ambulantes et quærentes quæ perferant ad illos, quibus delectentur, ut otiosæ muneribus afficiantur: et malo more plus quærant fabulis, quam quæ operantur manibus; ut elatæ procedant et compositæ, contra professionem suam agentes. Quæ res solet illis etiam in hac vita esse contraria; revelatur enim id, quod semper occultum putant. Quid est enim, ut ea loquantur, quæ non oportet? Nuptiarum enim sunt proximæ, multorum secretorum participes, adulatrices, servorum querulæ.

(Vers. 14, 15.) *Volo itaque juniores nubere, filios procreare, matres familias esse, nullam occasionem dare adversario maledicti gratia. Jam enim quædam deerraverunt post Satanam.* Quoniam quæ supra dixit de hujusmodi, contraria et illiotta sunt, perducent eas ad mortem; ideoque consilium dat, et præcipit ea fieri, quæ licita sunt. Melius est enim domus curam suæ gerere, ^e quam in aliena domo adulterari: et nihil expedit nubere, quam sub bona et pia professione notabiliter in malo incedere: plus autem est cum pudore manibus victum quærere, quam in verecunde cum otio aliena utensilia expectare. Sic enim invenit occasionem Satanas, quomodo subvertat animas inconsultas, cum pla profitentes injuste versantur; nihil enim tam periculosum est, quam si professioni gesta repugnent. Apertum enim malum non zelatur Satanas; quia gaudet in illo: ^f istem vero quem videt fallere, id agit, ut manifestet illum suum filium esse, non Dei: quod factum non displicet Deo.

(Vers. 16.) *Si quis fidelis, vel si quæ fidelis habet viduas, sufficienter subministret illis; ut eorum alimonis non gravetur Ecclesia, ut veris viduis sufficiat.* Quid mirum si Apostolica potestas futura potuit prævidere? Nam apparet quod dixi, quia fidelium viduæ nunc multum gravant Ecclesiam, et eorum qui locupletes videntur mundi; quia per senectutis causam desistentes eas ab opere sanificii, retrahunt eis et vestimentum et victum, non totum tamen, sed ex parte; ut illæ ipsa inopia ad Ecclesiam convertantur, ut

^d Codex Vall. et alii nonnulli, matres familias esse, domum regere.

^e Ita mss. plerique: alii vero, et edit., quam in aliena domo adulari.... notabiliter incedere.

^f Omnes edit. et quidam mss., justum vero; melius alii mss., istum vero.

vivant : quos oportebat non solum suis indigentibus largiri, verum etiam alias inopes pascere et contingere. Quod multum obest; cum enim his datur, cæteris aut minus, aut non datur, quibus magis dandum est, quæ dignæ sunt Ecclesiæ sumptibus ministrari. Sic autem gravatur, cum cogitur vestire multos, quæ deberet vestire paucos: et plebs quæ libenter et frequenter possit ministrare paucis, cogitur plures dimittere; ut aut murmuret, aut tardius eis occurrat. Nam cum præcipiat unius viri uxorem eligi viduam, nunc inveniuntur inter eas non tantum duum aut trium maritorum uxores, sed et quæ turpius vixerint: quod aliquando per negligentiam fit, ^a aliquando potentatu insinuantis.

(Vers. 17.) *Qui bene præsumunt presbyteri, duplici honore habeantur digni: maxime qui laborant in verbo et doctrina.* Boni dispensatores ac fideles non solum honore sublimi debent digni judicari, sed et terreno; ut non contristentur indigentia sumptuum, sed magis gaudeant fide sua et doctrina. Instantior enim fit, si non humilietur inopia: et crescit in illo auctoritas, ^b cum videt se etiam in præsentis laboris sui fructum percipere; non ut abundet, sed ut non deficiat.

(Vers. 18.) *Dicit enim Scriptura: Non infrenabis bovem triturantem (Deut. xxv, 4); et: Dignus est operarius mercede sua (Luc. x, 7).* Tanta merces debet esset evangelizanti regnum Dei, qua neque contristetur, neque extollatur.

301 (Vers. 19.) *Adversum presbyterum accusationem ne receperis.* Quoniam hujus ordinis sublimis honor est (hujusmodi enim vicarii Christi sunt), ideo non facile de hac persona accusatio debet admitti. Incredible enim debet videri istum, qui Dei antistes est, criminose versatum, sicut credibile est scenicum esse turpissimum.

(Vers. 20.) *Delinquentes autem coram omnibus argue, ut cæteri metum habeant.* ^c Quomodo non facile credi debet de presbytero crimen; si probetur tamen, aut sit manifestum quia irreverenter versatus est, publice præcipit arguendum, ut et cæteri terreantur, quod non solum ordinatis proficit, sed et plebi; quando enim vident dignitosum virum erroris causa corripitur, necesse est ut sibi caveant.

(Vers. 21, 22.) *Testor coram Deo, et Christo Jesu, et electis angelis; ut hæc custodias, sine præjudicio nihil faciens in partem aliam declinans. Manus cito nemini imposueris, ^d neque communicaveris peccatis alienis. Temet ipsum castum custodi.* Contestationem deponit apud Deum Patrem, et Christum filium ejus et electos ejus angelos, quos Dominus in Evangelio sanctos appellat (Marc., viii, 38). Hi ergo electi sunt, quia sunt alii reprobi, qui sunt non Dei angeli, sed diaboli, assentientes apostasiæ ejus. Sub testa-

^a Nonnulli mss., *aliquando potentatu insinuante.*

^b Codex Vall., *congaudet se etiam, etc.*

^c Edit., et quidam mss., *Quoniam enim; Rom. edit., Quoniam vero: melius alii mss. ut in contextu.*

lione ergo ea, quæ ad ordinationem Ecclesiæ mandat custodiri, præcipit nihil fieri sine præjudicio; ne facile aliquis accipiat ecclesiasticam dignitatem, nisi prius de vita ejus et moribus fuerit disputatum; ut dignus approbatus, minister aut sacerdos constituitur, ut non postea si reprehensibilis videatur, poeniteat forte principem populi ^e non ad liquidum præjudicasse quid mereretur, quem improbabiliter ordinavit; nec illum cujus peccata ad suspicionem veniunt, ordinandum, ne commaculetur ordinator vitis et delictis ejus. Si ergo omnino latentia sunt delicta, immunis erit rector; quia conscientia ejus libera est. Suspicio enim trepidum facit; peccat enim si non probat, et sic ordinat. Melior enim cæteris debet probari, qui ordinandus est; non enim sufficit, si ^B sine crimine sit; quia merita ejus debent præire bonorum operum, ut dignus habeatur ad ordinationem. Hæc episcopus custodiens, castum se exhibebit religioni: cujus rei in futuro præmium consequetur.

(Vers. 23.) *Noli adhuc bibere aquam, sed vino modico utere propter stomachum tuum, et crebras tuas infirmitates.* Nunc speciale consilium dat, ut se ipsum salubri regat doctrina; prudenter enim Deus sibi serviri vult, non ut nimietate sua debiles fiat, et postea medicorum suffragia requirant. Temperandum enim est, ut si fieri potest, ceptum obsequium gradatim provehatur, quam per inconsiderantiam minuatur. Intemperantia enim ipsam animam inquietam facit, ut cum de infirmitate sollicita est, non tantum dedita sit divinis servitiis. Damnum enim affert improvidentia; anima in tranquillitate posita, totum cor extollit ad Deum, integro consilio obsecrans, ^f quæ petenda sunt.

(Vers. 24, 25.) *Quorundam hominum peccata manifesta sunt, præcedentia ad iudicium, quosdam vero et subsequuntur. Pari modo et opera bona manifesta sunt: et quæ aliter se habent, abscondi non possunt.* Nullam excusationem vult intelligi fore eorum, qui his adhærent, quorum peccata ^g pro palam sunt; ut cum vitandi sint, magis honori sint. Hoc ergo significat, ut homo Dei ab his secernatur, maxime dispensator Christi, qui etiam corripiendi eos habet auctoritatem; qui si se emendare promittunt, rei-nendi sunt. Alios vero subsequi mala opera illorum ^D ostendit; quia cum viventes æstimantur boni, mortui deteguntur; ut qui prius ostendebant se idoneos, postmodum declarentur impostores. Superiori ratione sicut mala, ita et facta bona manifesta sunt; bona enim vita et actus modesti abscondi non possunt, quæ adhibita pietate, faciunt perfectos: sed sicut quædam mala occulta ad præsens sunt, ita et bona; nemo enim omnia in hominibus potest scire: sed ex iis quæ videt et audit, probat et iudicat. Per-

^d Rom. edit., *neque te commaculaveris peccatis alienis.*

^e Eadem Rom. edit., *non ad liquidum providisse.*

^f Ms. Carn., *quæ pacificanda sunt.*

^g Idem codex, *prolati sunt, magis oneri sint.*

pendit enim an ea quæ dicuntur, convenient ei, de quo dicuntur, sive bona, sive mala : quæ autem occulta fuerint hominibus, in die iudicii palam fient. Propter hoc ergo dicta sunt, ut sciant hujusmodi graviores se causam habere præ cæteris. Pejor est enim qui se, cum sit malus, bonum ostendit, quam ille qui aperte est malus.

302 CAPUT VI.

(Vers. 1.) *Quotquot sub jugo sunt servi, dominos suos omni honore dignos arbitrentur; ne nomen Domini et doctrina blasphemetur.* Servorum obsequiis dominos Deo gratias vult referre; cum enim per Dei disciplinam fidelia illis exhibuerint servitia, forte huic etiam ipsi se subjicient disciplinæ.

(Vers. 2.) *Qui vero fideles habent dominos, non contemnant; quia fratres sunt: sed magis serviant; quia fideles sunt et dilecti; qui beneficia percipiunt.* Si profanis dominis serviendum tota sollicitudine imperat, quanto magis fidelibus! Tunc enim probat se timori Dei subjectum, si fideli et temporali domino toto animo fuerit obsecutus. Ne contemnendum putet, quia frater dicitur causa communis fidei; quia magis corripendus erit, qui fidelem dominum contemnendum putaverit.

(Vers. 3.) *Hæc doce et exhortare.* Doctrinam Dominicam manifestari vult, ut obrectatores videant; quia non est quod reprehendantur, in ea: considerantes pariter quæ in sacris eorum sint occulta turpia, et erubescant per quod inexcusabiles erunt.

(Vers. 4, 5.) *Si quis aliter docet, et non acquiescit sanis sermonibus Domini nostri Jesu Christi, et ei quæ secundum pietatem est, doctrinæ: superbit autem nihil sciens, sed languens circa quæstiones et pugnas verborum, ex quibus fiunt invidiæ, contentiones, blasphemiarum, suspiciones malæ, conficiationes hominum, qui corrupti sunt mente, et qui veritate caruerunt, existimantes quæstum esse pietatem, et Dei culturam; discede ab hujusmodi.* Discrepantes a disciplina catholica spernendos præcipit, maxime qui convicti et correcti acquiescere nolunt perturbatione mentis pravæ, qui contentionibus delectantur et pascuntur. Elatus enim vinci se non patitur, quippe cum ad favorem quærendum in conflictum prorumpat, quod a mansuetis et bonis viris vitandum est. Contentio enim numquam est sine lite, et parum esset si lis sola oriretur, sed blasphemiarum et inimicitiarum, quod a Dei servis alienum est. Ab his autem qui corrupti mente, veritate privati sunt, utile judicatur; Dei enim culturam et pietatem quæstum existimant, non de futuro aliquid sperantes; sed quomodo in præsentibus se transigant providentes, sicut et mundanæ sectæ, quas constat propter præsentia lucra inventas; non nescii quasdam hoc libenter audire, quod in hac vita florendum sit; ideoque desistendum ab hujusmodi.

(Vers. 6.) *Est autem quæstum magnus a pietas cum sufficientia.* Magnas divitias et acquisitionem in eo

dicit, si quis fidelis suo contentus sit; plus enim et in semetipso et in cæteris est, qui misericordia Dei acquisitus ad futuram vitam, ad præsens sufficere sibi putat, quod habet, non dubitans ex eo ipso largiri. Omnis enim avarus impius est, et sibi et cæteris nocens.

(Vers. 7, 8.) *Nihil enim intulimus in mundum, verum quia nec auferre possumus quidquam; habentes autem alimentum, et quibus tegamur, his contenti simus.* Frustra mortales homines copiarum studere, et locupletes fieri velle aperta voce declarat, cum sciant nihil se proprium habere in mundo. Cui rei proficit humana cupiditas, nisi quia ipsa sibi inimica existit? Nihil enim intulit mundo, nihil auferre poterit. Quid sibi incutit sollicitudinem, et quærit congregare? Talis hinc exiit, qualis venit. Quod etiam scribit Job, et in sua passione fatetur, dicens: *Nudus exivi de utero matris meæ, nudus revertar in terram.... sit nomen Domini benedictum* (Job 1, 21). Quod si avari non retinerent in perniciem suam, pauci conderent quod pluribus posset proficere cum eorum ipsorum emolumento.

(Vers. 9, 10.) *Nam qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem et laqueum, et desideria multa inutilia et nociva, quæ demergunt homines in exitium et interitum. Radix enim omnium malorum est avaritia, quam quidam appetentes, erraverunt a fide, et inseruerunt se doloribus multis.* Nihil tam asperum, tamque perniciosum est, quam si ecclesiasticus, maxime qui in sublimi loco est, divitiis hujus sæculi studeat; quia non solum sibi ipsi, sed et cæteris obest. Contrariam enim formam dat hominibus; necesse est enim multos imitatores ejus existere ad perditionem. Quanto enim honorificentior ordine est, tanto magis suadet imitandum se, maxime in hac re, quæ in ista vita proclivis est; avaritia enim **303** omnia mala potest admittere. Ideo radix omnium malorum est, quia ut desideria sua expleat, quod impossibile est, et maleficia, et homicidia, et obscenitatem, et quidquid sceleris est, perpetrat; nec ad præsens secunda, quia semper cupida; et in futuro damnata.

(Vers. 11.) *Tu autem, homo Dei, hæc fuge.* Abscindere se hominem Dei ab hac hortatur et præcipit, ut et hic securus sit, et in futuro præmiis remuneretur divinis. Non enim immerito coronandus est, qui hanc spernit, quæ multis suadet.

(Vers. 12.) *Sequere autem justitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, tranquillitatem animi. Certa bonum certamen fidei, apprehende vitam æternam, ad quam et vocatus es, et confessus es bonam confessionem coram multis testibus.* Quoniam avaritia res iniqua est, hominem Dei, ut ab hac dissentiat, justitiam sequi jubet atque pietatem, et alia quæ memorat; non enim poterit hanc evitare, nisi his adhæserit, quæ avaritiæ adversa sunt. Quomodo autem fieri potest ut avarus fidelis sit, qui operibus

^a Rom. edit., *pietas, cum quis suo contentus sit.*

^b Eras. et seq. edit. cum mss. aliquot, *qui misericordiam Dei acquisiturus.*

negat, quod verbis fateri videtur? Unde autem amator fraternitatis, cujus manus sunt aridae? quomodo vero patiens, qui semper ad aliena se tendit? aut quatenus quietem animi possit habere, qui die nocteque aviditate cupiditatis incenditur? Sed quia ab homine Dei Timotheo iniquitas hæc aliena erat, honum certamen fidei aggredi jubetur. Fidei enim victoria est, cum omnia vitia et eripina subjungantur; ut ad æternæ vitæ præmia veniatur: cujus confessio inter ipsa rudimenta fidei, teste interrogante et respondente monumentis ecclesiasticis continetur.

(Vers. 13-16.) *Præcipio tibi in conspectu Dei, qui vivificat omnia, et Christo Jesu qui testatus est sub Pontio Pilato bonam confessionem: ut serves mandatum immaculatum, irreprehensibile usque in adventum Domini nostri Jesu Christi: quem suis temporibus ostendit beatus ille et solus potens, Rex regum, et Dominus dominantium, qui solus habet immortalitatem, et lumen habitat inaccessibile, quem vidit nemo hominum, nec videre potest, cui honor et potestas æterna, amen.* Magna vigilantia atque providentia præcepta dat rectori Ecclesiæ; in hujus enim persona totius populi salus consistit. Non sollicitus de cura Timothei, tam circumspectus est, sed propter successores ejus, ut exemplo Timothei Ecclesiæ ordinationem custodirent; ipsi quoque futuris formam tradentes a semetipsis inciperent. Denique ut serves, inquit, mandatum immaculatum usque ad adventum Domini nostri Jesu Christi. Quod sic astrigit, ut eorum Deo et Christo hoc se mandare testetur; et ut terrorem inentiat, passionem Christi memorat, cujus passionis reus necesse est fiat, qui hoc spernit propter quod passus est Christus. Nec diem iudicii tacuit, quod prædestinato tempore futurum est Dei nutu, quem solum beatum et potentem et Regem regum et Dominum pronuntiat: solus est enim ipse qui propriam et a nullo habet acceptam beatitudinem atque potentiam, dominatum et regnum, nec non immortalitatem. Hæc **304** omnia habet Pater, similiter et Filius a Patre: lumen autem inaccessibile totius Patris est; quia nulli umquam apparuit. Denique subjecit: *Quem vidit nemo hominum, nec videre potest.* Non quia aliud lumen Filii sit; quippe cum in psalmo scriptum sit: *Et in lumine tuo videbimus lumen.* (Psal. xxxiii, 10), hoc est, lumen Patris esse in Filio: sed quia nemo vidit Patrem, ac per hoc inaccessibile habitat lumen. Non est enim ordo alicui videndi Deum Patrem, nisi Christo: qui de Deo est, sic vidit Deum: Filius autem quia

^a Rom. edit., *abunde ad fruendum... ut divites facti bonis operibus, faciles sint ad impetendum, et libenter communicantes, thesaurizent sibi, etc.*

A omnia ipse agit, et apparere dicitur et videri. Illud ergo pesuliare Patris est, quod supra dictum est: *Qui honor et potestas æterna, amen; hoc est verum.*

(Vers. 17, 18, 19.) *Divitiis hujus sæculi præcipe non superbe sapere, neque sperare in incerto divitiarum, sed in Deo vivo, qui præstat nobis omnia abundanter ad fruendum in voluntate operum bonorum; divites esse factis bonis, faciles ad impetendum, et libenter communicatores, thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum, ut apprehendant veram vitam. Vera vita ista est, quam speramus futuram, que non casu, neque temporibus terminatur; æterna est enim, et ideo merito vera appellatur: hæc enim præsens imago vitæ est, non veritas. Et quia imago non omnino inanitas est, in hac vita illa acquiritur:*

B et ut ad illam festinaretur, ex imagine quam præcætat veritas, addiscitur, quæ neque superbia, neque spe divitiarum attingitur; sed humilitate, et spe Dei, qui hanc promisit. In ipso enim sperandum est, quia ipse præstat quæ nobis sunt necessaria, non in ipsis copiis, sed in auctore earum. Quæ enim spes videtur in re caduca atque incerta? quippe cum atqueant ex his discedant: qui autem in his manere videntur, nullum lucrum ex his capiunt in futurum, sed damnatum; sibi cum indigentibus partantur: neque enim æternæ sunt, ut futuræ vitæ præponantur. Sic superbos faciunt, quasi immortalitatem polliceantur. Resurrectionis exemplum habemus in Christo; et a multis non sic diffigitur Christus, sicut divitiæ, quarum nullum exemplum videtur, quod aliquem a morte liberavit. Christus nos redemit, non divitiis; ipse enim future vitæ iustar ostendit, ut his omnibus operibus, ipsam sequamur; ut ad immortales et celestes divitiis veniamus. Quare hoc eniti debemus, ut bonis factis divites simus, et his terrenis copiis spirituales divitiis acquiramus; seminemus in terra, et metamus in caelis, ubi thesaurus collocatur æternus.

(Vers. 20, 21.) *Timothee, commendatum sanctorum, deridens profanas vocum novitates, et oppositum fallacis nominis scientiæ, quam quidam promittunt, circa fidem exciderunt. Gratia locum.* Eadem admonet, ut ea quæ supra dicta sunt, serventur; contra ista autem religioni evitanda, quæ novam scientiæ usurpant, fallaces in professione, et decipiant simplices, fidem enim simulant, a qua exciderunt, ut perditionem intendant. Et manu propria subscripsit, dicens: *Gratia locum.*

^D

IN EPISTOLAM B. PAULI AD TIMOTHEUM SECUNDAM.

PROLOGUS.

Altam epistolam ^a scribit ad Timotheum, ut jam

eruditum ecclesiastica disciplina, et quæ spes sit promissionis, suo exemplo ad martyrium provocet:

^a Rom. edit., *scribit nunc Apostolus ad Timotheum... ostendit quæ spes sit promissionis, et ut suo exemplo... commenta, prædicat.*

et quia futurum est, ut quidam a sana doctrina, eo quod dura illis videatur, ad fabulas convertantur, id est, ad humana commenta.

CAPUT PRIMUM.

(Vers. 1, 2.) *Paulus apostolus Jesu Christi per voluntatem Dei secundum promissionem vitae, quæ est in Christo Jesu, Timotheo dilecto filio.* Hujus rei gratia apostolum se Christi Jesu, Dei voluntate appellatum significat; ut quæ et quanta promissio in futuro in fide Christi sit, edoceret; ut prædicatione ejus incrementum faciat in salvandis disciplina Dominica. Idonei enim servi sunt, qui instantia sua et fide negotia dominorum suorum exaggerant. Quod ideo huic quasi charissimo filio scribit, ut hujus rei imitator existat, eadem cæteris tradens; ut per traducem successio in indeficiens sit idoneus doctor, per quem asserta veritas multos acquirat ad vitam promissam. *Gratia, misericordia, et pax a Deo Patre, et Christo Jesu Domino nostro.* Gratiam huic Patris in miseratione exoptat, ut adsit ei: et Christi Jesu Domini nostri, quia Deus gratiam suam per Christum largitur; ut una gratia sit utriusque.

(Vers. 3, 4, 5.) *Gratias ago Deo meo, cui servio et proavis in conscientia pura, quod indeficientem habeam tui memoriam in precibus meis, nocte dieque multum desiderans te videre, memor lacrymarum tuarum; ut ego gaudio replear, recordationem accipiens ejus, quæ est in te sinceræ fidei, quæ habitavit primum* **305** *in avia tua Loide, et matre tua Eunice: certum autem habeo quod et in te. Quoniam dignum est me-* **C** *minisse honorum, idcirco Deo gratias agit, quia memor erat Timothei viri mirabilis, ut etiam hoc ipsum Dei donum sit; non enim sine merito est, qui cogitat de bonis viris. Et quia idem Deus Christianorum est, qui erat Judæorum, ei se Deo gratias referre testatur, cui a proavis laudatus est. Quando enim hoc sperabant progenitores ejus, quod hic cœperat prædicare, una eorum fides est. Et quia in parentum successit servitio, et quia in his erat adhuc, cum illi Deo servirent, recte ait: Cui a proavis servio. Quomodo? In conscientia pura, inquit; sic enim aliquando persecutus est Ecclesiam, ut Dei amore hoc ageret, non malevolentia. Nam simili modo et in epistola ad Hebræos scriptum est quia Levi, qui decimas accepit, decimas dedit Melchisedech; quia in Abrhæ, inquit, lumbis erat Levi, quando decimas obtulit Melchisedech (Hebr. vii, 9, 10): ita et hic a proavis Deo se dicit servisse, quia et Levi in proavis decimas dicitur obtulisse. Est enim Levi pater Jacob, avus Isaac, proavis Abraham. Multum ergo se memorem Timothei profiteatur, et avide illum desiderare propter lacrymarum ejus recordationem, quas amore fuderat Apostoli, sicut intelligitur, recedentis a se. Non immerito ergo anantem se desiderat, ut gaudio impleatur ex communi letitia, causa*

avita ejus, et in eum fuisse significat, certissime et in eo. Omnis hæcque hinc affectus propter fidem est, quæ erat in eis invisita.

(Vers. 6, 7.) *Qua de causa edmonere te, ut recresc dasum Dei, quod est in te per impositionem manuum meorum; non enim dedit nobis Deus spiritum timoris, sed virtutis, et dilectionis, et sobrietatis.* Propterea se parentum ejus sinceritatem fidei significat memorasse, ut fortior em hunc faceret. Quis enim laudem illorum audiens, quorum in eo ipso particeps est, non crescat, addens animum hujusmodi viribus. Sic ergo recreat in se donum gratiæ Dei acceptum per ordinationem presbyterii, dum animum suum confortent mentis alacritate, gaudens in semet ipso, sicut in nobilitate ordinationis gaudetur. *Quisque subiecit: Nec enim, inquit, dedit nobis Deus spiritum timoris, sed virtutis.* Innovatus enim homo exit de timore, accipiens spiritum lætitiæ propter justificationem; quia omnis ingustus in timore est, non fortis, sed infirmus: non in dilectione, sed in odio: nec in mentis sobrietate, sed errore aucius. Si autem his caruerit, per fidem et fortis, et dilectus, et sobrius erit.

(Vers. 8.) *Noli itaque erubescere testimonium Domini nostri, neque me vinculum ejus.* Constantiam habendam docet, nec trucidari dehere in professione. Non est enim unde erubescatur in ea; quia si homo visus est Christus, gestis tamen apparuit Deus: etsi crucifixus est, resurrexit tamen a mortuis, et multis videntibus, suscipiens eum nube, in caelum ascendit (Act. 1, 9). Non est ergo infirmitatis causa, sed potestatis; quia ubi putatur infirmitas, ibi apparet potentia. Itaque simile infirmitas dicitur, qui vicisse probatur. Hoc modo nec in Apostolo est, quod ad ruborem pertineat; quia si presseris et cadibus humiliatus dicitur, ex illa parte confundit obrectatores suos, quia in signis ac prodigiis nutu mirabilis pervidetur; ut intelligatur non infirmitate humiliari, sed voluntate ad quemdam meritum profectum. Idcirco enim Deus servos suos ab iniquis humiliari permittit, ne illis injuste premia dare videatur.

(Vers. 9.) *Sed collabora in Evangelio secundum virtutem Dei, qui nos salvos fecit.* Quoniam virtute Dei victa est mors, ut nos salvi esse possimus; juxta hoc convenit vicem nos ex aliqua parte reddere Redemptori. Quia enim ad omnia ejus beneficia respondere non possumus, vel legationem ejus fideliter et instanter agamus. *Et vocati vocatione sua sancta.* Vocatio sancta est, cum electi sui ad gubernandum populum sanctum Dei: ad sanctum autem senior vocatur, qui dux eligitur sanctitatis. *Non secundum merita nostra.* Verum est; quia si ad liquidum quæras, nullus hominum dignus potest videri vicarius esse Christi; omnes enim quos elegit, prius fuerant peccatores. Quantum ergo ad comparationem exterorum pertinet, hi digni inventi sunt; quantum vero ad rem ipsam, omnes indigni sunt. *Sed secundum propositum sumus, et gratiamque datus est nobis*

^a *Esatum Deo ait, pro fide Christi sit, edoceret, quo prædicatione ejus, etc.*

^b *Esatum. edit., qui nos liberavit.*

in Christo Jesu ante tempora sæcularia. Quoniam dignatione sua Deus olim **306** decrevit peccatores salvos facere (præscius enim fuit Deus quid futurum esset in homine, antequam faceret eum, et peccaret), quomodo redintegraretur prædestinavit, quo tempore, et per quos, et qua ratione salvari possint; ut neque merito suo qui salvantur, neque horum per quos vocantur, sed Dei gratia istud donum præstari videatur per fidem Christi.

(Vers. 10.) *Nunc vero declarata per illuminationem adventus Salvatoris nostri Jesu Christi.* Donum Dei quod ante tempora sæcularia latebat in mysterio, incarnatione et adventu Christi declaratum testatur, quando cœperunt homines remissam peccatorum accipere.

(Vers. 11.) *Qui destruxit quidem mortem, illuminavit autem vitam æternitate per Evangelium, in quo positus sum ego prædicator, et apostolus, et magister gentium.* Qua ratione salvum fecit populum suum Christus, ostendit dicens quia mortem destruxit, quæ erat hominis inimica, ne ab inferis posset resurgere: tum demum vitam illuminavit æternitate; ut resurgens a mortuis, jam mori non possit. Obscura enim vita est, quæ tempore definitur, dum soporatur, dum ignorat, dum male versatur. Et quomodo illuminetur vita, ostendit; quia per Evangelium credentibus datur æternitas, magistro gentium prædicante.

(Vers. 12.) *Quam ob causam et hæc patior.* Prædicans Dei donum, diabolus patitur inimicum; ut pressuras ei exsuscitet, quia populum de faucibus ejus eruit. *Sed non confundor.* In hoc securus, quia pro tribulationibus magna promissa merces est, non confunditur, sed gloriatur in pressuris. *Scio enim cui credidi, et certus sum quia potens est depositum meum custodire* ^b *in illa die.* Hoc est quod dicit, qua spe et fiducia magnificentiæ Salvatoris securus est; quia quod commendat illi, in tuto est. Quid autem illi commendat, nisi salutem suam? Ut hic pro illo patiens, salutem inveniat penes illum, cum cœperit judicare; ut patiens infideles, istum dignum æterna vita pronuntiet.

(Vers. 13, 14.) *Formam habens sanorum verborum, quæ a me audisti in fide et dilectione, quæ est in Christo Jesu, bonum commendatum custodire per Spiritum sanctum, qui habitat in nobis.* Præcepta sua cum gestis formam appellat salutaris doctrinæ, quam istum sequi mandat; ut custodiat ea, Spiritu sancto favente.

(Vers. 15, 16.) *Scis enim hoc, quod aversati sunt a me omnes, qui in Asia sunt, ex quibus est Phygelus et Hermogenes.* Hi quos memorat, fallacia pleni erant; simulabant enim amicitias Apostoli, ut adhærentes ei addicerent, unde illi calumniam facerent, aut per alios immitterent. Qui posteaquam viderunt manifestatos se, recesserunt ab eo. *Det misericordiam Dominus Onesiphori domui; quia sæpe me refrigeravit*

^a Rom. edit., *Illuminavit autem vitam, et æternitatem.* Ita etiam infra.

^b Rom. edit., *in illum diem.... qui spe et fiducia.*

^c Rom. edit., *Formam habe sanorum verborum....*

^A *et super catenam meam non erubuit.* Duplici genere refrigerium hoc intelligendum est; quia et in necessitate custodiæ solatio suo refrigeravit eum: et si qua illi, sive indigentibus opus erant, ministravit. Spe enim eorum, quæ promissa sunt, non puduit illum accedere, et requirere hominem positum in custodia; illi enim quos supra memorat, quia erubescabant de cruce Christi, in necessitate deseruerunt Apostolum.

(Vers. 17, 18.) ^d *Sed cum essem Romæ, sollicitè me quæsivit et invenit. Det illi Dominus invenire misericordiam apud Dominum in illa die.* Romam veniens Apostolus, cum appellasset Cæsarem, a militibus custodiebatur; tunc enim eum Onesiphorus charitatis causa et magisterii magna diligentia requisitum invenit. Cujus visitatio tam acceptabilis fuit Apostolo, ut eum sic Domino commendet, ut inveniat misericordiam apud Dominum in die judicii; ut sicut Apostolum requirere invenit, ita et misericordiam quærens, inveniat apud judicem. Hoc enim orat, ut præstet ei Dominus Pater cœli et terræ invenire gratiam apud Dominum humani generis, Filium scilicet. Tale est hoc, quale et illud in Genesi: *Et pluit, inquit, Dominus sulphur et ignem super Sodomiam et Gomorrhæam a Deo de cœlo (Gen. xix, 24).*

Quanta autem Ephesi ministraverit mihi, melius tu nosti. Quoniam solent quidam personis magis quam causis servire, volentes gratificari majoribus; ideo Apostolus ^e Onesiphori bonum generale ostendit, ne videretur forte personæ se commendasse, dum Apostolo ministravit; cum constaret illum magnanimum omnibus fuisse.

307 CAPUT II.

(Vers. 1, 2.) *Tu ergo, fili mi, confortare in gratia, quæ est in Christo Jesu, et in iis quæ audivisti a me per multos testes: hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt et alios docere.* Constantem hunc et robustum esse præcipit in docendo gratiam Dei, quæ data est in Christo Jesu: et non solum in gratia, sed etiam in mysteriis, quæ sunt de Christo. Arcana fidelibus et dignis tradi vult, qui alios possint docere, non passim vulgaribus ac negligentibus; magna enim cura eligendus est doctor.

(Vers. 3, 4.) *Labora ut bonus miles Christi Jesu; nemo enim militans Deo, obligat se negotiis sæcularibus; ut placeat ei, cui se probavit.* Manifestum est quod dicit; quia *nemo potest duobus dominis servire (Math. vi, 24);* negotia enim sæcularia avaritiæ serviant necesse est: et nisi mentiti fuerint, transegisse non possunt. Est ergo, sed leve peccatum. Ecclesiasticus autem idcirco Deo se probat, ut huic devotus, officium impleat quod spondit, in Dei rebus sollicitus, a sæculari negotio alienus; non enim convenit unum duplicem professionem habere.

(Vers. 5.) ^f *Etsi certet quis, non coronatur, nisi le-*

Bonum commendatum custodi.

^d Eadem Rom. edit., *Sed cum venissem Romam.*

^e Rom. edit., *Onesiphori domum generalem.*

^f Rom. edit., *Nam etsi certet quis in agone.*

gitime certaverit. Dei militem tam exercitatum vult esse in Dei operibus, vel officio deputato, ut possit ad gloriæ meritum pervenire : tota mente vigilantem divinis obsequiis, præsentia spernentem, cœlestia diligentem; ad hoc enim se probavit, ut hic laborans remuneretur in cœlis.

(Vers. 6, 7.) *Laborantem agricolam oportet primum de fructibus percipere. Intellige quæ dico; dabit enim tibi Dominus in omnibus intellectum.* Tantæ abstinentiæ sanctus fuit Timotheus, ut etiam a licitis temperaret; hoc enim vult intelligi, quia a participatione gazophylacii se abstinerebat, cum hoc Dominus decreverit, ut qui Evangelium annuntiant, de Evangelio vivant (I Cor. ix, 14). Ideo Apostolus prius hunc sumere præcipit, qui primus est, et sic cæteris distribuere.

(Vers. 8, 9.) *Memor esto Christum Jesum resurrexisse a mortuis ex semine David secundum Evangelium meum, in quo laboro usque ad vincula, quasi latro, sed verbum Dei non est alligatum.* Quoniam multi futuri erant filii diaboli, qui Filium Dei incarnatum negarent; idcirco hoc memorat, quoniam fallaciter sub nomine apostolorum hoc asseverare nituntur. Subjecit, *secundum Evangelium meum*, ut excluderet malæ mentis falsa colloquia; non enim plus hæreticis credendum est de Apostolis, quam his ipsis de prædicatione sua testantibus, quam prædicationem cum labore se agere queritur. Pressuris enim tribulabatur et carceribus, eo quod tam Judæos quam gentiles offenderet, sicut illis videbatur, incredibilia prædicando; iratos enim habebat Judæos propter Legem, quam cessare docebat : gentiles autem inimicos sibi faciebat; quia unum Deum prædicabat in Christo. Unde quasi latronem hunc tractabant, alligantes, claudentes si posset tacere, nescientes quia verbum Dei alligari non poterat. Denique sæpe clausus non dispendium fecit, sed lucrum; neque enim defuit, cui prædicaret in carcere, ut quos libere invitare ad fidem non posset, in vinculis positus passeret Dei verbo.

(Vers. 10.) *Ideo omnia suffero propter electos; ut et ipsi salutem consequantur, quæ est in Christo Jesu cum gloria cœlesti.* Ut prædicatione sua salvaret homines prædestinatos ad vitam, exitiis erat subjectus, sciens profectum se habiturum quæsitæ salutis illorum.

(Vers. 11, 12.) *Fidelis sermo; si enim commortui sumus, et convivemus; si sustinemus, et conregnabimus.* Sic posse ad immortalitatem et gloriam Christi perveniri significat, si in forma baptismatis manserimus, ubi omnia delicta moriuntur; ut innovati omnia vitia vetera et crimina fugiamus, ut auctoris secuti vestigia, peccatis mortui videamur. Si vero additum fuerit ad causam, ut et tribulationes ac pressuras non ægre pro nomine Domini patiamur, sustinentes hæc, simul cum illo regnabimus; dignum est enim ut qui pro illo opprobria patitur et exitia, in regno

ejus gloriosus appareat. *Si negamus, et ille negabit nos.* Verum est, quia si minime confessi illum fuerimus coram hominibus, tunc dicet et ipse nobis in illa necessitate futuri judicii : *Nescio vos* (Matth. xxv, 12). Hæc est punitionis significatio.

(Vers. 13.) *Si non credimus, ille fidelis permanet, negare semetipsum non potest.* Nemo potest Domino auferre, quod habet. Quis enim illo fortior est, per quem omnia exstiterunt? Nec **308** addi potest profectum; quia non illi aliquid præstat, qui credit illum : quomodo nihil aufert ei, qui non credit in illum. Quidquid ergo agitur, ad profectum nostrum pertinet, ne in ignorantia maneamus. Nec enim a nobis firmatur, cum ipse ex se et apud se firmus sit.

(Vers. 14.) *Hæc admone, contestans coram Domino.* **B** *Noli verbis pugnare; ad nihil enim utile est, nisi ad subversionem audientium.* Contentiones vitandas monet, præcepta autem danda sub Dei timore et terrore; quia contentio potest adhuc minus stabilitis generare scrupulum. Solent enim in contentione talia opponi elimato malevolentia ferro, ut moveant animos incipientium fratrum.

(Vers. 15.) *Sollicite cura temetipsum, ut probabilem te exhibeas Deo, operarium non impudoratum, recte tractantem verbum veritatis.* Quoniam sunt aliqui, qui dicant contentionem audientibus prodesse : Apostolus autem sciens magis obesse, hoc mandat, ut unusquisque hoc curet, ^a ut sprete altercatione, semetipsum probabilem faciat, impudoratos appellans eos, qui contentionibus nituntur. Necessè est enim ut contentio extorqueat aliquid, immo multa quæ dicuntur contra conscientiam; ut intus in animo perdat, foris victor abscedat. Nemo enim patitur se vinci, licet sciat vera, quæ audit : recte autem tractat, et bona conscientia, qui volentibus loquitur et pacificis. Collatio ergo inter Dei servos esse debet, non altercatio.

(Vers. 16, 17.) *Profanas autem vocum novitates devita; plurimum enim ^b proficiunt ad inanitatem, et sermo eorum sicut cancer serpit.* Hoc idem adhuc prosequitur, ut contentiones vitentur; nec enim congruit unius fidei viros habere contentionem, sed in tractatu patientur se invicem, et consentiant bonis dictis : si quid autem improbabile videtur, cum pace dissimuletur. Adversarii enim et dissidentes solent se **D** invicem provocare, ex quibus unus catholicus est, et alter profanus. Hic ergo catholicus est, cui Apostolus mandat, ut spernat et declinet a fabulis inanibus : quietus debet esse; ut semper de conscientia verba emittat, nec patiat se coram impia verba depromi. Dant enim quibusdam occasionem, ut in pejus proficiant; non enim desunt, qui audientes profana, concipiant cogitatum malum : ideoque obest contentio.

(Vers. 18.) *Ex quibus est Hymenæus et Philetus, qui deerraverunt a veritate, dicentes resurrectionem jam factam esse, et fidem quorundam subverterunt.* Nunc ipsorum quorum causa vitandas contentiones monet,

^a Codex Laud., ut spiritali altercatione.

^b Rom. edit., proficiunt ad impietatem.

prodidit nomina, quos et profanos et impios designavit, errantes a veritate; hoc enim negabant, ^a quod palmare est christianorum, ut credant se in futurum a mortuis resurgere. Ili autem, sicut ex alia Scriptura docemur, in filiis fieri resurrectionem dicebant, quibus non deerat, qui assensum præstaret perveram opora fidem, quam in primordio fuerat consecutus.

(Vers. 19.) *Firmum autem fundamentum Dei stat, habens signaculum hoc; cognovit enim Dominus, qui sunt ipsius: et discedat ab iniquitate omnis, qui nominat nomen Domini.* Fundamentum Dei fides est, quæ continet quæ promisit Deus, quæ fides non poterit infringi perfidorum et hæreticorum commentis; quamvis enim hi uegent futura quæ credimus; Deus tamen dabit quæ credimus daturum illum, teste promissione ejus. Signaculum itaque promissionis Dei, fides nostra est, quæ firmat Dei verba. In die iudicii cognoscat Deus, qui habent signum ejus, dissentientes a perfidorum et hæreticorum iniquitate, quæ Dei promissionem infirmare se putat; nihil enim tam iniquum, quam Dei fidei contraire. Et sic Dathan, et Abiron, et Core dictum est a Moysæ, cum contra Dei præceptum offerre sacrificia præsumerent (Num. xvi, 35): *Cognovit, inquit, Dominus, qui sunt ejus.* Quo dicto ostendit quæ perniciēs maneret eos, qui Dei verba invertent.

(Vers. 20.) *In magna autem domo non solum sunt vasa aurea et argentea, verum et lignea et fœtilia: et quædam quidem in honorem, quædam vero in contumeliam.* Hoc dicto significavit in Ecclesia diversos esse homines: quosdam bonos et summos viros, quos in auro intelligi vult: quosdam bonos tantum, quos in argenteo designat: alios vero non bonos, quos vasa lignea et fœtilia appellat. Quod nulli ambiguum puto; nam in Corinthiorum hoc Ecclesia probat frequens sermo objurgantis Apostoli. Nunc autem in Ecclesia nostra **300** palam est, et in templo Hierosolymis, in quo typus erat Ecclesiæ, manifestis lectionibus approbatur. Erant enim ibi Sadducei, ex quorum radice erant Hymenæus et Philetus: de quorum prava sententia cum Apostolus esset locutus, statim hoc subiecit, non esse mirabile in Ecclesia videri homines dissentientes. Nam et in Corinthiorum Ecclesia, de qua dixi, quidam erant qui dissentientes, resurrectionem negabant. Insanus tamen ^b Novatianus ut errori suo mundatur, aliter hoc intelligendum tradit; ut domus magna totus mundus significari credatur, qui habet hominum diversitatem; cum constet Apostolum exemplo usum domus divitis et opulenti, quæ quamvis copiosa sit, habeat tamen vasa lignea et fœtilia: hoc modo et Ecclesia, quamquam sancta dicatur, habet tamen et vitiosos et prava sentientes, sicut superius memo-

ravi. Quos contumelia dignos ostendit, non tamen perituros, sed purgandos per ignem; quia domus ex aliqua parte necessarii sunt. Novatianus autem elatus superbia, ut Ecclesiæ suæ veritatem et sanctitatem generalem defenderet, hoc modo intelligendum esse decrevit, quasi Ecclesia penes ipsum sit, et cunctos habeat purificatos, propter istas causas quibus ^c nos innocentes accusat. Sed quid opus erat hoc loco de mundi aliquid dicere, aut ut quid affirmaret mundum domum magnam significare? Nam dicit Dominus apostolis: *Non estis de mundo, ego autem elegi vos de mundo* (Joan. xv, 19). Quomodo igitur intra mundum concludendi sunt, qui negantur de mundo esse? Et idem Apostolus: *Quo, inquit, mihi de his, qui foris sunt, judicare* (I Cor. v, 12).

^B Nam in una domo omnes sub uno sunt nomine; uno enim Domini sui nomine censentur omnes: mundus autem diversæ professionis continet homines; ita ut dispares profiteantur se habere et deos et dominos. Non ergo domum magnam mundum dicit, sed Ecclesiam, in qua omnes sub unius Domini sunt nomine.

(Vers. 21.) *Si quis ergo purgaverit seipsum ab istis, erit vas in honorem sanctificatum, utilis Domino, ad omne opus bonum præparatum.* Nam ista hæresis fraude sua vincitur, quæ asserit animas quasdam natura esse malas, quæ ad bonum cogi non possint; cum hic dicat posse malos immutari in bonum, et sordidos purificari. Poterant enim Hymenæus et Philetus mundare sensum suum, si voluissent; ut fierent vas sanctificatum, præparatum in honorem.

^C (Vers. 22.) *Juvenilia autem desideria fuge.* Juvenilia desideria adversa sunt; sunt enim voluptates mundanæ, quæ omnibus illecebris mancipatæ sunt; ac per hoc a Dei servo fugiendæ sunt. *Sectare vero justitiam, fidem, charitatem, pacem, eum his qui invocant Dominum de puro corde.* Hæc sectanda jubet, quæ juvenill ætati devia videntur et aspera. Qui enim justitiam eligit, ei nihil facit contrarium; et qui fidem diligit, servat mandata: qui autem charitatem sequitur, omnibus humilis est; pacis vero custos nullum læcessit ad jurgium.

(Vers. 23.) *Stultas autem et inerudititas quæstiones devita, sciens quia generant lites.* Insensatæ quæstiones partim infidelium, partim hæreticorum sunt: ^D ex parte infidelium, quæ modestos homines cogunt ad litem; ^a immutantur enim nimia contradictione impietatis eorum, et irati dicunt aliquid contra præpositum suum. Nam solent quidam hæreticorum patientiam fingere (quamvis a catholico non possint audire aliquid asperum) ut commendent prava sua colloquia; ideo dissimulandum ab his est.

(Vers. 24, 25, 26.) *Servum autem Domini non oportet litigare, sed mitem esse ad omnes, docibilem,*

bitur, sed Novatus.

^c Rom. edit., *uos ut nocentes accusat.*

^d Codex Vall., *invitantur enim nimia contradictionis impietate eorum... contra propositum suum.*

^a Omnes edit., *quod palam est christianorum*; mss. vero partim, *quod palmare est*, partim, *quod palmarium est*; utrumque commode: unus etiam, *quod speciale est christianorum.*

^b In Rom. edit. hic et infra non *Novatianus* scri-

patientem, medicatum, corrigentem eos, qui diversa A
sentiant: si quando det illis Deus penitentiam ad agnitionem veritatis, et respiciant a diaboli laqueis, a quo tenentur capti ab eo ad ipsius voluntatem. Hæc nulla indigent interpretatione; sunt enim manifesta. Quante tamen preest modestia, declaravit; si enim hoc in quibusdam hæreticis placitum est, quia humiles videntur: quanto magis laudabile et fructuosum erit in catholico, et fuerit mitis, in quo et sensus utilis, et gravitas laudanda perspicitur!

CAPUT III.

(Vers. 4-6.) *Hæc autem scito, quia in novissimis diebus instabunt temporis periculosum; erunt enim homines cuiusmodi amatores, avari, insolentes, superbi, blasphemi, parentibus non obsequentes, ingrati, impii, sine fide, sine dilectione, criminatores, incon-* B
stantes, inimici, bonorum inimici, proditores, protervi, tumidi, amatores voluptatum magis quam Dei, habentes 310 *formam pietatis, virtutem autem ejus abnegantes; et hæc devota.* Prophetia est hæc sancti Apostoli, in qua prævidit quanta mala futura essent hæreticorum et Judæorum; in his enim omnia ista, quæ inimica fidei sunt, denotantur. Ipse enim Apostolus dixit: *Quo enim mihi de tuis, qui foris sunt, iudicare* (1 Cor. v 12)? Qui enim male de Deo sentiant, et non timent, quod ad injuriam ejus pertinet, profiteri; quomodo in conversatione humana possunt esse benevoli? Ideo enim dixit: *Habentes formam pietatis, virtutem autem ejus abnegantes*; quia proficentur quidem semetipsos christianos, cum sint et nequissimi operis, et sensu perversi. Non enim in professione magis, quam in gestis laus Dei et virtus est.

(Vers. 6, 7.) *Ex his enim sunt, qui irrepunt in domos, et captivos ducunt mulierculas oneratas peccatis, quæ ducuntur a variis desideriis, semper discen-* C
tes, et numquam ad scientiam veritatis pervenientes. Quamvis omnibus hæreticis hoc conveniat, ut subintrantes domos, mulieres subdolis et versutis verbis capiant, ut per eas viros decipiant more patris sui diaboli, qui per Evam Adam circumvenit; Manichæis tamen præ cæteris congruit. Nulli enim tam importuni, tam fallaces, tam captiosi sunt, quam ipsi quos constat aliud colere, et aliud profiteri; aliud intus gerere, et foris aliud vindicare. Nam sanctimonium defendunt, et lege sua favente, turpiter vivunt: misericordiam laudant, cum inter se iniusti deprehendantur: mundum spernendum asserunt, et semper accurati procedunt; jeuniis insistere se jactanter prædicant, cum omnes saginati videantur; tantum quod arte quadam pallidi cerantur, ut fallant. Hæc ergo Apostolus maxime de his prophetavit, quos constat apostolorum tempore non fuisse, sicut nec Arianos; quippe cum Diocletianus imperator constitutione sua designet, dicens: *Sordidam hæc et impuram hæresim, quæ nuper, inquit, egressa est de Perside* (Vide Collect. Leg. Mosaic. et Roman.). Hi inveniant mulieres præ vanitate novum aliquid desiderantes audire, et per ea

quæ placita sunt, suadent illis scdæ et illicita; cupidæ enim sunt discendi, cum iudicium non habeant probandi: hoc est semper discere, et veritatis acientiam non habere.

(Vers. 8, 9.) *Quemadmodum autem Jannes et Mambres resistunt Moysi; ita et hi resistunt veritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem. Sed non proficient amplius; ignorantia enim eorum evidens erit omnibus, sicut et illorum fuit.* Exemplum hoc de apocryphis est (Exod. vii, 1 et seq.); Jannes enim et Mambres fratres erant magi vel venefici Ægyptiorum, qui arte magiæ suæ virtutibus Dei, quæ per Moysen agebantur, æmulatione commenditia resistere se putabant. Sed cum Moysis virtus in operibus cresceret, humiles facti, confessi sunt cum dolore vulnere Deum in Moysæ operatum. Unde similiter et hos non amplius proficere in impietate assertionis suæ dicit; quia imperitia eorum palam fiet et seductio: et licet iuviti, constibuntur tamen suam imperitiam in ultimo.

(Vers. 10, 11.) *Tu vero assectus es doctrinam meam, institutionem, propositum, fidem, longanimitatem, dilectionem, patientiam, persecutiones, passiones.* Eorum vult esse æmulum, quæ enumerat; hæc enim in ultimo non ad penitentiam, sed ad lætitiã proficiunt.

(Vers. 12, 13.) *Qualia mihi facta sunt Antiochiæ, Iconio, et Lystris, quales persecutiones sustinui: et ex omnibus liberavit me Dominus. Sed omnes qui volunt pie vivere in Christo Jesu, persecutionem patientur. Nequam autem homines et deceptores proficient in pejus: ipsi errantes atque alios erroribus involventes.* Ideo quæ et quanta passus sit, memorat; ut auxilia Dei ostendat, quibus defendit et tutos præstat servos suos ab impudentia Satanæ: ut securos illos faciat, et erigat, ne timeant quæ irrogari possunt a perfidis: sed in persecutione alacres sint, certi quia omnes qui in Christo recte conversantur, odio habentur etiam a corporis sui membris. Mali autem in deterius proficiunt, dum vident multos sibi dare assensum, ita ut cæteros in errorem mittant. Dum enim sciuntur esse mali et deceptores, et nihilominus florere et prosperari in mundo, attrahunt quosdam, ut imitatores eorum efficiantur, non D
solum in propriis erroribus puniendi; verum etiam in horum, quos exemplo suo deperdunt.

(Vers. 14, 15.) *Tu vero persevera in his, quæ didicisti, et quæ tibi credita sunt, sciens a quibus didiceras, et quia ob infantia sacras litteras* 311 *nosti, quæ possunt te erudire ad salutem.* Multum prodesse significat veteris Testamenti habere notitiam; ipsas enim sacras litteras dicit, quæ Christi personam insinuant, et incarnationem ejus ad salutem hominum redimendam declarant. Hortatur autem eum, ut in his proficiat; antiquitas enim hæc robor est novitatis, sciens quia a quo didicit, firma est auctoritas; signa enim et prodigia vidit facta per eum, quibus omnis sermo succumbit, *сознавание текста*

(Vers. 16, 17.) *Omnia Scriptura divinitus inspirata utilis est ad doctrinam, ad correptionem, ad redintegrationem, ad redargutionem, ad eruditionem, quæ est in ipsa justitia, ut paratus sit homo Dei, a ad omne opus bonum consummatus.* Manifestum est quia omnis scriptura, cujus Deus auctor ostenditur, utilis est; ad hoc enim data est, ut proficiat imperitis, et instauret deformes, atrahens iniquos ad justitiam, ut homo Dei in omni opere bono perfectus sit; in novo enim homine gradatim proficiens, constituit illum hominem Dei.

CAPUT IV.

(Vers. 1, 2.) *Testor coram Deo et Christo Jesu, qui judicaturus est vivos et mortuos, per adventum ipsius, et regnum ejus; prædica verbum, insta opportune, importune: argue, hortare, increpa in omni magnanimitate et doctrina.* Tam sollicitè mandat inviolatè prædicandum Dei donum, ut cum testatione Dei Patris et Christi Filii ejus hoc moneat curandum, instandumque in eo; ut assidua prædicatione et crebra objurgatione cum opportunitate provocet ad meliorem profectum: et ut facilius arguenti assentiant, sine amaritudine hoc agendum hortatur.

(Vers. 3, 4.) *Erit enim tempus, cum sanam doctrinam non sustinebunt; sed ad sua desideria b magistros sibi aggerent, prurientes auribus: et a veritate quidem auditum avertent, ad fabulas vero convertentur.* Et hæc simili modo prophetia est sancti Apostoli, qui præscius futurorum, instandum in doctrina sollicitè præcipit; ut formati in fide et bonis operibus, eruditi in disciplina sana, robusti maneant, ut postremo tempore cum quidam a veritate ad errorem converti cœperint, immobiles perseverent. Tales enim futuros dicit, qui pro desideriis suis doceri se velint; ut a magistris constantibus atque veracibus ad hos convertantur, qui hæc illos doceant, quæ libenter audiant; quia veritas illis aspera videbitur, ut relicta sua doctrina, fabulis vacent. Nolunt enim argui maligna opera sua: quare tales volunt magistros, qui serviant moribus eorum; pruriunt enim aures eorum, ut audiant fabulas vanitatum compositas sub nomine doctrinæ, quibus delectentur. Quod nullis tam proprium est, quam Manichæis, qui nescio quæ habent diversa commenta inflatis nominibus nuncupata; cum sint res frivolæ et quædam deliramenta.

(Vers. 5, 6.) *c Tu vero sobrius esto, in omnibus patiens, opus fac evangelistæ, ministerium tuum exple; ego enim jam delibor, et tempus solutionis meæ instat.* Admonet et hortatur ut vigilet in disciplina ecclesiastica, viriliter agat, Scripturas explanet, ut prudentes et eruditi inanes fabulas vitent. Apostolus enim sciens passionem suam imminere, exemplum piæ conversationis et sanæ doctrinæ in sancto Timotheo vult relinquere; ut per traducem nunquam deessent doctores idonei: passionem tamen suam

^a Mss. nonnulli, ad omne bonum instructus.

^b Rom. edit., magistros sibi aggregabunt.

^c Eadem Rom. edit., Tu vero vigila, in omnibus

delibationem appellat; Deo enim immolatur, qui pro ejus justitia patitur.

(Vers. 6, 7.) *Certamen bonum decertavi, cursum consummavi, fidem servavi. Quod reliquum est, reposta est mihi corona justitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die, justus judex; non solum autem mihi, sed et iis qui diligunt adventum ejus.* Omnia quæ sibi et cæteris utilia essent et prospera, servasse se memorat; non solum enim in verbis, sed et in operibus formam se præbuit audientibus; ut et auctori suo veritate prædicationis fidelis dispensator existeret, et contra mundi principes et potestates omni sollicitudine et peritiâ colluctatus, exemplum quomodo vincerentur, relinqueret; ut inviolata doctrina, et agonis legitimum certamen dignos illos faceret coronari; quia Deus justus judex dabit amplissima præmia diligentibus se, et exspectantibus Filium ejus de cælis.

(Vers. 9-12.) *Sollicitus esto venire ad me quamprimum; Demas enim me dereliquit, diligens hoc seculum, et abiit Thessalonicam, Crescens in Galatiam, Titus in Dalmatiam, Lucas est mecum solus. Marcum assume, et adduc tecum; est enim mihi utilis in ministerio: Tychicum vero misi Ephesum.* Cum constet **312** ^d omnem instructionem viri ecclesiastici in epistola contineri, propter multam tamen charitatem præsentiam ejus desiderat: Marco autem idcirco testimonium perhibet, quia memor est præteritorum ejus laborum.

(Vers. 13.) *Penulam quam reliqui Troade apud Carpum, veniens affer tecum, et libros, maxime autem membranas.* Apostolus natura Judæus fuit, nec quidquam habuit alienum. Unde ergo illi penula? Sed quia erat a Tharso, quos constat in societatem Romanorum receptos, ut de cætero appellarentur cives Romani; idcirco necesse est eos et curiam habere, in quam more Romanorum penulati conveniant. Quicumque enim illo tempore cum muneribus obviam exissent Romanis, immunitate perpetua donati, cives Romani et fratres eorum nuncupabantur, teste eodem Apostolo. Potest ergo fieri, ut si non suam, quia totum se Legi dederat, patris sui haberet penulam.

(Vers. 14, 15.) *Alexander ærarius multa mala mihi ostendit: reddet illi Dominus secundum opera sua. D Quem et tu devita; valde enim restitit verbis nostris.* Alexander iste et Demas supradictus collegæ fuerunt. Hi prius cum Apostolo erant, simulantes illi amicitiam: et quia fallaces tempore probantur, ambo ab eo recesserunt. Hic autem ærarius, qui audacior erat in malis; sic ab eo recessit, ut et contradictor verborum ejus existeret. Qui ergo Apostolo ausus erat contradicere, non immerito evitandum huic admonet, Dei judicio istum dimittens.

(Vers. 16.) *In prima mea defensione nemo mihi adfuit; sed omnes me dereliquerunt, non illis imputetur.*

viriliter age.

^d Mss. aliquot, omnem instructionem juris ecclesiastici.

Pre-suras et tribulationes sibi illatas defensionem suam nuncupat; passio enim christianis vita est, et persecutio defensio: pressura enim illata pro justitia defendit illum in die judicii, reos constituens perfidos. Inter ipsa ergo initia illatæ pressuræ derelictum se conqueritur: et quia scit hanc esse consuetudinem, non illis vult imputari; quia et Dominum a Judæis apprehensum discipuli reliquerunt; quippe cum scriptum sit in propheta: *Percutiam pastorem, et dispergentur oves gregis* (Zach. xiii, 7).

(Vers. 17.) *Dominus autem mihi assistit, et confortavit me; ut per me prædicatio impleretur, et audirent omnes gentes.* Propter quod Domini nostri auxiliis munitum se dicit, et auctum virtute, ut prædicationem impleret in omnibus gentibus: idcirco ignosci petit eis, a quibus derelictus est in necessitate; ut bene acceptus a Deo, vindictam non quærat. Hac enim causa amplius adjutum se credit a Deo, quia derelictus est ab hominibus.

(Vers. 18.) *Et liberatus sum de ore leonis. Liberabit me Dominus ab omni opere malo, et salvum faciet in regnum suum celeste: cui gloria in æternum, amen.* Similiter dicit et Petrus coepostolus ejus: *Quia adversarius noster diabolus circuit, fremens sicut leo, quærens quem devoret* (I Petr. v, 8). Sed quia in Apostolo occasionem non inveniebat, qua illum deciperet, per filios suos pressuram illi excitabat et pœnas; ut si non quasi peccator, vel quasi justus de hac tamen tolleretur vita, ne multos hortaretur ad fidem. Quod cum prope impleret, Dei providentia liberatus Apostolus, insultat illi, infirmum illum

A testificans, quia de ore ejus ereptus est; quia quod cupivit, implere non potuit. Igitur Dei auxiliis morti se ereptum gratulatur, et de providentia Dei tam securus est, ut de futuris tentationibus liberari se credat: et non solum liberari ad præsens, verum etiam salvum se futurum in die judicii, et regnatum cum Domino Christo in æterna sæcula.

(Vers. 19, 20, 21.) *Saluta Priscillam, et Aquilam, et Onesiphori domum. Erastus remansit Corinthi: Trophimum autem reliqui infirmum Mileti. Sollicitus esto ante hyemem venire.* Aquila et Priscilla hi sunt, apud quos hospitatus operabatur manibus (Act. xviii, 3). Onesiphorus autem hic est, cui testis est in secunda epistola (II Tim. i, 16). Quid est tamen; ut præsentem Apostolo, qui mortuos excitabat, Trophimus infirmaretur? Sed signa propter incredulos facta sunt: et quia ex diversis causis meritum collocatur apud Deum; ut sive in tribulatione, sive in ægritudine, qui Deo gratias agit, nec ab adversa parte suffragium quærit, ut proficiat meritis apud Deum. Propter imbres autem et frigora commonuit, ut autumnus ad se veniret. *Salutat te Eubolus et Pudens, Linus et Claudia, et omnes fratres.* More consueto completa est epistola salutatione fratrum.

Dominus Jesus Christus a cum spiritu tuo. Hæc subscriptio Apostoli est, quod signum esse dicit in omni epistola. Et quia Filius Dei idem filius hominis est, et Jesus dicitur et Christus: ut et homo significetur et Deus, duobus nominibus nuncupatur. Utrouque tamen nomine dignitas designatur, qua ratione sunt posita nomina.

^a Rom. edit., *cum spiritu tuo. Gratia vobiscum, amen.*

IN EPISTOLAM D. PAULI AD TITUM.

313 PROLOGUS.

Titum Apostolus ^a creavit episcopum; et ideo commonet eum, ut sit sollicitus in ecclesiastica ordinatione: id est, ad quosdam qui simulatione quadam dignos se ostentant, ut sublimem ordinem teneant; simulque et hæreticos ex circumcissione corripiendos.

CAPUT PRIMUM.

(Vers. 1-4.) *Paulus servus Dei, apostolus autem Jesu Christi secundum fidem electorum Dei, et agnitionem veritatis ejus, quæ secundum pietatem est in spem vitæ æternæ quam promissit Deus verax ante tempora sæcularia: manifestavit autem temporibus suis in prædicatione verbum suum, quod creditum est mihi, secundum præceptum Salvatoris nostri Dei; Tito germano filio secundum communem fidem. Gratia et pax a Deo Patre, et Domino Jesu Christo Salvatore nostro. Decretum donum a Deo, quod ante sæcula promise-*

rat, tempore Salvatoris in prædicatione apostolorum manifestatum declarat; sic enim promiserat. Quod etiam sibi creditum dicit, ut gentibus insinaret prædestinatam misericordiam Dei; ut et Titus verus ejus filius, id est, secundum Evangelium (hoc enim verum, quod æternum est) hanc Dei voluntatem et sollicitè suspiciens prædicaret gratiam Dei et pacem, ut accepto dono pacifici fiant cum Deo et Patre; quia omnia ex ipso sunt, et Christo Jesu Salvatore nostro, quia et ipse liberavit nos a morte.

(Vers. 5-11.) *Hujus rei gratia reliqui te Cretæ, ut ea quæ desunt, corrigas, et constituas per civitates presbyteros, sicut et ego tibi disposui. Si quis est sine crimine, unius mulieris vir, filios habens fideles, non in accusatione luxuriæ, aut inobsequentes. Oportet enim episcopum sine crimine esse, sicut Dei dispensatorem: non protervum, non iracundum, non vino deditum, non percussorem, non turpia lucra appetentem: sed hospi-*

^a Cum hæc in epistolam ad Titum commentaria in mss. priora sint commentariis in utramque ad Timotheum, semel admonendum videtur alias quoque non eodem, quo in Bibliis, ordine collocari. Nam

post epistolam ad Philippenses, sequuntur duæ ad Thessalonicenses, deinde ea quæ ad Colossenses, ac demum quæ ad Titum. Quem ordinem etiam servarunt Primasius et Sedulius:

talem, benignum, prudentem, iustum, sanctum, continentem, tenacem ejus sermonis, qui secundum doctrinam fidelis est; ut potens sit exhortari in doctrina sana, et contradicentes revincere. Sunt enim multi non obediētes, nauiloqui et seductores, maxime ii qui sunt ex circumcissione, quos oportet redargui: qui universas domos subvertunt, docentes quæ non oportet turpis lucrifragia. Manifesta sunt, quæ lecta sunt; episcopum enim et sanctum in operibus, et verbis prudentem ordinari vult; ut et fratres exhortari possit, et contradicentes convincere, maxime eos qui erant ex Judæis, qui sub nomine Christi judaizare docebant (Galat. ii, 4), quos alibi falsos fratres appellat. Renati enim in Christo, non puri erant christiani; partim enim Legem, partim Christum venerari volebant. Hos dicit, qui domos subvertebant prava ista doctrina. Duplici enim genere turpibus lucris studebant; quia ideo hæc magis agebant, ut placerent Judæis, a quibus sumptus sperabant, ut pecuniam lucrifacerent et præputium. Hi erant quæstus eorum, sicut Dominus dicit Judæis: *Ambulatis mare et aridam, ut faciat unum proselytum* (Matth. xxiii, 15). Hæc duo turpia lucra appellat; quia qui sub nomine Dei docet, et non devotionis causa, sed quæstus, turpis lucri captator est: similiter et qui per circumcissionem aliquem vult acquirere. Unde alibi ait: *Et gloria in pudendis eorum* (Philip. iii, 19).

(Vers. 12, 13.) *Dixit quidam ex ipsis proprius eorum propheta: Cretenses semper mandantes, malas bestias, ventres pigri. Testimonium hoc verum est.* Quidam ex Cretensibus melioratus per disciplinam Domini- cam, quid sentiendum esset de Cretensibus indoc- tis expressit, quod et mali essent, et otiosi vellent comedere, malitia enim pasci volebant, qui cum nihil prosint, gestiunt et nocere. Duplex ergo malum est. Tales erant Cretenses; unde istum prophetam appel- lat, sed in causa **314** Cretensium. Tam vera enim hunc illis asserit locutum, ut prophetam; falli enim prophetam impossibile est.

(Vers. 14.) *Quam ob causam argue illos dure, ut sani sint in fide, non attendentes judaicis fabulis et mandatis hominum aversantium se a veritate.* Insisten- dum præcipit in correptione illorum, ut converti possint, et illa sectari quæ justa sunt, et lege Dei condigna, avertentes se a judaicis fabulis; quia in Lege nemo justificatur apud Deum, quanto magis in man- datis hominum! Quidquid enim adversum veritatem opponitur, humana inventio est; nescientes enim vim Scripturarum, et interiora verborum Legis, colorem sequuntur, non saporem. Ideo fabulas dicuntur nar- rare, non veritatem; putant enim numquam recedendum ab illis, quæ Moyses tradidit, ut puta de es- cels, aut conjugils, aut neomeniis, aut sanguine mustelæ, vel domo immunda diebus septem; cum sciant primores suos Abraham, Isaac et Jacob sine his jus- tificatos, et Dei amicos appellatos; et Ezechiele pro- pheta contestante, quia propter quod legem Dei et

A justificationes ejus profanaverint, præcepta accepe- runt et mandata non bona, in quibus justificari non possent. Unde et Dominus ait Judæis: *Quia hæc ad duritiam cordis vestri scripsit Moyses* (Marc. x, 5). Hinc est unde et Petrus apostolus: *Quid imponitis, inquit, jugum supra cervicos fratrum, quod neque pa- tres nostri, neque nos potuimus portare* (Act. xv, 10)? Nam si utilia fuissent, tunc data essent, quando et Lex in tabulis data est: sed quia post tanta signa prodigiorum, et Legem editam irreverentes et diffi- dentes et cervicibus inventi sunt, talia ac tanta acco- perunt mandata, in quibus respirare non possent. Hinc factum est, ut et boni laborarent cum malis, accepturi mercedem. Hæc ergo pro vindicta data sunt, ita ut tempore quo promissum adventi donum B Dei, misericordia Dei relaxaret omnia, quæ prius interdixerat. Quod non intelligentes Judæi, sub jugo permanent, et quorundam libertatem his volunt vin- culis obligare; ideoque hæc objurgandos admonet, ut ab his avertantur.

(Vers. 15.) *Omnia quidem munda mundis: his vero qui contaminati sunt et sine fide, nihil mundum, sed inquinata est eorum et mens et conscientia.* Istas munda esse significat, qui et qua causa interdicta sunt, norunt, et qua causa concessa sunt postea. Nam si in Genesi legitur quia omnia quæ fecit Deus, bona sunt (Genes. i, 31), dubium non est quia et munda sunt: qui vero non intelligunt, immundi sunt; accusatores enim Scripturæ sunt. Si enim bona facta leguntur, cur interdicuntur quasi execrabilia? Si execrabilia C non sunt, quia bona sunt; propter duritiam cordis interdicta noscuntur, quia indigni habiti sunt tota uti Dei creatura. Nam qui a melioribus prohibiti videntur, horum mens et conscientia inquinata est; quia creaturam Dei accusant, ut excusent semet- ipsos.

(Vers. 16.) *Deum profitentur se nosse, factis autem negant; quoniam sunt execrabilia, inobedientes, et ad omne opus bonum reprobî.* Quamvis ad omnes hære- ticos pertineat dictum, hoc tamen de Judæis intelli- gitur locutus, qui se Abraham Deum solos dicunt: cir- coperibus vero abnegant, sicut dicit Dominus: *Si filii Abraham essetis, opera Abraham faceretis* (Joan. viii, 39). Quomodo ergo possunt Deum Abraham scire, qui mysterium et fidem ejus ignorant, non Evangelii D opera sectantes, sed legis factorum in neomeniis, et circumcissione, et cæteris, perturbatores, impij et irreverentes? Hæc sunt opera, quæ Deum nesciunt.

CAPUT II.

(Vers. 1.) *Tu autem loquere quæ decent sanam doctrinam.* Hæc scit Deum, quæ appellatur sana doctrina; Dei enim doctrina salutaris est.

315 (Vers. 2.) *Seniores sobrios esse, graves, pruden- tes, sanos fide, dilectione, patientia.* Qui sint sanæ doctrinæ, ostendit; ut minus sobrios, minus gra- ves, infideles, sine charitate, impatientes, insanæ

* Rom. edit., non attendentes...hominum aversantium, etc.

doctrinæ discipulos significaret. His enim operibus A nescitur Deus, neque iustitia ejus.

(Vers. 5, 4, 5.) *Anus pari modo a in statu religione digno, non criminatrices, non vino multo servientes, bona docentes; ut instituant adolescentulas viros suos diligere, amare filios, prudentes, pudicas esse, castas, domus curam habentes, subditas propriis viris: ne verbum Dei blasphemetur.* Tales præcipit esse seniores, ut exemplo sint bonæ conversationis junioribus; ut si infideles viros habeant, congaudeant eis magis, quam blasphement nomen Dei, dum vident quia propter Dei timorem propensius obsequuntur suis viris.

(Vers. 6, 7, 8.) *Juniores similiter hortare continentes esse, per omnia temetipsum præbens exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in gravitate, verbum sanum, irreprehensibile; ut is qui e diverso est, revereatur, nihil habens dicere de nobis dignam reprehensione.* Quoniam juvenus solet modum egredi, immo promptior esse ad lapsum, idcirco salubribus retinaculis contineri jubetur, ut infrenata divinis legibus gubernetur. Quod ut effici non sit arduum aut difficile, magistrum formam esse præcipit; ut ea quæ docet, quomodo fiant, ostendat; ut il qui profani sunt, et inimici fidei, erubescant, videntes quia quæ verbis docet, vera esse probat factis.

(Vers. 9, 10.) *Servos dominis suis subditos esse b in omnibus, optimos, non responsatores, non fraudantes, sed omnem fidem bonam ostendentes; ut doctrinam Salvatoris nostri Dei ornent in omnibus.* Bonis operibus et fide doctrinam dicit ornari Dominicam; tunc enim c placita est doctrina, si hic qui eam profiteatur, non illam exosam faciat, abnegans factis, sed amabilem et veram; non potest enim indecorum esse, quod verum est. Cum ergo dicta sequentibus factis implentur, ostendantur vera, ac per hoc decora. Tunc possunt domini servos suos non tantum a fide non prohibere, verum etiam gaudere; quia fidem eorum etiam sibi vident proficere. Nemo enim fidem Dei custodiens, infidelis potest esse hominibus.

(Vers. 11, 12.) *Illuxit enim gratia Dei Salvatoris nostri omnibus hominibus, eradens nos, ut abnegata impietate et sæcularibus desideriis, temperanter, et juste, et pie vivamus in hoc sæculo.* Donum Dei illuxisse hominibus dicit per Christum, id est, veritatem unius Dei manifestatam in Christo: ut pia professione Creatorem prædicemus in Trinitatis unitate: quod prius latuit humanum genus, nunc autem misericordia Dei eluxit; ut erroris tenebras evitantes, id est, ignorantiam et impietatem mundanorum fugientes, pii inveniamur in parentem omnium

Deum, profitentes cum in veritate, quam tradidit Evangelium Filii ejus: et ut hujus rei mercedem habere possimus, bona opera faciamus. Quomodo enim illi qui solum Patrem prædicat, spes nulla est, si non profiteatur in eadem veritate et Filium: ita et hujus spes frustra est, qui solam professionem fidei habet sine bonis operibus.

(Vers. 13, 14, 15.) *Expectantes beatam spem, et adventum d gloriam beati Dei, et Salvatoris nostri Jesu Christi, qui dedit semetipsum pro nobis; ut redimeret nos ab omni iniquitate, et emundaret sibi populum abundantem, æmulatorem bonorum operum.* Hanc esse dicit beatam spem credentium; quia expectant adventum gloriæ magni Dei, quod revelari habet, judice Christo, in quo Dei Patris videbitur potestas et gloria; ut fidei suæ præmium consequantur. Ad hoc enim redemit nos Christus, ut puram vitam sectantes, repleti operibus bonis, regni Dei hæredes esse possimus. *Hæc loquere et exhortare, et argue cum omni imperio. Nemo te contemnat.*

CAPUT III.

(Vers. 1, 2.) *Admone illos principibus et potestibus subditos esse, dicto obedire, ad omne opus bonum paratos esse.* Quæ e salus credentium sit, admonet; ut manifestet, cum arguuntur, ut sciant cui bono aptentur: ut non asperè accipiant, certi quia pro salute sua corripiantur: et ut ad malum tardi sint, ad bonum vero parati, non nescii quid singulis persolvi oporteat.

(Vers. 2.) *Neminem blasphemare, non litigiosos esse; sed modestos, 316 ostendentes omnem mansuetudinem ad omnes homines.* Christianos omnibus hominibus humiles vult videri; sic enim possunt per fidi ad futuram spem vocari.

(Vers. 3.) *Nam eramus quondam et nos inconsulti, inobsequentes, errantes, servientes desideriis et voluptatibus carnis, in malitia et invidiis agentes, odibiles, odio nos invicem habentes.* Hæc bona quæ incredulitas non habet, christianis data memorat; ut in omni justitia lucentes, manifesti fiant quod Dei cultores sint. Cum enim quondam inconsulti, nunc videntur per omnia sani esse consilii, laudatur in his Deus.

(Vers. 4-7.) *Cum vero bonitas et humanitas illuxit salutaris Dei nostri, non ex operibus justitiæ, quæ nos fecimus: sed secundum misericordiam suam salvos nos fecit per lavacrum regenerationis et renovationis Spiritus sancti, quem effudit in nos abunda per Jesum Christum Salvatorem nostrum; ut iustificati gratia illius, hæredes efficiamur secundum spem vitæ æternæ.* Hoc bonum quod in christianis florere videtur, de radice pietatis divinæ oritur; Deus enim misericordius

^a Rom. edit., in habitu religione digno.

^b Eadem Rom. edit., in omnibus obsequentes.

^c Omnes edit., placita est, et decora: contra vero mss. prope ad unum nobiscum faciunt. At infra pro, indecorum esse habetur in mss. quibusdam, inanabile esse.

^d Rom. edit., gloriæ magni Dei.... sibi populum po-

culiantem.

^e Omnes edit. cum mss. nonnullis, Quæ spes credentium sit... cui bono preparantur; ceteri mss. ut in contextu.

^f Ita vet. edit. ac mss. fere universi; Rom. autem edit. et quidam mss., Hæc mala, quæ incredulitas habet, christianos cavere memorat.

dia sua salvos nos fecit per Christum, cujus gratia renati, Spiritum sanctum accepimus abunde; ut bonis operibus inniti possimus, ipso nos in omnibus adjuvante, ut per hæc hæreditatem regni cœlorum assequi possimus. Quamobrem omni devotione huic obsequi debemus, et præceptis ejus parere; quia quidquid in nobis pulchrum est, spiritualibus lineamentis ipse depingit.

(Vers. 8.) *Fidelis sermo: et de his volo te confirmare; ut solliciti sint ad effectum bonorum operum ii, qui crediderunt Deo. Hæc sunt bona et utilia hominibus.* Nihil tam apertum, quia misericordia atque humanitas bona est ad præsens, et utilis in futurum; et hic enim habet laudem, et in judicii die coronam. Omnis enim Deo credens, misericordiæ debet studere, per quam vivit. Ut in hæc ergo esset sollicitus rector populi, admonetur.

(Vers. 9.) *Stultas autem quæstiones, et originum enumerationes, et contentiones, et pugnas Legis devita; sunt enim inutiles et vanæ.* Stultas has quæstiones appellat, quæ salutis effectum non habent, neque aliquam tribuunt scientiæ peritiam ad utilitatem. His verbis multorum hæreticorum denotat dogmata. Quamvis omnia, quæ vera non sunt, stulta dicenda sint; alius tamen est, qui res fabulosas inducit, et alius qui calliditate tergiversationis rein veneno plenam proponit, ut est Arius et Photinus. Fabulosa autem non Lex, sed hæresis est, quantum ad tempus pertinet illud Judæorum, dum quidam eorum sibi vindicarent prærogativam originum patriarcharum, quæ de matrimoniis ortæ sunt, cum ex hoc nullum meritum sit apud Deum. Quidam vero urceorum et cæterorum vasorum baptismam, et sanguinem mustelæ magna cura expiandum (*Levit. xi, 29*): et quia ideo Moysis sepultura abscondita est, ne a magis excitaretur, quod si verum esset, et cæterorum sanctorum abscondenda fuerat sepultura: et quia Salomon adjutorio dæmoniorum templum ædificavit, in quo opere ingens multitudo laboravit, quid tam fabulosum?

A (Vers. 10, 11.) *Hæreticum hominem post primam correptionem devita, sciens quod perversus est hujusmodi, et delinquit a semetipso damnatus.* Hæretici hi sunt, qui per verba Legis Legem impugnant; proprium enim sensum verbis astruunt Legis, ut pravitatem mentis suæ Legis auctoritate commendent. Sciens enim impietas auctoritatem Legis multum valere, fallaciam sub nomine ejus componit; ut quia res mala per semetipsam acceptabilis esse non potest, bono nominis commendetur. Idcirco hujusmodi homines ut inexcusabiles sint, semel corripi oportere dicit: frequentius enim correpti, exercitiores fiunt in malo. Cogere autem illos videtur, qui sæpe corripit; ut sollicitiores fiant ad perditionem multorum: ideo dimittendos, ut negligentiores effecti, soli forte deperiant.

B (Vers. 12.) *Cum misero ad te Artemam aut Tychicum, festinus ad me venire Nicopolim: ibi enim statui hyemare.* Post epistolam datam etiam ipsum videre vult affectus causa, et ut plenius illum firmaret in ecclesiastica disciplina.

(Vers. 13, 14.) *Zenam legisperitum et Apollo sollicite præmitte; ut nihil illis desit: discant autem et nostri bonis operibus præesse ad usus necessarios, ut non sint infructuosi.* Uterque nobilis vir est sapientia et operibus; et idcirco jubet sumptus illis necessarios dari ab iis, qui crediderant, ut refrigerarent; quia dignum erat ut qui spiritualia tradebant, non illis deessent carnalia. Quamvis enim Zenam legisperitum vocitet; Apollo tamen perfectus erat in Scripturis: Sed quia Zenas hujus professionis fuerat in Synagoga, sic illum appellat.

(Vers. 15.) *Salutant te omnes, qui tecum sunt.* Propter compendium simul omnes consalutare significat. *Saluta eos, qui nos amant in fide.* Illos salutatione sua dignos videri vult, qui fideliter illum diligunt affectu Christi Domini nostri. *Gratia Dei cum omnibus vobis.* Nunc generaliter omnes salutatur fratres et domesticos Titi.

IN EPISTOLAM B. PAULI AD PHILEMONEM.

317 PROLOGUS.

Philemon nulla erat ecclesiasticæ ordinationis præditus dignitate, sed vir laudabilis, unus ex plebe. Cui causa Onesimi servi ejus familiaris, litteras facit; ut non solum ignoscat ei, sed et Deo gratias agat; quia talem illum recepit, ut non servum æstimet, sed dilectissimum fratrem.

CAPUT PRIMUM.

(Vers. 1, 2, 3.) *Paulus vinculus Christi Jesu, et Timotheus frater Philemoni dilectio fratri, et laborum nobis participi, et Appiæ sorori charissimæ, et Archippo commilitoni nostro, et domesticæ ejus Ecclesiæ. Gratia vobis et pax a Deo Patre, nostro, et Domino Jesu Christo.* Ut dignitatem epistolæ a se missæ faceret,

D ab injuria sua cœpit. Sicut enim peccati causa vinciri opprobrium est, ita e contra pro Christo custodiæ vincula sustinere maxima gloria; eo enim tempore quo hanc epistolam misit, in custodia erat. Quamvis autem clericus non fuerit Philemon, tamen intererat ecclesiasticis necessitatibus causa devotionis, unde participem hunc dicit laborum. Sunt enim multi, qui cum sint digni; excusant tamen, infirmos semetipsos judicantes tanti ministerii: unde vere digni apparent.

(Vers. 4, 5, 6.) *Gratias ago Deo meo, semper mentionem tui faciens in orationibus meis, audiens fidem tuam et charitatem, quam habes in Dominum Jesum; et in omnes sanctos; ut communicatio tua accepta fiat*

in agnitione omnis boni, quæ in nobis est in Christo. Gaudere se dicit, et Deo gratias referre in precibus suis, quia firmus erat in fide, et bonis operibus insistebat: qui enim diligit Christum, ^a probare hoc debet in servos ejus, sciens Dominum sibi imputaturum quidquid constiterit erogatum in servis. Apostolus tamen hoc se dicit addere precibus, ut operatio ejus cum cognitione fiat bonitatis; hoc est, ut tali hoc mente operetur, ut in futurum hujus rei expectet mercedem.

(Vers. 7.) *Gaudium enim magnum habui et consolationem super charitate tua; quia viscera sanctorum requieverunt per te, frater.* Manifestum est quia idcirco se significat lætum esse; quia sanctorum necessitatibus utensilia ministrabat: unde et plus gaudet, certus ex hoc quia obsequeretur et mandatis ejus, quem constat esse potiorem.

(Vers. 8, 9.) *Quapropter multam fiduciam habens in Christo imperandi tibi, quod ad rem pertinet; propter charitatem tamen magis deprecor, cum sis talis, ut Paulus senex: nunc autem et vinculus Christi Jesu.* Quantum ratio exigebat, dignum erat imperare discipulo magistrum ex fiducia apostolicæ auctoritatis: sed quia vir bonus erat Philemon, per affectum illum provocat obaudire, quasi coævum ætatis, et vinculum Christi Jesu, id est, obligatum negotiis Dominicis, vel propter nomen ejus subjectum vinculis, sicut erant et ipsi apostoli. Tales enim fuerunt Judas et Silas, qui cum ex plebe essent primores inter fratres, obligaverant semetipsos Dominicis actibus (Act. xv, 22 et seq.); ut una cum apostolicis coagonizarent ^b propter fidem Dei. Unde Silas particeps laborum invenitur Apostoli.

(Vers. 10-14.) *Obsecro te, pro meo filio, quem genui in vinculis, Onesimo quondam tibi inutili, nunc vero tibi mihi que perutili, quem remisi ad te. Tu autem illum, sicut mea viscera suscipe: quem ego volueram apud me ipsum retinere, ut pro te mihi ministraret in vinculis Evangelii: sed citra tuum consilium nihil volui facere; ut non velut ex necessitate bonum tuum esset, sed voluntarium.* Non magnum est humilem inclinare se, laudabile vero sublinem virum humiliare se; ideo Apostolus rogat eum, cui imperandi habet potestatem, ut in omnibus **318** forma sit ad profectum meritorum. Onesimum ergo profugum recurrentem ad divinum auxilium, cum esset in custodia urbis Romæ baptizavit Apostolus (Act. xxviii, 16), videns in illo utilitatis spem. Quem sic commendat, ut suum animum in illo significet idoneum ex inutili factum tam sæcularibus, quam divinis obsequiis.

(Vers. 15, 16.) *Forsitan enim idcirco recessit ad horam, ut in æternum illum reciperes: non jam velut servum, sed pro servo dilectum fratrem, maxime mihi; quanto autem magis tibi et in carne et in Domino?* Onesimus, offenso domino proprio, confugit longa

peregrinatione ad Apostolum; ut ostenderet se non ad hoc recessisse, ut delicti esset obnoxius, sed ut oblitteratis peccatis, utilis reverteretur in tantum, ut non solum domino suo æqualis fieret meritis, sed et ipsi magistro frater. Et ne Philemon aliquod, ut asolet, quasi dominus adversum servum, fastidium inflationis pateretur, humiliat illum, cum dicit illum fratrem et in carne et in Domino; ut sublata humanæ conditionis causa, quia omnes ex uno sumus Adam, fratres nos cognoscamus: maxime cum fides accedit media, quæ omnem superbiam amputat.

(Vers. 17.) *Si ergo habes me socium, assume illum sicut me.* Tantum se affectum habere circa Onesimum ostendit, ut tunc Philemonem, quem superius laudat, participem suum dicat, si istum sic susceperit, sicut Apostolum. Hoc est enim quod dixit Salomon: *Servo sapienti liberti servient* (Eccles. x, 28). Quod dictum terrori est Philemoni, ut saltem vel hac causa assumeret eum, si charitate flecti non posset.

(Vers. 18, 19.) *Si autem aliquid læsit te, aut debitor est, hoc mihi imputa.* Nunc excusationem iracundiæ convellit; ne forte sic læsum se esse ab eo quieretur, ut illi ignoscendum minime videretur. Quod si esset, sibi imputandum dicit, per quem regni cælorum hæredes futuri sunt, qui ante peccaverunt.

(Vers. 19.) *Ego Paulus scripsi manu mea, ego reddam; ut non dicam tibi quod etiam te ipsum mihi debeas.* Si qua offensa est Onesimi, cautionem suam testatur se esse idoneam; ut pro illo satisfaciat. Et ut verum loquatur, suberigit se, et dicit quia minus ab illo exigit, quam debere probatur. In servo enim cogitur satisfacere; quia seipsum debito onerat.

(Vers. 20, 21.) *Ita frater, sic ego te fruar in Domino, refove viscera mea in Christo. Fiduciam habens obauditionis tuæ, scripsi tibi, sciens quia supra quam dico, facies.* Modo blanditur, ut obauditio ejus voluntaria sit; ut possit fructum habere. Sic enim provocat eum, ut amplius faciat, quam postulatur ab eo; solet enim fieri, ut qui videt bene de se sentiri, meliorem se præbeat.

(Vers. 22.) *Simul autem et præpara mihi hospitium; spero enim quod per orationes vestras donabor vobis.* Ut sollicitiorem illum faciat, et magis obediat, venturum se esse illi significat; solent enim absentes contemni. Et ut quid Apostolus hic adhuc esse non dedignatur, qui semper lædia passus est et exitia, cædes, persecutiones, ac vincula, et cujus requies non erat, nisi in solo Christo? ^d Sed propter profectum credentium, ut et inimicos crucis Christi confunderet ad Dei gloriam augmentandam, carnem suam passionibus offerebat; ut animæ suæ et corpori coronas immortalitatis acquireret.

(Vers. 23, 24.) *Salutat te Epaphras concaptivus*

^a Codex Vall., probare hoc debet in filios ejus.

^b Rom. edit. sola, propter Filium Dei.

^c Eadem Rom. edit., habes me participem.

^d Sed propter profectum, et quæ sequuntur ad

finem usque commentarii, desiderantur in pluribus optimæque notæ codicibus: in aliis tamen nonnullis, nec non in omnibus editionibus eadem illa repertiuntur.

meus in Christo Jesu : Marcus, Aristarchus, Demas, Lucas, adjutores mei. Hos omnes participes gloriae suae testatur.

• Commentaria in epistolam ad Hebraeos cur in hanc editionem admittenda non visa fuerint, causas

(Vers. 25.) Gratia Domini nostri Jesu Christi cum spiritu vestro, amen. Hæc subscriptio Apostoli est confirmantis epistolam missam. *

attulimus in Admonitione universis hisce commentariis a nobis præmissa, quam consule.

IN SEQUEMTEM TRACTATUM ADMONITIO.

Liber, quem subjicimus, a Romanæ editionis curatoribus inter genuina sancti Ambrosii opera primum vulgatus est sub hoc titulo : In Symbolum Apostolorum Tractatus. At licet neque bibliothecam unde prodierit, neque exemplarium ex quibus prælo commissus sit, qualitatem viri clarissimi nobis indicaverint, non proinde hæsimus in judicando, sed ex prima ejus lectione mirari subit doctos viros, et acumine critico pollentes existisse, qui hanc opellam ingenio styloque Ambrosiano plane destitutam pro legitimo sancti Doctoris partu admisissent. Nobis tamen multo major nota est admiratio, cum apographis duobus, quorum alterum e bibliotheca Regia, alterum e Vaticana transcriptum habemus, ad memoratam collatis editionem, quantum hæc ab illis distat, intelleximus. Tum vero non satis sciebamus, an magis detestanda esset impostoris impudentia, qui hunc tractatum tam fœde interpolatum ac deturcatum illustrissimo Romanæ editionis præsidii pro sano et integro supposuit, an delendam vices doctorum hominum, quibus postmodum imposuit eadem editio. Et sane vix aliunde clarius deprehendas, quam facile sit etiam eruditissimis viris solum facere; ut enim alios prætermittamus, constat in fraudem inductum esse Petarium ipsum (Lib. iv de Trin. cap. 5, num. 6, et cap. 15, num. 5), cum alibi, tum ubi de voce suppositi agens ita disputat : Sequitur, inquit (Ibid. cap. 5, num. 13), suppositum nomen, quod minus Latinorum Patrum usu contritum est in ea significatione, quæ passim in scholis auditur, ut sit hypostasis aut persona. Apud Ambrosium tamen occurrit lib. in Symb. Apostol. cap. 12. Hanc, inquit, pro totius humani generis saluto in unitate suppositi assumpsit. Quo loci advertere est duplicem in errorem impegiisse virum doctissimum, et quod Ambrosio hanc commentationem adjudicavit, et quod verba illa tanquam a vero ejusdem auctore profecta citaverit, quæ tamen non nisi soli interpolatoris.

Quapropter ne quis in posterum ad idem sacrum hallucinetur, subjectis in margine assumentis, integrum operis testum repræsentabimus ex fide prædictorum exemplarium; in quibus tamen aliquid præcessisse, quod perierit, ex conjunctione igitur, quæ statim excipit primam vocem, intelligitur. Certum est præterea inscriptionem ipsam, quæ a nobis præfigitur ex manu scriptis, ut ea quam proprio Marte inditam huic libro voluerunt editores Romani, haud paulo melior videatur; non tamen vitio præsumtuum esse, cum universi argumenti, quod pertractatur, spectem atque ideam non præ se ferat. Enim vero in tres partes distribuitur ista libellus (Cap. 15, in fine): quarum quidem prima est de Trinitate; et secunda in discutiendo incarnationis Dominice mysterio versatur. Tertia de resurrectione mortuorum disputat, et quæ contra hanc veritatem objiciebantur ab hæreticis, diluit. Adit etiam sub finem Actus Operis hæc ipsum a se ex Patrum scriptis esse collectam. Et revera non paucos locos hic agnoscimus aut pro ingenio Auctoris nonnihil immutatos, aut sæpe etiam hisdem verbis mutuo sumptos, sicut et Hilario, vel Ambrosio, vel Augustino petiti essent. Quibus accedunt magna fragmenta e libris Tertulliani, et Hieronymi in Isaiam Commentariis, quod ultimum opus, cum non nisi post mortem Ambrosii latratum sit, vel solum delegera posset imposturam, ut nequaquam necesse sit ad styli, ac versuum testimoniorum e Scripturis sacris allegatorum disertimen recurrere. Quo porro et res fiat plénior, et brevitati eadem opera consulatur, quæ huic libello aliunde inserta deprehendimus, ad margines e regione annotanda curavimus.

Cæterum si quis nos roget, cuinam auctori hancce opellam adjudicemus; ingenue respondebimus in tanta exemplarium paucitate de hoc a nobis nihil explorati offerri posse. Id tamen certo dicere licet antiquum esse scriptorem illum, non solum quod codex Regius, in quo continetur ista commentatio, annos ut minimum sexcentos præ se ferat, verum etiam quod in eadem nullius hæretici nisi veteris sit mentio. Sed neque nimium conjecturam nos permittit, si hunc libellum et adversus Priscillianistarum (de quibus August. lib. de Hæres. cap. 70) sectam editum, et concilio sicut minus Toletano primo, scilicet Braccarensi secundo, quod anno 563 vulgo ponitur, creditur esse. Etiam eadem capitula hic disputantur, quæ contra easdem hæreticos in synodi Toletanæ Regula Fidei, in epistola 15 sancti Leonis ad Turribium, et in synodo Braccarensi secunda constituuntur. Admodum ergo probabile est hunc eundem tractatum non ad exponendum Apostolorum symbolum, sed ad vindicandum Toletanæ fidei regulam scriptum fuisse. Quod enim in ea memorantur quidam errores, quorum hic illo mentio non fit, id inde ortum existimamus, vel, quod Auctor præcipuos tantum delegerit, quos resalutari, vel quod

illi ipsi hæretici pro iuncta sibi levitate ac inconstancia eisdem errores jam abdicassent. Veri etiam simillimus est non alia de causa eundem librum Ambrosii nomine insignitum esse, nisi quia constaret sanctum Præsulum contra memoratos hæreticos conscripsisse opera bene multa, quorum lectione Paternus Braccarensis episcopus ad fidem ab eadem hæresi conversum se esse testificatur : et ex quibus operibus plura forte an hic noscer Auctor est mutuatus.

DE TRINITATE, ALIAS IN SYMBOLUM APOSTOLORUM, TRACTATUS.

321 CAPUT PRIMUM.—Nullus igitur qui sanam A sapit omnipotentem Deum, qui Trinitas et spiritus est, corpus aliquod visibile aut palpabile arbitretur : sed simplicem rationabilem, invisibilemque naturam intelligat, ^a et que nulla omnino compage solidata, aut aliquid ei extrinsecus, aut aliunde videatur adjunctum : quem nulla substantia, nulla creatura, nulla unquam dominatio antecedit. Fons ergo et principium virtutum omnium, visibilium et invisibilium creaturarum, id est, celestium et terrestrium conditoris, sancta et inseparabilis Trinitas est, que in se recipit nihil externum ; ne circumscripta videatur, aut alicujus rei indiga esse inveniat, cum pura et unimoda ac mystica, et ut ita dicam, unione secunda semper est. Tanta est enim in tribus inseparabilis et inconfusa unitatis essentia, ut nihil extra se sancta Trinitas agere videatur : in qua sancta et inseparabili Trinitate vera est eternitas, ^b immutabilis veritas, et æterna ac perfecta est charitas. Et ideo variis cogitatur Deus, quam dicitur ; quia incomprehensibilis semper est. Deus ergo omnipotens qui nec sexum habet, nec ætatem, nec definita corporis membra, sic se voluit excellentissime, evidentissime, ^c atque magnificentissime prædicari. Eternitas ergo in Patre, species in imagine, usus in munere eorum (August. l. vi de Trin. c. 10, et H-

lar. l. ii de Trinit.) : et hæc tria unus est Deus ; non tamen in unies singularitate personæ, sed unius Trinitatis essentia constans. Unus ergo diligens ^d eum, qui de illo est : et unus diligens eum, de quo est : et ipsa dilectio idem unus utrorumque, id est, Spiritus sanctus. Et tamen tria hæc, ut dictum est, unus bonus, verus, iustus, lumen, vita, veritas, spiritus atque charitas est Deus. Deus ergo, quia æternus et auctor est omnium, compositus intelligi non potest ; ne anteriora Deo sint, quibus putatur esse compositus. Cunctam ergo creaturam, quæ non est quod ipse, non fecit nisi ipse. Ergo æternus appellari non potest, nisi is qui initio et fine caret, id est, Deus Pater, qui coeternum sibi et coomnipotens Verbum et Spiritum habet. Quod intellectum peraspicere prebat substantiam Filii ac Spiritus sancti ante omnem creaturam existere, et extra omnia tempora, atque principium in Deo Patre semper permanere. Spiritus ergo sanctus non est genitus, sed genitoris gentisque suavitas, sanctitas atque eternitas est. Nam cum Pater sit Spiritus, et Filius Spiritus : et Pater sanctus, et Filius sanctus ; proprie tamen de Spiritu dicitur Spiritus sanctus : Quia ergo coeternus est, et communis amobus, id ipse vocatur, quod ambo sunt.

CAPUT II. — ^e Quanta jam temeritate et infell-

^a Rom. edit., *Quam nulla omnino compago solidata, cui extrinsecus nihil advenit ; quamque nulla creatura, nulla substantia, nulla denique dominatio antecedit. Fides vere olim concessens, intimiora quamque penetrans, patendit Deum omnium virtutum fontem, principium rerum omnium visibilium et invisibilium, universarumque creaturarum celestium et terrestrium conditorem : quod est unitas, inconfusus, et trinitas inseparabilis, que in se æterna nihil recipit aliunde, non est tempore aut loco circumscripta, nec rei cuiusquam indiga reperitur : sed eum æterna simplicitate ac unitate secunda semper est ; tantaque unitatis essentia inseparabilis et inconfusa cernitur in tribus, ut licet omnia celestia et terrestria ac minima quoque perspicant, nihil tamen extra se intelligere, sed singula in se intus dicitur. In hac Trinitate vera est eternitas, immutabilis unitas, æterna ac perfecta charitas. Denique variis cogitatur Deus, quam dicitur ; quia incomprehensibilis est. Qui nec sexum, . . . sed omnipotens, æternus, incircumscriptus voluit se magnificentissime prædicari . . . virtus in munere.*

^b Vat. cod., *immutabilis unitas.*

^c Reg. cod., *magnificentissime deprecari.*

^d Rom. edit., *eum, qui ab ipso est : unus est dilectus ab eo a quo est : una est dilectio utriusque Spiritus sanctus, idem tamen Deus. Et tamquam bonus, verus . . . charitas et spiritus dicitur ; unus tamen est Deus. Qui compositus esse non potest, cum aliqua eo anteriora præexistente putari nefas sit ; nihilque quod ab eo factum non sit, dicente Evangelista : Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil. Ipse solus est æternus, quia initio et fine caret, id est Deus, Pater . . . genuit Verbum, cum quo Spiritum sanctum produxit. Unde credimus Filii et Spiritus sancti substantiam ante omnem existere creaturam, extra omnia tempora : quod Pater est genitor, Filius est genitus, Spiritus sanctus genitoris sanctitatis spiritusque. Nam licet Pater sit spiritus . . . sola tamen tertia persona proprie Spiritus sanctus nuncupatur. Quia ergo coeterna, etc.*

^e Eadem Rom. edit., *Quanta igitur temeritate, ne dixerim cavitate Ariani dicunt. Reg. cod., cæcentur Ariani.*

citare censentur Ariani, qui dicunt: Erat tempus A quando non erat Filius, lector intelligit. Numquid enim potuit esse tempus quando Pater sine vita, sine sapientia, sine virtute, sine Verbo, quod Christus est, fuerit? Absit; cum manifeste ipse declaret Pater dicens: *Eructavit cor meum Verbum bonum (Psal. XLIV, 2)*. Quod comprobans beatus Joannes dicit: *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil (Joan. 1, 1-3)*. Quidquid ergo incorporale **322** est et invisibile, diversitate locorum non potest separari. Si enim noster sermo, aut virtus, aut sapientia, a nobis separari non potest, nisi cum e corpore abscedimus, quomodo hæc ab immortalis et omnipotentis Deo, qui omnia per Verbum suum ex nihilo fecit, poterunt separari? Nam cujus erit Pater secundum impios hæreticos, si ab eo Filii natura separatur? Et rursus Filius cujus erit Filius, si non origo sua referatur ad Patrem; ut sit ille qui genuit, et ille qui ex eo genitus est? Pater ergo qui origo est deitatis et bonitatis, recte et in Filio et in Spiritu sancto intelligitur et sentitur: in illo, id est, in Filio, velut Verbo, virtute et sapientia: in hoc autem, ^a velut Spiritu ab ipso procedente. Ita ergo rectum et catholicum est, ut et unum Deum secundum ^b veritatem substantiæ fateamur, et Patrem et Filium, et Spiritum sanctum in sua quemque subsistentia sentiamus. Absque ^c ulla est ergo sine credenda sanctæ Trinitatis divinitas, ^d et ad sentiendum etiam ipsi menti difficilis. Et hoc solum ^e est, quod ex ea comprehendimus, quia comprehendere non potest. Una est ergo in tribus deitas, et tria sunt in quibus deitas. Nulla ergo in unitate confusio, ^e neque in divinitate discidium est. Et ideo pariter abjicienda est et stulti Sabellii commixtio, et impii Arii separatio: contraria etenim sibi, sed æque impia protulerunt. ^f Sabellius enim dum omnia nominari putat, nihil esse unumquodque designat; quoniam quidem desinit esse quod est, cum in alterutrum, id quod esse dicitur uniuscujusque, transfunditur: Arius autem dum creaturam Patris Filium, Spiritum vero sanctum Filii impie asserit esse creaturam.

CAPUT III. — Sed abjectis istis impietatibus et spretis, nobis, sicut beatus Paulus apostolus ait: *Unus est Deus Pater, ex quo omnia; et unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia; et unus Spiritus sanctus, in quo omnia (I Cor. VIII, 6)*. Hoc ipsum autem quod dicimus, *ex quo*, et *per quem*, et in

^a Eadem Rom. edit., *velut spiritu a spiritu procedente*.

^b Vat. cod., *unitatem substantiæ*.

^c Rom. edit., *ullo ergo principio, et sine*.

^d Eadem Rom. edit., *licet humanæ sit menti ipsa comprehensione difficilis. Unde non incongrue dicitur quod*.

^e Eadem Rom. edit., *neque in Trinitate*.

^f Eadem Rom. edit., *Sabellius enim docuit unam substantiam esse Patrem et Filium et Spiritum sanctum, etiamq; ut trinominis personam: sed dum omnes unam*

quo omnia; non naturam secamus, sed unitatem et naturæ, et voluntatis, et operationis confitemur. Unus ergo Deus in his tribus, et hæc tria unus est Deus. Quod ita esse idem comprobatur Apostolus dicens: Ex ipso, et per ipsum, et in ipso omnia: ipsi gloria in sæcula sæculorum, amen (Rom. XI, 35). Cujus rei congruens David propheta dicit: *Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus; et metuant eum omnes fines terræ (Psal. LXVI, 8)*. Pater ergo pater est sine initio; neque enim est aliud aliquid unde Pater sit: et Filius Filius est absque initio duntaxat; de Patre enim est, et creator omnium temporum est: et ideo non sumit initium ex tempore (Joan. 1, 1), quia Verbum, quia virtus, quia sapientia est, quæ omne tempus et fecit et antecedit (I Cor. 1, 24). Spiritus autem sanctus vere Spiritus est, procedens quidem ex Patre ^g: sed non est et ipse Filius; quia non generatur, ^h sed procedit a Patre. Omne enim quod est, aut ingenitum est, aut genitum, aut factum. Est ergo quod neque natum, neque factum est: est quod natum est, et factum non est: et est quod neque natum, neque factum est: et est quod factum est, et natum non est: et est quod factum est, et natum est, et renatum est: et est quod factum est, **323** et natum est, et renatum non est. Nunc autem propositorum memores, singulis jam rebus substantias designemus. Quod ergo neque natum, neque factum est, Pater est: non enim ab aliquo est. Quod autem natum est, et factum non est, Filius est, qui a Patre genitus est. Quod vero neque natum neque factum est, Spiritus sanctus est, qui a Patre ⁱ procedit. Quod etiam factum est, et natum non est, cælum, et terra, et cætera quæ sunt. Quod autem factum est, et natum est, et renatum est, homo est, qui primo nascitur carnalis, et in baptismo renascitur spiritualis. Quod vero factum est, et natum est, et renatum non est, animalia sunt.

CAPUT IV. — Ut ergo singula doceamus exemplis; de Patre enim ita scriptum est: *Unus enim Deus Pater, ex quo omnia (I Cor. VIII, 6)*; de Filio autem: *Unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia (Ibid.)*; et iterum: *Unus enim Deus, unus et mediator Dei et hominum homo Christus Jesus (I Tim. II, 5)*; de Spiritu vero sancto: *Nemo enim novit quæ sunt hominis, quæ in ipso sunt, nisi spiritus hominis, qui in ipso est: ita et quæ Dei sunt, hominum nemo novit, nisi Spiritus Dei (I Cor. II, 11)*; et iterum: *Spiritus autem scrutatur etiam altia Dei (Ibid., 10)*. Quod autem Pater et Filius et Spiritus sanctus initio careat, exinde desesse personam reputat, nihil esse unamquamque designat.

^g Eadem Rom. edit., *et Filio*.

^h Eadem Rom. edit., *neque Pater, quia procedit ab utroque non genitus, non ingenitus, non factus. Nam omne quod est aut neque natum, neque factum est: aut natum, et factum non est, aut neque natum, neque factum est: aut factum, et natum non est: aut factum et natum et renatum est: aut factum et natum, et renatum non est*.

ⁱ Rom. edit., *et Filio procedit*.

monstratur, quia quod Pater est, esse non cœpit; et si non cœpit, nec Filius cœpit: Spiritus autem sanctus, ^a qui a Patre procedit, nec ipse cœpit; quia processio ejus continua est, et ab eo est, qui non cœpit: non enim Pater cœpit esse, et quia non cœpit, nec Spiritus cœpit esse; ea ratione quia et in ipso est, et ejus est. De Filio iterum quod non cœpit, evangelista testatur dicens: *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum* (Joan. 1, 1, 2). Ergo quia erat, non cœpit; et quia *apud Deum erat*, non cœpit: et quia *Deuserat*, non cœpit: et quia *hoc erat in principio apud Deum*, non cœpit: quia ita Deus ex Deo natus est, ut cœpisse nesciat. Neque ergo fraudatus est Pater, eo quod ingenitus est, aut quia genuit Filium: neque Filius defraudatus, eo quod generatus est, aut quia ex ingenito generatur: neque Spiritus sanctus defraudatus est, quia utrorumque, id est, Patris et Filii est. Sic tamen eorum est, ut neque in Patre, neque in Filio refundatur; quia Deus est, neque initium, neque ullum finem habens, utpote qui Patri et Filio ^b et cœternus est; quia ubi vult, et quos vult, et quantos vult, et quantum vult, inspirat sua propria voluntate (Joan. III, 8). Replet ergo gratia sua quos vult, et quantos vult, et quantum vult; non ipse repletur: perfectionem præstat, non accipit: sanctificat, non autem ipse sanctificatur.

CAPUT V. — Illic ergo sicut Pater ac Filius et vita est et vivificans, et lux est et illuminans, et bonus et bonitas, et sanctus et sanctitas (Rom. VIII, 15): hic est Spiritus adoptionis, hic est qui dona sua dividit singulis, prout vult (I Cor. XII, 11): hic est Spiritus sapientiæ et intellectus, scientiæ et pietatis, consilii et virtutis ac timoris Dei (Esai. XI, 2): hic est Spiritus sanctus, per quem Pater agnoscitur, et Filius glorificatur; et a quibus solis ipse cognoscitur, et qui solus omnia eorum per unitatem naturæ novit: hic est de quo Filius dixit: *Et Pater meus dabit bona petentibus se* (Matth. VII, 11), hoc est, aut ipsum, aut omnes gratias ejus. Sicut ergo Dominus Christus et Verbum, et virtus, et sapientia, et justitia, et margarita, et lux, et via, et resurrectio, et cætera quæ de eo scripta sunt, appellatur; ita et Spiritus sanctus sapientiæ, intellectus, consilii, fortitudinis, scientiæ, pietatis ac timoris, ut jam dictum est, nuncupatur. Non tamen quod diversus sit juxta differentias nominum, sed quod unus atque idem cunctarum virtutum fons sit atque principium, qui in Domino Christo, utpote suæ naturæ consorte, semper inhabitavit. Isti sunt septem oculi, qui in Zacharia propheta in uno lapide (Zach. III, 9), id est, Domino Christo dicuntur inesse. Proprietas ^c ergo, unicuique immobilis: sed unus cultus, una veneratio, una sanctificatio semper Patris et Filii et Spiritus sancti est. Neque enim dignum est aut Filium defuisse

Patri, aut Spiritum sanctum defuisse Filio, sicut impii hæretici mentiuntur. Nos ergo hæc præcaven-tes, servemus bonum propositum, quod a sanctis Patribus suscepimus. Adoremus Patrem et Filium et Spiritum sanctum, in Filio Patrem, in Spiritu autem sancto Patrem et Filium intelligentes: dividentes antequam jungamus, et jungentes antequam dividamus: **324** unitatem in Trinitate venerantes, et Trinitatem in unitate constantes. Tota ergo a nobis sancta Trinitas adoranda est; quia tota regalis est, quia unius potestatis est, et unius gloriæ est supra mundum, supra tempora, increata, invisibilis, incomprehensibilis, investigabilis: quæ quo ordine apud semetipsam sit, ipsa sola cognoscit; a nobis autem æqualiter adoratur. In qua invisibili et ineffabili sancta Trinitate nihil tam proprium, tam fixum intelligere debemus, quam pacem et quietem. Neque enim dissensio ulla in natura Dei est, quia nec dissolvi posse sentienda est, utpote quæ pax semper et charitas est. Si enim quatuor substantiæ, id est, ^d calor, sanguis, flegma et humor, hominem faciunt, et unus homo est; tu in unitate Trinitatem, aut in Trinitate unitatem quomodo non intelligis? Deus ergo Pater omnipotens, omnipotens Verbum et Spiritum habens, supra humanam intelligentiam est, et ultra quam cogitari potest, incomprehensibilis et æternus: quem tunc, quantum fas imbecillitatis nostræ permittit, possumus agnoscere; quando Dominum Christum, qui ejus ^e forma, et unicus filius est, noverimus; quia sicut ipse ait: *Qui vidit Filium, vidit et Patrem, qui misit eum, et qui in eo est, et qui in eo manet* (Joan. XIV, 9); et iterum: *Hæc est autem vita æterna, ut cognoscant te Deum verum, et quem misisti, Jesum Christum* (Joan. XVII, 3). Ergo omnipotens Pater nomen Patris per Filium sortitus est; quia nemo sine filio pater esse vel dici potest, neque filius sine patre. Unigenitum vero Dei Filium, Verbum, et sapientiam, ac Spiritum ejus sanctum substantialiter æquales per omnia Patri confiteri honorificum est. Nam quis revera aut colorem, aut habitum, aut magnitudinem Verbi et sapientiæ, juxta quod sapientia est, ac Spiritus sancti coaptavit; ut gradus illic requirat, et ordines faciat, ubi omnia invisibilia et unita ac pacifica semper permanent?

D CAPUT VI. — Primum ergo omnium credendum est unum esse Deum, qui cuncta ex nihilo per Verbum suum fecit, et per Spiritum sanctum animavit: qui cum universa capiat, ipse a nemine capitur. Quod ita esse uno versiculo David propheta comprehendit dicens: *Verbo Domini celi firmati sunt, et Spiritu oris ejus omnis virtus eorum* (Psal. XXXII, 6). Iste est Spiritus sanctus, qui in principio et fabrica mundi ferebatur super aquas (Gen. 1, 2). Iste est in quo Moyses et Aaron coram Pharaone rege Ægypti

^a Eadem Rom. edit., qui ab utroque.

^b Eadem Rom. edit., consubstantialis et cœternus est.

^c Eadem Rom. edit., unicuique est, ut sit immobili-

lis; quia unus cultus, etc.

^d Eadem Rom. edit., bilis atra et flava, sanguis et flegma hominem constituunt.

^e Eadem Rom. edit., character et figura.

signa fecerunt, et de quo Magi dixerunt: *Hic digitus Dei est* (Exod. viii, 9). Iste est qui in Moysse, et in omnibus sanctis patriarchis et prophetis atque apostolis locutus est (II Petr. i, 21); de quo Apostolus dicit: *Et nos omnes uno Spiritu potati sumus* (I Cor. xii, 13). Iste est, qui carnem Verbi Dei in sacrum Virginis uterum fabricavit (Luc. i, 35): iste est, quem post baptismum Pater super Filium misit (Matth. iii, 16): iste est, cujus virtute Jesus plenus reversus est a Jordane, et regressus est in Galilæam (Luc. iv, 14): iste est, quem Pater potentibus sedes (Luc. xi, 13): iste est, qui a Filio advocatus noster apud Patrem, et alius paraclitus appellatur, quem Filius ad nos missurum se esse promisit (Joan. xiv, 16). Si ergo unius naturæ non esset cum Patre et Filio, nunquam alius a Filio paraclitus diceretur: hic ergo alius paraclitus dicitur, et æqualitatem naturæ ac potestatis agnoscamus. Alius ergo a nobis ad Patrem ascendens, alius ad nos a Patre veniens, paternum erga nos semper ac piissimum affectum declarat. Qui nunquam nos in tentationibus istius mundi et miseris nec sine advocato nec sine consolatore esse patitur. Iste est, qui una cum Patre Filium pro salute generis humani misit, sicut Esaias propheta ex persona Filii loquentis testatur dicens: *Dominus misit me, et Spiritus ejus* (Esai. xlviii, 16; Matth. xii, 29). Iste est, in quo Jesus demonia eiciebat: iste est, quem Dominus Jesus Christus post tertiam diem resurgens a mortuis, dedit discipulis suis dicens: *Accipite Spiritum sanctum; quorum remiseritis peccata, remissa sunt; quorum autem retinueritis, retenta sunt* (Joan. xx, 22, 23). Iste est, qui die Pentecostes super apostolos descendens, diversas eis imperitus est linguas et gratias (Act. ii, 3), sancti Joel prophetæ vaticinium (Joel ii, 28) complens. Iste est, qui in sanctis martyribus loquens, diabolum et adversarios Christi vicit: iste est, qui Paulum implevit, et in apostolatum segregavit (Act. xiii, 2). Iste est, qui diversa dona sua in singula membra Domini Christi usque in finem mundi operatur (I Cor. xii, 6). Iste est, qui non solum a nobis tristitias et mœrores et malas turpitudinum cogitationes expellit; verum etiam Dei in nobis memoriam tribuit, **325** ut merito cum David propheta dicere possimus: *Memor sui Dei, et detectatus sum* (Psal. lxxvi, 4); et iterum: *Memor ero mirabilium tuorum* (Ibidem, 12). Iste est, qui nobis recte credentibus, et bene operantibus adveniens, tenebras et angustias ac pusillanimitatem cordis et sua nos luce illuminans, iniscet sensui nostro sensum Christi; ut vitam nostram, quæ in Christo est abcondita, cogitemus; et in æternis et superventuris sæculis, qui noster status sit, consi-

deremus, sequentes Jesum Filium Dei, qui penetravit cœlos, et in dextera Dei sedens, et in omni consistens loco, nihil suæ præsentis vacuum dereliquit. **B** Si tamen non eum unius loci spatio contineri pro dispensatione corporis pro nostra salute suscepit potemus, aut circumscriptum secundum divinitatis et incorporalitatis suæ naturam. Diversitate locorum divinitas non potest separari; quod ita esse ipse Salvator comprobavit dicens: *Nemo ascendit in cœlum, nisi qui de cœlo descendit, Filius hominis, qui est in cœlo* (Joan. iii, 13). Non ergo ad explenda opera sua loco indiget Spiritus, Verbum, virtus, sapientia, splendor, imago, vapor, et splendor Dei sine macula: quæ omnia sine dubio personam Filii demonstrant. Nullum ergo exstitit tempus, quando **B** Pater sine Filio, aut Filius sine Patre, aut Spiritus sanctus sine Patre ac Filio fuerit.

CAPUT VII. — Proprium ergo Dei est non cœpisse, sed semper idem esse, quod semper est. Quod ita esse de semetipso comprobavit Deus loquens ad Moysen: *Vade, et dic filiis Israel: Qui est, misit me ad vos* (Exod. m, 14). **C** Iste est Spiritus sanctus, qui neque natus, neque factus est: sed est infectus, sicut Pater ac Filius. Iste est Spiritus sanctus, qui lapsos erigit; et jacentes occasionem tribuit resurgendi, singulaque juxta varietatem meritorum, et voluntatem Patris ac Filii dispensat, quorum omnia non per investigationem, sed per unitatem naturæ novit. Ipse est, de quo propheta ait: *Spiritus Domini multiplex, mundus, incoïnquatus, et sanctus est* (Sap. vii, 22). Sicut ergo lumen tenebras non recipit, sic et Spiritus sanctus per naturam habet, ut omnium sordium incapax sit. Iste est, qui se transfert a cogitationibus, quæ sine Deo sunt. Iste est, qui se in animas sanctas infundit et amicos Dei atque prophetas constituit. Nisi ergo quis Spiritum sanctum habuerit, nec Pater nec Filius, quorum est, et cum quibus unus est Deus, ad eum veniunt; ut apud eum mansionem faciant. Iste est spiritus sapientiæ, qui ideo multiplex appellatur, eo quod multa in se habeat, et quæ habet, hoc et est, et per omnia unus est, nec in aliquid eorum, quæ operatur, ipse mutatur; sicut imago ex annulo, quæ in ceram transit, et annulum non relinquit. Quod ita esse Dominus comprobavit, ad Moysen dicens: **D** *Auferam igitur de Spiritu, qui est in te; et dabo illi septuaginta* (Num. xi, 17), quasi scilicet ignis de igniculo transferatur, absque detrimento ejus, unde sumitur. Ob hanc ergo incommutabilitatem et diversam operationem dictum est a Domino de sancto Joanne Baptista, quod in spiritu ac virtute Eliæ venerit (Luc. i, 17). Iste est, quem Deus misit in corda nostra clamantem: *Abba pater* (Galat. iv, 6);

^a Eadem Rom. edit., in apostolatus ministerium.

^b Rom. edit., licet eum unius loci spatio contineri ratione corporis..... non tamen circumscriptam divinitatis et incorporalitatis suæ naturam.

^c Rom. edit., iste rursus est Spiritus sanctus, qui non est factus, sicut nec Pater, nec Filius. Iste, etc.

^d Eadem Rom. edit., spiritus Domini intelligens,

multiplex, mobilis, incoïnquatus, omnem habens virtutem, omnia prospiciens.

^e In eadem Rom. edit., desunt, et quæ habet, hoc et est.

^f Eadem Rom. edit., et ponam super illos, ut tecum sustineant impetum populi.

et in quo clamamus: *Abba pater*; utrumque eum dictum est, ^a et accepisse nos Spiritum clamantem: *Abba pater*; et accepisse nos Spiritum in quo clamamus: *Abba pater* (*Rom. viii, 15*). Exposuit ergo quod dixit, clamantem, hoc est, clamare nos facientem. Iste est Spiritus, qui gemitibus inenarrabilibus postulat pro nobis, quando quid orare oporteat, humana fragilitas ignorat (*Ibidem 26*). Quod in seipso sanctus Apostolus non tantum verbo nos edocuit, verum etiam suo nobis demonstravit exemplo (*I Cor. xii, 7 et 8*), hinc quando contra utilitatem suam ac perfectionem nesciens orabat, ut discederet ab eo stimulus carnis, qui eum colaphizabat: quem postquam ab ipso Spiritu sancto ^b crudelius, idcirco eum dixit datum sibi, ne magnitudinis revelationis suarum extolleretur, et aliquid boni damnum peteret. Sed quia eum Dominus diligebat, qui semper divinitatis suae potentiam per infirma quaeque consuevit ostendere, non fecit quod ignorantes petebat. Ipse est Spiritus **326** sanctus, qui in Ecclesia catholica toto orbe terrarum diffusa omni se gratiarum fonte diffudit. Iste est ^c Spiritus Domini Jesu (*Ibidem 9*), qui in fine mundi antichristum potentia sua interficiet (*I Thess. ii, 8*). Iste est Spiritus sanctus, quem nullus haereticorum habet; qui licet omnes habere ac Christi baptismata putant, tamen nisi veniant ad Ecclesiam Christi, Spiritum non poterunt habere Christi. Quod ita esse comprobat beatus Paulus apostolus dicens: *Si quis Spiritum Christi non habet, hic non est ejus* (*Rom. viii, 9*). Et iterum: *Nemo potest dicere, Dominus Jesus, nisi in Spiritu sancto* (*I Cor. xii, 3*). Quod confirmans beatus Joannes apostolus et evangelista (*I Joan. iv, 2 et 5*), dicit: *In hoc cognoscitur Spiritus Dei, omnia spiritus qui confitetur Jesum Christum in carne venisse, ex Deo est, et omnia spiritus, qui solvit Jesum, ex Deo non est; et hic est antichristus, quem audistis quoniam venit; et nunc jam in mundo est; et iterum: Quis est qui vincit mundum, nisi qui credit quoniam Jesus est Filius Dei* (*I Joan. v, 5, et seq.*). *Hic est qui venit per aquam et sanguinem Jesus Christus, non in aqua solum, sed in aqua et sanguine. Et Spiritus est qui testificatur quoniam Jesus est veritas; quia tres sunt, qui testimonium dant in terra, spiritus, aqua, et sanguis, et tres unum sunt.*

CAPUT VIII. — Juare ergo eis qui eum sine Spiritu sancto Dominum confitentur, dicturus est in judicio: *Quid autem vocatis me, Domine, Domine, et non fecistis quae dixi* (*Luc. vi, 46*); et mecum non colligentes sparsistis populos et membra mea,

^a Eadem Rom. edit., et *Deum misisse in corda nostra Spiritum clamantem, Abba pater, et in quo clamamus, Abba Pater.*

^b Eadem Rom. edit., *crudelius dixit ad virtutum incrementa datum sibi, dum audisti: virtus in infirmitate consummatur.*

^c Eadem Rom. edit., *Spiritus oris Domini, qui, etc.*

^d Eadem Rom. edit., *in demonum abominaciones.*

^e Eadem Rom. edit., *sed blasphemias, et demonum praestigia sunt.*

^f Eadem Rom. edit., *et perantes demonum mentem, et implentes Fortunae patientem.*

^g Desunt in Rom. edit., *haec de oblatione haereticorum dicta sufficiant.*

pro quibus ego sanguinem fudi meum? Et ideo oblatio haereticorum, qui Spiritum sanctum non habent, non in Dei cultum, sed ^d in cultum daemonum proficit. Quidquid enim in synagogis suis haeretici, id est, in conventibus Satanae foquuntur, non est doctrina Domini, ^e sed utrlatus et praestigia daemonum sunt. Isti enim sunt, quibus Spiritus sanctus per Esaiam prophetam dicit populum Judaeorum parasse mentem dicens: *Et parastis mentem Fortunae* (*Esai. lxxv, 11*); et ideo tam ipsos quam peccatores, qui semetipsos non judicantes, audacter ad sacrosanctum corpus et sanguinem Christi accedunt, increpat Apostolus dicens: *Non potestis mentem Domini participes esse, et mentem demoniorum: non potestis calicem Domini bibere et calicem demoniorum* (*I Cor. x, 21*). ^f Haec de oblatione haereticorum dicta sufficiant; nunc autem ad ordinem revertamur.

CAPUT IX. — Quidquid ergo de Spiritu seneto diximus, hoc similiter et a Patre et a Filio fieri intacta et indissoluta dimisimus; licet pro certo novimus quia sancta et inseparabilis Trinitas nunquam aliquid extra se novit operari. Et ut ita esse clarescat quae dixi, breviter insinuabo. Incarnationem Verbi Trinitas fecit, et tamen non pertinet incarnationi nisi ad Verbum (*Augustin. Ho. cont. Serm. Ariam. c. 16*). Vocem de caelo super Filium post baptismum Trinitas fecit, et tamen non pertinet nisi ad Patrem. ^h Adventum Spiritus sancti supra Filium in specie columbae (*Luc. iii, 22*) Trinitas fecit, et tamen non pertinet nisi ad Spiritum sanctum.

ⁱ Quam trinam operationem in unitate manentem comprobat beatus Apostolus dicens: *Divisiones enim gratiarum sunt, unus autem Spiritus; et divisiones ministeriorum sunt, unus autem Dominus: et divisiones operationum sunt, unus autem Deus qui operatur omnia in omnibus* (*I Cor. xii, 4 et seq.*). Trium ergo hae una credentibus tribuuntur gratiam, quia non alia atque alia est substantia sanctae et inseparabilis Trinitatis. Cum ergo ^k singula et Pater et Filius et Spiritus sanctus dicantur operari, omnia tamen pariter operantur. Sapientia condidit, Spiritu animavit, et justo ordinavit judicio. Ipse ergo justitia sua mundum in varias formas distribuit, et gratia sua ordinante, tanta libius membra incomprehensibiliter dispensat, continet et gubernat: cujus providentiae gubernatio tam justa, ^l tam arcana, tam occulta est; ut quae putatur poena, medicina sit patienti. Unus ergo Deus in sancta Trinitate consistens haec operatur: quod ipse de se comprobans, per Esaiam prophetam dicit: *Ego Da-*

^h Eadem Rom. edit., *inquit enim: Tu es filius meus dilectus. Adventum etc.*

ⁱ Eadem Rom. edit., *et descendit, inquit, Spiritus sanctus corporali specie sicut columba in ipsum, Quam, etc.*

^j Eadem Rom. edit., *quia non ex alia atque alia substantia sunt sanctae inseparabilis Trinitatis personae, nec alius operatio.*

^k Eadem Rom. edit., *singillatim... aliqua operari Spiritus animavit, et justo Pater, etc.*

^l Eadem Rom. edit., *tam provida.*

minus, et non est ^a amplius extra me (Esai. xlv, 6 et 7), hoc est, præter Verbum et Spiritum meum, virtutem ac sapientiam **327** meam, quæ in me est semper; ^b nullus est alter Deus atque salvator, de quo idem propheta dicit: *Et mittet eis Dominus salvatorem, qui eos salvos faciat a peccatis eorum (Ibidem 5)*. Et iterum ex persona Patris supra scriptus propheta dicit: *In memetipso juravi, quia egredietur ex ore meo verbum, et ad me vacuum non revertetur (Esai. xix, 20; xlv, 23; lv, 14)*. Non est revera Verbum Patris ad eum vacuum reversum, quia obsides salutis nostræ, id est, veram animam et verum corpus susceptum in dexteram collocavit Patris. Quod ita esse futurum in Spiritu propheta intuens dicit: *Vere tu es Deus absconditus (Esai. xlv, 15)*, id est, in carne, *Deus Israel Salvator*; et iterum: *Absconditus vultus ejus et despectus (Esai. liii, 2)*; ut scilicet humano corpore divina potentia celaretur; et iterum: *Et homo est, et quis cognoscit eum (Jerem. xvii, 9)*? Et iterum: *Hic Deus noster, non æstimabitur ad eum alius, qui in terris visus est, et cum hominibus conversatus est (Baruc. iii, 36)*, et iterum: *Homo in dolore, et sciens ferre infirmitates (Ibid. 58)*; verum scilicet corpus hominis per hæc verba, et veram demonstrans animam, *qui sciens ferre infirmitates divinitate superavit, pacificans per sanguinem crucis suæ, sive quæ in cælis sunt, sive quæ in terra (Esai. liii, 4; Coloss. i, 28)*. Claruit enim per hæc verba, in Dominum Jesum Christum, non ex parte veritatem, et ex parte mendacium: sed omnem in eo esse veritatem, id est, et Dei et hominis.

CAPUT X. — Sed hoc non intelligit humana sapientia, quam condemnat beatus Apostolus dicens: *Fides vestra non sit in sapientia hominum, quorum Dominus cogitationes novit, quoniam vanæ sunt: sed in virtute Dei (I Cor. ii, 5)*; et iterum: *Non edocti ^c humanæ sapientiæ verbis, sed edocti Spiritu sancto (Ibidem 15)*. Ergo fides non sit in hominum sapientia, et hæresis non est. In Patre ergo semper Filius et Spiritus sanctus est; quod ita esse ipse Filius confirmat dicens: *Ego et Pater unum sumus (Joan. x, 30)*: unum propter naturam divinitatis, sumus propter personarum proprietates; et iterum: *Ecce venit hora... ut me solum relinquatis; et non sum solus, quia Pater mecum est (Joan. xvi, 32)*; et iterum:

^a Eadem Rom. edit., amplius. *Ego qui fabricavi lucem etc. Quoniam non est Deus præter me.*

^b Rom. edit., *Et iterum idem propheta: In te Deus est, et non est alius præter te. Et alibi: Mittet eis hominem, qui salvabit eos: judicans salvabit eos... Per memetipsum juravi, nisi egredietur ex ore meo justitia, et sermones mei non avertantur. Et alibi: Verbum quodcumque exierit de ore meo, non revertetur ad me vacuum, donec compleantur quæcumque volui. Est igitur Filius revera Verbum Patris, cum vacuum reversum non fuerit; quia obsides... intuens dicit: Tu enim es Deus et nescivimus, Deus Israel salvator. Nescivimus, quia carne velatus. Et iterum: Non est species ei, neque gloria: et facies ejus despecta est, et non est reputata; ut scilicet humano corpore divina potentia celaretur. Et alius propheta: Et homo est, et quis cognoscet eum? Et iterum hic Deus noster, non*

Opera quæ ego facio, Pater in me manens, ipse facit ea (Joan. xiv, 10). Ipse est ergo semper in Patre Filius, qui ad Moysen dicit: *Qui est, misit me ad vos (Exod. iii, 14)*. Ipse est, cui perfecto orbe congaudebat Pater; quia tantam molem terræ fundasset super maria, et super flumina collocasset eam; ut elementum gravissimum super tenues aquas ejus penderet arbitrio. In stabilitate ergo orbis terrarum, quando illius fundamenta Pater firmabat, nullus erat cum eo præter eos, qui erant in eo, id est, Filius et Spiritus sanctus. Erubescant ergo impii hæretici, qui Filium Dei aut Spiritum sanctum creaturam dicunt, aut fuisse tempus, quando non fuerint; neque enim temporum conditor habet aliquando principium. Quidquid ergo Filius loquitur, verba sunt Patris, et **B** verba sunt Spiritus sancti: quidquid Pater loquitur, verba sunt Filii, verba sunt Spiritus sancti: quidquid Spiritus sanctus loquitur, verba sunt Patris, verba sunt Filii Dei. Ergo unius, qui complet omnia, et in quo sunt omnia, his verbis sub mysterio sanctæ Trinitatis notitia prædicatur; ait enim Filius: ^d *Spiritus sanctus a Patre procedit (Joan. xv, 26)*; tamen propter societatem unitatemque naturæ a Filio mittitur: qui Filius ab Isaia propheta in regnantis habitu visus est, sed propter consortium majestatis unitatemque substantiæ Spiritus sanctus in propheta est locutus: in Cherubim sane et Seraphim, ubi ipsa visio facta describitur, ex parte ostenditur Dominus, et ex parte celatur; duabus siquidem alis velabant faciem ejus, et duabus velabant pedes **C** ejus, et duabus volabant (Esai. vi, 2). Velantur ergo ea, quæ ante mundum fuerunt, et ea quæ post mundum erunt, quæ nec oculus vidit, nec auris audivit (I Cor. ii, 9): ea vero quæ in sex diebus facta sunt, nobis in notitiam per sacram lectionem venerunt. Nos ergo in Patre et Filio et Spiritu sancto non solum unam operationem, sed et æqualitatem constemur; ^e quia ubi æqualitas, **328** ibi eadem natura, eademque substantia est. ^f Propterea, inquit Evangelista (Joan. v, 19), cum Judæi persequerentur, quia non solum solvebat sabbatum, sed etiam Filium Dei se dicendo, æqualem se faciebat Deo. Quod ipse Dominus comprobatur dicens: *Ego et Pater unum sumus, et ego in Patre, et Pater in me est; et iterum: Pater quod dedit mihi, majus*

D *reputabitur alius adversus eum, et: Post hoc in terris visus est, et inter homines conversatus est. Et iterum scriptum est: Homo in plaga existens, et sciens ferre, etc.*

^e Eadem Rom. edit., *Non in persuasoriis humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus et virtutis.*

^d Eadem Rom. edit., *Spiritus veritatis, qui... Inquit, a Patre procedit propter originem. Inquit, quem mittam propter societatem unitatemque naturæ. Qui Filius.*

^e Eadem Rom. edit., *Ubi enim eadem operatio, ibi æqualitas.*

^f Eadem Rom. edit., *Propterea Dominus inquit (cum Judæi... faciebat Deo) non potest Filius a se facere; quia nisi quod viderit Patrem facientem. Quod alibi clarius ostendit dicens: Egr et Pater, etc.*

omnibus est; et nemo potest rapere de manu mea; A statimque infert: *Et nemo potest rapere de manu Patris* (Joan. x, 30; xiv, 40; x, 29). Si ergo de manu Filii quæ Pater dedit, nemo potest rapere, et hæc eadem in manu Patris sunt, quæ non rapiuntur ab eo; liquido comprobatur omnia Patris et Filii ac Spiritus sancti, qui et Patris et Filii est, esse communia; et Filii manu teneri, quæ Patris sunt; et Patris manu teneri, quæ Filii sunt. Dominus ergo Christus Dei et hominis filius, qui semper erat cum Patre et in Patre, duobus locutus est modis, id est, nunc secundum divinitatis suæ gloriam, nunc secundum nostræ naturæ hominem susceptum. Pater ergo in Filio, et Filius in Patre est, in utroque Spiritus sanctus est: ^a et ideo recta confessio mysterii sanctæ et inseparabilis Trinitatis ignoratio nostra B est; cum enim sanctus Apostolus judicia Dei inscrutabilia esse testetur (Rom. xi, 33), [jam ipse cujus inscrutabilia et occulta sunt, quam inscrutabilis et occultus sit, sapiens lector intelligit. Qui tamen sanctus Apostolus non dixit: Difficile inveniuntur judicia Dei, aut numquam; ne spem penitus inquirentium amputare videretur: sed ait, *Inscrutabilia sunt judicia Dei*. Quamvis ergo proficiat quis in scientia, et sapientiæ deditus, arcana rimetur; tamen creata natura increati substantiam ^b numquam potest comprehendere. Cum enim aliqua invenerit, rursum alia se offerunt quæstioni; cum illa repererit, ^c alia innumera quoque inveniet. Tanta itaque investiganti semper materia suggeritur, ut reliquorum ^d ignoratio involvat priorum scientiam. Unde et sapientissimus Salomon ^e naturas rerum difficultatesque cognoscens, et imponens mensuram sapientiæ suæ ait: *Dixi, sapiens efficiar, et ipsa longius recessit a me quam erat, et excelsa profunditas, quis inveniet eam?* et iterum: *Plura enim opera Domini in absconditis sunt;* et iterum: *Quemadmodum nescis quæ sit via spiritus, et qua ratione compingantur ossa in ventre prægnantis; sic nescis opera Dei, qui fabricator est omnium;* et iterum: *Altiora te ne quæsieris, et fortiora te ne scrutatus fueris;* et iterum: *Quemadmodum qui mel multum comedit, non est ei bonum; sic qui scrutator est majestatis opprimitur gloria* (Sap. vii, 17; Eccl. vii, 24 et 25; xi, 5; iii, 12). Et revera nihil tam verum, nihil tam manifestum; scriptum est enim: *Delicta quis intelligit* (Psal xviii, 5)? Si ergo delicta sua homines non intelligunt; quanto magis naturam Dei et consilia ejus minime poterunt invenire! Quod comprobans pro-

^a Eadem Rom. edit., *Quare licet nobis mysterii sanctæ et inseparabilis Trinitatis confusa sit notitia, nostra tamen est confessio. Unde sanctus Apostolus judicia Dei licet incomprehensibilia esse testetur, non tamen ea prorsus inscrutabilia et occulta decernit. Ideo non dicit: Impossibilia inveniuntur judicia Dei, aut numquam offerant apprehensibilia, ne spem penitus inquirentium amputare videretur. Sed ait incomprehensibilia, etc.*

^b Eadem Rom. edit., *ut vis est, numquam potest ad plenum comprehendere.*

^c Vat. cod., *alia immutabilia;* Rom. edit., *alia*

pheta dicit: *Generationem ejus quis enarravit* (Esai. lxx, 8)?

CAPUT XI. — In hunc ergo unum Deum Patrem omnipotentem credimus, visibillum et invisibillum conditorem, cujus judicia atque consilia occulta sunt, iniqua autem numquam. Qui tamen Pater sine ullo sibi patre Pater est: et idcirco Filius de hoc genitus, cujus generationem humanus sermo edicere non valet, inferior ab eo esse non potest; quia, ut dictum est, verbum, virtus et sapientia ejus est. Deum ergo ^f Dominum fateamur, Deum Filium Dei Patris altissimi, unici unicum, et cum Patre ac Spiritu sancto unum Deum esse confitemur; cujus licet ^g æqualitatem humanus sermo explicare nequeat, incarnationis tamen ejus sacrosancta ac veneranda mysteria a sancto Gabriele Archangelo sanctam virginem Mariam, ^h quæ verbo fetæ sola conscia aure maritata est, alloquente cognovimus. Ait enim: *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi; ideoque et quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei* (Luc. i, 35). Non ergo hæc generatio, qua de virgine pro salute nostra natus est, posteriorem eum facit Patri **329** sive tempore, sive potestate; quia non est temporalis genitor, ut Filio præjudicetur ex tempore, quia æternus Pater Filium genuit coæternum: nec extrinsecus natum aut factum, ut hæretici mentiuntur, sed ex propria substantia Patris generatum vera fides habet. Ex Deo ergo vero, in quo æternitas et omnipotentia perfectæ et sanctæ Trinitatis consistit, verum Filium confiteri honorificum est: et ideo sicut in Patre nos convenit credere, ita et in Filio; ⁱ quia hoc omnino est ille qui genitus est, quod ille qui genuit. Credimus et in Spiritum sanctum, cujus majestatem, potentiam et æqualitatem, quam cum Patre et Filio possidet, ipso donante, jam superius ostendimus, procedentem ex Patre, et communem cum Patre et Filio deitatem, operationem, ac substantiam possidentem: et distinguentes personas in proprietatibus suis; deitatem tamen sanctæ Trinitatis inseparabilem confitemur; quia quod nominibus, et personis dirimimus, hoc potestate et deitate et unitate jungimus. Ergo vocabulum sanctæ Trinitatis grande mysterium et arcanum est; et ideo quando de spiritualibus nobis sermo est, nihil de carnalibus est omnino ante oculos D cordis proponendum. Sanctæ ergo et inseparabili Trinitati: lux invisibilis, virtus inseparabilis, substantia incomprehensibilis, vita interminabilis est, cui pax sempiterna omnis assistit, quam nulla um-

etiam altiora quæque occurrunt.

^d Rom. edit., *perscrutatio oblivione involvat.*

^e Eadem Rom. edit., *hominum cogitationes, stellarum dispositiones et abscondita quæque cognoscens.*

^f Eadem Rom. edit., *Patrem Deum fateamur.*

^g Eadem Rom. edit., *majestatem.*

^h Eadem Rom. edit., *Verbo fetam alloquente.*

ⁱ Rom. edit., *quia sicut hic omnino est, qui genitus est, ita ille qui omnino genuit.*

^j Eadem Rom. edit., *lux inaccessibleis, virtus insuperabilis.*

quam creatura penetrat, nulla conturbat. Si quis ergo extra Patris majestatem aut Filium vocat, aut Spiritum sanctum, videtur sibi spem de semetipso petere, id est, de simili, non de superiori natura; omnia enim quod creatum est, quantum ad hoc pertinet, ex eo quod non erat, factum est, et simile sibi est. Ergo Dominus Christo Deus Pater ^a propria generatio est; nobis autem adoptione voluntaria: illi pater est per naturam, nobis per gratiam: illi Deus est ^b unitate mysterii, nobis autem potestate. Qui ergo aliud quam hoc tenet, et non ita credit, ^c anathema sit.

CAPUT XII.—Spiritus autem sanctus ipse est, sicut jam dictum est, qui et Patris et Filii est: ipse est, qui sicut Pater ac Filius replet orbem terrarum: ipse est, qui a Filio sanctus et bonus pronuntiatus est: ipse est, qui a David propheta, ^d sicut Dominus Christus, bonus et rectus pronuntiatur (*Luc. xi, 13*); ait enim: *Rectum est Verbum Domini, hoc de Filio; et: Excitavit cor meum Verbum bonum. De Spiritu autem sancto: Spiritum rectum innova in visceribus meis; et: Spiritus tuus bonus deduxit me in viam rectam (Psal. l, 14; xxxiii, 4; xlii, 1; l, 12; cxlii, 10)*. Ipse est, qui futura tamquam presentia praevidet; ipse est, qui nobis Christi Domini nativitatem, mirabilia, persecutionem, passionem, crucem, mortem, sepulturam, resurrectionem, in caelis ascensionem, et ad iudicium ^e venturum ante plurimos praeunxit annos. Sicut ergo Pater sine principio, ^f ita et Spiritum sanctum et Filium habet sine principio coeternum, genitum ex se, non post se. Et ideo sicut Pater omnem antiquitatem temporum antecedit, aeternitate consumit, longevitate superat; ita et Filium genuit tam sibi in virtute, quam in hac, quam diximus, aequalitate consortem: sed haec virtus, haec sapientia, hoc Verbum, quod Filius est, ut verbis utar Apostoli (*Philip. ii, 6 et seq.*), cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, ut esset aequalis Deo; sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens, in similitudine hominum factus, et habitu inventus ut homo. Humiliavit semetipsum usque ad mortem, mortem autem crucis, propter quod et Deus exaltavit illum, et dedit illi nomen, quod est super omne nomen; ut in nomine Jesu omnia genua flectantur, caelestium, terrestrium, et infernorum, et omnia lingua confiteantur quia Dominus Jesus Christus in gloria est Dei Patris. Ob

A hoc ergo mysterium Filii Dei ^a Christus vocatur; quod tamen nativitatem ejus secundum carnem, passionem, mortemque significat: sed ista mirabilia et singularis nativitas, qua ^b Christus genitus est, de Spiritu et sancto et Maria virgine facta est, sicut fides ^c sancti symboli testatur. Hic ergo unicus in divinitate Filius Dei, etiam in nativitate carnali per quam hominem nostrum, ut salvaret, assumpsit, unicus invasit; ^d solus est enim natus ex Virgine, quae nec praegnationem de viro, nec corruptionem sensit ex partu. De sancto ergo Spiritu et Maria virgine secundum carnem cum natum fatemur; sic etenim et beatus Mariae virgini futurum, ut jam dictum est, Gabriel Archangelus promiserat dicens: *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi; et ideo quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei (Luc. i, 35)*. Qui Filius ^e Dei pro nostra salute sub Pontio Pilato crucifixus est, ac sepultus. Vera ergo caro ex Virgine suscepta, vera crucifixa, vera sepulta, vera est post tertiam diem resuscitata. Ad viscera igitur sacrae Virginis, ^f et accipiendi inde carnem, et formandi illic hominem Spiritus sanctus opifex et sanctificator accessit; ut conjunctione Verbi et hominis a prima informatione perfecte Christus mediator Dei et hominum nasceretur, sine fraude humanitatis, sine corruptione deitatis exoriret: obturus morte, quia creatus; superatus autem mortis vincula, quasi creator. Non ergo inter Verbum et assumptum ab eo hominem ^g aliqua separatio dicenda est, quia ex duabus materiis, id est, divina et humana mystica ratione compositis unum Christum Dei Filium constemur.

CAPUT XIII.—Credere ergo nobis haec, non discutere licet: humiliter quaerere, ^h non superbe inquirere. Verbum ergo et substantia Dei, quae per omnia incorporea est, inseri in corpore humano non poterat, nisi aliqua spiritali natura mediante, id est, anima. Anima ergo ⁱ in secreta rationabili arte Verbum Dei capiente, absque ulla contagione viri, Deus natus ex Virgine est. ^j Sicut ergo participatione sui Filius Dei praebens omnibus exemplum, iuxta id quod Dei Verbum est atque sapientia, non minuitur communionem participii; ita sancta Jesu anima, quae propter nostra peccata et trahis fuit, et conturbata est, nihil exinde contraxit. Haec est, quam dilexit Deus pro participibus suis (*Ambros. in Luc., l, x, n. 127*): haec

^a Eadem Rom. edit., propria generatione pater est.

^b Eadem Rom. edit., unitate substantiae, nobis autem munere et potestate.

^c Rom. edit., Anathema sancta catholica et apostolica Ecclesia pronuntiat.

^d Eadem Rom. edit., Spiritus ut principalis et rectus exoratur.

^e Eadem Rom. edit., vivorum et mortuorum adventum.

^f Eadem Rom. edit., Filium habet sine principio, coeternum, genitum ex se, non post se; ita et Spiritum sanctum Patri et Filio coaequalem.

^g Eadem Rom. edit., Christus homo vocatur.

^h Eadem Rom. edit., Christus homo natus est.

ⁱ Eadem Rom. edit., sancti hujus symboli.

^j Eadem Rom. edit., Dei et Virginis homo Christus Jesus.

^k Eadem Rom. edit., pro suscipienda in carne, et formando hominem.

^l Eadem Rom. edit., aliquam personarum separationem ponimus: sed ex duabus... unitis, unum Christum Deum et hominem Dei Filium in unitate personae confitemur.

^m Eadem Rom. edit., non superbe sapere.

ⁿ Eadem Rom. edit., rationabili mediante, Verbum Dei officio Spiritus sancti carnem assumpsit; sicque absque ulla, etc.

^o Eadem Rom. edit., Deique sicut Deus, praebens hominibus suis participationem... amine amicitiae.

vita nostra, de qua Apostolus ait : *Et vita vestra abscondita est cum Christo in Deo (Coloss. iii, 3)* : hæc est, quæ dilexit justitiam, et odivit iniquitatem (*Psal. xlii, 8*) : hæc tristis non pro morte, sed usque ad mortem fuit (*Matth. xxvi, 38*) : hæc in cruce non pro se, sed pro nobis turbata est : non virtus, non sapientia, non Verbum Dei, ^a qui eam pro nostrarum animarum salute assumpsit, et omni virtutum ac sanctitatis decore adornans, in consortium deitatis perduxit. De hac ergo, quæ per omnia nostrarum animarum similis est, Salvator ait : *Potestatem habeo ponendi animam meam, et iterum sumendi eam*; et : *Nemo eam tollit a me, sed ego pono eam a me ipso, et iterum sumo eam (Joan. x, 18)*. Hæc est beata anima, quæ in cruce ad divinitatem clamavit dicens : *Deus, Deus meus, respice in me, quare me dereliquisti (Matth. xxvii, 46)*? Clamavit ergo homo divinitatis separatione moriturus : nam cum divinitas mortis libera sit, utique mors esse non poterat, nisi vita discederet, quia vitæ divinitas est; numquam enim patitur vel mortem, vel corruptionem, quod immortale semper et incorruptum est. Deus ergo qui Verbum et Spiritus est, qui *ubi vult inspirat (Joan. iii, 8)*, carnem seu animam susceptam non deseruit invitus : sed quia voluit, ubi voluit, quomodo voluit, et quando voluit, relinquens posuit eam, et iterum assumpsit eam. Non ergo cujusquam jure ac potestate exutus est carne, sed ipse se exiit; nam qui potest non mori, si nollet, procul dubio, quia voluit, mortuus est. Quod ita esse comprobans Apostolus, ait : *Spoliatus se carne, principatus et potestates exspoliavit, triumphans illos in semetipso (Coloss. ii, 15)*, per mortem scilicet hominis suscepti; ut, sicut idem dicit beatus Apostolus, *per mortem hominis suscepti destrueret eum, qui habebat mortis imperium (Hebr. ii, 14)*, id est, diabolus, et liberaret eos, qui per totam vitam obnoxii erant servituti. Quod ita futurum multe ante Esaias propheta prædixerat dicens : *Sicut ovis ad occisionem ducitur, et sicut agnus coram tondeute se ^b obmutuit*; et iterum : *Oblatus est, quia ipse voluit, ad multorum exhaurienda peccata*; et iterum : *Tradidit in mortem animam suam, et cum sceleratis reputatus est; et ipse peccata multorum tulit, et pro transgressoribus ipse rogavit (Esai. liii, 7 et seq.)*. Non **331** ergo necessitate crucem Christus dominus, sed voluntate sustinuit, dicens ad Petrum, qui timoris fragilitate ad crucis mysterium scandalizabatur et humano pavore trepidabat : *Vade retro, Satanas, scandalum mihi es; quia non sapis quæ Dei sunt, sed quæ*

hominum. Calicem enim quem dedit mihi Pater, non vis ut bibam illum (Matth. xvi, 23; Joan. xviii, 11; Matth. xxvi, 23). Alioquin si non propria voluntate oblatus esset, et crucem sustinere voluisset, qui indicare et prædicere poterat proditorem, et apostolis dicebat : *Omnes vos in hac nocte scandalum mei sustinebitis (Matth. xxvi, 31)*? Poterat eos qui ad eum comprehendendum missi erant, declinare : quibus intrepidus occurrit et dixit : *Quem queritis (Joan. xviii, 4)*? Qui statim ^c occiderunt retrorsum; quia vocem presentis Dei ferre non poterant. Non ergo necessitatis fuit ut pateretur, sed voluntatis; non tam suæ, sed et Patris, cui dicit : *Ut facerem voluntatem tuam, Deus meus, volui (Psal. xxxix, 9)*. ^d Per veram ergo carnem immortalis mediatoris Dei et hominum **B** nos mortales redempti, vivificati, salvati atque liberati sumus a laqueis et captivitate diaboli, super quem nobis potestatem dedit dicens : *Ecce dedi vobis potestatem calcare super serpentes et scorpiones, et super omnem virtutem inimici (Luc. x, 19)*. ^e Omnis ergo humilitatis ac mysterii incarnatio ob hoc facta est, ut nos potestatem super diabolus acciperemus, ^f qui se facturam per superbiam cognoscens, in tantam dementiam decidit, ut æqualem se facere voluerit altissimo creatori, dicens : *Ponam thronum meum ad aquilonem, et similis ero Altissimo (Esai. xiv, 14)*. Quod ita esse comprobatur Apostolus dicens : *Nam quod impossibile erat Legis, in quo infirmabatur, per carnem ^g Deus Filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, et de peccato, id est, primi hominis, ^h damnavit peccatum ⁱ in carne; ut sicut in Adam omnes moriuntur, ita et in Christo, qui nobis per passionem crucis de latere suo lavacrum et potum martyrio dedicavit, omnes vivificarentur (Rom. viii, 3; Coloss. ii, 15; I Cor. xv, 22)*.

CAPUT XIV. — Ob hoc ergo nos convenit diligentius intueri, quis offerat, cui offerat, ⁱ quid offerat, et pro quibus offerat is, qui nobis via, veritas, et porta effectus est; de qua porta Spiritus sanctus per Prophetam ait : *Hæc porta Domini, justi introibunt per eam; et iterum : (Psal. cxvii, 20)*. *Non confundetur, dum loquetur inimicis suis in porta (Psal. cxvii, 5)*. Sed ad istam portam non venient, nisi hi qui meruerint per Dei gratiam et adjutorium de portis mortis exaltari, hoc est, peccatis. Ejus ergo supplicia, cui credo, constanti professione commemorato, nec me pudet eorum, **D** quæ Redemptor mundi et pro mea salute suscepit, et pro sua virtute superavit. Rideas licet, Judææ atque gentilis, quod in eo spem meam locem, quem

^a Eadem Rom. edit., *Nunc pro totius humani generis salute in unitate suppositi assumpsit.*

^b Eadem Rom. edit., *mutus, sic non aperit os suum.*

^c Rom. edit., *Abierunt retrorsum, et ceciderunt in terram.*

^d Eadem Rom. edit., *Ei ait: Descendi de celo non ut faciam voluntatem meam, sed ejus qui misit me.*

^e Eadem Rom. edit., *Tamen ergo humilitatis et ineffabilis hujus, etc.*

^f Eadem Rom. edit., *qui imperitæ typho se factu-*

ram non cognoscens, creatori æqualem se facere voluerit, dicens : Ascendam super nubes.

^g Eadem Rom. edit., *Deus Filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, de peccato damnavit peccatum in carne; hoc est, Satanam in carne Salvatore, sicut et in alia epistola ait : Descriptum.*

^h Eadem Rom. edit., *illos in semet ipso, ut sicut alibi dicit Apostolus : Sicut in Adam omnes moriuntur, ita et in Christo omnes vivificentur.*

ⁱ Eadem Rom. edit., *quid offerat. Is qui offert, nobis via, etc.*

crucifixum mortuumque profitear; ego tamen in his vulneribus glorior, per quæ me placere Redemptori meo, quod tu ignoras, intelligo: *Verbum enim crucis, ut ait Apostolus, pereuntibus stultitia est, salvæ autem futuris virtus Dei est (I Cor. I, 24 et 25)*. Ecce Pilati iudicis facio mentionem, a quo iudicatus est, qui est mundi iudex futurus. ^a Quid autem dignitatem fidei meæ mordeant pœnæ illius beati corporis, quas celer resurrectio consecuta destruxit? Neque enim hic finis fidei meæ confessionisque est: sed quid sequatur accipito. Tertia die resurrexit a mortuis, ascendit in cœlos, sedet ad dexteram Patris, inde venturus est iudicare vivos et mortuos (*Act. x, 42*), id est, et justos et peccatores, et Gentiles et Judæos, seu animas et corpora. Videturne tibi jam stabilis esse, ^b atque felix nostra credulitas, quæ ei innititur, cui nec ipsa mors obviare ac resistere ^c poterit?

CAPUT XV. — Denique numquam magis quanta clementia et patientia Redemptor noster abundaret, apparuit; quam cum mysterii hujus agressus officium est, ut suscipiendo scilicet nostram substantiam, et patibuli et tumuli jura susciperet. Nostris ergo prosperis adversa ejus impensa sunt, et divina atque humana ^d in nostro Redemptore natura quoddam inter se sacrum iniere commercium; ut testimonium ab humanitate **332** divinitas, præmium a divinitate ferret humanitas, hoc est, ut vulneribus corporis Deus noster magnitudinem erga nos sui amoris ostenderet, et consortio divinitatis ^e repensari sibi obedientiæ gratiam, et animus noster et corpus agnoscerent. Qua igitur fide, quave devotione huic Domino tantorum in nos donorum munifico adhærere ac servire debeamus, intuendum est; ^f qui ita nullum largiendi modum habuit, ut tantum fidelibus donaret in præmio, quantum ipse possidebat in regno: etiam ut crederemus nos ejus fieri posse cohæredes, etiam naturæ nostræ consors esse delegit; non tamen ut substantiam a divinitatis arce detruderet, sed ut nos infirmos, et in extrema mortis vilitate ac necessitate ^g degentes ad gloriam resurrectionis attraheret. Quia ergo in se, quidquid nobis pollicebatur, ostendit; et non perire carnis istius substantiam resurgendo perdocuit: et ubi ei post resurrectionem futura esset habitatio, ascensione monstravit. Hoc est ergo magnum, et prorsus ^h magnum pietatis sacramentum, quod in carne manifestatum esse (*I Tim. III, 16*), ut rerum preventus, ita gentium Doctor annuntiavit.

^a Eadem Rom. edit., nec est quod dignitate fidei meæ minuanti.

^b Eadem Rom. edit., atque firma.

^c Eadem Rom. edit., poterit? Et portæ, inquit, inferi non prævalerunt adversum eam.

^d Eadem Rom. edit., natura in redemptoris nostri persona.

^e Vat. cod., recompensari sibi obediente gratia.

^f Rom. edit., qui nedum largiendi nullum modum habuit, sed omnem adeo mensuram excessit.

^g Eadem Rom. edit., jacentes.... extolleret.

^h Eadem Rom. edit., omnium confessione magnum,

A Justificatum autem claret in Spiritu; quoniam *mediator Dei et hominum homo Christus Jesus (I Tim. II, 5)* non solum ⁱ sperandæ nobis felicitatis, sed etiam capessendæ præbuit i veritatis exemplum. Quod sane sacramentum pietatis, per quod nos conditor noster ac redemptor amplectitur, sicut testimonio virtutis resplendit, ita etiam in ascensione assumptum in gloria, celebratum est obsequiis Angelorum; et ideo non est despicienda carnis humanæ natura, quæ in sanctæ Trinitatis substantiam atque consortium per Dominum Christum ingredi meruit. Puto sane quod, Deo donante, de mysterio sanctæ Trinitatis, et incarnatione Domini Salvatoris satis dictum sit: verum quoniam ^k in fine dogmatis nostri carnis nostræ ponitur resurrectio; eadem a nobis sunt firmiter propter hæreticos ac sæpius repetenda.

CAPUT XVI. — Verbum enim Dei, quod dominus Christus est, qui est primogenitus omnis creaturæ, et qui est primogenitus ex mortuis, ad imaginem suam, quam prius ipse condiderat, venit; de qua imagine scriptum est: *Et plasma vit Deus hominem ad imaginem et similitudinem suam (Gen. I, 27)*; et carnem propter carnem, mediante anima rationabili, ex sancta virgine Maria suscipiens, et similia, id est, animam et carnem per similia purificans, factus est per omnia homo absque peccato. Mediante ergo anima Deo et carni, hic, qui omnes, sicut ait Apostolus, divites faciens, pauper effectus est, ut illius inopia nos divinis atque cœlestibus divitiis ditaremur (*II Cor. VIII, 9*); per signum illud salutis, quod Deus generi dedit humano, dicente Esaia propheta (*Esaï. VII, 14 et seq.*): *Ecce Dominus dabit vobis signum, ecce Virgo concipiet in utero, et pariet filium, et vocabitur nomen ejus ^l Emmanuel, quod est interpretatum, nobiscum Deus*: qui antequam sciret vocare patrem aut matrem suam, butyrum et mel manducavit, id est, Spiritu sancto repletus est, cujus doctrina nobis dulcior super mel et favum est: qui spolia Samaritæ a Magis accipiens, homo, rex, et Deus comprobatus est. De hoc etiam mirabili signo sanctus Simeon ad Mariam virginem dicit: *Ecce hic positus est in ruinam et in resurrectionem multorum in Israel, et in signum cui contradicetur (Luc. II, 34)*. De quo signo et beatus apostolus Paulus ait: *Judæi signa petunt, et Græci sapientiam quærunt (I Cor. I, 22)*. Pro imagine ergo sua Christus, quam in primo condiderat homine, quam viderat in homine diaboli arte fucatam,

pietatis mysterii sacramentum. Nam declaratum est in carne, ut rerum declaravit eventus, quod in mysterio latebat.

ⁱ Eadem Rom. edit., sperandæ, sed etiam capessendæ præbuit in se nobis felicitatis exemplum. Sicut enim operibus et virtute testimonio veritatis in nobilitate carnis qualis esset resplenduit.

^j Vat. cod., unitatis exemplum.

^k Idem cod., in fide dogmatis nostri.

^l Rom. edit., Emmanuel: qui antequam sciat vocare patrem aut matrem accipiet fortitudinem Damasci; et butyrum et mel manducabit.

venit in similitudinem ^a peccati; ut hominem ^b per A passionem crucis et mortem ad pristinam revocaret imaginem (Rom. viii, 3): quæ imago per incuriam quidem obscurari potest, deleri autem per naturam non potest. De hac imagine ait Propheta: *Quamquam in imagine Dei perambulet homo, tamen vane conturbabitur* (Psal. xxxviii, 7). Nullus ergo est, qui non aliquam imaginem habeat, id est, aut sanctitatis aut peccati. **333** In imaginem Dei ambulamus, quando cogitationes bonæ, quæ nobis a Deo insitæ sunt, in nobis permanent, et ad opera nos bona perducunt. ^c Memoria ergo Dei excludit a corde nostro cuncta flagitia atque peccata, quæ diabolus nititur in corde nostro seminare atque depingere. Unde dicitur a Propheta: *Domine, in civitate tua imagines eorum ad nihilum rediges* (Psal. lxxii, 20). Nihil ergo B prodest legisse vel audisse, nisi ea quæ aut legeris, aut audieris bona, in memoriæ thesauro reposeris. Sicut ergo tria sunt in homine, id est, corpus, anima, et spiritus; sic tria sunt eminentiora, quæ nos aut ad bona aut ad mala perducunt, hoc est, aut cogitatio, aut locutio, aut operatio. Quæ tria breviter Spiritus sanctus in primo psalmo comprehendit dicens: *Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum, et in via peccatorum non stetit, et in cathedra pestilentiæ non sedit* (Psal. i, 1). Isti sunt ^d terni stratores diaboli, qui miseræ insidiantur animæ; ut aut in dicto, aut in facto, aut in cogitatu eam incitent ad peccatum. Spiritu ergo, anima, et corpore aut bene agimus, aut male; aut casti sumus, aut fornicamur: et ideo sicut avari atque raptores servi sunt mammonæ; et sicut gluttones et ebriosi servi sunt ventris atque libidinis; sic omne peccatum dominatur hominibus, probante hoc propheta ac dicente: *Erunt quinque civitates in terra Ægypti, loquentes lingua Chanaan* (Esai. xix, 18), hoc est, quinque sensus carnales, qui miseræ animæ tenebris Ægypti oppressæ loquuntur; Ægyptus enim persequens sive tribulans atque coarctans interpretatur. Nisi ergo aquilonem frigidissimum ventum calore fidei, Christo nos juvante, qui bona et docet et ^e delectatur, vicerimus; statim nobis calorem concupiscentiæ atque libidinis suscitabit. Attenuetur ergo jejuniis caro, et ^f circumcidatur omni concupiscentiæ cultro, nec regnet peccatum in nostro mortali corpore (Rom. vi, 12); ut effugere consortia mundi et opprobria diaboli possimus. Jejunium ergo, contritio atque humiliatio animæ est; afflictio autem corporis.

^a Eadem Rom. edit., *carnis peccati*.

^b Eadem Rom. edit., *per lignum prævaricationis morte damnatum, per passionem, etc.*

^c Rom. edit., *Imago namque Dei excludit, etc.*

^d Eadem Rom. edit., *sternistratores*, emenda e vat. cod. *terni stratores*. Est autem *strator*, is qui principis equum insternit, et consensuro admovet. Nihil autem incommodius Reg. cod. *terni statores*; iidem siquidem *stratores* dicuntur, qui et lictores apparitoresque, a quibus scilicet quispiam sistitur apud iudices.

^e Eadem Rom. edit., *melioribus delectatur*.

^f Eadem Rom. edit., *spirituali circumcidatur omnis concupiscentia cultro*.

^g Eadem Rom. edit., *suasit ad transgressionem*.

CAPUT XVII. — Hæc de imagine Dei, ad quam factus est homo, dicta sufficiant. Nunc autem ad ordinem revertamur. Ex matre ergo virgine natus est inter homines, sine homine patre; quia patrem Deum habebat in cœlis, quem negare non venerat, ut ex alio nasceretur. Propter sententiam ergo Evæ virginis (Gen. iii, 16), quam post peccatum accepit, quæ cum immortalis esset, post transgressionem effecta mortalis est, ipse per Virginem venit: et sicut per virginem mors dominata est; ita per Mariam virginem venit ille, qui mortem vinceret. Occasio mortis ingressa per lignum est, sed morte Domini per lignum exclusa est: mulier de latere viri dormientis producta est (Gen. ii, 22); similiter autem et Ecclesia de latere Christi in cruce per passionem et soporem mortis formata est. Ex latere viri formata est femina; et ideo in latere percultur Dominus, ut pro muliere vir patiatur, ex cujus latere formata est, quæ eum ^g suasit. Sed videamus, quia locus expetit, jam quid hæreticis respondendum sit, qui animam Adæ aut portionem Dei esse volunt, aut ante eum factam, quam ejus corpus de terra fingeretur: quod prorsus alienum a fide catholica, et extraneum est. Scriptum namque est quia *plasmavit Deus hominem ^h de limo terræ, et post plasmationem insufflavit in eo spiritum vitæ; et factus est homo in animam viventem* (Gen. ii, 7; Sap. xv, 11). Quod ita esse Evæ mulieris non edocet exemplum, quæ cum de costa Adæ in mulierem formata esset, postea animam a Deo accepit; quæ creationis forma C usque ad finem mundi in nobis servatur, ⁱ sicut Esaias propheta testatur dicens: *Qui format spiritum hominis in eo; et David: Qui finxit singillatim corda eorum* (Psal. xxxii, 15). Ergo secundum ^j tam evidens exemplum, nec prior est anima corpore, nec antea condita, nec ex Dei substantia, nec in corporeis atque irrationabilibus creaturis, ut hæretici volunt, multo ante jam tempore nescio ubi fuisse conversata, quod unde probent, non habent.

334 CAPUT XVIII. — Quotidie ergo Deus majestatis in plasmatis jam corporibus animas facit, ^k et immittit, sicut Moyses legislator de mulieribus prægnantibus testatur: quæ formatum, aut necdum formatum infantem habent (Exod. xxi, 23 et 24). Quod ita esse comprobatur Dominus dicens: *Pater meus usque modo operatur, et ego ^l operor* (Johan. v, 17). Sicut ergo impium est animam hominis de substantia Dei, vel animam ex anima dici: ita impium

^h Eadem Rom. edit., *pulverem accipiens de terra*.

ⁱ Eadem Rom. edit., *sicut sapiens impium redarguit; Quoniam ignoravit qui finxit se, et qui inspiravit illi animam quæ operatur, qui insufflavit spiritum vitalem. Et David, etc.*

^j Eadem Rom. edit., *juxta testimonia veritatis tam evidentiæ*.

^k Eadem Rom. edit., *Et infundit. Unde Moyses legislator damnat percipientes mulierem in ventre habentem, dicens: Si autem fuerit figuratum dabit animam pro anima, oculum pro oculo*.

^l Eadem Rom. edit., *operor. Non semel ergo inspiravit in faciem hominis spiraculum ritæ, sed quotidie inspirat*.

est dicere quod ante plasmationem corporis facta sit; eam ipse Adam proclamet, dicens: *Hoc nunc os es ossibus meis, et caro de carne mea* (Gen. ii, 23). Aliud ergo est Deus, aliud anima hominis; quia ab eo, non de eo facta est. Deus enim ^a invisibilis est, incorruptibilis, impenetrabilis, incoquinabilis, qui nulla ex parte corrumpi potest, et cui nulla ex parte noceri potest: anima autem hominis, quæ Deus non est, peccati capax est, et in ærumna versatur, et in falsitatem ducitur, tentatur, cæcatur, conturbatur, ^b corrumpitur, captivatur; et ideo virtute indiget liberatoris. Hæc ergo mutatio animæ, hæc varietas ostendit mihi manifeste, quod anima hominis nec Deus, nec de ejus substantia sit; nam si anima hominis substantia Dei est, secundum illos qui hoc dicunt, contristatur substantia Dei, precipitur substantia Dei, cæcatur substantia Dei, ^c corrumpitur substantia Dei, captivatur substantia Dei; et modo judicatur, et in die iudicii carne suscepta cum diabolo in æterno igne ^d damnabitur: quod quam sit impium, qui sanum sapit, intelligit. Clamat ipse Dominus apostolos suos confortans, ac dicit: *Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere; sed eum timeate, qui potest et animam et corpus perdere in gehennam* (Matth. ii, 28). Numquid secundum istos vesanos, ut jam dictum est, portionem aut naturam suam Deus judicabit? Absit. Et ideo in ipsis corporibus, quibus nati sumus, ^e et ex quibus animæ nostræ egressæ mortui sumus, in ipsis post resurrectionem animæ nostræ, Deo jubente, introeunt; et resurgunt, si bona fecerunt, in resurrectionem vitæ ad gloriam regni cælorum percipiendam: si autem mala egerunt, in resurrectionem iudicii et opprobrium et confusionem sempiternam. Quod ita futurum comprobatur beatus Apostolus dicens: *Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut recipiat unusquisque propria corporis sui, prout gessit, sive bonum, sive malum* (II Cor. v, 10). Tunc enim secundum vaticinium Esalæ prophetæ (Esai. xxiv, 2), ^f nulla erit diversitas inter nobilem et ignobilem, ^g sacerdotem et laicum, servum et dominum, ancillam et dominam ejus, divitem et pauperem, ^h feneratorem et eum qui ære premitur alieno, inter ementem et vendentem (Ita Hieron. in eumd. loc. Esai.). Omnes ergo ex æquo stabunt ante tribunal Christi, nec erit personarum acceptio apud Deum. Quod et sanctus Job lisdem propemodum verbis annuntiat dicens: *Parvus et magnus ibi sunt, et servus est liber a Domino suo* (Job iii, 19). Et Salvator in Evangelio, cui omne iudicium propter glorio-

^a Eadem Rom. edit., *impeccabilis est et infallibilis, impassibilis et incoquinabilis.*

^b Eadem Rom. edit., *deest, corrumpitur.*

^c Eadem Rom. edit., *patitur substantia Dei.*

^d Eadem Rom. edit., *poterit damnari.*

^e Eadem Rom. edit., *Et quibus animæ nostræ, Deo jubente, intrant, resurgunt, si bona, etc.*

^f Eadem Rom. edit., *sacerdotem et populum.*

^g Eadem Rom. edit., *feneratorem et fenus accipientem.*

^h Eadem Rom. edit., *sacramentum se vergens al-*

sam passionem hominis suscepti traditum est, pleno sermone testatur dicens: *Cum enim venerit Filius hominis cum Angelis sanctis in majestate Patris sui, tunc reddet unicuique secundum opera ejus* (Matth. xxv, 31). Hæc omnia ergo futura sunt; quia quod futurum est, per prophetas Dominus est locutus, qui dicit: *Ego visiones multiplicavi, et in manu prophetarum assimilatus sum* (Osee xii, 10).

CAPUT XIX.— Ad quod incarnationis ^h secretum supra scriptus propheta miratur ac dicit: *O custos quid de nocte? quid de nocte custos? Secretum meum mihi, secretum meum mihi.* ⁱ *Væ mihi. Cum, inquit propheta, hæc audissem* (Esai. xxi, 11; Esai. xxiv, 16); quod videlicet Deus majestatis carnem esset induturus et vaticinium in eum explendum esse prospicerem: locutus sum mihi interno cordis affectu; quia non possum cuncta narrare, quæ cerno: hæret lingua faucibus meis, vox dolore ac pavore concluditur; quod tanta mysteria ante oculos versantur meos. Video enim præsentia, quæ futura sunt: intelligo quod custos Samaritanus i ille est ejus, qui de Hierusalem descendens in Hiericho, incidit in latrones. (Luc. x, 35). Iste est custos, **335** cui beatus Job dixit (Job. vii, 20): *O custos hominum, quare possidisti me? contrarium tibi, et factus sum mihi metipsum gravis? Cur non tollis peccatum meum, et quare non auferis iniquitatem meam?* Iste est custos qui dicit: ^j *Super custodiam meam ego sum jugiter, tot diebus et noctibus stans* (Esai. xxi, 8); et de quo Propheta dicit: *Ecce non dormitabit, neque obdormiet, qui custodit Israel* (Psal. cxx, 4). Propter hæc ergo vocabula, prophetæ, et quia commutantur sæpius personæ in eis plurimæ ac parabolæ, obscuri sunt. Sed nunc jam ad ordinem revertamur.

CAPUT XX.— Solent igitur nobis hæretici, qui carnis negant resurrectionem, illud beati Apostoli testimonium opponere, quo dicit: *Caro et sanguis regnum Dei non possidebunt* (I Cor. xv, 50); reticentes illud callide, quod sequitur. Cum enim dixisset: *Caro et sanguis regnum Dei non possidebunt, sequitur ac dicit: Nec corruptio incorruptelam possidebit* (Ibidem). Hæc ergo dicta sunt, non quo dispereat natura corporum sanctorum nostrorum, sed quo corruptivum hoc induat incorruptionem, sicut idem comprobatur Apostolus dicens: *Sic et resurrectio mortuorum; seminatur in corruptione, surget in incorruptione: seminatur in ignobilitate, surget in gloria: seminatur in infirmitate, surget in virtute: seminatur corpus animale; surget corpus spirituale* (Ibidem, 42 et seq.). Isti sunt enim quatuor ordines resurrectionis, qui in

ter propheta.

ⁱ Eadem Rom. edit., *quasi diceret: cum propheta hæc audirem, quod videlicet, etc.*

^j Eadem Rom. edit., *ille est, qui hominis illius curam egit, qui, etc.*

^k Rom. edit., *contrarium tuum? sum autem in te onus? Et cur non fecisti iniquitatis meæ oblivionem, et purificationem peccati mei?*

^l Eadem Rom. edit., *steti per totum diem, et super castra steti tota nocte.*

virga illa sacerdotali, quæ in tabernaculo Domini floruit, præfigurabantur (*Num. xvii, 8; Levit. xxvi, 19*). Sic ergo accipiendum est: *Caro et sanguis regnum Dei non possidebunt*, quomodo illud, quod comminatur Deus populo peccatori, dicens: *Ponam cælum, quod super vos est, æneum; et terram, quam calcatis, ferream*: non quod elementorum natura mutetur, sed quod per æs et ferrum pœnarum magnitudo monstretur. Veram ergo resurrectionem futuram in semetipso nobis Dominus Christus manifestavit, qui post tertiam diei resurrectionem typos clavorem et lanceæ vulnus discipulis dubitantibus demonstravit (*Luc. xxiv, 40*).

CAPUT XXI. — Non ergo contemnamus carnem nostram male et luxuriose vivendo, in qua Dominus Christus et natus et passus est, et resurrexit: non despiciamus lutum carnis nostræ, quod in Domini Christi deitate, quæ ignis est, excocium in testam purissimam regnat in cælis. Quærendum sane est, cur Apostolus dixerit: *Etenim Deus noster ignis consumens est* (*Hebr. xii, 29*): Deus enim noster, qui ignis vivus, divinus et æternus est, non istas materias corporales, sed conscientias peccatorum consumit, et in sui charitate corda nostra succendit. Et ideo Angeli qui pleni sunt charitate, et ipsi ignis appellantur (*Psal. ciii, 4*). Sed et sancti quique, qui illo igne secensi sunt, de quo Dominus ait: *Ignem veni mittere in terram, et quam volo ut accendantur* (*Luc. xii, 49*)! et iterum: *Sint lumina vestri præcæneti, et lucernæ ardentes in manibus vestris* (*Ibidem 35*). De quo et Apostolus ait: *Spiritu ferventes, Domino servientes* (*Rom. xii, 11*). Ergo divinus sermo ignitus est et fervens. Quod ipse Dominus comprobat dicens ad Hieremiam prophetam: *Ecco dedi verba mea in ore tuo sicut ignem* (*Jer. v, 14*); quem ignem intra se ipse propheta exæstuantem declarat dicens: *Factumque est in corde meo quasi ignis exæstivans* (*Ibid. xx, 9*). Quod ergo dictum est: *Deus noster ignis consumens est*, ita dictum est, non quo Deus qui spiritus est, ignis sit; sed quo justos illuminet, sustinentibus vero pœnam ignis esse videatur. Hæc de eo quod dictum est: *Deus noster ignis consumens est*. Nunc ad ordinem revertamur.

CAPUT XXII. — Quomodo ergo resurrectio carnis negatur, cum multo ante per prophetam ex persona sua Dominus Christus dixerit: *Caro mea requiescit in spe* (*Psal. xv, 9*); et in alio loco: *Caro ejus non videbit corruptionem* (*Act. ii, 31*); et iterum: *Sepultura ejus sublata est*: et iterum: *Et videbit omnia caro salutem Dei*; et iterum: *Veniet omnis caro, quæ adoraturæ est in*

aspectu Domini (*Eccl. lxix, 25; I Tim. ii, 8*), id est, aut in Hierusalem cælesti, aut in omni loco, ubi corruerit, aut sepulta fuerit, secundum illud Apostoli: *Volo viros orare in omni loco, levantes manus mundas*; si enim sol, qui creatura est, cui præcipitur ut oriatur, in omni orbe terrarum videtur, ac radios suos extendit; quanto magis creator et omnipotens Deus in omni credendus est consistere loco! Cui Propheta dicit: *Quo ibo a facie tua? Si descendero in infernum, ades* (*Psal. cxxxviii, 7 et 8*); et cætera. Si ergo omnis caro adoraturæ est Dominum, et e contrario eadem vera virorem, qui prævaricati sunt in Deum, æternis tradentur ardoribus; in utramque partem vera carnis erit resurrectio. Et ideo nec ad dexteram, nec ad sinistram ab hæc sancta et catholica fide declinandam nobis est, id est, ut nec judaicam, nec hæreticam errorum sequamur; quorum alii qui carnales sunt, solas diligunt carnes: alii ingrati beneficiorum Dei habere detrectant, quod Dominus Jesus Christus et natus habuit, et resurgens possidet in æternum. Hæc est enim vera resurrectio, quæ sic gloriam carni tribuit, ut non auferat veritatem, sicut jam dictum est, dicit Apostolus: *Corruptibile hoc induet incorruptionem, et mortale hoc induet immortalitatem*; et iterum: *Nolumus igitur spoliari, subaudi carne: sed superindui cupientes gloriam, quæ de cælo est*; et iterum: *Ut vestiti et non nudi inveniamur, ut devoretur, quod mortale est, a vita* (*I Cor. xv, 55; II Cor. v, 2, 5*). Nemo ergo superinduitur, nisi qui ante vestitus est; sicut et Dominus noster, qui in monte transfiguratus est in gloriam, tunc quando Moysen et Eliam ad testimonium exhibuit suum (*Matt. xvii, 3*); cujus non solum vestimenta, sed et facies fulgebant ut sol; ubi autem facies nominatur, æstimo quod et cætera membra conspecta sint.

CAPUT XXIII. — Ad hanc igitur clarificationem, justis omnes in resurrectione transformabuntur, probante hoc Joanne Evangelista ac dicente: *Charissimi, illi Dei sumus, et nondum apparuit quid erimus. Scimus quia cum apparuerit, similes ei erimus* (*I John. iii, 2*). Et justus dicit: *Ego autem cum justitia apparebo in conspectu tuo: satiabor, dum manifestabitur mihi gloria tua* (*Psal. xvi, 15*). Resurgent ergo corpora nostra in æternum aut ad gloriam aut pœnam mansura (*Dan. xii, 2*). Cujus testes sunt Elias et Henoc, qui per tot series annorum ita usque ad secundum adventum Domini Christi permanent. Quod ita esse comprobat beatus Job dicens: *Scio quia Redemptor meus vivit, et in novissimo die de terra surrecturus sum; et rursus circumdabor pelle mea, et in carne mea videbo*

^a Eadem Rom. edit., et quid volo, nisi ut accendantur.

^b Eadem Rom. edit., factum est, inquit, quasi ignis ardens, comburens in ossibus meis.

^c Eadem Rom. edit., Erit in pace sepultura ejus, ablata est de medio.

^d Eadem Rom. edit., ut adoret in conspectu meo in Hierusalem, hoc est, in cælo, etc.

^e Eadem Rom. edit., omnem credendus est penetrare

et implere locum.

^f Eadem Rom. edit., quæ de Deo est.

^g Eadem Rom. edit., Scio quod æternus est, qui solvere me debet, super terram suscitare pellem meam, quæ tolerat hæc. A Domino enim hæc mihi confecta sunt, quæ ego comesci sum, quæ oculus meus vidit, et non alius, omni autem mihi consummata sunt in sinu meo.

Deum. Reposita est hæc spes mea in sinu meo (Job xix, 25 et seq.). Erubescant ergo hæretici, qui aerium aut phantasticum corpus aut Domini fuisse, aut nostrum futurum esse, aut metempsychosin mentiuntur.

CAPUT XXIV. — Satis re vera impium est et injustum, ut Job, qui oculis suis vulnera conspexit sua, et putredines ac vermes corporis sui manibus palpavit suis (*Job. vii, 5*), in aliam datur aut carnem aut animam resurgere. Quod ergo de beato Job diximus, hoc de Petro, hoc de Paulo, et de omnibus sanctis, qui diversis pro Deo tormentis animas posuerunt. Quæritur sane illusorie a nobis ab hæreticis, utrum in resurrectione diversitas sexus sit, id est ^a et feminæ cum viris resurgant, ^b ignorantis cæci sententiam Domini dicentis: *Regina austri surget in iudicio cum viris generationis hujus, et condemnabit eos (Luc. xi, 31).* ^c Ubi ergo vera caro, ibi diversitas sexus est; et ubi diversitas sexus, ibi Joannes Joannes est, et Maria Maria est. Vera ergo carnis resurrectio sine operibus carnis erit; quia sicut veritas ait: *Neque nubent, neque uxores accipient, sed erunt sicut Angeli in celo (Matth. xxii, 30).* Similitudo ergo nobis angelica promittitur, non substantia carnis negatur; quando enim dicitur: *Neque nubent, neque nubentur*; de his dicitur, qui possunt nubere, et tamen non nubent. Si enim hic in ista ^d vita, quæ tentatio est super terram, multi propter regnum cælorum semetipsos castrantes, non nubunt; et non solum viri, sed etiam feminæ, hoc, Christo juvante, faciunt: ^e quanto magis hoc in illa beata vita non dicamur fieri, sed nec cogitare licebit! Catholicum ergo et rectum est utrumque sexum in carnis resurrectione sine sexus operibus consistere: cum, ut jam dictum est, adhuc in hac vita positi nitamur cum Dei adiutorio opera carnis, quæ contra spiritum concupiscit, non implere; probante hoc Apostolo, ac dicente: *Vos in carne non estis, sed in spiritu (Rom. viii, 9);* ^f negando enim eos in carne, quos in carne esse constabat, non carnis substantiam, sed **337** peccata, id est, opera carnis in eis damnavit; et iterum: *Ut absorbeat quod mortale est, a vita (II Cor. v, 4);* quia licet exterior homo noster corrumpitur, ^g sed renovatur interior: quod tamen non solum in regno cælorum et baptis-

^a Eadem Rom. edit., *an feminæ a viris distinctæ D* resurgant.

^b Eadem Rom. edit., *Ignorant perditii, non vident cæci.*

^c Eadem Rom. edit., *Ergo ibi erit diversitas sexus. Nec mirum, quia ubi vera caro, ibi distinctio membrorum et personarum. Ubi vero talis distinctio, ibi procul dubio Joannes.*

^d Eadem Rom. edit., *miserabili vita, quæ pirate- rium est.*

^e Eadem Rom. edit., *quanto minus talia hæc in illa beata vita nedum fieri, sed, etc.*

^f Eadem Rom. edit., *Et iterum: Ergo, fratres debitorum sumus non carni, ut secundum carnem vivamus; negando enim, etc.*

^g Rom. edit., *interior tamen de die in diem renova- tur.*

^h Eadem Rom. edit., *et in mensuram plenitudinis ejus resurgemus.*

mate, sed etiam in pœnitentibus quotidie fieri nove- rimus, in quibus carnis interitus ad profectum cedit spiritualem. Cui ergo nec opera carnis erunt, nec augmenta membrorum, nec capillus crescit aut unguis: quia omnes in virum perfectum, qui Christus est, ^h resurgemus (*Ephes. iv, 13*). Si enim Patribus in eremo quadraginta annis non capilli, non unguis creverunt, aut vestimenta aut calceamenta attrita sunt (*Deut. xxix, 5*); hoc in regno cælorum, ubi aufugiet dolor, et gemitus, et tristitia, ⁱ quæri quam impium sit, sapiens lector intelligit.

CAPUT XXV. — Sed contra hanc tam veram, tam firmam doctrinam, et tam clara documenta et omni vir- tute subnixâ, solent nobis hæretici illud Apostoli op- ponere (*Tertul. l. de Resurr. c. 52*), quod ait: *Non omnis caro eadem caro, sed alia caro hominis, alia pecoris, alia volucrum (I Cor. xv, 39)*, et cætera; ^l non intel- ligentes miseri beatum Apostolum corporis hoc ho- nore, non generis differentia dixisse. *Alia est ergo caro hominis, id est, servi Dei, alia pecoris, id est, eth- nici, et peccatoris, atque hæretici, qui cum in homore esset, sanguine Christi redemptus atque honoratus, non intellexit, sed comparatus est jumentis insipienti- bus, et similis factus est illis (Psal. xlviii, 13).* *Alia vo- lucrum, id est, martyrum, qui ad cœlestia pennis Spiritus sancti subvecti conscendunt. Alia piscium, id est, ^k qui post salvatoris baptismi aquam assu- muntur. Alia gloria solis, id est, Christi: alia gloria lunæ, id est, Ecclesiæ; et alia gloria stellarum, id est, seminis Abrahamæ, et eorum qui se per fidem, et opera bona ^l filios ejus ostendunt; stella enim ab stella dif- fert ^m in gloria (I Cor. xv, 41)*, id est, apostoli et pro- pheta: illi, qui cupierunt videre et audire Christam: isti autem qui viderunt et audierunt eam, ⁿ et cor- pora cœlestia, et corpora terrestria, id est, christia- norum et Judæorum. Postremo autem, ut omnium resurrectionem ostenderet, sic conclusit sententiam suam, dicens: *sic et resurrectio mortuorum (Ibidem 42).* Quod ^o ut ita possit intelligi, nostræ conditionis, quæ in hoc sæculo fit, ponamus exempla. Infans enim cum in puerum creverit, puer vero in juvenem, ju- venis autem in virum, et vir in senem, nequaquam per singulas ætates perit, sed semper idem est, qui fuit. ^p Paulatim ergo hic ætas, non autem natura

ⁱ Eadem Rom. edit., *hujusmodi quærentur? Hoc quam impium sit, fidelis quisque intelligit.*

^j Eadem Rom. edit., *quæ ibi sequuntur, non intel- ligentes homines perditii beatum Apostolum de corporis humani dignitate in resurrectione, non de carnis diffe- rentia, etc.*

^k Eadem Rom. edit., *qui per salutaris baptismi aquam ad cœlestem vitam assumuntur.*

^l Eadem Rom. edit., *in filios ejus coopantur.*

^m Eadem Rom. edit., *in claritate, ut apostoli a pro- phetis. Isti quia cupierunt, etc.*

ⁿ Eadem Rom. edit., *sunt denique, inquit, et cor- pora cœlestia, id est, christianorum, et terrestria Ju- dæorum.*

^o Eadem Rom. edit., *ut facilius possit intelligi, nostræ transmutationis, quæ, etc.*

^p Eadem Rom. edit., *ætas enim in his transmuta- tionibus variatur, non, etc.*

perit. In illa autem Hierusalem cœlesti, ubi sol iste ac luna septuplum lucebunt, diversitates non erunt ætatum; ibi enim nec infans, nec senex, nec parvus erit, qui non impleat dies suos, utpote filius resurrectionis, et in mensuram perveniat ætatis plenitudinis Christi, ut nec desint alicui annorum spatia, nec supersint. In illo ^a ergo tempore, cum ætas fuerit una cunctorum, et sanctus et peccator erunt simili resurrectione perfecti, nec inter se variabunt tempore: sed alius ad præmia æterna, et in centuplum bona recipienda, alius ad supplicia pertrahitur æterna. Cum ergo in genere humano aliter et aliter nascentur homines, in carnis resurrectione una omnibus et similis erit ^b resurrectio; aliter enim Adam, aliter Eva, aliter Cain et Abel, et omnes homines nati sunt atque nascuntur: aliter autem homo Christus Jesus, qui est mediator Dei et hominum, natus est (*Gen. ii, 22; iv, 4; I Tim. ii, 5*). Licet ergo diversis exordiis homo nascatur, una tamen hominis natura non differt resurrectione carnis omniumque membrorum: ^c quæ omnia membra una Domini sententia declarantur, cum de illo homine loqueretur, qui non habuit vestem nuptialem ^d (*Matth. xxii, 11*), nec servavit illud mandatum: *Omni tempore munda sint vestimenta tua*; quem manibus pedibusque constringi jussit et auferri, ne recumberet in convivio, ne sederet in solio, ne staret ad dexteram Dei: sed mitti in gehennam ignis, ubi est fletus oculorum, et stridor dentium (*Conf. Tertull. l. de Resurr. Carn. cap. 35*).

CAPUT XXVI.—Porro de capillis nostris dubitare satis impium est, quos **338** Dominus dinumeratos esse signavit (*Matth. x, 30*). Frustra ergo numerati sunt si aliquando perituri sunt: sed non pereunt, quia in similitudinem Domini Christi cum omnibus membris resurrecturi sumus. Si enim in istum ignem temporalem, qui omne quod accipit, absument, omnipotens Deus potentiam suam in tribus pueris ostendit, qui in camino ignis ardentis capillos eorum intactos reservavit (*Dan. iii, 50*); in resurrectione capillos nostros non resuscitabit? Resuscitabit plane sine aliquo augmento vel detrimento. Nulla ergo in resurrectione mortuorum varietas ^e aut differentia erit, sicut nunc fragilis in nobis est carnis infirmitas, quæ sui oneris mole deprimitur, ^f quæ fucatur, fœdatur, cæcatur, injuriatur, vulneratur, sanatur, moritur, corrumpitur, et in terram ac pulverem revocatur; ^g et tamen post hæc omnia in die judicii in simplicis gloria primi Adæ atque secundi reformabitur. Vera ergo in carne resurrectio mortuorum, atque diversitas sexus erit sine opere carnis et

A sanguinis: *Veniet, ait Dominus, hora, in qua omnes qui in monumentis sunt, audient vocem Filii Dei, et procedent* (*Joan. v, 28 et 29*). Audient ergo auribus, et procedent pedibus, sicut Lazarus, et omnes quos Salvator suscitavit (*Joan. xi, 44*). ipsi ergo procedent de monumentis, qui in monumentis illati fuerant. Veniet ergo omnis caro non solum de terra, sed etiam de mari, et de fluminibus; ut videant salutare Dei (*Tertull. l. de Resurr. Carn. cap. 31*). Mandabit enim ^h piscibus ac fluminibus maris, et bestiis terræ, et volatilibus cœli; et eructabunt ossa et carnes omnium mortuorum; ut resurgant, alii in vitam æternam, alii in opprobrium et confusionem sempiternam. Tunc videbunt justi impiorum pœnas atque cruciatus; quoniam *vermis eorum non morietur et ignis eorum non exstinguetur, et erunt in aspectu omni carni* (*Esai. lxvi, 24*). Quia ergo verissime hanc habemus spem sicut, exhibuimus membra nostra famulari immunditiæ, et iniquitati ad iniquitatem (*Rom. vi, 13*); ita exhibeamus ea famulari justitiæ in sanctificationem vitæ: ut resurgentes a mortuis, ⁱ in novitate vitæ ambulemus, ut vita nominis Jesu manifestetur in carne nostra mortali propter Spiritum ejus habitantem in nobis (*II Cor. iii, 18*). Justum ergo est, et vere justum, ut qui semper mortificationem Christi in corpore nostro circumtulimus (*II Cor. iv, 12*), vita quoque ejus in corpore nostro manifestetur. *Spoliantes ergo nos, sicut dicit Apostolus* (*Coloss. iii, 9*), *veterem hominem cum actibus suis, erroris tunicam ac i peccati non requiramus; ut novam, qui Christus est, k induamus* (*Ephes. iv, 24*), imitantes sponsam ejus dicentem nocte: *Exi me tunicam meam, quomodo induar illam? Lavi pedes meos, quomodo inquabo illos* (*Cant. v, 3*)?

CAPUT XXVII.—¹ Hanc ergo majestatis ac potentiae artem, id est, resurrectionem figulus ille facit, qui per Hiereniam prophetam ad populum loquitur peccatorem, dicens: *Numquid sicut figulus, iste non potero ^m vos reformare ac redintegrare domus Israel* (*Jerem. xviii, 6*)? Qui etiam hanc mirabilem majestatis suæ ⁿ operam in manu Moysi ostendit (*Exod. iv, 6 et 7*), quam in candore mutatum deinceps coloris pristino restituit. Sed et ipsum resurrectionis vocabulum aperte significat, non aliud mori, et aliud resuscitari. Quod ergo in homine moritur, hoc et ^D vivificatur. Ita ergo secundum resurrectionem mortuorum ^o nec cum errat, ignorat. Vulneratus denique ^p ille teneris Hiericuntinus (*Luc. x, 34*) totus refertur ad stabulum, et delictorum plagæ per *imaginem a claritate in claritatem transformemur.*

^a Eadem Rom. edit., *ergo die.... nec inter se variabunt tempore, nec ætate.*

^b Eadem Rom. edit., *naturæ resumptio.*

^c Eadem Rom. edit., *nam omnis caro, omniaque membra eadem unaque fore.*

^d Eadem Rom. edit., *nuptialem, quæ una erat, etc.*

^e Eadem Rom. edit., *aut deperditio erit.*

^f Reg. cod., *quæ fugatur, sedatur.*

^g Rom. edit., *sed in die judicii in simplici natura primi Adæ, atque in secundi gloria reformabitur.*

^h Eadem Rom. edit., *piscibus maris et fluminum.*

ⁱ Eadem Rom. edit., *ut, et in novitate vitæ ambulantes, vita.... in nobis, et resurgentes a mortuis, in ejus*

^j Eadem Rom. edit., *peccati pallium.*

^k Eadem Rom. edit., *induamus hominem.*

^l Eadem Rom. edit., *Hoc ergo... opificium.*

^m Eadem Rom. edit., *facere vos, domus Israel, dicit Dominus.*

ⁿ Eadem Rom. edit., *potentiam.... quandoquidem in lepræ candorem confestim illam mutavit: mox coloris, etc.*

^o Eadem Rom. edit., *id quod erat, resurgit.*

^p Eadem Rom. edit., *Hiericuntinus ille continuo fertur ad stabulum.... per Samaritani illius gratiam miserentis.... insperata pendebat.*

serentis gratiam immortalitate sanantur. Prophetia ergo, quæ pendeat vere in Domini Christi carne completa est, quam Spiritus sanctus nos cupiens edocere locutus est; ait enim: *Quæ est ista, quæ ascendit dealbata, innitens supra fratrualem suam, et delictis affluens?* Et iterum: *Fratruelis meus candidus et rubicundus* (Cant. viii, 5; v, 10). Rubicundus igitur ex incarnatione, candidus autem ex divinitate. Quod ita esse comprobatur beatus Joannes Evangelista, eum dicit quia equus super quem sedebat Dominus, rubeus erat (Apoc. vi, 4), corpus scilicet sanctum, quod ex sancta Virgine assumpsit. Cui in **339** cœlis ascendit dicitur: *Quis est iste, qui venit de Edom tinctis vestibus^a de Bosra*; et: *Quare rubrum est vestimentum tuum et indumenta tua quasi calcantium in torculari* (Esaï. lxiii, 1, 2)? et est sensus: Quis est iste, qui ascendit e terra, cujus vestimenta sanguine sunt aspersa? Illud autem quod in Zacharia propheta dicitur (Zach. i, 8), quia sequebantur eum equi variorum colorum, id est, qui vel in martyrio rubri, vel sturnini in volatu, id est varii in virtutibus, vel candidi in virginitate monstrantur. Quod autem equus iste rufus, albus denuo a sancto Joanne describitur (Apoc. xix, 11),^b divinitas, immortalitas et incorruptio ejus ostenditur. Et ideo omnes, qui eum sequuntur, candidis non solum utuntur vestibus, sed etiam equis sedent (Ibidem, 14), incorruptis videlicet et immortalibus corporibus. Et ideo hunc omnes sancti, ipso juvante, imitantur; quia vestimenta sua non coluquant, ac virgines, gratia ipsius donante, permanent. Et ideo in albis vestibus, ut dictum est, erunt sequentes agnum^c, qui tulit peccatum mundi.

CAPUT XXVIII. — Totum ergo hominem, sicut dictum est, Filius Dei suscepit ex Virgine, totum integrum resuscitabit, id est, animam et corpus, adimplens sententiam suam, qua ait: *Omne quod dedit mihi Pater, non perdam ex eo quidquam; sed ego resuscitabo illud in novissimo die* (Joan. vi, 39): quod dictum tam de se quam de membris suis Dominum Christum dixisse intelligimus, qui suo et membrorum suorum ore in omnibus sanctis loquitur libris. Clamat ergo ad Deum et caput in corpore, et corpus in capite, hoc est, et Ecclesia in Christo, et Christus in Ecclesia; quia in nullo membra a capite, neque caput separatur a membris. Tunc ergo videbunt eum adversarii ejus, qui eum compunxerunt, et clamaverunt: *Tolle, tolle, crucifige eum* (Joan. xix, 15). Tunc Angelorum vaticinium comprobabitur, qui stupentibus apostolis dixerunt: *Viri Galilæi, quid statis aspicientes in cœlum? Sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in cœlum* (Act. i, 11). Et sane hoc quærendum est, utrum post resurrectionem comessuri sumus (Tertul. de Resur. Carn. cap. 60), ac

^a Rom. edit., *fulvor vestium de Bosra? et: Quare tua rubra vestimenta, et indumenta tua quasi calcanti torcularis?*

^b Eadem Rom. edit., *divinitatis immortalitas.*

^c Eadem Rom. edit., *quocumque lerit.*

^d Eadem Rom. edit., *panem meum.*

bibituri in regno cœlorum, sicut et Dominus post resurrectionem, ut verum corpus ostenderet, comedit ac bibit, ac sicut Lazarus (Joan. xi, 44), et ceteri quos suscitavit. Comedit ergo Dominus, ut veritatem corporis ostenderet (Luc. xxiv, 43), et dubitantes apostolos confirmaret, qui eum spiritum ac phantasma putabant; comedit favum, ut prophetiam impleret, quæ ex persona ejus loquitur dicens: *comedi^d favum cum melle meo; comedite, amici, et inebriamini, vicini* (Cant. v, 1). Ob hanc ergo prophetiam, et verum corpus manifestandum post resurrectionem comedit Dominus ac bibit, probante hoc beato Petro apostolo, ac dicente: *Nobis autem manifestatus est, qui manducavimus, ac bibimus cum eo, postquam resurrexit a mortuis* (Act. x, 40 et 41). Nobis ergo post resurrectionem cibus Verbi, et visio Dei, et laudes ejus, et alleluia erunt, et illa quæ nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ præparavit Deus diligentibus se (I Cor. ii, 9). Non ergo post resurrectionem manducandum nobis ac bibendum est nec incorrupta et immortalia corpora alimentis sustentanda terrenis sunt; alioquin ubi cibi, sequuntur et morbi, et cetera, quæ in hoc sæculo perpetimur.

CAPUT XXIX. — Sicut ergo veram carnem Dominus suscepit, et vere passus est, et vere resurrexit, et vere post resurrectionem manus et latus ostendit discipulis (Joan. xx, 14; Luc. xxiv, 40); ita et vere manducavit, vere pedibus ambulavit, et vera lingua cum omnibus apostolis, et cum^e Cleopha locutus est, et vero cubitu cum eis in cœna discubuit, et veris manibus accepit panem et benedixit ac fregit et porrexit illis. Quod autem ex oculis eorum repente evanuit, divinæ virtutis fuit, non umbræ aut phantasmatis: alioquin et ante passionem cum tenuissent, et edulissent eum de Nazareth, ut præcipitarent eum de supercilio montis (Luc. iv, 29) super quem civitas eorum posita erat; ^f transiit per medium eorum, id est, lapsus est de manibus eorum. Aut numquid carnem non habuit, qui flagellum de fune fecit, ^h et omnes inimicos ac persecutores suos de templo eliminavit (Joan. ii, 15; Joan. xx, 26)? ubi omnis divinitatis ejus potentia claruit. Illud autem quod post resurrectionem **340** ad discipulos clausis ingressus est januis, ejusdem virtutis fuit, cujus et ex oculis evanescere. Dicunt enim homines sæculi istius quod Apollonius magus, cum ante Domitianum imperatorem in consistorio staret, repente non comparuisset (Philost. Lemn. Hb. viii, cap. 2; Lactan. de Instit. l. v, c. 5). Hæc tamen nos diximus, non quo magum dæmona repletum Domino Christo comparemus, sed ut hæreticorum insaniam confutaremus. Quod ergo mago licet, si tamen verum est, Domino non licet? Lynceus, ut fabulae ferunt, videbat trans parietem (Plin. l. viii Nat.

^d Eadem Rom. edit., *Hunc suscitavit a mortuis, etc.*

^e Eadem Rom. edit., *Cleopha et Anan.*

^f Eadem Rom. edit., *dubium erit quod transiit.*

^h Eadem Rom. edit., *et peccatores ejus inimicos ad unum... ubi omnibus divinitatis, etc.*

Hier., cap. 8) : Dominus clausis ostiis, nisi phantasma fuerit, intrare non poterat (*Math.* xiv, 29) ? qui certe et ante resurrectionem pendulo super mare ambulavit incesu, et hoc ipsum apostolo prebuit Petro, qui cum a fide super aquas ambularet, infidelitate postea mergi cepit, nisi eum citius dextera Domini continuisset (*Hieron. in Isai. sub fin. Item in cap. 24 Math.*). Aquilæ et vultures transmarina sentiunt cadavera : Salvator apostolos suos, nisi ostia aperuerit, non videbit ? ad postremum, dicas velim, mihi quid majus sit, tantam terræ magnitudinem b tribus appendere digitis (*Esai.* xl, 12), et super aquas incertas librari ; an Deum per clausam creaturam transire ? Creatori quod majus est tribuis, et quod minus c calumniaris. Petrus apostolus, ut jam dictum est, super aquas ambulavit (*Math.* xiv, 26), et gravi et solido corpori mollis unda, nisi paululum dubitasset, non cesserat : et tu Deum calumniaris, quare clausis ingressus sit ostiis ? Paululum ergo fides Petri dubitavit, et statim naturam suam corpus agnovit ; ut nos sciremus super aquas d non corpus ambulasse, sed fidem.

CAPUT XXX. — Noli ad iudicium tuum potentiam Domini magorum præstigiis aut æquare aut inferiorem facere ; ut videatur fuisse quod non fuit, ut putetur comedisse sine dentibus, fregisse panem sine manibus, ambulasse sine pedibus, locutus fuisse sine lingua, aut capite, latus monstrasse sine corpore. Et quomodo, inquit, non cognoscebat eum in itinere si ipsum habebat corpus, quod ante habuit ? Erras enim et multum erras, qui non audis Evangelistam dicentem : *Qui oculi eorum tenebantur, ne eum agnoscerent ; et paulo post : Aperti sunt, inquit, oculi eorum, et cognoverunt eum* (*Luc.* xxiv, 16, 31). Numquid in tantum desipies, ut eum alium fuisse dicas, quando cognoscebatur ; et alium quando non cognoscebatur ? Et certe unus atque idem erat. Cognoscere ergo et non cognoscere vidantium oculis fuit, non ejus qui videbatur, ut vaticinium sancti Hieremias completeretur, quo ait : *Quare sicut colonus futurus est in terra, et sicut vir declinans ad manendum* (*Jerem.* xiv, 8) ? Denique ut scias errorem, qui versabatur in medio, non corporis Domini, sed orulorum fuisse clausorum : *Aperti sunt oculi eorum* (*Joan.* xi, 16), et mox cognoverunt eum. Nam et Maria Magdalene quamdiu vivam quærebat inter mortuos, non cognoscebat Jesum ; at ubi eum f agnovit, mox Dominum constitetur. In navi etiam una omnibus discipulis positus, Jesus stabat in littore

a Eadem Rom. edit., *fidei firmitate super aquas ambulare cepit, ita eadem mox labente mergi cepit, et mergi potuisset, nisi, etc.*

b Eadem Rom. edit., *pugillo appendere, et cælum palmo, et aquas manu et rupes statera metiri ; an Deum, etc.*

c Eadem Rom. edit., *infictiis.*

d Eadem Rom. edit., *non pondere corpus.*

e Desunt in Rom. edit., *Quare factus es sicut advena in terra, et quasi indigena divertens ad diversorium ?*

f Eadem Rom. edit., *inter vivos agnovit, illico, etc.*

g Eadem Rom. edit., *Et nemo discumbentium au-*

debat eum interrogare : *Tu quis es* (*Joan.* xxi, 7) ; cæteris autem non cognoscentibus eum, Joannes prior agnovit, et dixit : *Dominus est.* Decebat revera, et satis congruum erat, ut virginitas virginalis prius agnosceret corpus. Idem ergo erat, et non idem ab omnibus videbatur.

CAPUT XXXI. — Statimque subjungens Evangelista, dicit : *Et nemo audebat eum amplius interrogare : Tu quis es* (*Joan.* xxi, 12) ? Quia vescentes pariter ac bibentes cum eo, hominem verum ac Deum videbant ; non tamen quod alter Deus, alter homo esset : sed unus atque idem esset Filius Dei et Filius hominis ; cognoscebatur enim ut homo, adorabatur ut Deus, complens illud, quod eis ipse Dominus imprecatus fuerat, dicens ad Patrem : *Hæc est autem vita æterna, ut cognoscant te unum et verum Deum, et quem misisti, Jesum Christum* (*Joan.* xvii, 3). Dignum ergo est, et satis dignum, ut caro hominis cælis inferretur, cujus habitator Deus esse dignatus est : nec potest videri hominem contra meritum factum esse incolam cæll, h cujus vaginam non est dedignatus Spiritus, qui Deus est. Justum ergo fuit ut corpus, in quo Deus habitando terram visitare dignatus est, per quod particeps nostri factus est, ad immortalitatem perduceret, et in cælestibus collocaret. Ubi ergo Dei habitatio esse debuit, nisi in regno 341 Dei ? ubi autem regnum Dei, nisi in cælis ubi et nos omnes, ipso donante atque juvante, tunc futuri sumus, *quando corruptivum hoc induerit incorruptionem, et mortale hoc induerit immortalitatem* (*I Cor.* xv, 53) ; ut omnis caro videat salutarem Dei (*Esai.* xl, 5), et agnoscat quod redemptor atque salvator ille sit, qui luctatus est cum Jacob (*Gen.* xxxii, 24), qui virtus et auxiliator fuit ipsi Jacob, qui in passione voluntaria i superatus, quod illa lucta præfigurabat, crucifigentes se benediceret, atque pro eis oraret, dicens : *Pater, ignosce eis, non enim sciunt quid faciunt* (*Luc.* xxiii, 34), confirmans et illud, quod per David ante prædixerat : *¶ Dum appropinquarent mihi, qui edebant carnes meas, ego autem orabam* (*Psal.* cviii, 4). Caro ergo Verbi, non Verbum editur : caro, non Deus, qui spiritus est, comeditur. Vos me, ait, persequentes flagellastis, vos faciem meam conspuistis, vos me crucifixistis : ego vos tamen ad penitentiam provoeco : *¶ Nolo enim mortem peccatoris, sed tantum ut revertatur, et vivat* (*Ezech.* xviii, 32). Quod ita esse comprobatur beatus Apostolus dicens : *Et vos cum essetis aliquando alienati et inimici sensu carnis vestræ in operibus malis, reconciliavit vos in corpore carnis suæ per mortem* i (*Coloss.* i, 21 et 22).

debat eum interrogare : *Tu quis es ? scientes quod Dominus est, hoc est, quia, etc.*

h Eadem Rom. edit., *cujus regionem, Deus est, habitare.*

i Rom. edit., *superatus in illa lucta, præfigurabat quod crucifigentes se benediceret, etc.*

j Eadem Rom. edit., *Pro eo ut me diligerent, detrahebant mihi : Ego autem orabam ; quasi diceret : Vos me persequentes etc.*

k Eadem Rom. edit., *quonia scriptum est, quia non volo mortem morientis, sed ut convertatur, etc.*

l In eadem Rom. edit. subjungitur, *ut exhiberet vos sanctos.*

CAPUT XXXII. — Illud autem quod obijciunt A dixisse Apostolum : *Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt* (Rom. viii, 8); hæc dicta sunt, non quo carnis natura damnetur, cujus conditor Deus est, et in qua plurimi sanctorum placuerunt Deo, et regnant cum Christo : sed quo sensus et opera carnis repudientur (*Tertul. l. de Resur. carn. cap. 46*). Cum ergo lutum carnis nostræ, ^a ut jam dictum est, spiritualibus pennis cum subvectione angelorum volaverit ad cælum, ibi verum et pacificum suæ salutis obsidem habet in æternum, ad quem *rapimur* ^b in nubibus obviam Christo in aera (*I Thess. iv, 16*), sicut Esaias propheta testatur dicens : *Super humeris tollentur, et portabuntur ad loca sua* (*Esai. lxxvi, 12*); et iterum : *Qui sunt isti, qui ut nubes volant, et quasi columbæ* ^c *ad fenestras suas* (*Esai. lx, 8*)? id est, ad mansiones meritorum suorum, de quibus Dominus dicit : *Multæ mansiones sunt apud Patrem meum* (*Joan. xiv, 2*); et iterum : *Et adducent omnes fratres vestros de cunctis gentibus in Hierusalem in equis, et mulis, et quadrigis, et carrucis, et lecticis, dicit Dominus Deus* (*Esai. lxxvi, 20*). Quod ne alicui forte dubium videatur hominem in corpore isto positum in aera posse volitare, confirmat hoc idem Apostolus dicens : *Fide Henoch translatus est, ne videret mortem* (*Hebr. ii, 5*) : nam et Elias in corpore isto positus, ^d in quo nunc usque est, curru igneo, id est, angelorum subvectione, qui spiritus et flamma ignis, qui faciunt voluntatem Dei, ^e quasi usque ad cælum raptus (*IV Reg. ii, 2*) : et Habacuc propheta de Judæa in Chaldæam ^C ab angelo ductus et reductus est in momento temporis (*Dan. xiv, 35*) : et ipse apostolus Paulus raptus est usque ad tertium cælum (*II Cor. xii, 2*), et in paradisum ; ^f et inde reductus est in mundum. Ut autem manifestius clareat vehicula ista sanctorum spiritus esse, id est, angelos Dei, ^g docet nos exemplum sancti Philippi unius ex septem, quem spiritus Domini de Gaza rapiens, subito posuit ^h in Azotum (*Act. viii, 39 et 40*). Enucleatius hæc, et membratim quodammodo articulatimque scrutata, quantum intentionem meam Dominus adjuvare dignatus est, dicta sufficiant. Tamen ne omisisse aliquid videamur, ipsius Domini ac Salvatoris nostri probanda sunt verbis ; ait enim, cum de agro et tritico ac zizania, loqueretur : *In consummatione* ^D *enim sæculi* ⁱ *mittet Pater meus angelos, qui separent*

^a Eadem Rom. edit., in testam fuerit excoctum, ubi prius gravi premebatur pondere in terram, acceptis pennis gratiæ spiritualis cum subvectione angelorum volabit, etc.

^b Eadem Rom. edit., inquit Apostolus... in aera, et sic semper cum Domino erimus. Et ut Esaius... Parvuli eorum in humeris portabuntur et super genua consolabuntur.

^c Eadem Rom. edit., Cum pullis. Et iterum : Et adducent... gentibus in equis, et rhedis, in curribus mulorum cum umbraculis in sanctam civitatem Hierusalem.

^d Deest in eadem Rom. edit., in quo nunc usque est.

^e Rom. edit., in illa commotione usque ad cælum

zizania (*Matth. xiii, 41*), id est, peccatores, a tritico, hoc est, a justis. Isti sunt angeli, qui Lazarum in agone paupertatis simul et infirmitatis probatum in sinum ac requiem sustulerunt Abrahæ i (*Luc. xvi, 22*).

CAPUT XXXIII. — Vere, sicut scriptum est, *probavi te in camino paupertatis* (*Isai. xlviii, 10*). Diversis ergo modis probantur homines, id est, alius per inopiam et infirmitatem corporis, alius per divitias et sanitatem corporis. Quæ tamen omnia nec summa bona, nec summa mala sunt ; summum enim malum mors æterna est, et summum bonum vita æterna est. Ista ergo omnia, quæ vita mortalium habet, media sunt ; in utroque enim tentatio est : plerosque enim quos nec inopia nec infirmitas fregit, ³⁴² fregit sanitas, et exstinguunt divitiæ. Quæ comprobant sapientissimus Salomon, dicens ad Dominum : *Divitias et paupertatem ne dederis mihi, tribue autem tantum victui meo necessaria* (*Prov. xxx, 8*) ; scilicet, ne aut in illis extolleretur, aut in istis factus pejeraret, aut blasphemaret. Quod autem hæc, quæ media diximus, aliena sint a nobis, comprobant Dominus dicens : *Si in alieno fideles non fuistis, quod vestrum est, quis dabit vobis* (*Ambr. l. vii in Luc. sub fin. ; Ibid., l. viii, n. 85*) ? Alienæ ergo a nobis sunt divitiæ, quia extra nostram naturam sunt ; neque enim nobiscum nascuntur, aut transeunt. Et ideo hæc scientes non serviamus alienis, qui nullum Deum habere debemus, nisi Christum. Hospites ergo sumus rerum nostrarum ; quidquid enim de sæculo est, in sæculo remanet : et quidquid hæredum conquirimus nobis, perdimus ; quia nobiscum non aliud, nisi aut bona aut mala opera portamus. Non ergo malæ sunt divitiæ, sed male utentibus malæ sunt ; quia bona, quæ Deus fecit, bona sunt valde. Et ideo philosophi mundi istius non dicunt summum bonum, nisi pacem, honestatem atque virtutem ; et summum malum non ponunt, nisi malitiam, inhonestatem, avaritiam atque turpitudinem. Omnium ergo bonorum reprobatio ac retributio vita æterna est : et omnium malorum comminatio ac retributio mors secunda est.

CAPUT XXXIV. — Hæc licet extrinsecus dicta videantur, tamen necessaria nobis et utilia sunt : et ideo nunc nobis ad ordinem revertendum est. Cum ergo lutum carnis nostræ, ut jam dictum est, in testam fuerit excoctum ; ut quæ prius gravi pondere premebatur in terram, acceptis pennis gratiæ spiritualis cum subvectione angelorum volet ad cælum, ^{assumptus, est etc.}

^f Deest in eadem edit., Et inde reductus est in mundum.

^g Vat. cod., decet nos exemplum sancti Philippi unum ex septem ponere. Rom. edit., liceat exemplum, etc.

^h Rom. edit., in Azotum. Denique hæc ipsa Domini ac salvatoris nostri firmantur verbis ; ait enim, etc.

ⁱ Rom. edit., mittet, inquit, filius hominis angelos suos, et colligent de regno ejus omnia scandala, et separent zizania.

^j Eadem Rom. edit., quod est perennis beatorum gloria : ad quam nos angeli sancti perducant, ubi Christus cum Patre et Spiritu sancto regnat in æternum, amen. Quibus verbis tractatum claudit.

ibi verum et pacificum suæ salutis obsidem habet in æternum. Quid tam verius, tam manifestius, tam lucidius inveniri potest? Tamen ne aliquid omisisse videamur, accipe plenissimum atque firmissimum hujus spei nostræ specimen, alitem illum Orientis, qui phœnix nominatur, peculiarem, de singularitate famosum, et de posteritate monstruosum: qui semetipsum libenter funerans, naturali sine discindens atque succindens, iterum phœnix, iterum ipsa est, et non alla (*Tertul. de Resurr. carn. c. 15; Auctor. Const. Apost. l. v, c. 6; Cyrill. catech. 18; Lactan., Ambr. et alii*). Cui rei documentum ad spei nostræ firmitatem, etiam Spiritus sanctus, qui Deus est, in Scripturis posuit sanctis dicens: *Et florebut velut phœnix*, hoc est, florebut de morte, de funere suo, sicut phœnix resurget de pulvere suo. Si ergo caro avis de cineribus suis resurgit, caro hominis de cineribus suis non resurget? Et ubi est, quod Dominus Christus multis passeribus meliores esse pronuntiavit? Ubi est et illud, quod nobis per Prophetam promisit, dicens: *Renovabitur sicut aquilæ juvenis tua* (*Vide Rabbi Kimhi et alios Interpr. in hunc loc.; item P. Damiani Opusc. 52, c. 23; Albert. Mag. l. XIII de Animal.; Gesner., Aldrov. et alios*)? Cujus avis naturam hanc esse tradunt: cum enim ad summam venerit senectutem, dicitur tandiu in aera sublimari, ut usque ad nubes et ignem perveniat: quo igne contacta, mox se in secretissimum fontem præcipitem dans, tertio mergit; et mox ad pristinae juventutis vires atque speciem revocatur. Quod nobis ita futurum beatus Apostolus promisit, dicens: *Uniuscujusque quale sit opus, ignis probabit*. Aves enim diversæ glutunt uvam, olivam, et cætera poma; et post nimium calorem grana eorum per stercora digerentes, rursus vites, rursus arbores renascuntur. Si ergo hoc aves propter te, Deo jubente, faciunt; de te Deus propter fidem et retributionem suam non faciet? Crede mihi quia faciet propter promissum suum; cum enim nihil essemus aliquando, Domino omnium creaturarum Deo ipso jubente, facti sumus. Qui ergo fecit ex nihilo, quod non erat, poterit iterum facere id, quod ante ex nihilo fecerat.

CAPUT XXXV. — Nam si caro hominis, ut cæci hæretici mentiuntur, non resurget, quomodo Esaias Spiritu Dei plenus, qui non tam propheta, quam evangelista dicendus est, dicit: *Veniet omnis caro, quæ adoratura est in conspectu Domini, in Hierusalem; ut videat cadavera hominum mortuorum, qui prævaricati sunt in Deum* (id est, vel Judæos, vel impios, vel peccatores), *vermis eorum non morietur, et ignis eorum non* **343** *extinguetur* (*Hieron. in cap. ult. Isai.*). Quem vermem aut ignem multi conscientiam peccatorum, quæ torqueat in suppliciis constitutos, intelligi volunt, quare vitio suo atque peccato,

tanto caruerint bono, juxta illud quod scriptum est: *Ambulate in lumine ignis vestri, et flamma quam succendistis vobis* (*Isa. l, 11*); et iterum: *Sicut tinea vestimentum, et vermis comedit lignum, sic mæror excruciat cor viri* (*Prov. xxv, 2*). Sicut enim animi lætitia interdum corporis dolores mitigat, sic dolor animi corpus deprimit et excruciat, dicente propheta: *Animus gaudens ætatem floridam facit, spiritus tristis exsiccat ossa* (*Prov. xvii, 22*). Si ergo eveniat, ut ad ægrotationem corporis accedat animi ægrotudo, dupliciter infirmitas. Hæc tamen ita dicta sunt, ut non negetur prævaricatorum et Deum negantium æterna esse supplicia, dicente Scriptura: *Dominus omnipotens vindicabit in eis in diem judicii, dare ignem et vermes in carnes ipsorum; et comburentur, ut sentiant in æternum* (*Judith, xvi, 20 et 21*). Quod ita futurum Dominus noster atque Salvator confirmat dicens: *Et resurgent omnes de terræ pulvere, qui bona fecerunt, in resurrectionem judicii* (*Joan. v, 29*); et iterum: *Ite in ignem æternum, qui præparatus est diabolo, et angelis ejus* (*Math. xxv, 41*); et iterum de illo qui vestem non habuit nuptialem dicitur: *Tollite eum, et ligatis manibus ac pedibus ejus, mittite eum in tenebras exteriores, illic erit fletus et stridor dentium* (*Ibidem xxi, 15*). Cum ergo et manus, et pedes, et fletus, et tenebras exteriores, quæ ad oculos pertinent, et stridore dentium a **344** Domino in carne futura resurrectione verissime pronuntiatur, miror quosdam hæreticos, qui aerium corpus, et paulatim in auras tenues dissolvendum post resurrectionem conantur introducere. Quomodo ergo sanctus vestimentum Dei est, et vestitur salutis atque lætitiæ tunica; sic e contrario peccator, qui portat imaginem veteris hominis atque terreni, meretur audire: *Ecce vos omnes quasi vestimentum vetus tinea devorabit* (*Isai. li, 8*). Morum ergo diversitas variis in Scripturis sanctis signatur nominibus. Sicut ergo diversitas arborum ac musicorum in Scripturis divinis diversitatem significat gratiæ spiritualis; ita et diversitas ferarum atque serpentium diversitatem significant peccatorum. Quæ tamen diversa genera musicorum ideo Deus majestatis in libris divinis nominari et uti voluit, ut populum Judæorum de carnalibus sacrificiis auferens, ad spiritales et laudabiles hostias invitaret.

Sed nuuc jam sufficiant ista, quæ dicta sunt; quamquam pro rei magnitudine numquam aliquid sufficienter de causis et rebus superius nominatis dici potest. Et ideo sancta, veneranda, perfecta, atque inseparabilis Trinitas, quæ tota nobis fide coleris atque adoraris, tuum est hoc opus, quod ego ex Patrum famulorum tuorum libris, te adjuvante atque illuminante, ad ædificationem meam excerpti; tuaque perfectio ad gloriam et laudem nominis tui per omnia sæcula sæculorum. Amen.

IN SEQUEMTEM TRACTATUM ADMONITIO.

Hoc opus quod contra manuscriptorum et veterum editionum fidem Romani inscripserunt, *de Filii divinitate et consubstantialitate*, conditum fuit adversus eos hæreticos, qui cum Filii substantiam cum paterna eandem esse iudicarentur, *ὁμοούσιον* illum, id est, ejusdem substantiæ, dicere detrectabant; sed conabantur inducere vocem *ὁμοούσιον*, id est similis substantiæ; cum interim amandandam a divinis substantiæ verbum, quasi sacris paginis ignotum, contenderent. His Epiphanius (*Hæres.* 74) nomen Semiariorum inditum scribit. Ubi contra eosdem proscriptione vocis *ὁμοούσιον* Arianam hæresim in integram restituentem patefecit auctor hic noster, Filiumque Deum esse perinde ac Patrem demonstravit; rationibus ob quas exponendum *ὁμοούσιον* disputabant adversarii, satisfacit. Eandem hanc vocem in sacris codicibus contineri ostendit: et quamvis non liceat illam substantiæ unitatem liquido concipere atque explicare, haud tamen propterea respuendam probat; quandoquidem in creaturis, quod ei comparari valeat, nihil occurrit; et ex multiplicibus illis nominibus, quæ in Scripturis ipsis Filio tribuuntur, nullum est quod non potius indicet aliquam e mysticis illius qualitatibus, quam infinitam naturæ divinæ majestatem aperiat. Docet postremo distinctione personarum deorum non inveni pluritatem, nec de Filii, etiam cum se conspiciendum subinde exhibuit, invisibilitate aut immutabilitate quidquam detractum.

Exstat hic liber inter Gregorii (*Orat.* 49) Nazian. et Ambrosii nostri, quorum utriusque ascribitur evangelica Opera: sed apud priorem præfatione, qua nescio cui obscuritatem et ambiguitatem in eodem libello criminanti respondet, nec non adjecto brevi epilogo locupletior, qualem nos ipsam representamus.

Qui Gregorio Nazian. adjudicant hoc Opusculum, in hanc opinionem Augustini potissimum auctoritate adductos constat. Sic namque ipsi interpretantur, quod ille tradit: *Gregorius etiam eductus episcopus Orientalis apertissime dicit Deum natura invisibilem, quando Patribus visus est, sicut Moyses cum quo factus ad faciem loquebatur, alicujus conspicibilis materia dispositione assumpta, salva sua invisibilitate videri potuisse* (*Epist.* 148, nov. edit. num. 10). Veruntamen opponitur a viris doctis liberum eundem Latini scriptoris factum evinci, non modo quod versio vetus, quam Italicam vocitant, illic citetur; sed etiam quod ibidem (*Cap.* 6) isthuc legantur: *Ratio quædam quæ apud Græcos nuncupatur λόγος; et item alia ista: Et hoc est, quod Græci ὁμοούσιον appellant, id est, cum uno aliud ipsum.* His adde locum Augustini referri posse ad indubitatum aliquod Gregorii Nazian. Opus, ut puta ad Orationem 34, ubi eadem plane materia discutitur. Sed forte ad priorem objectionem quis respondeat Rufinum, quem hæc opella interpretem refert apud Nazianzenum, maxima in vertendis Græcis licentia uti solium; proindeque nihil absurdi cum diciturum, quod ab ipso hos eosdem locos ea verborum forma redditos esse affirmaverit, quam ad Latini lectoris quantum existimabat magis accommodatam; secunda vero ratione vix movebitur, qui cum verbis Augustini supra citatis hunc locum Auctoris nostri composuerit, ubi post allatum Moyses cum Deo facie ad faciem loquentis exemplum subdit: *Et tamen sic visus accipitur, ut alicujus conspicibilis... materia dispositione assumpta videretur, salva scilicet invisibilitate ejus* (*Cap.* 8). Quis enim facile sibi non persuadeat hæc ipse in mente Augustini præsentia fuisse, cum scriberet superiora?

Quod vero ad Ambrosium, clarum est quidem huic Scriptioni et in omnibus Oporum sancti Doctoris editionibus, et in mss. etiam nonnullis, ejusdem nomen præfixum esse. Inde est quod libenti animo suspicaremur non alium esse hunc libellum, quam eum qui *de Fide* a Nicæo sive Nicæo episcopo breviter scriptus, voluminibus sancti Ambrosii, ut Cassiodorus testificatur, sociatus est, quos, ad Gratianum præfatum destinavit (*Lib. de Inst. div. lib. c.* 16). Sed cum idem asserat non solum de Patre ac Filio illic disceri, verum etiam de Spiritu sancto, quod cum hoc libro mixtus convenit; malumus hanc diversam ab alio existimare. Cur autem alterius locum, et Ambrosii nomen usurpaverit, ratio in promptu est, materię scilicet cognatio. Suas tamen præterea levia quædam ad Ambrosium dicendi more non penitus adhortentis, puta quod ait de hæreticis, *si haberent quemodo illud ad aliam intelligentiam scribere senu perverterent.* Et illud: *Viderint philosophi, viderint hæretici discipuli eorum.* Sed hæc quod dicitur, qui *etiam nunc vi, ambitione, et potentia regum exagites ac turbes omnia, nihil ab Ambrosio discreparet, si tractatus hic rigidus Arianos, qualis erat ille Auxentius a quo Justina ejusque filius Valentinianus Imp. in sanctum Antistionem comitati sunt, impugnet.* In cæteris dissidet idem opus ab Ambrosii stylo et ingenio, ut non modo istius auctor non videatur, sed ne interpret quidem, contra quam opinari reperiantur nonnulli. Utinamque vere vel ex eo colligat quod Augustinus eum in præceptoris sui scriptis veratissimas, tum etiam ad eum prædicandum, cum data opportunitate, propensissimus, ejus tamen non meminerit, sed tantum Gregorii episcopi Orientalis. Quibus adjunge versionem biblicam, ab ea quam ubique Ambrosius adhibet, longe esse diversam.

P. F. Chiffletius, qui duobus illis Patribus ex æquo eundem libellum adjudicat, ut illum transcribat Vigilio suo, conjecturas aliquot, quas ad eam rem validissimas putat, in medium profert. Veruntamen

haud facile quemquam fore existimamus, qui sine manuscriptorum auctoritate, sine scriptoris ullius testimonio his persuaderi se patiat; quippe quae levissimae sunt, aut prorsus nullae. Certe quidem eis persuasi non sunt neque Hermannus in Ambrosii vita, nec Quenellius in Appendice ad Opera sancti Leonis (*In Elucidationibus*): uterque enim hanc Scriptionem Gregorio Eliberitano sedis in provincia Baetica episcopo ascriptam voluit (*Dissert.* 14, pag. 719 et 720). Quenellius opinionem suam astruere nititur his rationibus: 1. quod eundem librum ab auctore Latino profectum constat: 2. quod Hieronymus de Gregorio Boticensi testificatur *de Fide elegantem libellum* ab eo scriptum (*Lib. de Scriptor. Ecclesiae*): 3. quod idem libellus jam inde ab Augustini aetate praetulerit auctorem Gregorium aliquem, unde et eidem Augustino errandi facta est occasio: 4. quod argumentum conveniat cum aetate Gregorii Eliberitani, contra quem etiam irritatos imperatorum animos non ignoramus: 5. denique quod isto auctor trium hypostasion defensoribus infensum se praebet, quod Luciferianis quibus idem se addiderat, in usu erat.

Haec conjecturis pondus suum atque momentum esse non negabimus; quibus tamen qui noluerit acquiescere, saltem opella, quam expendimus, antiquitatem et elegantiam in dubium non revocabit, si consideraverit illam et allegatam ab Augustino, et tantis Graeco Latinoque Ecclesiae luminibus adscriptam. Accedit praeterea quod avulsam ex illa fragmentum libro, qui inter Hilarii Pietationensis Opera circumfertur (*Lib. de Patria et Filii unitate*): nonnulli sermoni (*Serm. 130 vet. edit., nunc 113, Append. nov. edit.*), quem diutissime Augustino adjudicavimus, insertum fuit.

DE FIDE ORTHODOXA,

CONTRA ARIANOS,

ALIAS,

DE FILII DIVINITATE ET CONSUBSTANTIALITATE,

TRACTATUS.

345 CONFESSIO FIDEI.—Credimus in Deum, Patrem omnipotentem, omnium visibillum et invisibillum factorem, et unum Dominum nostrum Jesum Christum, Filium Dei, natum de Patre unicum, hoc est, de substantia Patris: Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, natum non factum: unius substantiae cum Patre, quod Graeci dicunt *homoousios*; per quem omnia facta sunt, sive quae in caelo, sive quae in terra; qui propter nos homines, et propter nostram salutem descendit, et incarnatus est, et homo factus est, passus est, resurrexit tertia die, ascendit ad caelos, inde venturus est iudicare vivos et mortuos: et Spiritum sanctum. Hos autem qui dicunt: Erat quando non erat, et priusquam nasceretur, non erat, et mutabilem, vel convertibilem esse Filium Dei; hos anathematizat catholica et apostolica Ecclesia, amen.

PROLOGUS.—Amore catholicae fidei ductus, jam pridem adversus Arianos libellum edideram, quem cum amico legendum dedissem, quia placuit, credidit transcribendum. A quo hoc ego magnopere postulavi, ut interim dissimulato auctore, doctis viris et prudentibus legeretur; ut si quem movisset, quod illi placeat aut minus postum videretur; posset plurimorum consilio emendari. Nemo est enim qui sibi tam arroganter summam doctrinae ecclesiae assumat, ut putet se omnia mysteria liquida comprehensa retinere, cum Paulus apostolus dicat: *Qui ergo putat se aliquid scire, necdum scit quemadmodum oporteat*

scire (1 Cor. viii, 2); et, *modo per speculum in aenigmate videmus; tunc facte ad faciem* (Ibid. xiii, 12). Sin vero curetis omnia, quae illic scripta erant, juxta fidem veram constare viderentur, tum et ipse petentibus non negaret. Quod eum ita fecisse manifestum est. Et quia res digna tam catholicae confessioni, quam **346** haereticae responsioni, universorum iudicio aestimata est, multi eum vel legere vel describere voluerunt.

Sed non desuit qui vel pro studio doctrinae, vel pro charitatis officio, ea quae a nobis dicta sunt, scrupulosius retractaret; et quaedam ille vel superflua, vel ambigua diceret, quae aliter possent a quibusdam, quam a me dicta sunt, accipi. Proinde rursus ea ipsa planiori sermone in hoc libello digessi, ut et simplicitatem sensus mei ostenderem, et scrupulum legentibus amputarem.

Nam hoc est quod aiunt posse reprehendi, quod ubi Verbum Dei ex persona Filii positivus, tale hoc Verbum intelligere putemus, quae grammatici tradunt spiritu oris aeternum offensum, intelligibilem auditu. Sed nos sapientiam non hujus mundi, quae destruitur, sed illam quae ex Deo est, novimus, quae Verbum Dei Deum insinuat, cum dicit: *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum esse nihil* (Joan. i, 1 et seq.). Unde mirari me fateor hunc ita sentiri potuisse, quasi nos personam propriam C Verbi, quod est Filius, negaremus. Nemo verbo te-

nus nominat, quem vere esse in persona sua sæpius proficitur : nam quomodo aut verum Filium, aut verum Patrem confessi sumus, si non vere proprietatem personarum tam Patris quam Filii servavimus.

Sed quia unius Dei vocabulum diximus, personas negasse putamur. Et hinc verisimile visum est, quod posuimus. Nos Patrem et Filium ita nominamus, ut unum Deum in his personis et nominibus assignemus. Porro iterum Pater et Filius, etsi duo nomina appellantur; ratione tamen et substantia unum sunt: et cum Patrem et Filium statuo, unitatem assigno generis.

347 Hæc omnia intelligi posse æstimata sunt, quasi ista vocabula inter Patrem et Filium ita posita sint, ut est nomen et cognomen, unius tamen personæ; cum ex superioribus aut inferioribus dictis potuerit hæc suspicio non admitti. Qui enim Filium Dei non aliunde natum dixeram, quam proprie de Patre, totum de toto, integrum de integro, perfectum de perfecto, consummatamque virtutem; quomodo potui ipsum Patrem, ipsum sibi Filium ponere, et hoc modo unam personam duobus nominibus appellare; quippe cum et hanc sectam, id est, Sabelianam in eodem libello damnaverim, et personarum distinctionem secundum vocabulum scripserim? Nam et nemo pro una persona potest, unum sunt, dicere, vel unitatem generis, nisi personis assignare.

Quis autem catholicorum ignorat Patrem vere esse Patrem, Filium vere Filium, et Spiritum sanctum vere esse Spiritum sanctum? sicut ipse Dominus ad apostolos suos dicit: *Euntes baptizate omnes gentes in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti* (Math. xxviii, 19). Hæc est perfecta Trinitas in unitate consistens, quam scilicet unius substantiæ profitemur. Non enim nos secundum corporum conditionem divisionem in Deo facimus; sed secundum divinæ naturæ potentiam, quæ in materia non est, et nominum personas vere constare credimus, et unitatem divinitatis esse testamur.

Nec extensionem partis alicujus ex Patre (ut quidam putaverunt) Dei Filium dicimus, nec verbum sine re, ut velut sonum vocis accipimus: sed tria nomina, et tres personas unius esse essentiæ, unius majestatis atque potentiæ credimus. Et ideo unum Deum confitemur, quia unitas majestatis plurium **D** vocabulo deos prohibet appellari.

Denique Patrem et Filium catholice nominamus, duos autem deos dicere nec possumus, nec debemus; non quod Filius Dei Deus non sit, immo verus Deus de Deo vero: sed quia non aliunde, quam de ipso uno Patre Dei Filium novimus, perinde unum Deum dicimus. Hoc enim prophetæ, hoc apostoli tradiderunt, hoc ipse Dominus docuit, cum dicit: *Ego et Pater unum sumus* (Joan. x, 30). Unum ad unitatem divinitatis, ut dixi, refert: *sumus* autem personis assignat. Sed et Apostolus ait: *Unus est, inquit,*

^a Mss. Læt. et Tell., *ego suscipio, nec aut opinione*, etc. melius omnes edit. ut in textu.

A Deus Pater, ex quo omnia: et nos in ipso: et unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia; et nos per ipsum. Sed non in omnibus est scientia (I Cor. viii, 6).

Qua de re explanatis his verbis, quæ scrupulum, non mihi qui scio quod dixerim, sed aliis inferebant, puto occasionem malæ interpretationis fuisse sublatam. Nam et professio fidei manifesta est, et persona cum vocabulis constat, et una divinitas assignata est.

Vel si adhuc aliquid quod legentibus ambiguum videatur in verbis, ad sensus debent verba conferri, quia non simplicitas verborum, sed mali intellectus obstinatio culpam olet. At cum sensus noster cum veritate concordet, et verba debent cum ratione sincerissima. Unde a simplicitate christiana academicus disputator abscedat.

CAPUT PRIMUM.— Multas quidem et graves hæreses novimus a plurimis ebullire, et veneni vice, ad intimum pectus canceris sui virus infundere: sed vinci illi vel facile possunt, vel facile vitari, quorum prima propositione omne consilium pectoris proditur. At vero illi quibus multa nobiscum paria sunt, facile possunt innoxias mentes, et soli Deo deditas, fraudulenta societate percutere, dum malorum suorum virus per bona nostra defendunt. Nihil enim periculosius his hæreticis esse potest, qui cum integre per omnia decurrant; uno tamen verbo, ac si veneni gutta, meram illam ac simplicem fidem Dominicæ, et exinde apostolicæ traditionis insciunt.

C Unde vehementer nobis cavendum est, ne se vel sensibus vel auribus nostris hujusmodi aliquid latentem insinuet; quia nihil tam cogit in mortem, quam sub obtentu fidei fidem violare. Ut enim gypsum aqua permixtum lac colore mentitur, ita hic per verisimilem confessionem traditio inimica suggeritur. Qua de re non similitudo confessionis, sed sensus mentis est ponderandus, quo confessio ipsa firmatur.

Denique si diligentius et accuratius attendatis, cur voluerint de evangelica et apostolica fide, et de Patrum traditione **348** substantiæ nomen auferri, procul dubio probatis hæresim Arianam subtili compendio breviam, sublato hoc nomine intronissam. Nec hoc quidem ^a ego suspitione aut opinione collectum affirmo, nec uti ipsi putant, academicus disputator assisto, ut simplices sensus verborum subtilitate contorqueam: sed ut contortos et pravos tenui argumento compositos in lucem cognitionis exponam; quo facilius possit cognita et comperta iniquitas ab hominibus evitari.

Quæ etiam causa, ^b quæve ratio existit, ut quod docendum, et quod credendum cunctis Ecclesiis fuerat traditum, quodque Patres nostri apostolici viri contra universas hæreses, et maxime Arianam, quasi quemdam obicem veritatis, quo omnes aditus pestiferæ doctrinæ obstruerent, ^c sancto Spiritu

^b Tell. cod. et Amerb., *quæ vera ratio existit*.

^c Vigiliana edit., *Spiritu sancto inundati*.

mundati, catholica ratione posuerunt, non sine magno nisu ab his, qui a elogio Arianæ labis addicti sunt, laboretur auferri; nisi ut Filium Dei mutabilem et convertibilem, ut pote non de propria Patris substantia constituisse conflant: cui et initium ex tempore, et ortum ex nihilo, nomen ex altero, ut semper docuerunt, propter quod et sæpe damnati sunt, nunc jam libere, et secure, incunctanterque Ecclesiis tradere et insinuare possint?

CAPUT II. — Videtis ergo omnia eos in tractatu ipsorum, non evangelica fide, sed subdola malignitate ad seducendos simplices quosque posuisse. Non jam tam suspectum, quam manifestum omnibus esse debet ita eos Deum de Deo posuisse, ut Arius tradere solebat, ut ex Deo factus sit, non ex Deo natus. Qui si natus est, unius substantiæ est: si factus est, verus Filius non est: et si verus Filius non est, nec verus Deus est: aut si verus Deus est, et de Patre non est, duo sunt habentes singuli et voluntates proprias, et imperia diversa: vel si concordia tantum et societate unum sunt, non tamen et substantia veras, ut jam dixi, Deus non est.

Sic erit Deus, ut Moyses Pharaoni (*Exod. vii, 1*), potestate, non genere: Filius quoque ita credendus erit, ut per Esaiam populo dictum est: *Filios genui et exultavi (Esai. 1, 2)*; et alibi: *Dii estis et filii Altissimi omnes (Psal. lxxxi, 6)*. Sed et primogenitus ita habebitur, quomodo et Israel a Deo primogenitus filius appellatus est (*Exod. iv, 22*). Nec non et primogenitus totius creaturæ, quasi in ordine factorum primogenitus habeatur; ut ex eo seriem quamdam creandis mundi rebus assignent.

Denique sublato ὁμοούσιον, id est, unius substantiæ vocabulo, ὁμοιωσίον, id est, similem factori suo, posuerunt; cum aliud sit similitudo, aliud veritas. Nam et homo ad imaginem et similitudinem Dei factus est (*Gen. 1, 26*), nec tamen Deus est: nec quod Deus est, homo exstitisse credendus est. Ita et Filium Dei similem volunt, ut eum aliunde similem, non de ipsa una sancta et beata Patris substantia dicant. Qui si de Patris substantia non est, ἕξ ὧν ὄντων est, id est, ex nullis exstantibus, ut idem Arius tradidit; sublato enim eo quod Pater est, undecumque fuerit Filius, necesse est ut et initium ex nihilo, et ortum ex tempore habeat: nihil enim sine initio, nisi solus Deus.

Unde et Filius, sicut ipse Dominus ait: *Ego et Pater unum sumus (Joan. x, 30)*. Quod ideo dixit, ut duarum personarum vocabula in unius deitatis majestate monstraret, sicut et Propheta ex voce Dei: *Eruclavit, inquit, cor meum Verbum bonum, dico ego opera mea regi (Psal. xlv, 1)*. Vides ergo hoc Verbum bonum Filium Dei esse, quem non

A aliunde quam de paterno pectore, et, ut ita dixerim, de utero cordis Dei credimus natum. Et proinde eum regem appellat, quia ipse est rex regum: Deum Dominum, cui omnia divina opera succumbunt, qui dixit: *Omnia quæ Pater habet, mea sunt (Joan. xvi, 15)*.

De hoc et Evangelista: *In principio, inquit, erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil (Joan. 1, 1 et seq.)*. Igitur quod in principio erat, semper fuisse credendum est: sed nec aliunde esse, quam ex eo qui principium non habet, id est, de corde Patris; quia *eruclavit, inquit, cor meum Verbum bonum (Psal. xlv, 2)*. Non enim dixit: *In principio factum est Verbum*; sed *in principio, inquit, erat Verbum*. Quodcumque principium Verbi assignare volueris, præiudicatum habebis, quia *in principio, inquit, erat*.

349 Non quod duo principia ex rerum diversitate dicamus, sed quia Sermo Filius semper cum Patre est, et de Patre natus est. Ac proinde cujus origo principium non habet, sempiternus cum Patre credendus est; quia nec Pater potest umquam sine Filio nominari, nec Filius sine Patre vocari: ac per hoc semper Filius, quia semper Pater.

Et *Deus, inquit, erat Verbum*. Quod Deus est, semper est; ne si semper non fuerit, verus Deus esse non possit, sicuti et in Sophiæ nomine, quia secundum Apostolum ipse est Sapientia Patris (*1 Cor. i, 24*). *Ego, inquit, ex ore Altissimi prodivi (Eccl. xxiv, 5)*. Non ergo aliunde quam de Patre, quia semper cum Patre. Et ideo Sapientia Dei appellatur, ut numquam Pater sine Sapientia, hoc est, sine Filio suo fuisse credatur. Hæc est illa Sapientia ineffabilis, quæ initium viarum Dei apud Salomonem vel condita, vel genita, vel creata describitur (*Prov. viii, 22*); quam tamen sic conditam dicit, ut semper eam cum Deo fuisse ostendat. Quod enim initium Deo dabis, ut initium possis Sapientiæ ipsius consignare? Non enim ita Deus Sapientiam suam condidit, quasi aliquando sine Sapientia fuerit: sed cum initium viarum suarum dicat, initium motus operis alicujus ostendit, ut hoc initium habeat Sapientia Dei, quod de Deo processit ad creanda omnia, tam cœlestia quam terrestria, non quo cœperit esse in Deo. Creata est ergo Sapientia, immo genita, non sibi quæ semper erat, sed his quæ ab ea fieri oportebat; ut quia quanta et qualis esset sciri non poterat, de effectu operum suorum virtus ejus et potentia nosceretur: et quod de conditis æstimamus, tunc magis timeamus, cum facta miramur.

Cæterum si tu ita creatam Sapientiam dicas, ut Filium Dei creaturam intelligas; occurrit tibi Apo-

^a Elogium aliquando idem significat, ac formula quædam condemnationis.

^b Ita edit. Rom. et Chifflet.; vet. autem ac mss., *vocabulo similem gestori suo posuerunt*.

^c Læt cod., *vocabula unius deitatis majestatem monstraret*.

^d Mss. Tell. et Læt. nec non vet. et edit. *quæ initio*; et infra, *sed cum initio*: Rom. et Vigil., *sed cum initium*.

^e Vigil. edit., *ut dum conditorem de conditis.... timeamus*.

solus, condemnans eos qui creaturam colunt, dicens: *Propter quod tradidit illos Deus in desiderium cordis eorum in immunditiam; ut contumelias afficiant corpora eorum in semetipsis: qui commutaverunt veritatem Dei in mendacium, et coluerunt et servierunt creaturæ potius quam Creatori, qui est benedictus Deus in sæcula (Rom. 1, 24 et 25).*

Hæc est, inquam, illa Sapiëntia Dei, quæ dicit: *Ego ex ore Altissimi prodivi (Eccli. xxiv, 5), universitatis conditrix et effectrix, id est, Filius Dei, per quem omnia, et in quo omnia; quia ut Apostolus dixit: In ipsa constituta sunt universa in cælis et in terra, visibilia et invisibilia, sive Throni, sive Dominationes, sive Virtutes, sive Principatus, sive Potestates: omnia per ipsum, et in ipso condita sunt, et ipse est ante omnia, et omnia in ipso constant (Coloss. 1, 16).* Hinc et Salomon: *Cum sit, inquit, una, omnia potest; et permanens in se, omnia innovat, et per nationes in animas sanctas se transfert (Sap. vii, 27).* Quod confirmans Apostolus, ait in interiore homine habitare Christum (Ephes. iii, 16); ut per quem a principio omnia facta sunt, per ipsum et in fine cuncta salventur.

CAPUT III.—Sed dicis mihi ὁμοούσιον, id est, unius substantiæ nomen ob hoc potius quam Creatorem adorant, servantes eadem utique quæ Apostolus dixit: *Ut in nomine Jesu omnes genuflectant, cælestium, terrestrium, et infernorum, et omnia lingua confiteatur (Philipp. ii, 10).* Et Moyses: *Adorant, inquit, eum omnes angeli Dei (Deut. xxxii, 43).* Et David: *Omnes reges adorabunt eum (Psal. lxxi, 11).* Quod quidem in Scripturis non diceretur, sed quia ipse est Sermo Filius omnium opifex.

Sed dicis ὁμοούσιον nominari non oportere, quia in Scripturis divinis non coniungatur. Quæro et ego, homo, qui hoc prohibes; si ideo nominari non debet, quia scriptum non est, an quia ita credi non liceat?

Quod si ita credendum est, cur non ita protestandum? *Cordis enim, inquit Apostolus, creditur ad justitiam; ore autem confessio fit ad salutem (Rom. x, 10).*

Aut si ideo nominandum non est, quia nec ita credendum; obtinuit arianæ labis assertio, quæ ideo Patrem et Filium unius substantiæ denegavit; quia Filium Dei modo ex nihilo, modo ex Patre, sed ab alia substantia, quando voluit et quomodo voluit, et unde voluit factum inducit; dummodo aliquid eum, et non de eo quod Pater est, extitisse confingat. Quem etsi natum dicit, sed hoc dicto tenus; **350** quia rursum omne quod natum est, factum intelligit, eo quod et nos a Deo geniti appellemur, quos constat e se facturam.

Vel si Arianus non est, et verum Filium de vero Patre natum non factum agnoscis; cur non eum cum Patre unam substantiam dicis? Frustra times, homo,

^a Toll. eod. et Vigil. edit., *quamquam non immutaberis dictum. Itaque recte sensum.*

^b Gill. et Rom. edit., *facturam dicti voluisse, Denegarum.*

^c Teller., in *Scripturis dominicis.*

^d Vigil. edit., *de vero Patre natus, non factus est.*

A profiteri quod credis; et frustra credia, si ita non credis, et merito hæreticus denotaris. ^e Et quamquam immutaveris dictam, quo putaris prohibuisse Dei Filium nuncupari facturam; sed eum subjungit: Sicuti aliquid horum, quod factum est; ex aperto ostendis non ab hoc ^b facturam dici voluisse, quasi non debeat factus intelligi; sed non ita factum vis, sicut aliquid horum, quod factum est, sed tamen factum. Aliter enim dicis factum, utpote perfectam creaturam, per quem facta sunt omnia; dummodo et ipsum factum intelligas, licet non ita ut cetera.

Sed ut ad id revertar, quod dicis in Scripturis divinis ὁμοούσιον, id est, unius substantiæ vocabulum non inveniri, singe hoc interim sic sit, eo quod ubiqueque substantia legitur, res Dei non Deus accipitur; quamquam et aliud quod scriptum non est, pariter protestaris, id est, Deum ex Deo, lumen ex lumine: quid ad hæc dicis? Aut totum mecum tene, aut totum amitte. Si enim unius substantiæ vocabulum inde times dicere, quia scriptum non est; timere identidem debes Deum ex Deo, et lumen ex lumine profiteri.

Sed ego proba Deum de Deo, lumen de lumine, et unius substantiæ vocabulum ^c in divinis Scripturis contineri. Cum enim ipse Dei Filius, qui Deus est, in Evangelio suo dicat: *Ego de Patre exi (Joan. xvi, 27)*; iura et merito Deum de Deo protestemur, quia de Deo Patre Filium Dei Deum verum de Deo vero natum esse agnoscimus. Sed non eo genere, ut nos dii sumus appellati (Psal. lxxxii, 6), vel ut Moyses Pharaonis deus est dictus (Exod. xvii, 1): sed quia verus est Filius, ^d de vero Patre natus est; verè et confidenter Deus de Deo dicendus, et sic lumen ex lumine.

Quod scriptum non est, mecum quidem dicis, sed mecum omnino ^e non sentis. Et quia scriptum est de Patre: *Deus lux est (1 Joan. i, 5)*; et de Filio: *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum; et: Lux lucet in tenebris, id est, Christus in sæculo; et tenebræ eam non sunt assecutæ (Joan. i, 9)*; si scilicet homines quorum cor ignorantie tenebris obæcatum est, Christum verum Deum, et verum Dei Filium non agnoscerunt. Sed ipse Dominus: *Ego sum, inquit, lux mundi: qui me secutus fuerit, non ibi in tenebris; sed habebit lumen vitæ (Joan. viii, 12).* Ergo quia lumen Pater, et lux Filius, recte lumen de lumine.

Sed lumen ex lumine ita asseris, quasi a Patre qui verum lumen est, aliud lumen sit factum, quod de ipsa Patriæ substantia non sit: sed sicuti aliud quodlibet lumen, quamquam a Deo sit factum, longe tamen aliud sit ab eo, qui fecerit; et ideo lumen ex lumine, non de lumine dicis. Cum ergo hæc prælocutus sum, licet mecum non intelligas, tamen quo-

^e Quoniam exarati atque editi ead. Ambrosii nomen præferentes, non sentis, ut quia scriptum est de Patre: *Deus lux est: quæ illuminat omnem hominem...* id est, *Christus in celo; et tenebræ...* Hæc scilicet homines... non agnoscerunt: sed ipse, etc. Nos vero locum ex edit. Vigil. restitimus.

modocumque ipsa pronuntias, cum scripta non sint. An non et unius substantiæ vocabulum, quod in Scripturis non putas contineri, mecum pariter profiteris : nisi quia illic habuisti quomodo malignos sensus tuos occulta fraude in utroque contingeres ; ut mecum hoc ipsum sono vocis exprimeres, sed tamen longe dicti intelligentiam separares ?

Sicuti et illi hæretici qui resurrectionem carnis negant, ad decipiendas^a animas simplicium, vā dicunt bis qui in carne non resurgunt. Sed si discutias eos cur hoc dixerint, cum scias illos carnis resurrectionem omnino negare, dicent tibi : Vā utique illi erit, qui in carne baptizatus non fuerit, ut anima ipsius dum in corpore est, de morte delictorum suorum, ut de sepulcro cruciatum per baptismum, in eadem resurgat. Solius enim animæ per lavacri vitalis gratiam resurrectionem in carne defendunt ; nam et ipsius carnis salutem excludunt. Et hi per verisimilem confessionem innocentium mentes occulta fraude seducunt. Et ut solet lethale poculum mellis dulcedine temperatum, suavitate fallente, periurere ; sic et hoc malum per blandimentum aurium, **351** audientium sensus quadam labe contaminans, contagione vitii adhærentis inficit.

CAPUT IV.— Denique et nunc possent ὁμοούσιον sicuti et cætera verbo tenus nominare, si haberent quomodo illud ad aliam intelligentiam scævo sensu perverterent : sed cum viderent se in hoc verbo concludi, nullam omnino mentionem hujus fieri voverunt ; ne aut proflendo hoc crederent, aut credentes professi viderentur : subtili ingenio excusantes, quod aut scriptum non esset, aut Deum in substantia dici non oportere, ne corporeus crederetur.

Deus etenim, inquit, efficit ut ait substantia, non tamen ut ipse Deus in substantia deputetur ; quippe, aiunt, cum omnia substantia contraria recipiat. Deus vero qui nihil diversum admittere potest, substantia dici non debet.

Ignoscerem tibi si hoc simpliciter diceres, si rationem rei velles scire, si rudis ad hanc questionem accederes, si non ipse esses, qui semper vel de alia substantia, vel de nullis exstantibus Dei Filium asserebas : at cum idem ipse sis qui hinc sæpe convictus, sæpe confessus, sæpe negasti, sæpius aliter immutando dampatus es : qui etiam^b nunc vi, ambitione et potentia exagitans, turbas omnia ; quomodo putas me ignoscere tibi posse frequentius eadem retractanti ? Sed ne videatur hæc perversitas præjudicata magis quam examinata dampari, breviter tibi de hac oppositione respondeam.

Prohibes itaque in Deo substantiam nominari, quasi omne quod substantia dicitur, res ipsa unius

^a Hunc etiam locum nobis edit. Vigil. restituit, cum haberetur in mss. et edit. Ambrosianis in hæc verba, *animas simplicium, dicunt his quia in carne non resurgant...., dicent tibi : Utique ille erit, etc. inepto sensu.*

^b Ambr. edit. cum. ms. Tell., *nunc in ambitione exagitans* : Vigil. edit. cum Læt. cod., *vi, ambitione,*

generis habeatur. An ignoras aliter ecclesiæ, aliter terrena constare ; sed et in ipsis cœlestibus rebus atque mundanis magnam differentiam interesse ? Aliter enim angeli, aliter singulæ virtutes constitutionum suarum substantias acceperunt, sicuti Apostolus ait : *Alia claritas solis, alia claritas lunæ, alia claritas stellarum* (I Cor. xv, 41). Sic et in hoc mundo, ut diversa genera rerum, ita et diversa corpora animalium, et omnibus sui cujusque generis substantiæ, sicut Apostolus dicit : *Non omnis caro eadem caro* (Ibid., 39).

Si ergo ea quæ a Deo facta sunt, diversas qualitates substantiarum suarum habent ; tu putas in Deo talem esse substantiam, qualem habet aliquid horum quod factum est ut possit contraria recipere ? Absit. Quæ est enim substantia Dei ? Ipsum quod Deus est, simplex, singulare, purum, nulla concretionem permixtum, limpidum, bonum, perfectum, beatum, integrum, sanctum totum. An tu putas inane aliquid esse et vacuum, quod est Deus ? Hoc enim dici blasphemiam est, ut inane putetur, per quem cuncta constituerunt, qui omnia verbo edidit, ratione composuit, virtute perfecit, cuius nutu et imperio universa reguntur, cuncta deserviunt,

Et bene de Deo legis scriptum : *Ego sum, qui sum* (Exod. iii, 14) ; et : *Qui est, misit me* (Ibid.). Et ipse salvator Dominus : *Hæc est, inquit, vita æterna, ut cognoscant te solum verum Deum, et quem misisti Jesum Christum* (Joan. xvii, 3). Est ergo^c in substantia essentia sua Deus, cuius cognitio vita æterna est, qui et tantus est, quantum dici non potest. Qui tunc digne æstimatur, cum inæstimabilis dicitur, utique velis ac nolis.

Ergo ipsum quod est, hoc est substantia ejus rei, quæ esse defenditur ; quod tamen jam dictum est, quantum et quale sit, nec mente concipi, nec sensu æstimari, nec animo definiri potest ; dummodo constet esse, quod esse creditur ; ut de eo ipso quod Deus est, inde sit Filius, ut verus sit Filius, et verus sit Pater in Filio, et Filius in Patre. Hoc erit ὁμοούσιος, id est, unius substantiæ cum Patre, sicut ipse Dominus ait : *Ego in Patre, et Pater in me* (Joan. xiv, 10) ; et : *Ego et Pater unum sumus* (Ibid., x, 30) ; et : *Ego de Patre exivi* (Ib., xvi, 28) ; et : *Qui me videt, videt et Patrem* (Ib., xiv, 9).

Non immerito, quia Filius Dei de Deo Patre natus est ; et ideo de unitate substantiæ, et de majestate deitatis unum sunt, sicuti et Hieremias prophetavit : *Quis stabit in substantia Domini, et videbit Verbum Domini* (Hier. xxiii, 18) ? Et iterum : *Si stetissent in substantia mea, et si audissent verba mea, avertissem eos ab studiis eorum pessimis* (Ibid., 22). Et apud Salomonem : *Substantia mea, dulcedo mea est* (Sap. xvi, 21).

sed sola edit. Vig. addit, *et potentia.*

^c Ita omnes edit. et cod. Læt. ; at Vigil. edit. rescuit, *essentia sua*, pro quibus Tell. cod. substituit, *sententia sua*. Verum recepta lectio non est mutanda ; idem ea significat, ac si scribatur, in ordine substantiæ per esseñiam suam.

CAPUT V.—Cum ergo hanc unitatem substantiæ A in Patre et Filio non solum prophetica, sed et evangelica auctoritate **352** cognoscas; quomodo dicis in scripturis divinis *ἁπολύσιον* non inveniri, quasi aliud sit *ἁπολύσιον* quam quod dicit: *Ego de Deo Patre exivi* (Joan. xvi, 28); et: *Ego et Pater unum sumus* (*Ibid.*, x, 30): vel quod prophetæ ex aperto substantiam Dei intimabant?

Hæc est autem nominis ratio, ut in Patre et Filio unitatem substantiæ credas, licet rem ipsam, quæ est inenarrabilis, definire non possis; ut sive lumen de lumine dicas, sive verbum de verbo, sive spiritum de spiritu, sive dominum de domino; quodcumque de eo dixeris, unius tamen essentiæ Patrem et Filium credas: et de eo ipso quod Pater est, Filium intelligas. Nam si aliquam comparisonem de R rebus his quæ videntur, in eo facias; ipsa dissimilitudine rerum non rationem ostendes, sed altercationem disputationum induces, ^a ut cujus voce descriptum est: *Cui me comparabitis* (*Esai.* xlvi, 5)? Ac proinde Deus cui assimilari nihil potest, sufficiat credi, quod ipse sentitur, quem ipse credi se voluit, non indicari.

Denique si de hoc ipso quod mecum profiteris, ad aliquam similitudinem velis in Deo conferre, nescio an quod comparaveris, possis expressius definire: ut puta cum dicis lumen ex lumine, si ad explanandum illud scrupulosa narratione cogaris, quæro quomodo lumen ex lumine credas? Utrum quasi lucernam ex lucerna, vel quasi solem ex sole; ut aut duas lucernas, aut duos soles, quasi duos C deos sub hoc exemplo inducas? Aut splendorem luminis ejusdem lucernæ, vel claritatem solis de eodem solo fulgentem, lumen de lumine consignes, ut in matricem luminis Patris figuram assimiles, Filium vero in splendorem claritatis ostendas; quod de eo Propheta dixerit: *Apud te est fons vitæ, et in lumine tuo videbimus lumen* (*Ps.* xxxv, 10); vel Salomon, cum dicit: *Candor est lucis æternæ, et speculum sine macula Dei majestatis, et imago bonitatis illius* (*Sap.* vii, 26); vel Apostolus hic prædicaverit Salvatorem nostrum imaginem esse invisibilis Dei, eo quod imago ^b solis lux sua sit, quæ de eodem sole procedit (*Coloss.* i, 15).

Sed quanta ad hæc responderi possunt, quæ lites generant, quod Apostolus prohibet (*II Tim.* ii, 24), D longum est dicere: quippe cum constet lumen illud quod Deus est, æstimari, comprehendi et definiiri non posse: nec vere aliquid ex his, quæ in hoc mundo sunt, majestati divini comparari; quia nihil de omnibus istis, quæ videntur aut dicuntur, secundum id quod Deus est, condigna similitudine æstimari potest, quippe cum ipsis intellectibus et sensibus major sit.

Ideo præmonuit ut divinitatem substantiæ crede-

^a Vigil. edit. sola., *Et quia ex voce Dei scriptum est.*

^b Vox solis in edit. desideratur, quam e cod. Tell. restituumus integritati sensus non inutilem.

^c Ambr. edit., *Nam et hoc Verbum*: melius Vigil.

res, et verum Filium de vero Patre cognosceres: de qualitate autem rei requirere non deberes; quia quale aut quantum sit, scire non possis. Hoc enim prophetæ, hoc apostoli prædicarunt.

CAPUT VI.—Denique pro captu, pro viribus, pro fide nostra intueamur Deus quid sit, et videamus an ei aliquid possit comparari. Certe hic est, de quo et cum dicitur, non potest dici: cum æstimatur, non potest æstimari: cum comparatur, non potest comparari: cum definitur, ipsa sua definitione crescit. Qui cælum manu sua operit, pugno omnem ambitum mundi claudit. Quem totum omnia nesciunt, et metuendo sciunt. Cujus nomini et virtuti famulatur hic orbis; et ipsa elementorum sibi succedentium momentanea vicissitudo testatur. Vide ergo si potest aliquid esse, cui possit Pater comparari et Filius; quia talis est Filius, qualis et Pater; non enim ipse se unum cum Patre diceret, nisi talem se, qualis est Pater, sciret.

Ratio quædam est, quæ apud Græcos *λόγος* nuncupatur, quæ inter Patrem et Filium personas vel vocabula distinguit; quia et ipse Filius ratio dicitur. Quæ tamen ratio multis nominibus appellatur: modo verbum, modo virtus, modo sapientia, modo dextera, modo brachium, modo margarita, modo thesaurus, modo retia, modo aratrum, modo fons, modo petra, modo lapis angularis, modo agnus, modo homo, modo vitulus, modo aquila, modo leo, modo via, modo veritas, modo vita. Et ita cum sit Deus omnia in omnibus, ut per hæc vocabula divinarum dispositionum mysteria cognoscantur, non ut ipsa majestas Filii Dei proprie definita monstretur.

Quid est enim Filius de eo quod Pater est? Alius idem. Nam ^c et ob hoc Verbum nuncupatur, quia ex proprio **353** divino ore processit, et nihil Pater sine eo aut jussit, aut fecit. Virtus dicitur, quia vere de Deo et semper cum Deo est, et omnis potestas Patris in ipso consistit. Sapientia appellatur, quia de corde Patris adveniens, arcana cœlestia credentibus reseravit. Dextera nuncupatur, quia per eum omnia opera divina perfecta sunt. Brachium dicitur, quia ab ipso omnia continentur. Margarita appellatur, ut nihil illo pretiosius habeatur. Thesaurus dicitur, ut in ipso omnes opes et divitiæ regnorum cœlestium conditæ agnoscantur. Retia dicitur, quia per ipsum, et in ipso de mari sæculi diversa gentium multitudo sicut piscium per aquam baptismatis in Ecclesia congregatur, ubi bonorum malorumque discrimen agnoscitur. Aratrum nuncupatur, quia signo crucis suæ dura pectora subjiciuntur, ^d ut necessario semini ipsa præparentur. Fons aquæ vivæ appellatur, quia ex eo sitientia corda cœlestis aquæ gratia irrigantur. Petra dicitur, quia credentibus fortitudinem, incredulis duritiam præstat. Lapis angularis dicitur, quia

et codex Tell. *Nam et ob hoc, id est, ob hanc rem, etc.*

^d Edit. Amb., *ut necessaria in ipsa*; codex Tell., *ut necessaria in ipsa*: optime Vigil. ut in textu.

utrosque parietes novi et veteris Testamenti unus A et mediator in semetipso continens copulavit. Agnus dicitur, ut innocentia Christi et passio demonstraretur. Homo dicitur, quia secundum carnem propter nos homines nasci dignatus est. Vitulus dicitur, quia propter nostram salutem pati sustinuit. Aquila dicitur, quia post venerabilem resurrectionem, a ut rex alitum ad Patris pervolat sedem, Leo dictus est, quia ipse est rex regum, qui mortem ac zabulum virtutis suæ potestate comminuit. Via est, quia per ipsum ascensus est. Veritas, quia mendacium nescit. Vita est, quia ipse universa vivificat.

Vides ergo per hæc vocabula significationes et dispositionum et operum divinorum præstensas; non tamen ipsum Deum proprie definitum? Est ergo Pater Deus immensus, æternus, incomprehensibilis, inæstimabilis. Est et Filius ejus Deus et Dominus noster, tantus, quantus est et Pater: sed non aliunde quam de Patre: *quia ego, inquit, de Patre exivi* (Joan. xvi, 28), hoc est, lumen de lumine.

CAPUT VII.—Sed ne ex eo occasionem aliquam hæreticus capiat, cum duo nomina, vel duas personas, id est, Patris et Filii statuo, quasi duos deos dicam, ut illi duos ex diversitate confingunt: nos autem Patrem et Filium ita nominamus, ut unum Deum in his personis et nominibus consignemus. Viderint philosophi, viderint hæretici discipuli eorum, qui potestatum diversitate variantur: *Nobis tamen unus Deus est Pater*, ut Apostolus dixit, *ex quo omnia, et nos ex ipso: et unus Dominus Jesus Christus, Deus Dei Filius, per quem omnia, et nos per ipsum* (I Cor. viii, 6).

Nam per duo quid aliud intelligitur, quam duorum per partes divisa substantia, b et cum nominibus ipsis dissociata natura agendi ac jubendi tam voluntas, quam imperia divisa? Porro Pater ac Filius etsi duæ personæ creduntur, ratione tamen et substantia unum sunt. Nam inæqualium societas melioris offensa est, et in injuriam ejus, qui verus Deus est, non verus alius comparatur. Cum autem ego Patrem et Filium statuo, unitatem generis assigno: et si illam in personis divido; discretionem tamen personarum rursus eadem nomina in unitatem sui naturali legis fœdere consignant.

Unde et tantus est Filius, quantus videbitur Pater, totus de toto, integer de integro, perfectus de perfecta consummataque virtute, sicut Apostolus dicit: *In quo omnis plenitudo divinitatis corporaliter habitat* (Coloss. ii, 9). Nam c et Hieremias receptissimus prophetarum, hanc unitatem divinitatis in Patre et Filio sciens ait: *Hic est Deus noster, et non*

deputabitur alius absque illo: qui invenit omnem viam prudentiæ, et dedit eam Jacob puero suo, et Israel dilecto suo. Post hæc in terris visus est, et cum hominibus conversatus est (Baruc. iii, 36, et seq.). Et Esaias hoc ipsum prædicat dicens: *Hæc dicit Dominus Deus: fatigata est Ægyptus, et negotiatio Æthiopum, et Sabain, viri excelsi ad te transiunt, tui erunt servi, et post te ambulabunt victi compedibus, et te deprecabuntur; quoniam in te Deus est, et non est alius Deus præter te: tu es enim Deus* (Esai. xlv, 14).

354 Quod ne putes me eo supercilio dixisse, quo Sabellius fertur, qui ipsum Patrem, ipsum Filium profiteretur, non ita nos totum in unam sententiam cogimus, ut aliorum hæreticorum fraude capiamur. Sed quia in ipso nomine personarum auctoritas indiscreta cognoscitur, et Filius non genere, sed personaliter a Patre nominatur; proinde totum Patri ascribimus, quod est Filius: et totum Filio, quod Pater est. Nihil non videbitur Patris, quod judicabitur Filii: nec Filii, quod defenditur Patris; quia unitas majestatis non sinit deos plurali vocabulo appellari: quippe cum constet Patrem et Filium unius esse substantiæ, unde uterque unus Deus est dictus.

Illud ante cuncta metuentes, d quia nisi Pater et Filius unum non sint, in invidiam recurrat auctoris interpolata nativitas; hoc enim placuit hæreticis, ut Deus ille omnipotens, invisibilis, immensus degeneraret in Filio, e non modo potestate, sed conditione mutata, quasi non potuerit Pater de semetipso talem habere, qualis et ipse est. Proinde nos verum Filium de vero Patre, qui semper fuit, et est unius substantiæ cum Patre, defendimus. Et hoc est, quod Græci ὁμοούσιον appellant, id est, cum uno aliud ipsum; f ut personæ audientia nominatim fierent, et non ut substantiam vocabula separarent.

CAPUT VIII.—Sed ut omne mysterium hæresis Arianae traducam, cur nolint Filium de Patris substantia credi, breviter intimabo. Aiunt enim: Cum sit Deus Pater omnipotens, invisibilis, inconvertibilis, immutabilis, perfectus, semper idem, æternus: Filius vero visibilis, quia sæpe patribus visus est; et convertibilis atque mutabilis, quia in variis figuris quibusque sese monstravit: qui si de Patris, inquirunt, esset substantia, numquam fieri posset, ut ante carnis assumptionem aut visibilis aut mutabilis cerneretur; quin potius in æqualitate qua Pater est, permanisset, ex cujus substantia erat; quia quod de Patre est, nec videri, nec mutari, nec converti posse credendum est.

invidiam recurrat.

^a Ita edit. Vigil. cum in aliis ac mss. habeatur: *Non modo potest esse de conditione; nullo sensu.*

^f Vet. edit., *ut personæ audientis nominatim; Vigil. et mss., ut personæ audientia nominum; mss. nominatim.* Quod autem ad dictionem ὁμοούσιον auctor explicat cum uno aliud ipsum; hoc Ambrosius paulo fusius exhibet lib. iii de Fide cap. 15, num. 426, quem locum a Basilio desumptum videri annotavit.

^a Ita codex Tell. et edit. Vigil.: Amb. vero, *ut rex altam ad Patris, etc.*

^b Ambr. edit. cum cod. Tel. et Læt., *et cum omnibus ipsi dissociata; Vigil. concinnius, ut in textu.*

^c Rom. edit. sola, *Nam et Baruc.* Sed et hunc Hieremiam nomine etiam ab Ambrosio citari jam ante non semel advertere licuit.

^d Vet. edit., *quod ubi Pater; Vigil., ne si Pater; mss., quia nisi Pater.* At seq. membro ubi vet. edit. *ac mss., invidia recurrat, multo melius Vigil., in*

Accedit ad causam, quia cum illapsus est in Mariam, cum Virginis uterum opplevit, aliud utique ex illa, quam quod venerat, natum est. Unde jam, inquit, corrupta substantia a statum veritatis, ordinem perdit, continuo immutatione ipsa formandus de Deo in hominem, de spiritu in carnem. Et utique translatio omnis interemptio est pristini. Ac per hoc aiunt: Si Filius de Patris substantia esset, jam et Patrem miserum videri substantiæ suæ vel traditione, vel sine: et proinde Filium ex alia substantia credere maluerunt, quod converti, et mutari, et videri possit; quia hoc de Patris substantia credi non liceat.

Hæc est causa erroris, hæc origo hæresis Arianae; dum non intelligunt virtutem Dei, neque tanti sacramenti dispositionem agnoscunt, ut Deum humanis conditionibus comparent. Quibus primo respondendum in loco Filium Dei non ita visum, ut Deus erat, sed ut homo capere poterat de Deo; deinde variis figuris non mutabilem et convertibilem ipsam esse, sed hoc esse potentiam Dei, et cum se singulis, prout vult, revelare dignatur, habitam mutet, non substantiam vertat: nec proprietatem qualitatis amittat, sed juxta meritum videntis temperamentum majestatis adhibeat; ipse tamen idem, et semper est, in substantiæ suæ proprietate permaneat, sicut scriptum est: *Mutabis eos et mutabuntur: tu autem idem ipse es, et anni tui non deficient* (Psal. ci, 28).

Nam etsi multa sunt ex his, quæ in hoc mundo videntur, quæ ex alio convertantur in aliud, ut desinant esse quod erant, et hoc sint quod retro non fuerant; ut limus cum in hominem figuratur, limus esse jam desinit: aut pisces, aut aves cum de aqua procedunt, ex eo jam non aqua, quia aliud: ut lutum figuli cum solidatur in testam: ut lapis, cum dissolvitur decoctus in calcem: ut arena cum motatur in vitrum, et cætera, quæ longum est recensere. Sed multum interest, stulte hæretice, inter ea quæ facta sunt, et eum qui omnia, quemadmodum voluit, fecit. Quæ facta sunt, ascriptæ conditioni deserviunt: qui vero fecit, suæ voluntatis et proprii juris est. Neque potest in aliud, quam quod est, aliquo cogente, mutari: sed prout vult, et cui vult, se demonstrat. Nam si Angeli in figura hominum sæpe sunt visi, et tamen alium non sunt, quam quod se esse norunt, neque substantiam mutant, cum formam humani corporis sumunt; quanto magis ipse Dominus noster qui omnia fecit, qui ipsis Angelis ut hoc possent, sua institutione concessit!

Huc accedit quod sic Filium Dei, ut jam dictum est, visum a Patribus approbamus, ut non totum in illo, quod Deus est, videretur: sed dispositiones rerum futurarum, quæ suis quibusque temporibus complendæ erant, in illo per imaginem cernerentur. Nam quis Filium Dei videre potuit, antequam con-

spicabilem materiam, sicut ei placuit, assumpsit, vel ipsam hominem inducere dignatus est?

Qui etsi Abrahæ visus est (Gen. xviii, 1), sed in forma humani corporis visus est, quo scilicet postremis temporibus in homine venturus esse ostendebatur.

Jacob etiam alibi in angelo (Gen. xxviii, 13), alibi æque videtur in homine. Qui ideo se in angelo demonstravit, ut nuntium se magni consilii indicaret: in homine vero, cum quo et colloquatus fuisse describitur; ut imaginem futuræ colloquationis, quam cum Israel habiturus erat, cum secundum hominem advenisset, præcipue indicaret. Sed ut Dominum crederet, cum quo tanto certamine sub figura hominis tractabatur, Israel, id est, homo videns Deum, nomen accepit (Gen. xxxii, 24). Vidi, inquit, Deum facie ad faciem, et salva facta est anima mea (Ibid., 30). Et utique figuram hominis viderat, quam Deus Dei Filius induerat.

Moyse in rubo in flamma ignis apparuit (Exod. iii, 2), ut lucem credentibus, incredulis judicium demonstraret; quia Christus credentibus salus est, non credentibus preña, et Apostolus ait: *Aliis odor vitæ in vitam, aliis odor mortis in mortem* (II Cor. ii, 16).

Populum Israel in columna nubis per diem, et per noctem in columna ignis quasi dux itineris præcedebat (Exod. xiii, 21); ut baptismi gratiam per aubem, et donum sancti Spiritus per ignem ostenderet; quia apostolus Paulus in aube Patres baptizatos scribit (I Cor. x, 2), et Spiritum sicut ignem esse apostolorum Acta declarant (Act. ii, 3).

Vides ergo per omnia, hæretice, characteres divinarum Scripturarum in honorem Dei Patribus præcipientes; non tamen ipsum Deum, ut est proprie revelatum. Denique cum Moyses oraret ut faciem Dei pure videret, quid ad illum continens Deus? *Non poteris, inquit, videre faciem meam; non enim videt homo faciem meam, et vires* (Exod. xxxiii, 20). Hoc ipso quod negatur aspectus, claritas assignatur, quæ scilicet tanta est, quanta credenda est, quæ invisibilis indicatur. Cum ergo Moyses qui et situm cæli, et ordines mundi, et elementorum vices, totius denique orbis ornamenta digesserit, indicarit, expresserit; cui ipse Dominus testimonium perhibuit dicens: *Nemo erit ex prophetis ut servus meus Moyses, cui facie ad faciem, ore ad os locutus sum* (Num. xii, 7, 8); Deum tamen pure videre non potuit. Merito quidem prophetia omni dignus, sed non usque adeo ut intueri Deum valeret, qua homo tantummodo esset.

Et utique hæc omnia Filii verba defendimus, quem in monte Sina cum Moyse locutum esse scimus (Exod. xxxi, 18), qui agendis explicandisque rebus a Patre advenerat; quia omnia a principio per ipsum et ordinari, et explicari, et manere convenerat, ut

^a Ambr. edit. et cod. Læt. *statim vertit ordinem, perdit continuo immutationem, ipsa formando*; Tell... *muationem ipsam formando*; secunda manu, *ipsa*

formandi: aptius edit. Vigil. ut in contextu.

^b Tell. cod. et Vigil. edit. *Quibus primi in loco respondendum est Filium, etc.*

habendi Filii hæc præcipua ratio constaret. Et tamen sic visus accipitur, ut alicujus conspicibilis, ut dixi, materiæ dispositione assumpta videretur, salva scilicet invisibilitate ejus, quam a conspectu omnium majestas interfusa seposuit. Non enim sic humanis aspectibus revelatus est, ut tota in illo deitas appareret: sed ad vicem speculi cum conceptos intra lucem suam vultus quasi ad plenam effugiem hominis includit; ^a ita majestatis ejus præeunte fulgore, intra id visum est, quod imaginem veritatis, non ipsum Deum proprie demonstraret.

Sic et cum hominem induere dignatus est, non labem æternitati intulit; ut spiritum in carnem mutaret, sed ut suscepto homini immortalitatem atque æternitatem cælestis vitæ præstaret. Nam etsi Apostolus semetipsum exinanisse dicit: formam servi suscipiendo, non utique sic exinanitum accipimus, ut aliud, quam quod fuerat, ^b idem Spiritus fieret: **356** sed ut seposito interim majestatis suæ honore, humanum corpus indueret, quo suscepto, salus gentium fieret. Ut enim sol cum nube tegitur, claritas ejus comprimitur, non cæcatur; et lumen illud, quod toto orbe diffusum claro splendore cuncta perfundit, parvo admodum obstaculo nubis includitur, non auferitur: sic et homo ille quem Dominus Jesus, Salvatorque noster, id est, Deus Dei que Filius induit; ^c Deum tamen in illo non intercepti, sed abscondit.

Denique cum in monte sive paululum extra ipsam hominem extulisset, fulgore luminis ejus pene obcæcanti apostoli in terram quippe homines ceciderunt (*Matth. xvii, 6*), periclitati vitam, nisi eis Dominus compresso rursus majestatis suæ honore ut misericors subvenisset, secundum illam sententiam: *Nemo vidit Deum, et visit (Exod. xxxiii, 2)*. Ut ergo claritas solis, ^d cum non utique ad nostros ethicæ visus, sibi talis est; quia quod non videtur, infirmitatis est nostræ, quorum oculos nubium tenuit obscuritas: ^e ita probat se non suo detrimento proprii latuisse fulgoris; sed carnis, ut dixi, beneficio, cujus causa Filius Dei filius hominis esse sustinuit.

Nempe enim de Spiritu Dei Virgo concepit, et quod concepit, hoc peperit, id est, Deum homini suo, ut jam dixi, sociatum, sicut ipse dixit: *Quod nascitur de carne, caro est: et quod nascitur de spiritu, spiritus est (Joan. iii, 6)*; quia Deus spiritus est, et de Deo natus est. Sicut et Angelus ad Mariam Virginem dixit: *Spiritus Dei venit in te, et virtus Altissimi obumbrabit te. Propterea quod nascitur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei (Luc. i, 35)*.

Vides ergo ipsum Spiritum, id est, Filium Dei venisse ad Virginem; et inde Dei et hominis Filium

A processisse: nec tamen ipso indumento carnis Dei Filium esse mutatum; sed eundem ipsam esse in homine, qui fuerat ante mundum cum Patre; per quem facta sunt omnia, et sine quo factum est nihil, sicut Evangelista ait: *Mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognovit (Joan. i, 10)*.

Cæterum amentis est credere ab eo posse liberari, qui ut liberaret, amissus est; ut nasceretur, oppressus est: ut immortalitatem reciperet, transivit ad mortem. Sed absit, hæretice, ut sensus tuæ iniquitatis a catholicis admittatur; nos enim credimus immutabilem et inconvertibilem, Verbum et spiritum, id est, Filium Dei; qui cum hominem induit, non statum vertit, non ordinem perdidit, non substantiam immutavit: sed illuvias ejusdem corporis æterno claritatis suæ lumine illustravit; ut ad nos per tramitem corporis ejus lux Sancti Spiritus, et æternæ vitæ gratia redundaret.

Quem etsi passum credimus et sepultum, sed homo ille passus est, quem Filius Dei suscepit, quem induit, quem portavit. Sed quia totum ad auctorem referebatur, quidquid homo ille patiebatur; ideo mors et passio Domini judicatur; nam constat immortale esse, quod Dei est: hominis, quod caducum.

Tertia quoque die resurrexit non Deus in hominem, sed homo potius in Deum.

Ascendit in cælos, obtulit Patri suo hominem illum gratissimum munus, consedit ad dexteram Patris, secundum quod scriptum est: *Dixit Dominus Domino meo: Sede ad dexteram meam (Psal. cix, 1)*.

Misit nobis Spiritum sanctum de propria sua, et ipsa una substantia sua, protectorem, sanctificatorem, et deductorem in vitam æternam, sicut scriptum est ex voce Dei: *Effundam de Spiritu meo super servos meos, et ancillas meas (Joel ii, 29)*. Et iterum: *Spiritus ex me prodibit (Esaï. lvi, 16)*. Et ipse Dominus Salvatorque noster: *De meo, inquit, accipiet (Joan. xvi, 15)*; ex eo utique quod est Filius, quia et Filius de eo quod Pater est.

Exinde præfinito tempore venturus, vivos virtuososque judicaturus; ut reddat credentibus præmia, non credentibus vero supplicia.

Cujus regnum æternum, immortale; nec initium habet, nec terminum: cui est honor et gloria in sæcula sæculorum.

CONCLUSIO. — Hæc qui legis, per Deum obsecro, ne simplicitatem sensus in ambiguum torqueas, aut alias quam dicta sunt, trahas; quia nos Patrem verum Patrem confitemur, et Filium Dei verum Filium Dei, et Spiritum sanctum vere Spiritum sanctum credimus: tres personas unius substantiæ, et unius divinitatis consistentes. Sabelli autem, et Pho-

^a Vet. edit. et ms. Tell., ita majestas ejus... intra id visum esset: magis concinne Vigil. edit. cum Læt. ms., ita majestatis ejus... intra id visum est, hoc est, sub his conditionibus visio conceditur.

^b Gill. et Rom. edit., idem Christus fieret; aliæ ac mss., idem spiritus fieret. Minime male; supra enim scriptum legimus, ut spiritum in carnem mutaret.

^c Vigil. edit., divinitatem in illo, etc.

^d Ambr. edit. ac mss., cum usque ad nostros: Vigil. edit. negationem adjicit, quam quidem illic necessario sensus exigit.

^e Vigil. edit., ita et majestas illa divina, quæ, ut dicit, corpus induerat, probat se non suo, etc.

lini, nec non Arii sectam, et si qua alia sunt, quæ A tota fide servant, amplectimur; hæc enim tractata contra regulam veritatis veniunt, condemnamus. tum scimus contra omnes hæreses invicta veritate Nicænæ autem synodi tractatum omni animi nisu ex oppositum.

IN LIBELLUM DE DIGNIT. SACERDOTALI ADMONITIO.

Non omnino perfunctorie hanc opellam dispicienti ambiguum non erit eam sancto Ambrosio suppositam fuisse; idque non solum quod habeat versionem Hieronymi, et senatores noscendos non lato clavo, sed chlamyde asserat, ut observat Blondellus (*De Form. Regn. Chr. cap. 7*): at multo magis quod nihil contineat ab Ambrosii et ingenio et sæculo non alienum. Verumtamen in omnibus Operum sancti Doctoris editionibus idem libellus locum obtinuit; et in scriptis etiam codicibus, si unum exceperis, præfixo Ambrosii nomine illustratur. Cum vero tantus sit eorum consensus in auctore pseudepigrapho, mirum est quantia sit eorundem in indicando Operis argumento varietas. Etenim cum tam frequentes occurrant in bibliothecis, ut in sola Vaticana quatuordecim invenire sit; fere totidem ejus leguntur inscriptiones, quot manuscripti. Alibi quippe titulus illi præfigitur, *Liber Pastoralis*, sive *De Cura Pastoralis*; alibi, *De Observantia Episcoporum*: modo, *de Vita et Ordinatione Episcoporum*, et *simoniaca hæresi*; modo *Sermo de Episcopis et Sacerdotibus. De Apostolo in loco*, ubi ait: *Fidelis sermo*, etc.; nonnumquam, *Sermo de pastoribus*; interdum, *Sermo de Mysteriis*; alicubi etiam, *De Ordinatione Episcopi per simoniam*. Sed ab aliis codex Ecclesiæ sancti Martialis apud Lemovices minus ab aliis recedit materiæ, quam Auctoris significatione; sic enim præfert: *Sermo Gilberti Philosophi, Papæ urbis Romæ, qui cognominatus est Silvester, de Informatione Episcoporum*. Hunc libellum ex eodem codice exscriptum Mabillonius noster pro sermone nondum vulgato, xi parte Analectorum edi curavit, haud dubie nova illa deceptus inscriptione. Verumtamen in hoc bene meritus est de eruditis, quod primus illum sub auctoris hujus nomine in lucem misit. Omnia profecto et personæ et temporis satis congruunt (*Cap. 1, sub finem*). Episcopus enim ordinis sui viros ibi alloquitur, idemque sæculum labe simoniaca maxime laborasse exploratum est. At nihilominus cum manuscriptus ille ab aliis omnibus non in sensu quidem, sed tamen in elocutione perpetuo dissideat, revocari potest in dubium verasne ejus auctor haberi debeat idem Silvester, an aliquis interpolator: quod nos lectorum judicio definiendum permittimus. Porro ex variis illis codicum manu exaratorum titulis abunde cognoscitur duo tractari hoc in Opere, scilicet (*Cap. 2, 3 et 4*) episcopalem declarari amplificarique dignitatem, et (*Cap. 5. et seq.*) simoniæ crimen acriter impugnari. Cum vero idem tractatus in memoratis codicibus partim sermonis, partim libelli nomine inveniat in scriptus, in controversiam forte venerit utrum vocabulum magis apte eidem conveniat. Fatendum quidem est in priori parte haud pauca esse, quæ sermonis speciem satis referant; sed cum sub finem aperte nominetur libellus, ipsum inter libellos sive tractatus exhibere satius duximus.

DE DIGNITATE SACERDOTALI.

357 CAPUT PRIMUM. — Si quis, ^a fratres, B seipsam suis pomis ornatur, et omnes qui ex ea oraculum reminiscatur quo Dominus frugi famulum de servata sibi pecunia, quam ad prærogandum susceperat, increpavit dicens: ^b *Tu dedisses pecuniam meam, et ego veniens cum usuris exegissem eam* (*Luc. xix, 23*); non jam otiosus auditor collatam sibi divini muneris gratiam suis tantum usibus reservabit: sed cunctis eam communicabilem faciens copiosius prærogando, securus possidebit; ut sibi per hæc et plurimis ædificationis exhibeat fructum, et velut decora arbor pomis referta ^c non infructuose probetur occupare terram, dum vivit, cum et per

fructum perceperint, saginantur, beato nos etiam Apostolo ad hæc eadem invitante: Nolite querere quæ vestra sunt, sed quæ aliorum (*Phil. ii, 4*). Et alibi: *Non quero quod mihi utile est, sed quod multis, ut salvi fiant* (*I Cor. x, 33*). Idcirco nos quibus in verbis divinis credita est dispensatio, et qui gregem Christi alendum nutriendumque suscepimus, ^d non sine ingenti periculo noxam nos credimus evasuros, si non secundum hunc modum vivamus, aut etiam si minime prædicemus. Et licet ad hæc prædicanda nos retardet vitæ hujus improbitas, invitat

^a Vet. edit. et Mabill., *Si quis, fratres, oraculi reminiscatur Domini, quo frugi famulum de servata... ad prærogandum*; Rom. edit.,... *quo famulum nequam.. ad erogandum*; mss. autem plurimi a vet. edit. hoc solum distant quod omittunt vocem, *Domini*, et eorum aliquot non *fratres*, sed *frater* legunt: alii vero locum restituunt, ut in contextu.

^b Ita vet. edit. et mss. a quibus eo recedit Ma-

C bill. quod habet: *Tu si dedisses... exigerem eam*; at edit. Rom., *quare non dedisti pecuniam meam ad mensam*, etc.

^c Non pauci mss., *infructuosa probatur*; unus, *reprobatur*.

^d Vet. et mss. aliquot, *non sine ingentis periculi noxa*; cæteri, ut in contextu; quos etiam Rom. edit. secuta esset, nisi *et noxam* eliminasset.

nos tamen præcepti necessitas. Et vix jam mihi est, si minime prædicaverō, et si susceptum thesaurum in terra defossum, id est, in meo corde diu occultaverō, et lucernam **358** divini verbi compressam sub modio retentaverō, et non super candelabrum propositam, cunctorum oculis manifestaverō; et claustra humanæ imperitiæ per claves illas regni cælorum, quas in beato Petro apostolo cuncti suscepimus sacerdotes, minime reseraverō; ut audire per hæc merear pro linguæ meæ modulo: *Euge, serve bone et fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam: intra in gaudium Domini tui (Math. xxv, 22).* ^a Unde verens iis increpationibus et suppliciis subdi, timore pœnæ percussus, amore fraterno invitatus, non jam ad subditum loquor vulgus, quod jugiter mouere consuevi, sed ad ipsos jam prædicatores vulgi mea verba converto: et meis conservis velut obediens servus, id est, episcopus sacerdotibus, antistes pontificibus, audacter prædicare ^b salutis monitoria non retardabo. Nec prærogativam mihimet scienitiæ, si hæc meis consacerdotibus charitatis intuitu prærogem, vindicabo, aut vitæ perfectæ me esse fateor, cum de vita perfecta alios moneo: sed potius cum hæc ad illos loqui audeo, simul cum illis quæ loquor, audiam.

CAPUT II. — Aggrediar jam divina ope suffultus, facultate qua valeo, et eorum precibus adjunctus, ad quos noster respicit sermo, desideratum carpiam iter, et in gremio quasi **359** consacerdotum positus, ipsos alloquar sacerdotes. Audite me, beatissimi patres, ^c et si dignum ducitis, sanctissimi fratres. Audite me, stirps levitica, germen sacerdotale, propago sanctificata, duces et rectores gregis Christi. Audite me rogantem vos pariter et timentem, ^d et commodis communibus sollicitè consulentem, et honorem episcopatus demonstrare volentem; ut cum honoris ejus prærogativam monstramus, merita etiam congrua requiramus; nec falli possimus in opere, qui cognoscimus veritatem in corde. Dignum est enim ut dignitas sacerdotalis prius noscatur a nobis, et sic deinde servetur a nobis; ut psalmographi sententia queat repelli a nobis: *Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est jumentis insipientibus, et similis factus est illis (Psal. XLVIII, 13).* Honor igitur, fratres (*Dist. 96, c. Duo sunt, § Honor*), et sublimitas episcopalis nullis poterit comparationibus adæquari. ^e Si regum fulgori compares et principum diademati, longe erit infe-

^a Ita edit. omnes, et mss. nonnulli; alii partim, *verens iis increpationibus et suppliciis sub Dei timore pœnæ percussus*; partim, ... *suppliciis Dei timore pro linguæ pœna percussus*, quidam denique, *verens has increpationes et supplicia Dei, timore pœnæ percussus*.

^b Omnes edit., *salutis communia*; Mabill., *salutis munia*; optime omnes mss., *salutis monitoria*. Cæterum non male observat Latinus hunc nostrum auctorem hoc loco multum dissimilem esse ab eo, quem ipse se Ambrosius descripsit lib. 1 de Offic. cap. 1.

^c Mss. aliquot, *et dignum ducite*.

rius, tamquam si plumbi metallum ad auri fulgorem compares, quippe cum videas regum colla et principum submitti genibus sacerdotum, et exosculata eorum dextra, orationibus eorum credant se communi. Quid jam de plebeia dixerim multitudine, cui non solum præferri a Domino meruit, sed ut eam quoque jure tueatur patrio, præceptis imperatum est evangelicis? Sic certe a Domino ad beatum Petrum dicitur: *Petre, amas me?* Et ille: *Tu scis, Domine, quia amo te (Joan. xxi, 15, 16).* Et cum hoc tertio fuisset interrogatus, et trina responsione fuisset subsecutus, repetitum est a Domino tertio: *Pasce oves meas.* Quas oves, et quem gregem non solum tunc beatus suscepit apostolus Petrus; sed et nobiscum eas accepit, et cum illo eas nos accepimus omnes. Unde quia regendæ sacerdotibus contraduntur, merito rectoribus suis subdi dicuntur; quia evangelico coruscante mandato videmus nihilominus esse præfixum: *Non est discipulus super magistrum, nec servus super dominum suum: sed sufficit discipulo, ut sit sicut magister ejus, et servo, sicut dominus ejus (Luc. vi, 40).*

CAPUT III. — Hæc vero cuncta, fratres, ideo nos præmississe debetis cognoscere, ut ostenderemus nihil esse in hoc sæculo excellentius sacerdotibus, nihil sublimius episcopis reperiri; ut cum dignitatem episcopatus episcoporum oculis demonstramus, et digne noscamus quid sumus, et quod sumus professione, actione potius quam nomine demonstramus; ut nomen congruat actioni, actio respondeat nomini; ne sit nomen inane, et crimen immane: ne sit honor sublimis, ^f et vita deformis: ne sit deifica professio, et illicita actio: ne sit religiosus amictus, ^g et irreligiosus proventus: ne sit gradus excelsus, et deformis excessus; ne habeatur in Ecclesia cathedra sublimior, et conscientia sacerdotis reperiatur humilior: ne locutionem simulem columbinam, et mentem habeamus caninam: ne professionem monstremus ovinam, et ferocitatem habeamus lupinam; ut digne nobis per prophetam respondeatur a Domino: *Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me (Esai. xlii, 13).* Ergo, fratres, sicut senatorem chlamys ornat, sicut agricultura rusticum, ^h sicut barbarum arma, sicut nautam navigationis peritia, et singulos quosque opifices operis sui qualitas ipsos demonstrat auctores: sic episcopum non aliter nisi episcopali operatio designat; ut ex bono opere magis, quam

^d Omnes edit. ac pauci mss., *et commodis et commotionibus solito*, Rom. edit. *sollicitè, consulendum*; mss. plerique omnes, ut nos in textu, nisi quod pro *sollicitè* non pauci legunt *solite*, sed calami error est.

^e Mss. aliquot, *Si regum compares infulas, et principum diademata*.

^f Duo mss., *et vita circumvallata periculis. Inde et vita periculosa: unus et vita proclivis*; alius et Mabill., *et vita pœnalis*.

^g Nonnulli mss., *et irreligiosus proventus*.

^h *Sicut barbarum arma*, in Rom. edit. jugulatum est.

professione noscatur plus meritis esse episcopus, quam quod hominibus vocetur; quia sicut nihil esse diximus episcopo excellentius, sic nihil est miserabilius, si de sancta vita episcopus periclitetur; si sacerdos **360** in crimine teneatur ^A et pontifex vitiorum maculis polluitur. Et ut levius est de plano corrumpere, ^B sic gravius est, qui de sublimi ceciderit dignitate; quia ruina quæ de alto est, graviori casu colliditur. Honor quidem episcopalis coram hominibus præclarus est; sed si ruinam sustinent, dolor magnus est. Nam quanto præ cæteris gradus episcopalis altior est, tanto si per negligentiam delabatur, ruina gravior est. Magna sublimitas ^C magnam debet habere cautelam: honor grandis grandiori debet sollicitudine circumvallari. Cui plus creditur, ab eo plus exigitur, sicut scriptum est (*Luc. xii, 48*): *Quia semper optimis permixta sunt pessima*; et alibi: *Potentes potentiora tormenta patientur* (*Sap. vi, 7*); et: *Scienti legem et non facienti eam, peccatum est grande* (*Jacob. iv, 17*); et: *Servus sciens voluntatem domini sui, si non fecerit eam, vapulabit multum* (*Luc. xii, 47*). Aliud est enim quod ab episcopo requirit Deus, et aliud quod a presbytero, et aliud quod a diacono, ^D et aliud quod a clerico, et aliud quod a laico, vel a singulis quibusque hominibus.

^E Et licet omnium hominum opera Deus in suo examinet iudicio, plus tamen ab eo exigitur, ubi plus committitur; ampliores enim pœnas luit, cui numerosior regendorum populorum fuerit cura commissa.

CAPUT IV. — Et ut specialiter ipsius episcopatus modum et formulam omnibus sacerdotibus ^F depingamus; ^G apostolica est nobis regula revolvenda, quæ de his per singula episcopales actus depingit. Sic ad cunctos episcopos beatus ait Apostolus: *Fidelis sermo* (*I Tim. iii, 1*); sic si diceret: De quo sum locuturus, veraciter loquor; ne quis existimet me fuisse mentitum. Subiunxit: *Si quis episcopus*

tam desiderat, bonam opem desideret (*Ibid.*), hoc est, si episcopis esse desideras, magnum est quod esse cupis; ^H sed si et opus bonum simul amplectaris. Nam si aliter esse cupis, episcopus esse non potes, quia sequitur: *Oportet enim episcopum irreprehensibilem esse* (*Ibid.*, ^I 2). Irreprehensibilem ait; nam si episcopus reprehenditur, deformiter subditur calpe. Et profecto culpa ad reatum trahit, reatus ad pœnam; pœna perducit usque ad mortem. Ecce ad quid voluitur dignitas episcopalis. Et post paululum ait: *Unius uxoris virum* (*Ibid.*). Si ad superficiem tantum literæ respiciamus, prohibet bigamum episcopum ordinari; si vero ad altiore sensum conscendimus, inhihet episcopum duas usurpare Ecclesias; et si adhuc introrsus profundiora perscruteris, monet ^J post catholicum dogma, sensum inventiatur episcopus habere hæreticum: sed christianam tantum orthodoxam et catholicam sibi associet fidem; ut unius tantummodo uxoris et catholicæ Ecclesiæ vir episcopus vocetur. Sequitur deinde, et ait: *Sobrium* (*Ibid.*); hoc est, non vino tantum, sed et vitilis parcum; ut nec vino amplius indulgeat, quam oporteat, et mente semper sobrius inventiatur. Et adiecit sequentia, dicens: *Prudentem*. Prudentiam quippe non mundialem, de qua dicitur quod stultitia sit apud Deum (*II Cor. iii, 19*); sed prudentiam spiritalem, id est, quæ et opere circumspicua sit, et verbo perita; ut sit astutus sicut serpens, et simplex sicut columba (*Matth. x, 16*). ^K Et denuo infert: *Ornatum*. Quod si juxta sensum literæ tantum respiciamus, ^L non aliud, sacerdotes, quam amictum queremus clariorem; verbi gratia; castorinas queremus et sœciles vestes (*I Tim. iii, 2*); et ille se inter episcopos credit esse altiore, qui vestem induerit clariorem. Sed sanctus Apostolus taliter se intelligi non vult, quia non carne episcopum, sed mente docet esse ornatum; ut ille sacerdos placeat

^A Aherat a cunctis edit. multisque mss., et pontifex... polluitur, quod nos e cod. melioris notæ restitimus.

^B Edit. Mabill., sic qui e sublimi ceciderit, grave incurrit exitium. Et infra, Honor quidem coram hominibus episcopalis magnus; sed post lapsum, si quod absit, dolor magnus in Ecclesia.

^C Eadem edit., magnam cautelam desiderat, honor grandior grandiori sollicitudine indiget. Cui plus creditur, plus ab illo exigitur, et potentes potenter tormenta patientur, et servus, qui novit voluntatem domini, et non facit digna, plagis vapulabit multis. Aliud enim ab episcopo, etc.

^D Nonnulli mss., et aliud, quod a subdiacono, et aliud, quod a clerico.

^E Edit. Mabill., Et licet cunctorum per singula requiratur opus, plus tamen ab eo exigitur, cui major est cura commissa: ampliores pœnas luit, cui numerosior regendorum populorum, si neglecta credita est dispensatio. Et ut ipsius episcopatus, etc.

^F Cod. Baluz., apostolica nobis est per omnium regula revolvenda, quæ per singula episcopatus lineamenta distinguit; ne aliquis sacerdotum quærentibus gheriat commentis se nostris in hoc opere increpatos, magis quam apostolicis sententiis redargutos. Sic ad cunctos, etc. Hinc ms. etiam accedit edit. Mabill. leviculis quibusdam exceptis.

^G Decet in Baluz. cod., sed et si opus bonum....

esse cupis; totus vero locus ita exhibetur apud Mabill., hoc est, episcopus esse cupis? Magnum est, quod ambis: sed opus bonum simul si amplecteris. Cæterum episcopus esse non poteris, si episcopales actus aspernari volueris. Et denuo infert et ait: Oportet episcopum... nempe si reprehenderit, culpæ deformitali subderis. Et profecto culpæ ad reatum trahit, reatus pœnæ servituti obnoxius erit, servituti obnoxius, libertatem amittit. Ecce quæ evenit libertas episcopalis per hoc gradus, quos diximus criminales. Sed ut reprehendi non possit, irreprehensibilis per omnia actus custodi. Post hæc addit: Unius uxoris virum. Si ad litteram respicias, bigamiam condemnat, ne secundus noverit concubitus, qui episcopatus gradum consequi desiderat. Si vero allegoricis sentitur sensibus, inhihet episcopo duas habere uxores, id est, ne post catholicum dogma, sensum hæreticum sumat: sed christianæ tantum sinceritatis sibi associet fidem; ut unius uxoris tantum, id est Ecclesiæ, vir episcopus appelletur. Sequitur: Sobrium. Sobrium ait, hoc est, non vino tantum, sed moribus parcum; ut ne vino amplius indulgeat, et mente sobrius gaudeat: qui si hoc non facit, episcopus non erit.

^H Edit. Mabill. hic rursus ponit, qui si talis non est, episcopus non est.

^I Nonnulli mss., non alium in sacerdote ornatum, quam. Infra vero pro, te credit altiore; thas. aliquot legunt... auctiore; edit. Mabill.,... sanctiore.

Deo, qui animam habuerit compositam Deo. ^a Et A
post hæc addidit: *Hospitalem* (I Tim. III, 2); ut hu-
manitatis inuita hospitio recipiat non habentes
361 hospitium, et egenam sine tacto inducat in
domum tuam, nec solus devoret dona Christi, quæ
ei largita est bonitas Christi: et quia *hilarem dato-
rem diligit Deus*, sine marmure contribuat pauperibus
Christi. Sequitur deinde, et ait: *Docibilem* (Ibid.),
id est sic polleat episcopus sapientia, ut non so-
lum credentem sibi populum sufficienter doceat;
veram etiam et sanctarum queat hæresim contra-
dictiones a catholica repellere Ecclesia, ne sua im-
peritia imperitos minime doceat, et ^b huiusmodi
casa præventus eveniat illi, quod scriptum est:
Cæco cæcus ducatum præbens, ambo in foveam cadunt
(Matth. xv, 14). Qui vero talem se, ut diximus, B
esse ignorat, sacerdotium minime appetat, nec lo-
cum ^c alterius usurpare præsumat, præsertim illius
qui fulgore suæ sapientiæ populorum potest corda
lustrare. Subiunxit et ait: *Non vinolentum* (I Tim.
III, 3), hoc est, non multo vino deditum; ut si
credatur vel videntur episcopus, utrum biberit an
non, ignoretur; ne post largam potationem vini
mulierum ^d delectetur illecebra, nec per vinam, sicut
ait Apostolus, omnis nutritur luxuriam (*Ephes. v,*
18). Demum subsequitur dicens: *Non percussorem,*
sed modestam (I Tim, III, 3), id est, manus impro-
bas ad eandem non habeat, et suspicionibus pravus
minime percutat conscientias aliorum; ne dum pe-
tulans invenitur ad eandem, athleta magis quam
episcopus iudicetur. Sed magis ^e diverso ab aliis C
illatas patienter ferat injurias; ut mentis ^o modes-
tiam cunctis hominibus tranquillam demonstret, et
firmam patientiam cunctis ostendat. Iterum addidit
dicens: *Non litigiosum* (Ibid.), id est, non linguam
ad convicium relaxet episcopus, ne per eandem
linguam, per quam laudes refert Deo, et divina libat
sacrificia, litium venena proferat: quia non decet de

^a Edit. Mabill., *Qui vero hæc non facit, episcopus non erit; et infanti incurrat, qui sanctum Apostolum contemnit.*

^b Edit. Mabill. *et huiusmodi eveniat quod scriptum est. Minime male; mss. tamen et aliæ edit. inter se consentiunt, nisi quod pro præventus, in cod. quibusdam habetur, præventus.*

^c Eadem edit., *alterius adimat; qui fulgore suæ sapientiæ cunctos collustrare poterat. Item ait: Non vinolentum; hoc est, non multo vino deditum, ut sic potest episcopus, ut utrum biberit, ignoretur.* D

^d Eadem edit., *delectetur libidine; quia per vinum, sicut ait Apostolus, omnis nutritur luxuria. Qui si hæc non potest, episcopus esse non potest.*

^e Eadem edit., *modestiam tranquillam monstret infirma patientia. Iterum dicit. . . relaxet; ut qui Dei laudes personat; et divina sacrificia libat, litium venena non proferat, quia non potest ex sacerdotis ore benedicti Deus, et homo maledicti, qui imaginem Dei noscitur possidere; nec mala sibi, et bona ullatenus poterunt convenire. Qui si hæc non agit, episcopus non erit. Omnes aliæ edit. ac mss. inter se consentiunt, nisi quod Baluz. cod. et Rom. edit. præferunt, *dulcis et amara procedere aqua*, Rom. edit. *prodire aqua.**

^f Eadem edit., *ne lucri cupidine in aliquo episcopus superetur, et turpis lucri gratia delicti factus op-*

egredi, ne per eandem linguam, per quam Deus laudatur, homo maledicatur; quia non potest de uno fonte dulcem et amaram producere aquam. Deinceps subsecutus est dicens: *Non cupidum* (Ibid.), id est, non turpis lucri cupidum: ne lucri cupiditate episcopus teneatur obnoxius, et nutrit avaritiam, quæ est radix omnium malorum (I Tim. vi, 10). Qui stipendiis tantum contentus ecclesiæ suæ, penitus non ambiat, quæ intelligit esse superflua: sed de ipsa potius paupertate ecclesiæ suæ liberat imperiat pauperibus Christi, sicut scriptum est: *Hilarem datorem diligit Deus* (II Cor. ix, 5); ^g et alibi: *Dispersit, dedit pauperibus, iustitia ejus manet in sæculum sæculi: cornu ejus exaltabitur in gloria* (Psal. cxi, 9).

Et connexit subsequenti, dicens: *Qui sciat domui suæ bene præesse, filios habens subditos cum omni castitate* (I Tim. III, 4). Domui suæ ^h bene præesse potest, qui corporis sui servaverit castitatem. Domui, inquit, hoc est, corpori suo imperioso jure dominetur; ne subdatur ipse corpori suo, et in desiderio luxuriæ deditus, in præcipitium demergatur: sed potius filios suos castitatis exemplo ad pudicitiam regulam doceat. *Nam si quis domui suæ præesse nescit, quomodo Ecclesiæ Dei diligentiam adhibebit* (Ibid., 5)? Hoc est enim, de quo superius diximus, qui cordis sui domum excolere non valet, quomodo plurimorum adhibebit diligentiam? et qui peccati trabem de suo non potest eruere oculo, ⁱ quomodo ex alterius oculo poterit amputare festucam (Luc. vi, 41)? Idem sequitur, et ait: *Non neophytum* (I Tim. III, 6), hoc est, **362** qui nuper ad fidem ex gentilitate advenit, aut certe ex militia sæculari ad clericatus est officium socialus. Hi ergo non tam passim sacerdotalem arripiant gradum, ne elati in superbiam, in judicium incidant, et in laqueum diaboli; quia ^j quod longo tempore minime discunt, in parvo tempore servare non possunt. Et conclu-

noxius, radicem malorum omnium enutrit avaritiam. . . sed ea ipsa potius pauperibus Christi impertiens, cælorum sibi comparet regna. Et connectit, etc., ab aliis autem edit. et mss. hoc dissidet codex Souch. quod legit, qui stipendiis tantum usus est Ecclesiæ suæ.

^g Ita mss. plures, ac potiores. Ab his vero non abeunt cæteri, nec edit. Eras. et seq. edit. nisi quod habent, *manet in æternum*; et reliqua hujus loci verba prætermittunt. Amerb. autem cum mss. nonnullis totum illum textum omiserat.

^h Edit. Mabill., *bene præesse, scilicet ut corporis sui domum imperioso jure contineat; nec subdatur ipse a corpore, et in habenas luxuriæ infrenis nequaquam feratur, et in præceps; ut suos possit filios castitatis exemplo ad pudicitiam regulam gubernare. Qui si hæc non egerit, episcopus dici non poterit. Deinde dicit: Si quis domui, etc.; et. edit. ac mss. invicem congruunt, paucis exceptis, ubi legitur, corpori suo vere dominetur; at. Rom. edit. sic reposuerat: corpori suo tali jure dominetur, ut non subdatur ipsius voluntati; ne desiderio, etc.*

ⁱ Edit. Mabill., *ex cujus oculo festucam summovebit? Qui hoc non agit, episcopus non erit.*

^j Rom. edit., *quod nec parvo tempore didicerunt, in longo servare non possunt, aliarum et mss. hoc solum est discrimen, quod edit. Mabill. singulari*

dens regulam et episcopalem formam, ad extremum intulit, dicens: *Oportet autem et illum testimonium bonum habere ab iis, qui foris sunt*, (I Tim. III, 7), id est, ab hæreticis et schismaticis, qui extra sanctam Ecclesiam catholicam ^a conventicula sibi profana præficiunt; quos tamen testes Apostolos et testimonium dicit debere bonum habere de immaculata vita, et sancta episcopi conversatione; ne forte accipiant inimici locum episcopo obtrectandi, et infamare incipiant catholicum dogma.

CAPUT V. — His ita prælibatis, ut reor, in hoc opere velut a grandi fenore nos persensimus liberatos, cum non nostra contra episcopos, sed sancti Apostoli opposuimus testimonia; ne velut ^bvulgares fabulas nostrum irrideret opus. Cum vero auctoritas nobis per singula sancti arriserit apostoli Pauli, ipsum potius Apostolum, si ausi sunt, quam nos reprehendant. Et licet jam coarctet nos libelli hujus prolixitas, et tempus nos urgeat, ut ad finem hujus operis veniamus; sollicitudo tamen fraterni nos retardat amoris, illorum præcipue sacerdotum, qui mentis torpore hebetati, sacerdotalem diffamant honorem: ^c et qui novam prodigialiter regulam hac tempestate peperisse desuntur et Giezi sectantes et Simonis sententiam, sancti episcopatus gratiam pecuniis coemerunt, nequaquam timentes, cum honorem sacerdotalem pecuniis emerint, a beato Petro apostolo se cum Simone fuisse damnatos, sicut ait: *Pecunia, inquit, tua tecum sit in perditionem; quia donum sancti Spiritus ^d te credidisti pecuniis emere* (Act. VIII, 20). Et lepram cum Giezi a sancto suscepisse se credant Elisæo (IV Reg. V, 27), qui gradum sacerdotalem se æstimant pecuniis comparare. Quibus cum ista dixerimus, sufficere debuit suam comparando lepram possidere. Nam sicut validiori-

numero utitur, et hæc subjungit, *sed lapsus, et inscius iudicium suscipiet, quod meruit suscipere superbiens diabolus*.

^a Eadem edit., *conventicula profana faciunt, apud quos tamen Apostolus testimonium dicit habere bonum de immaculata et sancta vita episcoporum: unde occasionem accipiunt obtrectandi, et infamare incipiunt religionis sanctæ catholicum dogma. Qui talis esse non poterit, episcopus quomodo esse poterit? Ut reor, in hoc opere, etc.* Cod. Aln. ab aliis, et edit. dissidet, quod ita legit, *accipiunt in malitia cum episcopo obtrectandi*.

^b Ita omnes edit. ac mss. paucis exceptis, ubi habetur, *ne velut vulgaribus fabulis nostrum, etc.*: in edit. autem Mabill. lacuna est hoc modo, *ne velut nubes: Cum vero, etc.*

^c Rom. edit., *et novam regulam hanc tempestatem peperisse desunt, qui et Giezi*: inter alias vero, et mss. illud interest, quod vet. edit. et quidam mss. præferunt, *regulam ac tempestatem, ubi plures mss. melius, regulam hac tempestate*. At Mabill. edit. ita prosequitur: *et Giezi leprosi, et Simonis magi sectantes exemplum, gratiam Spiritus sancti coemerunt pretio, et distrazerunt, nequaquam, etc.*

^d Edit. Mabill., *sperasti te pretio possidere: et lepram cum Giezi a sancto se suscepisse Elisæo, cum gradum item sacerdotis pretio æstimant distrahendum. Et si cum validioribus, etc.*; vet. edit. ac mss. nobiscum faciunt: edit. autem Rom. post vocem *Elisæo* ista subjungit, *quando dixit: Naaman, lepra adhærebit tibi, et semini tuo usque in sempiternum. Qui-*

bus morbis capite vitiat, reliquum necesse est corpus inundatione superioris morbi lethaliter irrigari; ita et ii qui caput videntur esse Ecclesiæ, morbo pestifero fratrum vitiant corpus; ut nihil ex totius corporis compage insauciatum possit evadere, quod negligentium sacerdotum ^e vitiositatis mortale inferret virus, ita ut videas in Ecclesia passim quos non merita, sed pecuniæ ad episcopatum ordinem provexerunt: nugacem populum et indoctum, qui talem sibi adsciverunt sacerdotem. Quos si percunctari fideliter velis; quis eos præfecerit sacerdotes, respondeant niox et dicunt: Ab archiepiscopo sum nuper episcopus ordinatus, centumque ei solidos dedi ^f ut episcopalem gratiam consequi meruissem, quos si minime dedissem, hodie episcopus non essem; unde melius est mihi aurum de locello invenire, quam tantum sacerdotium perdere. Aurum dedi, et episcopatum comparavi; ^g quos tamen solidos, si vivo, recepturum me illico non diffido. Ordino presbyteros, consecro diaconos, et **363** accipio aurum; nam et de aliis nihilominus ordinibus pecuniæ quæstum profigare confido. Ecce et aurum, quod dedi, in meo locello recepi: episcopatum igitur gratis accepi,

Nempe hoc est, quod doleo, quia archiepiscopus carnaliter episcopum fecit. Nam propter pecuniæ spiritaliter leprosum ^h ordinavit. *Pecunia, inquit, tua tecum sit in perditionem; quia donum sancti Spiritus gratiæ pretio comparasti* (Act. VIII, 20, 21), et commercium miserabile in animarum exitium peregisti. Et nescii homines et indocti in ordinationibus eorum clamant et dicunt: Dignus es, et iustus es; et conscientia misera: Indignus es, et iniustus es, dicit. ⁱ Pronuntiat enim episcopus hujusmodi ad populum dicens: Pax vobis. Oculis quidem carnalibus videtur

bus, etc.

^e Eadem edit. Mabill., *vitiositatis non inficeret virus. Et videas in Ecclesia passim sacerdotes; quos non merita, sed pecuniæ provexerunt; nugacem et indoctum sacerdotem arripuisse gradum*.

^f Eadem edit., *ut episcopalem gradum mihi conferret*. Infra vero pro *sacello*, eadem sola feliciter his restituit, *locello*.

^g Eadem edit., *quod tamen, si feliciter vivo,.... ordino presbyterum, et accipio aurum: facio diaconem, et accipio argenti multitudinem; et de aliis nihilominus ordinibus singulis, et de abbatibus benedicendis et Ecclesiis pecuniæ quæstum profigare confido. Ecce aurum quod dedi, in meo locello illibatum habeo. Respondeo ego: Nempe, etc.*; vet. edit. ac mss. inter se conveniunt, contra quorum auctoritatem Rom. edit. rescavit: *nam et de aliis.... profigare confido*.

^h Edit. Mabill., *ordinavit. Pecuniam dedisti, Dei gratiam comparare æstimasti, et per hoc lepram ipsam suscepisti. Item pecuniam accepisti, et Dei gratiam pretio distrahere non timuisti: simul etiam lepram tradidisti, et commercium.... peregisti. Abbatem propter denarios super monachos ordinasti, et leprosum hominem in mortem monachorum exaltasti. Et nescii homines, etc.* Inter alias edit. et mss. hoc discriminis est, quod pro *miserabile commercium*, legunt nonnulli mss., *mirabile commercium*.

ⁱ Eadem edit., *Pronuntiat talis episcopus: Pax vobiscum, et ipse interius pacem non habet secum*.

quasi episcopus magnus, et divinis obtutibus inspicitur leprosus magnus. Per pecuniam acquisivit indubitum ordinem, ^a et apud Deum perdidit interiorum hominem. Caro suscepit dignitatem, et anima perdidit honestatem. Caro ancilla domina facta est animæ, et anima quæ erat domina, facta est famula carnis. Caro dominatur populis, et anima servit demoni. Carni sacerdotium comparavit, et animæ detrimentum paravit. *Et quid prodest hujusmodi homini, si totum mundum lucretur, et animæ suæ detrimentum patiatur? Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua (Math. xvi, 25)?* Quod dedit cum ordinaretur episcopus, aurum fuit: et quod perdidit, anima fuit. Cum alium ordinaret, quod accepit, pecunia fuit: et quod dedit, lepra fuit. Hæc sunt mercimonia iniquorum in perniciem eorum.

Interrogo tamen fratrem et coepiscopum nostrum, quia et ego episcopus sum, et cum episcopo loquor. Dic ergo mihi paulisper, frater episcope; cum dares pecuniam, quid accepisti? Gratiam episcopalem accepisti. Ergo interrogo te: Hæc gratia cur tali vocabulo nuncupatur? Respondet: Cur, inquis? ut reor, pro eo quod gratis datur, ideo gratia vocatur. ^b Ergo si gratia gratis datur, et auro non æstimatur, a te cur gratia pecuniis comparatur? Respondet: Non, inquit, mihi daretur, si pecuniis non emeretur: nec episcopus fuissem ordinatus, si pecunias non dedissem. Ergo, ut apparet ex responsionibus tuis, gratiam cum ordinaberis, non suscepisti; quia gratuito eam non meruisti. Et ideo, frater, si gratiam non accepisti, quomodo episcopus effici potuisti? ^C Nam et ad discipulos suos Dominus dicit: *Gratis accepistis, gratis date (Math. x, 8)*. Cur ergo gratuitam æstimasti te pretio possidere gratiam? Nam, ut video, aurum dans perdidisti, et gratiam sanctam non acquisisti.

Adduc tamen semel adjiciens fratrem perquiro episcopum; ne quid de approbamentis veridicis nos prætermisere videamur. Quis dat, frater, episcopalem gratiam? Deus, ^c an homo? Respondes sine dubio: Deus. Sed tamen per hominem dat Deus: homo imponit manus, Deus largitur gratiam: sacerdos imponit supplicem dexteram, et Deus benedicit potenti dextera: episcopus initiat ordinem, et Deus tribuit dignitatem. O justitia, o æquitas! Si homini pecunia datur, qui nihil in ordine amplius operatur, nisi solum servitium, quod ei creditur; cur Deo totum negatur, qui ipsum ordinem tibi largitur? Justumne tibi videtur ut servus honoretur, et domi-

^a Rom. et Mabill. edit., et Deum perdidit in interiorum homine. In reliquis autem cum mss. et vet. edit. consentiunt, nisi quod hæc per apostrophem semper utitur secunda persona.

^b Edit. Mabill., *Et si gratia gratis datur, et auro æstimatur, cur a te pecunia comparatur.*

^c Edit. Mabill., *an homo? Sine dubio Deus: sed tamen per hominem. Homo imponit.... sacerdos Deo servit supplicis dextera.*

^d Eadem edit., *ab homine expetit? Gratis ei Deus: ut benignus donavit: Sacerdos, ut malignus, eum captivavit.*

nus injuriam patiat; et injuste accipiat sacerdos pecuniam, et Deus patiat ab homine injuriam? Sed quia pro concessio ordine Deus a te nihil exspectat, cur a te sacerdos pecuniam impudenter exspectat? Deus homini concedere voluit gratis, et episcopus rapax pecuniam ^d ab homine expetit gratis: Deus homini, ut certe benignus, gratis donavit, et sacerdos malignus **364** eum sine causa prædavit? *Quid enim habes, quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis (I Cor. iv, 7)?*

CAPUT VI.— Ecce ad quæ mala volvitur deificus ordo: ecce ad quæ probra sunt prolapsi sacerdotes, qui audire meruerunt a iudice mundi: *Vos estis lux mundi (Math. v, 14)*. Ecce quibus subjiciuntur ^B gentes, quibus a Domino dictum est: *Vos estis sal terræ (Ibid., 13)*. ^e Ergo si lux est Ecclesiæ episcopus, a Domino ordinatur, ita ut imperitiæ tenebras prædicationis suæ eloquio rutilante conscientiarum latebras illuminet, cur ipse palpabilibus tenebris tenetur obstrictus? Et non solum quia ipse dum male agit, digne perit; insuper et alios secum indigne perdit. Si enim meruisti salis possidere saporem, ut insipientium possis ^f arva condire; cur infatuatus tali vitio, immundis te porcorum conculcandum pedibus præbuisti, ita ut nec alios, nec te ipsum possis condire? Oculorum etiam in corpore officium, id est, in Ecclesia, ^g voluntarius appetisti; ut reliquum parte corpus ducatum lucis haberet: et nunc quadam lippitudine et caligine vitiorum obtenebratus, nec te ipsum luci idoneum præbes, et aliis admittis lucem. De quibus oculis in Evangelio dicitur: *Si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit (Math. vi, 22)*, id est, si episcopus, qui ut lumen promeruit præesse in corpore, ^h simplicitate est sancta et innocentia decoratus, omnino Ecclesia splendore luminis radiatur: *Si autem oculus tuus nequam est, totum corpus tuum tenebrosum erit*; id est, si episcopus, qui videbatur corpori subdito lucem præbere, obnubiletur nequitie cæcitate, quid cætera facient membra, quibus lux adempta est oculorum? Id est, quid sæcularis factura est multitudo, cum voluptatibus illicitis et actionibus veltis ad similem facinorum voraginem episcopus multitudinem populi provocaverit; ut nulli jam jamque illicitum esse videatur, quod ab episcopo quasi licitum perpetratur? Sed ipsum magis credunt homines esse laudabile, quidquid episcopus habuerit delectabile: ⁱ nec quisquam quod agero

^e Eadem edit., *Si lux es Ecclesiæ a Domino constitutus.... teneris obstrictus per supra memoratos excessus? Et non solum quia hæc agit, ipse digne peris, etc.*

^f Rom. edit., *corda condire; unus mss., insulsa condire; cæteri, ac edit. arva condire.* Sic autem prosequitur Mabill., *cur infatuatus tali dedecore vitiorum immundis te suis conculcandum præbes, etc.*

^g Edit. Mabill., *voluptuarius appetisti.... nec ipse lucem præbes, etc.*

^h Eadem edit., *simplicitatis innocentia decoratus.*

ⁱ Eadem edit., *nec quisquam agere timeat, quod*

pontifex non dubitat, se dubitanter agere dicat; episcopus enim a cunctis indubitanter vocaris, præsertim cum ipso nomine censis: si tamen actio concordet nomini, et nomen se societ actioni. Nam quid aliud interpretatur episcopus, nisi superinspector, maxime cum solio in Ecclesia editiore resideat, et ita cunctos respiciat, ut et cunctorum oculi in ipsam respiciant. Ergo quia ita est, cur te velut tetrum speculum universorum oculis demonstras; ita ut non possint obscuritate tua se complius exornare?

CAPUT VII. — Sufficiat hucusque nostris nunc consecratoribus paululum dilatasse sermonem, in quo eorum excellentiam simul et casum demonstravimus; ne fidentes in sublimitate honorum, minime

agere pontifex minime dubitat. Nomen quo censis, te ipsum arguit. Episcopus enim a cunctis indubitanter vocaris: et quid aliud episcopus, quam superinspector exponitur? Cum in Ecclesie solio editiore cunctos merito respicis, et cunctorum in te respiciunt oculi; ut des illis escam in tempore opportuno: cur velut tetrum speculum universorum obtutibus monstras, ne possint obscuritate sua te exornare.

^a Eadem edit., et non crederent se sacerdotes, si nomine tantum et non opere vocarentur. Et quamvis sciam in hac discretione plurimos mihi sacerdotes, qui hæc amplecti negligunt, infideliter detracturos; credo tamen plures, qui hæc obtinentur assequi, fideliter

requirerent perfectionem morum, ^a et in solo se crederent sacerdotis nomine plus quam opere gloriari. Et quamquam sciam pro hoc libello plurimos mihi sacerdotes, qui hæc quæ loquimur, agere noluunt, infideliter esse detracturos; credo tamen plurimos, qui hæc agunt, vel agere obtinentur, fideliter pro nobis oraturos. Sed sicut lacerationibus obtractatorum minime prægravamur, sic demum probatorum et sanctorum virorum orationibus adjuvamus. Age jam nunc, sanctificus Spiritus, qui nos in hoc opere divina inspirationibus adjuvisti, cunctos sacerdotes ^b adjuva, et præsta ut faciant quæ in hoc opusculo ipse eloqui inspirasti; ut eis una mecum tribuas cælorum regna, quæ sanctis in fine sæculorum dare promissisti, perpetua, amen.

^b oraturos.

^b Eadem edit., adjuvet, ut faciant quæ in hoc opusculo ipse iussisti; ut eis merito tribuas cælorum regna, quæ promissisti, qui cum Patre et Filio unigenito in Trinitate vivis et regnas Deus per omnia sæcula sæculorum, amen. Vet. edit. et quidam mss., adjuva et præsta.... eloqui inspirasti, ut.... sæculorum regna quæ sanctis in regna sæculorum dare promissisti, amen. Aptius ceteri mss. ut in contextu; excipe tamen Michaelinum, qui sic desinit: quæ te sanctis dare promissisti, qui cum Patre, unigenitæque Filio ejus Domino nostro Jesu Christo vivis et gloriaris Deus per omnia sæcula sæculorum, amen.

IN SEQUEM LIBELLUM ADMONITIO.

In hoc tractatu *Virgo Devota*, id est, virginitatem publice professæ, ab hominum sæcularium usu et familiaritate deterretur, et iis quibus talis consuetudo prætexi solet, explosis, simulque illius periculis ac damnis ipsi ob oculos positis, nonnulla de virtutibus ab ea maxime amplectendis adjunguntur. Et hoc est, cur editores Romani solite inscriptioni hæc præmiserint: *De Virginis Forma vivendi*. Quamvis autem ea scriptio in omnibus Ambrosii Operum editionibus beati Doctoris nomen in fronte gerat, nullum tamen illius manuscriptum licuit reperire; unde intelligas haud multa, ut Ambrosio tribueretur, fuisse argumenta. De Auctore igitur hoc unum colligere posse nobis videtur, eum asceticæ vitæ fuisse addictum, cum sic loquatur: *Abiit ut tu mihi soror dicaris, quæ cum talibus conversaris*. At de Opere ipso certissime affirmare possumus illud ab Ambrosiana eloquentia et eruditione procul abesse. Ipsum contende cum ejus veris libris de *Virginibus*, et calculum tuum sine dubio nobis conferes.

AD VIRGINEM DEVOTAM.

365 CAPUT PRIMUM. — (Psal. XLIV, 14, 12.) *Audi, filia, et vide: inclina aurem tuam, et obliviscere populum tuum, et domum patris tui; quoniam concupivit Rex speciem tuam; quoniam ipse est Dominus Deus tuus, et adorabunt eum*. Ipsius te devovisti esse sponsam, devota Dea diceris. Quid tibi cum hominibus sæcularibus, aut quem tractatum habes cum illis? Quid vis scire cum ipsis? Perditionem, quam ipsi sequuntur? Si castitatem quæris, hæc illi non habent: si fidem quæris, quis est fidelis in illis, quem tu comitaboris? si autem Christum quæris, non

^a Rom. edit. sola, et ipse Dominus Deus tuus, adorabunt eum filia Tyri.

manet in illis. Nescio quid quæras, quales amicitias vel quales fabulas habeas cum illis. Devovisti animam tuam ad destruenda omnia, quæ sunt hujus sæculi: quomodo autem quæris sæculum, cui renuntiasti? Reverti vis ad vomitum tuum sicut canis, aut velut sus lota iterum in volutationem, sicut scriptum est (1 Petr. II, 22), dicente Apostolo: *Si quæ destruxi, iterum reedificabo, prævaricatorem legis me constituo* (Galat. II, 18). ^b Iterum ipsa repetit dicens: *Quidquid in sæculo est, concupiscentia carnis est, et concupiscentia oculorum* (1 Joan. II, 17); quod non

^b Eadem Rom. edit. Iterum idem reperitur. Et infra, Et alibi dicitur: *Si quis voluerit, etc.*

est de Deo, sed de hoc mundo est. Item alibi dicit: *A Si quis voluerit amicus esse hujus mundi, inimicus Dei constituetur (Jacob. iv, 4). Quid dicis, devota Deo? quid vis hominibus placere? quid desideras, vel quid quæris? Si Deum quæris, tecum est; si autem hominem quæris, non hoc devovisti. Quid sunt homines? Homines hujus sæculi: Et sæculum transit, et concupiscentia ejus: qui autem fecerit quæ scripta sunt, manet in æternum (I Joan. ii, 18). Quid desideras, nescio. Si aurum, argentum, si vitam, si vestem splendidam; hoc tibi non placuit cum Deo, hoc Deus non admiratur, sed cor contritum et humiliatum (Psal. l, 19). Quid quæris homines sæculi, quos sanctus apostolus judicat Paulus, dicens: Quorum Deus venter est, et gloria in pudenda ipsorum, qui terrenæ sapiunt: nostra autem conversatio in cælis est (Philip. iii, 19, 20)? Si ergo conversationem in cælo habemus, quæ sursum sunt quærere debemus, ubi Christus est, non quæ super terram (Coloss. iii, 1). Rogo, soror, qui sunt isti homines hujus sæculi? Fratres tuos spirituales homines non sequeris, et sequeris carnales: qui si non saturentur, murmurant. Misisti margaritas tuas ante porcos, qui concalcent eas pedibus suis, et conversi elidant te. Non audisti: Vitate canes, vitate malos operarios (Phil. iii, 2)? Qui sunt isti? Homines hujus sæculi, qui non sequuntur vestigia Christi. Rogo te, quid tibi demonstrant; dic mihi. Castitatem, quam non habent? Quid? fidem, quam non inveniunt? doctrinam quam non sequuntur, nisi diabolicam sapientiam hujus sæculi? jejunium, quod odium? abstinentiam, quam judicant? humilitatem, quam opprimunt? sobrietatem, quam negligunt? sinceram mentem; quam non habent, nisi duplicem? verecundiam, quam projiciunt a se? Nescio autem quid vis studere cum ipsis.*

366 CAPUT II. — Sed quid dicis? Ego autem converto eos ad me. Si autem ad te conversi fuerint, non tibi expedit. Quid quærit lupus cum agno? vel quid quærit canis, nisi panem? Quare autem rugit leo (Esai. xxxi, 4), nisi pro præda? Tu te ipsam castam custodi, si potes. Quid vis docere, quod tu ipsa non facis? sicut dicit Apostolus: *Noli omnino spiritui credere; sed probate spiritus, si ex Deo sunt (I Joan. iv, 1). Si autem ab ipsis doctrinam accipias, docebant te, quod faciunt, vel quod sequuntur, concupiscentiam, fornicationem, libidinem, avaritiam, fraudem, immunditiam, impudicitiam, luxuriam, ebrietatem, improbitatem, turpiloquium, stultitiam, maleficia, homicidia, iram, rixam, et omnem malitiam. Quid dicis, misera, vel quid excusas? Devovisti animam tuam, ut ab ipsis hominibus recederes: nunc autem quid quæris? Rogo, non confundaris, quando de te illi sibi fabulas faciunt, dicentes: Ecce devota Deo, quæ nos sequitur; dereliquit enim viam suam, et per terminos agri sui erravit, viam habitationis suæ non invenit. Venite,*

° Eadem Rom. edit., et peccatoribus mala?... Initium omnis necessitatis ad vitam hominis aqua et ignis, ferrum et sal, etc. Omnia hæc pite bona, sic peccatori-

præoccupemus eam, et ducemus in viam nostram. Cecidisti, misera, in via lata et spatiosa, quæ ducit ad mortem. Videtur tibi esse bona, quæ mala est: sequeris ens amens, et nescis quoniam recta in foveam cadis. Memor non ea aretam et angustam esse viam, quæ ducit ad vitam (Matth. vii, 13, 14)? Laboriosa tibi videtur esse, quæ bona est: oblita es dictum fuisse: *Quia per multas tribulationes vas oportet in regnum cælorum introire (Act. xiv, 21)?* Nunc autem voluntati tuæ vis studere. Non legisti Salomonem dicentem: *Bona bona creata sunt ab initio, similiter impiis et peccatoribus bona et mala (Eccl. xxxix, 50)?* Item ipso dicente: *Initium vitæ hominis spiritualiter arguetur (Ibid., 31). Spiritualis omnia judicat, ipse autem a nemine judicatur (I Cor. ii, 15).* Ubi es, Deo devota? Spiritalis quidem de aliis judicans, tu ipsa judicaris. Quid quæris cum illis? *Quæ pars fidei cum infidei (II Cor. vi, 15)?* vel quæ pars sancti hominis ad carnem? Virgo potes esse corpore, sed non mente corrupta. Oculi autem tui obsecrati sunt nimio ardore libidinis, in quibus trabs subjacet: aures tuæ plenæ sunt omni spurcitiâ virili: pedes vero tui veloces sunt, et non sunt pigri ad januam foris. Ubi sanctitas? ubi verecundia? ubi sobrietas? ubi gravitas? ubi castitas? ubi modestia? ubi fides? ubi continentia? ubi pura mens? Ubi sunt illa omnia, pro quibus fidem tuam opposueras, quam perdidisti? *Melius enim fuerat te non vovisse et facere, quam revocare, et non facere (Eccl. v, 4). Non potes duobus dominis servire, aut Deo, aut mammonæ, sicut scriptum est (Matth. vi, 24). Cum perverso subreteris (Psal. xvii, 27). Non potest committi pannus vetus cum novo; tollit enim fortitudinem ejus, et pejor scissura fit (Matth. ix, 16). Volatilia ad sibi similia conveniunt; et veritas ad eos, qui operantur eam, revertetur. Absit ut tu mihi soror esse dicaris, quæ cum talibus conversaris. Aut facite arborem bonam, et fructus ejus bonos: aut facite arborem malam, et fructus ejus malos. Unaqueque arbor ex fructu suo cognoscitur (Matth., xii, 33). Quicumque autem* **367** *qualis fuerit, cum tali se jungit (Eccl. xiii, 20). Columba dimissa de manu hominis, statim reversa est ad eum in arcam: nam corvus dimissus carnem secutus est (Gen. viii, 7); quem tu quoque vis sequi; ut non revertaris ad januam Christi. Est tibi conversatio cum bestiis agri et cum volatilibus cæli: sicut et corvus, non memoraris Dominum, qui te de diluvio liberavit: non quæris cubile tuum umbrosam et bonum, ubi requiem temporalem habuisti. Non tibi ante oculos est tempestas, atque oblita es charitatem Christi, et tenes charitatem hominum hujus sæculi, qui non habent charitatem in se, nisi diabolicam: illi autem aliam carnem sequuntur, et non desinunt quoadusque moriantur. Recede, misera, de illis hominibus; ne carnes tuas electas comedant, talos tuos everiant, et relinquaris nuda, et spoliata, sicut in cucumera-*

bus convertentur in mala. Vita hominis etiam spiritualiter arguetur; quia spiritualis, etc.

rio. Modo autem quid facies, quia nuda es et spoliata? Ibis ad vicinos tuos, quos ante oderas, petens ab ipsis operimentum pudoris: illi autem dare nolunt, dicentes: *Ubi est vestimentum tuum splendidum, quod ante portare solebas?* Quid dicis, et quid respondes ei, quam frigus obligavit? Gratulantur autem in malis tuis, quæ tibi venerunt. Tunc te planges dicendo: *Heu mihi miseræ, cui talia venerunt! Quid mihi profuit illa captivitas, quæ me captivavit miseram et infelicem? Quo ibo a Spiritu tuo, et a facie tua quo fugiam? Si ascendero in cælum, tu illic es: si descendero ad infernum, ades. Si sumpsero pennas meas ante lucem, et habitavero in extremo maris; etenim illuc manus tua deducet me, et tenebit me dextera tua (Psal. cxxxviii, 7 et seq.).* Tunc dices: *Vadam et revertar ad virum meum primarium; quia melius mihi erat tunc magis, quam modo (Osee II, 7 et seq.).* qui mihi dabat vestimenta mea, et oleum meum in tempore suo. Modo autem quid facio? Tunc revertaris in domum tuam cum fletu, unde exieras gaudens. Sedebis in angulo domus tuæ lugens et contristata, plorans die ac nocte, quærens qui simul tecum contristetur, et non erit: et consolantes te, et non invenies. Et dabunt tibi eleemosynam, quos ante oderas; et movebunt capita sua super te, dicentes: *Ecce quæ erat devota Deo, modo facta est ut stercora in via, et sicut civitas, quæ expugnatur. Ubi est castitas illius? Ubi sunt omnia illa, quæ eam sequebantur? Dereliquerunt enim illam; quia castitas erat dux eorum: perdidit castitatem, et fugerunt omnia illa. Modo autem quid facies, misera? Ubi sunt illi, quos insequeris? Redimant te si possunt. Quam potes dare commutationem pro anima tua, quam fraudasti per inobedientiam tuam; ut non audires fratres tuos, vel sorores, quæ tibi demonstrabant, ne te jungeres cum hominibus sæcularibus? Nunc autem quid faciemus tibi, vel quid dicemus, quos audire noluisti; nisi ut nos ipsos plangamus super te, dicentes: Parce, Domine, parce? Qui forte fletum nostrum et gemitum exaudire dignetur, ut det tibi animum convertendi ad ipsum denuo; ut rememores peccata tua, dicendo: *Quantis panibus mercenarii patris mei abundant, ego autem fame pereo? Surgam itaque, et vadam ad patrem meum, et dicam illi: Pater, peccavi in cælum, et coram te; jam non sum digna vocari filia tua, suscipe me sicut unam ex ancillis tuis, ut vivam (Luc. xv, 17 et seq.).* Quid si forte pro te occiderit vitulum **368** illum saginatum? Zelans enim te zelor; desponsavi enim te uni viro virginem castam exhibere Christo. Timeo enim ne sicut serpens Evam seduxit astutia sua, sic tui sensus corruptantur, et excidant a charitate, quæ est in Christo Jesu (I Cor. xi, 2 et seq.).*

CAPUT III.—Vide ergo et cave de istis hominibus, ut mihi soror et domina non inieris. *Intra in cubiculum, clauso ostio ora Patrem tuum (Matth. vi, 6);* ut det tibi mentem bonam, et intellectum, ut scias quos debeas sequi, et quos vitare; quia multi sunt,

^a Rom. edit., *neque per cælum, neque per terram: sed sit, etc.*

A qui fingunt se esse, quod non sunt, sed mentiuntur: et nescis quoniam de anima tua agitur; ne ducant te captivam, sicut bovem qui ad occisionem ducitur: aut velut canem, ut alligetur. Ne festines sicut avis in laqueum. Audi me, remove pedem tuum de illis, sede sedula in domo tua, operare manibus tuis quod bonum est; ut habeas unde communicare possis necessitatem sustinentibus. Ora sine intermissione, nec facilis videaris in plateis. Certa bonum certamen, curre velocius; ut comprehendas, in quo comprehensa es a Christo (Philip. iii, 12). Audiant te homines, et lætentur de bono animo; et de mente qua vivis. *Da eleemosynam, et ecce omnia munda erunt tibi (Luc. xi, 41).* Non te pigeat visitare infirmos; ex his enim in dilectione firmaberis. *Non jurabis omnino,* ^a neque per verum, neque per mendacium: *sed sit sermo tuus: Est, est; Non, non: quod autem amplius est, a malo est (Matth. v, 34 et seq.).* Irascere, et noli peccare, ad excusandas excusationes in peccatis cum hominibus operantibus iniquitatem (Psal. cxl, 4). Humilia te, filia, ante Dominum; quoniam *Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam (I Pet. v, 5).* Accede ad Dominum, ut illuminet te, et non erubescas in conspectu illius (Psal. xxxiii, 6). Recede de voluptate sæculi, et indue te constantia virtutis. Depone vestimenta hujus sæculi, et indue te tunica perpetuitatis. Derelinque cibos istius sæculi, et accipe ^b tibi sancta sanctorum. Memorare Sidrach, Misach, Abdenago, et Daniel recusasse carnes et vinum gentilium, et accepisse sibi olera et legumina (Dan. i, 8 et seq.). Memento Machabæam propter carnes porcinas passam fuisse, et filios ipsius assatos vel fritos in oleo (II Mach. vii, 1 et seq.). Ambula, filia, in habitu sancto, cum verecundia, et sobrietate, et gravitate. Depone mendacium, loquere veritatem cum proximo tuo. Ora, filia, sine intermissione; jejuna frequenter, et da eleemosynam; quoniam eleemosyna a morto liberat, et non patitur ire in tenebras (Tob. iv, 14). Munus bonum est eleemosyna, quæ purgat omnem sordem et squalorem. Beata eris, si hæc omnia cum legeris, facias. Zelare quod bonum est, ut quod malum est obliviscaris. Benedicat te Pater, et Filius, et Spiritus sanctus, benedictione qua patres nostros benedicere dignatus est, Abraham, Isaac, et Jacob. ^D Ora pro me, filia; quia et ego sollicitus sum de te, sicut scriptum est: *Orate pro invicem (Jacob v, 16).* Item, frater fratrem adjuvans exaltabitur (Prov. xvii, 19). Exaltet te Dominus in sanctitatem et dilectionem, sicut scriptum est: *Qui diligit fratrem suum, Legem implevit (Rom. xiii, 8).* Impleat Dominus omnes petitiones tuas (Psal. xix, 7). Præstet hoc tibi Deus Pater per Jesum Christum Filium suum, Dominum et Deum, regem, judicem, salvatorem, redemptoremque nostrum, qui est benedictus cum Spiritu sancto, per omnia sæcula sæculorum, amen.

^b Eadem Rom. edit., *tibi escam sanctorum. Haud infeliciter.*

IN SERMONES
HACTENUS SUB AMBROSII NOMINE EVULGATOS
ADMONITIO.

Sermonum, quos in antiquioribus Ambrosii nostri editionibus pervolvere est, mentionem prope fecit nemo, qui partem eorum haud mediocrem eidem sancto viro perperam attribui, et inter aliorum Patrum Opera, maxime vero beati Maximi circumferri non agnovit. Romana editio nedum mederetur huic incommodo, alios insuper adjectos voluit ab ingenio styloque Ambrosiano magis abhorrentes, quam primi illi. Sed non unicum ejusdem editionis in ea re hoc peccatum est; præterea enim et sermones non paucos ab aliorum classe avulsos in alienas sedes amandavit, et multa cum in titulis, tum in ipso contextu, quo viderentur magis Ambrosiani, propria immutavit auctoritate; unde contigit in errorem induci homines alioqui sagacissimos.

Quapropter ut in posterum lectores ab hujusmodi fraude liberarem, omnes Sermones, qui Ambrosii nomen in quibuslibet editionibus præ se ferunt, ad examen placuit revocare: qua in censura post adhibitam, qua majorem non valuimus, diligentiam et severitatem, eorundem Sermonum, exceptis concionibus quatuor, nimirum *in funere Valentiniani, in funere Theodosii, de Basilicis non tradendis*, ac de Reliquiis sanctorum Gervasii et Protasii, quas edidimus propriis locis, nullum omnino deprehendimus, quem cum aliqua veri specie ac similitudine attribui Ambrosio posse arbitraremur. Enim vero illic omnia tantopere a sancti Doctoris elocutione ac tractandi ratione discrepantia nobis visa sunt, ut nulli dubitemus nostram in sententiam quotquot eosdem, qua par est, attentione examinabunt, pedibus concessuros.

Quod igitur Cassiodorus (*Lib. de Instit. divin. Litt. cap. 5*) ætate sua homilias seu sermones exstitisse affirmat, qui Ambrosii nomen in fronte gererent, nisi credatur memoria sua vel falsa cujuspian relatione deceptus esse, dicendum erit jam dudum excidisse illa exemplaria. Quod vero ad ea quibus continentur ii sermones, qui eidem Præsuli nunc tribuuntur, nullius auctoritatis illa putamus. Namque, ut plurimum, aut recentiorum præferunt manum, aut libri fuere usui choralis inservientes, nimirum lectionarii et homilarii, quorum momentum levissimum esse negabit nemo. Sed ne vetustioribus quidem codicibus hac in re fidem habere satis tutum est. Fienim docet experientia, quo magis illi fierent vendibiles, homiliis aut sermonibus quibus constabant, magna nomina sæpe sæpius ab antiquariis inscripta esse. Hoc ipsum in his sermonibus aperte cognoscitur; cum enim antiquiora ipsorum exemplaria nulla habeamus codice Lugdunensi, cujus varias lectiones clarissimi Baluzii amicitia debemus; et codice Gallensi, quem a se tractatum atque excussum testatur Mabillonius noster ante mille annos exaratum esse, nihilominus tamen horum uterque sermones continet Gallensis quidem Augustinum, Lugdunensis vero Ambrosium auctorem falso ostentantes, et maximam partem sancto Maximo restituendos, ut de Gallensibus Mabillonius ipse profitetur. Ex horum censura de Lugdunensi statuas, licet; cum utroque codice iidem propemodum sermones exhibeantur.

Neque vero admirabitur quisquam beato Maximo tot sermones ascribi, quandoquidem non ignoratur quantus in concionando hic Sanctus exstiterit. Quod autem ex ejus sermonibus pars non minima transcripta sit in Ambrosii nomen, præter memoratas scriptorum fraudes, id etiam hinc potuit contingere, quod cum Opera sancti Doctoris nostri sedulo evolverit, magnaue fragmenta ex eisdem ac potissimum e Commentario in Lucam ad verbum excerpta indiderit, incautis librariis errandi præbuerit occasionem. Inde similiter con-jicere forsitan liceat non alium auctorem libris seu sermonibus *de Sacramentis* quærendum esse, quam eundem Maximum; cui conjecturæ locus ac tempus patrocinantur.

Quæ sunt a nobis hactenus dicta, planum faciunt solos sermones, ex quibus in librorum formam ab Ambrosio ipso redactis, tonus prior totus fere componitur, et magna quoque pars posterioris, Ambrosianos certo vocari. Nos igitur temere fecisse non videbimur, quod nullum eorum, quos hic expendimus, inter Opera sancti Doctoris vera et explorata ediderimus. Cum autem ex his alii non nisi apud Ambrosium, alii vero etiam alibi vulgati existent, priores tantum exhibebimus, ne pondere minus utili crescat volumen. Attamen ut magis pateat nos liberiori censura haudquaquam usos, cujusque sermonis capiti strictim præmitteremus eas rationes, queis ne illum Ambrosianum arbitraremur, adducti sumus. Nec propterea oblectabimur, si quis lectorum eosdem sermones argumentis potioribus Ambrosio nostro iverit vindicatum.

Quod porro ad eas conciones, quæ in aliorum Patrum operibus circumferuntur, cum præ cæteris eo quoque præjudicio solæ laborent, quod non magis Ambrosio, quam vel Maximo vel alicui alteri adjudicatæ sunt, minus timide ipsas recidimus. Ne vero negotium cuiuspiam facessat illa mutatio, gemino indice providetur. Quorum in primo sermones omissi collocabuntur tali ordine, ut non solum quam quisque sedenti antea in editionibus Ambrosianis obtinuerit, verum etiam apud quem Patrum reperitur, uno intuitu advertere sit. In secundo indice triplex series eorum sermonum, quos retinemus, ita contextetur, ut omnes

Ambrosianæ editiones, antiquæ videlicet, Romana, et nova nostra e regione invicem sibi positæ comparantur. Sed prius quædam ad omissos sermones speciatim pertinentia annotanda sunt.

Sermones de Tempore. — Priores duo, Romanæ scilicet editionis primus ac tertius, in Gallensi codice Augustino attribuuntur, sed in Corbeiensi ac Germanensi, aliisque pluribus dantur Maximo, quem toti spirant. Idem etiam de sequenti dicere licet, cujus inscriptionem codex Lugdunensis veram hanc præfert: *Dicendum ante natale Domini*.

Quartus omissorum, qui sextus est Romanæ editionis, in Appendice Augustiniana Cæsario addicitur. Illic opinioni haud reclamamus, admonuisse nempe contenti comparationes in ea esse, quæ cum legantur in sermonibus supra memoratis, interpolationem videntur arguere. Sermonem pariter post hos omissum, id est, duodecimum dictæ editionis eadem Appendix tribuit Cæsario; Ambrosio sane eum qui legerit, non tribuet. Nec alio modo de subsequenti, quem in Appendice sermonum Augustini etiam reperias, disputabimus. Nam cum manuscriptorum quidam Ambrosio, quidam Augustino illum ascribant, nos cum Corbeiensi nemini astruimus.

Qui hos excipit, in Appendice sæpius citata solum incipit ab istis verbis: *Dicit Dominus in Evangelio, etc.* Eum similiter Gallensis codex ita dividit, ut novi sermonis eadem verba sint exordium. Quam vero inepta sit hæc divisio, ex primo aspectu cognoscere est. Hunc porro sicut et sequentem, qui continuatio ejus esse videtur, optimo jure Maximo adjudicant: sed ille quoque quem Romana editio vigesimum quartum numerat, jam dudum eidem antistiti vindicatus est.

Duorum sequentium prior olim quinquagesimus sextus inter Augustinianos collocabatur; nunc Cæsario restitutus est, cujus dictionem haud parum refert. Posterior autem non minori jure eidem Patri reddita fuit; illius tamen pars non minima Rabaniano cuidam sermoni inseritur, cujus lemma est: *De Jejunio Domini, et ratione quadragesimalis Jejunii*.

Sermo trigesimus nonus Romanæ editionis ita inscribitur: *Cur Christus jejunia in deserto, etc.* Hic est in Appendice Augustiniana centesimus quadragesimus septimus, qui et alii duo, nimirum trigesimus septimus ac trigesimus, e quibus alter de prima Christi tentatione disputat, alter de secunda, cuius ejusdemque auctoris sunt, ac certo certius non Ambrosii. Tantum quippe abhorrent a stylo ejus, quantum ad Maximi lidem accedunt.

Qui numero quadragesimo primo in Romana editione ponitur, cujusque magna fragmenta in homilia Rabani Mauri in Dominicam tertiam quadragesimæ deprehenduntur, in Appendice Augustiniana adjudicatur sancto Cæsario. Verum tamen in hunc sermonem haud male quadrat, quod Gennadius memorat a Maximo conciones scriptas, *de Jejunio speciali quadragesimæ, et quod non sit in eo jocandum*. Sed aliunde non minus videtur esse Cæsarii, quam sermo vigesimus sextus Romanæ editionis, quem ab eo scriptum nullo ambigat.

Quadragesimus secundus memoratæ editionis nihil plane habet quod non sapiat sanctum Maximium. Idem similiter de quadragesimo septimo statuendum est, cujus initium eadem Romana editio perperam notarat, quemque Maximo deberi indicat Gennadius sub hoc titulo: *De Juda proditare*.

His adjungatur quadragesimus octavus, et qui ex eo pendent, quadragesimus nonus et quinquagesimus. Hos enim Maximi esse nihil non clamat. Non possumus autem quin hic exposulemus cum Romanis editionibus, qui cum aliibi, tum in ultimo horum sermonum, plurimam refragantibus aliis editionibus ac manuscriptis, immutare non dubitarunt.

Sermo quinquagesimus primus, sicut et duo proxime subjecti inter Maximianos quoque referuntur. Nec dubitamus quin hi ipsi sint, qui memorantur a Gennadio sub his titulis: *De Cruce Domini, de Sepulcro ejus, de Resurrectione ipsius*. Ejusdem Maximi sunt pariter quinquagesimus quintus, et quinquagesimus sextus, qui continuatio est quinquagesimi tertii, non secus ac quinquagesimi quinquagesimus septimus.

Cæsario restituitur in Augustiniana Appendice quinquagesimus octavus, qui cur aliquando attributus fuerit Ambrosio, nihil plane habet. Sed nec potiori jure ejusdem nomine censeri meruit sexagesimus. Nam præterquam quod in Maximi editionibus, et manuscriptis non paucis ipsi vindicatur, quæ in eo dicuntur de baptismo Apostolorum, cum his quæ in Apologia David cap. 9, num. 50, legere licet, aperte pugnant.

Sexagesimum primum præter alia Maximo id etiam vindicat, quod nos ad sermonem quinquagesimum septimum, quem ejusdem præsulis esse supra diximus, videtur remittere. Quod autem de jejunio sabbati ante Pentecosten hic memoratur, his non congruit, quæ in sexagesimo eadem de re tradita fuerunt; proindeque incidere potest aliqua dubitatio, num forte ad auctorem sit referendus eodem Maximo recentiorum.

Sermo sexagesimus quartus nihil aliud est, quam Basilii homilia in dictum illud ex Evangelio secundum Lucam: *Bestram horrea mea, etc.* nonnullis tamen partim additis, partim recisis. Eadem homilia Basiliana Ambrosium in libro *de Nabute* usum vidimus; non tamen ex hoc inferre licet auctorem quoque hujus sermonis Ambrosium esse. Quin immo si contendatur cum hoc sermone quæ in eodem libro ex illa homilia imitatus est sanctus Ambrosius, illico cognoscetur Doctorem nostrum Basilii septentiana multa utiliori ratione esse interpretatum, quam tralatorem hujus sermonis; quippe qui verba ex verbis scripsit

reddens, tota elocutione, ac potissimum in iis laciniis, quas identidem de suo intexit, ab Ambrosio abest quam longissime.

Sexagesimum sextum, qui eodem numero in Appendice Augustinianorum sermonum exstat, opinatur Mabillonius ad undecimum, qui ab ipso tamquam Maximi editus fuit, referri posse. Verum tamen illius stylus, nostro quidem iudicio, ab hujus Patris scribendi modo tantum discrepat, ut eundem sermonem auctori cuiusdam posteriori libentius adjudicemus.

Sermonibus *de tempore* subjectæ fuerant in Romana editione conciones affluot, quarum tres primæ nempe *de Basilicis*, et in funere Valentiniani ac Theodosii imperatorum suo quamque loco exhibuimus: quartam autem soli Maximo, cujus et stylum sapit, et in Patrum Bibliotheca jam nomen præfert, relictum volumus.

Sermones *de Sanctis*. — Secundus sermonum, quos vocant *de Sanctis*, apud Augustinum atque Maximum editus fuit: sed hinc nri non solum dictio, verum etiam eam quinquagesimæ octavæ affinitas illum asserit.

Sermonem quintum, qui ab Ambrosio in Gervasium et Protasium fratres martyres habitus fuit, inter epistolas constituitur: quem locum ejus genuinum esse in Admonitione ipse præmissa demonstratum est.

Sermo sextus pridem Maximo redditus fuit, nec obscurum est illum a nullo nisi Taurinensi dictum fuisse.

Decimus in Appendice Operum Augustini dicitur *Ambrosio verius forte quam Augustino tributus*: sed vere utriusque abjudicandus aobis videtur, et pari jure. Nam si dictionem ejus expendas, eam non magis Ambrosii esse, quam Augustini ultro fateberis: simulque advertes auctorem ejus videri Chrysostomo posteriorem.

Duodecimum etiam reperias in Appendice Augustiniana, sed præterea apud Maximum exstat, cui et consensu eruditorum attribuitur. Sed nec aliter de tertio decimo statui debet; quippe qui sermonis de tempore vigesimi quarti, quem Maximi esse supra vidimus, continuatio sit.

Decimo septimo fragmentum quoddam in editione Romana præfigitur, quod in antiquis prætermissum est: integrum vero hunc sermonem exhibet eadem Appendix Augustiniana. Ut porro pateat illi sermoni Ambrosianum nihil inesse, is tantummodo cum iis conferatur, quæ de S. Laurentio in libris Officiorum scripsit Ambrosius.

Decimus octavus inter Maximi sermones legitur, in quo ejus ingenium atque elocutio deprehenditur.

Vigesimum quoque reperire est apud Maximum. Si tamen illi, sicuti videtur, ascribendus sit, cum oportebit a sciolo quopiam *de sancto Michaeli* illa de causa esse inscriptum, quia in hoc festo illud evangelium, quod ejusdem sermonis argumentum est, legi consuevit. Apud eundem Taurinensem vigesimus primus cum vero suo titulo exstat, isto scilicet *de Hospitalitate*; atque adeo credibile est hunc ipsum esse, quem ab eodem Præule *de Avaritia et Hospitalitate* scriptum testatur Gennadius. Nullam ergo causam habuit Romana editio cur illum inscriberet. In Festo sancti Lucæ Evangelista.

Sermones e prioribus tomis. — Sermo *de Arbore interdicta* in Augustini Appendice ordinem dicit. Ibidem observatur hunc sermonem varietates habere apud Ambrosium, sed eæ fuerunt ab editoribus aut elegantiarum aut majoris cum Ambrosiano stylo cognationis causa inductæ. Non mirum igitur si quidam eruditoris etiam iudicii ex his deceptus, quin idem sermo tribui possit sancto Doctori, nihil prohibere existimavit. Auctor illius plane ignoratur. Manichæi vero illic impugnantur, sed non rigidi: quandoquidem hi bonum esse vinum non dissentent. Quapropter aut Marcionistas, aut eos hæreticos fuisse necesse est, quos in libro de Paradiso, ubi eadem materia, sed ratione longè alia, pertractatur, confutat Ambrosius.

Duos sermones *de sancta Eliæ* in prima parte *Musei Italici* Mabillonius noster tamquam nondum publicis juris factos edi curavit: sed erroris causa in Romanæ editionis, ubi alieno loco positi fuerant, confusionem referri debet. Cæterum nequaquam reluctabimur, quominus Maximi esse dicantur.

Sermonis in caput vii Job illa germana inscriptio est: *De carnalibus hostibus non metuendis; et de gratis post cibum agendis*; hoc enim titulo Gennadius ipsum indicat, nec non Maximi apud quem etiam idem habetur, esse significat.

In psalmos xxi, cix ac cxvii enarrationes sive sermones inter Maximianos jure censentur. In editionibus Ambrosianis quasdam periodos horum sermonum primus exhibet, quæ non reperiuntur apud Maximum, sed istæ non sunt magni momenti. Tertius autem eidem Maximo in Romano breviario restitutus est.

Enarratio in caput xxxi Proverbiorum apud Augustinum, cui ascribitur, pura legi potest, ac sine illis additamentis, quæ ut magis Ambrosiana judicaretur, eidem intexit Romana editio.

In caput iii Ecclesiastici sermones duo de Eleemosyna sancto Maximo, cujus dictionem pulchre referunt, in ejusdem etiam editionibus attribuuntur.

De sermone in caput i Isaïæ non aliud quoque sentiendum est: sed nec etiam de sermonibus duobus in caput xiii Danielis; hii quippe omnes et evoluantur apud Maximum, et ejus esse a Gennadio, indicata cujusque inscriptione, asseverantur.

Prior sermonum in caput iii et iv Jonæ non est alterius nisi Maximi, cui editiones ejusdem Patris, sicut

et Gennadius, illum astruunt : posterior vero in Museo Italico sub Maximi nomine a Mabillonio editus fuit. Quod vero illum nondum vulgatum existimavit, perturbationi editionis Romanæ imputandum est.

Postremo cum sermo in caput I Malachiæ sermonis in caput VII Job, quem Maximi esse antea probavimus, continuatio sit, ad eundem quoque auctorem pertinere manifestum est.

INDEX SERMONUM PRÆTERMISSORUM.

Ordo antiq. edit. Ambr.	Ordo Rom. edit. Ambr.	Ordo al. operum ubi reperiuntur.
SERMO XXVIII. Exhortatio ad plebem de eo quod scriptum est in Evangelio : <i>Sicut fulgur</i> , etc.	SERMO I. <i>Dominica prima Adventus.</i> Paucorum admodum dierum occupatione detentus cœtui vestro videor defuisse, et alterius Ecclesiæ necessitatibus evocatus, minime vobis studium solitum dependisse. Sed quamvis vobis non adfuerim corpore; tamen a vobis amore non defui, etc.	Apud Maximum Tau- rin. in Bibl. PP. Homi- lia I in adventu Domini. De eo quod scriptum est : <i>Sicut fulgur</i> , etc. Sed ab his tantum ver- bis incipit : <i>Movet for- tasse</i> , etc.
SERMO XXIX. Item de eodem.	SERMO III. <i>Dominica secunda Adventus.</i> Superiore Dominica capitulum Evangelicum disseren- tes, etc.	Apud Maximum Ho- milia secunda de eodem Adventu.
SERMO XIV. Item de natali Do- mini.	SERMO IV. <i>Eadem Dominica secunda Adventus.</i> Lætitia quanta sit, quantusque concursus cum impera- toris mundi, etc.	Apud Maximum. In Vigiliæ natalis Domini Homilia.
Non exstabat.	SERMO VI. <i>Dominica quarta Adventus.</i> Propitia divinitate, fratres dilectissimi, jam adveniunt dies, etc.	Append. Aug. Serm. 115 et 1 de Tempore.
Non exstabat.	SERMO XII. <i>De mysterio Epiphaniæ Domini.</i> Dies iste et festivitas quam hodie, fratres, celebratis, ideo Epiphania, id est, apparitio, etc.	Append. August. Ser- mo 159.
Non exstabat.	SERMO XVIII. <i>Eodem die de baptismo Christi.</i> Hanc baptismi Domini nostri celebritatem, fratres di- lectissimi, quam hodierni, etc.	Append. August. Ser- mo 137.
SERMO I. De grano sinapis.	SERMO XIX. <i>Dominica sexta post Epiphaniam.</i> Libenter nos prædicare, et grante opus Dei facere ma- nifestum est : sed cum videremus, etc.	August. Append. Ser- mo 87.
SERMO II. Item de grano sina- pis.	SERMO XX. <i>Super iisdem verbis</i> , etc. Superiore Dominica parabola Domini disserentes, in qua ait : <i>Cui simile est regnum</i> , etc.	August. Append. Ser- mo 88.
SERMO IX. De unitate charitatis. Legimus in libro, etc.	SERMO XXIV. <i>De eo quod scriptum est in Actibus Apostolorum : Erant om- nia communia</i> , etc. Merito, fratres, dicit Apostolus : Nunc manent fides, etc.	Apud Maxim. et in App. Aug. Sermo 100.
Non exstabat.	SERMO XXV. <i>Feria quarta Cinerum.</i> Dominus ac Salvator noster qualiter post multos ne- gligentia, etc.	Append. August. Ser- mo 141.
Non exstabat.	SERMO XXVI. <i>Feria quinta post diem Cinerum.</i> Rogo vos, fratres charissimi, ut in isto legitimo tempore, exceptis Dominicis, etc.	Apud Cæsar. et in Append. Aug. Ser. 142.
SERMO XXXVII. De Quadragesima.	SERMO XXXIX. <i>Feria secunda post Dominicam secundam Quadragesimæ.</i> Si bene retinet dilectio vestra, fratres, superiori Dominica prædicavimus quod sanctam, etc.	Append. August. Ser- mo 147.
SERMO XXXIII. De Quadragesima.	SERMO XLI. <i>Dominica tertia Quadragesimæ.</i> Diximus superiore Dominica hoc esse fidei nostræ opus primum, ut horum quadraginta, etc.	Append. Augustin. Sermo 146.
SERMO XXXI. De Eleemosyna.	SERMO XLII. <i>Feria sexta post Dominicam tertiam Quadragesimæ.</i> Retinet dilectio vestra, fratres, ante dies cum sermonum ad vos de eleemosynis, etc.	Apud Maximum in Biblioth. PP.
SERMO LI. De Juda Iscarioth.	SERMO XLVII. <i>Feria secunda Hebdomadæ sanctæ.</i> Audistis, fratres, Judam Iscariothem de unguento super Domini pedes, etc.	Apud Maximum in Biblioth. PP.

Ordo antiq. edit. Ambr.	Ordo Rom. edit.	Ordo al. operum ubi reperiantur.
SERMO XLVI. De pœnit. Petri, etc.	SERMO XLVIII. <i>Feria tertia Hebdomadæ sanctæ.</i> Sæpe diximus, fratres, quod ad similitudinem Evæ Petrum quoque ostiaria mulier, etc.	Apud Maximum in Biblioth. PP.
SERMO XLIV. De sancto latrone.	SERMO XLIX. <i>Feria quarta Hebdomadæ sanctæ.</i> Quoniam hodie Evangelica lectio de latrone fecit mentionem, videamus quis iste latro, etc.	Apud Maximum in Biblioth. PP.
SERMO XLV. Item de eodem.	SERMO L. <i>Feria quinta Hebdomadæ sanctæ.</i> Collecta quam hodie legit.... Meminisse autem debet vestra dilectio quomodo hesterno die, etc.	Apud Maximum in Biblioth. PP.
SERMO LV. De cruce Christi.	SERMO LI. <i>Feria sexta Hebdomadæ sanctæ.</i> Sæculi hujus hominem fabulæ ferunt Ulysssem, illum qui decennio marinis, etc.	Apud Maximum in Biblioth. PP.
SERMO LVI. Item de cruce Christi.	SERMO LII. <i>Eadem die Parasceves.</i> Superiori sermone diximus, ut retinet vestra dilectio, fratres, quod cum Domini salutem, etc.	Apud Maximum in Biblioth. PP.
SERMO LVII. De sepulcro Domini, etc.	SERMO LIII. <i>Sabbato sancto.</i> Retinet dilectio vestra, fratres, quid alibi diximus quia non minor gloria est, etc.	Apud Maximum in Biblioth. PP.
SERMO LIII. De innovatione fidelium.	SERMO LV. <i>Eadem die Resurrectionis.</i> Magnum, fratres, et mirabile donum contulit nobis Deus hunc Paschæ, etc.	Apud Maximum in Biblioth. PP.
SERMO LVIII. De Maria Magdalene.	SERMO LVI. <i>Feria quinta post Dominicam Resurrectionis.</i> Hæret adhuc sensibus vestris, fratres, hoc nos ante dies paucissimos prædicasse quod Maria, etc.	Apud Maximum in Biblioth. PP.
SERMO LIV. De innovatione fidelium.	SERMO LVII. <i>Dominica in Altis.</i> Retinet sanctitas vestra, fratres, hoc me nuperrime prædicasse quod homo in juniorem ætatem, etc.	Apud Maximum in Biblioth. PP.
Non exstabat.	SERMO LVIII. <i>In die Ascensionis Domini.</i> Laudemus Deum nostrum, fratres charissimi, Deo gratias agamus, etc.	Apud Maximum in Biblioth. PP.
SERMO LXI. De Pentecoste.	SERMO LX. <i>In die sancto Pentecostes.</i> Scire debet sanctitas vestra, fratres, hanc sanctam Pentecostes diem, etc.	Apud Maximum in Biblioth. PP.
SERMO LXII. Item de Pentecoste.	SERMO LXI. <i>Feria secunda Pentecostes.</i> Non incommode ante paucos dies, sicut retinetis, fratres, prædicatio nostra processit, etc.	Apud Maximum in Biblioth. PP.
SERMO LXXXI. De eo quod scriptum est in Evangelio: <i>Hominis cujusdam divitis</i> , etc.	SERMO LXIV. <i>Dominica octava post Pentecosten.</i> Non omnia, fratres charissimi, quæ in villico Dominus laudavit, nos ad imitandum sumere debemus: sed ut nobis signaretur, quantum placeat Domino pia bonorum.... Duplex autem tentationum species: aut enim tribulatio, etc.	Apud Basilium. Hom. in dictum illud: . . . <i>Destruam horrea mea</i> , etc.
SERMO VII. De eo quod scriptum est: <i>Reddite quæ Dei</i> , etc.	SERMO LXVI. <i>Dominica vigesima secunda post Pentecosten.</i> Nonnulli, fratres, qui aut militiæ cingulo detinentur, etc.	Append. Augustin. Sermo 82.
SERMO LXXXII. De defectione lunæ.	SERMO IV. <i>Objurgat populum ob quamdam lunæ superstitionem.</i> Et ipsi scitis, fratres, quod mea non cessat humilitas omni circa vos sollicitudine, etc.	Apud Maximum in Biblioth. PP.

SERMONES DE SANCTIS.

SERMO XLVII. De fide Petri apostoli.	SERMO II. <i>In Cathedra sancti Petri.</i> Astruimus superiore Dominica sanctum Petrum, etc.	Apud Maximum et in App. Aug. Serm. 92.
SERMO LXXVII. De natali SS. Octavii, etc.	SERMO VI. <i>In festo sanctorum Martyrum Octavi, Adventi</i> , etc. Cum omnium sanctorum Martyrum, fratres, devotissime natalem celebrare debemus, etc.	Apud Maximum in Biblioth. PP.
SERMO LXXVIII. Item de eodem.	SERMO XI. <i>In festo sanctorum Petri et Pauli.</i> Notum omnibus vobis est, fratres, et universo, etc.	Append. Augustin. Sermo 201.

Ordo antiq. edit. Ambr.

SERMO LXVI.

De natali SS. Apostolorum, etc.

SERMO LIX.

De avaritia, et Anania.

SERMO LXXI.

De natali sancti Laurentii, etc.

SERMO LXXII.

De natali sancti Cypriani.

SERMO X.

De eo quod scriptum est : *Quis major est, in regno caelorum.*

SERMO XXXII.

De hospitalitate in Evangelio.

Non exstabat.

SERMO LXXXVI.
Item de eodem.

SERMO LXXXVII.
De sancto propheta Elisæo.

SERMO XLII.
De hostibus carnalibus, etc.

SERMO III.
De psalmo XXI.

SERMO LX.
In festo Pentecostes.

SERMO LII.
Non exstabat.

Non exstabat.

SERMONES XXX et XXXI.
De eleemosyna.

SERMO LXXVIII.
De eo quod Propheta ait ad filios israel : *Caupones vestri, etc.*

SERMONES XLIX et L.
De accusato Domino, etc.

SERMO XL.
De jejuniis Ninivit.

SERMO LXXV.
De barbaris non uimendis.

Ordo Rom. edit.

SERMO XII.

In eodem festo.

Cum omnes beati Apostoli parem gratiam apud, etc.

SERMO XIII.

In festo sancti Alexii.

Retinet dilectio vestra, fratres, ante dies cum plebis, etc.

SERMO XVII.

In festo sancti Laurentii Martyris.

Beatissimi Laurentii Martyris, cujus ut natalem hodie, etc.

SERMO XVIII.

In festo sancti Cypriani Martyris.

Sancti Cypriani festivitatem, sicut omnibus notam est, hodie celebramus, etc.

SERMO XX.

In festo sancti Michaelis archangeli.

Si diligenter audistis, fratres, Evangelicam lectionem, intelligere potestis quæ ministris ac sacerdotibus Dei reverentia debeatur, vel qua ipsos clericos invicem humilitatis sedulitate se oporteat, etc.

SERMO XXI.

In festo sancti Lucæ evangelistæ.

Advertit sanctitas vestra, fratres, Evangelicam lectionem, etc.

SERMONES E PRIORIBUS AMBROSIAN. OPERUM TOMIS.

De arbore interdicta Enarratio. (Tom. I, pag. 425.)
Legimus in Genesi Deum Adæ dixisse : Ex omni, etc.

SERMO I.

De sancto Elisæo propheta. (Tom. I, pag. 565.)
Sæpe dixisse me meminisse quod hostium tumultus belliosos timere, minime debemus, nec quamlibet, etc.

SERMO ALTER.

De eodem. (Tom. I, pag. 567.)
Mirum forsitan videbitur, quod ante dies aliquot sancti Elisæi, etc.

SUPER CAPUT VII JOB SERMO.

(Tom. II, pag. 647.)

Frequenter admonui vos, fratres, ut dum licet, etc.

IN PSALMUM XXI ENARRATIO.

(Tom. II, pag. 674.)

Psalmi qui lectus est seriem decursuri, etc.

IN PSAL. CIX SERMO PRO DIE PENTECOSTES.

(Tom. II, pag. 869.)

Nosse vos credo, fratres, quæ sit ratio quod, etc.

EX PSAL. CXVII, PRO SANCTO DIE PASCHÆ SERMO.

(Tom. II, pag. 874.)

Non immerito, fratres, hodierna die psalmus hic legitur, in quo Propheta exsultandum, etc.

IN CAPUT XXXI PROVERBIOR. SALOM. ENARRATIO.

(Tom. II, pag. 1097.)

Præstabit nobis qui hunc diem commendavit in sanctis suis, etc.

SUPER CAP. III ECCLES. SERM. DUO DE ELEEMOSYNA.

(Tom. II, pag. 1110 et seq.)

Dicit Scriptura divina ignem ardentem, etc.

Retinet vestra dilectio ante dies aliquot, etc.

SUPER CAPUT PRIMUM ISALÆ.

(Tom. II, pag. 1113.)

Non incommode ante dies paucos prosecuti sumus functionem hanc sacerdotalem vicem quamdam negotii retinere, et quæstum esse, etc.

IN CAPUT XIII DANIELIS PROPHETÆ SERMONES

DUO (Tom. I, pag. 1126 et seq.)

Mirum forsitan videatur vobis, fratres, cur Dominus, etc.

Ante dies prosecuti sumus sanctæ Susannæ, etc.

IN CAPUT III ET IV JONÆ.

(Tom. II, pag. 1129 et seq.)

SERMO I.

Legimus in recitata Jonæ prophetæ cum Ninivæ civitati subversio, etc.

SERMO II.

Diximus anteriore Dominica Ninivitas in tribulatione, etc.

Ordo al. operum ubi reperuntur.

Append. Augustinum Sermo 202, et Apud Maximum.

Apud Maximum in Biblioth. PP.

Appendix Augustin. Sermo 206.

Apud Maximum in Biblioth. PP.

Apud Maximum in Biblioth. PP.

Apud Maximum in Biblioth. PP.

Append. August. Sermo 1.

In Mus. Italic. tom. I, part. II.

Mus. Ital. tom. I, part. II.

Apud Maximum in Biblioth. PP.

Apud Maximum in Biblioth. PP.

Apud Maximum in Biblioth. PP.

Apud Maximum in Biblioth. PP.

Apud Augustinum. Sermo 37.

Uterque apud Maximum in Biblioth. PP.

Apud Maximum in Biblioth. PP.

Apud Maximum in Biblioth. PP.

Apud Maximum et App. Aug. Serm. 152.

Apud Maximum in Biblioth. PP.

In Mus. Ital. tom. I, part. II.

Ordo antiq. edit. Ambr.

Ordo Rom. edit.

Ordo al. b. p. m. ubi
reperiuntur.

Sermo xxi.
Item de eodem.

EX VERBIS MALACIIÆ PROPHETÆ SERMO.
(Tom. II, pag. 1148.)
Satis abundeque in superioribus dixisse me cetero, etc.

Apud Maximum in
Biblioth. PP.

INDEX SERMONUM.

Ordo antiq. edit. Ambr.

Ordo hujus edit.

Ordo ed. Rom. Ambr.

Non exstabat.

SERMO I.

SERMO II.

Dominica prima Adventus.

Hoc tempus, fratres charissimi, non immerito Domini adventus vocatur, nec sine causa, etc.

Dominica 1 Advent.

SERMO xv.

De Natali Domini.

SERMO II.

Dominica tertia Adventus.

Satis abundeque dixisse me credo superiore Dominica quemadmodum compli vel nititi, etc.

SERMO v.

Domin. 3 Advent.

Non exstabat.

SERMO III.

De natali Domini I.

Domini nostri Jesu Christi, fratres, nativitatem celebrantes, etc.

SERMO VII.

In die Natalis Domini.

SERMO xii.

De Natali Domini.

SERMO IV.

De natali Domini II.

Verum est quod ait sanctus Joannes Baptista de Domino Salvatore dicens: *Itum oportet crederet, etc.*

SERMO VIII.

In die natalis Domini.

SERMO xiii.

De Natali Domini.

SERMO v.

De natali Domini III.

Qua gratia vel quibus laudibus hunc diem natalis Domini predicemus potestis ignorare, etc.

SERMO IX.

De eadem Nativitate.

SERMO xvi.

De Natali Domini.

SERMO VI.

De natali Domini IV.

Bene quodammodo habet diem natalis Domini solem novum vulgus appellat, etc.

SERMO X.

De eadem Nativitate.

SERMO xvii.

Inceptio de kalendis Januariis.

SERMO VII.

De kalendis Januariis.

Est mihi adversus plerasque de vestris, fratres, querela non modica: de his loquor, etc.

SERMO XI.

In die Circumcisionis.

SERMO xix.

De sancta Epiphania.

SERMO VIII.

De sancta Epiphania I.

Exsultandum est nobis, fratres charissimi, quod votis nostris vota succedunt, etc.

SERMO XIII.

De Epiphania Domini.

SERMO xx.

Item de eodem.

SERMO IX.

De sancta Epiphania II.

Meminit sanctitas vestra, fratres, superioris predicationis nostrae, etc.

SERMO XIV.

De eadem solemnitate.

SERMO xxi.

De die S. Epiphaniæ.

SERMO X.

De sancta Epiphania III.

Plerique in hac sancta Epiphaniæ die hactenus a Domino mirabilia facta esse, etc.

SERMO XV.

De eadem festivitate.

SERMO xxii.

Post Epiphaniam.

SERMO XI.

De sancta Epiphania IV.

Ad omnes vos, fratres, predicationem meam in die sancta Epiphaniæ pervenisse credo, etc.

SERMO XVI.

In eadem die ad catechumentos.

SERMO xviii.

De sancta Epiphania.

SERMO XII.

De sancta Epiphania V.

Evangelica Scriptura refert, sicut lectum super audivimus, Dominum ad Jordanem, etc.

SERMO XVII.

In octava Epiphaniæ de baptismo Christi.

SERMO v.

Quod simile sit regnum Dei fermento.

SERMO XIII.

Super his verbis Evangelii: Simile est regnum caelorum, etc. Et ipsi scitis, fratres, quod ex qua die vobiscum esse coepi, non cessavi omnibus vos Dominicus, etc.

SERMO XXI.

Dominica 6 post Epiphaniam.

Non exstabat.

SERMO XIV.

Dominica in Septuagesima.

Redimite vos, fratres charissimi, dum pretium habetis, quando novum tempus inchoatis, etc.

SERMO xxi:

In Septuagesima.

Non exstabat.

SERMO XV.

Dominica in Sexagesima.

Adest tempus, charissimi fratres, quod Sexagesima vocatur; et ideo necesse est ut vita vestra, etc.

SERMO xxiii.

In Sexagesima.

SERMO viii.

De sabbato quo Dominus manum, etc.: Diligenter vos audisse, etc.

SERMO XVI.

Ubi sabbato Dominus manum aridam curavit.

Diligenter vos audisse credo, fratres, evangelicam lectionem, etc.

SERMO xxvii.

Feria 6 post festum Cinerum. Te autem faciente elemosynam, nesciat, etc.

Ordo antiq. ed. Ambr.

Ordo hujus edit.

Ordo ed. Rom. Ambr.

Non exstabat.

SERMO XVII.

De sancta Quadragesima I.

Ecce adsunt dies sancti et tempus acceptabile, fratres charissimi, etc.

SERMO XXVIII.
Dominica prima Quadragesimæ.SERMO XXVII.
De Jejuniiis.

SERMO XVIII.

*De sancta Quadragesima II.*Testimonium perhibet sanctus Apostolus de prophetis dicens: *Tempore accepto*, etc.SERMO XXIX.
Eadem Dominica.SERMO XXIII.
De Quadragesima.

SERMO XIX.

De sancta Quadragesima III.

Sanctæ quadragesimæ rationem, cujus hodie initium celebramus, etc.

SERMO XXXII. }
Eadem Dominica.SERMO XXIV.
Item de Quadragesima.

SERMO XX.

De sancta Quadragesima IV.

Retinent adhuc sensus vestri, fratres, hoc nos superiore Dominica, etc.

SERMO XXXVIII.
Dominica secunda Quadragesimæ.SERMO XXV.
De Quadragesima.

SERMO XXI.

De sancta Quadragesima V.

Intellexisse vos credo, fratres, superiore Dominica, cur hæc nostra jejunia, etc.

SERMO XXXVI.
Feria 6 post Dominicam I.SERMO XXVI.
De Quadragesima.

SERMO XXII.

De sancta Quadragesima VI.

Non usque adeo contristari debemus, fratres, quod in his Quadragesimæ, etc.

SERMO XXX.
Dominica I Quadragesimæ.SERMO XXXIV.
De Quadragesima.

SERMO XXIII.

De sancta Quadragesima VII.

Nonnulli christianorum, fratres, existimantes divinitatis, etc.

SERMO XXXI.
Eadem Dominica.

Non exstabat.

SERMO XXIV.

De sancta Quadragesima VIII.

Quam timendus est, fratres charissimi, dies ille iudicii, in quo Dominus, etc.

SERMO XXXIII.
Feria 2 post Dom. I Quadrages.

Non exstabat.

SERMO XXV.

De sancta Quadragesima IX.

Ecce nunc tempus adest, in quo et peccata vestra confiteri Deo et sacerdoti, etc.

SERMO XXXIV.
Feria 3 post Dom. I Quadrages. : *Ecce nunc tempus acceptabile*, etc.

Non exstabat.

SERMO XXVI.

*De sancta Quadragesima X.*Lectum est nunc in Evangelio: *Viri Niniivitæ surgent in iudicio.....* Pharisei pœnitentiam simulabant, etc.SERMO XXXV.
Feria 4 post I Dominicam Quadrages.SERMO XXXV.
De jejunio Domini in deserto, etc.

De jejunio Domini in deserto, qui est de Quadragesima XI. Meminisse debet vestra dilectio, fratres, hoc me anteriore Dominica prædicasse, etc.

SERMO XXXVII.
Feria 6 post Dom. I Quadrages.SERMO XXXVI.
De Quadragesima.

SERMO XXVIII.

De sancta Quadragesima XII.

Ante dies devotionem sanctæ Quadragesimæ prædicantes sacrarum litterarum exempla, etc.

SERMO XL.
Feria 3 post Dom. II Quadrages.

Non exstabat.

SERMO XXIX.

De sancta Quadragesima XIII.

Agite gratias, fratres, divinæ pietati, quæ vos ad medium Quadragesimæ perduxit, etc.

SERMO XLIII.
Dominica IV Quadragesimæ.

Non exstabat.

SERMO XXX.

Dominica in Passione.

De sancta Quadragesima XIV.

Scitote, fratres, quoniam cujus opera quisque facit, ejus et filius vocatur. Unde et Judæi, etc.

SERMO XLIV.
Dominica in Passione.

Non exstabat.

SERMO XXXI.

Dominica in Ramis Palmarum.

De sancta Quadragesima XV.

Veniente Domino nostro Jesu Christo ad urbem Hierusalem ante sex dies passionis, etc.

SERMO XLV.
Dominica in Ramis Palmarum.

Non exstabat.

SERMO XXXII.

Eadem Dominica Palmarum.

De sancta Quadragesima XVI.

Video vos, fratres, hodie attentius, quam soletis, ad Ecclesiam convenisse, et nemo, etc.

SERMO XLVI.
Eadem Dominica.SERMO XXXVIII.
De Jejuniiis et Quadragesima.

SERMO XXXIII.

De Jejuniiis Quadragesimæ XVII.

Propitia divinitate, fratres, ecce jam pene transeimus quadragesimæ indicta jejunia, etc.

Tom. I, pag. 147.
SERMO.
De Jejunio Eliæ.

Non exstabat.

SERMO XXXIV.

Dominica Resurrectionis Domini.

Audistis, fratres, quod sanctæ mulieres, quæ cum aromatibus ad monumentum venerunt, Angelorum, etc.

SERMO LIV.
Dominica Resurrectionis Domini.

Ordo antiq. ed. Ambr.

Tom. II.
De mysterio Paschæ
libellus unus.

Non exstabat.

SERMO XI.
De mirabilibus.

SERMO XLI.
De gratia baptismi.

SERMO IV.
De Camelo.
Dicit in Evangelio
Dominus J. C. : *Amen
dico*, etc.

SERMO XXXIX.
De jejuniis et eleemosynis.

SERMO LXXIX.
De eo quod dicit Dominus in Evangelio : *Vulpes foveas*, etc.

SERMO LXXX.
Increpatio ad plebem de eo quod scriptum est in Evangelio : *Qui habet, dabitur ei*, etc.

SERMO LXXXIII.
Increpatio ad populum de absentia sua.

SERMO LXXXIV.
Post increpationem consolatio ad populum.

Non exstabat.

Tomo IV.
De Salomone liber unus.

Non exstabat.

Non exstabat.

SERMO LXXV.
In natali SS. Cantii, Cantiani, etc.

SERMO LXIII.
De natali S. Joannis Baptistæ.

Ordo hujus edit.

SERMO XXXV.
De mysterio Paschæ II.
Paschæ mysterium de fide omnibus credentibus, etc.
SERMO XXXVI.
In die sancto Pentecostes.
Magna est, fratres carissimi, hodierna festivitas, in qua, sicut audistis, acceperunt apostoli, etc.

SERMONES DE DIVERSIS.

SERMO XXXVII.
De Mirabilibus.
Quantorum mirabilium operator sit Dominus Jesus Christus intelligere possumus ex hac Evangelica lectione, etc.

SERMO XXXVIII.
De gratia baptismi.
Quia constat, sicut ante dies persecuti sumus, Jesum Christum non sui causa baptizatum, etc.

SERMO XXXIX.
De Camelo.
Mammona quod apud Hebræos hujus sæculi divitiæ appellatur. Dicitur vero mammona, etc.

SERMO XL.
De jejuniis et eleemosynis.
Non dubito, fratres, contristari vos, quotiescumque absentem me a vobis necessitas, etc.

SERMO XLI.
De eo quod dicit Dominus in Evangelio : Vulpes foveas habent, etc.
Si diligenter advertit vestra dilectio, fratres, capitulum, etc.

SERMO XLII.
Increpatio ad plebem de eo quod scriptum est in Evangelio : Qui habet, dabitur ei; et Cantavimus vobis, et non saltastis.
Frequenter studueram apud me ipsum, fratres, subtrahere vobis dominicæ prædicationis eloquia, etc.

SERMO XLIII.
Increpatio ad populum quod Ecclesiam non frequentet.
Deberem, fratres, post hos complures dies aliquid uberior prædicare, et revertens a tanto examine sacerdotum, etc.

SERMO XLIV.
Post increpationem allectio ad populum.
Amarior fortasse fuerit increpatio mea superioribus prædicationibus, quod plerosque, etc.

SERMO XLV.
De primo et secundo Adam.
Audite, fratres charissimi, quale est legis mysterium. Primus homo, etc.

SERMO XLVI.
De Salomone.
Mirum satis est, dilectissimi fratres, quod in hoc capitulo, etc.

SERMO XLVII.
Fragmentum enarrationis in cap. xxx Proverbiorum.
Ante adventum Christi Salvatoris nostri prophetæ, etc.

SERMONES DE SANCTIS.

SERMO XLVIII.
In festo sanctæ Agnetis virginis et martyris.
Cum in toto mundo Virgineus flos Mariæ inmarcescibilis, etc.

SERMO XLIX.
In natali SS. Cantii, Cantiani, etc.
Hodie beatissimorum Cantii, Cantiani, et Cantianillæ, etc.

SERMO L.
In Natali sancti Joannis Baptistæ I.
In sancti ac beatissimi Joannis Baptistæ laudibus, cujus natalem hodie celebramus, etc.

Ordo ed. Rom. Ambr.

Tom. IV, pag. 301.
De mysterio Paschæ
libellus unus.

SERMO LIX.
In die sancto Pentecostes.

SERMO LXII.
Domin. v post Pentecosten.

SERMO LXIII.
Dominica vi post Pentecosten.

SERMO LXV.
Dominica xiv post Pentecosten.

SERMO LXVIII.
Dominica xxiii post Pentecosten.

SERMO III.
In festo sancti Basilli episc. et Confess.

SERMO XXV.
Pro communi Conf. non Pontificis.

SERMO V.
Populum quod non frequentet Ecclesiam, redarguit.

SERMO VI.
Consolatur populum, ne quia illum sapius objurgaverit, etc.
Non exstabat.

Tom. II, pag. 1090.
De Salomone liber unus.

Tom. II, pag. 1094.
Enarratio in cap. xxx Proverbiorum.

Non exstabat.

SERMO IV.
In festo SS. Cantii, Cantiani, etc.

SERMO VII.
In festo sancti Joannis Baptistæ.

Ordo antiq. edit. Ambr.

SERMO LXVI.
De natali SS. Apostolorum, etc.

SERMO LIX.
De avaritia, et Anania.

SERMO LXXI.
De natali sancti Laurentii, etc.

SERMO LXXII.
De natali sancti Cypriani.

SERMO X.
De eo quod scriptum est: *Quis major est, in regno caelorum.*

SERMO XXXII.
De hospitalitate in Evangelio.

Non exstabat.

SERMO LXXXVI.
Item de eodem.

SERMO LXXXVII.
De sancto propheta Elisæo.

SERMO XLII.
De hostibus carnalibus, etc.

SERMO III.
De psalmo XXI.

SERMO LX.
In festo Pentecostes.

SERMO LII.
Non exstabat.

Non exstabat.

SERMONES XXX et XXXI.
De eleemosyna.

SERMO LXXVIII.
De eo quod Propheta ait ad filios Israel: *Caupones vestri, etc.*

SERMONES XLIX et L.
De accusato Domino, etc.

SERMO XL.
De jeuniis Ninivit.

SERMO LXXV.
De barbaris non uimendis.

Ordo Rom. edit.

SERMO XII.
In eodem festo.

Cum omnes beati Apostoli parem gratiam apud, etc.

SERMO XIII.
In festo sancti Alexii.

Retinet dilectio vestra, fratres, ante dies cum plebis, etc.

SERMO XVII.
In festo sancti Laurentii Martyris.

Beatissimi Laurentii Martyris, cuius ut natalem hodie, etc.

SERMO XVIII.
In festo sancti Cypriani Martyris.

Sancti Cypriani festivitatem, sicut omnibus notam est, hodie celebramus, etc.

SERMO XX.
In festo sancti Michaelis archangeli.

Si diligenter audistis, fratres, Evangelicam lectionem, intelligere potestis quæ ministris ac sacerdotibus Dei reverentia debeat, vel qua ipsos clericos invicem humilitatis sedulitate se oporteat, etc.

SERMO XXI.
In festo sancti Lucæ evangelistæ.

Advertit sanctitas vestra, fratres, Evangelicam lectionem, etc.

SERMONES E PRIORIBUS AMBROSIAN. OPERUM TOMIS.

De arbore interdicta Enarratio. (Tom. I, pag. 425.)
Legimus in Genesi Deum Adm dixisse: Ex omni, etc.

SERMO I.
De sancto Elisæo propheta. (Tom. I, pag. 565.)

Sæpe dixisse me memini quod hostium tumultus bellicosos timere, minime debemus, nec quamlibet, etc.

SERMO ALTER.
De eodem. (Tom. I, pag. 567.)

Mirum forsitan videbitur, quod ante dies aliquot sancti Elisæi, etc.

SUPER CAPUT VII JOB SERMO.

(Tom. II, pag. 647.)

Frequenter admonui vos, fratres, ut dum licet, etc.

IN PSALMUM XXI ENARRATIO.

(Tom. II, pag. 674.)

Psalmi qui lectus est seriem decursuri, etc.

IN PSAL. CIX SERMO PRO DIE PENTECOSTES.

(Tom. II, pag. 869.)

Nosse vos credo, fratres, quæ sit ratio quod, etc.

EX PSAL. CXVII, PRO SANCTO DIE PASCHÆ SERMO.

(Tom. II, pag. 871.)

Non immerito, fratres, hodierna die psalmus hic legitur, in quo Propheta exultandum, etc.

IN CAPUT XXXI PROVERBIOR. SALOM. ENARRATIO.

(Tom. II, pag. 1097.)

Præstabit nobis qui hunc diem commendavit in sanctis suis, etc.

SUPER CAP. III ECCLES. SERM. DUO DE ELEEMOSYNA.

(Tom. II, pag. 1110 et seq.)

Dicit Scriptura divina ignem ardentem, etc.

Retinet vestra dilectio ante dies aliquot, etc.

SUPER CAPUT PRIMUM ISALÆ.

(Tom. II, pag. 1115.)

Non incommode ante dies paucos prosecuti sumus functionem hanc sacerdotalem vicem quamdam negotii retinere, et quæstum esse, etc.

IN CAPUT XIII DANIELIS PROPHETIÆ SERMONES

DUO (Tom. I, pag. 1126 et seq.)

Mirum forsitan videatur vobis, fratres, cur Dominus, etc.

Ante dies prosecuti sumus sanctæ Susannæ, etc.

IN CAPUT III ET IV JONÆ.

(Tom. II, pag. 1129 et seq.)

SERMO I.
Legimus in recitata Jonæ prophetæ cum Ninivæ civitati

subversio, etc.

SERMO II.
Diximus anteriore Dominica Ninivitas in tribulatione, etc.

Ordo al. operum ubi reperiuntur.

Append. Augustinum
Sermo 202, et Apud
Maximum.

Apud Maximum in
Biblioth. PP.

Appendix Augustin.
Sermo 206.

Apud Maximum in
Biblioth. PP.

Apud Maximum in
Biblioth. PP.

Apud Maximum in
Biblioth. PP.

Append. August. Ser-
mo 1.

In Mus. Italic. tom. I,
part. II.

Mus. Ital. tom. I,
part. II.

Apud Maximum in
Biblioth. PP.

Apud Maximum in
Biblioth. PP.

Apud Maximum in
Biblioth. PP.

Apud Maximum in
Biblioth. PP.

Apud Augustinum.
Sermo 37.

Uterque apud Maxi-
mum in Biblioth. PP.

Apud Maximum in
Biblioth. PP.

Apud Maximum in
Biblioth. PP.

Apud Maximum et
App. Aug. Serm. 152.

Apud Maximum in
Biblioth. PP.

In Mus. Ital. tom. I,
part. II.

Ordo antiq. edit. Ambr.

Ordo Röm. edit.

Ordo si. operum ubi
reperiuntur.SERMO I.
Item de eodem.

EX VERBIS MALACHIÆ PROPHETÆ SERMO.

(Tom. II, pag. 448.)

Satis abundeque in superioribus dixisse me credo, etc.

Apud Maximum in
Biblioth. PP.

INDEX SERMONUM.

Ordo antiq. edit. Ambr.

Ordo hujus edit.

Ordo ed. Röm. Ambr.

Non exstabat.

SERMO I.

*Dominica prima Adventus.*Hoc tempus, fratres charissimi, non immerito Domini
adventus vocatur, nec sine causa, etc.

SERMO II.

*Dominica tertia Adventus.*Satis abundeque dixisse me credo superiore Dominica
quemadmodum compl. vel nitidi, etc.

SERMO III.

*De natali Domini I.*Domini nostri Jesu Christi, fratres, nativitatem celebran-
tes, etc.

SERMO IV.

*De natali Domini II.*Verum est quod ait sanctus Joannes Baptista de Domino
Salvatore dicens: *illum oportet crescere*, etc.

SERMO V.

*De natali Domini III.*Qua gratia vel quibus laudibus hunc diem natalis Domi-
ni prædicemus potius ignoro, etc.

SERMO VI.

*De natali Domini IV.*Bene quodammodo habet diem natalis Domini solem no-
vum vulgus appellat; etc.

SERMO VII.

*De kalendis Januariis.*Est mihi adversus plerisque de vestris, fratres, querela
non modica: de his loquor, etc.

SERMO VIII.

*De sancta Epiphania I.*Exsultandum est nobis, fratres charissimi, quod votis
vestris vota succedunt, etc.

SERMO IX.

*De sancta Epiphania II.*Meminit sanctitas vestra, fratres, superioris prædicationis
nostræ, etc.

SERMO X.

*De sancta Epiphania III.*Plerique in hac sancta Epiphaniæ die hactenus a Domino
mirabilia facta esse, etc.

SERMO XI.

*De sancta Epiphania IV.*Ad omnes vos, fratres, prædicationem meam in die san-
cta Epiphaniæ pervenisse credo, etc.

SERMO XII.

*De sancta Epiphania V.*Evangelica Scriptura refert, sicut lectum super addivi-
mus, Dominum ad Jordanem, etc.

SERMO XIII.

Super his verbis Evangelii: Simile est regnum cælorum, etc.
Et ipsi scitis, fratres, quod ex qua die vobiscum esse coe-
pi, non cessavi omnibus vos Dominicis, etc.

SERMO XIV.

*Dominica in Septuagesima.*Redimite vos, fratres charissimi, dum pretium habetis,
quando novum tempus inchoatis, etc.

SERMO XV.

*Dominica in Sexagesima.*Adest tempus, charissimi fratres, quod Sexagesima vo-
catur; et ideo necesse est ut vita vestra, etc.

SERMO XVI.

*Ubi sabbato Dominus manum aridam curavit.*Diligenter vos audisse credo, fratres, evangelicam lectio-
nem, etc.

SERMO XVII.

De sabbato quo Do-
minus manum, etc.:
Diligenter vos audisse,
etc.SERMO II.
Dominica I Advent.SERMO V.
Domin. 3 Advent.SERMO VII.
In die Natalis Domi-
ni.SERMO VIII.
In die natalis Domini.SERMO IX.
De eadem Nativitate.SERMO X.
De eadem Nativitate.SERMO XI.
In die Circumcisionis.SERMO XIII.
De Epiphania Domi-
ni.SERMO XIV.
De eadem solemnitate.SERMO XV.
De eadem festivitate.SERMO XVI.
In eadem die ad cate-
chumentos.SERMO XVII.
In octava Epiphaniæ
de baptismo Christi.SERMO XXI.
Dominica 6 post Epi-
phaniam.SERMO XXXI.
In Septuagesima.SERMO XXXIII.
In Sexagesima.SERMO XXXVII.
Feria 6 post diem Ci-
nerum. Te autem fa-
ciente eleemosynam, ne-
sciat, etc.

Ordo antiq. ed. Ambr.

Non exstabat.

SERMO XXVII.
De Jejuniiis.SERMO XXIII.
De Quadragesima.SERMO XXIV.
Item de Quadragesima.SERMO XXV.
De Quadragesima.SERMO XXVI.
De Quadragesima.SERMO XXXIV.
De Quadragesima.

Non exstabat.

Non exstabat.

Non exstabat.

SERMO XXXV.
De jejunio Domini in deserto, etc.SERMO XXXVI.
De Quadragesima.

Non exstabat.

Non exstabat.

Non exstabat.

Non exstabat.

SERMO XXXVIII.
De Jejuniiis et Quadragesima.

Non exstabat.

Ordo hujus edit.

SERMO XVII.

De sancta Quadragesima I.
Ecce adsunt dies sancti et tempus acceptabile, fratres charissimi, etc.

SERMO XVIII.

De sancta Quadragesima II.
Testimonium perhibet sanctus Apostolus de prophetis dicens: *Tempore accepto*, etc.

SERMO XIX.

De sancta Quadragesima III.
Sanctæ quadragesimæ rationem, cujus hodie initium celebramus, etc.

SERMO XX.

De sancta Quadragesima IV.
Retinent adhuc sensus vestri, fratres, hoc nos superiore Dominica, etc.

SERMO XXI.

De sancta Quadragesima V.
Intellexisse vos credo, fratres, superiore Dominica, cur hæc nostra jejunia, etc.

SERMO XXII.

De sancta Quadragesima VI.
Non usque adeo contristari debemus, fratres, quod in his Quadragesimæ, etc.

SERMO XXIII.

De sancta Quadragesima VII.
Nonnulli christianorum, fratres, existimantes divinitatis, etc.

SERMO XXIV.

De sancta Quadragesima VIII.
Quam timendus est, fratres charissimi, dies ille iudicii, in quo Dominus, etc.

SERMO XXV.

De sancta Quadragesima IX.
Ecce nunc tempus adest, in quo et peccata vestra confiteri Deo et sacerdoti, etc.

SERMO XXVI.

De sancta Quadragesima X.
Lectum est nunc in Evangelio: *Viri Ninivitæ surgent in iudicio*..... Pharissæ poenitentiam simulabant, etc.

SERMO XXVII.

De jejunio Domini in deserto, qui est de Quadragesima XI.
Meminisse debet vestra dilectio, fratres, hoc me anteriore Dominica prædicasse, etc.

SERMO XXVIII.

De sancta Quadragesima XII.
Ante dies devotionem sanctæ Quadragesimæ prædicantes sacrarum litterarum exempla, etc.

SERMO XXIX.

De sancta Quadragesima XIII.
Agite gratias, fratres, divinæ pietati, quæ vos ad medium Quadragesimæ perduxit, etc.

SERMO XXX.

Dominica in Passione.
De sancta Quadragesima XIV.
Scitote, fratres, quoniam cujus opera quisque facit, ejus et filius vocatur. Unde et Judæi, etc.

SERMO XXXI.

Dominica in Ramis Palmarum.
De sancta Quadragesima XV.
Veniente Domino nostro Jesu Christo ad urbem Hierusalem ante sex dies passionis, etc.

SERMO XXXII.

Eadem Dominica Palmarum.
De sancta Quadragesima XVI.
Video vos, fratres, hodie attentius, quam soletis, ad Ecclesiam convenisse, et nemo, etc.

SERMO XXXIII.

De Jejuniiis Quadragesimæ XVII.
Propitia divinitate, fratres, ecce jam pene transegimus quadragesimæ indicta jejunia, etc.

SERMO XXXIV.

Dominica Resurrectionis Domini.
Audistis, fratres, quod sancta: mulieres, quæ cum aromatibus ad monumentum venerunt, Angelorum, etc.

Ordo ed. Rom. Ambr.

SERMO XXVIII.
Dominica prima Quadragesimæ.SERMO XXIX.
Eadem Dominica.SERMO XXXII.
Eadem Dominica.SERMO XXXVIII.
Dominica secunda Quadragesimæ.SERMO XXXVI.
Feria 6 post Dominicam I.SERMO XXX.
Dominica I Quadragesimæ.SERMO XXXI.
Eadem Dominica.SERMO XXXIII.
Feria 2 post Dom. I Quadrages.SERMO XXXIV.
Feria 3 post Dom. I Quadrages. : *Ecce nunc tempus acceptabile*, etc.SERMO XXXV.
Feria 4 post I Dominicam Quadrages.SERMO XXXVII.
Feria 6 post Dom. I Quadrages.SERMO XL.
Feria 3 post Dom. II Quadrages.SERMO XLIII.
Dominica IV Quadragesimæ.SERMO XLIV.
Dominica in Passione.SERMO XLV.
Dominica in Ramis Palmarum.SERMO XLVI.
Eadem Dominica.

Tom. I, pag. 147.

SERMO.
De Jejunio Eliæ.SERMO LIV.
Dominica Resurrectionis Domini.

Ordo antiq. ed. Ambr.

Tom. II.
De mysterio Paschæ
libellus unus.

Non exstabat.

SERMO XI.
De mirabilibus.

SERMO XII.
De gratia baptismi.

SERMO IV.
De Camelo.
Dicit in Evangelio
Dominus J. C. : *Amen dico*, etc.

SERMO XXXIX.
De jejuniis et eleemosynis.

SERMO LXXIX.
De eo quod dicit Dominus in Evangelio : *Vulpes foveas*, etc.

SERMO LXXX.
Increpatio ad plebem de eo quod scriptum est in Evangelio : *Qui habet, dabitur ei*, etc.

SERMO LXXXIII.
Increpatio ad populum de absentia sua.

SERMO LXXXIV.
Post increpationem consolatio ad populum.

Non exstabat.

Tomo IV.
De Salomone liber unus.

Non exstabat.

Non exstabat.

SERMO LXXV.
In natali SS. Cantii, Cantiani, etc.

SERMO LXIII.
De natali S. Joannis Baptistæ.

Ordo hujus edit.

SERMO XXXV.
De mysterio Paschæ II.
Paschæ mysterium de fide omnibus credentibus, etc.
SERMO XXXVI.
In die sancto Pentecostes.
Magna est, fratres carissimi, hodierna festivitas, in qua, sicut audistis, acceperunt apostoli, etc.

SERMONES DE DIVERSIS.

SERMO XXXVII.
De Mirabilibus.
Quantorum mirabilium operator sit Dominus Jesus Christus intelligere possumus ex hac Evangelica lectione, etc.

SERMO XXXVIII.
De gratia baptismi.
Quia constat, sicut ante dies prosecuti sumus, Jesum Christum non sui causa baptizatum, etc.

SERMO XXXIX.
De Camelo.
Mammona quod apud Hebræos hujus sæculi divitiæ appellatur. Dicitur vero mammona, etc.

SERMO XL.
De jejuniis et eleemosynis.
Non dubito, fratres, contristari vos, quotiescumque absentem me a vobis necessitas, etc.

SERMO XLI.
De eo quod dicit Dominus in Evangelio : Vulpes foveas habent, etc.
Si diligenter advertit vestra dilectio, fratres, capitulum, etc.

SERMO XLII.
Increpatio ad plebem de eo quod scriptum est in Evangelio : Qui habet, dabitur ei; et Cantavimus vobis, et non saltastis.
Frequenter studueram apud me ipsum, fratres, subtrahere vobis dominicæ prædicationis eloquia, etc.

SERMO XLIII.
Increpatio ad populum quod Ecclesiam non frequentet.
Deberem, fratres, post hos complures dies aliquid uberioris prædicare, et revertens a tanto examine sacerdotum, etc.

SERMO XLIV.
Post increpationem allocutio ad populum.
Amarior fortasse fuerit increpatio mea superioribus prædicationibus, quod plerosque, etc.

SERMO XLV.
De primo et secundo Adam.
Audite, fratres charissimi, quale est legis mysterium. Primus homo, etc.

SERMO XLVI.
De Salomone.
Mirum satis est, dilectissimi fratres, quod in hoc capitulo, etc.

SERMO XLVII.
Fragmentum enarrationis in cap. xxx Proverbiorum.
Ante adventum Christi Salvatoris nostri prophetæ, etc.

SERMONES DE SANCTIS.

SERMO XLVIII.
In festo sanctæ Agnetis virginis et martyris.
Cum in toto mundo Virgineus flos Mariæ immarcescibilis, etc.

SERMO XLIX.
In natali SS. Cantii, Cantiani, etc.
Hodie beatissimorum Cantii, Cantiani, et Cantianillæ, etc.

SERMO L.
In Natali sancti Joannis Baptistæ I.
In sancti ac beatissimi Joannis Baptistæ laudibus, cujus natalem hodie celebramus, etc.

Ordo ed. Rom. Ambr.

Tom. IV, pag. 301.
De mysterio Paschæ
libellus unus.

SERMO LIX.
In die sancto Pentecostes.

SERMO LXII.
Domin. v post Pentecosten.

SERMO LXIII.
Dominica vi post Pentecosten.

SERMO LXV.
Dominica xiv post Pentecosten.

SERMO LXVIII.
Dominica xxiii post Pentecosten.

SERMO III.
In festo sancti Basilli episc. et Confess.

SERMO XXV.
Pro communi Conf. non Pontificis.

SERMO V.
Populum quod non frequentat Ecclesiam, redarguit.

SERMO VI.
Consolatur populum, ne quia illum sæpius objurgaverit, etc.
Non exstabat.

Tom. II, pag. 1090.
De Salomone liber unus.

Tom. II, pag. 1094.
Enarratio in cap. xxx Proverbiorum.

Non exstabat.

SERMO IV.
In festo SS. Cantii, Cantiani, etc.

SERMO VII.
In festo sancti Joannis Baptistæ.

Ordo antiq. ed. Ambr.

SERMO LXIV.
Item de eodam.

SERMO LXV.
Item de Joanne Baptistâ.

SERMO LXVII.
De natali sanctorum Apostolorum Petri et Pauli.

SERMO LXVI.
De Margarita.

SERMO LXIII.
In natali SS. martyrum Nazarii et Celsi.

SERMO LXIX.
De natali S. Eusebii Vercell. episc.

SERMO LXX.
De depositione S. Eusebii.

SERMO LXXIII.
De sancto Cypriano.

SERMO LXXVI.
De natali sanctorum martyrum.

Non exstabat.

SERMO LXXIV.
De natali martyrum.

SERMO LXXXVIII.
De bellico tumultu.

SERMO LXXXIX.
De dedicatione basilicæ.

Ordo hujus edit.

SERMO LI.
De prerogativa ejusdem sancti Joannis Baptistæ II.
Sancti Joannis Baptistæ natalem hodie prosecuturus, etc.

SERMO LII.
De vita ejusdem sancti Joannis Baptistæ III.
Diximus superiori Dominica cum silentii hostri veblam peteremus quod pro salute communi, etc.

SERMO LIII.
In natali SS. Apostolorum Petri et Pauli I.
Natalem beatissimorum Apostolorum Petri et Pauli hodie celebrantes, diversis epulis, etc.

SERMO LIV.
De neglecta solemnitate beatorum Apostolorum Petri et Pauli II.
Satis ad correptionem vestram arbitror posse sufficere, fratres dilecti, quod, etc.

SERMO LV.
In festo SS. Nazarii et Celsi martyrum.
Etiamsi martyribus regionis extraneæ pia votorum debita redderemus, propriis consulere, etc.

SERMO LVI.
In festo sancti Eusebii martyris, etc., I.
Ad sancti Martyris Eusebii laudem aliquid addere velle, decerpere est. Tam ineffabilem enim, etc.

SERMO LVII.
In die depositionis ejusdem II.
Depositionem S. Eusebii martyris hodie celebramus, etc.

SERMO LVIII.
Eadem die in festo sancti Cypriani martyris.
Ante dies cum beatissimi martyris Cypriani celebraremus, etc.

SERMO LIX.
Pro communi unius martyris.
Si quantum necesse est dicere, et vos oportet audire, etc.

SERMO LX.
In natali unius martyris, sive Domni Domiciani.
Dum celebramus hodie, fratres charissimi, mortui justî, etc.

SERMO LXI.
Pro communi martyrum.
Dignum et congruum est, fratres, ut post lætitiâ Paschæ, etc.

SERMO LXII.
Pro communi plurimorum martyrum.
Moveret fortasse vos, fratres, quod tumultus bellorum et incursiones prællorum fieri, etc.

SERMO LXIII.
De servo centurionis in Evangelio, in dedicatione Basilicæ.
Legimus in sancto Evangelio cum Centurionis cujusdam servus gravi paralysis ægritudine, etc.

Ordo ed. Rom. Ambr.

SERMO VIII.
De prerogativa ejusdem, etc.

SERMO IX.
De Vita ejusdem, etc.

SERMO X.
In festo SS. apostolorum Petri et Pauli.

SERMO I.
In festo sanctæ Lucie virginis et martyris.

SERMO XIV.
In festo SS. Nazarii et Celsi martyrum.

SERMO XV.
In festo Sancti Eusebii martyris, etc.

SERMO XVI.
In die depositionis ejusdem.

SERMO XIX.
In festo S. Cypriani mart., etc.

SERMO XXIII.
Pro communi unius martyris per annum.

Non exstabat.

SERMO XXII.
Pro communi martyrum tempore Paschæ.

SERMO XXIV.
Pro communi plurimorum martyrum.

SERMO XXVI.
In festo dedicationis Ecclesiæ.

SERMONES

SANCTO AMBROSIO HACTENUS ASCRIPTI.

391 SERMO I.

Dominica I Adventus.

In Romana editione primum vulgatus: sed eum Ambrosio perperam attributum quæ de Adventus, quod nomen non nisi multo post Ambrosium innotuit in Ecclesia, jejunitio dicuntur, clare ostendunt. Accedit etiam quod eo tempore confessionem criminum, et continentiam ab amplexu conjugali quasi necessariam indicit Auctor, quod maxime alienum est ab Ambrosio. Denique correctores Decreti observarunt

A *verba ibidem de secubitu conjugum citata, non in hoc, sed in sermone quodam de Quadragesima inveniri.*

1. Hoc tempus, fratres charissimi, non immerito Domini adventus vocatur, nec sine causa sancti patres adventum Domini celebrare cœperunt, sermones de his diebus ad populum habuerunt; id namque Ideo instituerunt, ut se unusquisque fidelis prepararet et emendaret, quo digne Dei ac Domini sui nativitatem celebrare valeret. Nam si aliquis ve-

strum seniore suum in ejus domum suscepturus, ab omnibus sordibus et immundis rebus ipsam domum mundaret, et quæque honesta et necessaria essent, secundum suam possibilitatem præpararet; et hoc facit mortalis suscepturus mortalem: quanto magis se mundare debet creatura, ut suo creatori apparenti in carne non displiceat? Ille justus venit ad nos peccatores, ut ex peccatoribus faceret justos: plus venit ad impios ut nos faceret pios: humilis venit ad superbos, ut ex superbis faceret humiles. Quid plura? Ille natura bonus, venit ad homines, qui erant pleni omnibus malis.

2. Quapropter hortamur vos et his diebus abundantius eleemosynas faciatis, ad Ecclesiam frequentius conveniatis, confessionem peccatorum vestrorum purissime faciatis: et non solum ab omni immunditia, sed etiam ab uxoribus propriis studiosissime vos contineatis: odium nihilominus, iram et indignationem, clamorem et blasphemiam, superbiam atque jactantiam, cum omni carnali delectatione procul a vobis repellatis; ut cum dies Dominicæ nativitatis advenerit, salubriter ipsum celebrare possitis. Et sicut multi sunt solliciti de carnalibus divitiis, et de pretiosis vestimentis, ut honorabiliores cæteris videantur in illa die; ita vos sollicitiores estote de spiritalibus divitiis et vestimentis; quia sicut anima mellor est carne, ita delicæ spirituales meliores sunt, quam carnales. Et multo mellus est animam ornare virtutibus, quam corpus pretiosis induere vestibus.

3. Hæc admonitio, fratres, ideo ad vos facta est, ut qui boni sunt, per hanc sint meliores; et qui malos se esse retolunt, certissime convertantur; ut pariter in die Dominicæ nativitatis lætari spiritaliter mereantur: ipso præstante, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat per infinita sæcula sæculorum, amen.

392 SERMO II.

De Natali Domini veniente.

In vet. edit. male inscribitur, Item de Natali Domini: melius in cod. Lugd. Sequentia de Natali Domini veniente; unde intelligas moris fuisse in Lugd. Ecclesia, ut per plures Dominicas populum ad natalem Domini celebrandum præpararent sacerdotes. Licet porro in ms. Vind. tribuatur Augustino et in quibusdam Ambrosio; melius tamen inter Maximinos referri potest, cum illius sermonis, qui in Rom. edit. quartus habetur, et Maximi esse probatus est, continuatio sit, quod Erasmus in margine advertisse etiam videtur.

1. Satis abundeque dixisse me credo superiore Dominica quemadmodum compti vel nitidi natalem Domini suscipere debeamus, et supervenientem festivitatem ejus omni ambitione retinere. Retinere, inquam, ut et si dies solemnitate ejus transeat, apud

^a Codex Reg., superiore tractatu.... et superveniente festivitate ejus ab omni ambitione abstinere iniqua, ita ut, etc.

^b Codex Lugd., et illæ quidem recule: si adeo in-

A nos tamen sanctificationis ipsius beatitudo permaneat; hæc enim gratia natalis est Domini Salvatoris, ut in futurum ad prædestinatos transeat, in præteritum remaneat ad devotos. Oportet ergo esse nos sanctitate puros, mundos pudicitia, nitidos honestate; ut quo diem festum advenire propinquius cernimus, eo accuratius incedamus. Si enim mulierculæ solent aliquas ferias suscepturæ, maculas vestium suarum aqua diluere; cur non magis nos excepturi natalem Domini, maculas animarum nostrarum fluitibus abluamus?

2. ^b Et illæ quidem si adeo infectæ et obscuræ sordibus fuerint, ut maculas sola aqua non purget, addunt molliorem olei, saponis etiam acrimoniam: nos quoque si tam grave peccatum fuerit, ut id minime solis fluitibus abluatur, addamus misericordiæ oleo acrimoniam jejunii. Nullum enim tam grave delictum est, quod non purgetur abstinentia, eleemosynis extinguatur; ait enim sanctus propheta: *Sicut aqua exstinguit ignem, ita eleemosyna exstinguit peccatum* (Eccl. iii, 33). Magna ergo est eleemosyna, quæ ardentium criminum globos benevolentia suæ fonte refrigerat, et quodam irriguo largitatis obruit incendia delictorum; ut quamvis offensus Deus, quamvis criminibus provocatus, cogatur liberare eleemosynis, quem disposuerat punire peccatis. Cogitur enim a nobis quodammodo, dum compellitur pro actibus nostris mutare sententiam et in uno eodemque homine nunc severitate judicis permoveri, nunc patris pietate blandiri. Pater enim nobis Deus est, cum bene agimus; judex noster est, cum peccamus. Compellitur ergo operibus nostris Dominus, ut nobis suam misericordiam largiatur; atque ideo ipse in Evangelio sancto dicit: *A diebus Joannis Baptistæ regnum cælorum cogitur* (Matth. xi, 12). Quæ sententia quem intellectum habeat, videamus.

3. Regnum cælorum non nisi Christus est Dominus, qui regnat in cælis. Cogi autem verbum tunc solet dici, cum res aliqua rarior assidua operatione densatur. Ex quo ergo Joannes Baptista Salvatoris annuntiavit adventum, ex eo regnum cælorum, quod prius fluidum et remissum apud Judæos jacebat, credentium populorum cepit assiduitate densari, et omnis illa regni raritas prædicationum frequentatione solidari; tam enim rarum fuit apud Judæos regnum, ut transiret ad gentes: tam fluidum, ut emanaret ad populos. Nunc autem tanta credentium cogitur densitate, ut fixum et solidum maneat sine fine, sicut Scriptura dicit: *Et regni ejus non erit finis* (Luc. i, 33). Cogitur ergo regnum cælorum, et vini quodammodo facimus, sicut ait, evangelica lectio: *Et vim facientes diripiunt illud* (Matth. xi, 12). Vim, inquam, facimus Dominus, non compellendo, sed flendo: non provocando injuriis,

fectæ et obscuræ sordibus fuerint; Vind. autem, *Et illæ quidem si adeo infectæ res cellula fuerint: duo alii... si adeo infectæ res sordibus fuerint.*

^c Codex Vind., non contendendo.

393 sed lacrymis exorando : non blasphemando A esse, qui ita dormit, ut non custodiat Salvatorem; per superbiam, sed per bumilitatem mœrendo. O et ideo illi pharisæi velut mortui non potuerunt ser- beata violentia! quæ non indignatione percutitur, vare viventem. Propterea, fratres, non dormiamus, sed misericordia condonatur : beata, inquam, vio- sed vigilemus circa ipsum Dominum nostrum Sal- lencia, quæ vim patienti bonitatem elicit, et utilita- vatorem; ut appositis jugiter custodiis, nemo illum tem tribuit inferenti : mala res admittitur, ^a et de auferat a sepultura pectoris nostri, nec dicamus ali- injuria nemo causatur : vis admittitur, et religio quando : Venerunt, et dormientibus nobis, furati sunt eum. Habemus enim inimicos, qui Christum de propagatur. Quisquis enim violentior Christo fue- cordibus nostris, si obdormierimus, auferre nitantur. Unde pervigili cura servemus eum in sepulcro rit, religiosior habebitur a Christo. Aggredimur ergo animarum nostrarum; ibi perquiescat, ibi dormiat; ibi cum voluerit, resurgat.

in itinere Dominum si quidem ipse est via (*Joan. xiv, 6*), et more latronum bonis eum suis exspoliare nitimur, cupimus illi auferre regnum, thesauros, et vitam : sed ille tam dives et largus est, ut non abnuat, non resistat; et cum omnia dederit, nihilominus omnia ipse possideat. Aggredimur, inquam, illum non ferro, non fuste, non saxo : sed mansuetudine, ac bonis operibus, et castitate. **B**

4. Hæc sunt arma fidei nostræ, quibus in con- gressione certamus. Ut autem his armis uti in vi inferenda possimus, ante corporibus nostris vim quodammodo faciamus : ^b expugnemus membrorum vitia, ut virtutum præmia consequamur; prius enim ipsi regnare debemus in nobis, ut regnum possimus diripere Salvatoris. Ait ergo Evangelium : *Et vim facientes diripiunt illud (Math. xi, 12)*. Raptores igitur sumus, raptores autem non nisi aliena diripiunt. Agnosco veram esse sententiam : Christum enim Ecclesia rapuit Synagogæ, et alienæ gentis regnum vim faciendo possedit. Nam Salvator missus sub Lege, natus sub Lege, nutritus juxta Legem, dum a Judæis negligitur, a gentibus occupatur : et dum ^c a sacerdotibus perditur, a peccatoribus invenitur, sicut ipse ait : *Publicani et meretrices præcedunt vos in regnum cælorum (Math. xxi, 32)*. Raptores igitur sumus.

5. Mirandum non est, quippe qui a tali auctore descendimus; scriptum est enim de patriarcha nostro Benjamin : *Lupus rapax (Gen. xlix, 27)*; rapit enim quod suum non est. Ita et nos velut filii rapacis lupi alienarum pastorem ovium nostra intentione præripimus, sicut ipse dicit : *Non sum missus, nisi ad oves perditas domus Israel (Math. xv, 24)*. Rapitur itaque Christus, cum a Judæis dimittitur, et ab alienigenis prædicatur. Rapitur Christus, cum occiditur a Judæis, et sepelitur a nobis. Rapitur Christus a vigilantibus discipulis, a dormientibus **D** perditur pharisæis; sicut mentiendi ipsi confessi sunt, dum custodias ponerent sepulturæ, post resurrectionem Domini, dicentes : Quia discipuli ejus nocte venerunt, et furati sunt eum, nobis dormientibus (*Math. xxviii, 64*). Unde spiritaliter intelligimus quia Christum omnes dormientes perdunt, vigilantes inveniunt; atque Ideo Apostolus dicit : *Surge, qui dormis, et exsurge a mortuis, et illuminabit te Christus (Ephes. v, 14)*. Vides ergo mortuum

6. ^d Ergo, fratres, natalem Domini susceptori, ab omni conscientias nostras face mundemus; ac caremus nos non sericis vestibus, sed operibus pretiosis. Vestimenta enim nitida membra operire possunt, conscientiam ornare non possunt; nisi quod majoris verecundiæ est nitidum membris incedere, et pollutum sensibus ambulare. Interioris igitur hominis prius ornemus affectum, ut exterioris quoque sit amictus ornatus; spirituales maculas abluamus, ut in nobis carnalia fulgeant vestimenta. Nihil autem prodest fulgere vestimentis, et sordere flagitiis. Ubi enim tenebrosa conscientia est, totum corpus sub-obscurum est. Habemus autem quo conscientia maculas abluamus, sicut scriptum est : *Date eleemosynam, et omnia munda sunt vobis (Luc. xi, 41)*. Bonum eleemosynæ mandatum, per quod manibus operamur, corde mundamur, præstante Domino nostro Jesu Christo, qui cum Patre et Spiritu sancto **C** vivit et regnat in sæcula sæculorum, amen.

394 SERMO III.

In die natalis Domini I.

Aberat ex antiquis editionibus. Ambrosii procul dubio nihil præ se fert : verba autem illa, propter prolixitatem divini officii... propter dissonantiam regum, eidem minime conveniunt. Forte minus abhorreat a Cæsario, cujus ad styllum totus hic sermo satis accedit.

1. Domini nostri Jesu Christi, fratres, nativitatem celebrantes, videamus sensum hujus evangelicæ lectionis, quæ modo lecta est; dicit enim sanctus Evangelista Augusti Cæsaris edicto censum professum esse mundum universum, et ob hoc ascendisse Joseph a Galilæa de civitate Nazareth in Judæam in civitatem David, quæ vocatur Bethleem; ut ibi pro- fiteretur cum Maria uxore prægnante, et pro utroque solveret censum, ut pote de eadem familia (*Luc. ii, 1 et seq.*). Tanta quippe fuit pax, Filio Dei apparente in carne, per duodecim annos, ut omnes, secundum Esaiæ vaticinium, *contunderent gladios suos in aratra, et lanceas suas in falces (Esai. ii, 4)*. Ideo vero Filius Dei, auctor pacis, tempore pacis nascitur; ut omnes sequaces suos pacem amare doceret. Nam sicut Cæsar Augustus misit Cyrinum ad exigendum

^a Idem cod., et de injuria nemo accusetur.

^b Nonnulli ms., expurgemus membrorum vitia.

^c Reg. ms., a sacerdotibus repellitur. Idem etiam sequentia illa : Raptores igitur sumus, usque ad

Ergo, fratres, natalem, prætermittit.

^d Ergo, fratres natalem, et cætera quæ sequuntur ad finem usque, ex cod. Reg. et Vind. restituta sunt, cum in aliis ed. desiderentur.

censum; ita Deus verus Augustus misit prædicatores in mundum ad censum fidei exigendum. Reddamus ergo, fratres, censum fidei et bonæ actionis. Nullus remaneat, omnes ascendamus de Galilæa, id est, de volubilitate mundi in Judæam, id est, rectæ confessionis regionem; quatenus Bethleem, id est, domus panis esse mereamur, illius videlicet, qui dicit: *Ego sum panis vivus, qui de cælo descendi* (Joan. vi, 41).

2. Narrat præterea Evangelium quia cum genuisset beata semper virgo Maria Christum, pannis ipsum involutum posuerit in præsepio: quæ nec mysterio vacant; voluit enim Christus pannis involvi, ut nos a laqueis mortis absolveret. Et bene dicit: *Ibant*; ut ostendat quod in via nascitur: hoc autem, quia viam nobis se ostendere venerat. Voluit in angusto præsepio poni, qui venerat nobis regni cælestis latitudinem præparare. Non in sericis vel in auratis pannis, sed in vilibus involvi voluit, qui nobis immortalitatis stolam reddere venerat. His astringi se permisit, qui nostros pedes et manus ad opera bona agenda solvere properabat. Quid ad hæc dicendum est, fratres? Exclamandum est cum Psalmista: *Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi* (Psal. cxv, 12)? Ille quidem invenit calicem, quem retribuet: nos vero reddamus quod possumus, id est, elemosynas, vigiliis, lacrymas, pacem: dimittamus in nos peccantibus, ut nostra nobis dimittantur a Deo peccata.

3. Pastores vero qui, nascente Dei Filio, supra gregem suum vigilabant, et angelos videbant, sanctos prædicatores significant: qui quo majorem curam habent animarum, eo frequentius angelica allocutione revelari merentur. Angelo vero apparente, pastores turbantur; quia humanæ naturæ est ad angelorum aspectum pavere, et honorum est angelorum consolationem adhibere timentibus. Unde mox pastores alloquitur, dicens: *Nolite timere*, et subdit quare: *Ecce*, inquit, *evangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo* (Luc. ii, 10). Pulchre dicit: *Omni populo*; quia de omni populo venerunt ad fidem.

4. Uno itaque angelo cum pastoribus loquente, subito multitudo angelorum apparens hanc vocem emisit: *Gloria in altissimis Deo, et in terra pax hominibus bonæ voluntatis* (Luc. ii, 14). In quo facto moraliter monemur, ut uno fratre legente, vel docente, vel quodlibet opus bonum agente, multitudo fidelium in laudem Dei prorumpat, et ad imitandum bonum quod cernit, assurgat. Apparente vero Filio Dei in carne, gloria in altissimis Deo canitur, et pax in terra esse hominibus bonæ voluntatis annuntiat. Simus ergo et nos, fratres, bonæ voluntatis, quatenus in pace vivere mereamur.

5. Sensum tamen Evangelicæ lectionis et propter brevitate diei, et prolixitatem divini officii sub brevitate perstringimus; ut vos monere possimus

^a Omnes edit. cum Lugd. cod., cum detrimentum faciunt, servus gignitur... consequitur augmentum; alii mss. concinnius, ut nos in textu.

A de his, quæ ad vestram specialiter salutem pertinent. Monendi enim sumus, ut afflictionem quæ nobis propter dissonantiam regum supervenit, nostris reputare studeamus peccatis. Ut ergo et ab ista persecutione, et ab æterna damnatione liberari mereamini, unusquisque quiddam in se reprehensibile recognoscit, in hac die in qua Filius Dei nascitur, corrigat, id est, qui fuit adulter, voveat Deo castitatem; qui avarus, largitatem; ebriosus, sobrietatem; qui superbus, humilitatem; qui detractor, charitatem voveat, et reddat, secundum illum psalmi versiculum: *Vovete, et reddite Domino Deo vestro* (Psal. lxxv, 12). Nos fideliter voveamus, ille dabit possibilitatem solvendi.

6. Valde quippe honestum est, fratres, ut nullus sit qui non hodie Domino aliquid offerat. Regibus vel amicis susceptis munera damus, et creatori omnium ad nos venienti nihil dabimus? Nihil enim a nobis magis requirit, quam nosmetipsos. Offeramus ergo ei nos ipsos, quatenus et a præsentibus malis, et ab æternis crucialibus, ipsius ineffabili pietati liberati, in cælestis regni beatitudine suscepti, perpetuo valeamus gaudere; præstante ipso Domino ac redemptore nostro Jesu Christo, cui est omnis honor et gloria cum Patre et Spiritu sancto per infinita sæcula sæculorum, amen.

SERMO IV.

De natali Domini Salvatoris II.

Videtur e sermonibus diversorum Patrum compilatus, maxime vero Augustini; non solum enim in ejus libro Quæst. 83, quæst. 58, verum etiam in ejusdem sermonibus 188 et 194 novæ edit., non pauca reperias, quæ tibi persuadeas in hunc sermonem esse translata. Eundem etiam si cum Hieron. Comment. in cap. iv ad Galat. nec non cum sermonibus 98 et 197 append. August. composueris, compilatum esse nobiscum fateberis.

1. Verum est quod ait sanctus Joannes Baptista de Domino Salvatore, dicens: *Illum oportet crescere, me autem minui* (Joan. iii, 30). Si quidem hoc primum etiam ipsis temporibus approbatur; ecce enim in nativitate Christi dies crescit, et Joannis nativitate decrescit: illo oriente lux proficit, hoc nascente minuitur. Ipsa enim quodammodo tempora famulantia partibus suis ^a detrimentum patiuntur, cum servus gignitur: cum autem Dominus nascitur, consequuntur augmentum. Profectum plane facit dies, cum mundi Salvator oritur: defectum patitur, cum ultimus propheta generatur; scriptum est enim: *Lex et prophetæ usque ad Joannem* (Luc. xvi, 16). Atque ideo necesse erat ut obscuraretur Legis observatio, ^b ubi evocatio, ubi Evangelii gratia refulgebat; et cessaret prophetia veteris Testamenti, cum novi Testamenti gratia succedebat. Ergo in nativitate Domini proficit dies.

^b Ubi evocatio, deest in mss. tribus; et pro gratia refulgebat, in Lugd. habetur, gloria refulgebat.

2. Non mirum si proficit dies, ^a in qua novus justitiæ sol coruscat: non mirum si proficit dies, quam splendidissima lux veritatis illuminat: ait enim evangelista de Christo Domino: *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem* (Joan. 1, 9). Igitur si erat lux vera, quæ illuminat hominem, cur non illuminaret mundum? Atque ideo dies, quæ lucem humano generi peperit, prius ipsa ejusdem lucis fulgore resplenduit, et conclusa jam spatia sua noctium tenebras Dominicæ lucis nitore discussit. Occupaverat enim totam diem noctium longitudo, nisi in ipsa diei brevitate Christi refulsisset adventus: qui sicut ortu suæ humani generis peccatorum tenebras discussit; ita et die nativitatis suæ caliginum tenebras amputavit, et uno eodemque ortu lucem pariter intulit et hominibus et diebus. Unde non est mirum si

crescit dies, quæ gemino fulgoris splendore vestitur.

3. Sed videamus adhuc quomodo Dominus Salvator crescat, Joannes Baptista decrescat. ^b Diximus in superioribus quod Joannes quidem figuram Legis prophetarumque gestaverit: necesse erat ergo ut deficeret Lex, Evangelio coruscante; et miueretur Judaicus populus, populo christiano surgente. Quis enim dubitat nativitate Domini, Synagoge esse conventicula vacuata, plebea multiplicatas **398** Ecclesiarum, et mirum in modum quotidie Christum per christianos suos crescere, Joannem minui per Judæos? hos diei Domini splendore fulgere, illos obscuritate noctium laborare? Nox enim super Judæos quodammodo major incubuit, ex quo dixerunt de nece Salvatoris: *Sanguis hujus super nos, et super* **C** *filios nostros* (Matth. xxvii, 25). Majoribus plane sunt noctium tenebris obscurati, ex quo conati sunt diem veritatis occidere.

4. Hoc autem quod dicimus, ut verius approbare possimus, utriusque nativitatem breviter exponamus. Ecce enim cum nascitur Christus, exsultant angeli, pastores pervigilant, Magi adveniunt, stella præcedit; et cuncta quæ sunt in cælis terrisque pulcherrima, ipsi Domino deferuntur. Deferuntur enim illi gloria per angelos, claritas per stellam, religio per magos, simplicitas per pastores: et quod apud ipsum solum futura essent hæc omnia, ideo nascenti illi universa famulantur. Cum autem Joannes concipitur, Zacharias obmutescit, sollemnis conticescit sacerdos, Elizabeth mater absconditur, significans post ortum suum Legis silentium, amissionem sacerdotii, latrobræ Synagoga. Dubium autem non est quod Joannes natus pharisea justitiam Legis absterit, quod conceptus patri absterit vocis obsequium. Crescit igitur Dominus semper, Joannes Baptista minuitur.

5. Non ideo minuitur, quod meritis aliquid dero-

A getur: sed quoniam Salvatoris quotidie accumulatur gloria, illius minor fieri videtur. Lucerna denique vocatur Joannes, dicente Domino: *Ille erit lucerna ardens* (Joan. v, 35). Lucerna igitur obscuratur lampada, cum radius solis effulget; et defecionem quamdam lampadis suæ patitur, cum clarioris lucis splendore superatur. Quia enim sapiens lucernam requirat in sole? Non quidem extinguitur, sed necessaria non habetur; hoc est, quia ad Joannis penitentiam baptismum veniat, cum possit Salvatoris baptismo salvari? Non quidem illud reprobatur, sed hoc magis utile et necessarium judicatur; quia in eo remissio peccatorum tribuitur.

SERMO V.

De natali Domini III.

In eo locutionum. A legitur, quæ ex Ambrosii Comment. in Luc. lib. 11, num. 50, expressum minime dubitamus: quæ autem ab illis num. 6 verbis, Quid enim tam sibiliter, ad finem usque continuatur, extra controversiam est totidem verbis excerpta esse ex Comment. in psal. lxxi, quod Rufino perperam tribui solet.

1. Qua gratia, vel quibus laudibus, hæc diem ^d natalis Domini prædicem, præsus ignoro; in tota enim festivitate ad magnificandum Deum humana loquela non sufficit. Nam si tunc cum nascebatur Christus, angelorum voce laudatus est: nunquid non magis nunc humana laudandus est voce, cum regnat? Supergreditur enim illius temporis festivitatem nostra solemnitas: siquidem ^e tunc stupuerunt illi tantum nascentem Dominum; nos illum suspicimus nascentem, resurgentem pariter et regnantem. Tanto igitur secundariæ laudatio esse debet hujus temporis, quanto sunt majora miracula.

2. Sed quoniam dignam prædicationem exhibere non potest humana fragilitas, ad Angelorum nos præconia conferamus; et quia merito eos æquiparare non possumus, devotione comitemur; hæc est, in ea festivitate, eadem quæ illi lætitia, nos sententiæ persultemus, dicentes: *Gloria in excelsis Deo, et in terra pax hominibus bonæ voluntatis* (Luc. ii, 14). Digna plane et justa sententiæ, quæ in nativitate Christi et Deo honorem representat in cælis, et hominibus pacem representat in terris; ante Salvatoris enim ortum nec cælestia nomenentiam deserebant, nec terrena requiem possidebant. Sed videte quid dicat ipsa sententiæ: *Pax hominibus bonæ voluntatis* (*Ibid.*). Non quibuscumque hominibus, sed bonæ voluntatis hominibus; ut intelligamus pacem Christi non debiti esse, sed meriti; ^f non enim eam meretur conditio, sed voluntas.

^a Restituimus e cunctis mss., in qua novus... si proficit dies.

^b Rom. edit. sola, Diximus alibi.

^c In cod. Lugd. desideratur hæc sententiæ, quia in eo, etc.

^d Edit. quædam Paris., natalem Domini præcedamus; aliæ omnes, prædicemus: mss. vero prædicem.

^e Mss. aliquot, tunc susceperunt illi. At infra ubi

omnes edit. ac plures mss., suscipimus nascentem; melius codex Lugd., suspicimus nascentem.

^f Vet. edit., non enim eam meriti angeli in ea nocte, quam pastores nascentem Dominum super gregem suum vigiliis observantes, primi præ omnibus didicerunt... intimantibus angelis cognoverunt. Unde mirum est quod prius redemptionem æterni potuerunt scire, quam principes... Non ergo jam mirandum est. Rom.

397 3. Hac persultarunt angeli in illa nocte, qua pastores nascentem Dominum super gregem suum vigilias observantes, præ omnibus primi didicerunt; ipsi enim primi ortum Salvatoris ante omnes homines, nuntiantibus angelis agnoverunt. Unde non mirum est quod redemptionem sæculi ante pastores sæculi potuerunt scire, quam principes; non enim angeli nuntiaverunt regibus, non iudicibus, sed hominibus rusticis. Non ergo jam mirandum si Christi gratiam ante scire meruerit innocentia, quam potestas: et prius cognoscere veritatem simplex rusticatio, quam superba dominatio; quod enim cognoverunt pastores, principes cognoscere nequirent. Unde et beatus Apostolus ait: *Quem nempe principum sæculi ejus cognovit* (1 Cor. ii, 8), et reliqua. Ergo in nativitate Domini angeli pariter cum pastoribus sunt lætati, excelsam Deo dicentes gloriam; nam vicinis quodammodo et iunctis choris Dei gloriam prædicaverunt.

4. Unde et credo eosdem angelos in ejusdem Domini eadem festivitate simili nobiscum lætitiæ vicinitate gaudere; nam qui solent propter Christi ortum alloqui pastores, non possunt propter ejusdem Christi gaudium non inquirere sacerdotes. Siquidem et quod tunc ad illos super gregem suum vigilias observantes nocte intempesta locuti sunt, hujus temporis mysterium designabat. Nam illo facto hoc utique monstrabatur, gregem populum, noctem sæculum, sacerdotes esse pastores, qui jugi super plebem sollicitudine vigilantes propter Christum ab angelis minime deseruntur.

5. Hodierna igitur die secundum carnem natus est Dominus, ita secreto, ita silentio, ut ortum ejus sæculum penitus ignoraret. Ignoravit enim sæculum; quia et extra conscientiam a patris natus est, et extra ordinem naturæ conceptus. Nam Joseph conceptum suscepit filium, quem non genuit: Maria partum posuit, quem sexus consuetudine non creavit. Sic igitur natus est Dominus, ut ortum ejus nemo futurum suspicaretur, nempe crederet, nempe sentiret. Quemadmodum crederent hoc futurum, quod posteaquam factum est, factum esse vix credunt?

6. Nam quod ita latenter et secreto Salvator descensus esset in Virginem, jam ante David propheta testatus est, dicens: *Descendet sicut pluvia in vellus* (Ps. lxxi, 6). Quid enim tam silenter et sine strepitu sit, quam cum imber in lævæ vellus infunditur? Nullius aures sono verberat, nullius corpus humore percussus roris aspergit: sed ante inquietudine omnium totum imbrem per multiplices effu-

dit., non enim eam meretur conditio, sed voluntas. Hanc pastores ea nocte, qua nascente Domino, super gregem vigilias observabant, præ omnibus primi audierunt. Ipsi Salvatoris ortum primi ante omnes homines, intimentibus angelis, agnoverunt; angeli enim non regibus, non iudicibus, sed hominibus rusticis sæculi redemptionem prius nuntiaverunt. *Nec mirum, si, etc.* Nos locum a mss. tribus restitimus.

^a Rom. edit. *solâ, patrii conceptus, et.. naturæ na-*

sum partes toto corpore in se trahit, unius neatus scissuram nesciens, solida mollitie plures præbens meatus: et quod clausum videtur per densitatem, est patulum per tenuitatem.

7. Recte ergo Mariam velleri comparamus, quæ ita concepit Dominum, ut toto eam hauriret corpore, nec ejusdem scissuram corporis pateretur: sed esset nullis ad obsequium, solida ad sanctimonium. Recte, inquam, Maria velleri comparatur, de cujus fructu salutaria populi vestimenta texuntur. Vellus planè Maria est; siquidem de molli sinu ejus agnus egressus est, qui et ipse matris laniciem, hoc est, carnem gestans, molli vellere cunctorum egerit vulnera populorum. Unna enim peccati vulnus Christi læva suffunditur, Christi fovetur sanguine; et ut sanitatem recipiat, Christi indumento vestitur.

SERMO VI.

De natali Domini IV.

Totus sermo in eo versatur, quod natalis Domini eo tempore sol novus dicebatur, id est, annus novus; quandoquidem ab ea die annus quondam incipiebat. Videtur autem ejusdem auctoritas esse hic sermo, cuius est quæstus superiorum, cum sub finem ejus admodum similia eis legantur, quæ de lucerna solis præcipua hic disseruntur. Quod autem de subro habemus infra supra 7, in serm. 455 Aug. Append. reperire est: sed illud quoque ductum videtur ex Ambrosio in Lucam, lib. iii, circ. initium. Unde forte an hujus sermonis auctorem esse beatum Maximum liceat conjicere.

1. Bene quodammodo sanctum hunc diem natalis Domini solem novum vulgus appellat, et tanta sui auctoritate **398** id confirmat, ut Judæi etiam atque gentiles in hac voce consentiant. Quod libenter amplectendum nobis est; quia oriente Salvatore non solum humani generis salus; sed etiam solis ipsius claritas innovatur, sicut ait Apostolus: *Ut per ipsum restauraretur omnia, sive quæ in cælis, sive quæ in terra sunt* (Ephes. i, 10). Si enim obscuratur sol, cum Christus patitur; necesse est illum splendidus solite lucere, cum nascitur. Et si Judæis mortem operantibus offundit tenebras (Luc. xxiii, 45), cur non Mariæ parturienti vitam, exhibent claritatem? Aut quare non credamus quod, nascente Christo, sol ad obsequium lucidior advenerit, omni Magos ad indicium clarior stella præcesserit? Et si stella per diem alieni temporis officium ministravit; cur non credamus quod sol quoque nocturnis horis aliquantum adventu maturiore decerpserit? Ex eo denique factum puto, ut nox decreceret, dum sol festinus

ius. Consequenter autem ubi omnes edit. ac mss. nonnulli, nam Joseph conceptum, Cod. Lugd. ac Silv. vocem conceptum non agnoscunt. Postremo ubi omnes edit., partum edidit, omnes mss. præferunt, partum posuit.

^b Omnes edit., percussione percussit; sed sine inquietudine hominum; Rom., ovium totum, etc.; omnes mss. ut in contextu, nisi quod pro totis, in Lugd. habetur, foris. Non recte.

ob dominicæ nativitatis obsequium ante mundo lucem protulit, quam nox cursum sui temporis consummaret.

2. Quin potius ipsam noctem fuisse non dico, nec aliquid obscuritatis habuisse, in qua pastores pervigilant, exsultant angeli, astra deserviunt. Nec mirari debemus quod in nativitate Christi nova omnia facta sunt, cum novum hoc ipsum fuerit, quod Virgo peperit. Si autem præter solitum nativitas exstitit, et præter solitum obsequia sunt delata. Ergo oriente Domino, pastores pervigilant, exsultant angeli, sol obsequitur, stella famulatur. Et quidem angeli vel pastores gaudia sua voce vel sermonibus prosequuntur: elementa autem ista gaudia sua,^a quia voce non poterant, officio protestantur. Sol igitur præter consuetudinem in hac festivitate matutinus illuxit. Nec mirum. Si enim ad Jesu Nave orationem defixus stetit in die (*Josue* x, 13), cur non ad Jesu Christi nativitatem festinus promoveret in nocte?

3. Solem igitur novum hanc diem vulgus appellat; et cum dicit novum, utique et veterem esse demonstrat: veterem autem dixerim hujus mundi solem, qui defectionem patitur, qui parietibus excluditur, qui nubibus obscuratur: veterem dixerim solem, qui vanitati subjacet, qui corruptionem metuit, qui judicium pertimescit. Scriptum est enim: *Sol convertetur in tenebras, et luna in sanguinem* (*Joel* ii, 31). Veterem, inquam, dixerim, qui sceleribus interest hominum, facta adulteria non refugit, homicidium non declinat. Et cum omne genus hominum nolit esse medium, cum aliquod crimen admittitur, hic solus in cunctis facinoribus stat.

4. Ergo quia hunc veterem esse manifestum est, novum quem nisi Christum Dominum reperiemus? de quo scriptum est: *Orietur vobis sol justitiæ* (*Malac.* iv, 2); de quo etiam ex persona peccatorum dicit propheta: *Sol non est ortus nobis, et justitiæ lumen non luxit nobis* (*Sap.* v, 6). Hic enim sol, cum diaboli tenebris universus mundus esset oppressus, et caligo referta criminibus sæculum possideret, dignatus est ultimo tempore, hoc est, incumbente jam nocte, ortum suæ nativitatis infundere. Primo quidem ante lucem, hoc est, antequam illuminaret justitiæ sol, velut matutinum quoddam prophetarum misit oraculum, sicut scriptum est: *Mittebam prophetas meos ante lucem* (*Jerem.* vii, 25). Postea vero ipse cum suis radiis, hoc est cum apostolorum suorum fulgore resplenduit, ac tanta mundi caliginem veritatis luce discussit, ^e ut in diaboli tenebris nullus offenderet.

5. Hic est igitur sol novus, qui claustra penetrat, inferna reserat, corda rimatur. Hic novus est sol, qui Spiritu sancto vivificat mortua, corrupta reparat, suscitavit jam defuncta: vel qui calore suo pur-

^a Lugd. codex, *qua voce poterant.*

^b Codex Valliscl., *orietur nobis, etc.*

^c Ita mss.; at omnes edit. e contrario, *ut diaboli tenebra nullos offenderet.*

^d Omnes edit., *quæ ejus ortum præcessit; omnes mss., quæ eum præcessit.* Et iterum omnes edit. cum

gat sordida, exurit fluida, decoquit vitiosa. Ipse, inquam, est qui in cunctis actibus nostris perspicit omnia opera nostra, et non tam condemnat crimina, quam emendat. Hic plane est sol justus et sapiens, qui non sine discretionem, sicut istius mundi sol bonis ac malis similiter circumfertur: sed quodam judicio veritatis, sancto luget, occidit peccatori. Hoc autem inter utrumque interest solem, quod ille judicium metuit, hic judicium comminatur: quod ille corruptionis minister est, hic æternitatis est Dominus: quod ille creatura est, hic creator.

6. Tamen istum mundi solem, priusquam oriatur, adhuc ~~399~~ ante lucem propter necessarios usus hominum solet lucerna præcedere. Habet autem et Christus sol lucernam suam, ^d quæ eum præcessit, sicut dicit Propheta: *Paravi lucernam Christo meo* (*Ps.* cxxxii, 17). Quæ autem ista lucerna sit, ostendit Dominus, dicens de Joanne Baptista: *Ille erat lucerna ardens et lucens* (*Joan.* v, 35). Ipse autem Joannes, ut præcedens lucernæ lumen exiguum ait: ^e *Ecce post me venit, cujus non sum dignus solvere corrigiam calceamentorum ejus, ipse vos baptizabit in Spiritu sancto et igni* (*Luc.* iii, 16). Simul etiam intelligens lumen suum solis radiis offuscandum, ante prædicit: *Illum oportet crescere, me autem minui* (*Joan.* iii, 30). Sicut enim lucernæ claritas destruitur solis adventu, ita et Joannis poenitentia baptismum superveniente Christi gratia vacuum est.

7. Videamus igitur hic sol noster novus quo fonte nascatur. Sicut est verum, Deo oritur auctore: divinitatis ergo est filius; divinitatis, inquam, incorruptæ, integræ, illibatæ. Intellego plane mysterium; ideo enim secunda nativitas per immaculatam Mariam, quia prior per divinitatem constiterat illibata; ut cui prior nativitas gloriosa exstitit, ejus secunda contumeliosa non feret: hoc est, ut quemadmodum virgo illum divinitas ediderat, ita eum et virgo Maria generaret. Habere etiam apud homines patris scribitur, sicut legimus in Evangelio dicentibus plarisæis: *Nonne hic est filius Joseph fabri, et mater ejus Maria est* (*Matth.* xiii, 55)? In hoc quoque adverte mysterium. Faber pater dicitur Christi. Et plane faber Pater Deus, qui totius mundi opera fabricatus est: et plane faber, sed qui in diluvio Noe arcam fabricare disposuit. Faber, inquam, est qui ordinavit Moysi tabernaculum, arcam Testamenti instituit, templum Salomonis erexit. Fabrum dixerim, ^f qui mentes rigidas emollit, cogitationes superbas rescindit, humilia facta sublimat. Hic autem faber circa arbores curvo utitur ferramento, sicut in Evangelio legimus, dicente Joanne: *Jam securis ad radicem arborum posita est. Omnis arbor si non faciens fructum excidetur, et in ignem mittetur* (*Matth.* iii,

Lugd. cod., *lucerna lucens; codex Valliscl., lucerna ardens; melius Silv., lucerna ardens et lucens.*

^e Rom. edit. sola, *Veniet fortior me, cujus, etc.*

^f Omnes edit. ac duo mss., *qui mentes rigidas expolit; melius tamen cod. Valliscl., emollit.*

^g Rom. edit. sola, *non faciens fructum bonum.*

10). Hoc enim agit totum, ut utiles cœlestis fabricæ arboreæ in structura componat, infructuosas vero evulsas radicibus flammam consumat incendio.

SERMO VII.

De kalendis Januariis.

Cum ludos ac profanas ceremonias ad celebrandum hunc diem a gentilibus institutas per aliquot sæcula christiani non pauci retinerent, maxima fuit cura SS. Patrum, ut ipsos tum in synodis, tum in concionibus ab hujusmodi detererent. Illud e conc. Trull. can. 62, Turon. II can. 17 et Tolet. IV can. 11 clare cognoscitur; ac varii sermones a Chrysostomo, Augustino, Maximo et aliis in eam rem habiti confirmant. Citatur quoque ab Ivo Carnut. sermo Ambrosii de hoc argumento, cujus quidem priora verba cum hoc sermone non conveniunt, alia satis congruunt. Sed sive hanc concionem, sive aliam ille viderit, neutram putamus Ambrosianam; non enim istas superstitiones obtinuisse Mediolani crediderimus, cum in veris illis sermonibus, ex quibus primi voluminis tractatus constant, nusquam in illas inductus fuerit sanctus Antistes. Vide super hoc quæ tom. I, lib. II, de Interpell. David cap. 1, num. 5, subnotavimus. Adde quod et in mss. pluribus Augustino tribuatur.

1. Est mihi adversus plerosque vestrum, fratres, querela non modica: de his loquor qui nobiscum natalem Domini celebrantes, gentilium se feriis dederunt, et post illud cœleste convivium superstitionis sibi prandium præpararunt; ut qui ante lætificati fuerant sanctitate, inebriarentur postea vanitate, ignorantes quod qui vult regnare cum Christo, non possit gaudere cum sæculo: et qui vult invenire justitiam, debeat declinare luxuriam. Alia enim ratio est vitæ æternæ, alia desperatio lascivæ temporalis: ad illam virtute ascenditur, ad istam perditione descenditur.

2. Atque ideo qui vult esse divinorum particeps, non debet esse socius idolorum; idoli enim portio est inebriare vino mentem, ventrem cibo distendere, saltationibus membra torquere: et ita pravis actibus occupari, ut cogaris ignorare quod Deus est. Unde sanctus Apostolus hæc prævidens dicit: *Quæ portio justitiæ cum iniquitate? aut quæ societas luci cum tenebris? aut quæ pars fideli cum infideli? quis autem consensus templo Dei cum idolis (II Cor. VI, 14)?* Ergo si nos sumus templum Dei, cur in templo Dei colitur festivitas idolorum? cur ubi Christus habitat, qui est abstinentia, temperantia, castitas, inducitur comessatio, ebrietas, atque lascivia? Dicit enim Salvator: *Nemo potest duobus Dominis servire (Matth. VI, 24)*, hoc est, Deo et mammonæ. Quomodo igitur potestis religiose epiphaniam Domini procurare, qui jam kalendas, quantum in vobis est, devotissime celebrastis?

3. Janus enim homo fuit unius conditor civitatis,

^a Edit. cum ms. Lugd., in futuro componat: Optime cod. Vall. et Silv., in structura componat.

^b Vet. edit., copiosius requirit: tres mss., conscius

quæ Janiculum nuncupatur, in cujus honorem a gentilibus kalendæ sunt januariæ nuncupatæ; unde qui kalendas januarias colit, peccat; quoniam homini mortuo defert divinitatis obsequium. Inde est quod ait Apostolus: *Dies observatis, et menses, et tempora, et annos; timeo ne sine causa laboraverim in vobis (Galat. IV, 10)*. Observavit enim diem et mensem, qui his diebus aut non jejunavit, aut ad Ecclesiam non processit: observavit diem, qui hesternæ die non processit ad Ecclesiam, processit ad campum. Ergo, fratres, omni studio gentilium festivitatem et ferias declinemus; ut quando illi epulantur et læti sunt, tunc nos simus sobrii atque jejuni; quo intelligant lætitiâ suam nostrâ abstinentia condemnari.

4. Non solum autem gentilium, sed et Judæorum consortia vitare debemus, quorum etiam confabulatio est magna pollutio. Hi etenim arte insinuant se hominibus, domos penetrant, ingrediuntur prætoria, aures judicum et publicas inquietant; et ideo magis prævalent, quo magis sunt impudentes. Hoc autem non recens in ipsis, sed inveteratum et originarium malum est. Nam olim etiam Dominum Salvatorem intra prætorium persecuti sunt, et præsidis eum judicio condemnarunt (*Matth. XXVII, 2 et seq.*). In prætorio ergo a Judæis innocentia opprimitur, secretum proditur, religio condemnatur. Cum enim Christus occiditur, omnis in eo veritas et justitia condemnatur; quoniam ipse est innocentia, religio sanctitatis, atque mysterium.

SERMO VIII.

De sancta Epiphania I.

In Appendice August. sermo existat numero 135, cum quo hic noster in eo congruit, quod de festorum frequentia dicit. Majorem adhuc inter hunc et primum Maximi in illis advertimus cognitionem, quæ in utroque aquæ in vinum conversionem corporum resurrectionis symbolum esse ostenditur. Hinc conjicimus auctorem amborum eundem esse. Et sane huic sermoni ad marginem editionis Erasmi auctor ascribitur idem Maximus: cujus etiam inter sermones unus de festo Paschæ eisdem prorsus, quibus hic ipse, verbis incipit.

1. Exsultandum nobis est, fratres charissimi, quod votis nostris vota succedunt, quod gaudiis gaudia cumulantur; ecce enim adhuc natalis Dominici solemnitate corda nostra persultant, et jam festivitate sanctæ Epiphaniæ gloriamur. Gratias igitur agere debemus Domino, qui nos frequenter visitat, ut sæpe lætificet: ^b frequentiusque requirit, ut numerosius benedicat. Quamvis igitur gentiles, licet vane, numerosa solemnitate lætentur propter diversitatem deorum suorum; tamen plures nobis festivitates præstat unius Dei visitatio, quam illis multorum dæmonum superstitionosa præsumptio. Nam sicut eos veritate religionis vincimus, ita votorum numero superamus.

2. Epiphaniæ ergo hodie procuramus gaudia. requirit; Rom. edit., frequentius repetit; codex Lugd. ut nos in textu.

Quærat forte aliquis quid interpretetur hoc verbum, ^a scilicet quia *ἐπιφάνεια* Græce, latine dicitur apparere. Ergo quia tunc primum apparuit Salvator in mundo, ipsa dies eodem vocabulo Epiphania nuncupata est.

3. Quomodo autem apparuerit requiramus, non quod in mundo ante non fuerit, cum mundus per ipsum factus sit (*Joan.* 1, 10) : sed quod tunc primum signis atque miraculis credentium ⁴⁰¹ cordibus Christus Deus illuxerit, et in tenebrosas conscientias hominum fidei splendor advenerit. Cum igitur Deus ubique sit, et universa possideat, tamquam non visus antea, apparuisse dicitur. Apparuit autem non tam oculis hominum, quam salutem : nam etsi prius natus ex Virgine oculis carnalibus videbatur, tamen non apparebat ; quoniam virtutem ejus adhuc fidei acies ignorabat. Unde Judæis per prophetam dicitur : *Videntes videbitis, et non videbitis* (*Esai.* vi, 9), hoc est, Salvatorem quem cernerent oculis corporalibus, spiritali lamina non viderent. Postea enim quam divinitatem suam mirabilibus declaravit, humanis mentibus tamquam novus et inopinatus apparens, oculos quosdam cordis infudit ; ut cognosceret sensus, quem non cognovit aspectus. Unde fit ut nos Christum Dominum per fidem, quem numquam vidimus, contemplemur : Judæi quem perspexerunt oculis, palpaverunt manibus, hodie usque non videant.

4. Requiramus igitur quod signum operatus sit, ut divinitatem suam populis declararet. Dicitur hoc primum fecisse miraculum, ut aquam mutaret in vinum (*Joan.* II, 11). Magnum plane signum, et ad Dei credendam sufficiens majestatem. Quis enim non miretur in aliud quam erant, elementa esse translata ? Nemo enim potest mutare naturam, nisi qui dominus est naturæ.

5. Credendum est jam ex hoc mortalem hominem in immortalitatem posse converti, quando vilis substantia in pretiosam est conversa substantiam. Nolo enim, auditor, nomina tantum perspicias vini et aquæ, sed, si vis potentiam comprobare, virtutem verum aspice ; facto enim hoc altius nescio quid demonstratur. Nam cum Dominus aquam veritatis in vinum, non tam hoc operatur ; ne discumbentibus desit ebrietas, sed ut credentibus ^b fiat æternitas. Si quidem propterea in mundum venerit Christus, non ut conviviorum cellaria procuraret, sed ut salutem hominum provideret : nec ut hydrias substantia boni odoris impleret, sed ut animas gratia sancti Spiritus irrigaret. Ergo cum ille ex vili aqua vini optimi saporem voluit gustare convivas, magis voluit ex hac vili carne resurrectionis cælestis sapientiam gustare credentes.

^a Omnes mss., *scilicet quia epiphania græce, latine dicitur apparere* : Eras. et Gill., dicitur apparere : Rom. edit., *scilicet, epiphania quia ἐπιφάνεια græce*, etc. No. Amerbachii lectionem anteposuit.

^b Vet. edit., *sic æternitas* ; Rom., *abundet æternitas*. Et infra omnes edit., *non ut conviviarum cellaria* ; mss. utrobique, ut in contextu.

6. Nam hoc signum totum utique resurrectionis mysterium continet ; aqua enim vilis, pallida et frigida, in vinum versa, scilicet pretiosum, rubrum, vel ignitum, hoc significat hominis ^c substantiam, mortalem conditione, vilem imbecillitate, pallentem morte, in resurrectione in gloriam commutandam, quæ est æternitate pretiosa, gloria colorata, spiritu immortalitatis ignita. Hoc igitur dignum est credere Dominum operari voluisse, ut per hoc terrenum signum, futurum jam tunc a sapientibus cælestis mysterium videretur. Nam si mirabile est atque, quæ defecerat convivis, vina suppleret ; quanto est mirabilius vitam, quæ est exhausta, hominibus reparasse ! Et si gloriosum est aquam in vinum mutare, quanto est gloriosius peccata in justitiam commutare ; et mores potius temperare, quam pocula !

7. Audeo dicere illas hydrias non solum illi convivio, sed universo mundo pretiosam illam ministrare substantiam, nisi quod nobis melius administrant. Constat enim ex ipsis vasculis illos hausisse ebrietatem, nos haurire justitiam : illos percipere vini poculum, nos calicem salutis accipere : et si dicit fas est, apud illos pertransire, quod biberant ; apud nos vero permanere, quod sumpsimus.

402 SERMO IX.

De sancta Epiphania II.

Quod hic dicitur de apostolis, viso miraculo, in Christum credentibus, eum in sermone superiori non habetur, ad alium referri manifestum est. Idem autem illud habetur in sermone Maximi de hoc ipso festo, sicut et alia quedam, quibus ille cum hoc et superiori non parum convenit ; unde trium illorum non diversum scriptorem esse conjectura fit. Nec porro verba : Et si interdum vigorem, quæ eum superioribus male coherent, in codicibus Lugdun. et Vallis Clare novum sermonem exordiantur. Quod vero ad auctoris de vocis debilitate quæritur, jam nos ad librum I de Sacram., cap. 6, annotabamus eam plurimis concionatoribus esse communem. Quem locum ipse consulat liest.

1. Meminit ^d sanctitas vestra, fratres, superioris predicationis nostræ, qua descripsimus beatos apostolos uno viso miraculo, hoc est, aqua in vinum a Salvatore conversa, in eum protinus credidisse ; ita enim ait Evangelista de Domino : *Et manifestavit gloriam suam, et crediderunt in eum discipuli ejus* (*Joan.* II, 12). Quod factum non ideo tantum scriptum est, ut istorum sub quibus factum est, fidei gloria monstraretur : sed et propter nos, qui eodem devotionis exemplo credulitatis gloria provocamur. Christus enim quod operatus est, non illis tantum operatus est, quos habebat tunc presentes : sed et nobis post-

^c Vet. edit., *substantiam conditione vilem, imbecillitate pallentem, morte in resurrectione* ; Rom. edit., *morte frigentem, in resurrectione* ; mss. vero nobiscum faciunt.

^d Codex Reg. præmissis aliquot versibus Evangelii, hanc hominam ita ordinatur : *Descripsimus beatos apostolos, etc.*

ca secuturis; ut licet majores nostri tempore nos præcederent, tamen signorum gratia non præirent. Quæ enim illis exhibitæ est præsentium rerum in mirabilibus virtus, eadem virtus nobis est litterarum thesauro conservata; ut nobis præstaret pagina, quod in illis gerebat historia: ^a immo nobis gereretur quidquid in nobis insinuante Scripturarum speculo dictaretur, et potentiam Domini, quam illi carnalibus oculis cernerent, nos spiritali lumine videremus.

2. *Et manifestavit, inquit, gloriam suam discipulis suis et crediderunt in eum discipuli ejus.* Quam bene potentiam Domini subsequitur devotio servulorum; et quod magister docet opere, discipuli corde describunt! ^b Ecce vobis jam credentibus virtus operantis manifestatur, et fides credentium apostolorum manifesta prædicatur. Prædicanda plane apostolorum fides, quæ viso uno signo, credidit in omnipotentiam Salvatoris: et apostoli dum mirantur aquam in vinum versam, ipsi ex omni sæce peccatorum similiter sunt conversi, et ad instar facti miraculi ex vili superstitione gentilium in pretiosam devotionem credentium sunt translati. Et ut aqua in vinum versa, sapore, rubore, et calore conditur, ita scientiæ, quod erat in his insulsum, accepit saporem: quod pallens, gratiæ sumpsit colorem: quod frigidum, incaluit immortalitatis ardore.

3. Magnificanda igitur apostolorum fides, quæ ideo evangelico sermone descripta est, ut et illis esset ad laudem, et nobis proferret ad exemplum. Sed quod pejus est, illis laus sua permanet, nos exempla non permovent; nam quanto posteriores sumus tempore, tanto et inferiores merito. Illi enim viso uno signo, statim Domino crediderunt, nos acceptis adhuc tot beneficiorum mirabilibus, dubitamus: dubitamus, inquam; quia præsentia nimis diligimus, dum futura non credimus: divitias amamus in sæculo, dum eas accipere cunctamur a Christo: iracundia immoderate extollimur, dum retributionis iudicium non timemus. Cæterum qui novit scriptum esse: *Quo iudicio judicaveritis, eodem iudicabitur de vobis* (Matth. vii, 2); absque dubio lenis, moderatus et mitis est: et plus bonitate cogit, quam severitate compellit: amicus indulgentiæ, familiaris est veniæ; ut dum eam frequenter impertit, a Domino semper accipiat. Si quidem prudentis sit rectoris ita terrenos honores ^D agere, ut honorificentiam cælestis dignitatis acquirat.

4. Et si interdum vigorem dicendi in nobis corporis obtundat infirmitas, tamen studio devotionis vestræ fortiores efficitur. Nam quo vos studiosius auditis, eo nos libentius prædicamus; et virtus nobis loquendi additur, cum vos intelligendi accommodatis auditum. Quis enim non conetur illic verbi cælestis semina jacere, ubi illud puri **403** cordis

^a Ita mss. nisi quod pro nobis gereretur, quidam præferunt, in nobis geritur: edit. vero, immo in nobis geritur, quidquid nobis ingeritur, quidquid nobis insinuatur.

^b Omnes edit. cum Reg. cod., *Ecce cui manifesta-*

fecunda terra suscipiat? Quis, inquam, non illic verbum Salvatoris collocare velit, ubi illud non sæcularium sollicitudo præfocet, sed disciplinarum spiritalium virtus enutriat? Ergo, fratres, quia in sancta Epiphania exultavimus videntes miracula Salvatoris, debemus facere quod illius temporis discipuli tunc fecerunt.

5. Quod autem dixi vidisse nos modo, quod olim gestum est: vidimus plane, videmusque quotidie. Ea enim sunt Christi mirabilia, ut non antiquitate prætereant, sed gratia convalescant: non oblivione sepeliantur, sed ut virtutibus innoventur. Apud omnipotentiam enim Dei nihil est abolitum, nihil præteritum: sed pro sui magnitudine omnia illi in præsentem sunt, totum illi tempus est hodie. Unde et sanctus Propheta dicit: *Mille anni ante oculos tuos tamquam dies una* (Psal. lxxxix, 4). Quod si omne sæculorum tempus una dies est Domino, eadem die qua mirabilia Salvator Patribus operatus est, operatus et nobis est. Vidimus igitur et nos sicut majores nostri mirabilia Domini, cum pari ea cum illis stupore suspeximus. Gustavimus et nos sicut illi de ipsis hydriis; siquidem illi de his poculum vini biberunt, nos salutis calicem sumpsimus.

6. Debemus ergo facere, viso signo Domini, quod nostri fecere priores; si enim eadem in nobis divinitatis refulsit gratia, eadem et fidei apud nos debet esse devotio. Dicit enim evangelista de Domino, hoc miraculo perpetrato: *Et manifestavit gloriam suam, et crediderunt discipuli ejus in eum* (Joan. ii, 11). Credere ergo debemus, sicut et tunc apostoli crediderunt. Dicit autem alius: *Et nos christiani sumus, et credimus in Dominum Salvatorem.* Sed credere opus est opere, non sermone: non lingua, sed corde; ne et nobis dicatur: *Plebs hæc labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me* (Esai. xxix, 13)?

SERMO X.

De sancta Epiphania III.

Christum hoc die in Jordane tinctum ab aliis astrui, ab aliis negari tradit hic sermo: qua de re Hieronymus in Ezechielem, Leo Magnus, epist. 16, novæ edit., atque alii consuli possunt. Nostrum vero est hic admonere cum sermone I sancti Maximi, nec non cum alio in Append. Aug. 134, quem eidem Maximo mss. et edit. communiter tribuunt, multum convenire. At nihil ei cum Ambrosio affinitatis esse, facile is agnoscat, qui tantum quæ apud ipsum sub finem lib. ii in Lucam, et quæ in hoc sermone de columbæ figura disseruntur, inter se contulerit.

1. Plerique in hac sancta Epiphaniæ die hætenus a Domino mirabilia facta esse commemorant, ut rogatus ad nuptias aquæ substantiam in vini speciem commutaret (Joan. ii, 9), ac liquorem fontium in meliorem usum sui benedictione transferret: ministros hausisse aquam de puteis, vinum in hydriis invenisse;

et virtus operantis, et fides prædicatur manifesta credentium; reliqui mss. e contrario, ut in contextu.

^c Omnes edit., *Christi miracula, ut non iniquitate prætereant: omnes mss. ut in contextu.*

atque utiliore dispendio perdidisse quod impleverant, reperisse quod deerat: tuncque primum hoc mirabili signo divinitatis suæ declarasse virtutem. Nonnulli autem in hac sancta die ab Joanne baptizatum eum in Jordane testantur, atque in lavacri ejus gratia interfuisse loquendo Deum Patrem, sanctum quoque Spiritum descendisse. Nec mirum si in Domini lavacro mysterium non defuit Trinitatis, cum nostrum lavacrum Trinitatis compleat sacramentum; neque enim poterat Dominus non primum circa se exhibere, quod erat postea humano generi præcepturus, cum omnia non sui causa, sed nostræ gratia salutis efficeret.

2. At numquid propter se baptizari voluit, cum peccatum non haberet, ^a sicut dicit Petrus: *Qui iniquitatem non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus* (1 Petr. II, 22)? Sed propter nos utique, qui multorum criminum peccatis obnoxii, opus habebamus ut in Christi baptismo purgaremur; atque ideo venit Dominus ad lavacrum, non ut purificetur ipse aquis: ^b sed ut nobis aquarum fluentia purificet; ex quo enim ille se se in aquas mersit, ex eo omnium credentium peccata delevit. Necesse est autem ut omnium peccata deleverit, qui omnium peccata suscepit; sicut ait evangelista: *Hic est agnus Dei, hic est qui tollit peccata mundi* (Joan. I, 29). Mirum ergo in modum unus mergitur, et salus omnium reparatur.

404 3. Adest ergo Deus Pater, cum baptizatur Dominus: adest Spiritus sanctus. Videte Salvatoris benevolentiam, qua solus se in passione contumeliis subdidit, in lavacro solus gratiam non quæsit, vult participes esse gloriæ. Adest ergo sicut dixi, Pater, adest et Spiritus sanctus: et quia Deus videri non potest, Spiritus in columba, Pater descendit in voce: quodque solum ad astruendam fidem hominibus necessarium erat, exhibet Salvatorem. Fides enim nostra nisi auditu non constat et visu; ideo se Spiritus in columba oculis subdidit, Pater in voce se auribus subministrat; nam nisi propter nostram credulitatem ista fieri oportuisset, potuit Pater et Spiritus tamquam invisibilis Deus ad Verbum Filium invisibili prolapsione descendere. Igitur propter nostram fidem aperto cælo, Spiritus ad Christum, Pater ad Filium, vox descendit ad Verbum; Verbum enim Christus est, de quo scribitur: *In principio erat Verbum* (Joan. I, 1). Bene, inquam Pater vox, et ^D Filius Verbum dicitur, quia Verbum non nisi de voce procedit. Conveniunt itaque sibi vox et Verbum, et saluti hominum provident societate mysterii.

4. Qua autem ratione Spiritus sanctus ad Christum in specie columbæ descenderit, videamus: utrum sit aliqua similitudo columbæ vel Domini, sicut est vocis et Verbi. Est plane non parva; columbam enim etiam ipsum Dominum dixerim; quia est ala-

A cer, mitis et simplex. Columba est, quia sanctos suos esse præcepit ut columbas, dicens: *Estote simplices sicut columbæ* (Matth. X, 16). Quod autem columba Christus sit, Propheta dicit ex persona ipsius, describens post passionem reditum ejus ad cælum: *Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, et volabo, et requiescam* (Psal. LIV, 7)? Cum ergo Christus Dominus initiaret Ecclesiæ sacramenta, e cælo supervenit columba. Intellego mysterium, agnosco etiam sacramentum; columba enim ipsa est, quæ nunc ad Ecclesiam Christi in baptismo venit, quæ quondam ad arcam Noe in diluvio properavit (Gen. VIII, 9), tunc illi securitatem annuntians olivæ ramo, modo huic æternitatem conferens divinitatis indicio. Tunc signum pacis ore afferens, modo ^B ipsa pacem Christum sui substantia superfundens.

5. In Jordane igitur baptizatus est Dominus. Multa mirabilia in hoc flumine sæpius facta esse Scriptura commemorat, inter cætera dicens: *Et Jordanis conversus est retrorsum* (Psal. CXIII, 3). Puto autem esse mirabilius quod Domino Jesu Christo ibi posito, factum est; ante enim retrorsum aquæ conversæ fuerant, modo retrorsum peccata conversa sunt: et sicut tunc impetus fluminis alveum sui cursus perdidit; ita et nunc impetus peccatorum dominium sui erroris amisit. Quod quidem in propheta Elia jam illo in tempore factum puto; sicut enim Elias in Jordane divisionem fecit undarum (IV Reg. II, 14), ^c ita et Christus Dominus in eodem Jordane separationem operatus est peccatorum: ille stare fluentia ^C præcepit, hic crimina. Et sicut sub Elia fluctus primordia fontium, de quibus exierant, ^d petierunt; ita et sub Christo Domino homines ad originem suam de qua in infantia fuerant exorti, sunt reversi

SERMO XI.

De sancta Epiphania IV.

Hic in antiq. edit. inscribatur: Post Epiphaniam. Et is vera post superiorem, quem ipso die Epiphaniæ habitum constat, ex utriusque collatione dictus cognocitur. In Rom. edit. eidem titulus est: Ad catechumenos. Neque id absurde; eosdem enim variis in Ecclesiis ab eo festo nomen profiteri consuevisse ea multis cum aliorum tum Ambrosii testimoniis datur intelligi. Nec vero quidquam est, cur hunc auctorem Felicis et Elipandi æqualem, aut in erroribus præcursorem aliquis putet, quod in baptismo Christum affirmat renatum esse; illud enim nihil aliud sonat, nisi Dominum aquis emergentem resurrectionis formam exstitisse. Cum vero non modo in sermone sequenti, sed etiam in 135 et 136 August. Append. eadem legantur, non leve profecto argumentum est ab eodem auctore omnes hos sermones esse profectos aut unius auctorem ex altero largius hausisse.

1. Ad omnes vos, fratres, prædicationem meam in

^a Rom. edit. cum Reg. cod., sicut dicit propheta.

^b Edit. ultimæ Paris., sed ut nos aquarum fluentis purificet. Non recte.

^c Vet. edit., ita et Spiritus Domini: melius Rom. et mss. ut in textu.

^d Omnes edit., pertinuerunt... ad originis suæ infantiam de qua fuerant, etc.; omnes mss. nobis conveniant, nisi quod pro originem in uno legitur originis; in alio, originis suæ initium.

die sancta Epiphaniæ pervenisse credo, et ad vos **A** præcipue catechumenos : in qua descripsimus tunc, nonnullis **405** asserentibus aquam in vinum fuisse conversam : plerisque autem testantibus illa quoque die in Jordane Dominum baptizatum. Quod licet a diversis alterutrum factum esse credatur ; ego tamen utrumque factum esse confirmo, et aliud signum de alio contineri. Utrumque enim factum est ; nam cum baptizatus est Dominus, et mysterium lavacri instituit, et humanum genus velut vilem aquam in æternam substantiam divinitatis sapore convertit. Similiter et cum hydrias plenas liquore fontium vertit in vinum, utrumque operatus est, et speciem magis necessariam nuptiis præstitit, et demonstravit corpora hominum per lavacrum Spiritus sancti spiritali replenda esse substantia. Quod **B** alibi ipse Dominus manifestius declaravit (*Matth. ix, 41*), dicens in utres novos vinum novum esse condendum ; in novitate enim utrumque lavacri puritas, Spiritus sancti gratia significatur in vino.

2. ^a Igitur vos catechumenos diligentius oportuit hoc audisse, quibus magis est necessarium, ut sensus vester, qui ignorantia Trinitatis ut aqua nunc friget, agnitione mysterii incalescat ut vinum, et animarumstrarum liquor vilis et tenuis in pretiosam et fortem gratiam transfundatur ; ut vini vice sapiamus quod bonum est, redoleamus quod suave est, et possimus dicere illud Apostoli : *Quoniam Christi bonus odor sumus Deo* (*II Cor. II, 45*) ; ^b catechumenus enim, priusquam baptizetur, sicut aqua jacet, friget et pallet : fidelis autem sicut vinum **C** fortis et rubeus est. Catechumenus, inquam, sicut aqua nullius saporis, nullius odoris, nullius est pretii, nec sufficiens ad usum, nec delectabilis ad reficiendum, nec tolerabilis ad servandum. Nam sicut aqua cum servatur diutius, in deterius versa intra semetipsam putrescit et fetet ; ^c ita et catechumenus cum diutius catechumenus permanet, in deterius conversus intra semetipsum vilescit et deperit. Ait enim Dominus : *Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto, non intrat regnum cælorum* (*Joan. III, 5*) : qui autem non intrat regnum, necessario remanet in inferno.

3. Recte autem vino comparatur fidelis ; sicut enim ex cunctarum creaturarum substantia omnis res vetustate deperit, solum vinum proficit vetustate ; ita **D** ex omni genere hominum cunctis antiquitate perennibus, solus christianus proficit vetustate. Et sicut vinum in dies singulos asperitatem suam decoquens, saporis dulcedinem, suavitatem odoris, acquirit ; ita et christianus successu temporis delictorum suorum

^a Reg. Codex unus quidquid ab his verbis usque ad inferiora illa : *Ergo in hac sancta die*. continetur, sermoni qui nobis nonus est, inseruit, ita incipiens : *Igitur oportet vos diligenter audire hæc, ut animarum liquor vitiorum vilis ei tenuis, etc.*

^b Idem cod. Reg. , *Infidelis enim sicut aqua jacet, riget, et pallet.... Infidelis, inquam.*

^c Reg. codex, *ita et infidelis cum diutius in infidelitate permanet.... deperit.* Cætera vero usque ad, *Recte autem scriptor omisit.*

asperitatem decoquens, sapientiam sibi divinitatis, ^d benevolentiam Trinitatis assumit.

4. Ergo in hac sancta die baptizatus est Dominus. Videte quam bene ordinaverit, ut et in natali suo natus sit, et in Epiphania renatus ; ut nec longe a se salutis humanæ vota distarent, et æternas Salvatore jugiter gratias ageremus.

5. Tunc et vota nostra celebrata sunt, quando Christo Ecclesia copulata est, sicut ait Joannes : *Qui habet sponsam, sponsus est* (*Joan. III, 9*). Propter has ergo nuptias saltare nos convenit ; siquidem et David rex pariter et propheta cum multa cecinerit, ante arcam Testamenti saltasse dicitur ; elevatus enim gaudio in saltationem prorupit (*II Reg. VI, 14*). Prævidebat enim in Spiritu per Mariam de germine suo Ecclesiam Christi thalamo sociandam, de quo ait : *Et ipse tamquam sponsus procedens de thalamo suo* (*Psal. XVIII, 6*). Atque ideo ^e præ cæteris prophetarum auctoribus plus cantavit ; quia lætior cunctis per hæc gaudia suos posteros conjugabat : et ad propria vota omnes gentes solito dulcius invitans, nos quoque docuit quid ipsis facere deberemus in nuptiis, cum ipse ante nuptias tota exultatione lætatus sit.

400 SERMO XII.

De sancta Epiphania V.

Jis quæ ad sermonem superiorem a nobis dicta sunt, tantum addemus nostros hos sermones uno contextu compositos videri, cum e contrario quos ex Append. August. supra citavimus, speciem centonum quamdam præ se ferant ; proindeque hos ex iisdem illis forsitan fuisse interpolatos. Hujus tamen auctorem ex sanctis Patribus nonnulla etiam imitatum esse nulli negamus ; quæ enim causæ cur baptizari Christus voluerit, hic afferuntur, etiam apud alios, et Ambrosium ipsum cum alibi tum in Comment. in Luc. lib. II, num. 83, et lib. IV, num. 5, pertractantur.

1. Evangelica scriptura refert, sicut lectum nuper audivimus, Dominum ad Jordanem baptismi causa venisse, et in eodem flumine mysteriis se cælestibus consecrari voluisse. Quod mirari non debemus, cur hoc baptismatis ipsius dominus et magister fecerit, quia ipse ait : *Qui fecerit sic, et docuerit, maximus vocabitur in regno cælorum* (*Matth. v, 19*). Facere igitur prius voluit, quod faciendum omnibus imperabat ; ut bonus magister doctrinam suam non tam verbis insinuaret, quam actibus exerceret, et ad finem nos gustu pariter confirmaret et sensu.

2. Hoc autem totum hodierno die gestum esse manifestum est : quod ita verum esse ipsa possumus colligere ratione ; ratio enim exigit, ut post diem

^d Omnes edit. et ms. unus, *benevolentia Trinitatis* ; mss. duo, *benevolentiam Trinitatis* : optime omnium Lugd. codex, *benevolentiam*, etc. : id enim refertur ad superius illud : *Suavitatem odoris acquirit. Reg. codex, sapientiam sibi et benivolentiam summæ divinitatis assumit.*

^e Ita omnes edit. ac mss. ubi loco prophetarum legendum forte prophetiarum ; at Rom. edit. haud bene reposuit : *præ cæteris plus prophetarum cantavit.*

natalis Dominici, licet interpositis annis, eodem tamen tempore hæc festivitas sequeretur, quam et ipsam festivitatem natalem appellandam puto. Tunc enim natus hominibus, hodie renatus est sacramentis : tunc per Virginem editus, hodie per mysterium generatus. Ita enim disposuit Dominus non longe inter se hominum vota distare, ut in uno tempore quem genitum gratulabantur in terra, sanctificatum lætarentur in cœlis ; ut qui partum Virginis, angelis annuntiantibus, possidebat ; Dei filium, cœlis testantibus, retinerent : certique essent homines quia ipse esset Filius Dei, quem Virgo pepererat, divinitas agnoscebat ; novi enim partus nova merentur obsequia. Ibi cum secundum hominem nascitur, mater eum Maria sinu circumfovit : hic cum secundum mysterium gignitur, Pater eum Deus voce completitur ; ait enim : *Hic est filius meus, in quo bene complacuit, ipsum audite (Math. III, 17)*. Mater ergo partui molli blanditur gremio, Pater Filio a pio testimonio famulatur : mater, inquam, eum adorandum Magis ingerit, Pater colendum gentibus manifestat : sinu igitur retinetur a matre, cum nascitur : sed Pater ei sinus sui fotum jugiter subministrat. Legimus enim eum sine intermissione in Patris gremio quiescentem, dicente Evangelista : *Deum nemo vidit unquam, nisi unigenitus Filius, qui est in sinu Patris (Joan. I, 18)*.

3. Libenter ergo in sinu sanctorum quiescit Dominus ; unde et Joannis Evangelistæ sinum, ut in eo accumberet, libenter elegit. Sinus ergo in quo Christus requiescit, non corpori : gremio præparatur, non vestimentorum ambitione componitur, sed celestium virtutum operatione colligitur. Nam Christi sinus erat in Joanne Evangelista fides, in Deo Patre divinitas, in Maria matre virginitas. Ibi sinus Christi est, ubi habitaculum est virtutum : ibi reclinat caput suum (Joan. XIII, 25), ubi domicilium cœlestium invenit præceptorum. Nam ideo peccatoribus et infidelibus dicit : *Vulpes foveas habent, et volucres cœli nidus : Filius autem hominis non habet ubi caput reclinet (Math. VIII, 20)*. Igitur Dominus Jesus hodie venit ad baptismum, et corpus suum sanctum voluit aqua dilui.

4. Dicat fortasse aliquis : Qui sanctus est, quare voluit baptizari ? Audi ergo : Ideo baptizatur Christus, non ut sanctificetur ab aquis, sed ut ipse aquas sanctificet et purificatione sui purificet fluentia illa quæ tangit ; b consecratio enim Christi consecratio major est elementi. Cum enim Salvator abluitur, jam tunc in nostrum baptismum tota aqua mundatur, et purificatur fons, ut secuturis postmodum populls lavacri gratia ministretur. Præcedit ergo Christus per 407 baptismum, ut christianis post eum confidenter populi subsequantur.

5. Intellego ergo mysterium ; ita enim et columna ignis præcessit per mare Rubrum, ut intrepidum iter Israel filii sequerentur (Exod. XII, 21) : et ipsa prior

per aquas gressa est ; ut venientibus post se viandi semitam præpararet. Quod factum, sicut Apostolus dicit (I Cor. X, 2), mysterium baptismi fuit : baptismus plane quodammodo fuit, ubi homines nubes operiebat, unda portabat. Sed hæc omnia operatus est Christus Dominus idem qui et modo, qui sicut tunc per mare filios Israel in ignis columna præcessit, ita nunc per baptismum christianos populos in corporis sui columna præcedit. Ipsi, inquam, est columna, quæ tunc lumen sequentium oculis præstitit, modo lucem credentium cordibus subministrat : tunc in fluctibus undarum solidavit semitam, modo in lavacro fidei vestigia corroborat ; per quam fidem, sicut filii Israel, qui intrepidus ambulaverit, persecutorem Ægyptium non timebit.

SERMO XIII.

Super his verbis Evangelii : *Simile est regnum cœlorum fermento.*

Prima ipsa exordii verba ne Ambrosio hunc sermonem attribuamus, refragantur ; non enim hoc modo loqui consuevit de sui episcopatus initio, cum raptus a tribunalibus, aliqua mora iis discendis, quæ doceret alios, opus habuerit. Potuit tamen hic Auctor ex Ambrosii Comment. in Luc. lib. VII, num. 187, quædam hausisse. Verum cum eo loci aliorum sententias abs se referri testetur sanctus Doctor, quominus hic auctor alios quoque imitatus fuerit, nihil prohibet.

1. Et ipsi scitis, fratres, quod ex qua die vobiscum esse cœpi, non cessavi omnibus vos D. minicis admonere mandatis, et partim hortando, partim increpando, præcepta vobis ° divinitatis ingerere ; ita ut plerumque pius pater fuerim, nonnullis autem durus magister existerim. Patrem enim me sibi gratulatus est, quisquis sermonem meum libenter amplexus est : durum autem magistrum sensit, qui conscientiam suam prædicatione mea percussam esse condidit. Sed nihil mea interest, dummodo sive pietate, sive censura Christus annuntietur in vobis ; quamvis et ipsa censura sit pietas, quæ ideo circa negligentiores filios adhibetur, ut timere discant, quod amare neglexerant. Non quod omnes filios non æqualiter diligat pater, sed quod indulgentia patris sit pro diversitate morum exhibere pietatis affectum ; ut blandum filium exhortatione provocet, contumacem vero austeritate conveniat, de utriusque tamen correctione securus ; quoniam hunc amore verberat, illum severitate castigat, sicut ait beatus Apostolus : *Omnis quidem disciplina in præsentem non videtur esse gaudii, sed mœroris : postea vero fructum pacificum exercitatis per eam reddet justitiæ (Hebr. XII, 11)*. Igitur quoniam tot tractatibus meis profecisse vos credo, libet quædam vobis divinarum disserere litterarum ; ut intelligam quod id quod dixero, fidei vivacitate capiatis.

2. Ait Dominus in sancto Evangelio : *Simile est regnum cœlorum fermento, quod acceptum mulier abscondit in farinæ satis tribus, donec fermentatum est totum (Luc. XII, 21)*. In alio vero loco ita ait : *Cuiusmôdo*

a Rom. edit. sola, pio testimonio astipulatur.

b Eadem Rom. edit. Baptizatio enim Christi con-

secratio est elementi.

° Vox divinitatis e cod. Lugd. restituitur.

accimabo regnum Dei? Simile est fermento, quod acceptum mulier abscondit in farina, donec fermentatum est totum (Matth. xiii, 33). Fermenti vim atque virtutem omnibus notam esse non dubium est. Nam cum sit magnitudine parvum, specie simplex, natura commune; tantam fortitudinem intrinsecus gerit, ut cum reconditum fuerit in farina, ^a succus ejus hoc totam massam faciat esse, quod ipsum est; et ita se per universam cumulum aspersiois suæ vigore diffundit, ut omnem ipsam magnitudinem pollinis faciat fermentum: ac sic res ipsa fortitudine sua molem sibi proprii vigoris acquirit. Hoc autem faciunt mulieres, ut viris suis salubriorem panem, et cibum utilem diligenter exhibeant. Sed quoniam Lex spiritalis est (Rom. vii, 14), et Evangelium ^b spiritaliter parabolarum narratione subsistit; videamus quid sit fermentum, quæ mulier, quid farina.

408 3. Legimus in sancto Evangelio, dicente Domino Christo de se ipso: *Nisi granum tritici cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit, multum fructum affert* (Joan. xii, 24). Ergo si triticum Dominus, et Dominus est fermentum; quia fermentum non nisi de tritico fieri solet: ^c recte ergo fermento Dominus comparatur, quia cum esset specie homo, humilitate parvus, imbecillitate dejectus, tanta intrinsecus sapientiæ virtute pollebat, ut doctrinam ipsius mundus ipse vix caperet: qui cum cepit per totum orbem divinitatis vigore transfundere, statim omne hominum genus in substantiam suam sua potestate protraxit; ut et jugum Spiritus sui sancti infunderet ^d omnibus, et hoc

^e christianos cunctos faceret esse, quod Christus est. Nam cum homo Dominus Jesus unus et solus esset in mundo tanquam fermentum in massa reconditum, universos homines præstitit esse quod ipse est. Quisquis igitur illi fermento Christi adhæserit, efficitur et ipse fermentum, tam sibi utilis, quam aliis idoneus universis; et de sua certus salute, et de aliorum acquisitione securus.

4. Sicut igitur fermentum cum in cumulum conspergendum est farinarum, confringitur, comminuitur, dissipatur, et ipsam omne dissolvitur; ut dispersam illam farinæ multitudinem ^o in unum sui vigore constringat, atque in solidum corpus redigat, quod in pulveris modum ipsa diminutione languebat; faciatque conjunctione sui utilem massam, quod propria dissolutione videbatur inutile: sic ergo et Dominus Jesus Christus, cum esset totius mundi fermentum, diversis passionibus confractus, laceratus et dissolutus est, et succus ejus pro salute

nostra, qui est pretiosus sanguis, effusus est; ut admixtione sui omne genus humanum solidaret; et quod per diversa antea resolutum jacebat; sic enim velut fermentum quoddam nos, qui farina ex gentibus videbamur esse, adhæsimus. Nos, inquam, qui per totum orbem ⁸ dispersi et diminuti penitus jacebamus, vigore passionis Christi in ipsius corpus reducti sumus, sicut beatus Apostolus ait: *Quoniam sumus corpus Christi et membra* (Ephes. v, 30). Nos igitur qui ex nationibus in pulveris modum a terræ facie jactabamur, aspersione sanguinis Domini in massam soliditatis ejus accrevimus.

5. Mulier autem illa, quæ dicitur abscondisse in farina fermentum, quæ est, nisi sancta Ecclesia, quæ quotidie doctrinam Christi in cordibus nostris conatur abscondere? Ipsa, inquam, est mulier, quæ in alio loco etiam molere dicitur, sicut ait Dominus: *Erunt duæ molentes, una assumetur, et una relinquetur* (Matth. xxiv, 41). Molit enim sancta Ecclesia per Legem, per apostolos, per prophetas, cum catechumenos facit, et asperitatem gentilitatis dissipat atque comminuit; ut emollitos eos in farinæ modum aptos faciat fermento Domini sanguinis adhærere. Fermentum enim dixerim totam Domini passionem; fermentum enim salutis nostræ ^h est symbolum ipsum, quod traditur, sine quo fermento, vel simbolo, nemo potest vitæ æternæ substantiam promereri.

6. Et quia duas Evangelium describit molentes, atque unam Ecclesiam diximus salubriter molere; alteram quam nisi Synagogam accipere debemus? Molit enim et ipsa per Moysen et prophetas: sed inutiliter molit, sicut dicit Apostolus de Judæis: *Æmulationem Dei habent, sed non secundum scientiam* (Rom. x, 2). Inutiliter, inquam, molit Synagoga; quia massam suam Christi doctrina non temperat. Atque ideo evitandum præcepit Synagoga Dominus esse fermentum, dicens: *Cavete vobis a fermento Phariseorum* (Matth. xvi, 16). Temperatum est enim sanguinibus et crudelitatibus Judæorum dicentium de Domino: *Sanguis ejus super nos, et super filios nostros* (Matth. xxvii, 25). Unde ait Evangelium: *Erunt duæ molentes, una assumetur et una relinquetur* (Matth. xxiv, 41). Assumetur enim in requiem æternam sancta Ecclesia, quæ Domino cibum sanctitatis emoluit: relinquetur ad molas cruciata Synagoga, gyrum semper passura suæ perfidie.

409 SERMO XIV.

Dominica in Septuagesima.

Septuagesimæ nomen ætate non solum Ambrosii, sed Maximi etiam multo recentius esse in confesso est.

^e Ita codex Lugd.; Valliscl. autem atque edit. in unum vigorem constringat. Continuo vero post solus Valliscl. legit, atque in unum opus redigat.

^f Omnes edit. ac Lugd. codex, quod per diversa antra, commodius ms. Valliscl. quod per diversa antra suppleendum loca.

^g Codex Reg. et Valliscl., dispersi et divisi penitus, etc.

^h Edit. omnes, symbolum sine quo fermento; ms. autem locum restituunt, ut in contextu.

^a Ita codex Valliscl. At omnes edit. afferunt, succus hoc totam massam faciet esse, quod ipse est, ita semper universum. Lugd. codex ab his discrepat, quod ^o succus hoc non agnoscit.

^b Vet. edit. et codex Lugd. specialiter; Rom. edit. et ms. Valliscl., spiritaliter; at pro ratione, solus ms. Valliscl. reposuit, narratione.

^c Codex Valliscl., recte ergo frumento.

^d Omnes edit. et ms. Valliscl., omnibus, hoc est, christianos; Lugd., omnibus, et hoc christianos. Idem autem est, et hoc, atque, et hac infusione.

Synodi Aurelianenses prima et quarta, quibus prohibetur quinquagesimæ et sexagesimæ observatio, de septuagesima nihil præcipiunt, nec ejus meminit Regula sancti Benedicti, sed usque ad quadragesimam alleluia cantari jubet. Eundem autem vocem in edit. Operum Gregorii Magni Homiliæ 19, et Missis quibusdam Sacrament. falso inscriptam non ambigimus, cum ea non reperiatur in mss. Quod similiter de epistola ad Augustinum monachum a Gratiano, distinct. 4, cap. Denique sacerdotes, citata statuendum est.

1. Redimite vos ipsos, dum vos pretium habetis: quando, charissimi fratres, novum tempus inchoatis, vestram vitam renovare debetis. In toto anno non dicitur ulla dies septuagesima, nisi ista: nec sexagesima, nisi sequens Dominica: neque quinquagesima, nisi abhinc tertia: nec quadragesima, nisi abhinc quarta Dominica; et quia nova nomina hoc tempus habet, ideo omnis christianus renovare vitam suam debet. Hoc enim admonet Apostolus, dicens: *Renovamini spiritu mentis vestræ (Ephes. iv, 23)*; item: *Etsi exterior homo noster corrumpitur, tamen interior renovatur de die in diem (II Cor. iv, 16)*.

2. Nam sicut renovatur, qui de malo transit ad bonum; ita renovatur, qui de bono transit ad melius. Qui de luxuria, vel qualibet immunditia transit ad castitatem, vitam suam renovavit. Qui aliena rapere injuste consueverat, si sua cœperit misericorditer distribuere, vitam suam renovat. Qui superbus ad humilitatem transierit, et qui amabat detrahere fratribus, si cœperit fratres diligere, sine dubio renovat vitam suam; quia qui erat membrum diaboli male vivendo, incipit esse in corpore novi hominis, id est, Domini nostri Jesu Christi, per fidem rectam et bonam operationem. Frequenter audistis, fratres charissimi, duos esse homines, id est, Adam et Christum: ille dicitur vetus, iste vocatur novus. Et ideo qui malus est, vetus est, imitando illum, qui fuit in paradiso superbus et inobediens: qui vero bonus est, novus est, sequendo illum qui dicit: *Discite a me quia mitis sum, et humilis corde (Matth. xi, 29)*; et de quo Apostolus ait: *Factus est obediens usque ad mortem (Phil. ii, 8)*. Sed quia hoc tempus novum nomen habet, idcirco admonemus illos, qui veteres sunt male vivendo, ut sint novi bene conversando.

3. Admonemus illos qui jam novi sunt per bona opera, ut renovare studeant in hoc novo tempore per opera melliora: verbi gratia, novus qui est per castitatem cessando a malo opere, renovetur cessando ab ipsius operis delectatione. Similiter qui humilis et obediens et misericors et patiens est, renovetur necesse est quotidie; ut proficiendo crescat in ipsis virtutibus, secundum illud quod scriptum est: *Ibunt de virtute in virtutem (Psal. lxxxiii, 8)*. Nemo nostrum, charissimi, securus sit, quia baptizatus est; quoniam sicut non omnes qui in stadio currunt, accipiunt bravium (I Cor. ix, 28), id est,

^a Reg. codex unus, regi cœlesti pro regni beatitudine. Jam quia per fidem, oto

A destinatum præmium, sed ille qui prius currendo pervenit; ita non omnes qui habent fidem, salvantur: sed illi tantum qui in bono, quod inchoaverunt, opere perseverant. Et sicut ille qui adversus alterum pugnat, ab omnibus se abstinet; ita et vos ab omnibus vitiis abstinere debetis, ut diabolum, vestrum persecutorem, superare possitis. Miseri homines cum periculis vitæ suæ et immensis laboribus serviunt regi terreno pro beneficio cito transituro et perituro; quare vos non servitis regi cœlestis regni beatitudine perfruenti, eamque laborantibus largienti? Jam quia per fidem ad vineam, id est, ad sanctæ Ecclesiæ unitatem vocati estis a Domino; ita vivite, et ita conversamini, ut denarium, id est, regni cœlestis felicitatem, Deo largiente, accipere valeatis (*Matth. xx, 1 et seq.*).

B 4. Nemo desperet de magnitudine peccatorum suorum, dicendo: Multa sunt peccata mea, in quibus usque ad senectutem et decrepitam ætatem perseveravi, jam promereri non potero indulgentiam, maxime quia peccata me dimiserunt, non ego illa. Absit ut talis de Dei misericordia desperet; quia alii prima hora, alii tertia, alii sexta, alii nona, alii undecima ad Dei vocantur vineam, id est, alii in pueritia, alii in adolescentia, alii in juventute, alii in senectute, alii in decrepita ætate ad Dei servitium pertrahuntur. **410** Et sicut nullus desperare debet in quacumque ætate sit, si ad Dominum converti voluerit: ita nullus pro sola fide securus esse debet, sed potius pertimescere hoc, quod dicitur: *Multi enim sunt vocati, pauci vero electi (Matth. xx, 12)*. Quod vocati sumus per fidem, novimus: sed si sumus ad vitam æternam electi, noscimus. Tanto ergo debet unusquisque esse humilior, quanto, si sit electus, ignorat.

5. Concedat vobis omnipotens Deus, ut non sitis de illorum numero, qui mare Rubrum sicco vestigio transierunt, manna in deserto manducaverunt, et potum spiritalem biberunt, et propter murmurationem suam in eremo perierunt: sed de illorum, qui terram repromissionis intraverunt, et fideliter in Ecclesiæ vinea laborando, denarium perpetuæ beatitudinis percipere meruerunt; quatenus cum cœpite nostro Christo vos, qui ejus membra estis, possitis regnare per infinita sæculorum sæcula.

D SERMO XV.

Dominica in Sexagesima.

Hunc sermonem non esse Ambrosii præter ea quæ superioris præmissimus, id etiam probat, quod sexagesimæ usum, cujus instituendi occasione ad adulterinum Melchiadis papæ decretum refert Alcuinus in lib. de Eccles. Offic. in hoc sermone significetur a Telesphoro esse; cum enim illam Mercatoris falsarum Decretalium collectionem constet in Ecclesia non nisi nono ineunte sæculo invaluisse, eundem sermonem auctoris eodem sæculo antiquioris nequaquam esse manifestum est. Adde his de quadragesimali observatione hic ea tradi, quæ cum ritu in quadragesima Me-

diolani servari solito non conveniant, ut ex Admonitione nostra in lib. de Elia et jejuniis colligi potest.

1. Adest tempus, carissimi fratres, quod sexagesima vocatur; et ideo necesse est ut vita vestra mutetur, mores corrigantur, mundus despiciatur, et cœlestis patria ardentius diligatur. Nam senarius numerus, a quo sexaginta, et sexagesima, et sexcenta, et sex millia derivantur, perfectionem significat. Hinc est quod ille, qui sexta die fecit hominem, in sexta ætate, et sexta feria, et sexta hora illum voluit redimere. Unde qui jam septuagesimam celebrastis, et hodie sexagesimam celebratis, ac deinde quinquagesimam et quadragesimam, Deo propitio, celebraturi estis, istorum nominum mysteria vobis manifestare debemus.

2. Quadragesima nimirum sex septimanas habet, cui addidit Telesphorus pontifex septimam hebdomadam, et vocatum est hoc tempus quinquagesima: deinde ab aliis addita est octava septimana, et vocatum est ipsum tempus sexagesima: postmodum vero addita est nona hebdomada, et dicta est septuagesima. Quoniam sicut a quatuor quadragesima, et a sex sexagesima; ita a septem septuagesima dicitur. Unde si quis modo adderet decimam septimanam, non eam vocarem decagesimam, sed octogesimam, servato numeri ordine; quia post septem, a quo septuagesima venit, sunt octo.

3. Quadragesima ideo servatur; quia Moyses, et Elias, et Salvator quadragesima diebus et noctibus jejunasse leguntur. Quinquagesima ideo a quibusdam servatur, in qua sunt quinquaginta dies: quia si subtraxeris ab his septem Dominicis, non amplius remanent in abstinentia, nisi quadragesima et duo dies: et in ipsis duobus diebus alii jejulant, alii non, id est, in cœna Domini, et in sabbato sancto. Sexagesima ideo celebratur, in qua sunt octo hebdomadæ, ^a id est, dies quinquaginta sex: si subtraxeris octo Dominicos dies, et octo quintas ferias, quadragesima dies solummodo remanent jejunii. Septuagesima vero, a qua usque in pascha sunt novem septimanæ, ^b id est, sexaginta tres dies; ideo ab ali-

^a Codex Biblioth. Ambr. et unus Reg., et dies sexaginta.

^b Idem Cod. Ambr. et Reg., id est sexaginta quatuor dies.

^c Rom. edit.: Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua. Videtis, fratres, quam moralem judicem habeatis. Vos consulit quomodo opus vestrum suscipiat, mentem vestram prius interrogat: Nesciat, inquit, sinistra tua, quid faciat dextera tua. Diligenter attendite, fratres, et intellectam divinæ scripturæ humiliter et sapienter requirite. Nam cum dextera, vel sinistra, corporis organa sint, rationis expertia, scire aliquid vel ignorare eis non competit: non ergo nunc de corpore loquitur. Verum in dextera Dei amor intelligitur, in sinistra vanitas, vel mundi cupiditas. Quasi dicat: Nesciat sinistra, quid faciat dextera, hoc est, quod facit amor Dei, non perdat mundi vanitas. Abraham cum nepotem a se defluentem tenere non posset, et vellet eum dimittere: Discede, inquit, si tu in sinistram, ego in dexteram. In sinistra sunt ea quæ corporis et mundi sunt, in dextera amor Dei, et animæ virtutes sunt. Recte igitur Abraham dixit: Bi tu in sinistram, ego in dexteram; quia homo in-

quibus celebratur, quia si subtraxeris novem dies Dominicos propter Domini resurrectionem, et novem quintas ferias propter Dominicam cœnam, et totidem sabbata, ne videamur sabbatizare cum Judæis; non amplius quam triginta sex dies remanent ad jejunandum: quos omni devotione ipse vos observare concedat Christus Dominus noster, qui vivit et regnat cum Deo patre in unitate Spiritus sancti Deus, per cuncta sæcula, amen.

411 SERMO XVI.

Ubi Dominus sabbato manum aridam curavit.

Romani editores quadragesimam Mediolani non incipere nisi feria 2 post Dominicam 1, non advertentes, sermonem in feriam 6 post Cineres ex hoc nostro concinnare constituerant; ac propterea ejus capituli longam laciniam præterierant partim e sermone 63 Append. August., partim ex Ambrosii lib. II de Abraham. cap. 6, num. 32, consarcinatam. Sed si eum Ambrosio hac via vindicari posse arbitrati sunt, nihil absurdius. Nos illum ad fidem vet. edit. ac mss. Gall. et Lugd. restitimus: at pro Ambrosiano non obtrudimus, cum eundem Maximo justius attribuat Gall. codex.

1. Diligenter, ^a fratres, vos audisse credo, evangelicam lectionem quæ nuper lecta est, ubi Dominus Jesus Christus ingressus sabbato Synagogam, hominis ibi habentis manum aridam spirituali medicina curavit, non appositis herbarum succis, non pigmentorum medicaminibus colligatis: sed verbo jubens, et in ira præcipiens refudit corpori sanitatem (Luc. VI, 6 et seq.). Ira, inquam, sicut ait Evangelista, restituit vigorem dexteræ. Unde intelligimus qualis Dominicæ benignitatis sit sanitas, cujus indignationis talis est medicina: aut quemadmodum placatus prodest, qui ita miseretur iratus. Verbo igitur jubet, ut arenti dexteræ venarum succos infunderet. Non mirum est, si is arentem reparavit dexteram, ^d qui tot corpora de arenti pulvere procreavit, et id verbi imperio restituit, quod in principio factura operationis instituit: velut auctorem suum plasma cognoprudens ea quæ mundi et corporis sunt, nempe divitias et honores, in meliorem partem constituit: prudens vero virtutem animæ, et immortalitatis adipiscendæ gratiam præponit: Longitudo enim vitæ in dextera ejus. Denique quia dextera hæc in homine jam aruerat, idcirco Dominus Jesus Synagogam sabbato ingressus, hominis ibi habentis manum aridam, ut alius narrat Evangelista, spirituali medicina curavit, sic enim habet: Factum est autem et in alio sabbato, ut intraret in Synagogam, et doceret: et erat ibi homo, et manus ejus dextera erat arida. Observabant autem scribæ et pharisæi si in sabbato curaret, ut invenirent unde accusarent eum: ipse vero siebatur cogitationes eorum. Et ait homini, qui habebat manum aridam: Surge, et sta in medium, et surgens stetit; et post pauca: Et circumspectis omnibus, dixit homini: Extende manum tuam; et extendit, et restituta est manus ejus sana sicut altera. Diligenter, fratres, vos audisse credo quomodo Christus Dominus non apposuit, etc.

^d Omnes edit., qui totum corpus; Lugd. codex, qui tot corpora.

scens, obsequitur ei portiuncula, cui totum se debet ret in massa.

2. Sed videamus quæ sit in Synagoga manus arida, quæ nihil corpori prodest, quando operibus sicavit: quando etiam primum arida esse cœperit, requiramus; non enim unius hominis tantum per Salvatorem causa geritur, nec unius hominis imbecillitas procuratur, sed totius generis humani sanatur infirmitas. Nulli autem dubium est dexteram vel totius corporis præclariorem portionem hoc officii gerere; ut diurna alimenta suo corpori subministret, et providentia quadam ad fruendam vitam membra cætera pascat ac nutriat.

3. Hanc igitur dexteram in Judaico populo scribas esse dixerim, vel doctores, qui velut præclarior portio in pharisæorum corpore a Domino constituti, neglexerunt et in cætera membra sua prophetarum oracula velut escam vitæ æternæ porrigere: atque ideo doctrina eorum tamquam manus aruit imbecillis; quia fontem perennis sapientiæ non quæsit. Propterea denique factum est, ut quasi contracta dextera clavem scientiæ tenere non posset, sicut ait Dominus: *Venite scribæ et pharisæi, qui absconditis clavem scientiæ*, et reliqua (Luc. xi, 52). Hæc autem clavis Christus est Dominus, quo ad credulitatem fidei a pectorum arcana reserantur. Ista clavis, sicut ait Dominus Petro: *Tibi dabo claves regni cælorum* (Matth. xvi, 19). Ergo aruit dextera Synagoga manus, relinquens Christum: quæ prius erat in principibus Judæorum, deterioravit; quisquis enim Christi fontem deserit, debilitatur protinus, et are-

4. Sed invenio ipsam manum quondam cæteris membris fuisse meliorem; sanctus enim Moyses dux judæici populi, velut clarior corporis sui dextera fuit, cum Legem porrigendam meruit a divinitate percipere. Dextera, inquam, erat sanctus Moyses, qui filios Israel velut manu provida cœlesti manna nutrit. Hæc plane est dextera, quæ Jannem et Mambrem magos nivei splendoris nitore convicit (II Tim. iii, 8). Ita 412 enim scriptum habes: Atque ideo magorum destructæ sunt tenebræ, quia Moysi meritis lucens dextera coruscabat.

5. Sed videamus manus ista quando primum arida cœperit esse vel mortua. Ego illam primum in Adam aruisse confirmo, cum contra vetitum Domini interdictæ arboris poma decerpserit, ac tunc succum immortalitatis amisit. Et siccata quodammodo est, quando hominem ad imaginem Dei facium peccato suo solvi fecit in pulverem. Atque utinam sola manus peccato teneretur obnoxia! Quod est gravius, omne corpus morte damnatum est, cum

A dextera prima peccaverit. Nec mireris si membrum dexterae in Adam non mansit integrum; vigor enim ille æternitatis exaruit. Nam sicut Moysi dextera custodientis mandata Domini niveo fulgore resplenduit; ita et Adæ dextera prævaricantis præcepta mortifero pallore contracta est.

6. Hanc igitur Adæ manum Salvator curat in Synagoga, hoc est, totius generis humani imbecillitatem sanare festinat; dicit enim etiam illi: *Extende manum tuam, qui eam idolis immolando contraxit*. Dicit illi: *Extende manum tuam, cujus dextera usuras accipiendo siccavit*. *Extende manum tuam, qui per eam res orphanorum viduarumque gestis invadere*. Sed et tu qui putas te manum habere puram et sanam, cave ne avaritia contrahatur: quin potius B extende eam pro misericordia frequenter ad pauperem, pro hospitalitate sæpius ad peregrinum: extende eam pro peccatis semper ad Dominum: esto misericors, esto largus. Observa quod ait propheta: *Ne sit manus tua ad accipiendum porrecta, et ad erogandum contracta* (Eccles. iv, 36). Sic enim manus tua sana esse poterit, si malis contrahatur, bonis vero operibus^b extendatur.

SERMO XVII.

De sancta quadragesima I.

Hic sermo primum in Romana editione inter Ambrosianos locum obtinuit, et revera eum etiam Doctores nostri perantiquus codex Vallicellanae bibliothecæ, ex quo eundem emendavimus, ascriptum habet. Sed hujusmodi auctoritatem, ut ei soli credi valeat, non tanti ducimus.

1. ^a Ecce appropinquant dies sancti, et tempus acceptabile, fratres charissimi, de quo scriptum est: *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salvus* (II Cor. vi, 2); ideo sollicitiores vos esse oportet in vigiliis, in jejuniis, in eleemosynis, et orationibus. Qui usque modo eleemosynam fecit, amplius his diebus faciat; quia^d sicut aqua exstinguit ignem, ita eleemosyna exstinguit peccatum (Eccles. iii, 35). Qui usque modo jejunavit et oravit, modo amplius jejuset et oret; quia sunt quædam peccata, quæ non dimittuntur, nisi per orationem et jejunium. Si quis iram tenet adversus alterum, dimittat ei ex corde: si quis ab aliquo injuste aliquid abstulit, ^e reddat ei, a quo abstulit, si cupit Deum propitium habere (Matth. xvii, 20). Nam quamvis omni tempore christianus a maledictionibus, et conviciis, et juramentis, et risu nimio, atque verbis otiosis se abstinere debet; maxime tamen sanctis his diebus, qui ad hoc constituti sunt, ut peccata totius anni in his quadragesima diebus per pœnitentiam deleantur.

^a Lugd. codex, peccatorum arcana. Non satis recte.

^b Rom. edit., extendatur. Dum autem ad virtutum opera extenditur, nesciat sinistra, id est, carnis vel mundi cupiditas non perdat: propitiante Christo Domino nostro, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat in sæcula sæculorum. Amen.

^c Rom. edit., Ecce adsunt dies sancti.... de qua

nunc lectum est.

^d Rom. edit., sicut ignem urdentem exstinguit aqua, ita eleemosyna ventam impetrabit peccati. Et infra, et jejunium, sicut Salvator ait: Hoc genus non ejicitur, nisi per orationem et jejunium.

^e Eadem edit., reddat ei saltem quod abstulit, si non in quadruplum, si cupit, etc.

2. ^a Credite, et firmissime credite quia si in his diebus puram confessionem feceritis, et taliter, sicut diximus, pœnitueritis, omnium peccatorum vestrorum remissionem cum Ninivitis, a misericordissimo Domino impetrabitis, qui in sacco et in cinere pœnitendo liberari meruerunt: ita et vos si ex toto corde secundum illorum exemplum ad Deum clamaveritis, divinam super vos misericordiam provocabitis; in tantum ut lætiores et securiores diem Dominicæ **413** resurrectionis celebretis; et felices ad cœlestem patriam post hanc vitam transeat, præstante Domino nostro Jesu Christo, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat per omnia sæcula sæculorum, amen.

SERMO XVIII.

De sancta Quadragesima II.

Huic sermoni titulus præfigitur in antiquis edit. De jejuniis, in mss. vero nonnullis, De jejunio initio quadragesimæ. Nec incommode, cum in epistolam, quæ in Liturgia Gallicana Dominicæ I quadragesimæ assignatur, nec non hactenus recitatur eodem die, factus fuerit. Quædam porro in eo reperias, quæ ex Augustini sermone 24, num. 7, et 77, num. 3, imitatus videtur auctor. Hunc autem auctorem Maximum esse non modo stylus suadere potest, verum et quod cum aliis ejusdem Maximi in Gallensi codice contineatur.

1. Testimonium perhibet sanctus Apostolus de prophetis, dicens: *Tempore, inquit, acceptabili exaudivi te et in dies salutis adjuvi te* (II Cor. vi, 2). Et subsequitur ipse: *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis.* Unde et ego testificor vobis hoc esse dies redemptionis, hoc esse tempus cœlestis quodammodo medicinæ, in quo tempore omnium vitiorum nostrorum labem et universa vulnera peccatorum sanare poterimus, si medicum animarum nostrarum fideliter exoremus, ut præcepta ejus tamquam suscepti idonei minime dispernamus. Tunc enim languidus ægritudinis suæ invenit medicinam, si omni sollicitudine ^b medici mandata servaverit; quia si aliud faciat, cum aliud jubetur, increscente morbo non medicus, sed prævaricator in culpa est.

2. Medicus autem est Dominus noster Jesus Christus, qui ait: *Ego occidam et vivificabo: percutiam et sanabo* (Deut. xxxii, 39). Occidit enim quodammodo antequam vivificet Dominus; occidit enim primum in nobis homicidia, adulteria, scelera, furta, per baptismum: et sic nos tamquam novos homines æternitatis immortalitate vivificat. Morimur ergo peccatis videlicet per lavacrum: regeneramur autem vitæ per Spiritum, sicut ait sanctus Apostolus: *Quoniam mortui estis delictis vestris, et vita vestra abscondita est cum Christo. Consepulti enim estis cum*

^a Eadem edit., *Credite firmissime mihi, fratres, et nullatenus dubitate, quia si, etc.* Iterum infra, *sed sicut illi non nisi in sacco, etc.*

^b Codex Valliscl. *medicinam datam servaverit.*

^c Item codex, *vivificatur odor virtutum.*

^d Edit., *auferantur detestanda vitia.... hæc pia occasione Domini. Et infra, videas eos, credas renatos ho-*

illo per baptismum in mortem (Coloss. iii, 3); occiditur enim quodammodo, cum desinimus esse, quod fuimus. Novo enim pietatis genere in uno eodemque homine mors operatur et vita; moritur enim concupiscentia peccatorum, ^c vivificatur amore virtutum. In uno namque eodemque homine impius et adulter occiditur, ut misericors renascatur et castus: interimitur idololatria, ut religio propagetur: fornicator et ebriosus exstinguitur, ut continens et sobrius procreetur.

3. Sic ergo mortificat Dominus, ut vivificari faciat: sic occidit, ut prosit: sic verberat, ut emendet. Hæc est igitur circa homines suos ejus tota severitas; ut in his peccata puniantur, anima conservetur: ^d abstollantur detestanda vitia, virtutes optimæ nutriantur. Usque adeo autem hac pia occasione Domini cernimus plerosque conversos in tantum ad melius profecisse, sic de piissimis optimos factos; ut cum videas eos, alios credas homines, cum non videas mutatas esse personas. In tantum enim in nobis id quod prius eramus, perimitur, auferitur, exstinguitur: ut id quod postea sumus, denuo natum esse credamus: unde nativitas hæc secunda prioris vitæ finem jam factum fuisse significat.

4. Quod autem ait: *Ego percutiam et sanabo* (Deut. xxxii, 39); percutit plane præceptis suis Dominus peccatores, ut sanet: mandatis verberat, ut emendet: jejunia præcipit, indicit continentiam, judicium comminatur: et tristem gehennæ metum incutiens, adhibet medicinam; ut dum futura pertimescimus, præsentia corrigamus.

5. Sic namque Paulum apostolum percutiendo sanum reddidit (Act. ix, 3 et seq.); cum enim esset persecutor, impius et blasphemus, et quidem ad devastandas Ecclesias Damascum properaret, subito fulgoris cœlestis eum terrore percussit, ut evangelicæ splendoris eum luce perfunderet: et carnalium luminum **414** orbitate mulctavit, ut spiritualium oculorum illuminaret aspectu: corporis eum debilitate perterruit, ut fidei devotione salvaret. Surgens ergo a terra Paulus, exterioribus quidem oculis non videbat homines, non aerem: sed mentis luminibus Christum videbat e cœlo. Denique in tantum profuit Domini ista percussio, ut de Judæo christianus, de blasphemio apostolus, de Saul Paulus existeret; et eo usque mutavit veterem cum moribus hominem, ut etiam mutaret et nomen.

6. Habentes igitur hujusmodi medicum, qui percutiendo sanat, mortificando vivificat, subdamur ei cum omni patientia ad curandum; ^f ut quidquid in nobis probrosum, quidquid delictis sordidum, quidquid ulceribus fetidum esse perspexerit, incidat, amputet, exsecet; ut resectis omnibus diaboli vul-

mines.

^e Ita codex Valliscl. edit. autem vet. *orbem mutavit, Rom. orbitatem mutavit: omnes vero., illuminaret aspectum.*

^f Omnes edit. *ut quidquid ulceribus fetidum; in-termedia vero e cod. Valliscl. restituta sunt.*

neribus, hoc solum in nobis faciat remanere, quod A Dei est. Istud autem præceptum ejus est primum, ut his quadraginta diebus, jejuniis, orationibus, vigiliis operam commodemus; jejuniis enim lascivia corporis castigatur, orationibus devota saginatur anima, vigiliis diaboli insidiæ depelluntur. Deinde cum istis mandatorum observationibus fuerit hoc tempus impletum, tunc purgata et fatigata tot observationibus anima, ad baptismum veniens, Spiritus sancti inundatione reficitur: et quidquid in ea diversarum ægritudinum ardor exsiccaverat, cœlestis gratiæ rore perfunditur; ut deponens veteris hominis corruptelam, novæ indolem juventutis acquirat. Et mirum in modum in uno eodemque homine delictis sanctitas, iniquitati justitia, senectuti succedit infantia: novoque nativitatis genere alter B est, qui renascitur; quam ipse sit, qui peccavit.

7. Sic namque Elias quadraginta dierum ac noctium curriculo continuato jejunio, totius mundi longam ac nimiam siccitatem meruit imbrium rore restinguere, et ardentem terrarum sitim cœlestis pluvix largitate perfundere (III Reg. xix, 8). Quod quidem in figuram nostri factum esse cognoscimus, ut nos quoque horum quadraginta curriculo dierum jejunantes, spiritalem baptismatis^a pluviam tribus nostris mereamur, nostramque jamdiu aridam terram cœlestis desuper imber infundat, et longam gentilium siccitatem lavacri inundatio salutaris irroret. Siccitatem enim et ardorem animæ suæ patitur, quisquis baptismi gratia non rigatur.

8. Horum ergo dierum noctiumque jejunio Moy- C ses sanctus mernit cum Deo loqui, stare, consistere, et de manu ejus Legis præcepta suscipere? (Exod. xxiv, 18). Quamvis enim illum ab obtutibus Dei conditio humana subtraheret, jejuniorum tamen gratia proximum illum divinitatis consortio faciebat; hæc enim in nobis virtutum portio Dei est, ut jejunemus frequenter, quoniam semper Deus ipse jejunat. In quocumque igitur plus operum suorum inesse perspexerit, ipsi magis familiaris, intimus et amicus est, sicut Scriptura dicit: *Et Moyses loquebatur cum Deo facie ad faciem, sicut quis loquitur cum amico suo* (Exod. xxxiii, 11).

9. Unde et Dominus Jesus Christus resurrectionis gloriam percepturus, virtutes suas quadraginta dierum noctiumque jejunio dedicavit (Matth. iv, 2); D ut ostenderet non panem esse vitam hominum, sed Del verbum. His itaque dierum quadraginta jejuniis reconciliatur Deus, aperiuntur cœli, inferna reserantur. Igitur et nos, fratres dilectissimi, jejunemus continue et devote hoc spatio temporis; ut propitietur nobis Dominus: pateant nobis cœli,^b inferna non valeant retinere.

415 SERMO XIX.

De sancta Quadragesima III.

Statim ab initio eam affinitatem exhibet hic sermo cum

^a Rom. edit. post vocem *pluviam* reseccaverat, *tribubus nostris*.

^b Vel. edit. *inferna contra nos non valeant*: cod.

serm. 39 et 41, quos rejecimus, ut eos ejusdem auctoris esse nos persuaderi haud ægre patiamur. Non est autem cur existimes quadragesimam illic, ubi pronuntiatus est, 42 jejunia, seu septem hebdomadas complecti solitam; non enim alio modo, quæ hic dicuntur de 42 mansionibus, intelligenda sunt, quam earumdem mansionum a Gregorio Magno hom. 16 in Evangel. inita comparatio cum Quadragesima; ubi tamen diserte tradit tantummodo 36 dies jejunii ætate sua fuisse observatos.

1. Sanctæ quadragesimæ rationem, cujus hodie initium celebramus, frequenter edidimus: et cur tantorum dierum numero jejunemus, sæpe docuimus. Diximus enim quod Dominus Jesus Christus hunc eundem numerum jejunii consecrarit, et continuatis diebus noctibusque non capiens cibum, unum jejunii corpus effecerit: hoc est, licet diei ordo noctis interrumpereetur adventu, non tamen interruptus est ordo jejunii. Unde erant apud Deum plura quidem temporum curricula, sed abstinentiæ dies una: ostendit nobis ita nos hunc numerum integrum jejunare debere; ut quia totam quadragesimam complecti non possumus solido et uno jejunio, vel quotidianis eadem sine intermissione jejuniis celebremus; ut si quisquam unam diem jejunando præterniserit, totam quadragesimam violarit, et propter modici temporis cibum, magni fructum laboris amiserit.

2. Sed dicit aliquis: Quadragesimæ aliquoties accepimus rationem, et eam consecratam a Domino C frequenter audivimus: sed cur eadem quadragesima quadraginta et duos contineat dies audire gestimus. Legimus in veteri Testamento, cum sanctus Moyses filios Israel de jugo Ægyptiæ captivitatis erueret, ut in terram eos repromissionis induceret, c quadragesima et duorum dierum eum ad memoratam terram mansionibus pervenisse (Num. xxxiii, 1 et seq.); tantoque illum temporum numero positum esse promissis, quanto et nos promissis nobis a Salvatore perfrui gratulamur. Eodem, inquam, numero Moyses per mansiones pervenit ad requiem, quo et nos per jejunia properamus ad cœlum; jejunia enim nostra mansiones quædam sunt, per quæ iter spiritualiter facientes, animæ virtutibus ambulamus, et diurno profectu repromissæ nobis terræ viciniore D efficimur; ita ut citius perveniat, qui devotius jejunarit. Pedes enim quidam animæ pernices sunt fides atque jejunium, qui cito de humilibus ad altiora conscendunt, cito de terrenis ad cœlestia gradiuntur. De his pedibus dixit Apostolus: *Quam speciosi pedes evangelizantium pacem, evangelizantium bona* (Rom. x, 15)! Hos pedes lavari præcepit Dominus, sicut Apostolus ait de vidua: *Si sanctorum pedes lavit* (1 Tim. v, 16). Digni enim honore evangelizantium pacem pedes sunt, qui spirituales ac nitidi doctrina sui super hominum corda gradiuntur.

Lugd., *inferna non valeant*; Rom. edit. *prevaleant*; Valliscl. codex, ut nos in textu.

^c Rom. edit. *sola, quadragesima et duorum locorum*.

SERMO XX.

De sancta Quadragesima IV.

5. Quadrageſinta et duorum annorum numero Israel populus pervenit ad fluentia Jordanis, eodem quoque dierum curriculo christianus populus pervenit ad fluentia baptismatis. Et sicut ait Propheta : *Jordanis conversus est retrorsum (Psal. cxiii, 3)* : illic introeunte Israel in aquas fluminis, unda subterfugit, hic descendente in fontem christiano, criminum peccata diffugiunt. Et mirum in modum illic retrorsum conversus fluvius in originem suam revertitur : hic in posterum revocatus homo in originis suæ infantiam reparatur. Ibi fontem suum, de quo egressa fuerat, unda perquirat : hic hominem suum, a quo exierat innocentia, recognoscit : ibi exinanitur alveus fluctibus, hic evacuantur corda criminibus ; ita ut servos Dei illic aqua cœnosa non madidet, hic famulos Dei conscientia tetra non polluat. Jordanis enim quidam est fons lavacri, per quem qui transierit, relictis sordibus, paradisum re-promissionis ingreditur.

4. In hoc ergo quadragenario et duali numero Israel populus relinquens Ægyptum, Rubri maris fluentia transcendit : et nos quoque in ipso numero relinquentes mundi Ægyptum, gehennæ ardentis stagna transimus ; illos in fluctibus unda sustentat, nos ignis flamma non urit : illis solidatur aqua, nobis refrigescit incendium ; et contra naturæ usum per æstum siccatur mare, per fontem baptismi gehenna mitescit. **416** In hoc, inquam, mystico numero filii Israel pervenientes ad Myrrham, cum præ amaritudine aquam haurire non possent (habebat enim fons aquam, sed dulcedinem non habebat : erat delectabilis ad visionem, sed sincerus non erat ad saporem), injectio in eam per Moysen ligno, dulcedinem suaviter potarunt ; austeritatem enim quam noxia unda gestabat, ligni abstulit sacramentum.

5. Quod quidem in figuram factum puto ; aquam enim amaram in Myrrham, legem esse arbitror veteris Testamenti, quæ lex priusquam cruce temperaretur Domini, erat immitis ; jubebat enim oculum pro oculo, dentem pro dente dari, et velut austeram nullum misericordiæ refrigerium porrigebat. At vero ubi ligno evangelicæ passionis est temperata, statim amaritudinem suam suavitate commutans, dulcem se cunctis præstitit ad potandum, sicut ait Propheta : *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel et favum ori meo (Psal. cxviii, 40)* ! Dulcia enim sunt eloquia quæ jubent : *Si quis te percusserit in dextera mazilla, præbe ei et alteram. Si quis tibi aufert tunicam, relinque illi et pallium (Math. v, 39)*. Hæc est ergo illa amaritudo, quæ dulcedine commutata est, id est, austeritas Legis Evangelii gratia temperata est. Amara enim est Legis littera sine crucis mysterio, de qua ait Apostolus : *Littera occidit (II Cor. iii, 6)*. At ubi enim passionis illius sacramenta junguntur, omnis ejus spiritaliter amaritudo conditur ; et de ea dicit Apostolus : *Spiritus autem vivificat.*

In hoc sermone superioris habetur continuatio ; ac proinde uni auctori uterque tribuendus est. Postquam hic quædam illic tractata auctor repetiit, ad fontes 12 et palmas 72 orationem vertit ; ubi quod tradit apostolorum ac discipulorum figuram in illis existisse, non aliunde quam ex Origenis hom. 27, in cap. xxxiii Num., et Hieronymi epist. 127, ad Fabiol., haustum videtur.

1. Retinent adhuc sensus vestri, fratres, nos hoc superiore Dominica prædicasse, quod hujus quadragesimæ nostræ figuram illæ quadrageſinta et duæ mansiones habuerint, per quas populus Israel exiens de Ægypto, diurno profectu terram repromissionis intravit, et quasi quibusdam salutis gradibus post jugum servitutis ascendit ad regnum (Num. xxxiii, 2 et seq.).

2. Figura, inquam, fuit in illis mansionibus juniorum nostrorum, non solum in quantitate numeri, sed etiam in observatione virtutum ; non enim tantum filii Israel in itinere deserti corporeis gressibus ambularunt, quantum in via Domini religiosis actibus profecerunt. In via plane ambulaverunt Domini, quæ illos, et portavit in fluctibus, et pavit e cœlo ; esurientibus enim in eremo manna non defuit, periclitantibus in mari terra non fugit : ibi mare in semitam sternitur, hic cœlum ad pabulum reseratur. Propter gratiam famulorum Dei Jordanis fluentia sua retinet, aquam suam Myrrha commutat. Illic retrorsum conversa, quæ sequebatur, unda præcedit : hic in melius temperata, quæ amarum stillabat, vena dulcescit : et mirum in modum fluvius cursum perdidit, fons saporem.

3. Sed quoniam diximus filios Israel venientes ad Myrrham, aquæ amaritudine laborasse, eamque non nisi ligni injectione potare potuisse, typum quoque in illa fuisse veteris Testamenti ; videamus quo exinde proficiscens populus ipse pervenerit. Pervenit in locum, qui dicitur Elim, in quo erant duodecim fontes purissimi, et septuaginta virentium multitudo palmarum. Videte mysterium Dei, quemadmodum post amaritudinem Legis, fluentia evangelicæ pietatis exuberent. Ibi fons unus austerus est ad bibendum, hic plures, et omnes dulces sunt ad potandum : ibi post fatigationem nulla refectio, hic post laborem refrigerium atque victoria ; siticentibus enim fontes ministrantur, palmæ vincentibus offeruntur (Exod. xv, 27).

4. Palmæ, inquam, offeruntur vincentibus ; quia post Legis duritiam ad Evangelii gratiam pervenisse vicisse est ; præmium enim quoddam victoris est, os vivo fonte diluere, et dexteram triumphali palma munire. Per fontem enim lingua confessoris purificatur, per palmam dextera martyris honoratur : illa quia Christi exaltavit gloriam, hæc quia aram sacrilegii recusavit. Præmium enim quoddam

417 est palma martyrii, quæ contenti linguæ dulcem fructum tribuit, et victrici dexteræ gloriosum præstat ornatum. Est plane palma martyribus suavis ad cibum, umbrosa ad requiem, honorabilis ad triumphum, semper virens, semper vestita foliis, semper parata victoriæ; atque ideo non marcescit palma, quia martyrum victoria non marcescit.

5. Ipse denique palmæ sedenti super asinam, et venienti ad templum Domino a populis offeruntur; cum enim discipuli vestimenta sua sternerent, et iter Christi suis amictibus communirent; non habuit majus præmium nisi palmas; quod ei devotio plebis offerret, significans stratis in itinere vestibus, a pollutam viam esse in mundo, oblatis palmis ipsum mundi esse victorem (*Luc. xix, 36*). Ipse, inquam, victor est, de quo ait Scriptura: *Vicit leo de tribu Juda* (*Apoc. v, 5*). Ipse plane victor, qui destruxit diabolicam mortem, vitam illuminavit æternam. Palmæ igitur adveniendi eriguntur Christo. Scriptum est: *Justus sicut palma florebit* (*Psal. xci, 13*): recte ergo adveniendi justo eriguntur vexilla justitiæ, et auctori suorum obsequuntur tituli triumphorum.

6. Prius autem quam tollantur palmæ, iter Domini usque ad templum discipulorum vestibis operitur, et ut impolluta sit semita Salvatoris, apostolorum amictibus communitur. Quod quidem in mysterium factum puto; via enim Christi, quæ ducit ad templum, fides ejus est atque doctrina. Hanc igitur viam discipuli, ut nos sine offensione gradiamur, amictus proprii corporis exuentes, suo stravere martyrio; ut inter diversarum gentium turbas justitiæ semitam membrorum suorum vestimenta substernerent, et cœnosam mundi^b myrrhaginem operirent, et impollutam viam Salvatoris ostenderent.

7. Ad duodecim ergo fontes post Myrrham venit populus Israel. Legimus in Propheta: *Benedicite Domino de fontibus Israel* (*Psal. lxxvii, 27*). Dominus Christus est, qui non nisi per apostolorum ora discitur, discipulorumque doctrinam. Apostoli dicendi sunt fontes; c quia velut fontes purissimi gratia prædicationis exuberant, et post amaritudinem Legis venarum suarum larga sapientia sacramenti pocula dulcedinem stillant. Nec mirum si potus dulcis est fontium, in quorum sinu cibus dulcior est palmarum. Apostoli ergo sunt fontes, qui totius terræ faciem doctrinæ suæ flumine rigaverunt, et fatigatis gentium populis potum^d divini mysterii propinarunt.

8. Septuaginta autem palmas juxta fontes apostolicos generatas septuaginta illos discipulos dixerim, qui secundo ab apostolis gradu propter salutem hominum a Domino diriguntur, quos Lucas evangelista describens, binos et binos assersit destituatos (*Luc. x, 1 et seq.*). Qui vere velut palmæ post curas hominum

^a Omnes edit. et codex Lugd. Reg., *impollutam viam esse*; magis congrue ac Remig. et Valliscl., *pollutam*, etc.

^b Rom. edit. sola, *et cœnosam voraginem* . . . post *maran venit*; sed mss. ac vet. edit. ubique scribunt, *myrrham, myrrha*, etc.

^c Vet. edit., *quia omnes purissimi*; Rom., *quia*

cum exultatione redeuntes, gloriantur apud Dominum sibi etiam dæmonia esse subjecta. Recte igitur comparantur palmis, qui palmarum præmio diaboli exsistere victores.

SERMO XXI.

De sancta Quadragesima V.

Prima hujus sermonis verba nobis indicant eum eisdem, cujus duo superiores, parentis esse. Non mirum autem quod cum agnoscat jejunii esse 40 dies, eos tamen 42 mansionibus Israelitarum comparaverit; quippe quod eadem comparatio, ut jam diximus, jam tum fuerit usurpata, cum 36 tantum diebus quadragesima constabat. Quod autem dicitur id moris esse, ut stationes appellarentur iidem dies, ex Tertulliano lib. de Orat. sub finem lib. de Jejun. et lib. de Cor. Milit. sumptum videtur: non secus ac Jonathæ hic facta mentio ex Hieronymo, lib. Adv. Vigil. cap. 10, et Cassiano Collat. 21, cap. 29.

1. Intellexisse vos credo, o fratres, cur hæc nostra jejunia illis mansionibus comparaverim, in quibus populus Israel tamquam in procinctu quodam positus Pharaonem regem quotidiano labore superavit, et ab inimicis suis quasi quibusdam castris mansionum sese statione defendit; ita ut quicumque ex illo comitantium numero diurnæ stationis spatia non confecit, aut Pharaon illum occupaverit, **418** aut solitudo pervaserit. Sic ergo et nos propositum nobis quadragesimæ dierum iter debemus omni labore conficere, et quibusdam quasi castris nos juniorum devotione munire; castra enim nobis sunt nostra jejunia, quæ nos a diabolica oppugnatione defendunt. Denique stationes vocantur, quod stantes et commorantes in eis, inimicorum insidias repellamus. Castra enim sunt jejunia christianis, a quibus si quis aberraverit, ab spiritali Pharaone invaditur, aut peccatorum solitudinæ devoratur. Peccatorum autem solitudinem patitur, qui deseritur a societate sanctorum.

2. Murus igitur quidam est christiano jejunium, inexpugnabilis diabolo, intrasgressibilis inimico. Quis enim umquam christianorum jejunavit, et captus est? quis sobrius mansit, et victus est? Tententum aggreditur diabolus, luxuriosum oppugnat inimicus. Ubi autem jejunium viderit, fugit, metuit, pertimescit; terretur pallore ejus, debilitatur inedia, infirmitate præsternitur; prosternitur, inquam, infirmitate; quia christiana infirmitas fortitudo est. Unde ait Apostolus: *Cum infirmus, tunc fortior sum* (*II Cor. xii, 10*). Sed quæret aliquis, quemadmodum sit fortis infirmitas? Tunc est fortis infirmitas, quando caro tabescit jejunio, anima peritate pinguescit. Quantum enim illi ciborum succus subtrahitur, tantum hinc justitiæ virtus augetur. Tunc igitur

velut amnes purissimi; mss. ut nos in textu. Rursus vero, ubi vet. edit., *larga sapientia sacramenta poculi*, eodex Valliscl., *larga sapientia sacramenta poculi*: Lugd. vero lectionem anteposimus.

^d Codex Valliscl., *divini ministerii propinarunt*.

^e Rom. edit. sola; *fratres, superiore Dominica*.

^f Codex Germ., *et turris inexpugnabilis diabolo*.

homo imbecillis quidem est ad secularia opera, sed fortis ad divina; tunc enim magis de Deo cogitat, tunc iudicium metuit, tunc vincit inimicum. At enim Salvator de diabolo: Hoc genus non ejicitur, nisi jejuniis et orationibus (*Matth. xvii, 20*). Dicit utique a diabolo eurgumeum non nisi jejuniis posse purgari. Videte ergo quæ jejunii virtus sit, quantam homini suo præstet gratiam, quod tantam præstet alteri medicinam: quemadmodum proprium sanctificet hominem: quod ita purificet alienum. Mira enim res est, alter jejunit, et alteri prodest jejunantis utilitas.

3. Ergo, fratres, abstinentiæ arma minime depnamus, et quadraginta dierum jejunia sine intermissione evolvamus. Hic est enim perfectus numerus ad vincendum; Dominus enim diabolum posteaquam quadraginta dies jejunavit, evicit, non quod et ante jejunia eum vincere non potuisset: sed ut ostenderet nobis tunc nos diaboli posse esse victores, cum per quadraginta dies victores jejunando desideriorum carnalium fuissetis: eum quoque qui hunc numerum consecratum gula intemperantia violasset, tamquam imbecillum et miserum facile eum ab inimico posse superari. Quomodo enim potest in altero diaboli improbitatem vincere, qui gula intemperantiam in se ipso non vincit? Prius ergo, homo, tui victor esto; ut possis esse victor alterius. Sunt enim intra te proprii tibi hostes, qui quotidie te oppugnant; ecce enim avaritia te divitiarum ambitione circumvenit, luxuria epularum suavitate captivat, hæresis scientiæ falsitate pervertit. Vince ergo inimicos proprios, ut vincere possis alienos.

4. Non enim, fratres, leve peccatum est, fidelibus indictam quadragesimam a Domino violare, et jejunia consecrata ventris voracitate dissolvere. Scriptum est enim: Qui dicit se in Christo manere, debet sicut ille ambulavit, et ipse ambulare (*I Joan. ii, 6*). Si vis ergo christianus esse, debes quomodo et Christus ambulare. Ille qui peccatum non habebat, quadragesimam jejunavit: tu non vis quadragesimam jejunare, qui peccas. Ille, inquam, peccatum non habebat, sed pro nostris jejunavit peccatis. Qualis ergo apud conscientiam tuam christianus es, cum Christo pro te esuriente, tu prandens? cum Salvatore pro te jejunante, tu reficis?

5. Non igitur, aient dixi, leve peccatum est indictum violare jejunium. Nam ut hoc exemplis breviter approbemus, legimus in libris Regum, cum Saul rex Israel bellam contra Allophylos gereret, universo eum exercitui indixisse jejunium, et abstinentibus cunctis, eum contra adversarios pugnare cœpisse (*I Reg. xiv, 24 et seq.*). Bonus plane rex, qui hostes suos non tam armis quam devotione vincebat, et plus duplicabat religione, quam telis. Cum ergo

A Saul abstinentiam diei suis omnibus indixisset, et Jonathas ejus filius præcepti nescius, inter medias hostium acies victor incedens favum mellis, intincta sceptri summitate, gustasset; tanta indignatio repente commota est, ut et differetur victoria, et divinitas læderetur. Denique nec bello finis imponitur, nec regi responsum propheticum datur. Unde intelligimus quod Saul hostes non tam virtute militum, quam militum abstinentia superabat. Denique unius culpa cunctis confertur ignavia, et unius delicto omnibus generatur infirmitas; deficit enim virtus in exercitu, ubi deficit in observatione jejunium. Quod ut peccatum Saul ex ipsa divinitatis offensione cognovit, statim Jonathas dixit non esse parcendum, sed peccatum admissum effusione ejus sanguinis expiandum. Videte quanta apud Saul regem fuerit religionis observatio, qui offensam Domini optavit etiam parricidio mitigare: et quanta sit resoluti culpa jejunii, quæ non nisi sanguinis effusione punitur. Et si ignorans Jonathas indictum a patre jejunium quod resolverit, morti addicitur: qui sciens indictum a Christo resolvit jejunium, quid meretur?

6. Ergo, fratres, statutum nobis custodiamus omni observatione jejunium, ut hostes nostros spirituales carnalesque vincamus; habemus enim, sicut nostis, et carnales hostes. Jejunemus igitur, ut eos exercitus noster et Saul superet et obtineat. Nec in abstinentia positi declinemus ad favum; favus enim quædam mundi est voluptas, seu vitia, quæ, sicut scriptum est, ad tempus quidem impingunt fauces, novissima amariora sunt felle (*Prov. v, 4*). Oremus igitur, ut nobis jejunantibus ille spiritualis favus a Domino largiatur, qui in æterna beatitudine in palato faucis animæ nobis dulcescat: ipso adjuvante, qui vivit et regnat in sæcula sæculorum, amen.

SERMO XXII.

De sancta Quadragesima VI.

Hic sermo in antiq. edit. ac plerisque mss. superioribus tribus proxime subjicitur; unde conjectura aliqua duci potest, eum ab illorum auctore profectum esse. Ipsius tamen stylus paulo humilior est: sed eundem a dictione Ambrosii multo longius remoret illa simplicitas, quam a Maximi.

1. Non usque adeo contristari debemus, fratres, quod in his quadragesimæ diebus tentatio nobis tribulationis advenit; quoniam et Salvatorem nostrum propter ipsam quadragesimam videmus esse tentatum. Minus ergo dolere debemus servuli, quia Domini habemus exemplum. Ubi enim est similis cum Christo devotio, similis est et cum Christo tentatio; conditionem enim nobis tolerandi imponit conditio jejunandi. Credimus autem quod sicut Salvator noster diabolum cum tentaretur, obtinuit; ita et nos magis arrisit.

^d Ita mss. edit. vero, *obstantia qui offensum Deum*, etc.

^e Oremus igitur, et sequentia nunc primum e cod. Vat. et Germ. restituuntur.

^a Codex Valliscl., tunc iudicium non metuit.

^b Omnes edit., *perversitate pervertit*; omnes mss., *falsitate pervertit*.

^c Vet. edit. et ms. unus, *debes quod Christus facere*; Rom. *fecit facere*: sed cum neutrum horum verborum legere sit in aliis mss. lectio codicis Germ.

hostes nostros, cum tribulamur, posse devincere; jejunia enim Christi tentari possunt, non possunt superari. Angustias quidem in observatione habent, sed prosperitatem tribuunt et salutem. Videamus igitur inter cæteras tentationes, qua Dominum diabolus arte lacestat.

2. Cum enim super pinnam staret templi Salvator, ait diabolus: *Si Filius Dei es, mitte te deorsum*, et reliqua (*Matth. iv, 6*). Vere diabolicæ fraudis astutia consuetudinis suæ nititur argumento; semper enim religiosos de superioribus dejicere ad inferiora conatur, et de sanctis ac venerandis actibus deducere ad terrena et cœnosa festinat; ut qui stat puritate mentis in summitate templi, projiciat se in profundum inferi contagione peccati. Nam cum Dominum de pinna templi dejicere nititur, utique de perfecto religionis cultu eum remove conatur; pinna enim loci sancti perfectio cœlestis est sacramenti.

3. Recte autem Dominus super pinnam templi stare dicitur; quia de ipso scriptum est: *Qui ambulat super pennas ventorum* (*Psal. ciii, 3*). Super pennas enim ventorum quodammodo ambulat Dominus, cum super morum nostrorum alacri conversatione volatu incedit; pennæ enim nobis sunt boni mores, qui nos elevatos a terræ humilibus in cœli altiora sustollunt, et volatu quodam mentis de tartaro tenebroso educunt, et ad paradisi amœna perducunt. Quorum morum pennas habere Propheta desiderans ait: *Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, et volabo et requiescam* (*Psal. liv, 7*)? Super hanc ergo pinnam templi Salvator stare dicitur, hoc est, quasi in quodam templo fidei nostræ consistere; unde ait Apostolus: *Vos estis templum Dei vivi, et Spiritus Dei habitat in vobis* (*II Cor. iii, 16*).

4. In hoc igitur templo stans Dominus nec recedens, **420** increpat diabolum, dicens: *Scriptum est: Non tentabis Dominum Deum tuum* (*Matth. iv, 7*); hoc est, non tentabis eum, quem putas tamquam hominem ad inferiora pellendum, sed magis ^a tamquam Deum et Dominum ipsum noveris adorandum. In his ergo jejuniorum diebus tentamur ad similitudinem Salvatoris; similiter enim et nos hostes nostri de pinna templi, hoc est, de observatione quadragesimæ deturbare conantur. Dum enim terrores ingerunt, dum insidias parant, cupiunt nos de arce religionis abducere. Dicitur autem eis a Domino: *Non tentabitis sanctos viros et famulos Dei; quos enim tamquam humiles conculcandos putatis, sentietis tamquam strenuos honorandos*.

5. Sunt enim, sicut dixi, plerique fratres, quos hostes nostri de perfectione religionis abducunt: qui dum præsens malum metuunt, putant Deum nostræ salutis immemorem, nescientes quod Deus nullius est immemor: sed immemorem illum nostri tunc facimus, cum peccamus. Cum enim mala operamur, avertit faciem: cum nefanda loquimur,

A aurem obstruit; et ideo bonitatem suam a nobis Deus non tam ipse retrahit, quam nostra illum delicta rejiciunt. Ait enim idem Dominus per prophetam ad eos, qui erant in tribulationibus constituti: *Numquid non valet manus mea eruere vos* (*Esai. l, 2*)? et reliqua. Vides ergo quoniam inter Deum et hominem peccata separant. Tolle igitur peccata de medio, et Deum tibi proximum tu fecisti.

6. Quomodo enim potest, fratres, oblivisci nostri Deus, qui etiam capillos capitis nostri in Evangelio apud se dicit esse numeratos? Si enim capillorum nostrorum meminit, multo magis nostrarum animarum meminit (*Luc. xii, 7*). Per numerum enim curam circa nos sollicitudinemque cognoscimus; nemo enim numerat, nisi quod vult diligentius custodire: nemo numerat, nisi qui veretur, ne fraudem absque numero patiatur. Pastor ut salvum gregem habeat, eum frequenter annumerat: denique Dominus, qui est bonus pastor, cum una ovicula de centum ovibus aberrasset, recurrens ad numerum, propriis eam ad gregem humeris reportavit (*Luc. xv, 4*). Usque adeo ergo habetur sub tela, qui habetur in numero; ut errans propriis apportetur humeris, ne quid de numero minuat. Nolite ergo putare, fratres, quod vel minimi cujusquam obliviscatur; Deus enim omnium meminit, omnium recordatur: tantum ut non, nostris intervenientibus peccatis, ei inferatur oblivio.

SERMO XXIII.

De sancta Quadragesima VII.

C Ex iis quæ hic dicuntur de quinquagesima, cognoscere est illius ritum nondum communiter id temporis receptum fuisse: de cujus quidem diversitate consuli potest Cassianus Coll. *xxi, cap. 24*, et Sosomenus lib. *vii, cap. 19*. Quod autem hic sexagesimæ ac septuagesimæ nulla fit mentio, illud sane indicio est hujus sermonis ac superiorum 14 et 15 auctores diversos existisse. Intenditur vero etiam querela adversus eos, qui per quadragesimam alternis tantum hebdomadis jejunium servabant, in quos similiter sermone 146 invehitur Petrus Chrysologus. Sunt præterea in quibus hic sermo cum serm. 145 et 147 Append. August. satis conveniat, ut forte ad eorum auctorem referri possit: at ne idem tribuantur Ambrosio nostro, nihil non reclamat.

D 1. Nonnulli christianorum, fratres, æstimantes se divinitatis præcepta religiosius observare, prætermissa devotione quadragesimæ, cujus hodie curamus exordium, quinquagesimam se facere mentiuntur; cum id neque divinis litteris jubeatur, neque traditum sit auctoritate majorum. Sola igitur hoc faciunt animi præsumptione; et dum putant se devotius agere, supersticiosius conversantur. Dicit se observare quinquagesimam, qui forte quadragesimam implere vix possit. Bonum est quidem cunctis temporibus jejunare, sed melius quadragesimam jejunare cum Christo; hanc enim quadragesimam

^a Vet. edit. cum ms. Valliscl., tamquam Deum et hominem ipsum. Non satis recte.

nobis Dominus suo jejunio consecravit. Quod dixi A
 jejuniu, non jejuniis; unum enim jejunium Domini
 fuit, quia continuatis quadraginta diebus et nocti-
 bus, cibum omnino non sumpsit (*Matth. iv. 2*).

2. Quisquis ergo christianus consecratam jeju-
 nando non impleverit quadragesimam, prævarica-
 tionis et contumaciæ reus tenebitur, quod legem
 divinitus pro salute sua datam 421 prandendo ipse
 rescindit. Rescindis enim legem, qui exemplum je-
 junii Dominici non custodis. ^a Qualis vero christia-
 nus es, cum, Domino jejunante, tu prandes? Qualis
 christianus es, cum, Christo esuriente, tu reficis? Ille
 pro salute tua famem sustinet, tu pro peccatis
 tuis jejunare formidas? Dicite enim mihi, interrogo
 vos qui in quadragesima prandetis, si non in con-
 scientiis vestris rei estis, quod abstinate cuncto po-
 pulo, vos soli contra præceptum Domini devoratis? B
 si non vobis rubor est, cum exitis in publicum; ne
 quis vobis jejunus occurrat: aut si non cogitatis,
 cum ad Ecclesiam proceditis, quemadmodum pacem
 episcopo porrigatis; ne forte ipso spiritu osculi ve-
 stri vos reprobet! Quod si hæc forte non cogitatis,
 forsitan vehementer erratis; scire enim debetis, cum
 in quadragesimæ diebus jejuno pransus occurrit, non
 bene de illo judicat, qui jejunat.

3. Hoc enim ideo dico, quia audio complures, quod
 gravius est, fideles alternis in quadragesima hebdo-
 madis abstinere, et consecratum illum dierum nume-
 rum gulæ intemperantia violare; hoc est, prandere
 septem dierum curriculo, et septem dierum spatio
 jejunare. Quibus hoc dico, cur etiam per illos sep-
 tem dies fraudem sibi faciant jejunando, cum illis C
 jejunium tale non prosit? Quamvis enim abstineat
 quis certis diebus, quamvis ciborum dulciora alimenta
 non sumat; ^b non tamen illi accepto fertur quadra-
 gesimæ jejunium, qui non diebus quadraginta jeju-
 nat. Pudet dicere, senes et aniculæ quadragesimam
 faciunt: ^c juvenes et juvenulæ non faciunt. Omni
 igitur sollicitudine tempus sacratissimum celebre-
 mus, non prætereat nos dies absque jejunio, non nos
 transeat una hebdomada absque vigiliis. Ille enim
 facit quadragesimam, qui jejunando et vigilando
 ascendit pascha. Nam sicut reliquo anno jejunare præ-
 mium est, ita in quadragesima non jejunare pecca-
 tum est; illa enim voluntaria sunt jejunia, ista neces-
 saria: illa de arbitrio veniunt, ista de lege: ad illa
 invitamur, ad ista compellimur. D

4. Sed videamus iste quadraginta dierum sacratis-
 simus numerus unde habere cœperit exordium. Le-
 gimus primum in veteri Testamento (*Gen. vii, 12*)
 Noe temporibus, cum omne genus hominum scelerata
 iniquitas occupasset, tot dierum numero pate-
 factis cataractis cœli aquarum pluvias defluxisse, et
 mysterio quodam quadragesimæ inundatione orbi
 terrarum facta, non tam diluvium quam baptismum

contigisse. Baptismus plane fuit, per quod in pecca-
 toribus iniquitas sublata est, Noe justitia conservata.
 Ita ergo et modo nobis Dominus ad instar illius tem-
 poris quadragesimam dedit; ut constituto dierum nu-
 mero, patefactis cœlis, pluvia nos misericordiæ cœ-
 lestis irroret, et inundatione facta per baptismum
 lavacri salutaris nos imber illuminet: et sicut tunc
 factum est aquarum fluctibus, exstinguatur nunc in
 nobis delictorum iniquitas, virtutum justitia conser-
 vetur. Ipsa enim quæ sub Noe, et modo vertitur ra-
 tio; baptismus enim peccatori diluvium est, conse-
 cratio est fidei. Per lavacrum enim Domini salvatur
 justitia, necatur injustitia: quod in uno eodemque
 factum videmus apostolo Paulo, qui priusquam præ-
 ceptis spiritalibus lavaretur, erat blasphemus per-
 secutor, et Saulus: at ubi pluvia super eum lavacri
 cœlestis influxit, necatur blasphemus, necatur perse-
 cutor, necatur Saulus; vivificatur apostolus, vivifi-
 catur justus, vivificatur et Paulus. Usque adeo autem
 perdidit veterem cum actibus suis hominem, ut cum
 moribus mutaret et nomen. Quisquis ergo in hac de-
 votione quadragesimæ Dominica mandata servaverit,
 necabitur in eo diabolica impietas, apostolica autem
 reservabitur gratia; et succedens quodammodo sibi
 ipse, moritur ex ea parte, qua peccator est; vivifica-
 tur ex illa parte, qua justus est.

5. Videamus etiam si alibi in Scripturis hunc my-
 sticum quadragesimæ numerum possimus invenire.
 Legimus quod sanctus Moyses in eremo quadraginta
 annorum curriculo filios Israel cœlesti manna nu-
 trierit (*Exod. xvi, 35*). Bonus ergo numerus, qui
 semper cœlum aperit: bonus, inquam, numerus, per
 quem justitia Noe salvatur, et Israel filii saginantur.
 Unde et nos observemus hunc numerum, ut aperiantur
 nobis nobis cœli, quatenus et pluvia nos gratiæ spiri-
 talis irroret, et spiritalium sacramentorum manna
 reficiat; instar enim Patrum nostrorum hac observa-
 tione quadragesimæ et justificamur 422 et pascimur:
 justificamur lavacro, pascimur sacramentis.

6. Sed dicet aliquis, filios Israel in eremo quando
 manna saturati sunt, minime jejunasse. Ego autem
 dico illos non nisi abstinentiæ tunc vacasse, atque
 ideo cœlestis alimonix gratiam meruisse: primum,
 quia desertum omne jejunium est; ^d quia anxietas
 solitudinis concupiscentiam repellit escarum: deinde
 in eremo unde accuratæ epulæ? unde vina pretiosa?
 unde quadraginta annorum tempore qualiscumque
 substantia? Intelligimus ergo jejunasse filios Israel;
 quia cognoscimus illis escarum copiam defuisse, et
 tunc sumpsisse cibum, quando largienti Domino pla-
 cuisset. Satis autem diu jejunat, qui cum Christi vo-
 luntate se reficit. Usque adeo vero abstinentia filio-
 rum Israel in eremo placuit Salvatori, ut quorundam
 etiam inter ipsos intemperantia notaretur; ita ut
 quisquis avidior duplum mannae cibum sibi college-
 nesque non faciunt.

^d Vet. edit. cum ms. Valliscl., qui anxietas sollici-
 tudinis; melius edit. Rom. cum cod. Lugd..... soli-
 tudinis.

^a Abest a cod. Lugd. et Valliscl., *Qualis vero... tu prandes?*

^b Codex Valliscl., *non tamen illius acceptum fertur*, etc.

^c Ita edit.; cod. vero Lugd. et Valliscl., *divites juve-*

rat, hic hac injuria feriretur, ut non tam cibum sibi inveniretur servasse, quam vermes: scilicet ut quia supra moderatam refectionem concupierat, velut stimulis quibusdam conscientiae in morem vermium urgeretur.

7. Igitur et nos, fratres, observantes quadragesimae quotidiana et moderata jejunia, et tamquam in eremo constituti, nihil deliciarum saecularium cogitemus, nulla nos cupiditatum corporalium dulcedo sollicitet. Simus sobrii, simus casti; habentes quidem conversationem in urbibus, possideamus mente desertum. Si ita abstinentes egerimus, erit ut caelestis mannae reficiamur alimonia, et nullis vermium stimulis compungamur.

SERMO XXIV.

De Saucta Quadragesima VIII.

Quidquid a primis hujus sermonis verbis usque ad numerum 2, interponitur, in Append. August. ubi sermonem 251 constituit, reperitur. Ex eodem etiam nonnulla reperiuntur in ejusdem Appendicis 256. Unde cognoscimus et Caesarium, si tamen is auctor horum sermonum jure dicatur, easdem sententias subinde iterasse, et nostrum hunc sermonem plenum esse atque perfectum, cum dictus sermo 251 illius tantum lacinia sit. Apud Rabanum homilia inscribitur Contra paganicos errores, in qua sicut et in sequenti quaedam legere est, quae ex hoc sermone videtur mutuatas; nisi malueris eundem sermonem partim ex Caesario, partim ex Rabano, partim ex aliis collectum esse.

1. Quam timendus est, fratres charissimi, dies ille judicii, in quo Dominus noster Jesus Christus, ac redemptor omnium proposuit venire cum flamma ignis, quae consumptura est adversarios suos, et eos qui faciunt iniquitatem! In illa die plangent omnes tribus terrae. Et videbunt Filium hominis venientem in nubibus caeli cum virtute magna, et majestate excelsa: et commovebuntur ante eum omnes fines terrae, et peccatores peribunt in ea: et caelum plibabitur, et mare siccabitur, et montes sicut cera ardebunt usque ad inferos: et sol convertetur in tenebras, et luna non dabit lumen suum, et stellae cadent de caelo, et virtutes caelorum commovebuntur: et tunc apparebit sginum Filii hominis in caelo, quod erit crux Christi Domini nostri, in cujus lumine tenebrescent totius mundi lumina. Tunc sancti rapiuntur obviam Christo in aera, et sic semper cum Domino erunt: peccatores autem confundentur et peribunt. Et tunc Dominus noster Jesus Christus mittet angelos suos ad quatuor angulos terrae, et congregabunt electos ejus a summo caelorum usque ad terminos eorum; et tunc separabit sanctos suos Dominus de medio peccatorum, et mittet eos in mansiones caelestes: peccatores autem mittentur in caminum ignis, qui paratus est diabolo et angelis ejus (*Matth. xxiv, 29 et seq.*). Ibi erit fletus et stridor dentium (*Matth. viii, 12*). Vae illis hominibus, qui cum diabolo habebunt mansiones; quia ascendet fumus tormentorum eorum in saecula saeculorum: quorum

vermis non morietur, et ignis eorum non exstinguetur. In quibus nulla vox nisi gemitus, nulla requies nisi ignis, nullum refrigerium nisi flamma, nulla lux umquam nisi tenebrae: et tales non venient umquam in memoriam apud Deum, quorum cibus cruciatus est, et mansio eorum cum diabolo erit, ubi nulla suavitas nisi fetor.

2. O homo, qui regnum Dei possidere desideras, quod fecisti malum, dum potes, emenda: dum tempus habes, clama ad omnipotentem Deum: dum tempus habes loquendi, dum adhuc anima tua versatur in corpore tuo, dum adhuc vivis, remedium tibi futurum acquire, priusquam in profundum te mortis absorbeat laqueus poenarum, priusquam te infernus capiat; ubi nulla est indulgentia, ubi nullus ad confessionem recursus, ubi nullus est ad veniam regressus.

3. Et nos, fratres charissimi, agamus veram poenitentiam, ut nos Dominus ab illa poena, quam superius diximus, eripere dignetur. Non vobis sufficit, quod nomen christianum praeferramus, si opera christiana non facimus: decimas nostras annis singulis de cunctis frugibus, pecoribus, et caeteris praecipit erogandas Dominus. Scriptum quoque est (*Deut. xii, 6 et seq.*): Date decimas de omni labore vestro, et de omnibus pecoribus vestris, et ego aperiam vobis cataractas caeli, et multiplicabuntur messes, et vindemiae vestrae erunt vobis in abundantiam, insuper et sanitas in domibus vestris. At si non dederitis decimas, dicit Dominus, mittam grandinem et pruinam et tempestates super vos, et tollam omnem laborem vestrum. Novem partes vobis tributa sunt, sed qui decimas dare nolistis, ad solam decimam revertetis: insuper et mortalitates venient in domos vestras. Frumenti, vini et olei partem offerte primum in Ecclesiam; reliquam per carcos, claudos, debiles, leprosos, et orphanos, et per viduas, peregrinos et advenas dividere debetis. Similiter facite de omni peculio vestro, de omni fructu vestro. Quoties novum facis panem de messe tua, primum affer ad Ecclesiam pro benedictione: reliquam vero tecum retinere poteris pro te, et tua familia: sic fac de uva, et de omni labore tuo.

4. In ecclesia stantes nolite obstrepere, sed lectiones divinas diligenter audite. Qui otiosis verbis, cachinnis clamorosis, deambulationibus importunis in ecclesia perstrepat, et pro se et pro aliis redditurus est rationem in die judicii; quia Verbum Dei nec ipse audit, nec alios audire permittit. Ad Ecclesiam cum venitis, nolite liigare; causas vanas nolite dicere, audire vel judicare; aut rixari, aut joculari, vel alienas fabulas referre; quoniam qui talia agunt sine fructu orationes eorum evanescent: immo cum parvo peccato ad Ecclesiam veniunt, et cum peccatis multis de Ecclesia recedunt, quibus valde congruit, quod Propheta dicit et comminatur: *Homo vanitati similis factus est, dies ejus sicut umbra transiunt* (*Psal. cxliiii, 4*).

5. Iudices vero qui causas audiunt, juste judicent, et munera super innocentes non accipiant; ne forte

dum acquirunt pecuniam, perdant animam suam. A Nemo enim habet injustum lucrum sine justo damno: ubi luerum, ibi et damnum: lucrum in area, damnium vero in anima. Dic, ubi sunt reges, ubi sunt principes, ubi sunt divites? ubi est aurum et ornamentum eorum? Cuncta velut umbra transierunt. Aurum et argentum et ornamenta aurum remanserunt in mundo, et illi sine fine cruciantur in inferno, ubi vermes eorum non marientur, et ignis eorum non exstinguetur, quia scriptum est: *Potentes potenter tormenta patientur* (Sap. vi, 7). Ibi vitam tenebrosam et mansionem obscuram perpetuo habebunt: ibi miseri cum miseris, superbi cum superbis, homicidæ cum homicidis, adulteri cum adulteris, iniqui cum iniquis, falsi cum falsis, sacrilegi cum sacrilegis, omnes simul cruciantur in inferno sine fine.

6. Firmiter mihi credite, fratres, quia nullus peiorem culpam habet, quam qui Deum blasphemans et derelinquens, idola colit: nec peior dissolutio esse potest in populo, quam quod dæmonibus imoletur, et Ecclesiæ catholicæ derelinquantur: et qui de misericordia Domini desperat, et non credit in resurrectionem: et qui colunt augures, vel sortilegos, vel aruspices, divinos et præcantores, et qui confidunt in phylacteriis et characteribus, aut stercorationibus, avibus cantantibus, divinationibus, aut mathematicis, aut aliis quibuscumque malis artibus, damnabuntur.

7. Isti omnes infelices et miseri, qui saltationes ante ipsas etiam sanctorum basilicas, et in ipsorum sanctorum festivitatis choros ducunt, cantica luxuriosa vel turpia lingua sua proferunt. Quare unde debuerant Deum laudare et mereri, inde sibi damnationem acquirunt: et sicut christiani **424** ad Ecclesiam veniunt, ut pagani tamen de Ecclesia revertuntur.

8. Nulla mulier potionem abortivam procuret, aut conceptos fetus occidat. Mulier quæ iniquitatem hanc patraverit, quantos parere potuisset filios, tantorum homicidiorum rea, rationem redditura est in die iudicii. Quicumque malorum huiusmodi reus inventus fuerit, perdidit baptismi meritum coram Deo et angelis ejus.

9. Contestamur vobis coram Christo Domino nostro, quod qui malum fecerit, nisi veram poenitentiam egerit, eleemosynas justas fecerit, et nisi in bonis operibus mors illum invenerit, quod numquam possidebit vitam æternam, sed cum diabolo descendet in infernum; quia *arcta et angusta est via, quæ ducit ad vitam* (Math. vii, 14). Et ideo non tantum propter timorem iudicii, sed propter amorem Dei, et gaudia vite æternæ, ab omni vitio et malo se abstinere quis debet, etiam spem suam omni hora in Deum ponere.

10. Serpens cum venerit ad bibendum aquam, priusquam bibat, extra fontem evomit venenum suum, et postea bibit; ita et nos quando ad altare Domini communicari accedimus, deponamus vene-

num pessimum: hoc est, iracundiam, odium, invidiam, falsitatem, iniquitatem, avaritiam, cupiditatem, superbiam, sacrilegium, furtum, luxuriam, falsum testimonium, discordiam, perjurium: hæc sunt animarum venena. Ista prius repellamus a nobis, et sic ad altare Domini corpore et sanguine ejus satiemur. Mundemus corda et corpora nostra ab omni vitio malo; ut casto corpore, et mundo corde, et eum secura conscientia ad altare Domini possimus accedere. Etiam per omnes festivitates, auxiliante Domino, castitatem servate; ut nos solemnitates nostræ caelos et justos inveniant.

11. Rogamus Dominum, ut mittat vobis medicamentum cælesti, hoc est, castitatem, charitatem, gaudium, patientiam, longanimitatem, fidem, lenitatem, continentiam, et misericordiam. Et nos, fratres charissimi, non cessemus benefacere, jejuna-re, poenitentiam agere, eleemosynas dare, nudos vestire, infirmos visitare, hospites colligere, et pauperes pascere, Ecclesiis Dei servire, Scripturas sanctas custodire, Dei servos diligere, spem nostram omni hora in Deum ponere, iram non perficere, iracundiæ tempus non retinere, pacem falsam non dare, charitatem non derelinquere, non jurare omnino, ne forte pejeremus. Omnia quæcumque vultis ut faciant vobis homines, et vos facite illis similiter. *Qui autem perseveraverit usque in finem, hic salvus erit* (Math. x, 22).

12. Vos autem, fratres charissimi, ut cogitetis periculum vestrum, paterna charitate admonemus. Si nos libenter auditis, et vobis vitam æternam, et nobis perenne comparabitis gaudium in regno cælorum, ad quod feliciter pervenire mereamur, præstante Domino nostro Jesu Christo, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat in sæcula sæculorum, amen.

SERMO XXV.

De Sancta Quadragesima IX.

Jam pridem hic sermo numeratus est inter Ambrosianos, quippe qui a Gratiano et P. Lombardo Ambrosii nomine citatus fuerit. Horum auctoritate sicut et codicum Vatic. et Mediol. a Decreti emendatoribus eundem sancto Doctori attributum esse pronum videtur. Verum non possumus quin admiremur eruditiss. Card. Bona lib. 1 Rer. Liturg. cap. 14, num. 5, pro Ambrosiano ipsum habuisse. Etenim vel hoc solum quod per quadragesimam singulis diebus excepta Dominica necessario jejunandum tradit; justum hac de re dubitandi locum præbuit Possevino in Apparatu. Si huic causæ illam addideris quod prandium hora nona capere permittit, et eadem hæc cum serm. 8 in Psal. cxviii, num. 48, composueris, quam in eo nihil existat Ambrosianum, statim comperies. Porro mutationes a Romanis editoribus, qui primi eum prælo subjecere, in eo factas ex codice bibliothecæ Vallicellane emendavimus.

1. Ecce ^a nunc tempus adest, in quo et peccata sunt: *Ecce nunc tempus acceptabile, ut superiori Domine legimus.*

^a In cod. Biblioth. Vallic. et apud Gratian. ea huius sermonis prima verba sunt: in edit. autem Rom. hoc initium sine teste aut fideiussore præmissum

vestra confiteri Deo et sacerdoti, et per jejunia et orationes et lacrymas atque eleemosynas delere debetis (*De Pœnit.*, dist. 1, cap. Ecce). Quare erubescit peccator manifestare peccata sua, quæ et Deo et **425** angelis omnibus, atque cunctis electis animabus sunt nota et manifesta? Confessio a morte animam liberat, confessio paradisum aperit, confessio spem salvandi tribuit. Unde Scriptura dicit: *Dic tu iniquitates tuas primus, ut justificeris (Esai. XLIII, 26)*. Hic iis verbis ostenditur quia non meretur justificari, qui in vita sua peccata non vult confiteri. Illa vero confessio non liberat, quæ non fit cum pœnitentia. Pœnitentia vera est dolor cordis, et amaritudo animæ pro malis quæ quisque commisit (*De Pœnit.*, dist. 3, c. Pœnitentia). Pœnitentia est et mala præterita plangere, et plangenda iterum non committere. **B**

2. Et quamvis omnes dies, quibus homines vivunt, apti sint pœnitentiæ, tamen isti dies sunt plus apti et congrui ad constituendum, et ad jejunandum, atque eleemosynas faciendas: quoniam peccata totius anni istis diebus potestis diluere. Ideoque moneo omnes, et hortor singulos, ut quidquid in vobis reprehensibile cognoscitis, emendetis. Quicumque recognoscit in se ^a quod fidelem non decet, emendet: quod minus fecit, si fideliter decimas non dederit. Quid est fideliter decimas dare, nisi ut nec pejus, nec minus aliquando Deo offerat aut de grano suo, aut de vino suo, aut de fructibus arborum, aut de pecoribus, aut de horto, aut de negotiis, aut de ipsa venatione sua? Quia de omni substantia, quam Deus homini donat, decimam partem sibi servavit; **C** et ideo non licet homini retinere illud, quod Deus sibi reservavit. Tibi dedit novem partes, sibi vero reservavit decimam partem: et si tu non dederis Deo decimam partem, Deus tollet a te novem partes. Item si quis recognoscit in se, quod ab aliquo tulit aliquid injuste, emendet reddendo quod injuste tulit. Nam qui non vult Deo reddere decimas, quas retinuit: et homini non studet reddere, quod injuste ab eo abstulit; non timet adhuc Deum, et ignorat quid sit vera pœnitentia, veraque confessio (16, q. 2, c. *Nam qui Deo*).

3. Iste talis homo non potest bonam eleemosynam facere. Bonum est propterea, fratres, ut Deo reddatis quæ sua sunt, et proximo quæ illius fuerunt; ut de vestris justis laboribus eleemosynas faciundo, peccata vestra possitis redimere, secundum quod ^b scriptum est: *Sicut aqua exstinguit ignem, ita eleemosyna exstinguit peccatum (Dan. IV, 24)*. Et hoc facere debetis, quia unusquisque secundum quod habet, debet tribuere indigentibus: id est, qui habet multum, debet tribuere multa: et qui parum habet, ^c debet parum dare, secundum quod sanctus Tobias agere docuit filium suum (*Tob. IV, 7*). Cum

^a Rom. edit., quod fideliter non dederit decimas suas, modo emendet, quod minus fecit. Quid est, etc.

^b Eadem edit., scriptum est: Peccata tua eleemosynis redime. Et adhuc scire debetis.

^c Rom. edit., juxta paucum non timeat eleemosynam facere, secundum quod, etc.

grandi quoque studio et cum ingenti aviditate debent christiani eleemosynas facere; ut mereantur in die judicii audire a Domino: *Esurivi, et dedistis mihi manducare: sitivi, et dedistis mihi bibere: hospes eram, et collegistis me: nudus eram, et vestistis me: infirmus, et visitastis me: in carcere eram, et venistis ad me. Venite ergo, benedicti Patris mei (Matth. XXV, 35)*. ^d Si ista vos opera misericordiæ non feceritis, quæ modo commemoravi, audietis in die judicii: *Ite in ignem æternum (Ibid., 41)*.

4. Jam quia tales dies sunt, non audeo, ut non dicam periculum et grande malum, quod est in populo isto: quod si ea feceritis, dicet vobis: *Venite, benedicti Patris mei*. Qualis christianus est, qui tali tempore non jejundet, vel usque ad nonam? Ecce Nivinitæ parvulos etiam lactantes, et pecora atque jumenta, ut periculum moris evadere possent, jejunare fecerunt. Quales ergo christiani esse possunt, qui et sani sunt, et jejunare cum Moysæ, et Elia, et Salvatore nostro nolunt? Solent enim dicere: et non possumus laborare, et jejunare. Sed ideo non possunt, quia nolunt. Saltem laborent minus, ut jejunare possint. Moneo quapropter, et contestor vos in Domino, ut nullus vestrum, nisi forte sit infirmus, aut infans, usque ad pascha, et nisi in dominicis diebus, ante nonam manducet, aut bibat.

5. Moneo etiam ut qui juxta Ecclesiam est, ^e et occurrere potest, quotidie audiat missam: et qui potest, omni nocte ad matutinum officium veniat. Qui vero longe ab Ecclesia manent, omni Dominica studeant ad matutinum venire: id est, viri, et feminae, et juvenes, et senes præter infirmos; unus tamen aut duo remaneant, qui domum custodiant.

6. Nullus omnino uxori suæ jungatur ante octavam paschæ. Quicumque iram, aut odium contra alterum tenet, **426** dimittat illi ex toto corde, si salvari desiderat: et exceptis illis, quibus sacerdos consilium dat, ut non communicent, omnes christiani omni Dominica debent offerre et communicare. In quadragesima vero moneo ut die omni, aut saltem, ut dixi, omni Dominica offeratis et communicetis. Et idcirco puram et mundam vitam ducite, ut digni sitis accedere ad sanctam communionem. Et hæc scire debetis, quia quidquid subtrahitis corpori in jejunando, totum debetis pauperibus donare, non **D** vobis ipsis reservare.

7. Omnipotens Deus donet ut ista, quæ dicta sunt, retineatis, et opere compleatis; quatenus post finem hujus vitæ, et post terminum laboris ad requiem sempiternam pervenire possitis: ipso donante, qui vos et creavit, et pretio sui sanguinis redimere voluit: qui vivit et regnat per infinita sæculorum sæcula. Amen.

^d Rom. edit., Si per hanc vocem opera misericordiæ... æternum, qui paratus est diabolo et angelis ejus: Jam quia... non audeo tacere, ut non revelem periculum vestrum... quod vobis, nisi emendetis vitam, imminet, qualis, etc.

^e Eadem edit., et sine gravi impedimento potest.

SERMO XXVI.

De sancta Quadragesima X.

Hic sermo ex eorum est numero, quos Rom. editio primum evulgavit. Eidem præfixit illum titulum : De modo vere agendi pœnitentiam. Sed quam immerito nomen Ambrosii ipsi ascripserit, nemo vel ex prima lectione non deprehendat. Suspectum vero id etiam nobis est, quod in ipso limine memoratur de Ninivitis; quippe cum in toto reliquo sermone neque de illis, neque de illorum pœnitentia quidquam dicatur. Quod autem asseritur, qui unam tantum jejunii diem prætermiserit, integram violasse quadragesimam, habetur etiam sermone 22, sicut et quod occasione hiemis in meliorem tempestatem se convertentis hic disseritur, cum eodem sermone affinitatem quamdam habere videtur; unde conjicere forsitan liceat unum ac eundem horum sermonum auctorem esse.

1. Lectum est nunc in Evangelio : *Viri Ninivite surgent in judicio cum generatione ista, et condemnabunt eam, quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Jonæ (Math. xii, 41).* Pharisei pœnitentiam simulabant, ideo a Christo Domino appellantur generatio mala et adultera (*Ibid.*, 39); et alibi, *progenies viperarum (Math. iii, 7)* : non autem vere pœnitebant, ideo merito condemnantur.

2. Sic et tu, o christiane, quem scio esse superbum, pœnitere te asseris, et diaboli opera requiris, et Domini præcepta prætermittis. Scire a te desidero quid pœniteas, nescio quid sit pœnitentia tua. Pœnitere te asseris, qui cum injustitia, qua præcinctus es, superinduxisti superbiam? Pœnitere te asseris, qui carnem alienam sequeris? Sic fatigaris : reversus es sicut canis ad vomitum, aut velut sus calore affecta, in limo terræ provoluta. Quid sit tua pœnitentia, non invenio : circuivi et perambulavi locum pœnitentiæ, et non inveni pœnitentiam tuam. Qui sæculum destruxeras, ibidem inveniris : qui carnis superbiam deposueras, lumerum submittis iterum, ut gravius portes onus : qui avaritiæ dederas dorsum, denno illi obviam occurris : qui vanitati repudium dederas, iterum revertis ad ejus gratiam : qui pompas sæculi fugeras, iterum in manus illius incidisti. Ambulas superelatus sine cervice. Nescis scriptum esse : *Quid nobis profuit superbia, et quid divitiæ cum jaclantia contulerunt nobis (Sap. v, 8)?* Et sequitur : *Transierunt illa omnia tamquam umbra (Ibid., 9).* Fidelem et mundum te invenisti, qui per aquam baptismi fueras renovatus, sicut scriptum est : *Lavamini, mundi estote, auferte nequitias ab animabus vestris (Esai. i, 16).* Illos propheta ad lavandum hortatur; tu autem cum esses mundus, sordidus factus es, non potes denuo lavari.

3. Si vis autem ut munderis iterum, da eleemosynam, et omnia tua munda sunt (*Luc. xii, 41*).

Mundandis bona est eleemosyna, quæ purgat omnes sordes. Humilia autem te in omnibus, et coram Deo invenies gratiam : *Subditus esto Deo, et obsecra Dominum (Eccl. iii, 20)*; et : *Ne amuleris, ut nequiter agas; quoniam qui nequiter agunt, exterminabuntur*

A (*Psal. xxxvi, 7*). Ora Dominum quotidie cum lacrymis, si forte peccata tua solvantur; cum Deus superbis resistat, humilibus autem det gratiam (*I Petr. v, 5*). Memorare filium in longinquo positum, qui luxuriose vivendo substantiam suam cum meretricibus dissipavit; **427** postea humilis factus, et ad cor reversus, dicens : *Quanti mercenarii in domo patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereor? Surgam ergo, et vadam ad patrem meum, et dicam : Fac me sicut unum ex mercenariis tuis (Luc. xv, 17).* Ad patrem accedens, et coram eose prosternens, fuit ab eo lætanter acceptus; immo occidit pro eo vitulum saginatum.

4. Memorare itaque quia et pro te Christus occisus est, qui ante fuit vitulus saginatus. Quia vero alter filius ejus contristatus est, quoniam occisus est Christus, qui ante fuit vitulus saginatus, pater respondit : dicens : *Fili, tu mecum semper es, et omnia mea tua sunt : gaudere autem te oportet quia hic filius meus mortuus fuerat, et revixit : perierat, et inventus est (Ibid., 31, 32).* O quam beatum populum, pro quo Christus occiditur! quale gaudium portat Pater, quando quod mortuum fuerat, reviviscit : et quod perierat, invenitur! cui tunc dicitur, ut scriptum est : *Ecce sanus factus es, jam noli peccare, ne tibi deterius aliquid contingat (Joan. v, 14).*

5. Attende ergo unde excideras, et plange, pœnitentiam age : si quominus, veniet tibi Dominus cito, et movebit candelabrum tuum de loco suo. Memorare, fili, Christum reliquisse nonaginta et novem justos, perquisisse hominem peccatorem, et inventum eum in invio humeris suis reportasse (*Luc. xv, 4*) : vel illam mulierem (*Luc. xv, 8*), hoc est, Ecclesiam, quæ perdidit drachmam, hoc est, hominem peccatorem, accendisse lucernam, hoc est, Christum qui est lumen justitiæ : et inventa ea in pulvere, vocasse amicas et vicinas Ecclesiæ; ut congratularentur super inventum hominem peccatorem : et a stercore erectum eum collocasse cum principibus populi sui, hoc est, cum apostolis et prophetis. Ecce quid facit pœnitentia homini peccatori, qui dum in stercore jacet, cum principibus sublimatur (*Psal. cxii, 7*).

6. Pœnitentem hominem dico, qui plangit quod peccaverat, et rogat Dominum, ut non iterum faciat quod admiserat. Pœnitentem hominem dico, qui diebus ac noctibus ingemiscit, et cum Propheta dicit : *Lavabo per singulas noctes lectum meum lacrymis meis (Psal. vi, 7).* Pœnitentem hominem dico, qui repellit quod male fecerat, et rogat Dominum, ut veniam consequatur. Pœnitentem hominem dico, qui post concupiscentiam suam non vadit, et voluptatibus suis se privat. Pœnitentem hominem dico, qui diligit, quod ante neglexit; et quod fecerat mali, deserit. Adhæreant ergo tibi quæ bona sunt, et quæ mala deleantur.

7. Si pœnitentiam non egeris, incidet in manus Domini secundum severitatem judicii ejus, quod cavere debemus; nam dicit Apostolus : *Horrendum est incidere in manus Dei viventis (Hebr. x, 31).* Di-

verte ergo a malo, et fac bonum: inquire pacem, et sequere illam, sicut scriptum est (Psal. xxxiii, 15). Dic ergo: Commisi mala, et recreavi bona. Fac etiam dignos fructus pœnitentiæ, et ne dixeris: Peccavi, quid factum est mihi triste? . . . et non adjicias peccatum super peccatum (Eccles. v, 4); et ne dicas: Misericordia Dei multa est (Ibid., 8); scito enim quia misericordia et ira ab illo. Revertere igitur ad Dominum, et plango. Dicitis autem: Tibi soli peccavi, et malum coram te feci (Psal. l, 6), et: Delicta juventutis meæ et ignorantias meas ne memineris, Domine (Psal. xxiv, 7), et: Ne avertas faciem tuam a me, ne declines in ira a servo tuo (Psal. xxvi, 9). Ecce pœnitentia hominis se humiliantis: quomodo non veniam habebit, qui tanta ingemiscit? quis audiat illum, et non moveatur? Qui enim se humiliat, exaltabitur; sicut et qui se exaltat, humiliabitur (Luc. xiv, 11). Nam scriptum est: Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate (Psal. li, 3)?

8. Pœnitere pollicitus es, et adhuc carnis opera perficis? Nescis quia scriptum est: Nullo melius est non vivere te, quam vorasse te, et non reddere (Ecol. v, 4). Peccatum non desinat dominari tibi; et tu dicis quod pœnites, et oras. Nescis quod scriptum est: Peccatori autem dixit Deus: Quare tu enarras justitias meas, et assumis testamentum meum per os tuum (Psal. xlix, 16)? Ecce qualem comminationem Domini in omnem peccatorem. Quid dicis tu, qui te asseris pœnitentem? Ubi est pœnitentia tua? Exclusa est superbix æstu: dom carnis desideria sequi conaris, Dominum prætermittis. Audi ergo, fili, retrahere pedem tuum a sæculo, cui jam pridem renuntiaveras, ut fidelis amodo inveniaris. Quid quæris a sæculo cui jam renuntiasti? Pœnicias ergo de omni pompa iniquitatis: apprehende fidem, quam ante maculaveras; quia consenseris diabolo tenebrarum, et Dominum qui est lumen, post dorsum tuum reliqueras.

9. Memorare, fili, quia scriptum est: Quid est, misericordiam volo, et non sacrificium (Ose. vi, 6)? Miserebitur tibi Dominus, **428** si hæc omnia cum legeris, facias; et per obedientiam tuam et humilitatem, gratiam consequaris: si pœnitentiam de toto corde egeris, si Dominum præ oculis habueris; si missa voragine poculi veneni, calicem salutis accipias; si die ac nocte in lege Domini meditaberis, si omnem sollicitudinem tuam in illum projeceris, tunc gaudebis et exultabis in Domino, quia vicisti malignum: tunc erit merces tua in cælo; quia taliter laborasti: tunc erit Dominus adjutor tuus in die judicii: tunc stabis in magna fidei, tunc stabis ad dexteram Dei cum sanctis suis, et dicetur tibi: Venite, benedicti Patris mei; accipite regnum perpetuum (Matth. xxv, 34), quod vobis paravit Pater meus celestis. Injustis autem et peccatoribus dicetur: Ite in ignem æternum (Ibid., 41), quem præparavit Pater, vestro diabolo. Tunc ibunt impii in æternum, justi autem in vitam æternam), ad quam nos perducatur Dominus noster

is edit., tentationis solida arma: rectius mss. tentationis solita arma.

Jesus Christus, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat in sæcula sæculorum, amen.

SERMO XXVII.

De jejunio Domini in deserto,
De Quadragesima XI.

Ex hujus sermonis lectione cognoscimus, et istum per quadragesimam habitum esse, et ejus auctorem verius censendisse sacrum suggestum. Cum porro sermonis a se anteriore Dominica pronuntiati materica in sermone 20 supra resectorum tractata reperiat, eundem sermonem hic inditari credibile est, atque adeo utrunque esse Maximi. Nunc adde quod istem sanctus exordia hinc similia solet adhibere, quodque hom. 2 in hoc ipsum Evangelium nonnulla trahat, quæ cum hoc nostro sermone apte consonant. Valde etiam verisimile est, hoc sermone habito de prima Christi tentatione, alios ab auctore de secunda et de tertia esse adjectos, et de tertia quidem sermonem jam non exstate: de secunda vero cum ipsam esse, qui 23 supra exhibetur. Sed veterum edit. ac mss. ordinem hic retinemus.

1. Meminisse debet vestra dilectio huic me anteriore Dominica prædicasse, et dedisse rationem cur Dominus quadragesimam jejunaverit, vel cur ipse jejunia in deserto transegerit. Diximus enim hæc omnia observasse eum, non justificationis sue causæ, qui erat virgo per omnia, sed nostræ salutis gratiæ; ut quorum generatio per intemperantiam peccaverat, per abstinentiam sanaretur.

2. Videamus igitur quid illi in tempore vel in ipsa solitudine gustum sit; dicit enim evangelium adfuisse ibi diabolum, et Salvatorem ejus versatum fuisse tentatum. Alii namque sacra lectio esurisse Dominum, et dixisse illi diabolum: Si filius Dei es, die lapidi huic ut fiat panis (Luc. iv, 3). Videte artem Domini, qua adversarium fraude circumvenit. Post multa jejunia esurisse se simulat, ut diabolum quem jejunando jam vicerat, iterum esuriendo sollicitet; spem enim illi congregandi ex infirmitate famis quodammodo tribuit, ut dum velut contra imbecillum congregitur, gloriosus superetur. Hæc enim est vera victoria, ut qui Adam immortalẽm, gloriosum et epulantem subverterat; nunc ab homine mortali, humili atque esuriente vincatur. Cernens enim esurientem diabolum Dominum, hominem putat, dubitat Salvatorem; et ideo ait: Si filius Dei es, die lapidi huic, ut fiat panis. O miser! Satanæ et extrema congressio! Diabulus in deserto tentationis solita arma non invenit: deest illi de paradiso amœnitas arborum, deest illi consiliatrix Eva, deest illi pomorum speciosa deceptio; et quia non invenit eibum, quem offerat esurienti, postulat in cibum saxa mutari.

3. Undique exclusas, undique defraudatas, ad pavimenta se confert; satis enim manifeste ostendit vastitatem sibi eremi restitisse, cum patat propter inopiam rerum etiam elementa posse converti. Postulat igitur in panem lapides commutari. Versutus et callidus scit quid petat, trovit factum esse

quod dicit; meminit enim in veteri Testamento st-
 tentibus aquam de lapide profuisse (*Exod. xvii, 6*),
 vult etiam hic esorienti cibum de lapide ministrari;
 retinet enim ibi duritiam petrae in liquorem fontium
 resolutam, cupit etiam hic asperitatem saxi in panis
 dulcedinem transformari. Suspicabatur enim ipsum
 esse Christum, qui hæc operari solet de natura
 saxorum, sicut ait apostolus Paulus: *Bibebant de
 spiritali consequenti eos petra, petra autem erat Christus
 (I Cor. x, 4)*. **429** Suspicabatur, inquam, ipsam esse
 Christum, cum postulabat ut de lapide panes face-
 ret: sed putabat tantummodo solum hominem, com-
 esurientem videret.

4. Salvator autem versutiam ejus mira responsione
 condemnat: nec facit quod dicit diabolus; ne vi-
 deatur pro arbitrio adversarii virtutis suæ gloriam
 declarare: nec tamen respondet non posse fieri,
 quia negare non poterat, quod sæpe jam fecerat.
 Igitur nec acquiescit petenti, nec denegat exploran-
 ti; ac per hoc et potentiam virtutis suæ suo reser-
 vat arbitrio, et versutiam adversarii divino confutat
 eloquio. Respondit ergo illi: *Non in solo pane vivit
 homo, sed in omni verbo Dei (Matth. iv, 4)*; hoc est,
 non in pane terreno, non in cibo materiali, quo
 Adam primum hominem decepsit: sed in verbo Dei,
 in quo sunt vitæ alimenta cælestis. Verbum autem
 Dei Christus est Dominus, sicut evangelista dicit:
*In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum
 (Joan. 1, 1)*. Quisquis ergo verbo Christi pascitur,
 terrenum pabulum non requirit; nec enim potest
 sæculi panem cupere, qui pane reficitur Salvatoris.
 Habet enim Dominus suum panem; immo panis ipse
 Salvator est, sicut docuit dicens: *Ego sum panis, qui
 de cælo descendi (Joan. vi, 41)*. De quo pane dicit Pro-
 pheta: *Et panis cor hominū confirmat (Psal. ciii, 15)*.

5. Quo ergo mihi panem, quem offert diabolus,
 cum habeam panem, quem Christus impartit? Quo
 mihi cibum, propter quem protoplastum dejectum
 memini, Esau primitivis fraudatum vidi, Judam Is-
 carioli proditionis scelestæ denotatum? Adam enim
 per escam paradisi perdidit, Esau per lentem hono-
 rem primatus amisit, Judas per bucellam aposto-
 latus sublime deposuit; ex quo enim bucellam sum-
 psit, non jam apostolus cœpit esse, sed proditor. Sic
 enim scriptum habes, dicente Domino: *Cui intin-
 ctum panem dederō, ipse me tradet. Et continuo post
 bucellam intravit in illum Satanas (Joan. xiii, 26)*. Non
 bonus cibus, post quem negatur Dominus, post quem
 ingreditur inimicus; non bonus cibus, post quem
 Christus respicitur, devoratur Antichristus. Non bo-
 nus cibus, qui benedictione caret, maledictione com-
 pletur. Illa ergo esca nobis necessaria est, quæ vi-
 tam præstat, quæ animam pascit; post quam sequitur
 Christus, inimicus excluditur. Illam escam accipere
 debemus, quam Salvator, non diabolus subsequatur;

quæ perceptione sui confederem factas, non produ-
 torem.

6. Quam bene autem jejuniorum tempore Verbum
 Dei dixit esse, quod refecit? ut ostenderet jejunia
 nostra non debere sæculi actibus occupari, sed sa-
 cris litteris exerceri. Negligit enim sanem corporis,
 qui pabulo lectionis intendit: nec tantam curam ha-
 bere poterit, qui alimentum verbi cælestis acquirit.
 Ipsa est enim refectio, quæ saginat animam, quæ
 impinguat viscera; enim de divinis Scriptoris cibum
 eloquii perennis accipimus. Ipsa est esca, quæ vitam
 æternam tribuit, et insidias a nobis diabolicæ ten-
 tationis excludit. Quod autem sacrarum litterarum
 lectio vita sit, Dominus testatur dicens: *Verba quæ
 ego locutus sum vobis, spiritus et vita sunt (Joan. vi, 63)*.

SERMO XXVIII.

De sancta Quadragesima XII.

Ex primis verbis sermonis hujus colligi potest ejus au-
 ctorem non solum Dominicis, sed et aliis quoque die-
 bus in quadragesima conclamationi solitum esse. Quod
 autem de qualitate tempestatis, qua jejunium illud
 incidit, et de unius diei violatione hic disseritur, vi-
 detur cum nonnullis antedecentium sermonum habere
 quiddam cognationis: at hoc parum est, ut idem
 illi ab eodem auctore scripti dicantur. Forte id ma-
 jus habeatur, ut hic ultimus adjudicetur sancto Ma-
 ximo, quod ejus nomine in cod. Remig. et duobus
 Germ. inscriptus fuerit.

1. Ante dies devotionem sanctæ quadragesimæ
 prædicantes, sacrarum litterarum exempla protuli-
 mus, quibus approbaremus hunc quadragenarium
 numerum non esse ab hominibus constitutum, sed
 divinitus consecratum: nec terrena a cogitatione
 inventam, sed cælesti majestate præceptam. Atque
 ideo qui constitutum numerum una die **430** man-
 ducando præterit, non ut unius diei violator accusa-
 tur, sed ut totius quadragesimæ transgressor argui-
 tur. Unde bonum est homini^b ut ad diem sine la-
 bore jejundet, et totius quadragesimæ consequatur
 priter sanctitatem. Hæc autem non tam sacerdotum
 præcepta, quam Dei sunt. Atque ideo qui hæc
 spernit, non sacerdotem spernit, sed Christum, qui
 in suo loquitur sacerdote.

2. Videamus igitur quo tempore hanc observan-
 tiam nobis indixerit Dominus, si non veluti per istam
 devotionem cuncta elementa voluerit habere profec-
 tum. Ecce enim^a ut in dicta quadragesima, constri-
 cta hiemali gelu terra resolvitur, et aquarum fluentia
 meatus suos, glacie liquefacta, recipiunt; sic quoque
 corporum nostrorum hoc eodem tempore contracta
 sceleribus peccata solvuntur, et vitæ nostræ purior
 cursus, liquefacto rigore diaboli, meatum suum pri-
 stinum recognoscit. Terra, inquam, in dicta quadra-
 gesima asperitatem deponit hiemis, ego in dicta
 quadragesima asperitatem rejicio delictorum. Illa

^a Tres mss., cogitatione initiatum; unus, cogita-
 tione initum.

^b Vet. edit., ut dictum numerum sine labore: Rom.
 ut dictum numerum ad diem sine labore; omnes vero

mss., dictum numerum rejiciunt.

^c Omnes edit. hic et infra conjunctim scribunt in-
 dicta; mss. autem partim conjungunt, partim divi-
 dunt eandem vocem.

terra aratri scinditur, ut mundanis sit congrua frugibus: mea terra jejuniis exaratur, ut cœlestibus sit apta seminibus. Sicut enim reditum uberiorem capit, qui frequentius vexando, exercet campum; ita et majorem gratiam percipit, qui exercet corporis sui campum sæpius jejunando.

3. Ecce enim abstinentiæ tempore, herba segetum reviviscit in messem, surculus arboris conatur in fruticem, palmes vineæ pubescit in gemmam, et omnia de inferioribus ad altiora se subrigunt: ita hoc eodem tempore hominum^a spes intermorta reviviscit in posterum, fides perditâ reparatur in gloriam, temporalis vita proficit in æternam; et omne genus humanum ad cœlestia se subrigens,^b ab infimis ad altiora consurgit. Modo ferrum gestans agricola sarmenta deputat vinearum; ita et nunc Evangelium tractans episcopus, sordes amputat populorum, et isto quadragenario curriculo universæ hoc agunt creaturæ, quatenus depositis superfluis, ornatae vel completæ in pascha procedant.

4. Modo omnia sunt in partu, ut tunc reperiantur in fructu; tunc enim contra naturæ speciem spina profert rosam, calamus fragrat liliam, suavitate arida virgulta depromunt: et ita cuncta floribus adornantur, ut festivitatem diei magni creatura ipsa nitore sui celebrare credatur. Igitur et nos hoc eodem jejuniorum tempore producamus de spinis nostris rosas, hoc est, de peccatis justitiam, de severitate misericordiam, de avaritia largitatem. Istæ enim spinæ sunt corporis nostri, quæ præfocant animam, de quibus ait Scriptura: *Spinæ et tribulos tibi germinabit terra* (Genes. III, 18); germinat enim mihi terra mea spinas, si me corporalis libidinis titillatione compungit: generat mihi tribulos, cum me divitiarum sæcularium cupiditate discruciat. Spina enim christiano avaritiæ suæ radix est: spina viro bono honoris ambitio est; videntur enim specie apud suos grata esse, sed lædunt.

5. His ergo nisi vigilando et jejunando carere non possumus; quin potius per abstinentiam ipsæ spinæ vertentur in rosam. Producit enim jejunando libido castimoniam, superbia humilitatem,^c ebrietas parcitatem; hi enim sunt flores vitæ nostræ, qui suave Christo redolent, qui odorem bonum Deo spirant. Unde ait Apostolus: *Quoniam Christi bonus odor sumus Deo* (II Cor. II, 15). Hanc ergo quadagesimam largitus est nobis Dominus, ut hujus temporis spatium in morem totius creaturæ^d nunc concipiamus virtutum germina, ut in die paschæ fructum justitiæ proferamus.

6. Hoc autem quadragenario numero se ipse Dominus Christus exercuit, non ut profectum ipse caperet, sed ut profectum salutis nobis ostenderet. Nec enim erat in illo spina peccati, quæ verteretur,

A in florem; ipse enim erat flos natus non de spina, sed de virga, sicut ait propheta: *Exiit virga de radice Jesse, et flos de radice ejus ascendet* (Esai. XI, 1); virga enim erat Maria, nitida, subtilis et virgo, quæ Christum velut florem integritate sui corporis germinavit.

7. Continuatis ergo quadraginta diebus^e et noctibus, hæc jejunia non esuriens Dominus procuravit: sed dicit illum evangelista esurisse postea. Quomodo ergo potest fieri, ut qui tantorum dierum numero famem sitimque non⁴³¹ senserit, postea esurierit. Esuriebat plane, nec negare possumus quod esurierit; esuriit enim non cibum hominum, sed salutem: nec escarum sæcularium epulas concupivit, sed animarum desideravit cœlestium sanctitatem. Cibum enim Christi est redemptio populorum: cibum Christi est paternæ voluntatis effectus, sicut ipse ait: *Meus cibus est ut faciam voluntatem Patris mei, qui me misit* (Joan. IV, 34). Unde et nos esuriamus cibum, non qui terrenis epulis apparatus, sed qui divinarum Scripturarum lectione colligitur; ille enim corpus ad tempus nutrit, hic autem animam reficit in æternum.

SERMO XXIX.

De sancta Quadagesima XIII.

Habitus est hic sermo media circiter quadagesima in Evangelium cæci nati, quod nunc feria tertia hebdomadæ quartæ recitatur. Aberat hic ipse sermo ab antiq. edit.; sed cur in Rom. edit. Ambrosio tributus fuerit, nihil prorsus habet.

1. Agite gratias, fratres, divinæ pietati, quæ vos ad medium quadagesimæ perduxit incolumes. Illi vero possunt pro hoc munere dulcius ac devotius Deum laudare, qui ita sicut in quadagesimæ capite didicerunt, noviter huc usque vivere studuerunt, id est, qui peccatorum suorum remissionem quotidie jejunando, eleemosynas dando, et ad Ecclesiam proferando cum lacrymis et suspiriis curaverunt orare.

2. Illi autem qui ista neglexerunt, id est, aut quotidie non jejunaverunt, aut eleemosynas non fecerunt, aut studiosi vel compuncti in oratione non fuerunt; non est unde gaudeant, sed habent potius miseri unde lugeant. Verum non ita lugeant, ut desperent; quia qui cæcum a nativitate potuit illuminare (Joan. IX, 1), potest et istos nunc tepidos et negligentes, si ex toto corde ad eum converti voluerint, studiosos ac ferventes in suo servitio facere. Igitur tales, hoc est, inmundè viventes, vel odium in corde contra aliquem reservantes, vel aliena injuste rapientes, aut sua inordinate retinentes, cecitatem suam agnoscant, et ad medicum ut illuminentur, recurrant.

3. Utinam sic quæreretis, quando peccatis, medicinam spiritalem, sicut quando infirmamini corpore,

^a Nonnulli mss., spes interim mortua; quidam etiam, spes interius mortua.

^b Omnes edit. cum mss. duobus, ab inferis; mss. aliquot, ab inferioribus; alii majori numero, ab infimis.

^c Ita mss. plures ac potiores: nonnulli vero et

omnes edit., sobrietas parcitatem, absurdo sensu.

^d Vet. edit. ac mss. nonnulli, nunc concupiscamus; Rom. et alii, nunc concipiamus.

^e In cunctis edit. aberat, et noctibus; sed in nullis cod. man. exaratis desideratur.

requiritis carnalem. Quis modo in tanta plebe est, qui si deberet non occidi, sed solum oculos perdere, et non daret, ut periculum evadere posset, omnia quæ haberet? Et si ita timetis mortem carnis, quare non timeatis animæ mortem; maxime cum mortis dolor, id est, carnis, non sit unius horæ; et mors animæ, id est, luctus, et pœna, numquam habeat finem? Et si ita amatis oculos corporis, quos cito moriendo perditis, quare non diligatis oculos spirituales, quibus Deum ac Dominum vestrum sine fine videre valeatis?

4. Operamini quapropter, dilecti in Domino filii, operamini dum dies est; quia ut dicit Christus Dominus noster: *Venit nox, in qua nemo potest operari* (Joan. ix, 4). Dies est vita præsens, nox est mors, et tempus post mortem. Si post hanc vitam non est operandi licentia, sicut Veritas dicit; quare non laborat unusquisque, dum tempus habet, id est, dum vivit in hoc sæculo? Timete istam mortem, fratres, de qua dicit Salvator: *Venit nox, in qua nemo potest operari*. Omnes qui malum operantur, non timent istam mortem, et ob hoc ab hac vita migrantes, mortem inveniunt sempiternam. Laborate, dum vivitis, sed maxime his diebus, jejunando a delicatis cibis, et omni tempore abstinendo a vitis. Siquidem et illi qui jejunant a cibo, et non se abstinere a malo, similes sunt diabolo, qui non manducat, et tamen a malo non cessat. Denique noveritis quia quod vobis subtrahitis jejunando, in cœlum debetis transmittere per pauperes.

5. Hodierni sermonis admonitionem, fratres, opere perficite; ne Judæorum super vos veniat maledictio. Dixerunt enim cæco: *Tu discipulus ejus sis* (Ibid., 28). Quid est discipulum esse Christi, nisi discipulum esse pietatis et veritatis et humilitatis? Illi dixerunt hoc maledicendi voto; sed magna est benedictio, quam ipse vobis concedat assequi, qui vivit et regnat per infinita sæcula sæculorum.

432 SERMO XXX.

De sancta Quadragesima XIV.

Evangelium unde huic sermone thema desumitur, nunc in Dominica Passionis legitur; in Missali autem Ambrosiano, et forte etiam in Gallicano, recitabatur Dominica secunda quadragesimæ, quam propterea Dominicam de Abraham appellari in more erat. Non habebatur in vetustis editis. hic idem sermo; et quamvis editores Decreti eum in Vaticanis codicibus inveniri testificentur, vel sola dictionis humilitas abunde probat illum Ambrosii numquam fuisse. Non tantum vero ille recedit a stylo Cæsarii, cujus etiam in sermonibus unum habemus, qui primis verbis cum hoc congruat.

1. Scitote, fratres, quoniam cujus opera quisque facit, ejus et filius vocatur. Unde et Judæi cum dixissent patrem suum esse Abraham, audierunt a Domino, sicut ante verba Evangelii quod nunc auditis, legitur: *Si filii Abraham estis, opera Abraham facite* (Joan. viii, 39). Qui cum iterum dixissent Deum se habere

A Patrem, audierunt: *Si Deus Pater vester esset, diligeretis utique me* (Ibid., 42).

2. His verbis apertissime demonstratur quod mali et cupidi, nec Abraham, nec Dei filii sint. Nam cujus filii sint, sequentia manifestant; ait enim: *Vos ex patre diabolo estis* (Ibid., 44). Ac si dicat: Cur patrem mutatis, nunc Abraham, nunc Deum? Ego vobis ostendam patrem vestrum: pater vester diabolus est, non creando, sed decipiendo. Fugite, fratres, talem patrem: fugite, sicut Propheta admonet; ait enim: *Obliviscere populum tuum, et domum patris tui* (Psal. cxvii, 11). Populum vocat vitia atque peccata: domum vero Patris dicit mundum, in quo regnat diabolus. Ille obliviscitur populum suum, qui relinquit vitia sua: et ille obliviscitur domum Patris sui, qui mundi hujus falsas divitias contemnit, per quas eum diabolus tenet captivum. Patet quod diabolus non diligit filios suos, sed odit; quia non amat, nisi ut perdat; sicut amat glutum porcellum, ut comedat.

3. Cavete (xxii, q. 85, c. Cavete), fratres, mendacium; quia omnes qui amant mendacium filii sunt diaboli; qui non solum mendax est, sed etiam et pater et inventor ipsius mendacii est: omnis simulatio, et omnis duplicitas mendacium est: ergo non solum in falsis verbis, sed etiam in simulatis operibus mendacium comprobatur. Mendacium namque est christianum se dicere, et opera Christi non facere: mendacium est sacerdotem vel clericum se profiteri, et contraria huic ordini operari. Pertimescenda sunt hæc, quia verba Dei sunt; ait enim Propheta, dicens: *Perdes omnes qui loquuntur mendacium* (Psal. v, 7). Quapropter transite, fratres, a mendacio ad veritatem, si non vultis habere diabolum patrem. Nam quod alibi legitur: *Omnis homo mendax* (Psal. cxv, 111); intelligendum est in quantum homo, in quantum carnalis, non in quantum spiritalis.

4. Denique monet vos evangelica lectio, ut patientes sitis. Ecce cum multa convicia Dominus a Judæis audisset, patienter eos toleravit; et patienter portavit, patienter sustulit. Et si Dominus patientiam habuit inter verba blasphemie, qui suos inimicos uno verbo poterat in abyssum demergere; quare miseri homines, pleni peccatis, non habent patientiam, quando dura audiunt, vel quando pro suis iniquitatibus corriguntur?

5. Videte, fratres, ne per opera vel cogitationes malas lapidatis Jesum, lapidatis Salvatorem cum Judæis incredulis, de quibus hodie dicitur: *Tulerunt ergo lapides Judæi, ut jacerent in eum* (Joan. viii, 59). Forte dicitis: Malum fecerunt Judæi, qui eum lapidare voluerunt, et qui eum crucifixerunt. Scitote et firmiter credite quia hoc faciunt christiani hodie male viventes, eo quod tunc Christum vitis persequuntur. Quid enim est Jesus, nisi veritas, et pax et justitia? Ergo qui pro falsitate relinquit veritatem, et pro cupiditate dirumpit charitatem, et odit pacem, et pro aliquo præmio occultat justitiam; nihil aliud facere videtur, quam lapidare et crucifigere et occidere Christum; quia ipsius dona exstinguit in seipso.

6. O quam pauci sunt in tanta multitudine christianorum, qui Jesum non persequuntur et lapidant, et occidunt! Sed vae illis! quis Jesus abscondit notitiam suam talibus, et exit de templo cordium eorum, et manifestat se amatoribus suis, et habitat in illis, sicut ipse dilectori suo inferius **433** pollicetur, dicens: *Ego et Pater ad eum venimus, et mansionem apud eum faciemus* (Joan. xiv, 23.)

7. Quia volumus vos, fratres, gravare multa loquendo, oramus ne sitis de illorum numero, qui Jesum lapidare voluerunt: sed cum illis potius habeatis partem, qui super omnia illum amando, ejus gratiam in suis cordibus susceperunt. Quod ipse vobis concedat, qui vivit et regnat in sæcula sæculorum, amen.

SERMŌ XXXI.

De sancta Quadragesima XV.

In hoc sermone, qui in edit. Rom. primum vulgatus est, supplicatio in Dominica Palmarum feri solita describitur. Quamvis autem ecclesiasticorum rorum investigatores hujus mentionem apud Cyrillum Hierosol. Cath. 10 factam observent, illum tamen in Ecclesia latina tam antiquum fuisse nusquam reperiunt. Verum quidquid sit de hac ceremoniâ, manifestum est concinunculam hanc nihil habere, quod eam aliqua cum ratione Ambrosio asserat.

1. Veniente Domino nostro Jesu Christo ad urbem Hierusalem ante sex dies passionis suæ, turba multa quæ convenerat Hierosolymis, ut secundum præceptum Moysi pascha celebraret, accipientes ramos palmarum, occurrit illi obviam, ut in psalmis victoriarum Christi ostenderent velut terreni regis in populo Israel; consuetudo enim est ut victoribus palma offeratur. Alii autem de eadem turba ramos cædebant de arboribus (Matth. xxi, 8 et seq.), maxime olivarum, quia in monte Oliveti res agebatur; et eos portabant, ut ubi opportunum esset venienti Domino planam sternerent iter. Hinc descendit consuetudo hodiernæ festivitatis, ut psallentes, ramos palmarum sive olivarum portemus in manibus: et eandem festivitatem palmarum sive olivarum vocitemus.

2. Sed non absque magno sacramento rami istarum arborum feruntur; oliva enim, quia oleum ut solamen dolorum atque laborum portat in fructu (oleum enim quia et vulnera curantur, et æstus levatur), opera designantur misericordiæ; siquidem et ipsa misericordia Græce dicitur *ἔλεος*: palma autem radix aspera est, sed nitorem maximum habet in fine, ostendens per hujus vitæ asperitatem in decorem celestis patriæ nos debere sustolli. Unde et David propheta psalmographus de justo viro canit: *Justus ut palma florebit* (Psal. xci, 13). Ramos ergo olivæ portemus in manibus, virtutem misericordiæ exhibentes in operatione. Sumamus et ramos palmarum, ut pro misericordiæ bono non terrena delectamenta, sed supernæ patriæ pulchritudinem expectemus, quo nos præcessit Christus Dominus noster, qui est, juxta Apostolum, finis Legis ad justitiam omni credenti (Rom. x, 4).

3. Nec prætereundum est a psalmi versiculo, quem occurrentes turba Domino decantabat: *Hosanna filio David: benedictus qui venit in nomine Domini: hosanna in excelsis* (Psal. cxviii, 26). Adventus enim Domini, ejusque incarnatio non solum hominum salus fuit in terra, sed etiam angelorum in cælo; quia dum homines in terra salvantur, angelorum numerus qui diabolo cadente, minoratus fuerat, integratur in cælo. *Hosanna ergo in excelsis* tantumdem est, tanquam si dicitur: *Salva nos, qui etiam es salus in cælis*. Et qui cum magna devotione salutem istam poposcerant, duplicaverunt vocem, ut iterum dicerent: *Hosanna in excelsis*.

4. Ad hanc igitur salutem pervenire vobis concedat benedictus Dominus noster Christus, qui venit in nomine Dei Patris, cum quo vivit et regnat Deus per omnia sæcula sæculorum, amen.

SERMŌ XXXII.

De sancta Quadragesima XVI.

Hic sermo etiam editioni Rom. debet, quod in lucem emissus fuit. Sed vix alius pejori jure Ambrosio nostro potuit ascribi, cum nihil sapiat Ambrosianum. Quis immo nec ejusdem auctoritatis videtur esse, cujus est superior; siquidem illic a Dominica palmarum usque ad passionem sex dies numerantur, hic tantum quinque.

1. Video vos, fratres, hodie attentius quam solitis, ad Ecclesiam convenisse, et ramos arborum cum lætitia portasse. **434** Sed quid prodest illis id agere, qui nesciunt cur id faciant vel quid ista significant? Scire debetis quia sicut lectum est hodie, quæ est quinta dies ante passionem, Salvator noster in monte Oliveti sedit super asinam, ut intraret Hierosolymam (Matth. xxi, 7): et cum audisset turba quod Jesus veniret Hierosolymam, processerunt ei obviam cum ramis palmarum: et cum jam appropinquaret ad descensum montis Oliveti, cœperunt turbae descendentium gaudentes voce magna laudare Deum.

2. Per hos quidem quinque dies, id est, ab isto usque ad vesperum quintæ feriæ, quando post cenam traditus est, omni die docuit in templo, et omni nocte mansit in monte Oliveti. Et quia decima luna recludebatur agnus, qui quartadecima luna erat immolendus a filiis Israel; bene iste verus agnus Christus Dominus, qui erat sexta feria crucifigendus, eo die intravit in Hierusalem, quo ille typicus Agnus recludebatur.

3. Hodie siquidem turba straverunt vestimenta sua in via (Ibid., 8): et illi hodie cadentes ramos de arboribus similiter sternerant in itinere Salvatoris super asinam sedentis. Quæ pia mater Ecclesia corporaliter idem celebrat, ut fiat id, quod multo majus est, spiritaliter. Omnis quippe sancta anima Dei asina est: super asinam igitur Dominus sedet, et Hierusalem tendit; cum animas nostras inhabitans, nundum istam despiciere, et celestem patriam diligere facit. Vestimenta in via ante Deum jactatis, si viam illi ad vos veniendi præparando, corpora vestra per abstinentiam castigatis. Ramos vero de arboribus

iracunditis si sanctorum patrum virtutes amando, A
viam ad vos veniendi Domino preparatis. Quid fuit
Abraham? quid fuit Joseph? quid David? quid reli-
qui justi, nisi fructiferæ arbores Ecclesiæ Dei? Dis-
cite ab Abraham obedientiam, a Joseph castitatem,
a David humilitatem, si perpetuam desideratis ad-
pisci salutem.

4. Et quæ palma victoriam significat, palmas in
manu recte portamus, si ita ei laudes victoriæ de-
cantamus, ut etiam bene vivendo, diabolum vincere
studeamus. Ideoque, fratres, scire debetis, quia sine
cassa ramum oliivæ portat, quem diabolus decipiendo
superat. Redite ergo ad conscientias vestras, charis-
simi, et videte si spiritaliter facitis, quod corporaliter
agitis.

5. Denique armissis credentes, intelligite quid B
nostrum periculum est, si mysteria nostri Salvatoris
vobis non annuntiamus: et vestrum est periculum,
si ea parvi pendatis. Monemus itaque ut quanto ma-
gis solemnitas paschalis appropinquat, tanto magis
vos preparare curetis, mundantes vos ab omni invidia,
odio, convicio, maledicto, ac detractone; ut
digne illam diem celebrare possitis.

6. Dimittite illis qui in vos peccaverunt, ut vestra
vobis Dominus dimittat peccata; quoniam qui vel
contra unum hominem odium aut iram tenuerit, malo
suo pascha celebrabit: quia non manducabit cum
Petro vitam, sed cum Judda mortem in societate com-
munionis accipiet: quod ille a vobis avertat, qui vos
potestate creavit, pietate redemit, Jesus Christus
Dominus noster, qui cum Patre et Spiritu sancto vi- C
vit per cuncta sæcula, amen.

SERMO XXXIII.

De jejuniis Quadragesimæ XVII.

Hic sermo eo die fuit habitus, quo symbolum contri-
tentibus tradi solebat, quod in plerisque Ecclesiis
Dominica palmarum fieri consuevisse a nobis alio
loco observatum est. Cum porro inter sermones hic
prætermisissos sextus incipiat ab illis verbis: Propitia
divinitate, isque in Append. August. Cæsario adju-
dicatur; hinc forte conjiciat aliquis eundem quoque
hujus sermonis auctorem esse: sed nec minus proba-
bile est eum debere sancto Maximo, cujus et stylum,
et in cod. Remig. etiam nomen noscendum præbet.

1. Propitia divinitate, ecce jam penè transegimus
quadragesimæ indicta jejunia, et præcepta Christi D
Domini abstinentiæ devotione complevimus. Super-
est tunc ut quemadmodum a famuli ejus Moyses
(Exod. xxiv, 28) et Elias (III Reg. xix, 8) hunc sa-
cratissimum numerum observando, gratiam merue-
runt: ita et nos hoc ipsum tempus custodiendo me-
reāmur, sitque similis remuneratio in perceptione
præmii, quorum similis labor est in observatione
jejunii.

435 2. Elias enim (III Reg. xviii, 42 et seq.),
cum esset clausum humanis iniquitatibus cælum, et

nulla mundanis rebus desuper pluviarum stillaret
ubertas, atque omnia longæ siccitatis squalore lan-
guerent, et esset fames magna universo generi hu-
mano, quoniam enim cælum pluviam non dabat,
nec terra pabulum germinabat, tunc Elias sanctus
reseravit jejuniis suis cælum, terram orationibus fe-
cundavit. Ilius enim siccitatem convertit in pluviam,
hujus sterilitatem resolvit in partum; tanta enim
ejus precibus orbem terrarum imbrum largitas irri-
gavit, ut arida revirescerent, mortua resurgerent,
linguentia sanarentur. Et ita rebus cunctis fontium
quidam meatus infusus est, ut purificatione facta per
pluviam, b omnium creaturarum vitia lavarentur, at-
que inundationis illius beneficio totius mundi spe-
cies innovata consurgeret.

3. Igitur et nos eadem quæ Elias observantes je-
juniis, adhibitis precibus clausum cælum nostris com-
petentibus reseremus; quatenus illos lavacri saluta-
ris c imber illuminet. Clausum enim illis est cælum,
quandiu nondum de cælo Spiritus sanctus adveniens,
eorum corda vivificat: siccitatem quodammodo pa-
lluitur, quia nondum gratia baptismatis irrigantur.
Laborant etiam fame magna, quoniam velut esurien-
tes, cælestia sacramenta desiderant. Reseremus ergo
illis cælum, ut adveniente desuper spiritali pluvia,
eorum terra lavacri irriguo satietur, et delictorum
sterilitate deposita, incipiant fructus germinare vir-
tutum. Etenim cælestis imber vitia peccatorum di-
luit, justitiæ incrementa producit, secutit aridum
concupiscentiæ pulverem, lætificat utilem castimo-
niæ puritatem, obruit avaritiæ sordidam faciem, nu-
trit æternam misericordiæ largitatem. Sicut enim
superveniente Eliæ pluvia, omne pabulum terra pro-
duxit; ita et superveniente Christi lavacro, omnem
justitiam anima genuerunt. Et sicut illic pluviarum
fontes irrigaverunt orbem, ut vivificarentur herba-
rum mortificata jam semina: ita et fons baptismatis
irrigat genus hominum, ut animarum mortificata cor-
da vivificet. Hoc ergo observantium ista jejunia est
meritum, ut orationibus eorum aut innotetur mun-
dus, aut fratres denuo renascantur.

4. Reserandum igitur competentibus nostris est cælum,
quoniam adhuc clausum est apud illos; clausum
est enim cælum illis, quoniam mysterium nondum
pervident Trinitatis. Clauso enim sibi cælo, super
cælum quid agatur, ignorant: nec scire possunt quæ
sit Filii Patrisque substantia; nisi prius mundi ele-
menta transcendierint. Tunc enim poterit quis Trini-
tatis aspicere divina mysteria, cum cælos sua virtute
habuerit apertos, sicut beatus Stephanus martyr re-
seravit sibi martyrio suo cælos, et stantem vidit ad
Patris dexteram Salvatorem, secundum quod ipse
ait: *Ecce video cælos apertos, et stantem Jesum ad
dexteram Dei* (Act. vii, 55). Ergo cui clausi sunt cæli,
agendum est ut aperiantur illi, quatenus super cæ-
los Christum possit aspicere; nam quamdiu clausi

^a Rom. edit. sola, famulus ejus Elias... gratiam
meruit.

^b Omnes edit., omnia creaturarum vitia; cod. Lugd.

et Vallisell., omnium, etc.

^c Codex Vallisell., imber mundet.

sunt homini, Christum non potest videre regnantem. A

5. Quemadmodum autem clausi cœli aperiendi sint, inquirere nos oportet. Puto autem aliter eos aperiri non posse, nisi claves Petri apostoli sumpserimus, quas Domino largiente suscepit, sicut ipse dixit : *Tibi dabo claves regni cœlorum* (*Matth. xvi, 18*). Immo rogemus Petrum, ut ipse nobis tamquam bonus janitor regis cœlestis aperiat. Quæ autem ista clavis sit, diligentius requiramus. Clavem Petri, fidem esse dixerim Petri, per quam cœlos aperuit, penetravit inferna securus, maria calcavit intrepidus. Tanta enim apostolicæ fidei virtus est, ut cuncta illi elementa pateant, hoc est, non illi angelicæ claudantur januæ, non portæ prævaleant tartari, non aquarum fluenta subsidant.

6. Ista autem ipsa clavis, quam fidem dicimus, videamus quemadmodum constet, et quemadmodum solidata sit. Arbitror illam duodecim artificum operatione conflatam; duodecim enim apostolorum symbolo fides sancta concepta est, qui velut periti artifices in unum convenientes, clavem suo consilio conflaverunt. Clavem enim quamdam ipsum symbolum dixerim, per quod reserantur diaboli tenebræ, ut lux Christi adveniat : aperiuntur conscientis clausa peccata, ut justitiæ fulgeant opera manifesta. Igitur hæc clavis ostendenda est fratribus nostris; ut et ipsi tamquam discipuli Petri inferna sibi reserare, cœlos aperire consuescant.

436 SERMO XXXIV.

Dominica Resurrectionis.

Hunc sermonem, cum deesset in antiquis editionibus, Romana sub hoc titulo prima evulgavit. Et re vera in illo quædam exponuntur ad Evangelium hujus Dominicæ pertinentia : sed quod eundem Ambrosii nomine inscriptum exhibuit, id sane reclamante sancti Patris stylo et ingenio fecit.

1. Audistis, fratres, quod sanctæ mulieres, quæ cum aromatibus ad monumentum venero, angelum viderunt : inquit enim : *Et introeuntes in monumentum viderunt juvenem sedentem in dextris* (*Marc. xvi, 5*). Quis vero juvenis iste fuerit, ne ambiguitas te offenderet, alius Evangelista scripsit : *Angelus enim Domini descendit de cœlo, et accedens revolvit lapidem, et sedebat super eum* (*Matth. xxviii, 2*). Maria vero Magdalena, quæ arctius diligebat Jesum; quia juxta sepulcrum perseveravit, Dominum prima omnium vidit, et apostolis nuntiavit. Inquit enim Joannes evangelista : *Veni Maria Magdalena annuntians discipulis : Vidi Dominum, et hæc mihi dixit, etc.* (*Joan. xx, 18*). Per quæ nos monemur, ut cum aromatibus, id est, cum odore bonorum operum, et virtutibus referri Dominum quæramus.

2. Sunt autem, charissimi, nonnulli qui videntur Dominum quærere : sed quia otiosi sunt, et a virtutibus alieni, illum non merentur invenire, nec inventum videre. Denique quid quærebant illæ sanctæ mulieres in monumento, nisi corpus Domini Jesu? Et vos quid quæritis in Ecclesia nisi Jesum, id est, Salvatorem? Sed si cupitis illum invenire, orto sole,

ut istæ mulieres, venite, id est, non sint in cordibus vestris tenebræ vitiorum; carnalia enim desideria, et mala opera tenebræ sunt. In quorum vero cordibus tales tenebræ sunt, non vident lucem, non intelligunt Christum; quia Christus lux est. Repellite igitur, a vobis, fratres, tenebras, id est, omnes delectationes, et omnia opera mala, et curate habere aromata, hoc est, orationem mundam, dicentes cum psalmista : *Dirigatur, Domine, oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo* (*Psal. cxl, 2*).

5. Attendite insuper quod audistis : nempe Maria Magdalena, quia perseverando ad monumentum, quem quærebat, invenit; quoniam *qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit* (*Matth. x, 22*). Unde sicut necesse est ut malum a vobis repellatis; ita expedit omnino ut in bono, quod jam inchoastis, firmissime perseveretis, si Dominum videre et ad cœlestem patriam pervenire desideratis.

4. Denique quia sanctum pascha celebratis, debetis scire, fratres, quid sit pascha. Pascha vero transitus dicitur; ideo autem tali nomine vocata est ista festivitas, quia in ipsa transierunt filii Israel ex Ægypto, et ipse Filius Dei transivit ex hoc mundo ad Patrem. Verum quid vobis prodest quod Pascha celebretis, si non imitamini quod colitis? hoc est, si non transitis ab Ægypto, id est, a tenebris vitiorum ad lucem virtutum, et a mundi hujus amore ad desiderium cœlestis patriæ? Nam sunt multi qui gaudent in ista festivitate, et colunt hanc solemnitatem; et tamen male, et malo sermo, quia non transierunt ex hoc mundo ad Patrem, id est, non transeunt a mundi cupiditate, et a carnali delectatione ad cœlestis patriæ amorem. O miseri christiani, qui in Ægypto sunt, id est, sub potestate diaboli, et gaudent in malis! Moneo quapropter vos, fratres, ut pascha rite celebretis, id est, transitum faciatis. Quicumque mali hanc festivitatem celebratis, transite de vitiis ad virtutes : quicumque vero boni, transite de virtutibus ad virtutes; et ita ut nullus remaneat in vobis, qui transitum non faciat.

5. Et sicut Judæi quando pascha celebrabant, septem dies azyma comedebant; ita omnis christianus, qui veri Agni, id est, Christi, carnem comedit, per omne tempus vitæ suæ, quod per septem volvitur dies, simpliciter et innocenter debet conversari. Videte, fratres, videte ne fermentum vetus sit apud vos, sicut monet Apostolus, dicens : *Expurgate vetus fermentum* (*I Cor. v, 7*), id est, veteris hominis conversationem. Tunc enim eritis veri christiani, si omne malum declinaveritis, quod designatur per vetus fermentum, et quod in baptismo promisistis, fideliter custodieritis, quod ipse vobis concedat, qui vivit et regnat per infinita sæcula sæculorum, amen.

437 SERMO XXXV.

De Mysterio Paschæ II.

Hic sermo in omnibus Ambrosii edit. sub libelli titulo in lucem prodiit, cum tamen manifestum sit concinnavit esse, qua festum paschatis ob reparatam hominis innocentiam atque salutem coli debere ostendit

auctor. Quod autem hic auctor ab Ambrosio alius A fuerit, exploratum reddit ipsa dictio.

CAPUT PRIMUM. — 1. Paschæ mysterium ^a de fide omnibus credentibus in Christo renatis, recidivatum fidei annuæ felicitatis gaudium et gloriam ministrat. Quod quidem sacrum nomen ab ipsius Domini passione descendit; pascha enim passio est Salvatoris, sicut beatus Apostolus dicit: *Pascha enim nostrum immolatus est Christus* (I Cor. v, 7). Ad hoc enim humanum corpus Christus accipiens, se in passionem paschæ mysterio consecravit; ut quisquis hujus muneris per fidem participationem esset indeptus, consortio Dominicæ felicitatis dignus merito censeretur.

CAPUT II. — 2. Est enim pascha vere anni principium, primi mensis exordium, novella germinum B reparatio, ac tetra hiemis nocte discussa, primi veris restituta jucunditas. Hoc, inquam, tempore visibilium et invisibilium conditor Deus, ^b defixo hamo cœli machinam suspendens, idem solis ardore radiavit, splendorem lunæ solatio noctis attribuit, pendentem cœli cameram splendentium siderum decoravit ornato, mare certis littorum sinibus coercens, concavæ ac stridentis undæ æstum metas statuti limitis jussit haud excedere. Et ut plana mundi facies oculorum eminus subtraheretur aspectu, ad hoc in ornatum mundialis fabricæ, nemorosi colles atque excelsi constituti sunt montes; ut iterum mortalibus campestris ornatus jucundior adveniret.

CAPUT III. — 3. Ipseque homo divini officii dignatione formatus ad hoc terrestris creaturæ effectus C est dominus, ut divinis institutionibus parens, ejus tantum et voluntatem servaret, qui se in tantis rebus dominum præfessisset ex nihilo. Qui in ipso exordio (Gen. iii, 6 et seq.) non nescius, depravatus invidia, dum super indultum Dei officium cupit fieri, quod natura non dederat, amisit gratiam, quam Creatoris pietas attribuerat: continuo ob concupiscentiam diabolicæ deceptionis sententiam mortis prævaricator incurrens, etiam ad futuræ ex se stirpis originem propagavit; ut divina hoc loco recte sententia compleretur: *Invidia diaboli mors introivit in orbem terrarum* (Sap. ii, 24). Ita per occasionem delicti, in universis peccatoribus diabolus mortis est sortitus imperium, atque omnes a Deo deviantes, peccati vinculo obstrictos, squalentis tartari clausos D ergastulo possidebat.

CAPUT IV. — 4. Quorum interitum dolens divina censura, non per servum vatem, nec per angelum invisibilem: ^c sed ad hoc per substantiam humanæ carnis in homine Deus veniens habitavit; ut honestam vivendi formam mortalibus daret, et temporariis æternam in se credentibus vitam exemplo suæ mortis ac resurrectionis aperiret. Ut enim increduli-

^a Ita vet. edit. ac mss. nisi quod pro *recidivatum*, codex Rom. legit, *residivatum*. At Rom. edit. *tò de fide recidit*, et posuit, *recidivum*.

^b Vet. edit., *defixa humo*; duo mss., *defixo humo*; melius Rom. edit. ut in textu.

tas, et simulacrorum cultus cœli aditum clauserat; ita inferni baratrum prævaricatoris perfidia procurarat.

5. In quorum suppliciis usque ad adventum Salvatoris Domini Jesu Christi diabolus per mortem regnavit, donec humanæ carnis ad Deum attemperata substantia, immaculatum corpus conditioni mortis addidit. Expers peccati Christus, cum ad tartari ima descenderet, seras inferni januasque confringens, vinctas peccato animas, mortis dominatione destructa, e diaboli faucibus revocavit ad vitam; atque ita divinus triumphus æternis characteribus est conscriptus, dum dicit: *Ubi est, mors, aculeus tuus? ubi est, mors, victoria tua* (I Cor. xv, 55)?

6. Quam felicitatem reparatæ salutis Paulus recollens clamat: *Sicuti per Adam mors intravit in hunc mundum, ita et per Christum salus restituta est mundo* (Ibid., 22); et iterum: *Primus homo de terra terrenus, secundus homo de cœlo cœlestis* (Ibid., 47, 49). Et adjiciens ait: *Sicut portavimus imaginem terreni, id est, vetusti hominis in crimine, sic portemus imaginem cœlestis, id est, suscepti, redepti, reparati; ac purificati hominis salutem teneamus in Christo, quia idem ipse Apostolus ait* (Ibid., 23): *Initium Christus, id est, auctor resurrectionis et vitæ; deinde hi qui sunt Christi, id est, qui in forma puritatis ejus* 438 *viventes, de spe resurrectionis ejus securi erunt, cum ipso cœlestis promissi gloriam possessori, sicut ipse Dominus in Evangelio ait: Qui, inquit, me secutus fuerit, non peribit: sed transiet de morte ad vitam* (Joan. v, 24).

7. Ita Salvatoris passio, vitæ humanæ salus est. Ad hoc enim pro nobis mori voluit, ut nos in eum credentes perpetuo viveremus. Voluit pro tempore fieri quod nos sumus, ut nos æternitatis ejus promissionem indepti, cum eodem perpetuo viveremus.

CAPUT V. — 8. Hæc, inquam, illa est cœlestium mysteriorum gratia, hoc paschæ donum, hæc optabilis anni festivitas, hæc exordia gignentium rerum. Hinc vitalis lavacri sacræ Ecclesiæ editi puerperio ^d infantes, parvulorum simplicitate renati, balatu innocentis perstrepunt conscientiæ. Hinc casti patres, pudicæ etiam matres novellam per fidem stirpem prosequuntur innumeram. Hinc sub fidei arbore ab utero fontis innocui cereorum splendet ornatus. Hinc cœlestis meriti sanctificantur munere, et sacramenti spiritualis celebri mysterio saginantur. Hinc unius plebis gremio beatæ Ecclesiæ nutrita fraternitas, unicæ divinitatis substantiam, ^e ac virtutis trium nomen adorantes, psalmum annuæ festivitatis cum Propheta concelebrant: *Hic est dies quem fecit Dominus, exsultemus et lætemur in eo* (Psal. cxvii, 24).

9. Quis, inquam, dies? Nempe ille qui attribuit vivendi principium, lucis exordium, auctor luminis, id est, ipse Dominus Jesus Christus, qui de semet-

^c Rom. edit. sola, *sed ad substantiam humanæ carnis*.

^d Codex Rom., *insontes parvulorum simplicitate renati baratrum innocentes, etc.*

^e Idem codex, *ac virtutis trinum nomen adorantes*.

ipso ait : *Ego sum, inquit (Joan. xi, 9), dies : qui per diem ambulat, non offendit, id est, qui Christum in omnibus sequitur, per ejus vestigia usque ad æternæ lucis solium transmeavit; sicut ipse Patrem pro nobis adhuc in corpore constitutus orat dicens : Pater, volo ut ubi ego sum, ibi sint et hi qui in me crediderunt; ut sicut tu in me, et ego in te, ita et illi maneant in nobis (Joan. xvii, 24).*

10. Hic, inquam, exsultationis et lætitiæ dies est, in quo promissum perfectæ gloriæ consecuti, recte plebs sancta ad instar Angelorum futuræ laudis mysterium, adhuc in hoc sæculo constituti, Domino cum Propheta cantamus : *Hic est dies quem fecit Dominus, exsultemus et lætemur in eo, id est, auctor institutionis, redemptionis et vitæ perpetuæ Dominus Jesus Christus, qui (Apoc. xvii, 14) est Rex regum, et Dominus dominorum, absque initio, sine fine in Patre regnans cum Spiritu sancto, nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen.*

SERMO XXXVI.

In die sancto Pentecostes.

Sermonibus, qui additi sunt in Rom. editione, hic jungi debet. Quibus autem rationibus Ambrosii nomen obtinuerit, nos plane fugit : adeo in illo nihil videmus Ambrosianum. Quod autem linguarum divisionem superbiæ acceptam refert, ex Augustini sermone 271 sumptum putamus.

1. Magna est, fratres charissimi, hodierna festivitas, in qua sicut audistis, acceperunt apostoli Spiritum sanctum, qui cum Patre et Filio unus et perfectus est Deus, ejusdem substantiæ, majestatis, et potentiæ : qui non ex tempore, sed ab æterno a Patre Filioque inseparabiliter procedit : qui etiam Dei donum dicitur ; quia et antequam esset angelus vel homo, — cui daretur, jam sui natura donabile donum erat ; quia charitas et amor est. Unde non solum patriarchis atque prophetis, sed etiam et reliquis justis latenter in anima datus est ; et licet aliquando manifeste, numquam tamen tam aperte

A datus fuisse legiitur, sicut hodie, id est, decima die post Christi ascensionem ; quando supra centum viginti credentes in specie ignis apparuit. Sic enim lectum est, ut retinetis : *Et apparuerunt illis dispersitæ linguæ, tamquam ignis, seditque supra singulos eorum (Act. ii, 3).*

2. Videte, fratres, videte quid fecit superbia, et quid promeruit humilitas. Superbia divisit linguas, quando turrim homines edificare voluerunt perlingentem usque ad cælum (Gen. xi, 3) ; prius enim erat una lingua, qua homines se mutuo intelligebant, et propria mentis arcana invicem communicabant : verum ne perficerent superbi, quod cœperant, confusæ sunt linguæ, ac nationes divisæ sunt. Hodierna vero die cum propter humilitatem Spiritum sanctum accepissent **439** credentes, cœperunt omnibus linguis loqui. Abjicite quapropter a vobis, fratres, superbiam ; quoniam omnes superbi filii sunt diaboli ; et estote humiles, ut Spiritus sancti gratiam accipere, et filii Dei vocari mereamini. Sint munda corda et corpora vestra ab omnium peccatorum sordibus ; quia Spiritus sanctus non habitat in corpore subdito peccatis (Sap. i, 4).

3. Si vascula prius mundatis, in quibus aliquid pretiosum servare vultis, et domos vestras preparatis et ornatis, quando potentem personam expectatis ; multo magis mundanda sunt corda ab odio et ira atque invidia et omni malitia, **440** et maxime ab immunditia atque avaritia ; ut Spiritus sanctus ad vos venire, et apud vos mansionem facere non dedignetur. Et sicut nobilis homo in fetido loco, et stercoribus pleno sua sponte non habitat ; ita Spiritus sancti gratia non visitat animam, quæ in fetore peccatorum perseverat. Ideoque necesse est, fratres, ut in adventu Spiritus sancti domos animarum vestrarum adornetis bonorum operum floribus, easque repleatis pretioso castitatis odore, et benevolentis balsamo ; ut Spiritum sanctum in vobis habitare delectet, cum Patre et Filio per omnia sæcula sæculorum, amen.

SERMONES DE DIVERSIS.

439 SERMO XXXVII.

De Mirabilibus.

Auctorem hujus sermonis non pauca ex Ambrosii Comment in Luc. lib. iv, num. 58 et sequent., mutuatum constat. Immo quod a Gratiano citatur tamquam pettum ex hoc sermone, minus accedit ad ejus textum, quam ad memorati Commentarii : quod forte argumento fuerit aliquid in indicatione loci mutatum esse. Idem autem sermo in multis mss. Ambrosio nostro attribuitur, in quibusdam tamen sine auctoris nomine invenitur ; unde conjicimus aliis in mss. pro scriptorum libitu fuisse inscriptum. Cum porro in Gall. cod. cujus omnes sermones Maximi esse probabile est, hic sermo habeatur, eum quoque hujus Patris esse indicium est, quod etiam Ambrosii

D *imitatio eidem familiaris videtur astruere. Inscrubitur in eodem cod. De duabus naviculis ; in Silv. de cathedra S. Petri : in Remig. De S. Petro : in cæteris vero, sicut et in antiq. edit. ut nos in capite.*

1. Quantom mirabilium operator sit Dominus Jesus Christus, intelligere possumus ex hac evangelica lectione, quæ describit tanta per eum beneficia in populum fuisse collata ; ut provocatæ hominum turbæ ad audiendum illum magis irruerent, quam rogarent : et medicinam salutis non sperarent per humilitatis gratiam, sed per importunitatis injuriam ; ita ut irruentes, sicut ait Evangelium (Luc. v, 1 et seq.), turbas a Domino Jesu non desertum separaret, non Synagoga repelleret, non reverentiæ divinitatis arceret. Hæc est enim consuetudo in-

mantium, ut dum sperant suis aegritudinibus medicinam, ab importuna petitione non loco prohibeantur, non tempore, non pudore: sed quanto plus medetur illis, qui sanat, tanto amplius ille importunus est, qui laborat.

2. Ergo cum Dominus Jesus ab irruentibus turbis comotus, in terra esse non posset, aspiciens in mari duas naviculas, unam navem Petri omni festinatione concedit, ut importunitatis injuriam vel aquarum natura depelleret: quia eam doctoris reverentia minime coercerat: atque exinde cepta de navicula Petri ad homines doctrinae suae verba profundere. Videte misericordiam Salvatoris: separatur quidem ab hominibus corpore, doctrinae tamen iis utilitate conjungitur. Ubique miseretur, ubique prodest. In terra positus, per tactum, languorem corporum sanat: in mari constitutus, per doctrinam vulnera curat animarum.

3. Sed videamus quae sit ista navicula Simonis Petri, a quam ad docendum de duabus magis opportunam Dominus judicavit, quae et tutum Salvatorem praestet ab injuria, et credulitatis hominibus largiatur eloquia; invenimus enim jam Dominum navigasse in alia navi, et gravibus injuriis lacessitum. Navigavit enim cum Moyse in mari Rubro, quando populum Israel per undarum fluentia transivit: sed gravibus est affectus injuriis, sicut ipse ait in Evangelio ad Judaeos: *Si crederetis Moysi, et mihi crederetis* (Joan. v, 46). Injuria autem Salvatoris est incredulitas Synagogae. Ergo Petri navem elegit, Moysis deserit, hoc est, spernit Synagogam perfidam, fidelem assumit Ecclesiam.

4. Duae enim quasi naviculae a Deo destinate sunt, quae in hoc, tamquam in mari, mundo salutem hominibus piscarentur, sicut ait Dominus apostolis: *Venite, faciam vos piscatores hominum* (Matth. iv, 19). Ex his ergo duabus naviculis una relinquitur **440** ad terram inanis et vacua, altera producitur in altum onusta vel plena; vacua enim Synagoga relinquitur in littore, quia Christum cum prophetarum amisit oraculis: onusta autem Ecclesia in altum assumitur, quia Dominum cum apostolorum doctrina suscepit. Synagoga, inquam, remanet ad terras, quasi terrenis inherens operationibus: Ecclesia autem in altitudinem evocatur, tamquam caelorum profunda sacramenta discutiens; in illam scilicet altitudinem, de qua Apostolus ait: *O altitudo divitiarum sapientiae et scientiae Dei!* (Rom. xi, 33.) Propterea dicitur Petro: *Duc in altum* (Luc. v, 4.), hoc est, ^b in profundum disputationum generationis divinae. Quid enim tam profundum, quam quod ait Petrus ad Dominum: *Tu es Christus Filius Dei vivi* (Matth. xvi, 16)? Quid tam terrenum, quam quod de Domino dixerunt Judaei: *Nonne hic est filius Joseph fabri* (Luc. iv, 22)? Ille enim altiore consilio nativitatem

^a Omnes edit., quam adducendam de duabus; omnes mss. elegantius; quam ad docendum, etc.

^b Mss. Valliscl. et Silv., in profundum generationis divinae.

^c Sic idem duos mss.; alii vero et vet. edit., dormie-

Christi divinitus approbavit, hi mente viperea generationem caelestem caraaliter aestimabant. Unde ait Salvator Petro: *Quia non caro et sanguis tibi hoc revelavit, sed Pater meus, qui in caelis est* (Matth. xvi, 17). Pharisaeis autem dicit: *Quomodo potestis bona loqui, cum sitis nequam* (Matth. xii, 34)?

5. Hanc igitur solam Ecclesiae navem ascendit Dominus, in qua Petrus magister est constitutus, dicente Domino: *Super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam* (Matth. xvi, 18). Quae navis in altum saeculi istius ita nata; ut pereunte mundo, omnes quos suscipit, servet illasos. Cujus figuram jam in veteri videmus Testamento; sicut enim Noe arca, naufragante mundo, cunctos quos susceperat, incolumes reservavit; ita et Petri Ecclesia, confligente saeculo, omnes quos amplectitur, repraesentabit illasos: et sicut tunc transacto diluvio, ad arcam Noe columba signum pacis detulit; ita et transacto judicio, ad Ecclesiam Petri Christus gaudium pacis deferet; quia ipse columba vel pax est, sicut promisit, dicens: *Iterum autem videbo vos, et gaudebit cor vestrum* (Joan. xvi, 22).

6. Sed quoniam hanc eandem naviculam Petri, de qua nunc Dominus caelestis doctrinae suae sacramenta depromit, legimus in Matthaeo (Matth. viii, 24), dormiente in eadem Domino, ventis insurgentibus perturbatam, ita ut cuncti apostoli mortis periculum formidarent; videamus quae causa est, quod una eademque navicula hic in tranquillitate doctrinam populis tribuit, ibi in tempestate discipulis metum mortis indicit; praesertim cum ibi etiam cum ceteris apostolis Simon Petrus esset. Haec autem est causa periculi: erat ibi Simon Petrus, sed erat pariter et proditor Judas. Quamvis enim illius fides fundaret naviculam, hujus tamen eam perfidia conturbabat. Tranquillitas est ubi solus Petrus navigat, tempestas ubi Judas adjungitur. Licet esset Petrus firmus suis meritis, perturbatur tamen criminibus proditoris (1, q. 4, c. Turbatur; et 24, q. 1, c. Non turbatur). Metuentibus igitur discipulis, anxiant Petro, dormiebat Dominus. Durum forte videatur quod, anxiant Petro, dormiebat: dormiebat Petro, ne vigilaret Judaeus; unius igitur delicto cunctorum merita quantuntur. Obdormit Christus, ventorum spiramina concitantur; quisquis enim peccatum admittit, statim ^d et dormire sibi facit Dominum, et procellam sibi spiritum suavitatis immundorum: necesse est autem diabolica insurgat tempestas, cum Domini serenitas conquiescit.

7. Igitur si unius Judaei peccato cuncti periclitantur apostoli, hoc exemplo caveamus perfidum, caveamus proditorem, ne per unum plurimi fluctuemus. Quia etiam **441** hujusmodi abjiciamus de nostra navicula, ut non obdormiat, sed vigilet in nobis Dominus, atque eo vigilante, nulla nos spiritalis

bat: dormiebat Petro, navigabat Judaeus; at Rom. edit., Dominus dormiebat. Verum dormiebat Petro, sed mare turbabat Judaeus.

^d Nonnulli mss., hoc exemplo perfidum caveamus proditorem.

nequitia procella concutiat. Ubi enim fides integra est, ibi Salvator docet, vigilat, et exultat; ibi requies, ibi tranquillitas, ibi cunctorum est medicina: ubi autem fidei est admixta perfidia, ibi Christus torpet, dormit, et piger est; ibi metus, ibi tempestas, ibi omnium est discrimen: pro actibus enim nostris Dominus nobis obdormit aut vigilat.

SERMO XXXVIII.

De Gratia Baptismi.

Hoc titulo non solum in vet. edit., sed etiam in pluribus probatoribusque mss. inscribitur hic sermo: at in Remig. eidem præfigitur, de festo Epiphaniæ. Et certe non obscurum videtur illum non multo post hoc idem festum ad catechumenos habitum esse, ut ad studium accipiendæ baptismatis gratiæ excitarentur. Nihil Ambrosii præfert: sed æquiori jure attribui Maximo potest; et cum sermoni x et xi supra editis pulchre conveniat, existimare licet tres hos sermones designatos esse a Gennadio, ubi prodidit eundem episcopum de Baptismi gratia librum, vetustiss. libros, edidisse.

1. Quia constat, sicut ante dies prosecuti sumus, Jesum Christum non sui causa baptizatum esse, sed nostri, debemus, fratres dilectissimi (vobis catechumenis loquor) gratiam baptismatis ejus omni festinatione suscipere, et de fonte Jordanis, quem ille benedixit, benedictionem consecrationis haurire; ut in eum gurgitem, in quem illius sanctitas mersit (*Math. iii, 13 et seq.*), nostra peccata mergantur: scilicet ut eadem aqua, quæ Dominum circumdedit, et servulos circumpurget; quatenus ex venerabili Christi lavacro nobis unda sancta proficiat, et iisdem vestigiis atque mysteriis, quibus benedictionem a Salvatore est mutuata, ^a nos fotu beatiore purificet, gratiamque quam a Christo suscepit, in christianos refundat.

2. Ergo, fratres, tingi debemus eodem fonte, quo Christus; ut possimus esse, quod Christus. Nam, quod salva fide dixerim, licet baptismum utrumque sit Domini, tamen grätius puto hoc baptismum esse, quo nos abluimur, quam illud quo Salvator baptizatus est. Hoc enim celebratur per Christum, illud celebratum est per Joannem: in illo se magister excusat, in isto nos Salvator invitat: in illo justitia semiplena, in isto Trinitas est perfecta: ad illud sanctus venit, sanctus egreditur: ad illud peccator venit, et sanctus abscedit: in illo benedictio confertur mysteriis, in isto per mysterium delicta donantur. Baptizari ergo, fratres, debemus eodem gurgite, quo Salvator: sed ut eodem fonte mergamur, non nobis orientalis petenda est regio, non fluvius terræ Judaicæ; ^b ubique enim nunc Christus, ubique Jordanis est. Eadem consecratio, quæ orientis flumina benedixit, occidentis fluentia sanctificat. Unde et si forte nomen fluvio aliud sit e sæculo, inest tamen illi mysterium e Jordane.

^a Omnes edit., nos fotu beatiore; omnes mss., nos fotu beatiore; unus, beatiore.

^b Ita mss.; at edit., non etiam male, ubi enim nunc Christus est, ibi quoque Jordanis est.

^c Omnes edit. Tunc Pater a Domino: cod. Remig.

3. Denique iisdem sacramentis res agitur, quibus et tunc gesta est, nisi quod gratia plenior; tunc enim Trinitatem carnalibus oculis vidimus, modo eandem Trinitatem fidei oculis contemplamur: tunc Christum vix humanus vultus aspexit, nunc eundem mens humana complectitur: tunc Spiritus sanctus velut columbæ specie hominem circumfudit, modo se in interiora hominis ipsa virtute divinitatis infundit: ^c tunc Pater ad nos propter Filium longo auditu vocis advenit, modo autem descendit ad nos pariter ipse cum Filio. Plenior ergo gratia est, ubi Deus non assumpta specie descendit ad homines, sed propria substantia descendere dignatur ad filios; ibi enim tamquam incredulis fidem vult signis corporalibus persuadere, hic tamquam fidelibus gratiam spirituali virtute conferre. Plenioris ergo gratiæ est Deum videre, sicut est Deus, quam videre eum sic, ut requiras eum. Hic est perfecta Trinitas, ibi adhuc ~~442~~ scrutanda divinitas. Plenior igitur est gratia ^d Deum propria veritate cognoscere, quam in assumpta specie suspicari.

4. Faciamus ergo ipsi pro nobis, quod Deum videmus fecisse pro nobis: faciamus circa nos, quod fieri circa se Joannes optavit. Si ille qui erat propheta et Sanctus, Salvatoris baptismum concupivit; quanto magis nos peccatores et indigni gratiam hanc debemus ambire! Videte misericordiam Salvatoris: hoc nobis sponte defertur, quod propheta postulans non meretur accipere.

5. Quid autem causæ sit quod Joannes petierit Christi baptismum, nec acceperit, debemus advertere. Ait enim illi Dominus postulanti: *Sine modo; sic enim decet nos implere omnem justitiam* (*Math. iii, 15*). Scimus autem quod Joannes Baptista tyrum legis gerebat. Justum ergo erat, ut ipse baptizaret Dominum; scilicet ut quemadmodum secundum carnem de Judæis Salvator est genitus, ita et secundum Spiritum de lege Evangelium nasceretur; ut unde successionem ducebat originis, exinde et traditionem consecrationis acciperet. Hoc est igitur, quod ait: *Sic enim decet nos implere omnem justitiam*. Justum enim erat, ut mandata Legis, quæ ipse condiderat, ipse compleret, sicut alibi dicit: *Non veni Legem solvere, sed adimplere* (*Math. v, 17*).

SERMO XXXIX.

De Camelo.

Rom. edit. ut hunc sermonem evangelio dominicæ xiv post Pentecosten adaptaret, illi exordium propria auctoritate præfixerat. Quam autem absurde id voluerit, inde cognoscitur, quod hunc sermonem haud multo post Epiphaniam habitum constat. Quædam porro in illo reperimus tantum cognationis cum sermone 20 a nobis rejecto præferentia, ut utriusque eundem fuisse auctorem arbitremur. Nec profecto desunt quæ illum Maximo videantur asserere: sed nulla suppetunt, quæ Ambrosio.

et Valliscl.... ad Dominum; optime Lugd., tunc Pater ad nos, etc.

^d Vet. edit., Deum propria virtute cognoscere; Rom. et mss. commodius, ut in contextu.

1. ^a Dicit in Evangelio Dominus Jesus Christus : *A* sitas est salutis : et utilior est causa prius curare vitam, tunc pecuniam damna sarcire; ne dnm augmentum patrimonii quærimus, sentiamus animæ detrimentum. Sed forte judicem metuis, quem in secretario reliquisti. Mihi crede quod magis Deum judicem metuere debes, qui de ipso tuo iudice iudicabit. Illum ergo metuis, qui mox accipiet successorem : Dominum non metuis, cui nemo aliquando succedit? Considera itaque iudicii imminentiem diem, et inextinguibiles gehennæ flammæ, stridorem horrendum dentium, tenebrarum ultimum cruciatum; et si potes, relictæ Ecclesiæ, sæcularibus sollicitudinibus implicare. Vereor enim ne dum mundi divitias quæritis, inventis potius divitias peccatorum; et reperitis thesauris sæculi, cælestes thesauros amittatis.

Facilius est transire camelum per foramen acus, quam divitem intrare in regnum cælorum (Matth. xix, 24). Quæ sententia vereor ne forte vobis conveniat, qui divitias sæculi hujus aut habetis, aut quæritis. Sicut enim cameli animal, quod est tortuosum atque deforme, perversitas ipsa corporis per angustissimam acus cavernam præterire non potitur : ita et divites oneratos avaritiæ, et cupiditate sedatos, ipsa vitæ deformitas per arctam viam regni militante introire permittit; ait enim idem Dominus : *Arcta et angusta via est, quæ ducit ad vitam (Matth. vii, 14).*

2. Igitur in camelo ^b difficultatem transitus præstat habitudo membrorum, in divite autem impedimentum magnitudo efficit peccatorum; gibbus enim quidam est animæ turpe quid vel cogitare, vel facere : **B** ac mentis quædam tortuosa deformitas, in mundi rebus semper intendere, et ab Ecclesiæ sanctæ limine curis sæcularibus avocari. Unde mihi videtur hanc deformitatem corporis propheta spiritaliter eloquutus, seditatem morum potius indians-e, cum dicit : *Non gloriatur gibbosus sicut rectus (III Reg. xx, 11);* quasi sic diceret : Non gloriatur peccator viliorum suorum pravitate distortus, sicut gloriatur justus conscientia bonæ simplicitate directus. Quamvis enim, o peccator, proceritate corporis gaudeas, quamvis scapularum linearum æqualitate læteris; anima tamen tua morum pravitate deformis est.

3. Rocte ergo camelo comparatus est dives; siquidem illum a transitu acus corporis crassitudo revocat, hunc ab ingressu Ecclesiæ patrimonii sollicitudo detentat : et sicut illum parvum foramen non capit oneratum mole membrorum; ita et hunc introitus sanctus non suscipit gravatum cumulo delictorum. Uterque habet propriam sarcinam suam, ille oneratus est carnibus, iste peccatis : et sicut ille inhabilis est angustissimæ acus cavernæ; ita et hic inconveniens est beatissimo Dei regno : ad quod camelum ^c corpore incompositum natura, hunc autem pravam voluntas efficit.

4. Hæc autem dico, fratres, de his qui festivissimum diem sanctæ Epiphaniæ, ne in Ecclesia procurarent, patrimoniorum suorum compedibus sunt detenti; et terreno quodam obligati sunt vinculo, ut venire eis ad domum Domini non liceret. Non quod eos quispiam detineat, sed quod ita propriis sint actibus implicati, ut jam arbitrium vivendi suæ potestatis amiserint : et dum sollicitudinem patrimonii exhibent, animarum medicinam positus non requirant.

5. Quid mihi, o dives, difficultatem temporis obijcis? Quid necessitatem ingeris repentinam? Si cor habes, intellige quia omni necessitate major neces-

^a Rom. edit., *Mammona apud Hebræos hujus sæculi divitiæ appellatur. Dicitur vero mammona iniquus quia non nisi iniqui in eis spem constituunt : justis autem, licet ea possideant, non sunt illis tamen divitiæ, nisi cælestes et spirituales. Servit igitur Mammonæ, qui in terrenis hujus sæculi rebus confidit. Hi alibi viri divitiarum a propheta appellantur. Nolite, fratres, divitias appellare illas, nolite eas amare; quia si serviat illis, et cum illis peribitis. Ideo de hujusmodi divite*

PATROL. XVII.

Patrimonii quærimus, sentiamus animæ detrimentum. Sed forte judicem metuis, quem in secretario reliquisti. Mihi crede quod magis Deum judicem metuere debes, qui de ipso tuo iudice iudicabit. Illum ergo metuis, qui mox accipiet successorem : Dominum non metuis, cui nemo aliquando succedit? Considera itaque iudicii imminentiem diem, et inextinguibiles gehennæ flammæ, stridorem horrendum dentium, tenebrarum ultimum cruciatum; et si potes, relictæ Ecclesiæ, sæcularibus sollicitudinibus implicare. Vereor enim ne dum mundi divitias quæritis, inventis potius divitias peccatorum; et reperitis thesauris sæculi, cælestes thesauros amittatis.

SERMO XL.

De jejunis et elemosynis.

Ut sermo in epistolam Dominicæ xxiii post Pentecosten ex hoc ferret, edit. Rom. et veram ejus inscriptionem immutata erat, et in textum verba nonnulla inseruerat, quod utrumque restitimus. Ipsa autem dicendi ratio tantopere opposita est Ambrosianæ, ut cuius potius quam illi possit ascribi.

1. Non dubito, fratres, contristari vos quotiescumque absentem me a vobis necessitas facit; dum enim quem diligitis, non videtis, tamquam boni filii pietatis stimulis laboratis. Sed quamvis corpore vos ego interdum deseram, spiritu tamen vos non relinquo; quocumque enim fero, dilectio vestra me sequitur : ubicumque fuero, ibi mecum vestra fraternitas commoratur. Quisquis enim in Christi mandatis permanet, necesse est ut Christi adhæreat sacerdoti : et licet longe positus videatur, sit tamen proximus; dum illum unius fidei gratia representat. Ille sane separatim a sacerdotibus putet, qui actibus malis separatim a Christo est. Atque ideo, fratres, vos qui mandatum Salvatoris facitis, quamvis absentes a me fueritis corpore, dilectione tamen mihi minime defuistis. Ita quos separabat longitudo terrarum, Christi gratia connectebat.

2. Sunt autem nonnulli inter vos, fratres, quorum licet vultus in Ecclesia videamus, cor tamen eorum in agris esse cognoscimus : et præsentiam quidem eorum consideramus in plebe, sed conversationem eorum invenimus in rure. ^d De quibus dicit Apostolus : *Et gloria in pudendis ipsorum, qui terrena sapiunt (Philip. iii, 19);* ii enim de terra semper cogitant, de terra tractant, quæ terrena sunt, sapiunt. His convenit divina illa sententia, qua dicitur : Terra es, et in terram redibis (*Genes. iii, 19*) : qui ideo aliquando ad Ecclesiam veniunt, non quia ex fide christiani unum, sed ne christiani ab hominibus non putentur.

Jesus Christus alibi dicit, etc.

^b Omnes edit., *difficultatem quæritis; et infra, immundis rebus semper; utrobique aptius mss. ut in contextu.*

^c Ita mss.; edit. autem, *corpore compositum natura. Parum concinne.*

^d Vet. edit. ac mss. : *De terra enim dicit Apostolus; ms. Reg., de terra enim semper cogitant, etc.*

3. Quibus cum jejunium indicitur, de intemperie se temporis semper excusant; dicunt enim æstivis mensibus: Dies longa est, torrentior sol est, sitim ferre non possumus, poculis nos refrigerare debemus; hiemis vero tempore: Grave frigus est, rigores sunt pessimi, algorem tolerare nequimus, escis calefieri nos oportet. Ita homines quorum animus semper est in prandio, prandendi sibi causas inquirunt: et dum se a jejuniis excusant, tempora Creatoris ^a accusant.

4. Dic mihi, o delicate christiane, ^b qui æstum solis jejunando ~~444~~ ferre non potes, numquid æstus, quem sustenturus es, torrentior est gehenna? numquid hiems horridior est tenebris, quibus retrudendus es. In exterioribus enim tenebras abjiciuntur peccatores: *ibi erit fletus et stridor dentium* (*Matth. viii, 12*); sicut ait Dominus: stridor, inquam, dentium ad instar hiberni temporis semper erit in illis tenebris. Ergo sicut penetrante algore hiemis, toto homines corpore contremiscunt; ita et intervéniente conscientia frigida delictorum, gravi peccatores dentium stridore quotientur. Ita miser peccator, dum hic hibernum rigorem metuit, ibi tenebrarum frigus incurrit: dum hic æstum solis evitat, ibi gehennæ sustinebit ardorem.

5. His autem ipsis hominibus cum dixerit, ut aliquid pauperibus largiantur, statim objiciunt: Necessitates influitæ sunt, tributa sunt gravia, fiscalia explicare non possumus. Et tanta tibi ingerunt, ut quasi reum te statuunt, cur hoc ipsum illos volueris commovere, non intelligentes quod ii sunt inimici crucis ^c Christi, qui non intelligunt quod omnibus necessitatibus salutis sit necessitas præferenda, et quod tributum reddere alii prodest: eleemosynam facere ipsi proficiat, qui largitur; tributum enim redditio illi præstat beneficium, qui accipit, eleemosynæ autem operatio ei confert meritum, qui ministrat. Tributi, inquam, redditio detrimentum infert solventi, eleemosynæ erogatio lucrum tribuit eroganti; ditior enim fit vir misericors, posteaquam minus habere incipit pauperibus largiendo.

6. Beata igitur est eleemosyna, quæ et accipientem reficit, et lætificat erogantem: *Hilarem enim datorem diligit Deus* (*II Cor. ix, 7*): atque ideo ^d melius est illi plus dare. Lætus ergo et hilaris est, qui pauperibus subministrat. Recte plane lætus est, quia per nummulos paucos æternos thesauros sibi cælestes acquirit. Et contra, semper tristis est et mœstus, qui tributa dissolvit. Nec immerito tristis est, qui

^a Verbo *accusant* adjecit Rom. edit. *De iis dicit Apostolus: Quorum Deus venter est.*

^b Omnes edit., *qui æstum, etc.*; mss. vero, *qui æstatem jejunando, etc.*

^c Rom. edit., *Christi, ut hodie lectum est.*

^d Omnes edit. ac ms. Lugd., *melius est illi prius dare*; commodius vero Valliscl.,... *plus dare.*

^e Codices Lugd. et Valliscl.: *Aurum tuum avaritia*; melius edit. ut in textu.

^f Rom. edit., *advertit vestra dilectio, fratres, capitulum evangelicum... quomodo Dominus, qui in lege, ut Scriptura refert, mandavit: Honora patrem tuum, et matrem tuam; quemadmodum præcepit tibi Dominus Deus tuus, ut bene tibi sit; nunc dicat: Si quis*

ad solutionem non dilectione adducitur, sed terrore constringitur: Christi enim debitor lætus, Cæsaris tristis est; quia hunc ad solvendum amor cogit, illum pœna compellit. Hic præmiis provocatur, ille suppliciiis coarctatur.

7. Dicit sanctus Apostolus: *Divitibus hujus sæculi præcipe non sublime sapere, et neque in incerto divitiarum sperare* (*I Tim. vi, 17*). Vides ergo, o dives, quia sunt tuæ incertæ divitiæ. Quid ergo aurum congregas, in quo nulla certa fiducia est? ^o Auri tui avaritia cesset, et terra est: solidi tui cupiditas auferatur, et sordes sunt. Aurum enim et argentum vilis est et abjecta materies: ubi aurum increvit humana concupiscentia, tunc et his speciebus accrevit ambitio; aurum enim et argentum non pretiosum natura instituit, sed hominum voluntas effecit.

SERMO XLI.

De eo quod dicit Dominus in Evangelio:

Vulpes foveas habent, etc.

Hic titulus est quem huic sermoni antiquæ edit. ac mss. indidere: at Rom. edit. cum habitum prænotavit In festo S. Basilii: ubi non attenderunt ejusdem edit. curatores parum credibile videri cœtate Ambrosii, quem hujus sermonis auctorem ferunt, Basilii natale jam tum celebrari solitum esse Mediolani. Hoc igitur unum asseri potest præter nonnulla quæ ex Comment. in Luc. lib. vii, num. 30 et 31, huc translata sunt, Ambrosianum hic nihil esse.

1. Si diligenter ^f advertit capitulum evangelicum, quod hodie lectum est, vestra dilectio, sensus vestros id ipsum capitulum potuit permovere, cur Dominus sicut Scriptura refert, cum ab altero interpellatus fuerit, ut eum quocumque iisset, causa religiosi servitii sequeretur: alteri magis dixerit: *Sequere me* (*Matth. viii, 22*); et illo spreto atque despecto, alium potius tacentem nec opinantemque delegerit? Et cum utique acceptius voluntarium obsequium esse soleat, quam coactum; et servitium plus placeat non quod imperio exigitur, sed quod sponte defertur: cur ergo iste respuitur, cur velut indignus etiam recusatur? Ait enim ad eum ~~445~~ Dominus: *Vulpes foveas habent, et volucres cæli nidos: Filius autem hominis non habet, ubi caput reclinet* (*Luc. ix, 58*).

2. Primum itaque hoc considerare debemus, quod non est acceptor Dominus personarum (est enim æquus iudex et justus) sed pro ^g qualitate morum rependat dilectionis affectum: et eum eligat non

venit ad me, et non odit patrem suum et matrem, etc., non potest meus esse discipulus? *Cui congruit quod in alio loco, cum interpellaretur a quodam: Domine, permittite mihi primum ire, et sepelire patrem meum, respondit: Sine ut mortui sepeliant mortuos suos; tu autem vade, et annuntia regnum Dei. Illi vero qui dixit: Sequar te quocumque ieris; respondit: Vulpes foveas habent, et volucres cæli nidos: Filius autem hominis non habet ubi caput reclinet. Cur ergo cum ab altero interpellatus fuerit ut quocumque iisset, religiosi servitii causa sequeretur eum: alteri magis dixerit qui eum sequi cunctabatur: Sequere me; et prioris spreto, etc.*

^g Edit. vel. *qualitate horum*; Rom., *qualitate meritum*: codex Lugd. *qualitate morum*.

qui verbis promptus, devotione piger, sed qui fuerit lingua tacitus, mente devotus, de quo dicit Propheta: *Tacitum te faciens, sapiens videberis* (Prov. xvii, 28). De illo autem qui petulanter loquitur, refert Scriptura: *Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum: sed qui fecerit voluntatem meam* (Matth. vii, 21). Hinc ergo discimus quod ad Dominum non tam ore quam corde clamandum est.

5. Igitur Salvator noster, qui cogitationes hominum ^a sensusque pervideat, audiens quidem vocis obsequium, mentis autem versutiam recognoscens, tali illum animali comparat, quod aliud voce indicet, aliud moribus operetur; vulpes enim latratu canis resonat, dolo rapinam fraudis exercet. Tacentem ergo nec opinantem assumit. Tacebat quidem lingua, sed spiritu loquebatur; intelligimus enim quam devotus fuerit, qui sicut ipse asseruit, patrem reliquit mortuum, ut vitæ Dominum reperiret. Ait enim: *Permite mihi prius ire, et sepelire patrem meum* (Luc. ix, 59). Mortuum ergo illum reliquerat, quem ut revertens sepeliret, exorat. Non eum dolor retinuerat, non mors retardaverat; quia festinabat ad vitam. Necdum morientis clauserat oculos, necdum rigentia membra considerat; statim ut comperit advenisse Dominum, oblitus paternæ pietatis, affectum majorem pietate credidit plus Christum diligere, quam parentem. Legerat enim fortasse propheticam lectionem, quæ dicit: *Obliviscere populum tuum, et domum patris tui* (Psal. liv, 41); propterea oblitus est patrem, dum memor est Salvatoris. Audierat etiam Evangelium Domini: *Qui plus dilexit patrem aut matrem, non est me dignus* (Matth. x, 37).

4. Ita cum Tobias justificetur, cur sepulturæ causa prandium dereliquerit (Tob. ii, 3); hic probatur, cum causa Christi patris reliquerit sepulturam. Ille enim non veretur, ne interveniente opere, terreni prandii epulas prætermitteret: hic metuit ne, interveniente mora, reflectionem panis cælestis amittat. Unde cum Christi contemplatione sepulturam omnibus debeamus, hic amore Christi patris deseruit sepulturam.

5. Discutiamus itaque primo illius interpellationem, responsionemque Domini Salvatoris. Ait enim ille: *Sequar te quocumque ieris* (Luc. ix, 58). Prompta quidem, ^b sed superba professio. Iturus enim ad passionem erat Dominus, descensus ad inferos, ascensus ad cælum; numquid in omnibus illum potest fragilitas humana comitari? Stulta est ista præsumptio potius, quam religiosa confessio. Siquidem et Petro apostolo dicitur a Domino, cum æstimaret se sequi per omnia Salvatore: *Quo ego vado non potes me modo sequi* (Joan. xiii, 33). Et cum pertinaciter insisteret, ac se ab eo nec morte diceret separandum; tamquam jactantiæ condemnatus audit, quod esset Dominum tertio negaturus. Ita qui promittebat a confessione Christi nec morte

divelli, ab ejus societate, interrogatione ancillulæ separatur: et nisi velut modum quemdam statuens, tertio eum dixisset Dominum negaturum, forsitan sæpius interrogatus, frequentius denegasset.

6. Quid ergo respondetur illi petulanti? *Vulpes foveas habent, et volucres cæli nidos, et Filius hominis non habet, ubi caput reclinet* (Luc. ix, 58). Videte cui rei subtiliter comparatur: est enim hoc genus animalis fallax, et insidiis semper intentum, rapina fraudes exercens, quod nihil tutum, nihil otiosum, nihil patitur esse securum, quod inter ipsa quoque hominum domicilia prædam requirat.

7. Quam comparisonem non solum propter illum scriptam puto, sed propter plerosque etiam christianos, qui ore quidem Deum constituentur, moribus ^B autem vulpium fallacia diversantur; omnis enim christianus, qui sua vult peccata celare, hic spirititaliter vulpes est. Sicut enim vulpes propter fraudes suas in latibulis demoratur; ita et peccator tacens propter conscientiam suam peccatorum foveis delitescit: et sicut illa non audet inter medias hominum turbas morum suorum ostendere fallaciam; ita et hic erubescit in media Ecclesia conversationis suæ nequitiam confiteri. **446** Vulpem plane dixerim omnem christianum, qui suo insidiatur vicino, qui quotidie nititur fines alienos arrodere, fructus invadere, animalia devorare, et quod est familiare huic tempori, non jam vulpium more pullos, sed luporum more rapere porcos: qui dum ^c suo labore possit se juvare, ferarum rabie prædam captat alienam.

8. Hæreticos etiam omnes arbitror vulpibus comparandos, qui cum in domo Domini habitare non possint, conventicula sibi quædam velut foveas præparant tenebrosas, in quibus pertinaciter latentes, insidiantur Ecclesiæ; ut si qua innocens anima forte processerit, velut pullum gallinæ matris absorbeant. Insidiantur, inquam, vulpes Ecclesiæ, hoc est, hæretici evangelicæ illi gallinæ, de qua ait Dominus: *Quoties volui congregare filios tuos, sicut gallina colligit pullos suos sub alas suas?* Sed ipsa sicut Samson ardentes faces vulpibus religavit.

SERMO XLII.

Increpatio ad plebem de eo quod scriptum est in Evangelio: *Qui habet, dabitur ei; et: Cantavimus vobis, etc.*

^D *Cur hunc sermonem nominatim cuiquam Patri potius quam alteri assignemus, nihil occurrit: ne vero Ambrosianum esse putemus, nihil non reclamat.*

1. Frequenter studueram apud me ipsum, fratres, subtrahere vobis Dominicæ prædicationis eloquia, ac non elargiri sæpius sermonum cælestium sacramenta. Siquidem nihil prosit offerre pabula recusanti, et potum porrigere minime sitienti: cur id quod offeras, non tam libenter hauriat, quam fastidiose velut turbulentum reddat; atque ita sicut et poculi sinceritas vitietur, et causas delicti fastidiosus

^a Ita ms. Lugd.; vet. autem edit., *sensusque provideat*; Rom., *prævidet*.

^b Omnes edit., *sed superbâ responsio*; codex

Lugd., *professio*.

^c Codex Lugd., *suo labore possit vivere*.

potator inveniat? Sic ergo et charitati vestræ ingerere Domini poculi prædicationem forte superfluum est; cum id anima vestra clausis visceribus non tam sitienter hauriat, ^a quam dissimulanter effundat. Fundit enim mandatum Domini, qui illud aure sua percipit, corde non continet; in superficie enim quadam corporis illud gestans, ac minime ad interiora transmittens quod audivit, dum obliviscitur, seriem prædicationis effundit, et ita ^b domum vacuum repedit, qui de Ecclesia onustus exierat.

2. Dicite enim mihi, quis de vobis cum ad hospitium redierit, dicet: Hodie audivimus episcopum de eleemosynis disputantem, rem utilem prædicavit, debemus pauperibus misereri? Prosecutus etiam est de idolorum execranda cultura, requiramus ne ignorantibus nobis in possessione nostra sit idolum. Admonuit etiam festinare debere catechumenum ad gratiam fidei, offeramus familiolæ nostræ ut fidem quisquis est fidelis, accipiat; ne forte ratio salutis eorum quæratur a nobis, quia vita eorum ex nostro pendet arbitrio. Nemo de Dei rebus cogitat, aëno de die iudicii loquitur, quasi aut per omnia victuri, aut per omnia morituri. Mihi credite, ita vivimus in hoc sæculo, ut corpore moriamur: ita morimur, ut rationi reddendæ vivamus. Moritur interim homo, sed actuum causa non moritur: vivente autem causa, necesse est ut causæ suæ persona non desit, sicut ait propheta: *Ecce homo, et opera ejus.*

3. Volueram ergo subtrahere vobis Dominicæ prædicationis eloquia, non quod iratus hoc facerem, sed ut Evangelicam sententiam custodirem. Ait enim Dominus: *Qui habet, dabitur ei, et abundabit: et qui non habet, id quod habet, auferetur ab eo* (Luc. xix, 26). Habenti ergo dari jussit; et non habenti non solum non dari, sed etiam id quod habet, auferri. Quæ sententia superflua vobis forsitan videtur: ego autem dico recte ac sapienter Dominum præcepisse. Habenti ergo jubetur dari. Meretur plane accipere, qui ita laboravit, ut propria sollicitudine animæ suæ divitiis spirituales acquireret: ut puta quis continentiae forti proposito cœpit castimoniam custodire virtutem, meretur audire quæ castitatis remuneratio sit futura; ut ^c ad virtutis observantiam audiens remunerationis gloriam, facilius possit pugnam, quam cœpit, atterere. Alius ad misericordiam promptus debet audire quia ipsi miseretur Deus, et qui hanc terrenam substantiam cœlestibus divitiis repensabit, necesse est **447** ut auscultans vicissitudinem cœlestium præmiorum, promptior ac libentior opus Domini prosequatur, et ad misericordiam quod habet bonum, largitatis addat augmentum. Ideo ait Dominus: *Qui habet, dabitur ei, hoc est, qui dives fuerit bonis operibus, hic magis evangelicæ prædicatione ditetur.*

4. Gætorum si fornicatori prædices, et dicas quod virgo debeat permanere; et avaro quod omnia sua

A distrahere debeat atque donare, stultitia illi est. Hanc enim prædicationem ridiculam putat, sicut ait Apostolus: *Animalis autem homo non percipit quæ sunt spiritus Dei; stultitia enim est illi* (I Cor. ii, 14). Tale enim est iis prædicare quod perfectum est, quale si mendicum pannis obsitum holoserica velis induere, et esurientem rusticum placentio delectare; necesse est enim ut ab utroque recusaretur oblatio. Illi enim displicet holoserica, qui necessaria magis frigori vestimenta desiderat: huic placentum amarum, dum escam magis saturitatis exquirat. Istis ergo personis auferenda potius sunt, quæ sua sunt, sicut ait Evangelium: *Etiam id quod habet, auferetur ab eo*; hoc est, cogendus fornicator pannos suæ corruptionis abjicere, compellendus avarus est partem suæ cupiditatis exponere.

5. Vereor autem, fratres, ne evangelicæ lectio plerisque de vobis congruat, quæ ait: *Cantavimus vobis, et non saltastis: lamentavimus, et non plorastis* (Luc. vii, 32). Annuntiamus ergo vobis regni cœlestis gaudium, et minime corda vestra motu quodam alacritatis exultant: prædicamus triste iudicium, et sensus vestri ad penitentiam in lacrymas non prorumpunt; infidelitatis enim genus est in divinis rebus nec gaudere prosperis, nec flere contrariis. Saltationem ergo a nobis requirit Dominus, non utique sinuosi volubilitatem corporis, ^d sed extollentis se fidei sanctitatem. Sicut enim qui corporaliter saltat, nunc aere suspenditur, nunc ad altiora jactatur, nunc alternis saltibus loca diversa collustrat: ita et qui spiritualiter saltat, intercurrente fide, modo in aeris sublimitate erigitur, modo ad siderum altiora sustollitur, modo diversis cogitationum saltibus paradysum, cœlumque collustrat. Et sicut qui corporaliter saltat, volubilitate membrorum se exercens, gyrum sibi saltationis acquirit: ita et qui spiritualiter saltat, fidei alacritate semper æmovens, gyrum sibi totius orbis assumit.

6. Solent autem homines, sicut mos est, in suis votis, hoc est, nuptiis, præcipue saltare vel canere; unde et nos habemus votivas nuptias, quibus saltare vel canere debemus. Vota enim nostra celebrantur, quando Christo Ecclesia copulatur, sicut ait Joannes: *Qui habet sponsam, sponsus est* (Joan. iii, 29). Propter hæc ergo nuptias saltare nos convenit.

D Siquidem David rex pariter et propheta, cum multa occinerit, ante arcam Testamenti etiam saltasse dicitur (II Reg. vi, 14); elatus enim gaudio, in saltationem prorumpit: prævidebat enim in spiritu Mariam de germine suo Christi thalamo sociandam. Unde ait ipse: *Et ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo* (Psal. xviii, 6). Ideo ipse præ cæteris prophetiarum auctoribus plus cantavit; quia lætior cunctis per hæc gaudia suos posteros conjugabat: et ad propria vota solita dulcius invitans, docuit nos quid in ipsis nuptiis facere deberemus, cum ille

^a Ita cod. Lugd. et Valliscl.; edit. vero, *quam dissimulanter infundat*. Non recte.

^b Lugd. codex, *domum vacuum repedit*. Et infra, *quis*

de vestris cum, etc.

^c Codex Valliscl., *ad virtutis observantiam addens.*

^d Valliscl. cod., *sed extollentissimis fides sanctitatem.*

ante nuptias tanta exultatione saltaverit. Ante arcam ergo saltavit propheta David : arcam autem quid, nisi sanctam Mariam dixerimus? Siquidem arca intrinsecus portabat Testamenti tabulas, Maria autem ipsius Testamenti gestabat hæredem : illa intra semet Legem, hæc Evangelium retinebat; illa Dei vocem habebat, hæc Verbum. Veruntamen arca intus forisque auri nitore radiabat, sed et sancta Maria intus forisque virginitatis splendore fulgebat : illa terreno ornabatur auro, ista cœlesti.

448 SERMO XLIII.

Increpatio ad populum quod Ecclesiam non frequentet.

Magni viri hunc sermonem Ambrosii esse existimantes, concilium, cujus in eo mentio exstat, non nisi Aquileiense opinati sunt. Sed ut potius de hoc quam de alio agi credatur, nihil occurrit. Quod autem eundem sermonem pro Ambrosiano illi habuerunt, fidem editionum hæc in re secuti sunt. Cæterum ut non dicamus illum inventi in antiq. cod. Gall. cujus sermones omnes tribuuntur Augustino, nihil ei neque in stylo neque in argumento inest, quod Ambrosio nostro conveniat.

1. Deberem, fratres, post hos complures dies aliquid uberius prædicare, et revertens à tanto examine sacerdotum, dulci vos sermone reficere. Bene dixi examine sacerdotum : quia sicut apes de divinarum Scripturarum flosculis suavia mella conciliunt; et quidquid ad medicinam pertinet animarum, oris sui arte componunt. Recte comparantur apibus sacerdotes ; quia sicut apes castitatem corporis præferunt, cibum vitæ cœlestis exhibent, aculeum legis exercent ; puri enim ad sanctificationem, suaves ad refectionem, severi sunt ad ultionem. Apibus plane sunt comparandi, qui velut alveario quodam gratia matris Ecclesiæ continentur, in qua diversorum meritorum cellulas dulcissimis prædicationibus componentes, de uno Salvatoris examine christianorum examina multa produciunt.

2. Cum semper, fratres, non cessaverim vos paterna pietate corripere, miror nihil vos tot meis ammonitionibus profecisse, et doleo quod frequens prædicatio mea non vos profectu aliquo salutis corrigat, sed quadam contestationis poena constringat. Prædicatio enim sacerdotis in plebe salvandis est correctio, et contestatio judicandis ; contestamur enim illis ante iudicium, quod illos maneat in ipso iudicio ; ut tunc omni excusatione subnota, et rei sint de peccatis, et obnoxii de contemptu. Unde et ego interdum parcens vobis tacere velim : sed malo vos contumaciæ causas reddere, quam me negligentia sustinere iudicium.

3. Comperi enim, fratres, quod per absentiam meam ita rari quique ad Ecclesiam veniatis, ita pauci admodum procedatis, quasi me proficiscentem, mecum pariter veneritis, et quasi cum necessitatibus ego pertahor, vos mecum traxerit ipsa necessitas. Pariter ergo a domo Dei absentes sumus, sed hoc interest, quod me absentem necessitas efficit,

vos voluntas. Nescitis quia etsi ego ab Ecclesia desum, Christus ab Ecclesia sua, qui est ubique, non deest? Venis, frater, ad Ecclesiam, non invenis ibi episcopum : sed si fideliter venis, invenies ibi episcoporum episcopum Salvatorem. Nam christianus qui tunc tantum procedit ad Ecclesiam, quando episcopus præsens est, non tam Dei causa videtur processisse, quam hominis : nec implesse christiani timentis officium, sed amici deferentis obsequium.

4. Quid autem ego vos arguo, cum possitis me uno sermone convincere (q. 1., c. Quid autem)? Convincor enim cum in hac parte clericos vobis magis video negligentes. Quomodo enim possum corrigere filios, cum fratres emendare non possim? aut qua fiducia succenseam laicis, cum a consortibus pudoris verecundia conticescam? Ego autem, fratres, non de omnibus loquor. Sunt certe quidam devoti, sunt et alii negligentes : ego neminem nomino, conscientia sua unumquemque conveniat.

SERMO XLIV.

Post increpationem allocutio ad populum.

Habetur hic sermo sub hæc inscriptione in mss. Gall. atque Lugd.; in vet. autem edit. pro allocutio ponitur consolatio : at Rom. edit. titulum qui non tam sensu quam verbis distaret, concinnavit. Hanc vero concionem pronuntiatam esse post superiorem non ambigimus ; ejusque auctorem nonnulla ex Hieronymo cap. 62 in Matthæum, plura ex Ambrosio lib. vi. in Lucam, num. 96 et 97, mutuatum cernimus, quem ut alium existimemus ab Ambrosio, cuncta inducunt.

1. Amarior fortasse fuerit ⁴ increpatio mea superioribus prædicationibus, quod plerosque de vobis acrius magisterii severitate convenerim, et sim prosecutus quæ ⁴⁴⁹ aliquantis non blandimenta deferrent, sed tristitiam irrogarent. Verum nihil meæ interest; ego enim gaudeo sciens discipuli tristitiam magistri esse lætiam. Tunc enim auditor proficit, quando austeriora annuntiat prædicator : tunc ei salus gignitur, quando tristitia emendationis ingeritur ; dicit enim beatus Apostolus : *Nam quæ secundum Deum est tristitia, poenitentiam in salutem stabilem operatur* (II Cor. vii, 10).

2. Recte ergo lætor, quia salutem operor : cum objurgo, mœreat licet filius mei asperitate sermonis ; me tamen delectat, qui proficere illum intelligo per mœrorem. At sanctus Apostolus : *Quis est enim filius, quem non verberat pater* (Hebr. xii, 6)? Non enim osculatur semper pater filium, sed et aliquando castigat. Ergo quando castigatur, qui diligitur, tunc circa eum pietas exercetur. Habet enim et amor plagas suas, quæ dulciores sunt, cum amarior inferuntur ; dulcior enim est religiosa castigatio, quam blanda remissio. Unde ait propheta : *Dulciora sunt vulnera amici, quam voluntaria oscula inimici* (Prov. xxvii, 6).

3. Igitur, fratres, quia post tot increpationis meæ utilia verba credo vos benignitate sensuum profecisse, de sacris litteris aliqua conferamus. Sicut enim

^a Codex Lugd., prædicatio mea... quod plerosque de vestris.

fons, qui non solito humore distillat, exagitur surculis, et ita largior invenitur, ac primum ex eo turbida aqua producitur, ut unda purior subsequatur : sic ergo et sanctitas vestra exasperata quidem fuerat austeritate sermonis, sed devotior facta est dulcedine pietatis. Turbulentum enim quiddam vestri animi forsitan retinebant, sed jam ex vestris moribus profluit omne quod purum est.

4. Videamus ergo quid sit quod ait ad discipulos suos Dominus: *Vos autem quem me esse dicitis (Matth. xvi, 15)?* Non igitur tamquam ignarus interrogat Dominus, quid de eo populi discipulique sentirent : sed tamquam sciens universonum mentes, fidem manifestare voluit singulorum ; ut quod corde credebant Dominum, alii Hieremiam, alii Joannem Baptistam, Petrus solus Christum Dei Filium confitetur. Gradus quidam sunt fidei, et qui devotius credit, religiosius confitetur.

5. Pro hac devotione dicitur Petro : *Beatus es tu, Simon Barjona ; quoniam caro et sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus, qui est in cœlis. Et ego dico tibi : Tu es Petrus, et super hanc petram œdificabo Ecclesiam meam (Ibid. 17 et seq.).* Cum vocaretur ergo Simon, per hanc devotionem vocatus est Petrus. Legimus, dicente Apostolo de ipso Domino : *Bibebant de spiritali consequente eos petra, petra autem erat Christus (I Cor. x, 4).* Recte igitur quia petra Christus, Simon nuncupatus est Petrus ; ut qui cum Domino fidei societatem habebat, cum Domino haberet et nominis Dominici unitatem : ut sicut a Christo christianus dicitur, ita et a petra Christo Petrus apostolus vocaretur.

6. Sed nec populorum opinionem possumus reprobare, qui unum de prophetis Dominum æstimabant (*Matth. xvi, 14*). Nam ideo nonnulli velut Eliam Salvatorem forsitan putaverunt ; quia ad cœlos Elias sicut Salvator ascendit (*IV Reg. ii, 11*). Sed non sicut Elias Christus est ; ille enim ad cœlos rapitur, iste regreditur : ille tamquam infirmus ignea quadriga subvehitur, hic tamquam Deus propria virtute portatur : ille sicut homo ducitur, hic sicut Salvator ascendit : ille ducentes sequitur angelos, comitantes sibi angelos iste præcedit. Denique lidem angeli remeantes in terram a Domino Salvatore dixerunt ad Apostolos : *Viri Galilæi, quid statis aspicientes in cœlum ? Hic Jesus qui receptus est a vobis, sic venit quemadmodum vidistis eum euntem in cœlum (Act. i, 11).*

SERMO XLV.

De primo Adam et secundo.

Hunc sermonem vel potius sermonis fragmentum, e Vat. cod. scripto jussu cardinalis Bononiensis an. 1470 desumptum exhibemus, non quidem quod in eo quidquam deprehendamus Ambrosiani, sed quia scriptio non inelegans, et sancti Doctoris nomine in ms. prænotata, cum alioqui nusquam quod sciamus, edita fuerit, saltem ut in appendice locum habeat, nequaquam indigna videatur.

1. Audite, fratres charissimi, quale est legis mysterium. Primus homo de terra et cœlo ; secundus de

A cœlo et terra : hic ex Deo et Maria, qui de terra ; ille de terra et Spiritu, qui de cœlo est. Uterque tamen ex virgine, et sine coitus permixtione est : hic ex incorrupta, ille ex intacta : **450** quia nullo adhuc semine, nec vomere fuerat sauciata nec imbre. Per primum vita amissa, per secundum reddita. Primus acceptam perdidit gratiam, secundus cum vita tribuit gratiam : primus suasu virginis cecidit, secundus partu virginis, quod jacebat, erexit : primus peccando mortis pœnam protulit, secundus patiendo indulgentiam contulit : primus pro culpa de paradiso ejectus, secundus pro gloria cruci mundo affixus.

2. Ergo malum per feminam, immo per feminam bonum ; quia per Evam cecidimus, per Mariam stamus ; per Evam prostrati, erecti per Mariam ; per Evam servituti addicti, per Mariam liberi effecti. Eva nobis sustulit diuturnitatem, Maria nobis reddidit perpetuitatem : Eva nos damnari fecit per arboris pomum, Maria absolvit per arboris donum ; quia et Christus in ligno pependit, ut fructus.

3. Igitur sicut per arborem mortui, ita per arborem vivificati. Arbor nobis nuditatem ostendit, arbor indulgentiæ foliis vestivit : arbor peccatorum incussit ardorem, refrigerium delictorum vestibus præparavit arbor scientiæ : arbor spinas et tribulos genuit, spem et salutem arbor scientiæ peperit : arbor sudorem attulit et laborem, arbor contulit pacem et salutem : arbor lumen corporis patefecit, arbor oculos cordis discluit : arbor mundi insinuavit astutiam, divinam arbor demonstravit prudentiam : malum arbor, bonum arbor ostendit ; et ut ad dilecti originem redeam, et Deo annuente, quod sentire conceditur dicam : Adam nisi corporaliter cecidisset, Christus nos in ista vita non spiritaliter suscitare debuisset.

4. O sacramentorum, ut diximus, Mariæ mysterium, o conclusam perfidis, et manifestam fidelibus disciplinam ! Immortalis mortalem ædificat, parit immortalem : incorporalis terra concluditur, corporalis cœlo : Deus homo efficitur, sed exhibetur Deus ; et hoc totum per Adam committitur, et lavatur per Mariam. Ergo felix Eva, per quam data est occasio : immo felix Maria, per quam tributa est curatio : felix Eva, per quam natus est populus ; felicius Maria, per quam natus est Christus. Igitur alteri melior, immo et gloriøsæ utræque ; quia non lætificasset Mariam Christus, nisi Evam priorem, de qua nata est ipsa Maria, desinxisset : nec venisset ad populum, nisi prius illa deliquisset in sæculo. Hæc mater humani generis dicitur, illa salutis : Eva nos edocuit, roboravit et Maria.

5. Per Evam crescimus, per Mariam regnamus : per Evam seducti ad terram, per Mariam elevati ad cœlum ; et ut totum breviter legis patefaciam sacramentum, et duas in unam fuisse, sicuti omnes esse ostendam : in Eva tunc Maria inerat, per Mariam postea revelata est Eva.

6. Gratias Domino, fratres charissimi, quod quæ

sit diei festivitas, doceri nos non necesse est; qui prævenitis devotione docti. Nam accesserunt hodie prophetiæ atque evangelicæ lectiones eamdem rem docentes, quam fides vestra nos docuit. Donet ergo Deus noster, ut concordantibus sicut hodie, ita omni tempore cum lectione divina actibus, hoc vos habeatis in moribus.

SERMO XLVI.

De Salomone.

In omnibus Ambrosianis editionibus libelli titulum in fronte tulit hæc opella; cum tamen verus sermo sit, quo tria Salomonis scitu impossibilia mystice exponuntur. Ejus elegantiam, et simul ab Ambrosii stylo diversitatem Erasmus agnovit: verum secundam illam Hermannus putat obscuram esse, ipsi tamen vox Psalmographus, cui etiam Archipirata jungi poterat, non satis videtur Ambrosiana: sed nos Erasmi judicium utraque ex parte verum credimus. Quod autem Hermannus sententiam qua hic dicitur Martha Lazari soror a Christo liberatam fluxu sanguinis, parum esse firmam, quænam fuerit mulier sanata consulere licet Eusebii lib. vii Hist. cap. 18 edit. Vales., Sosomeni lib. v cap. 21, et Philostorgii lib. vii, num. 3. Quin et Ambrosius hanc quoque curationem diligenter explicat Comment. in Luc. lib. vi num. 57 et 58, nec tamen ibi Marthæ meminuit.

CAPUT PRIMUM.—1. Mirum satis est, dilectissimi fratres, quod in hoc capitulo sapientissimus omnium hominum Salomon propheta proposuit tria impossibilia esse, quæ scire non posset, **451** quartum adhuc esse quod non valeret agnoscere: *Vestigia aquilæ volantis, vias serpentis super petram, et semitas navis navigantis, et vias viri in juventute* (Prov. xxx, 19). Hæc se nescire testatur ille propheta Salomon, qui ut primum transactis infantiae rudimentis, annos juventutis ingressus est, in quibus posita adhuc infirmæ ætas, quem cursum vitæ deligat, nutat incerta; nihil aliud a Deo, quam sapientiam postulavit: inter ipsa, ut dixi, vitæ tentamenta jam sapiens, qui in dilectione rerum, quod omnibus præiret, elegit. Sic enim ipse in libro Sapientiæ suæ se Dominum omnipotentem deprecatum fuisse commemorat: *Da mihi, inquit, sedium tuarum assistricem sapientiam* (Sap. ix, 4); ut sciam dispositionem orbis terrarum, virtutes elementorum, initium et consummationem et medietatem omnium rerum, divisiones et mutationes temporum, anni cursus, et dispositiones stellarum, naturas animalium, et iras bestiarum, vim ventorum, et cogitationes hominum, differentias arborum, et virtutes radicum: omnium enim artifex, ait (Sap. vii, 21), docuit me sapientia. Et alibi ipse in eodem libro: *Invocavi, inquit, et venit in me spiritus sapientiæ* (Sap. vii, 7).

2. Et quid est, dilectissimi fratres, quod tam locuples possessor sapientiæ Salomon, cum omnia cognovisset, quæ in arcanis abditarum dispositionum tenebantur absconsa, hæc sibi impossibilia esse prætendit? Quippe qui a Deo esset sapientiam consecutus, qui noverat mundanæ dispositionis introitum, qualiter esset hoc cælum omne quod cernimus,

ardua sublimitate suspensum, quemadmodum fieret aeris istius circumjectus et fusus æquo moderamine libratus in medio, quibus modis pigro ad imum dilapsa pondere terra subsisteret, qua ratione intra certas littorum metas liquidi elementi impatiens ductus lapsus exæstuet: quod principium rerum, quis finis, et quæ essent media. Quem iterum divisiones et mutationes temporum non latebant, qui comprehenderat qualiter sibi annorum mutua vicissitudo, redeunte orbe, succederet, qua causa varios stellarum ageret cursus, præcedendo se nonnumquam, aut subito subsequendo, unde earum esset ortus aut obitus, et alia multa, quæ sapientia docente, cognoverat. Mirum quod ista quæ sibi impossibilia esse dicit, aut scire non potuit, aut videre.

3. Sed quia omnia quæ in libris divinis prophetarum annuntiatione congesta sunt, suis sunt temporibus reservata, merito Salomon ante adventum Domini nostri Jesu Christi, quid aquila volans, quid serpens in petra, quid navis navigans, quæ juvenis via in juventute esset, scire non potuit: adhuc non erat tempus, quo de umbra corpus fieret, aut veritas de figura. Nobis vero, quibus Dominus noster Jesus Christus ostendit quod omnia de ipso essent in Lege conscripta, quibus nihil est occultum quod non reveletur; et posteaquam signatum illum septem sigillis librum nemo alter potuit reserare, quam Christus; permissum et indultum est nobis, ut omnia et videre possimus et nosse, sicut ipse Dominus ait: *Pater, confiteor tibi, quia abscondisti hæc a sapientibus, et revelasti ea parvulis* (Matth. xi, 25). Et iterum: *Vobis, inquit, permissum est scire mysterium hoc* (Luc. viii, 10). Quæ ideo retuli, ut non tam Salomonem quod non potuisset scire reprehenderim, quam quod non fuisset temporis, ut sciret.

CAPUT II.—4. Sed jam ne proposita lectio diutius differatur, pauca vobis quæ ita in quæstionem veniunt, propitio Deo nostro, cogitavi exponere: *Tria sunt, inquit, impossibilia mihi scire, et quartum quod non cognosco: vestigia aquilæ volantis, et vias serpentis super petram, et semitas navis navigantis, et vias viri in juventute.* Quis enim unquam, dilectissimi fratres, potuit ista cognoscere? Quasi vero sit facile ut suspensa aquila in altum celeri elatione pennarum, plausus sui et lapsus vestigia manifesta constituat, aut viam signet in vacuo, et lineam sui volatus ducat, figatque in liquido? Quis cursum navis deprehendat in fluctibus? quis indicium ejus, per quos aggeres et limites feratur, intelligat? Crebra semper et inquieta mutatio, dum undis sequacibus, aut obruitur quod præcessit, aut opprimitur quod secutum est. Quis in petra signum aliquod serpentis agnovit, cum et materia sit dura saxorum, et lubrica natura serpentum? Aut quomodo possunt viæ viri in juventute cognosci, qui unde veniat, et quo eat, non potest deprehendi? Hæc sunt quæ sapientissimus Salomon propheta dixit se non **452** posse cognoscere. Nunc ergo de singulis rebus istis quid dicamus, audite.

5. Aquilam in hoc loco Christum Dominum nos-

trum debemus accipere, qui post venerandam resurrectionem, qua decuit humanum genus in vitam redire posse post mortem, vetut aquila revolavit ad Patrem, prædam secum referens, id est, hominem, quem rapuerat de faucibus inimici. Hæc est aquila, quam Ezechiel propheta in illam quadriformem sedem et Cherubim vidisse se retulit inter animalia quæ mysticum vehiculum rotis juncta portabant; unum enim animal simile vituli, aliud leonis, tertium hominis, quartum aquilæ (*Ezech. 1, 10 et seq.*), sicut in Apocalypsi Joannes se vidisse conscripsit. Primum, inquit, animal simile vituli, secundum leonis, tertium hominis, et quartum aquilæ (*Apoc. 14, 7*).^a Sed de hac animalium æqualitate alter locus ad tractandum necessarius est. Nunc interim quod cœpimus, explicemus.

5. Hæc est aquila, de qua scriptum est: *Sicut aquila tegit nidum suum* (*Deut. xxxii, 11*), id est, Christus Ecclesiam. Et iterum inquit: *In umbra alarum tuarum sperabo* (*Psal. lvi, 9*). Et iterum: *Renovabitur sicut aquila juvenus tua* (*Psal. en, 5*). Nam ut aquila colona, quasi ita mater nidi semper unius est, nec ad procreandum sobolem aliud aliquando cubile perquiri, et cum primum calidis ovis maturo ortu fetus eruperit interior, pullos educit implumes, hos contra faciem fervidi solis opponit, et qui ægram et invalidam corusco radiorum appulsu aciem submisserit oculorum, materno damnatus arbitrio, et a fratrum consortio separatus dejectus in terram. Et sicut avis ista inimica serpentum est, quos dum in aere alarum remigio subrostando supportat, hos obunco rostro, et armatis quasi quibusdam telis, pedibus suis lacerat ac divellit; quos cum devorat, calore suo interno noxium illud virus exstinguit: ita ergo et Christus Dominus unam diligit Ecclesiam, et aquila nidum suum; quam ab æstu persecutionum alarum suarum defendit umbraculo: sic quoque extra Ecclesiam projicit, in quibus fidelium lumen infirmum est, qui igneam Evangeliorum lucem vitlis secularibus inquinati ferre non possunt.

6. Et ut aquila serpentes devorat, et eorum venena calore coquit interno: ita et Christus Dominus noster, percusso dracone, id est, diabolo lacerato, quod humanum sibi corpus assumit, peccatum illud quod hominem tenebat obnoxium, tamquam perniciosum virus exstinxit, sicut Apostolus ait: *Et de peccato damnavit peccatum in carne sua* (*Rom. viii, 3*); et alibi: *Qui cum peccator non esset, pro nobis peccatum fecit* (*II Cor. v, 21*). Ad hoc quoque Moyses serpentem æneum in eremo suspendit in ligno, qui proprius erat typus corporis Christi, ut quicumque in eum aspiceret, non periret; corpus enim hominis per transgressionem vas fuerat serpentis effectum. Sic et alibi ipse Moyses virgam projectit in terram,

^a Ita mss. et edit. præter Rom. ubi legitur: *Sed de horum animalium qualitate alter locus, etc.*

^b Rom. edit., *Quæ quia et ipsa imago erat corporis Christi, et tantæ virtutis in se typum gerebat, omnium Ægyptiorum potestatem absorbit. Nec multum ab ea*

quæ in similitudinem est corporata serpentis: ^b quæ et ipsa imago erat corporis Domini, ideo tantæ virtutis in se typum gerebat, is qui absorbit omnium Ægyptiorum potestatem.

7. Hoc est ergo quod ait: *Vestigia aquilæ volantis*; quia etsi post passionem et resurrectionem suam, præsentibus apostolis, Dominus noster ascendit in cœlum, tamen cujus hominis tam altus sensus et tantus est, ut explicare possit, quomodo illa tanta majestas de cœlo aut venire dignata fuerat, aut redire; cum hoc solum nobis scire liceat, quod aut venit, aut rediit? Quis enim cognoscere potest quemadmodum Verbum in Virginem venerit, ut repente conciperet, ut tam felicem fetum partus virginalis effunderet, ut hominem Deus indueret, quem totus mundus non potest, nec sufferre, nec capere? id est, quod ait: *Vestigia aquilæ volantis*: id est, Christi Domini adventantis ad terram, ac redeuntis ad cœtos vestigia comprehendere enarrarique non posse.

CAPUT III.—8. *Et vias, inquit, serpentis super petram. Dixi jam charitati vestras quod sinuosis lebeus membris nitidus et volubilis coluber tractibus suis vestigium aliquod in petra, quia res est dura, non faciat. Indicium enim monstri hujus non nisi molli scriptura signatur in pulvere. Nunc ergo videamus quis sit iste serpens, aut quæ petra, in qua serpentis vestigium non apparet. Hanc petram Dominum nostrum esse ambigere non debemus. Sic enim Apostolus ait: *Bibebant autem de spiritali sequenti petra, petra autem erat Christus* (*I Cor. x, 4*); et Psalmographus: *In petra, inquit, exaltasti me* (*Psal. lxx, 5*); **453** et Moyses in eantio Deuteronomii: *Lactavit eos mel in petra, et oleum de solida petra* (*Deut. xxxii, 15*), id est, quod dulcem daturus iis esset Evangelii suavitatem, aut Spiritum sanctum per christi unctorem. Et alibi ait: *Beatus qui tenet, et allidet infantes suos ad petram* (*Psal. cxxxvi, 9*): quod utique in religiosis paricidium erat, si petra ista figuram Christi corporis non haberet. Nemo enim beatus in funere est, qui infantes suos allidit ad petram: sed ideo beatus est, quod illos conjungit ad petram.*

9. Dixi ergo petram Dominum et Salvatorem nostrum in Scripturis omnibus inveniri. Serpens autem ex ipso nomine, quod sit diabolus, apparet sicut callidior omnium bestiarum, quæ sunt supra terram, id est, diabolus: qui ideo serpens dicitur, quod occulte serpat, et quod sensus hominis tenuiter illabendo pertinet: quos si convicerit, modullis se hominum atque ossibus implicat et immergit. Qui in corpore hominis, quod omnipotens Christus Deus induerat, nulla malitiæ suæ potuit imprimere vestigia; quinvis illud ausus fuerit sæpe tentare, sicut ipse Dominus in Evangelio ait: *Ecce venit prin-*

mss. atque aliæ edit. in verbis differunt, sed potius in verborum ordine, quem et sequimur.

^c Sic vet. edit. ac inss.: edit. vero Rom. locum ita transposuerat, *Quod sit callidior omnium. . . . apparet quod est diabolus; qui, etc.*

ceps mundi hujus, et nihil in me inventi (Joan. xiv, 30); et alibi: *Nihil proficiet inimicus in eo, et filius iniquitatis non nocebit ei* (Psal. lxxxviii, 25). Hæc est ergo petra, id est, caro Christi nulla inimici iniquitate respersa, in qua serpentis, id est, peccati alijus vestigium non apparet, ut scriptum est: *Qui peccatum non fecit, nec dolus inventus est in ore ejus* (I Petr. ii, 22).

CAPUT IV.—10. Adhuc quid subjungat, audite: *Et semitas, inquit, navis navigantis*. Navem adæquæ Ecclesiam debemus accipere in salo mundi istius constitutam, quæ crebris ventorum fluctibus, id est, tentationum plagis et verberibus fatigatur: quam turbidi fluctus, id est, hujus sæculi potestas, conantur ad saxa perducere. Quæ etsi undarum fluctibus aut procellis sæpe vexatur, tamen numquam potest sustinere naufragium; quia in arbore ejus, id est, in cruce, Christus erigitur, in puppi Pater residet, gubernator proram paracletus servat Spiritus. Hanc per angusta hujus mundi freta duodeni in portum remis ducunt, id est, duodecim apostoli, et similibus numerus prophetarum.

11. Inde Montani antra latratu falsi carminis resonant, qui duobus feminis prophetissis, Priscillæ et Maximillæ tanquam alicujus Scyllæ rabidis succinetus est canibus. In ista nave Ecclesiæ ea feliciter præterimus. Inde in Photinianam Charybdim non incidimus. Inde nullo modo in illud barathrum, quasi Dathan et Abiron, id est, in præsendum mortis Ursacii et Valentis non incurrimus. Inde Arium archipiratam, qui nos per mare sæculi ad instar Pharaonis insequitur, non timemus; illam stellam servantem in cælo, quæ Magos perduxit ad Christum, per quam nos regnum Dei, qui malorum omnium futurus est portus, exspectat. Inde numquam nos de hac navi Ecclesiæ præcipitatos Marcion ille cæcus absorbit. Inde Sabellus pirata non cepit. Inde nobis aquilo nocere non poterit, quamvis inde sint antichristi violentæ flabra ventura, sicut scriptum est: *Ex aquilone exardescunt mala* (Jerem. i, 14). Inde syrtis gentilium, et periculosas hæreses et scopulos evitamus, quos superjacent aquæ tenuis occultat allapsus; quia hæretici sub prætextu nominis christiani, absconsa perfidiæ saxa fallaci confessione oris obducunt, in quæ homines, dum illis quod christiani sint, fides habetur, impingunt.

12. Hæc ergo navis Ecclesiæ est, quæ etsi quotidie sæculum istud tanquam aliquod pelagus sortitur infestum, numquam eliditur ad saxum, nec mergitur ad profundum. Navem autem Ecclesiam esse divinis testimoniis probamus, sicut ait: *Illic transierunt naves Tharsis* (Psal. xlvii, 8); et alibi: *Adversus omnem navem maris* (Esai. i, 16); quia sunt Ecclesiæ sæculi, quæ totam sibi spem, quod sit in hoc tempore, non tam de Deo, quam de potestatibus hujus sæculi repromittunt.

13. Sed quod ait, *Vias navis navigantis*, proprie significat quod in tempore miro modo persecutionis

A comprehendere omnino non posset, quemadmodum vivida per interitum, et dives per damna reddatur, sicut ait ex persona ipsius Psalmographus: *In tribulatione dilatasti me* (Psal. iv, 3). Quæ ob hoc multis in locis aut soli comparatur, aut lunæ: quæ etsi tunditur, non movetur: et si moveatur, resurgit.

14. *Et vias, ait, viri in juventute*. Vir iste, Christus Dominus noster est, sicut in Actibus apostolorum scriptum est: **554** *Viri Israelitæ, audite hæc verba: Jesum Nazarenum virum a Deo electum in vobis, virtutibus et signis et portentis approbatum* (Act. ii, 22); et Apostolus: *Ut omnes in virum perfectum occurrere possimus, in mensuram Christi* (Ephes. iv, 16); et alibi: *Destinavi vos uni viro virginem castam exhibere Christo* (II Cor. xi, 2). Hic est vir cujus viæ cognosci in juventute non possunt. Quis enim æstimare animo possit, aut capere quanta ille opera exercuerit, cum secundum hominem moraretur in terris? quæ itinera virtutum duxerit? in quas vias beneficiorum circa humanum genus fuerit ingressus, dum claudis pedum restituit firmitatem, dum cæcis lumina amissa reddit, aut imponit condita, dum eloquium præstat mutis, et surdis insinuat auditum, dum largum sanguinis fluxum siccant in Martha, dum dæmones pellit ex Maria, dum corpus redivivi spiritus calore constringit in Lazaro, et quod mors sibi vindicaret ad pœnam, lux denuo recepit ad vitam? Quid ille solidus gressus in fluctibus, quid reliquæ de paucis panibus plus superesse, saturata multitudino, quam fuisse? Quid inopem in vino Gallitæi conjugis apparatus, sed Domini operibus pretiosum? Et alia multa, sicut in Evangelio dictum est, quæ si omnia scripta essent, mundus ea capere non posset. (Joan. xxi, 25). Aut quid postremo descensus ad inferos, aut ascensus ad cælum? Quid illud quod in passione ipsius integram lucis consuetudinem sol habere non potuit; ut taceam ruptum velum, lapidem revolutum? Hæc ergo viæ sunt in juventute, quas non tam deprehendere propheta, quam enarrare se non posse testatus est.

15. Tales hic etiam dicit *vias meretricis, quæ postquam abluta est, dicit se nihil mali fecisse*. (Prov. xxx, 20). Meretrix ista Ecclesiæ typus est, aliquando in gentibus constituta, idolorum cultibus vitata, quam vanæ superstitionis supra polluerant; quam falsorum deorum adulteram fecerat multitudo: lascivæque ac turpes incompositis motibus saltus nemorum et lucorum inculta lustrabat, dedita luxuriæ, pompæ gentilium mancipata. Hanc postquam Dominus noster Jesus Christus puro baptismatis fonte perfudit, ablutioem et criminis accepit et nominis per gratiam fidei. Post meretricem fit virgo, quia uni se destinavit Sponso. Nam et Raab illa meretrix Hierichantis, quæ speculatores Jesu Nave excepit hospilio (Josue vi, 25), et quod signo cocci signata est, qui color figuram Christi sanguinis indicabat, et quod eversionem civitatis evasit, Ecclesiæ typum habuit, quæ per sanguinem

Christi ruinam mundi istius secreta non metuit. Sic enim ait propheta: *Accipe, inquit, tibi uxorem fornicariam, et fac filios fornicationis (Ose. 1, 2)*. Ubi-que enim, dilectissimi fratres, cultura idolorum fornicatio nuncupata est, ut in Apocalypsi scriptum est: *Et sinis fornicari servos meos, et manducare idolis immolata (Apoc. 11, 20)*. Denique Hierusalem civitas illa quondam nobilis Hebræorum, quotiescumque a veritate deflexerat, et idolis serviebat, statim meretricis vocabulo nominabatur, sicut clamat Esaias: *Quomodo facta est meretrix civitas fidelis Sion (Esai. 1, 21)*? Inde est ergo quod ait Salomon: *Talis autem via mulieris meretricis, quæ posteaquam abluta est, dicit se nihil mali fecisse (Prov. xxx, 20)*.

SERMO XLVII.

In cap. xxx Proverb. de differentia Salomonis et aliorum prophetarum.

Hoc sermonis fragmentum, statim atque in edit. Rom. prodiit in lucem, Ambrosii non esse nemo non advertit: at vero ejus auctorem et tenebris eruere non tam pronum est; nisi quis ex eo quod locus de meretrice in hoc et in superiori sermone Ecclesiæ accommodatus, eodem quoque modo expositus reperitur in sermone 2, de Eleemosyna, quem Maximi esse in sermonum prætermisorum censura probavimus, omnes eos eidem auctori conjectet assignandos. Ad hæc illud adjiciemus huic sermone a Romanis editoribus multa fuisse partim adjecta, partim mutata, quæ nos e Vat. cod. restituvimus.

1. Ante adventum Christi Salvatoris nostri, prophetæ multi, concepto Spiritu sancto, futura nuntiaverunt, inter quos et Salomon loco suo et ordine pro temporibus numeratur: sed inter alios et ipsum est aliqua distantia. Ideoque cæteri de solo Spiritu locuti sunt, Salomon autem et de Spiritu et de adjuncta sapientia est locutus. Denique 455 hoc a testatur locutio, quam ex verbis ejus audivimus recitatam; dum inter sapientiam et Spiritum proficitur ignorantiam suam, cum dicit: *Tria sunt, inquit, quæ non intelligo, viam navis in mare, semitam serpentis in petram, et vestigium aquilæ volantis in aera: quartum quod investigare non possum, hoc est, mulierem mæcham, quæ cum semel abluta fuerit, credit se in toto non peccasse (Prov. xxx, 19, 20)*. Hæc verba communi sensu quasi de vulgo videntur collecta, D

^a Rom. edit., testatur lectio. . . . Nam dum quorundam mysteriorum propriam proficitur ignorantiam, assignare distantiam videtur inter sapientiam sibi collatam et spiritum. Dicit ergo: Tria sunt mihi impossibilia scire, et quartum quod non cognosco: Semitas navis navigantis, vias serpentis super petram, et vestigia aquilæ volantis, et quartum quod non cognosco, vias viri in juventute. Talis via mulieris meretricis, quæ cum fecerit, postquam abluta fuerit, nihil dicit se fecisse mali.

^b Rom. edit., inter fluctus ostenderet, vel præscriberet viam, qua navis transierit? Navis enim transitu suo undas scindit, et illico se unda condensat; ut videatur quia transit, et non sciatur. . . . quæ ut firmius inter fluctus evehatur, de ligno, etc.

^c Eadem edit., Verbum Dei vivum et efficax per

sed in omnibus sunt sancta mysteria: tria in Christo, et unum in Ecclesia.

2. Nam quod dixit viam navis in mare se invenire non posse, hoc non est sine mysterio verbum. Nam quis ^b inter fluctus colligebat viam, quam navis transire potuerat? Navis enim transitu suo undas scindit, et coagulat; ut sciatur quia transit, et non videatur, qua transierit. Visum enim habere potest, vestigium facere non potest. Christus est navis, in qua ascendunt omnium credentium animæ, quæ ut tota firmitas in fluctibus habeatur, de ligno fabricatur, et de ferro configitur, hoc est Christus in cruce. Sed quod dicit navem sine vestigio, ideo quia ^c Verbum Dei vehemens per aurem penetravit ad viscera collecto homine suo inter homines nascitur, Maria virgo generat. Transit navis per mare, et nulla in undis vestigia: venit Christus de celo, aure concipitur, utero tempore certo portatur. Talis Maria virgo remansit, postquam peperit, qualis fuit antequam Verbum ^d aure concepit. Merito Salomon inter Spiritum sanctum, et sapientiam ignorare se dicit, et mysterium indicat, quod ignorat.

3. Deinde proficitur se non videre semitam serpentis in petra: quod communiter omnibus hominibus patet; quia ætatis tempore cum terra solvitur in pulverem, de latibulo suo egressus serpens, impressione corporis sui in terra 456 corrupta potest designare semitam: sed cum ad petram pervenerit, non facit in lapide, quod fecit in pulvere. Sic et serpens diabolus in ipsis natalibus mundi invenit corruptibilem terram, Adam et Evam libenter audientem quæ locutus est (*Gen. iii, 1 et seq.*). Fecit in auribus semitam, fecit et in pedibus, quibus interdictum fuerat iter ad arborem; fecit et in manibus, quibus contrectata sunt poma: fecit ^e in lateribus, quibus necdum concessæ, celebratæ sunt nuptiæ. Tunc serpens potuit in primitivum hominem quasi in pulverem vestigium facere, pervenit ad petram, quæ est Christus (talis enim factus erat ^f Adam, qualis et Christus est ex utero), vidit similitudinem coopertam corpore: sed cognoscere non potuit majestatem. Potuit et ipsum tentandum aggredi: sed Christus nec obtemperavit, nec iratus est; quia ira opus est diaboli: sed cum diaboli contempta sunt verba, serpens in petra vestigium non fecit.

aurem penetrat ad viscera sine læsione, et homine assumpto, Verbum inter homines nascitur sine sui diminutione, et Maria virgo generat sine corruptione. Transit ergo navis. . . . vestigia remanent; quia venit, etc.

^d Rom. edit., aure conceperit, et utero gestaverit. Merito. . . . et infusam sapientiam distantiam ponit, dum ignorare se per Spiritum sanctum Mysterium indicat, quod per collatam sapientiam ignorabat. Denique. . . . super petram. Commune est, et omnibus, etc.

^e Eadem edit., in lateribus, dum ab eis non ut fuerant concessæ, etc.

^f Rom. edit., Adam de limo, qualis et Christus est ex Virginis utero, vidit hominis similitudinem, sed coopertam corpore cognoscere non potuit majestatem.

4. Tertium vero se non intellexisse ^a testatur. A volatu ^b impetum ad inferos fecit, sanctosque rapiens ad superna remeavit.

Aquila intelligitur Christus, qui volatu suo descendit ad terras. Quod animalis genus non nutritur, nisi primum castitas comprobetur matris, ut apertis oculis, absque palpitatione totum aspiciat solem. Merito enim hoc animal comparatur Salvatore; quoniam cum aliquid rapere voluerit, non vestigiis ambulat terras, sed excelsum eligit locum: sic et Christus alta cruce suspensus, tonante strepitu et terribili

^a Rom. edit., *testatur, nempe vestigia aquilæ volantis.*

^b Eadem Rom. edit., *impetum ab inferis fecit... quod dicit de viis viri in iuventute, et muliere meretrice, hæc mulier... ut fornicaria ibat.*

^c Rom. edit., *quas dudum elegerat, relinquens, cum semel fuerit baptismo a peccato lota, carens delictis, dicit se numquam peccasse: at ms. ut in textu, ubi tamen pro sedes, inllemus sordes.*

^d Post verba *renascitur Deo*, Vat. codex desinit; at subiungit Rom. edit. *ut scribit Apostolus ad Corin-*

thios: Si quis ergo in Christo nova creatura est, vetera transierunt, ecce facta sunt omnia nova. Denique merito dicit se nihil fecisse mali; quia per regenerationis sacramentum ita sunt ejus abolita peccata, ac si facta non fuissent; nec sunt in Dei memoria, ut Ezechiel propheta testatur, dicens: Vita vivet et non morietur, omnium enim delictorum ejus quæcunque fecit, non recordabitur ei. In hoc namque in mortem se tradidit Christus, ut Apostolus ad Ephesios scribit, ut exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam non habentem maculam, neque rugam.

thios: Si quis ergo in Christo nova creatura est, vetera transierunt, ecce facta sunt omnia nova. Denique merito dicit se nihil fecisse mali; quia per regenerationis sacramentum ita sunt ejus abolita peccata, ac si facta non fuissent; nec sunt in Dei memoria, ut Ezechiel propheta testatur, dicens: Vita vivet et non morietur, omnium enim delictorum ejus quæcunque fecit, non recordabitur ei. In hoc namque in mortem se tradidit Christus, ut Apostolus ad Ephesios scribit, ut exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam non habentem maculam, neque rugam.

SERMONES DE SANCTIS.

455 SERMO XLVIII.

In festo sanctæ Agnetis virginis et martyris.

Hunc sermonem hactenus ineditum e tribus mss. prælo commissimus, nimirum Vallisclarensi, Remigiuno atque Regio, in quibus omnibus Ambrosium nostrum præsert auctorem. Tametsi autem persuasum habeamus sancti Doctoris setum non esse, elegantior tamen nobis visa est eadem opella, quam ut a tineis non vindicetur.

1. Cum in toto mundo virgineus flos Mariæ immarcessibiles coronas innectat, et sceptrigeram pudoris aulam immaculato conservet affectu; eoque integritas perseveravit ad palmam, ut in puellis tropæum sanctitatis arriperet, et per vestigia matris virginis ad cælestem thalamum perveniret. Hinc est quod annulo fidei Agnes se asserit subarratam, et clamat se amore constrictam. ^a O quam imitabile virginibus virgo tui tradidisti amoris exemplum! o quam sanctum pectoribus virgineis tribuisti responsum, contemnendo mundi divitias, execrando carnis concupiscentias, et solam Christi pulchritudinem adamando!

2. Accedite ad puellam, puellæ, et discite in annis infantiaë quales in pectore suo circa amorem Christi flammam accenderit. Dicit se amatori suo servare fidem, et ejus corpus concupiscere solum, qui pro amore omnium mortis non recusavit interitum. Discite, virgines Christi, amorem in ⁴⁵⁶ puella ferventem, et omnes mundi divitias velut stercora recusantem. Ideo enim sanctorum per litteras traduntur exempla, ut unusquisque pro qualitate sexus, et pro ætate annorum modum sui propositi teneat, et sicut per virginem virgines, ita et per conjugem conjuges vincere sæculum pro Christi amore studeant,

^a Codex Valliscl., *O quam mirabile est, etc.*

^b Idem codex, *dulcia recusantes, per austera ad*

ac repugnatione animi mundi ^b dulcia recusantes, et ejus non recusantes austera, ad delectationes perpetuas et ad gaudia æterna pertingant.

3. Hæc dicentes non vituperamus conjugum casta commercia, sed virginum perseverantiam adornamus; non enim virginitas ^c malis rebus superponenda est, sed est rebus optimis præferenda. Quæ enim mundis mundior, et sanctis sanctior est, non indiget malarum rerum vituperatione laudari. Sequantur itaque sancta conjugia patriarcharum conjuges in religione positæ, ac divinis litteris informatæ, Sarai, Rebeccam, Rachelem, Annam, Susannam, Sephoram imitentur uxores: Christi vero virgines solam Virginem matrem Virginis luminis subsequantur.

4. Hujus pedissequa Agnes beatissima de se magnum pudicitiaë excitavit exemplum, cum virginitatem prætulit vitæ, omnemque a se amorem terrenum per amorem cælestem expellens, tropæum crucis Christi arripuit; et tam contra libidines quam etiam contra universa supplicia fide potius armata quam ferro, fortiter dimicavit et vicit. Aspicit denique blandientem et renuit: minantem, et despicit: incendium attendit, et ridet. Nescit aliquid amare, ⁴⁵⁷ quod transit; et dum nimis virginitatem diligit, nec ludibria, nec flammæ, nec supplicia, nec carnifices metuit: postremo nec gladium furentis persecutoris expavit. Compellitur virgo ornamenta suscipere corporis, sed renuit; quoniam jam suscepit mentis: et quia non de elegantia corporis humani placere studebat, quia timebat de fœditate animæ Domino displicere, dabat interius per fidem suæ mentis candorem, atque pulchritudinem animæ, quam excolebat; et quantum sciebat quod animam suam

delect., etc.

^c Codex Remig., *malis rebus supponenda est, etc.*

pulchram faceret, tantum in sua carne erubescere se esse formosam: tantumque studuit displicere carnalibus in carnis aspectu, quanto Christo instillit, et ejus angelis complacere.

8. Turbatur juvenis a puella contemptus, et se muneribus complacere posse existimans, aurum, gemmas congemmans, vestes, prædia pretiosa convehat. Sed quia Christi charitas pretium pecuniarum non habet, virgo sacratissima in suo gradu usque ad sanguinis effusionem permansit; quoniam suo illam sanguine subarraverat Christus. Ad concupiscentem igitur revertitur census, et inconvulsa virginitas Christo semel oblata perdurat. Discite, virgines Christi, normæ puellaris exempla, et oblata sub specie pietatis munuscula virorum tota intentione respuite, et quasi rabidi canis morsus omnium cum gaudio recusata. A quo non receperis quod timeas Dei, non accipias quod diligas mundi: accipe, accipe, virgo, sed quod amori æterno proficiat. Quotiescumque ab homine consecuta fueris census, sic accipe, ut te Christi sponsam agnoscas. Videt ille intus in mente quid facias, et quam expetenter ejus virgines comiteris attendit.

6. Videte ergo quomodo sequitur Agnes Mariam. Post opprobria nullum potuit penitus formidare supplicium, cui etiam lupanar turpitudinis locus efficitur orationis; et ubi diabolus ei ignominiam corruptionis præparaverat, illic eam excipere fecit Dominus coronam suæ virginitatis et palmam. Hoc est in suis sedibus hostes vincere, captivam ductam virginem ad penetralia regis libidinum, ipsum regem a virgine, quam captivaverat, victum, et victum cum virginis triumpho exte; nam qui tenuerat, tentus est: qui traxerat, tractus est: qui occidere se putabat, occisus est.

7. Denique ut probemus diabolum a virgine tunc fuisse victum, illius juvenis factum ad animum revocemus, quem contra Agnetis infantiam sic armaverat inimicus, ut nudam faceret trahit ad lupanar per vulgus, sub voce præconantis ducis, populum ad libidinem invitantis. Hunc ergo ducem fuisse diaboli nemo est qui dubitet; et victo duce, populum esse superatum omnibus notum est: superatis autem cum suo duce populis, tyrannum teneri captivum omnibus patet. Constat autem diabolum superatum, quoties contra virginem arma arripuit; nam exspoliata virgo, crinibus legitur: et nudata ab hominibus malis, vestiebatur ab angelis bonis: et damnata in prostibulo turpitudinis, in gremio apparuit castitatis. Efficitur oratorium angelorum locus, qui perditarum fuerat animarum; et ubi semper naufragaverat castitas, illic est coronata virginitas. Denique populos, quos præco ad libidinem invitaverat, virgo ad captivitatem obtinuit: et quos ad eam diabolus inquinatos induxit, illa a se mundos ejecit; omnes namque singillatim ingressi, unus alterum a sustinebat ingressum, quem egressum, dum non crederet

^a Sustinebat, id est, fixo vestigio manebat, et exspectabat.

mundum, se exhibebat immundum: sed ingressus ad libidinem, ad adorandum Dominum meritis virginis tenebatur; et exibat inde Dei servus, qui diaboli fuerat servus intus ingressus; ^b et tot facti sunt Christi cultores, quot diabolus corruptiores se putaverat virginis invenisse.

8. Remansit itaque juvenis, qui reprobationis hujus auctor exstiterat: qui se putabat defensorem virginis superare, hic splendorem dum provocaret ad luxum, vitam quam videbatur habere, amisit; et mortem quam quærebat, invenit. Succedunt ridentibus lacrymæ, et insultantibus finem lamentationes imponunt. Attendit virgo lugentem judicem, et quem minantem ante contempserat, nunc deprecantem exaudit. Illico igitur ut cepit orare pro mortuo, et a mortuis excitat salvum, qui morti fuerat deputatus; et ad gaudium evocat, qui fuerat præcipitatus in luctum. Nam qui incestus fuerat mortuus, castus **458** exsurgit; et sit prædicator castimonii, qui persecutor exstiterat castitatis.

9. Ad hæc sacrilegi conturbantur in templis, et Christum ista miracula facientem non timentes, excitant seditionem ignobilis vulgi; ut ratio quæ suadebat finem seditonum, clamoribus pulsa, locum in mentibus hominum invenire non posset. Pater vero suscitavit filii tristis abscessit, et ut legitur, turbis furentibus vicarium dereliquit. Virgineo itaque corpori stridentes præparavere flammæ, sed corpus quod incendia libidinum superaverat, refrigerium in mediis flammis invenit: et quæ ad hoc focos ingressa fuerat, ut arderet, coepit per sanctam virginitatem algeri; ut disceret virginitas flammæ sibi et incendiis penitus dominari non posse.

10. Nec illos periisse æstimes, quos pro nomine Christi consumpsit incendium; nam cum legeris Eliam ignibus raptum, et pueros tres in mediis ignibus nulla ratione consumptos: aut quia Laurentium craticula consumptum recolis et Agnem sicut Theclam flammarum globos evasisse cognoscis, nullam in his suspiceris varietatem fidei tunc fuisse; una enim fides sanctos Dei in passione exercuit, et diverso genere gloriarum reddidit utrobique victores. Nam qui consumptus est martyr, exsultat: et qui evasit victor, exsultat: et Isaiam sectum martyrem fecit, et Danielem leonum rabiem morsusque contemnentem, probatissimum Deus confessorum expressit: quo facto utrosque diaboli ostendit esse victores; unus enim inofitur et triumphat, alius evadit et regnat.

11. Veni jam, virgo, ad thalamum, quem quæstisti: et pro amore sponsi gladium percussoris admitte; ut sponsam te virginitas immaculata comprobet Christi, et martyrem confessio probata consignet. Felix cetera virginum, quibus studium est tuæ confessionis sequi vestigia; habebunt enim tecum coronam in cælo, quæ tecum superaverint inimicum in mundo. Nam sicut tibi Mariæ vestigia prosequenti partiel-

^b Desunt in cod. Remig., et tot facti sunt.... virginis invenisse.

patio æternæ remunerationis apparuit; ita his imitantibus æterna credimus gaudia non neganda.

SERMO XLIX.

In natali SS. Cantii, Cantiani et Cantianillæ.

Martyrum, in quorum laudem habitus est hic sermo, festum v nonas Apriles in Romano martyrologio renuntiatur: ad quem locum card. Baronius observat in Notis suis hunc ipsum sermonem Ambrosio perperam attributum, cum sit Maximini, cui iudicio calculum nostrum lubentes adjungimus.

1. Hodie ^a beatissimorum Cantii, Cantiani, et Cantianillæ natalis est. Quam bene et jucunde tres martyres uno pene vocabulo nuncupantur! Nec mirum si similes sunt nomine, qui sunt similes passione: si una est illis apud homines appellatio quibus apud Deum est ^b una vocatio; unitar enim ^B vocati sunt a Domino, non interposito tempore aliter et aliter passi, sed omnes eodem ictu pariter martyrium pertulerunt. Quod quidem illis parentiva quadam a Christo affectione concessum est; ut congruerent meritis, qui vocabulis concordabant: et qui erant consanguinitate fratres, floreat etiam sanctitate germani: et quorum membra unius corporis substantia vegetabat, eorum animas ejusdem fidei confessio coronaret.

2. Refert autem de beatis supradicta historia, quod tempore passionis, cum eos persecutor inquireret, ascenso vehiculo, junctis mulabus, ^c eos secedere voluisse: et cum non longe ab urbis mœnibus iter agerent, unum animal de subjunctis subito corruisse, atque ita illos a persecutoribus ^d comprehensos, tentos ad pœnam.

3. Quod factum quam gloriosum sit, et a divinitate dispositum, debemus advertere. Semper enim Deus, quos elegit, hos victores subvectione sublimi in aulam regni cœlestis inducit. Nam sicut Elias curru applicito quasi ascendit ad cœlum (IV Reg. II, 11); ita et isti, vehiculo admoto, ad martyrium pervenerunt: et quadriga sicut illum evexit ad requiem, ita hos portavit ad gloriam. Et quamvis illa ignea quadriga fuerit, hæc tamen inferior non habenda est; quia illa unum gestavit prophetam, hæc tres martyres sustentavit.

459 4. Sed dicit aliquis: Gloriosius gestavit quadriga ignea quam terrena. Nec hoc plane defuit sanctis viris; nam sicut Eliam ignea quadriga portabat, ita et martyres fides ignea jam ferebat. ^D Ferebat, inquam, illos Christus, qui lumen est, qui ignis est, de quo scriptum est: Dominus noster ignis consumens est (Hebr. XII, 29)

5. Ergo cum beatos, de quibus loquimur, persecutor urgeret, vehiculum conscenderunt. Qua causa? ut fugerent? Abiit. Non ut fugerent; sed ut ad marty-

rium citius pervenirent: non ut latitarent, sed ut christianos se cunctis transeuntibus manifestius approbarent. Cæterum occultius inter plures in civitate latere potuerant, tutius per diversa singuli fugæ præsidium commendare. At vero ubi quis congregatione habita, atratis vehiculis, apparatu disposito per aggerem publicum egreditur; illic non fuga dicenda est, sed profectus est. Sancti enim viri hoc facio velut in triumphali curru positi contestabantur ^e dicentes: Ecce persecutor, ecce proficiscimur, ecce præcedimus; quid resides? quid moraris? Subsequere nostra vestigia; nolumus enim videri inviti ducti ad pœnam, qui præcedere nos profitemur ad gloriam.

SERMO L.

In natali sancti Joannis Baptistæ.

Comparisones in hoc sermone inter Christi ac præcursoris ejus natalem institutæ, in nonnullis Augustini sermonibus reperiuntur, unde illas in hunc transferre potuit auctor. Quamvis vero idem ab Ambrosii stylo non tam discrepat, quam plures aliorum; satis tamen in eo discriminis observare nobis videmur, ut ipsum sancto Antistiti adjudicemus.

1. In sancti ac beatissimi Joannis Baptistæ laudibus, cujus natalem hodie celebramus, quid potissimum prædicem, nescio: utrum quod mirabiliter natus sit, an quod mirabilius sit occisus? Natus enim est in prophetia, in veritate preemptus est: nascendo annuntiavit Salvatoris adventum, moriendo condemnavit Herodis incestum. Vir enim sanctus et ^C justus, et qui præter communem ^f hominum nativitatem ex repromissione generatus fuerat, hoc de Deo meruit, ne communi cum cæteris de sæculo morte discederet: sed corpus quod, Domino donante, susceperat, Dominum confitendo deponeret.

2. Ergo Joannes per omnia voluntatem Dei fecit; quia propter opus Domini et natus est et defunctus. Nam ut nativitatis ejus seriem breviter repetamus, cum essent pater ejus Zachariss et mater ejus Elisabeth ætatis senectute defessi, et nulla aliorum prole gauderent; procreandi etiam His liberos tempus florentissimum præterisset, ita ut de suscipienda jam sobole ipsa etiam eos vota defessent, subita per angelum repromissione donantur, et nasci Joannem Gabriel sanctus annuntiat dicens: *Non times, Zacharia, ecce exaudita est deprecatio tua, et æxor tua Elizabeth concipiet et pariet filium (Luc. I, 13).*

3. Exaudita est, inquit, oratio tua, unde intelligimus quod Joannem Zacharia justitia magis orando genuerit, quam Elizabeth senectus ^g procreando susceperit. Hinc, inquam, intelligimus quod Joannem obsecratio creaverit, non voluptas. Cum enim materni uteri viscera ætatis senectute frigescerent,

^a Codex Gall., beatissimorum Cabelli cum tribus parvulis Cantii, etc.

^b Idem codex Gall., una professio.

^c Gall. cod., antecedere voluisse, et cum voluissent ad urbis mœnia iter agere.

^d Idem codex, comprehensos ad pœnam.

^e Codex Gall., dicentes: Ecce præcedimus, quid resides?

^f Codex Germ., omnium nativitatem ex repromissione.

^g Omnia edit. cum mes. duobus, procurando susceperit; melius cod. Lugd., procreando susceperit.

et fessa jam corporis membra fecunditatis gratiam A
perdidissent, contra impossibilitatem corporis, contra sterilitatem viscerum, Zachariæ prectibus Elizabeth uterus intumescit, et concepit Joannem non natura, sed gratia. ^a Unde necesse erat sanctum nasci filium, qui non tam complexibus, quam orationibus gigneretur.

4. Minus autem mirari debemus quod tantum Joannes gratiam in nascendo meruerit; debuit enim præcursor et præuius Christi aliquid simile habere nativitati Domini Salvatoris. Siquidem Dominus de Virgine gignitur, Joannes de sterili procreatur: ^b ille de adolescentula immaculata depromitur, hic de vetula jam fessa generatur. Habet ergo et hujus nativitas aliquid gloriæ atque miraculi. Quamvis enim vilior partus mulieris videatur esse, quam **460** virginis; tamen sicut Mariam suspicimus, quod Virgo pepererit, ita Elizabeth miramur, quod ancilla procreaverit.

5. Quod quidem factum mysterium aliquod arbitrator continere, ut Joannes qui veteris Testamenti figuram gerebat, senis mulierculæ frigido jam sanguine nasceretur: Dominus autem qui regni cælestis Evangelium prædicaret, ferventis juveniculæ flore progredederetur. Maria enim conscia virginitatis, miratur fetam visceribus involutum: Elizabeth autem conscia senectutis, erubescit ^c partu uterum prægravatum; dicit enim evangelista: *Occultabat se mensibus quinque* (Luc. 1, 24).

6. Illud autem quam mirandum, quod idem Gabriel archangelus utriusque nativitatis officium præsentat? Zachariam solatur incredulum, confidentem Mariam cohortatur. Ille quia dubitavit, vocem perdidit: hæc quia statim credidit, Verbum salutare concepit.

7. Hoc etiam in laudibus Joannis minime tacendum videtur, quod nondum natus jam prophetat, et adhuc in materni uteri sinibus constitutus, adventum Christi, quæ voce non poterat, gaudiis confitetur. Dicit enim Elizabeth ad sanctam Mariam: *Simul ut facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exsultavit in gaudio infans in utero meo* (Ibid., 44); exsultat enim Joannes antequam nascatur, et priusquam mundi oculis habitum recognoscat, jam spiritu mundi Dominum recognoscit. In quo arbitrator propheticam convenire sententiam, quæ dicit: *Priusquam te formarem in utero, novi te; et priusquam exires de vulva, sanctificavi te* (Jerem. 1, 5). Unde mirari non debemus quod ab Herode ^d in carcere clausus, Christum semper suis discipulis intimavit; cum etiam clausus in utero eundem Dominum gestibus prædicavit.

^a Unde necesse erat.....gigneretur, deest in ms. Germ.

^b Vet. edit., *ille de adolescentula: iste de jam fessa generatur*; Rom. et cod. Lugd. ac Theod. ut in contextu, nisi quod illa exhibet, *immaculate promitur, iste, etc.*; ms. vero Germ. a Theod. eo tantum dis-

SERMO LI.

De prærogativa ejusdem S. Joannis Baptistæ.

Ejusdem auctoris hunc sermonem esse, cujus et superiorum cum ex stylo conjici potest, tum etiam ex eo quod eidem proxime subjicitur in vet. edit. ac mss. Illud porro quod a num. 5 usque ad finem de Joannis magnitudine dicitur, ex Ambrosio in Lucam lib. 11, num. 110, imitari ac proprio ingenio pertractare potuit sermonis auctor: ex eo autem hoc ipsum mutuari, qui sermonem 197 Append. August. ubi hoc fragmentum integrum exstat, consarcinavit; non enim uterque ab eadem manu profectus videtur, et minus hic noster refert centonem, quam supra dictus.

1. Sancti Joannis Baptistæ natalem hodie prosequitur tacere vellem, et laborem atque imperitiam meam silentio coercere: sed ipsa vis nominis ejus minime me silere permittit: nam nuncupatio vocabuli ipsius, pectoris nostri urget secreta, silentii nostri resolvit arcana, et quod dissimulatione reticetur, admiratione compellitur. Si enim pater Zacharias cum eum nominavit, vocem recepit (Luc. 1, 64); quanto magis cum laudamus illum, eloquium promeretur? et si illius os cum in sæculo nasceretur aperuit; quanto magis cum pro Christo patitur, ora nostra fecundat?

2. Cum enim Zacharias pater ejus propter incredulitatem nativitatis illius ab angelo Gabriele silentii esset taciturnitate multatus, et jam diu mutus verborum dispendio mentis secreta velaret, subito nato Joanne filio, cum apud proximos esset contentio quo nomine vocaretur, offeruntur patri tabulæ; ut vocabulum ejus pro suo arbitrio ipse describeret, et quod sermone non poterat, litteris loqueretur: tunc mirum in modum acceptis pugillaribus, ut stylum sgeret, linguam resolvit, ac litteras sermone prævenit, et Joannem non testatus est, sed locutus (Ibid., 20).

3. Videte igitur sancti Baptistæ meritum, vocem patri reddidit, sacerdoti eloquentiam reparavit. Videte, inquam, meritum: os quod angelus alligaverat, Joannes absolvit: quod Gabriel obstruxerat, parvulus reseravit; quamquam et ipse sit angelus, sicut scriptum est de eo: *Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam* (Malach. 1, 1). Respicite igitur Joannem, **461** quanta vis sit ejus vocabuli, cujus nuncupatio reddidit muto vocem, patri pietatem, populo sacerdotem. Prius enim erat tacens lingua, sterilis filio, privatus officio: at ubi Joannes nascitur, fit repente pater, propheta, vel pontifex; loquela usum recipit, prolem affectio suscipit, sacerdotem functio recognoscit.

4. Cum ergo tanta vis sit ejus vocabuli, dicturi de

sidet, quod pro adolescentula præfert virgine.]

^c Edit., *partum utero prægravato*; melius mss., *partu uterum prægravatum*.

^d Ita mss.; at edit. omnes, *missus in carcerem, clausus, etc.*

eo, etsi tacere volumus, silere non possumus; ipse enim Joannes vox clamantis dicitur. Quis igitur, qui vocem laudet, et taceat? clamorem admiretur, et mutus sit? Ait enim ipse de se: *Ego sum vox clamantis in deserto* (Joan. 1, 23). Videte quid dixerit; non enim ait tantum: Ego sum vox; sed et clamantis vox: scilicet ut ad fidem consequendam vox aures penetret, clamor corda concutiat: vox regnum prædicet, clamor iudicium comminetur.

5. Magnus igitur Joannes, cujus magnitudini etiam Salvator testimonium perhibet, dicens: *Inter natos mulierum major non est Joanne Baptista* (Luc. vii, 28). Præcellit cunctis, eminet universis, antecedit prophetas, supergreditur patriarchas; et quisquis de muliere nascitur, inferior est Joanne.

6. Sed debemus diligenter inquirere, cur ita Dominus dixerit, hoc est: *Inter natos mulierum*, et non potius dixerit: *Inter filios virorum non est major Joanne*, cum utique mulieres natos sine viris habere non possint. Hæc autem dixit, quia numerosior est proles mulierum, quam virorum; est enim mulieris filius, qui viri filius non est. Denique sancta Maria genuit filium, qui patrem hominem non haberet; Dominus enim est mulieris filius, et viri filius non est, sicut dicit Apostolus: *Factum de muliere, factum sub Lege* (Galat. iv, 4); ut qui matrem in terris habet, Patrem haberet in cœlis. Ergo in laudem Joannis fecundioris sexus generatio ponitur, ut nullius ab eo nativitas separetur.

7. Dicit forte aliquis: Si inter natos mulierum major est Joannes, numquid etiam major est Salvatore? Absit; Joannes enim natus mulieris, Christus autem virginis natus est: ille corruptibilis uteri sinibus effusus est, iste impollutæ vulvæ flore progenitus. Ideo autem cum Joannis nativitate Domini generatio deputatur, ^b ne Dominus extra veritatem videretur esse conditionis humanæ.

SERMO LII.

De vita ejusdem sancti Joannis Baptistæ.

Hic sermo tametsi a Gratiano et Ivone sub nomine Ambrosii citatus fuerit, nihil tamen præ se fert Ambrosii: sed nec quidquam affinitatis habet cum superioribus, quemadmodum ex ejus exordio, nec non ex eo quod longissime ab illis in Gall. cod. disjungatur, patet. Quin etiam si quis attentius illum discussisset, eundem comperiet laciniis constare hinc inde sumptis; quandoquidem quod eo legitur de sanguine Abel clamante, infra in sermone 59 reperitur, et quod hic de concubinis, monachis clericisque disputatur, petitum videtur ex sermonibus Cæsarianis 292 et 293 Append. August. aliisque nonnullis.

1. Diximus superiori Dominica, cum silentii nostri veniam peteremus, quod pro salute communi, sacerdotibus etiam tacentibus, doctrina evangelica non taceat, et quod silentium eorum suppleret divina sententia; semper enim divina Scriptura loquitur et

A clamat, sicut scriptum est de Joanne: *Ego sum vox clamantis in deserto* (Joan. 1, 23). Non enim tantum in illo tempore clamavit Joannes, quo pharisæis annuntians Dominum Salvatorem, dixit: *Parate viam Domini, rectas facite semitas ejus* (Matth. iii, 5); sed et hodie clamat in nobis, et vocis suæ tonitruo deserta nostrorum concutit peccatorum. Ac licet sancta martyrii morte dormierit, vox tamen ejus vivit; dicit enim et nobis hodie: *Parate viam Domini, rectas facite semitas ejus*; semper enim Scriptura divina clamat et loquitur.

2. Unde et ad Cain dicit Deus: *Vox sanguinis fratris tui clamat ad me* (Gen. iv, 10). Nulla utique sanguinis vox est, sed clamare dicitur sanguis, qui innocens effusus est, non tam voce quam causa; et B interpellare Dominum non prosecutione eloquii, sed indignatione commissi; ac reatum suum non tam verborum accusare sermonibus, quam conscientie ipsius **462** criminatione constringere. Quamvis enim malum factum si in verbo producat, excusationem fortasse recipit, nisi conscientia revocatur, non potest excusari. ^c Conscientia enim reum suum semper tacita sine contradictione convincit et judicat.

3. Hodieque ergo Joannes clamat et dicit: *Parate viam Domini, rectas facite semitas ejus*. Parare ergo jubemur viam Domini, scilicet non aggerem itineris, sed fidei puritatem; Dominus enim terrenam semitam carpit, sed per secreta mentis incedit. Si quid igitur in hac via fuerit moribus asperum, crudelitate durum, conversatione pollutum, jubemur mundare, exæquare, componere; ut superveniens Dominus non offendat in nobis, sed magis reperiat viam castitate puram, proclivem fide, eleemosynis eminentem. Quod autem tali itinere incidere soleat Dominus, Propheta describit, dicens: *Ite facite ei, qui ascendit super occasum, Dominus nomen est ei* (Psal. lxxvii, 5).

4. Sed videamus, ipse Joannes qui parare viam Domino jubet, quam ipse viam paraverit Salvatore. Per omnia plane, adveniense Christo, tramitem viæ suæ composuit et direxit. Nam fuit utique jejanus, humilis, parcus et virgo; omnes enim has virtutes ejus Evangelista describens ait: *Ipse autem Joannes vestitum habebat de pilis camelorum, et zona pellicea circa lumbos ejus. Esca autem ejus erant locustæ, et mel silvestre* (Matth. iii, 4, 5). Quæ igitur ^d major humilitas in propheta, quam contemptis mollibus indumentis, pilorum asperitate vestiri? Quæ devotior fides, quam præcinctum zona paratum esse semper ad omne servitutis obsequium? Quæ præclarior abstinentia, quam spretis vitæ hujus deliciis, stridulis vesci locustis ac melle silvestri?

5. Quæ omnia hæc quoniam prophetæ usui erant, arbitror in his ipsis prophetiam fuisse. Nam utique cum prænuntius Christi vestimentum habebat camelorum asperitate contextum, quid aliud significat, nisi quod ipse Christus adveniēns usus esset indu-

^a Codex Theod., *Natum de muliere.*

^b Idem codex, *ne Dominus extra naturam.*

^c Omnes edit., *Conscientia enim reatum suum: co-*

dux Lugd.... reum suum.

^d Vet. edit., *major causa humilitatis; Rom. et cod. Lugd., major humilitas.*

mentum humani corporis, quod erat peccatorum asperitate densatum: et quod velut immundissimæ bestiae, hoc est, gentilis populi circumdatus exuviis, deformitatem ejus ipse gestaret? Zona vero pellicea quid aliud demonstrat, nisi hanc fragilem carnem nostram, quæ ante adventum Christi dominabatur ad vitia, post adventum ejus restrictam esse ad virtutem; ut quæ ante luxuriando dilatabatur in pinguedinem, nunc abstinendo attenuaretur in pellem?

6. Exitum vero ejus quam beatum legimus, scilicet quod psalteria regis filia^a post illam mimicam voluptatem caput ejus petierit? Quid mirum si psalteria occidit prophetam (*Marc. vi, 27*)? Scimus quia luxuria semper est inimica justitiæ, et iniquitas sine cessatione persequitur veritatem. In quo facto grande mysterium continetur; nam utique ipsa psalteria Synagogæ est comparanda, quæ Christum, dum luxuriatur, occidit. Quod autem ista psalteria Synagoga sit, dicit Dominus ad Judæos: *Cantavimus vobis, et non saltatis* (*Matth. xi, 17*).

7. Cor autem a Joannis corpore caput ablatum sit, manifesta res est. Joannes, sicut Scripturis astruitur, typum Legis gerebat: de Domino autem legimus, quia viri caput Christus est (*1 Cor. xi, 3*). Ergo cum a Joannis corpore caput ejus auferitur, Christus quodammodo a Judæis Legis cultoribus separatur. Remansit enim illis sine Salvatore Lex exanimis et truncata; nam ex eo utique Judæi divina non sapiunt, ex quo sine capite esse cœperunt.

8. Iter igitur facit Domino, qui inter cæteras continentiarum virtutes matrimonii limitem non excedit, nec conjugii præscriptum terminum adulterina permutatione commaculat. Sunt enim nonnulli qui cum legibus uxores duxerint, contra Divinitatis legem sibi sociant concubinas, non intelligentes quod contrahendo matrimonia, propriis se vinculis constrinxerunt: qui enim legibus duxit uxorem, proficitur se contra legem non esse facturum. Reum ergo ipse se statuit, qui adhibendo sibi adulteram, jus pollicitationis excedit.

9. Sed dicit aliquis: Uxorem non habeo, et ideo mihi ancillulam sociavi. Audi quid dicat Scriptura ad Abraham: *Ejice ancillam, et filium ejus; non enim hæres erit filius ancillæ cum filio liberæ* (*32, q. 4, c. Dicat aliquis*). Si igitur ancillæ filius hæres non est, ergo nec filius est. Cur ergo queritur tale conjugium, de quo susceptus filius nec successionis possit hæres esse (*Gen. xxi, 10*), nec **463** sanguinis? Nec enim habere potest hæreditatis consortium, qui non habet originis privilegium. Cur, inquam, queritur tale contubernium, de quo nati filii non matrimonii, sed testes sint adulterii? Cur hujusmodi suscipiuntur adulterini, qui patri pudori sint, non honori? Dicit Scriptura: *Adulterorum filii non initiati erunt, et ab inique thoro semen exterminabitur* (*Sap. iii, 16*). Mulier igitur tua si talibus moribus prædita est, ut me-

reatur consortium, mereatur et nomen uxoris: præstia concubinæ tuæ libertatem et nomen uxoris; ne tu adulter sis potius, quam maritus.

10. Sed et ille iter facit Domino christianus, qui professionis suæ exhibet ei fidele servitium, et castitatem quam promisit, custodit tam mente, quam corpore. Sunt enim plerique qui singularem vitam proponentes, singuli esse non possunt, sed querunt sibi contubernia, atque utinam fratrum. ^b Invenisti christianum monachum, cui cum fratre non convenit, et libentius ei convenit cum sorore: qui non sequitur seniore utilia commponentem, et sequitur adolescentulam incongrua cachinnantem; ejus etsi sincerum corpus sit, anima non potest esse sincera.

11. Sed et ille clericus iter Domino facit, qui secundum Evangelium vivit, et per omnia obtemperat sacerdoti; aliquanti enim cum sint minus subditi, moleste ferunt, cum a senioribus arguuntur. Dicunt: Graviter irascitur episcopus, patienter esse deberet. Audi ergo, optime clericæ: ^c Sacerdotis exigis patientiam, et tui non exigis disciplinam? Nescis quia mihi salutis causa arguere aliquando permissum est, tibi nunquam peccare concessum est? dicit enim Apostolus: *Increpa opportune, importune argue* (*1 Tim. iv, 2*). Esto ergo in omnibus subditus sacerdoti, si vis eum esse mansuetum.

SERMO LIII.

In natali sanctorum apostolorum Petri et Pauli.

Huic sermoni nihil omnino inesse deprehendimus Ambrosiani styli; et quævis in mss. quibusdam sancti Antistiti nomine inscribatur, in antiquioribus tamen nemini tribuitur. Posset forte an veteris auctoritas inde putari, quod numerosæ paganorum convansiones dicantur factæ, nisi commodius ad apostolorum prædicationem hæ referrentur.

1. Natalem beatissimorum apostolorum Petri et Pauli hodie celebrantes, fratres charissimi, diversis epulis nos reficere debemus, et tantam festivitatem magna cum lætitia celebrare. ^d Quis enim talium virorum solemnitatem non magna cum lætitia debet celebrare? Quis enim talium virorum solemnitate non magnos sibi exhibeat apparatus; ut quo plus expenderit, plus se apostolos confirmet amare?

2. Verumtamen non opus est proprio sumptu ad refectionem nostram: nam natali suo sanctus Petrus ipse nos reficit; est enim omnibus copiis refectam vas ejus, quod illi de celo eurgentem delatum est. Igitur qui esurit, sicut Petrus, reficitur ipse cum Petro. Ut quid ergo præparemus nobis propriam prandium, cum apostolico foreculo saginemur? cur nobis inquiramus terrenas epulas, cum celestibus copiis habeamus? Dicit enim sanctus Lucas in Actibus apostolorum post orationem eurgentem Petro circa horam sextam aperte celo vas quoddam splendidum velut linteum fuisse delatum, in quo erant omnia quadrupedia et repentia terræ, et volatilia cæli; et

^a Codex Lugd., post illam inimicam voluptatem.

^b Lugd. eod., Inveni etiam christianum, etc.

^c Codex Lugd., sacerdotem exigis pat., et te non

exigis, etc.

^d Quis enim... debet celebrare, in nostris omnibus mss. desunt.

dixisse Dominum ad eum : *Petre, surge : immola, et A manduca (Act. x, 11 et seq.)*.

3. Ecce Petrus, qui dicit alibi : *Aurum et argentum non est mihi (Act. III, 6)*; nunc convivii ejus vasculum splendidius est argento: ut qui propter Christum ^a argenti speciem refutasset, per Christum argenti nitore ditaretur. Pransuro igitur Petro desunt cocorum apparatus, desunt obsequia famulorum: sed quod est melius, ministeria divina non desunt, et utiliori commutatione sancto viro, quod deest in terris, abundat in cœlis; ut se reficiat enim Petrus, non cellarium solliciti reseratur, sed cœlum ipsum protinus aperitur. ^b Legimus in Scripturis sanctum Eliam in deserto corvis ministrantibus pastum (III Reg. xvii, 6); quanto melius Petrus, cui non parvam escam tetra avis porrigit, sed integrum convivium ^H multitudo angelica subministrat!

464 4. Post orationem ergo esurit Petrus (Act. x, 10). Mirandum cur sanctum virum post orationem fames sequatur, cum soleat fames oratione depelli, et esuriens anima non nisi obsecrationibus saginari. Sed puto Petrum post orationem non cibum esurisse hominum, sed salutem: nec inedia vexatum esse corporis, sed inopia credentium laborasse. Cum enim Judaicus populus perfidus et ingratus, illo prædicante, Christo non crederet, famem quodammodo Petrus sui officii sustinebat; famem enim patitur, qui minime fructum sui laboris adsequitur.

5. In cœnaculum igitur ad orationem festinus ascendit (Ibid., 9). Bene ait in cœnaculum ad orationem ascendisse Petrum; quia omnis sanctus quando ^C orat, relinquens humilia, vel terrena, in altum mentis extollitur, et in sublime suspensus rapitur, et cogitatione sancta cœlo vicinus efficitur. Atque ibi esurienti illi, hoc est, cogitanti in cordis sui sublimiori loco pro salute Judaici populi, offertur vas diversorum generum animalibus plenum, velut divinitate dicente illi: Tu in Judæos solos esuris, ecce famem fidei tuæ cunctarum gentium diversitate reficio. Nam utique diversa animalia collecta in uno vasculo, diversarum gentium congregatio collecta in una Ecclesia demonstratur: quæ Ecclesia in illius vasculo splendido, dum non habet maculam neque rugam, lintei nitore resplendet. In qua primum animal Deo ex gentibus centurio Cornelius immolatur.

6. De hoc ergo vasculo suo hodie nos reficit ^D Petrus; cum enim videmus gentiliū turbas ad fidem christianitatis accurrere, simul cum apostolis gratulamur. Non enim mortui sunt, quorum curamus natalem hodie: sed renati ^c vivunt plane; quia participes effecti sunt Christi, qui vita est omnium. Quamvis enim corpora passione cæsa sint, interruptus tamen non est ^d ordo vivendi; jugiter enim et Deo gratias agunt, et laudes Salvatori referunt; nisi quod

resoluta membrorum sarcina, magis adhærent Christo, sicut ait Paulus apostolus: *Dissolvi, et cum Christo esse, multo melius (Philip. I, 23)*. Non ergo dicenda est mors, qua interveniente, caremus persecutoribus, et Christo connectimur. Non est plane dicenda mors, quæ Christo mortuum socians, lucrum efficit morientis, sicut ait beatus Apostolus: *Mihi enim vivere Christus est, et mori lucrum (Ibid., 21)*. Illa autem vera est mors, quæ etiam viventem hominem peccatorum morte constringit; quia quamvis vivere videatur, sceleribus tamen suis morti jam videtur addictus, sicut ait Apostolus de illa deliciosa vidua: *Hæc autem vivens mortua est (I Tim. v, 6)*.

SERMO LIV.

De neglecta solemnitate beatorum apostolorum Petri et Pauli.

Edit. antiq. et codex Lugd. huic sermōni titulum præfigunt De Margarita. Non quidem recte, sed multo pejus Rom. edit. illum inscribit In Feste S. Lucie, etc., cum de sancta illa in toto sermone nullum sit verbum. Veram igitur inscriptionem e cod. Remig. restituimus. Quod porro ad auctorem hujus sermonis, potest quidem hic idem esse, qui et sermonum 42, 43 et 44; sed qui Ambrosio illum arrogabit, is in Ambrosiana lectione parum versatum se declarabit.

1. Satis ad correctionem vestram arbitror posse sufficere, fratres dilecti, quod anteriore Dominica profecturus, nulla vobis sacrarum litterarum spiritualia dona largitus sim: sed tantum vos increpans et ^C arguens pro peccato, sine aliqua prædicationis consolatione dimiserim. Volui enim vos hoc ipsum intelligere quam graviter peccaveritis, qui divina eloquia audire minime meruistis. Hæc enim sacerdotum vehemens et copiosa vindicta est, indignis quibusque scripturarum cœlestium sacramenta non credere: nec, sicut ait Dominus, *dare sanctum canibus, neque margaritas projicere porcorum pedibus conculcandas (Matth. vii, 6)*.

2. Perdit enim cœlestis margaritæ gratiam, quisquis eam ^e sædissimo peccatori circumdare conatur; gemma enim, sicut ipsi scitis, nisi auro non convenit, margarita nisi pretiosis monilibus non aptatur. Estote ergo aurum optimum, **465** estote monile pretiosum; ut possit in vobis margarita spiritalis includi. Margarita enim Christus est Dominus, quam negotiator ille dives in Evangelio, venditis omnibus rebus suis, emere festinavit; et maluit omnes quas habebat, sæculi gemmas amittere, tantum ut unam Christi emeret margaritam (Matth. xiii, 46).

3. Unde et ego, fratres, pro magnitudine, quod commiseratis, delicti, nolui vobis pandere Evangelicæ refectionis eloquia; sed magis ingerere animosæ indignationis injuriam, et prius vos verberibus spi-

omnium.

^f Edit. cum ms. Lugd., *ordo viventium*; concinnius alii cod., *ordo vivendi*.

^g Ita vet. edit.; at mss. Lugd. ac Remig., *sædissimo pectori*; melius haud dubie, *sædissimo pectori*.

^a Cod. Vind. ac Mich., *argenti stipem refutasset*.

^b Idem cod. omittunt: *Legimus in Scripturis,...* subministrat. Et infra: *Bene ait ascendisse Petrum*.

^c Omnes edit., *vivunt pane*; omnes mss., *viunt plane*. Infra vero edit. Rom. sola, *qui panis vita est*

ritatibus emendare, ac sic margarite ditare muneribus. Malti, inquam, peccatum vestrum incusando acriter increpare, quam leniter dissimulando nutrire; quisquis enim fratrem non arguit peccantem, quodammodo hortatur ut peccet. Nolo autem putetis quod non de amore faciam, vos sæpius verberando; **Illus enim, qui castigatione dignus est, plus amat, sicut ait Scriptura sancta: Quem enim diligit Dominus, corripiit: castigat autem omnem filium, quem recipit (Hebr. xii, 6).**

4. Dicite enim mihi si non dolendum fuerit hoc peccatum, sic vos salutis vestræ immenures tunc fuisse, ut beatissimis apostolis Petro et Paulo honorificentiam minime reddideritis; cum ipsos esse sciat doctores gentium, auctores martyrum, principes sacerdotum: nec volueritis eorum natalem nobiscum **foelivissimum celebrare, atque illi ecclési interesse convivio, in quo pro martyrum suorum tanta lætitia, substantialium vitæ ipse nobis a Dominus ministravit? Vultis autem scire quantis bonis fraudati fueritis? Interrogate fratres, qui tunc temporis tecum pariter adfuerunt, quam refecti a Dominica mensa discesserint, vel quales secum domum spirituales divitias reportaverint.**

5. Unum scio, quod si quis illa die honoratus aut dives ob natalem filii sui ad decimum usque millitarium ad prandium rogavisset, propter accuratas epulas, et inæquales menstras absque dubio vos futuros fuisse. Igitur, fratres, quotiescumque martyrum memoriam celebramus, prætermisiss omnibus sæculi actibus, **sine aliqua dilatione concurrere debemus, reddere illis honorificentiam, qui nobis salutem profusione sui sanguinis pepererunt, qui tamquam sacra hostia pro nostra propitiatione Domino sunt obliti, præsertim cum dicat ad sanctos suos omnipotens Deus: Qui vos honorat, me honorat: et qui vos spernit, me spernit (Luc. x, 16).** Quisquis ergo honorat martyres, honorat et Christum: et qui spernit sanctos, spernit et Dominum.

BERMO LV.

In nata SS. Nazarii et Celsi martyrum.

Hic sermo non existit in edit. Amerb. neque Eras., sed nec in ullis mss. quos quidem videre nobis licuerit, reperitur. Et autem eum Ambrosii non esse quis intelligit, cum eo tantum conferenda est Paulini narratio, qua inventas horum martyrum reliquias describit. Etiam inventionem illam extremis tantum sancti Episcopi annis asserit evenisse, cum idem sermo jam celebri per omnem Ecclesiam votum festo habitus fuerit. Collitur ipsorum dies natalis v kal. Augustas: inventio autem vi idus Maias. De quibus sanctis consili etiam potest sanctus Paulinus Carm. 9 in nata S. Felices.

1. Etiamsi martyribus regionis eustranen prævotorum debita redderemus, propriis consulere utilitatibus et commodis probaremur; nostros enim eos scdes

^a Omnes edit. et codex Lugd., *Dominus demonstravit*; optimo Remig., *Dominus ministravit*.

^b Vet. edit., *omni aliqua doctrinatione*; Rom. et mss.

A faceret, et remotis quamlibet sinibus sperata nobis patrocinia corrogarent. Studiorum siquidem sunt huiusmodi suffragia, non locorum, proinde apud domesticos Dei tantum intercessionis promerteris, quantum venerationis impenderis. Oportet itaque ut alienos potius nobis devotio religiosa conciliet, quam forte proprios a nobis negligentia infreligiosi teporis alienet.

2. Agnoscamus, charissimi, circa Ecclesiam nostram uberiorem divinorum munera largiatem. **Exultant felices singularem orbem populi, si unius saltem martyris reliquiis munitur: ecce nos populos martyrum possidemus. Gaudet terra nostra nutritrix celestium militum, et tantarum parens secunda virtutum. Recte itaque et ex debito a illis parentis Ecclesie horum beatorum martyrum celebratur insignia; 466 qui illuminantes virtute fidei suæ innumerabiles populos, soli quidem illatam sibi sensere mortem, sed non soli mortis suæ beneficia possederunt. Imensa enim Dei nostri pietas multiplex ad bonitatem, et artifex ad salutem, proponens arduam virtutum palmam, raro appetitorem pretiosam, in paucorum triumphis plurimorum commodis prospicit. Illorum siquidem merita nostra vult esse suffragia: simulque dum nobis fidem veram duro martyrii agone commentat; afflictionem præcedentium instructionem efficit posterorum.**

3. Quanta est circa nos Dei nostri sollicitudo! Iltos examinat, ut nos erudiat: illos conterit, ut nos acquirat; eorumque cruciatibus nostros vult esse profectos. **Merito ergo eos colimus, qui periculis suis pugnant, et nostris utilitatibus militant, qui per lucis vitæque contemptam edocent nos quantum Deo nostro debeamus affectum. Noverimus itaque quia non sine magno discrimine de religionis veritate dubitamus, quam tantorum sanguine confirmatam videmus. Magni periculi res est, si post prophetarum oracula, post apostolorum testimonia, post martyrum vulnera, veterem fidem quasi novellam discentere præsumas, et post tam manifestos duces in errore permanetas, et post morientium sudores otiosa disputatione contendas.**

4. Congratulamur ergo, dilectissimi fratres, magnæ fidei vestræ, per quam dum exsules profusa charitate suscipitis, etiam incolas paradisi et cœli civis habere meruistis. **Beatum itaque Nazarium martyrem Christi sancta Mediolanensis Ecclesia licet totum corpore secum retineat, et mundo tamen totum in benedictione transmisit. Hæc est enim sanctorum martyrum gloria, quorum etsi per universum mundum seminetur in cineribus portio, manet tamen integra in virtutibus plenitudo. Veneramus ergo in tanto Christi mille fidem nostram; mater namque martyrii fides catholica est, in qua iste illustris athleta, sanguine fuso, in ortem pro ipsa calcavit. Mater, inquam, martyrii fides est: veneramus ergo in sanc-**

ut nos in textu. Infra vero ubi omnes edit. et mss. Remig., *tam sacra hostia*; magis commode et d. x Lugd., *tamquam sacra hostia*.

torum martyrum gloria fidem nostram. Quomodo fidem nostram? Ab istis enim dem mortis tolerantia indubitanter excipitur, spes immortalitatis evidenter asseritur; nunquam enim hanc vitam tam constanter expendere, nisi esse alteram incomparabiliter beatioram perfecta delimitatione sentirent. In sanctis itaque præconibus veritatis resurrectionis auctoritas est; prompti enim perent in motus reparandi, quibus per angustias tribulationum aperitur exitus ad amplitudinem gaudiorum.

5. Unde et beatus Nazarius, cujus hodie gloriosam demundi hoste victoriam universalis Ecclesia festa exultatione concelebrat, cum tempore gentilitatis non ignobilibus parentibus oriundus existeret, sacrilegi adhuc puer genitoris militiam simul et doctrinam detestari ex improvise cepit: atque ab innocente matre, quæ jam christianæ fidei titulis insignita, Christo sedulo insistebat, sacrosanctæ regenerationis fœcunda fidei jam spiritu, ac fide instituta præveniens, demonstrari sibi flagitabat. Nondum siquidem baptismum consecutus, sed inter religionis principia consummatus: et nondum manifestatis sibi legibus, Deo plenus, repente possessio atque habitaculum Dei factus est: atque ita pervertaræ neque ad cælos turris prius meruit elevare fastigium, quam diserneret fundamentum, nondum sacramentorum conscius, et in sacrificium jam prælectus.

6. Quid ad hæc nos infelices respondere poterimus; qui post nitorem baptismi, post collatum nobis sacra regeneratione candelam, post acquisitam indumenti nuptialis angelicam dignitatem; in peccatorum cœnum relapsi, et in antiqua criminum volutabra revoluti, niveum vestimentum tætris iniquitatum ac libidinum contagiis sordidamus: et holosericam, in qua sigillum divinæ imaginis acceperamus impressum, maculis mortiferæ corruptionis infecimus; et post singularem Dei nostri indulgentiam innovata fœdamus, integra rescedimus, expiata violamus, repententes opera non jam undis purganda, sed flammis.

7. Quid illud, quamque insigne divinæ gratiæ munus, quod accepto jam saltari lavacro, post innumera virtutum signa, post peragratas circumquaque ob Christi prædicationem innumeras regiones; cum pro Dei omni confessione diversa per supplicia adversus eum lotus pene orbis baccharetur: et nunc atrocissimis ardeat pœnis cruciandus, nunc in longinquis sinibus transvehetur exsulandus; ita robustissimo Christi athleta pectore tormenta omnia devincebat, ut strenuum de prostrato reportaret hoste triumphum: interque cruenta Cæsaris jussa vasti maris dejectus gurgitibus, ambulare ei divina super aquas concessam est providentia, et rerum obstupescente natura, per inveni timoris novas vias pendulum inferens gressum, tumontia maris dorsa calcavit? Videras tegetores Sancti substerni meritis undas, supraque angelicis confortatum alloquiis, in Christi Jesu laudibus exsultare. Ecce profanus hostis nunquam

A beato martyri tantum prodesset obsequio, quantum profuit odio.

8. Sed tandem perfecto agonis certamine, cum Celso puerulo, quem ipse Deo in holocaustum polluto assumpserat ex sæculo, crudeli imperio damnatione absolvitur, gladio consecratur. Felix hic tali exitu; quo omne delictum ita ab eo exiit, ut etiam redire non possit: quo sic debita sua solvit, ne ultra creditorem timeret: quo in se hostium peccata fide clausit, fide damnavit: per quem innocentiam devotione quæsit; perseverantia invenit, morte servavit.

9. Quæ cum ita sint, charissimi, licet hic tantus Christi testis pretiosus confessione, pretiosior sanguine, crudeli vulnere pretiosior, et tincta veste candidior; licet hic Mediolanensium peculiaris putetur privilegio sepulcri, sed omnium est communione suffragii. Neque enim istius urbis charitas profusa et fides avara tantum huic martyri derogaverit, dum sibi arrogat; ut solum erga mœnia sua patrocinii illius beneficia adfutura esse crediderit. Non clauditur focus, quod diffunditur meritis. Invocasti ubique martyrem, ubique te exaudivit ille, qui honoratur in martyre. Moderante itaque eo, qui pensat vota tua, et dispensat munera sua; in tantum vicina præsentia efficacis præbebitur advocati, in quantum fuerit fides devota suscepti. Oratio enim quæ castitatis, justitiæ, et elemosynarum operibus adjuvatur, excedit mundum, penetrat paradisum, evolat usque ad ipsum summæ majestatis, angelo conferente, conspectum, sicut quodam loco vox testatur angelica: Et cum tu, inquit, orares, ego obtuli orationem tuam in conspectu claritatis Dei (Act. x, 4).

10. Beata anima, charissimi, cujus votum, cujus compunctionis incensum, cujus supplicationis holocaustum, nulla infidelitate fumidum, nullo carnalis illicebra fœtore pollutum, nulla sævitia cruentatum, nulla odii similitate maculatum: sed fide igneum, conscientia nitidum, sinceritate cordis odoriferum, concordia et charitate perfectum, usque ad Dei vultum per celestium nuntiorum defertur obsequia. Quæ cum ita sint, honoremus beatos martyres, principes fidei, intercessores mundi, præcones regni, cohæredes Dei.

11. Quod si dicas mihi: Quid honoras in carne jam resoluta atque consumpta, de qua nulla jam Deo cura est? Et tibi est illud, charissimi, quod ipsa veritas loquitur per Prophetam: Pretiosa, inquit, in conspectu Domini mors sanctorum ejus (Psal. cxv, 15)? et iterum: Mihi autem valde honorificandi sunt amici tui, Deus (Psal. cxxxviii, 15)? Honorare debemus servos Dei, quanto magis amicos Dei! de quibus alio loco dicitur: Dominus, inquit, custodit omnia ossa eorum, et unum ex his non conteretur (Psal. xxxiii, 21). Honoro ergo in carne martyris exceptas pro Christi nomine cicatrices, honoro viventis memoriam perennitate virtutis, honoro per confessionem Domini sacros

^a Rom. edit., prius elevare fastigium, omisso videlicet, meruit.

cineres, honoro in cineribus semina æternitatis, honoro corpus, quod mihi Dominum in meum ostendit diligere, quod me propter Dominum mortem docuit non timere. Cur autem non honorent corpus illud fideles, quod reverentur et dæmones? quod et affixerunt in supplicio, sed glorificant in sepulcro? Honoro itaque corpus, quod Christus honoravit in gladio, quod cum Christo regnabit in cælo.

468 SERMO LVI.

De Natali sancti Eusebii Vercellensis episcopi.

In hoc sermone de sancto Eusebio tamquam de martyre agitur, quamvis in confessorum ordine semper reputatur apud antiquos: cætera satis historiæ hujus antistitis idem congruit. Habemus apud Maximum alium sermonem de eodem sancto in multis huic ipsi persimilem, sed sive illi ab eodem auctore, sive a diversis profecti fuerint, hunc non esse Maximi perspicuum est; cum in ipsamet Vercellensi Ecclesia sit pronuntiatus. Ejus vero auctorem antiquum fuisse ex eo patet, quod se, præsertim Exsuperantio, ejusdem Eusebii discipulo, loqui significat. Verum quisquis ille sit, diversum eum esse ab Ambrosio, et alii jam ante agnoverunt, et tota sermonis series abunde probat.

1. Ad sancti martyris Eusebii laudem aliquid addere velle, decerpere est; tam ineffabilem enim doctrinarum magister exstitit, ut merita ejus facilius operibus cognosci possint, quam sermonibus explicari. Tantum autem de eo conscientia retinet, ^a quantum oratio et narratio non prævalet. Igitur gesta illius non verbis adornanda sunt, sed perstringenda sententiis; præsertim quia nos scimus eam rem comere non debere sermonibus, quam videmus jam comptam esse virtutibus, cum dicat Apostolus: *Regnum Dei non in sermone est, sed in virtute* (1 Cor. iv, 20).

2. Ergo ad merita ejus aliquid addere velle, decerpere est, ne præcipue, ^b qui et ignarus rerum gestarum sim, et litterarum imperitus sacrarum, et rudis sacerdotalium functionum. Potuissent autem prædicare hæc sancti præcessores mei usu facilius, experimento probatius, doctrina præclarior: dominum et patrem specialiter beatum Exsuperantium loquor, qui fuit ejus minister in sacerdotio, comes in martyrio, particeps in labore. In cujus vultu sanctum quoque Eusebium videre nos credimus, et quasi in quodam speculo bonitatis illius imaginem contuemur; facile enim cognoscimus qualis magister fuerit, cujus talem videmus esse discipulum. Sed quoniam confessionis illius similis hunc gloria comitatur, mavult reticere laudes paternas; ne proprias pariter jactare videatur.

3. Quid ergo de martyris Eusebii gloria prædicem, cujus tota plebs ista sit gloria? Et cum dicat Scriptura: *Gloria patris est filius sapiens* (Prov. x, 4); quantæ hujus sunt gloriæ, qui tantorum filiorum sapientia et devotione lætatur! In Christo enim Jesu

A per Evangelium ipse nos genuit. Quidquid ergo in hac sancta plebe potest esse virtutum et gratiæ, in sancti Eusebii magisterio reperitur. Ex hoc autem quasi quodam virtutum fonte lucidissimo rivulorum hæc puritas emanavit. Nam quia castitatis vigore pollebat, propositum virginitatis instituit; quia abstinentiæ gloriabatur angustiis, monachorum introduxit forte servitium; quia blandimentis erat præditus lenitatis, cunctorum civium in Deum provocavit affectum; quia pontificii administratione fulgebat, plures e discipulis sacerdotii sui elegit hæredes. Quamvis igitur nonnulli liberis suis relinquunt auri argentique thesauros, nemo tamen sancto Eusebio ditiores reliquit; siquidem omnes exstiterunt aut sacerdotes, aut martyres.

B 4. Nam ut cætera taceam, illud quam admirabile est, quod in hac sancta Ecclesia eosdem monachos insituit esse, quos clericos; atque iisdem penetrabilibus sacerdotalia officia contineri, quibus et singularis castimonia conservatur; ut esset in ipsis viris contemptus rerum, ^c et accuratio levitarum: ut si videres monasterii lectulos, instar orientalis propositi judicares: si devotionem clerici perspiceres, angelici ordinis observatione gauderes.

5. Illud autem tacendum omnino non arbitror, quod cum Ariariorum detestanda perfidia totam cum universo mundo Italiam perturbasset, atque ejusdem pestilentiæ sacerdotes simplicitatem sancti Dionysii martyris captivassent; ita ut subscriptionis ejus vinculum retinerent, qua illum e manibus eorum sapientia liberavit? Sicut enim ait sanctus Paulus: *Factus sum Judæis tamquam Judæus, ut Judæos lucrifacerem* (1 Cor. ix, 20); ita Eusebius hæreticus hæreticum se esse meritus est, ut de hæresi filium liberaret. Dixit enim se eorum consentire perfidiæ, hoc sibi placere, quod illis: sed quod sibi filium Dionysium in subscribendo præponerent, graviter **469** se moveri: Vos enim, inquit, qui dicitis Filium Dei Patri Deo æqualem esse non posse, cur mihi filium meum prætulistis? Qua illi ratione permoti, statim sancti Dionysii chirographum deleverunt, priorem locum subscribendi beato Eusebio deferentes. Quos ille increpans et irridens ait: Neque ego me vestris sceleribus polluo, neque filium meum vobiscum participare permitto. Unde cum dicat Evangelium in hac generatione prudentiores filios tenebrarum esse quam lucis (Luc. xvi, 8); ecce hic ipsis tenebris prudenter filius lucis inventus est.

6. Tunc illi graviter indignantes, ita nequitiam suam fuisse delusam, novis eum per Constantium principem ^d passionibus vexaverunt; nam post multas injurias orientis plagæ illum exsilio relegarunt, in quo tanta passus est, ut martyrii invictam gloriam reportaret. Dicitur enim inter cætera passionum ge-

^a Codex Theod., quantum oratio enarrare non prævalet.

^b Ita mss. ac vet. edit.; locum vero Rom. sic contraxit, qui rerum a se gestarum pene ignarus sim.

Potuissent autem, etc.

^c Codex Theod., et accuratio litterarum.

^d Codex Theod., passionibus necaverunt.

nera hoc pœnale passionis supplicium pertulisse, ut dum interrogaretur ab Arianis, et se eorum communicare perfidiæ denegasset, scalarum proclivi tractu supinis pedibus ad inum usque pertraheretur: et iterum revocatus ad summum, interrogatus denuo cum eadem respondisset, eadem pateretur, ac frequentem interrogationem frequenter hujusmodi supplicium fuerit subsecutum. In qua passione sancti Eusebii martyris, licet fuerit quassatum caput, elisum corpus, membra contracta; animus tamen fidei mansit invictus. Nam quanto plus illum Ariana perfidia corporaliter lacerabat, tanto magis eum catholica integritas spiritaliter refovebat.

7. Quem quidem scalarum ascensum atque descendens possumus dicere, quem Jacob somnians prophetavit (*Gen. xxviii, 12*): et sicut ille vidit etiam istas sc. las ab imo ad cœlestia usque peringere; sic quidem per has et Eusebius ascendit ad cœlum, et Ariani ad inferos descenderunt. Unde, fratres, sanctum Eusebium Machabæorum martyrum choro annumerandum puto. Siquidem illi singulis membris martyrium pertulerint, hic autem totius corporis passione Dominum sit confessus: nec disparem eorum esse gratiam, quos etiam dies una in martyrio copulavit.

SERMO LVII.

De Depositione ejusdem sancti Eusebii.

Qui superiore sermonem Maximo attribuunt, et hunc quoque eidem putant assignandum. Sed ut memorato Præsuli is astruatur, et ejus stylum, et cum Maximiano sermone in Eusebium secundo cognationem multo validius argumentum esse judicamus.

1. Depositionem sancti Eusebii hodie celebramus. Quid est depositio? Non illa utique, quæ sepeliendis in terra membrorum reliquiis clericorum manibus procuratur: sed illa qua homo vinculis carnalibus absolutus, liber iturus ad cœlum, terrenum corpus exponit. Ipsa plane est depositio, in qua concupiscere abjicimus, cessamus delinquere, peccare desinimus, et totum quidquid saluti est grave, quasi abjecta sarcina oneris, exponimus. Nam ideo hæc dies pro celebritate maxima procuratur; quia vere est summa festivitas mortuorum esse vitiis, soli vigere justitiæ; unde et depositionis ipsa dies natalis dicitur, quod delictorum carcere liberati, a libertati nascimur Salvatoris.

2. Sed videatur sanctus Eusebius cum qua gloria ad hanc diem depositionis advenerit. Dicitur enim ante aliquantum temporis exitus sui manifesta revelatione vidisse se kalendis Augusti de monte ad montem volare, et prophetia quadam hoc interpretatus est hac die exiturum se esse de corpore. In quo facto nescio quid primum sit admirandum, utrum quod meruit exitus sui finem nosse, an quod scire potue-

^a Ita vet. edit. ac mss. nisi quod Theod. pro *libertati legit liberi*; Rom. autem edit. neutrum admittit, sed tantum præfert, *nascimur Salvatori*.

^b Omittit cod. Theod., *iste consequitur*.... *amplius promereatur*. Infra vero ubi omnes edit., *quid supersit edixit*; idem codex reponit, *quid supersit addixit*.

rit quæ illum post exitum gratia permaneret. Dicit sanctus David: *Notum fac mihi, Domine, finem meum, et numerum dierum meorum, et reliqua* (*Psal. xxxviii, 5*). Ecce quod Propheta optaverat, Martyr accepit: notitiam quam ille exorat, ^b iste consequitur; nisi quod salva fide dixerim, amplius promereatur; ille enim finem postulat nosse, iste etiam ultra finem quid futurus esset, agnoscit: ille usque ad exitum quid desit, ignorat; iste post exitum quid supersit, addiscit.

470 3. Volare ergo se in hac die vidit martyr Eusebius. Sicut scimus, volare non potest, nisi quod purum, leve, atque subtile est: cujus nec sinceritas intemperantia retardatur, nec alacritas, nec velocitas mole gravatur. Gravari autem volatum dico, non tam mole membrorum, quam pondere delictorum; unde puto etiam in ipsis avibus ideo velocius columbam pene præ omnibus volitare, ^c quod alacritatem innocentia comitetur. Denique sanctus David cum puritate mentis volare concupisceret, non alterius animantis, nisi columbæ optavit alas, dicens: *Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, et volabo, et requiescam* (*Psal. lxxv, 7*)? Intelligebat enim quod ad altiora facilius penetratur simplicitate mentis, quam levitate pennarum.

4. Volavit ergo hac die sanctus Eusebius. Æstimemus jam ejus innocentiam de volatu, ^d et puritatem ejus de ipsa elatione judicemus; tamquam columba enim in domo Dei degens, assumpsit spiritalis pennas, et requievit in monte. Et licet ipse de monte ad montem volare se dixerit: tamen in ipsa translatione majorem requiem fuisse significo. Quid enim aliud est de monte ad montem volare, nisi de Salvatoris gratia ad Patris gloriam properare? Ipsi enim sunt montes, sicut dicit propheta: *Mons de monte sine manibus concidentium*; hoc est, Filius de Patre, absque ullius creationis accessu.

SERMO LVIII.

De sancto Cypriano.

Huius sermoni alius in eundem Martyrem præmittebatur, qui in omnibus script. cod. et ant. edit. 72 numerabatur: in Rom. vero edit. de sanctis 18, quem nos ut inter Maximianos editum rejecimus. Cum autem manifestum sit utrumque ab eodem concionatores fuisse pronuntiatum, utrumque etiam eidem Maximo tribuendum esse dubium non est.

1. Ante dies, cum beatissimi martyris Cypriani celebraremus natalem, suavissime in ejus festivitate jucundati sumus; quia enim hoc vindemiarum in tempore passus est, tamquam et nos de vindemia dulces et varios fructus ex ejus passione collegimus; impinguavit enim nos, et refecit musto martyrii sui. Est enim mustum quod reficit et inebriat christianum, sed ebrietas illa magis sobrium facit; qui enim Lugd., *addixit*, non recte.

^c Omnes edit. et cod Lugd., *quod alacritatem et innocentiam comitetur*: melius cod. Theod. ut in contextu.

^d Codex Theod., *et pietatem ejus, etc*:

inebriatur caelesti gratia, ^a exaebriatur sarcina peccatorum.

3. Hoc namque musto repleti sancti apostoli, sicut ait Scriptura (Act. ii, 13), alienis linguis Dei magna loquebantur. In quo facto pariter ebrui esse videbantur, et sobrii; ebrui enim putabantur, quod a iis ^b loquela præter naturam alte personabat; sobrii erant, quod juxta consuetudinem mentis Deum devotione laudabant. Quod quidem non elatione aliqua aut impudentia contigit, ut viri sancti peregrino sermone loquerentur: sed providentia divinitatis factum est, ut quia ad magnificandum Deum una loquela non sufficit, per plures linguas mentis devotio solveretur.

2. Jucundati enim sumus, quia de vinea Domini sabaoth fructum refectionis accepimus: vinea autem Domini sabaoth, sicut dicit propheta, domus Israel est, quæ domus nos sumus (Esai. v, 7). Secundum fidem enim Israelitæ nos sumus; unde dicit Apostolus: *Qui ex fide sunt, ii filii sunt Abraham* (Galat. iii, 7). Quoniam igitur nos sumus Israel, vinea Domini sumus: videamus diligenter ne ex palmitate operis nostri non nascatur dulcedinis uva, sed follis; ne dicatur nobis, quod Judæis dictum est per prophetam: *Sustinui ut faceret uvam, fecit autem spinas; et non justitiam, sed clamorem* (Esai. v, 7). Quam dura conditio, ut possessio, quæ domino suo suavitate fructus afferre debuit, spinarum illum asperitate compunxerit! hoc est, cum Judæi Salvatorem debuerint tota fidei devotione suscipere, spinarum eum coronaverunt passione. Quæ corona quidem, quantum in Judæis est, erat injuriarum contumelia: quantum in Domino, erat corona virtutum. Compungunt ergo Judæi Dominum, dum coronant: compungunt, dum crucifigunt. Unde ait Scriptura sancta: *Videbunt in quem compunxerunt* (Joan. xix, 37).

471 3. Igitur, fratres, videte ne et vobis dicatur: *Sustinui ut faceret uvam, fecit autem spinas* (Esai. v, 2); hoc est, ne spinas quas Domino Judæi cruentis imposuerunt manibus, nos iniquis sensibus apponamus, et compungamus eum non asperitate sentium, sed operum pravitate. Sunt enim spinæ cordis, quæ Verbum Dei etiam vulnerare consueverunt, de quibus meminit in Evangelio Saluator, dicens seminantis semen cecidisse inter spinas, et crevisse eas, ac suffocasse quod satum est (Matth. xiii, 7). Quæ autem spinæ sint, ipse prosequitur, dicens atque sollicitudines esse mundanas, quæ cum crescunt in corde hominis, mandata Salvatoris in eo suffocant. Quis enim unquam sollicitus de mundo, potuit bene sollicitus esse de Christo? Quis dum lucris domus suæ providet, utilitatibus Ecclesiæ potuit providere? Unde ait Apostolus: *Qui sine amore est, sollicitus est quæ sunt Domini, quomodo placeat Deo; qui autem cum uxore est, sollicitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat uxori* (I Cor. vii, 32).

4. Ergo, fratres, videte ne vinea vestra non avas,

^a Codex Theod. *exoneratur sarcina peccatorum.*

^b Idem codex Theod., *loquela par, et natura altera.* Et infra, *aut imprudentia contigit.*

A sed spinas faciat: ne vindemia vestra non vinum afferat, sed acetum. Quiaquis enim vindemiam legit, et pauperibus non largitur; ille acetum colligit, non vinum. Quiaquis messes recondit, et indigentibus non ministrat; iste non alimentis fructus reposuit, sed tribulos avaritiæ congregavit. Nam propterea ait Scriptura de terra nostra: *Spinæ et tribulos germinabit tibi* (Gen. iii, 18).

SERMO LIX.

In natali unius Martyris, sive Domini Domitiani.

Hic sermo una cum subsequenti habetur in codice Floriacensi ante annos mille exarato, ubi et sancto Ambrosio assignatur. Verumtamen quod illos, cum haec fuerint inediti, in lucem emittimus, id codicis antiquitati datum volumus, cum nihil habeamus Ambrosianum, ut vel ex prima eorum lectione quavis agnoscat.

1. Diem celebramus hodie, fratres charissimi, mortui justus, et non est hic: si autem teire vultis ubi sit, interrogate lectionem, quam primo audistis: *Justus si morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit* (Sap. iv, 7). Refrigerium enim in hoc sæculo, cui, unde? ubi plena sunt omnia tribulationibus: et quando tribulationes pascont, plena sunt tentationibus. Mundus enim iste sive metuatur sive blandiatur, timendus est: sed Deus timeatur: et mundus potius contemnatur, et magis sit cavendus. Si ergo volumus in refrigerio esse, quando mors præoccupaverit, justus simus.

2. Forte dicit aliquis: Multum est ad ma. Attendamus enim quod scriptum est: *Justus si morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit*; et cum quaerimus, quid sit justus, terret nos psalmus: *Omnis homo mendax* (Psal. cxv, 11). Audiamus librum sapientis: *Justus si morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit*; audiamus psalmum: *Ego dixi in excessum mentis meæ, omnis homo mendax*. Numquid sanctus Domitianus non erat homo? Si ergo homo erat, et omnis homo mendax; quomodo justus erat, si mendax erat? aut quomodo in refrigerio est, si justus non erat?

3. Attendamus ergo, charissimi, habemus ista cogitatione plena testibus, non parvum refrigerium in eo, quod audimus Apostolum dicentem: *Adhuc enim Christus mortuus est, ut et viventium et mortuorum dominetur*; et, *sive enim vivimus, sive morimur, Domini sumus* (Rom. xiv, 9). Ille est justus, non perdet suos: certi sumus quia Christus non erat mendax. Christus homo et non mendax: quomodo ergo omnis homo mendax? Quia Christus sic homo, ut non solum homo. Ille nisi et Deus et homo esset, mendax esset. Talis ergo et tantus pro nobis mortuus est, et mortem timeamus? Præcessit et resurrexit, ejus membra sumus, et caput nostrum sequimur.

4. Nam et ipse Psalmus consolatur nos: *Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi* (Psal. cxv, 13)? Ille quid dixit: *Ego dixi in excessum*

mentis uicæ, omnis homo mendax (*Ibid.*, 11). Homo A mendax gratias agit Domino, et non invenit quod illi retribuatur pro tantis beneficiis, quæ ab illo accepit. Quid enim ab illo accepimus cum querimus quid retribuamus, et non invenimus? Non eramus, et creavit nos; non erant pecora, et creavit pecora: amplius quod ad imaginem suam fecit nos; perieramus, et quesivit nos: mortem Filii sui pignus dedit nobis, et vitam Filii sui promisit nobis, ab omnibus peccatis nostris in baptisum salutari mundavit nos: **472** et quia hic vivendo postea contraximus quod dimitteret; ut dicamus: *Et dimitte nobis debita nostra*; docuit nos. Totum mundavit in baptisum, totum mundavit in Renato vivente: non reliquit mori, non permittit mori, dico in peccato, quæ mors maligna et æterna est: vocatum monet, instruit, adjuvat, B ignoscit, liberat. *Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi?* Quid dicis, homo? quid vis retribuere? Quid, quid inveneris, ab illo accepisti.

5. Venimus ergo, venimus, si ex fide vivamus; tunc enim justus erimus, quia *justus ex fide vivit* (*Rom.* 1, 17). Veniemus ergo ad illam mercedem, quæ æqualis erit omnibus. Pueri credunt, prima hora venerunt: adolescentes credunt, tertia hora venerunt: juvenes credunt, sexta hora venerunt: graviores credunt, nona hora venerunt: decrepiti credunt, novissima hora venerunt. Diversis horis venerunt, et mercedem unam acceperunt. Sic facti sunt novissimi primi, et primi novissimi: quia quod acceperunt primi, hoc acceperunt novissimi (*Matth.* xx, 10). Quid est ipse denarius? Vita æterna. Quare C æq̄ ualis est omnibus? Quia ibi nemo vivit plus, nemo minus. Ad hoc tendamus, in Domino confidamus, vitam tentationis evadamus, vitam felicitatis habeamus.

Item Sermō de uno Martyre.

1. Dies solemnus, illustris dies patriæ, decoro angelico niteus, hodiernus effulsit, quem martyris hujus florens corona vestivit. Dum per horas dies evolviunt, dum per vices dierum ac noctium, et lunæ crementa detrimentaque menses impleuntur, dum per quadrigam temporum ad metam suam rotatis axibus annus auriga perducitur; resplendit lætus hujus sancti Martyris dies, quo inter inimicas acies bellicosus exsultans, cunctos hostes vicit, et ad regna D sibi debita præparavit.

2. Est quidem semper in æncipiti certamine suspecta victoria cum in venerandos martyras aut judex sævit aut carnifex fremit; et nunc gladius, nunc fera, nunc flamma, nunc tormenta limentur: at ubi loriceam fidei virile pectus assumpserit, non sentit animus fortis, quidquid ingesserit mens erudelis: stat inter ignes illæsus, inter bestias et tormenta validus; securibus magis solvitur, quam truncatur. Sed tunc donec ad prosperum finem felicitis horæ pugna veniret, hæsitabatur a christianis, et funereum spectaculum inter athletam Christi et ministros inimici pavidis pectoribus et fugitivis obtutibus ex-

plorabant; ne vulnere timidum martyr fidei daret latus, ne quos lapsus sævientes offugeret, ne vel latrantes inter tormenta carnifices teneris sensibus exhorreret. Pendebat interim corona de cælo, liliis angelorum et resis de cruce et sanguine Christi vernantibus intertexta, certumque ecclesie vario decore pictum, tamquam florantis prati diversicolor facies desuper radiabat.

3. Pugnabat igitur miles Dei, et fide, non corpore confugebat. Hinc de vita blandiebatur mundus, hinc de morte terrebat. Excitabatur in illo conflictus excus arenæ pulvis, sed claudi non potuit oculus confessoris. Videbatur utrobique, et quid pararet Deus, et quid cuperet inimicus. Scutum illi protectionis Christus erat: galeam salutis illi manus angelorum effecerant: loriceam triplicem unus Deus, una fides, unum illi baptisum fabricabat: gladius illius Spiritus sanctus erat, dæmones pugnantibus telis suis, isto suis: illi nigris, isto armis fulgentibus confugebat. Tuebatur olypeo fidei animam suam, corpus seminabat in terram; rigabat eam sanguine suo, ut fructus in resurrectione multiplices offerat Deo suo.

4. *Qui seminant, inquit, in lacrymis, in gaudio metent. Eunt ibant et flebant, mittentes semina sua: venientes autem venient in exultatione, tollentes manipulos suos* (*Psal.* cxxv, 5). Effluebant tunc, certantibus sanctis, lacrymæ fidelium, quas pietas provocabat, donec incerti eventus periculosi certaminis qua vergerent, apparerent. Excubebat iniustæ persecutionis dolor lamentabilis fletus, et unusquisque christianorum, quod in alio videbat, in se timebat: et licet scirent beatis martyribus gloriam in cælis esse paratam, tamen inter dubios variosque exitus, impendentibus tristibus, animis delicata charitas amaras lacrymas extorquebat.

5. Ibant martyres euntes, et flebant mittentes semina sua. O quam arcta et angusta via, quæ ducit ad vitam! Ibant per bestias et machæras, per angustias et pressuras; oratione flentes, spe gaudentes: protegentes in terra corpora sua, quasi semina sua, ex quibus germinavit gloriæ seges æterna; **473** tunc venient in exultatione portantes manipulos suos, cum in resurrectione receperint flores suos: *Justus quippe ut palma florebit, et sicut cedrus in Libano multiplicabitur*. Nescit enim unquam in sanctis viridis decor ille marcorem; præsertim cui Deus tamquam perennis fluvius continuos latices et refrigeria larga ministrat. Ecce de uno grano corporis Christi, quod sepultum est, quanta martyrum messis erupit! Ecce de primitiva palma quantæ exsurrexerunt confessorum palmæ victrices! O paradisi, sanctarum animarum blanda se societate miscenti!

6. Inter hos iste beatissimus martyr hodie valentior festa novat. Vicit enim moriens adversarium, qui pugnat; et coronam de cælo consecutus est, quæ pendebat. Gaudent nunc filii de triumphis martyrum, et posteris tradant annua vota, quorum patres et dura sanctorum aspexerunt certamina, et vincuntur lætali sunt de corona.

SERMO LX.

De Natali sanctorum Martyrum.

In cod. Theod. inscribitur hic sermo in die SS. Alexandri, Eventii et Theodoli, cum tamen iidem Martyres in sermonis contextu nusquam nominentur. Nihil melius in Rom. edit. eidem præfigitur: Pro communi unius Martyris, cum omnia ex æquo illic referantur ad omnes martyres. Potior est igitur aliorum mss. atque edit. inscriptio. Verum quod in illis omnibus, præterquam in Gall. cod. sancto Ambrosio attribuitur, non obscurus error est, quemadmodum ex ejus stylo, nec non ex iis quæ sermone 52 a nobis præmissa sunt, potest intelligi.

1. Si quantum me necesse est dicere, et vos oportet audire; tantum prosequi corporis mei posset infirmitas: profecto omnes excusati essemus, scilicet ego insinuando præceptum, vos exsequendo mandatum. Sed quoniam imbecillitate percellimur, quominus quantum oportet dicere valeamus; excuset nos mentis devotio, quos non excusat prædicationis oratio, hoc est, etsi a laudibus Domini lingua cessamus, mirabilia tamen ejus fidei operibus approbamus: si non loquimur verbis ejus gloriam, factis æsequamur ejus gratiam, quoniam dictis facta priora sunt. Nam Dominus in Evangelio ita dicit: *Qui fecerit sic, et docuerit sic, magnus vocabitur in regno cælorum* (Matth. v, 19). Vides ergo quoniam præcedit factum, subsequitur doctrina; siquidem benefacere prima doctrina est. Cessantibus enim verbis, hoc ipsum docet hominem opus optimum, dum videtur: quod etsi voce aures non excitat, virtute corda tamen compungit. Quis enim bonum factum videns, non gaudet, miretur, imitetur, ^b ac veluti tacito magistro utens, ejus exemplo doceatur? Dictis igitur facta præcedunt, immo sine factis dicta nihil prosunt; nam ideo et Dominus fieri voluit, et sic doceri, ne sine bono opere verborum inutilis esset et superstitiosa jactatio.

2. Melius ergo docemur facto, quam voce: denique sancti martyres etsi voce tacent, factorum virtute nos edocent: etsi lingua silent, martyrii passione persuadent. Unde quamvis disertus orator facundia sua me doceat; id tamen quod utile est mihi, melius disco exemplo sanctorum, quam assertionem verborum. Citius mihi persuadent oculi, quod cernunt, quam aures possit insinuare, quod præterit; auditui enim cito irrepit oblivio, oculorum autem historia semper inspicitur. Quis enim non omnibus horis momentisque conspiciat quemadmodum tunc beati martyres propter nomen Christi diversis subjacere suppliciiis, et de ipsis pœnis quodammodo triumphabant? Quanto enim plura patiebantur, tanto se victoriosissimos esse credebant; victoria enim est martyris judicium persequentis, sicut scriptum est: *Et*

^a Omnes edit., ejus gloriam; omnes mss., ejus gratiam.

^b Cod. Lugd., ac velut ita cito magistro; Theod., ac velim tacito magistro, etc.

^c Omnes edit., ut post lætitanian paschæ; omnes

A vincas, cum judicaris (Psal. l, 6). Cum judicatur enim martyr, et condemnatur, tunc vincit atque prosternit; tali enim judicio non est addictus ad mortem, sed absolutus ad requiem: ac per hoc manifestissime vicisse est, non perisse.

3. Constat igitur sanctos martyres plus passione docere, quam voce; quamquam ipsamet passio sine voce non sit. Legimus enim animas eorum de sub ara Dei clamare, vel dicere: *Quousque, sanctus et verus, non vindicas sanguinem nostrum* (Apoc. vi, 10)? Nam et Deus dicit de sanguine Abel ad Cain: *Vox sanguinis fratris tui clamat ad me* (Genes. iv, 10). Clamare igitur dicitur sanguis, qui innocens effusus est, non tam voce, quam causa. Sic et sanctorum martyrum animæ clamant, dum fidem atque innocentiam suam sensibus nostris ipsa passione commendant.

SERMO LXI.

De Natali Martyrum.

Ex hujus sermonis lectione cognoscimus eum post resurrectionem Dominicam habitum esse: quo etiam tempore in Romano Breviario recitatur, sed sub Ambrosii nomine, cum tamen ab ejus dictione longissime discrepet. Verisimilius est Mazimi esse, quandoquidem testatur Gennadius eum composuisse generalem omnium martyrum Homiliam: cui addi etiam potest eundem sermonem inveniri in Gall. cod. cujus sermones omnes ad eum Præsulem pertinere Mabillonius noster existimat.

1. Dignum et congruum est, fratres, ^c ut post lætitaniam beati paschæ, quam in Ecclesia celebravimus, gaudia nostra cum sanctis martyribus conferamus; et iis annuntiemus Dominicæ resurrectionis gloriam, qui consortes sunt Dominicæ passionis. Qui enim socii sunt contumeliæ, debent et participes esse lætitiæ; ita enim dicit beatus Apostolus: *Sicut socii passionum estis, et resurrectionis eritis*: (II Cor. i, 7): *si tolerabimus, inquit, et conregnabimus* (II Tim. ii, 12). Qui ergo toleraverunt mala propter Christum, debent et gloriam habere cum Christo.

2. Annuntiemus, inquam, sanctis martyribus Dominicæ paschæ gratiam; ut dum sepultura illius prædicamus reserata claustra, et horum sepulcra reserentur: dum corpus illius mortuum dicimus tepentibus venis subito viginisse, horum quoque membra jam frigida immortalitatis calore soveantur; eadem enim ratio martyres suscitavit, quæ et Dominum suscitavit. Nam sicut viam passionis experti sunt, ita experientur et vitæ; scriptum est enim in psalmo: *Notas mihi fecisti vias vitæ* (Psal. xv, 11). Hoc utique in resurrectione ex persona dicitur Salvatoris, ^d qui dum post mortem ab inferis redit ab superos, incipit nota haberi via vitæ, quæ ante non habebatur; ignota enim erat ante Christi adventum via

mss.... beati paschæ. Sic etiam infra ubi edit., *Dominicæ paschæ*, omnes mss. *Dominici paschæ*.

^d Ita mss. Valliscl. et Theod.; edit. vero cum ms. Lugd., qui dum post mortem... incipit notam habere viam vitæ.

vitæ, quia nullius adhuc resurgentis ^a fuerat trita A vestigio. At ubi Dominus resurrexit, nota facta, solea trita est plurimorum, de quibus sanctus evangelista ait: *Multorum corpora sanctorum surrexerunt cum eo, et introierunt in sanctam civitatem (Matth. xxvii, 52).*

3. Unde cum Dominus in resurrectione sua dixerit: *Notas mihi fecisti vias vitæ (Psal. xi, 15)*; possumus et nos jam dicere Domino: *Notas fecisti nobis vias vitæ*; ipse enim nobis notas fecit vias vitæ, qui nobis semitam manifestavit ad vitam. Notas enim mihi fecit vias vitæ, cum me docuit fidem, misericordiam, ^b justitiam, castitatem; his enim pervenitur itineribus ad salutem: et licet nos in resolutione corporis mortis umbra circumdet, tamen gressus suos vita non deserit: sed inter ipsas medias inferni leges incunctanter Christi virtutibus ambulamus. Unde ait sanctus Propheta: *Nam etsi ambulavero in medio umbræ mortis, non timebo mala; quoniam tu mecum es (Psal. xxii, 4).* Quod manifestius Dominus ait de fidei, dicens: *Qui autem credit in me, non morietur in æternum (Joan. xi, 27).* Et licet moriatur, vivet.

4. Ergo, fratres, cum sanctis martyribus paschæ Domini gloriam conferamus: conferamus, inquam, et licet melius noverint omnia, tamen nos illis prædicemus quemadmodum Dominus de sepulcri gremio resurrexit ad superos. Illi nobis revelent quo pacto de inferni profundo remeaverit ad sepulcrum: notum, inquam, nobis faciant quemadmodum in exanime jam corpus et frigidum sese calor insinuaverit, spiritus ingesserit, sanguis infuderit, et gelatas humore venas pristini vigoris pulsus agitaverit; notum, inquam, nobis faciant quemadmodum organum corporis dissipatum in priorem statum nervorum rursus coaptaverit resoluta compago, et harmoniam viscerum jam silentem in veterem concentum Spiritus vivificans animaverit. Sacerdotes ergo prædicent, quæ Salvator post resurrectionem mirabilia gesserit ad superos: martyres revelent, quanta in ipsa morte refrigera operatus sit in defunctis.

475 SERMO LXII.

De bellico Tumultu, seu pro communi Martyrum.

Hunc sermonem cum aliis duobus, quorum unum Romani editores in tom. I Oper. Ambrosii collocaverant, alter vero inter sermones sancti Maximi jam vulgatus est, hujusce Patris ex æquo esse astruit Mabilonius noster Tom. I Musei Ital. part. II, pag. 5. Id certe cum sermonum dictio, tum citata loco indicato auctoritas Gennadii pulchre confirmat. Cæterum quod Rom. edit. hunc ipsum sermonem Pro communi Martyrum inscriptum voluerit, nulla cur hoc faceret, ratio fuit; proindeque aptius inter ser-

^a Omnes edit. et codex Lugd., fuerat temerata vestigio... nota facta solo attrita est, etc.; mss. Valliscl. ac Theod. ut in textu.

^b Codex Valliscl., justitiam, sanctitatem.

^c Cod. Lugd., Sed hæc causa est, quanto proximi unum a mundi excidio, tanto magis a regno, etc.

mones De Diversis sub eo titulo quem in ant. edit. ac mss. præfert, in posterum erit locandus.

1. Movet fortasse vos, fratres, quod tumultus bellorum et incursiones præliorum fieri audimus assidue: et cur nostris temporibus fiant, dilectionem vestram fortasse plus moveat. ^c Sed hæc causa est, quia quanto magis proximi sumus mundi excidio, tanto magis regno sumus proximi Salvatoris. Ipse enim Dominus ait, quod in novissimis diebus: *Exsurget gens adversus gentem, et regnum adversus regnum (Marc. xiii, 8)*; et alibi: *Cum videritis bella, et terræ motus, et fames, scitote quoniam in proximo est regnum Dei (Matth. xxiv, 33).* Ergo vicinitas ista bellorum vicinum magis nobis Christum esse B demonstrat. Atque ideo venientem adversarium timere non debeo, quia per hæc signa venire potius intelligo Salvatorem; quamvis enim iste metum incutiat temporalem, ^d ille tamen salutem deserit sempiternam. Potens est autem idem Dominus, ut et hostilem a nobis repellat pavorem, et suam nobis præsentiam largiatur.

2. Per hos igitur bellorum tumultus mundi quoddam significatur excidium; futurum enim judicium hæc inquietudo præcedit. Est autem ^e quoddam commotionis indicium Dei, videre quod metuas; ut possis intelligere plus superesse, quod metuas. Dum enim cauti sumus ad ea, quæ cernimus, cautiores ad illa efficitur, quæ speramus. Vir autem sapiens his actibus terrenis instruitur, quemadmodum futuri sæculi debeat declinare judicium; dum enim perspicit in hac communi perturbatione ^f primores viros tuitiones in mœnibus præparare, ipse admonetur quemadmodum in futura eversione mundi defensionem christianis præparet animabus. Cernimus armari civitatis portas, debemus etiam prius in nobis portas armare justitiæ; sunt enim portæ justitiæ, de quibus sanctus Propheta dixit: *Aperite mihi portas justitiæ, et reliqua (Psal. cxvii, 19).* Tunc autem civitatis porta munita esse poterit, si prius in nobis portæ justitiæ muniantur. Cæterum nihil prodest muros munire propugnaculis, et Deum provocare peccatis. Illa enim constituitur ferro, saxis et sudibus: hæc armatur misericordia, innocentia, castitate: illa telorum multitudine custoditur, hæc orationum frequentia defenditur. Et ad plenam tuitionem urbium portas principum solent signa præcedere: animarum autem nostrarum portas signum Salvatoris anticipet.

3. Ergo, fratres, propter futurum mundi judicium armis nos cælestibus muniamus, accingamur lorica fidei, salutis galea protegatur, verbo Dei velut spiritali gladio defendamur; qui enim his armis instructus fuerit, nec præsentem perturbationem me-

^d Ita ms.; omnes vero edit., ille tamen deserit sempiternum.

^e Codex Lugd., quoddam commotionis.

^f Omnes edit., priores viros: aptius ms., primores viros.

tuit, nec futurum iudicium pertimescit (I Reg. xvii, 50). Siquidem sanctus David hac devotione protectus, Goliath illum fortissimum armatum etiam inermis occiderit, et virtum bellicosum munitionibus undique circumseptum sola fidei virtute prostraverit. Cum enim sanctus David non operiretur galea, non præingeretur gladio, non lancea uteretur; occidit autem illum non telo ferreo, sed gladio spiritali. Quamvis enim inermis oculis hominum videretur, satis tamen erat gratia divinitatis armatus. Verum ipse spiritalis gladius non fuit gladius; non enim gladio Goliath, sed lapide prostratus occubuit. Legimus in Scripturis lapidis vocabulo Christum figuratim designari, sicut ait propheta: *Lapidem quem reproboverunt ædificantes, hic factus est in caput anguli* (Psal. cxvii, 22). Igitur cum lapide Goliath percussus, Christi virtute prosternitur. Et in qua tandem corporis parte percussus? In fronte scilicet; gentilis enim et sacrilegus **476** homo ibi percussus a Christo, ubi decrat Christus: et ibi inferitur ei mortis exitium, ubi signum salutis non invenitur. Quamvis enim esset Goliath undique armorum protectione munitus, frons tamen ejus patebat ad mortem; quia signaculum Salvatoris non gestabat. Atque ideo ibi perimitur, ubi nudus a Dei gratia reperitur.

4. Hæc autem in figura facta esse nemo est, qui nesciat. Nam et David armorum indumentis sese ante præcinxerat (I Reg. xvii, 39): sed cum esset in iis gravis et impeditus, ita ut ambulare vix posset, eadem sine cunctatione projecit, significans arma illa hujus mundi vana et luxuriosa esse opera, in quibus qui sese permiscere voluerit, tamquam gravis et gradiendi ad cælum cursum liberum non habebit. Simul et illud nos docuit, quod non in armis tantum speranda victoria est, sed in nomine Salvatoris oranda.

SERMO LXIII.

De Servo centurionis in Evangelio in dedicatione Basilicæ.

Hic sermo in dedicatione Ecclesie habitus cognoscitur, sed præter stylum ab Ambrosiano abhorrentem, et Paulini de hac dedicatione silentium, cum neque de reliquiis illic detectis, neque de sanctis ejusdem Basilicæ patronis quidquam dicatur, hanc conjecturam ab Ambrosio celebratam non esse abunde patet. Verum neque a quo Præule, neque quo loco, neque quo tempore facta fuerit, hujus sermonis series prodit.

1. Legimus in sancto Evangelio, cum centurionis cujusdam servus, qui erat illi pretiosior, gravi paralysis ægritudine laboraret, et per seniores Judæorum ille centurio rogaret Salvatorem ut ejus doloribus moderetur (*erat enim*, ut ait Scriptura (Luc. vii, 2 et seq.), *moriturus*), inter cætera ad unquam commendationis gratiam seniores Judæorum dixisse Domino: *Dignum est ut hoc illi præstes; diligit enim gentem nostram, et Synagogam ipse ædificavit nobis*

(*Ibid.*, 4). Si ergo commendatur Domino, qui ædificavit Synagogam, quanto est commendatior, qui ædificavit Ecclesiam! Et si is meretur gratiam, qui impietatis receptaculum præstitit; quanto majorem meretur gratiam, qui religioni domicilium præparavit! Et si ille cœlesti misericordia visitatur, qui construxit locum, ubi Christus semper negatur; quanto magis visitandus est, qui fabricari fecit tabernaculum, ubi Christus quotidie prædicatur!

2. In centurione enim Dominus non quid operis fecerit, sed qua mente operatus sit, comprobavit. Nam qui id temporis quo nondum christiani erant, sollicitè Synagogam fecit: si fuissent utique christiani, intelligitur quod multo sollicitius fecisset Ecclesiam. Sed tamen licet Synagogam ædificet, Christum prædicat; in ipso enim opere commonet pharisæos debere illos suscipere Salvatorem: et demonstrat propterea se tabernaculum amplius addidisse, ut multipliciter ibi Domini gloriam loquerentur. Si enim credit in Christum conditor Synagogæ, non magis credere debet habitator ipsius Synagogæ.

3. Centurio ergo si justificatus est propter opus fragile vel terrenum, justificandus plane vir clarissimus et providentissimus Comes noster, propter opus tam perpetuum vel cœlestis: qui comes sicut est centurione dignitate potior, ita et fide debet esse devotior. Sapiens vir et religiosus comes, qui quantum in bello imperatori militat, tantum et in pace militat Salvatori: et quantum festinat de hostium manibus captivos eruere, tanto magis festinat a diaboli se sacrilegio liberare. Ibi inimicos terreni regis interficit, hic adversarios Domini cœlestis insequitur: ibi barbaros vincit, hic dæmones. Sapiens, inquam, qui sicut comes imperatoris est, ita et comes Christi esse desiderat. Nam bene utique et religiosè agendo, dignitatem suam cupit esse perpetuam, secundum quod scriptum est in propheta: *Et vos, o boni reges, bonas facite vias vestras et studia vestra, et audite vocem Domini Dei vestri; et penitebit Dominum mali, quod locutus est adversus vos* (Jerem. xxvi, 15).

4. Ergo cum centurio rogaret Dominum, ut de morte erueret ægrotantem, et vellet Dominus ad donum centurionis pergere, in qua cervulus decumbat, ait centurio: **477** *Domine, non sum dignus ut intres sub tectum meum*. Excusatur igitur centurio, et ne sub tectum ejus ingrediat Dominus, indignum se dicit. Ecce dignus est comes noster, sub cujus tectum hodie Salvator ingreditur.

5. Videamus ipsa centurionis excusatio quam habeat gratiam; ait enim: *Domine, non sum dignus ut intres sub tectum meum; sed dic tantum verbo, et sanabitur puer meus* (Math. viii, 8). O fides christiana, quæ cum humilitate totum impetrare consuevit. Ecce religiosus centurio ad accipiendam salutem dignior sit, dum se proficitur indignum: et dum cedes suas injurias putat, magis eas honorificas fecit et gra-

* Ms. Lugd., qui *fabrefecit tabernaculum*.

tas. Magna enim et perfectæ fidei vir, a qui intelligeret Christum Dominum eorum esse, dum verberatur ne hospitii sui eum angusta non acciperent. Ergo contradicente centurione, non pergit ad domum Domitiani. Non pergit Dominus, sed pergit Domini medicina: non visitat ægrum Salvator, sed visitat sanitas Salvatoris.

6. De fratribus vero nostris sanctis viris Vitalino et Maiano quid dicam? Scio illos gloriam ab hominibus non querere, 478 nisi a solo Deo: sed tamen laudem eorum etsi ego laceam, ipsa opera loquuntur; ad ipsorum enim laudem pertinet, quidquid in aliis paulo ante laudavimus. Nam hoc tabernaculum etsi plurimi construxerunt, hi tamen sumptu operati sunt uno assensu. Et quo tandem sumptu, cum sint in sæculo mediocres et tenues? Illo scilicet, de quo

A ait Apostolus: *Abundanti fidei, et divitiis simplicitatis* (II Cor. viii, 2). Est enim sanctis viris semper dives ipsa paupertas. Unde credo hos beatos hanc Ecclesiam non minus orationibus, quam impendiis fabricasse; sic enim oportebat ut opus Christi precibus magis cresceret, quam cæmentis. Totam enim substantiam et in hujus facturam operis expendunt, et ipsis certe nihil deest. Ipsa plane est, sicut diximus, dives locuplesque paupertas, quæ expendit omnia, et possidet omnia. Sed hæc a Deo benedicta est, sicut illa vidua, de qua dicit Dominus in Evangelio: *Mulier hæc vidua pauper plus quam omnes misit; nam omnes hi ex abundanti sibi miserunt in munera Dei, hæc autem totum victum suum, quem habuit, misit.*

* Cætera usque ad finem hujus sermonis in cod. Lugd. desunt.

IN EPIST. EX AMBROSIANARUM NUMERO SEGREGATAS ADMONITIO.

Quinque epistolas ex Ambrosianarum catalogo duximus eximendas, quarum duæ priores, nimirum *Ad sacram virginem Demetriadem*, et *Ad virgines sacras*, in omnibus operum sancti Ambrosii editionibus vulgatæ fuerant; tres vero posteriores, videlicet: *de Inventione sanctorum Gervasii et Protasii*; *de Inventione sanctorum Vitalis et Agricolæ*, atque epistola *ad Florianum*; a Romanis editoribus primum in lucem emissæ sunt. De singulis censuram nostram breviter subjicimus, ut lector intelligat quibus momentis ad eas abdicandas simus inducti.

Epistolam *ad Demetriadem* omnes eruditorum centuriæ Ambrosio abjudicant, quorum judicium ratum esse debere quidquid legentibus illic occurrit, aperte probat: maxime vero quæ disputantur de Pelagianis Doctoribus nostro posterioribus. Eandem ante aliquot annos Leoni Magno conatus erat asserere in sua operum ejusdem Pontificis editione Quesnellus: in quem nuper Anselmus insurgens magnis animis, illam populari suo Prospero cum aliis non paucis credidit vindicandam. Quilibet ea in contentione utri voluerit parti sese adjunget; nos enim dum constet Ambrosii non esse, haud refragabimur. Cum porro eadem epistola multis in locis apud alios ab Ambrosio Patres edita fuerit, inuiti pondere gravare videremur nostrum hoc volumen, si denuo ipsam recedere animus esset.

Quamobrem quatuor earum quas hic dabimus, ordinem ducet, quæ *virginibus sacris* destinata est. Hæc autem cum aliorum calculo rejicitur, tum a Baronio ipso (*ad annum 324, num. 107*) dicitur *perperam Ambrosii nomine consignata*. Unde non mirari profecto non possumus quid viris doctissimis, qui operis a Bollandi incepti molem humeris exceperunt, venerit in mentem, cum eam epistolam sub ejusdem Ambrosii nostri nomine typis expresserunt. Advertere sane debuerant auctorem ejus prorsus ignarum exstitisse illorum morum, qui temporibus sancti Antistitii Romæ obtinebant. Nam alioqui nunquam scripsisset, quod legimus sub finem epistolæ: *Perseveravit, inquit, Constantia in virginitate, per quam multæ virgines et mediocres et nobiles et illustres sacra velamina susceperunt*. Quam enim hoc vanum ac futile sit, ex Hieronymi cognoscitur testimonio, ubi sic ait (*Epist. de laudibus Marcellæ*): *Nulla eo tempore nobilium seminarum voverat Romæ propositum monachorum, nec audebat propter rei novitatem ignominiosum, ut tunc putabatur, et vile in populis nomen assumere*. Ergo si cui Ambrosio tribuenda erit hæc epistola, censuram amplectemur Joannis Bandini ad marginem ejusdem epistolæ in Vaticano codice exaratam, unde eam amica manu descriptam habuimus in hæc verba: *Non est Ambrosii Mediolanensis, sed alterius cujusdam Ambrosii monachi, qui hunc sermonem Græce scripsit. Exstat in bibliotheca Vaticana, et postmodum in Latinam linguam conversus est ab alio.*

Quod spectat ad reliquas tres illas, quas in Romana editione primum prodiximus supra diximus, quisquis easdem cum aliquibus vere Ambrosianarum contendere instituerit, statim agnoscat quanto discrimine invicem abhorreant. Ut vero id apertius clariusque sit, quæ in prima illarum de inventione corporum Gervasii et Protasii referantur, cum in quæ de hac ipsa inventione Augustinus, Paulinus, atque adeo ipsemet Ambrosius memorant, conferantur. Non distendum tamen locum ex hac eadem epistola in fragmento Orationis Joannis Damasceni *de Imaginibus* citatum reperiri. Sed nihil aliud ex hoc probare possis, nisi jam inde ab ætate ejusdem sancti, si tamen ejus vere sit illud fragmentum, illam epistolam Ambrosii nomine circumferri con-

suevisse. Nec vero obscurius videtur sequentem alicujus esse consarcinatoris, qui Ambrosii narrationem, qua Vitalis atque Agricolaë martyrum inventionem in *Exhortatione Virginitatis* descriptam reliquit, partim addendo, partim mutando, partim transponendo interpolavit. Huc adde Gregorii Turonensis auctoritatem diserte affirmantis (*Lib. 1 de Gloria Mart. cap. 44 et 47*) ætate sua martyrum quidem Gervasii atque Protasii Acta exstitisse, non vero Vitalis et Agricolaë. Postremo Epistola quæ in Romana editione *Flaviano* inseribitur; in codice autem Regiæ Bibliothecæ vix ducentis annis superiore: *De moribus et honesta vita*; licet utrobique Ambrosii nomen in fronte ferat, huic tamen titulo ejusdem stylus ac ingenium plane reclamant.

EPISTOLÆ

EX AMBROSIANARUM NUMERO SEGREGATÆ.

479 EPISTOLA I.

Antequam Agnæ virginis martyrium describatur, amor in eam filii præfecti, ejusque repulsa memoratur. Hinc adjicitur virginis condemnatio ad lupanar, et inter miracula divinitus propter eandem puellam perpetrata adolescentis in eam depereuntis interitus, atque ad vitam revocatio. Tum sequitur virginis ob ethnicorum seditionem condemnatio ad rogam, ejusque in mediis ignibus illæ sæ permanentis cruenta cædes. Mox paganorum in christianos ad Martyris tumulum orationi instantes furore declarato, nex Emerentianæ, et Constantiæ Augustæ sanitas restituta, nec non ab eadem principe templum liberatrici suæ ædificatum, et ipsius cum aliis pluribus virginitatis propositum enarratur.

AMBROSIIUS episcopus servus Christi virginibus sacris.

1. Diem festum sacratissimæ virginis celebremus: hinc psalmi resonent, inde concrepent lectiones: hinc populorum turbæ lætentur, inde subleventur pauperes Christi. Omnes ergo gratulemur in Domino, et ad ædificationem virginum qualiter passa sit Agnes beatissima, ad memoriam revocemus. ^a Tempore illo erat quædam virgo Romæ nobilibus orta natalibus, nomine Agnes, quæ certans contra principes et potestates tenebrarum, tertio decimo ætatis suæ anno mortem perdidit, et vitam invenit; quia solum vitæ dilexit Auctorem. Infantia quidem computabatur in annis, ^b sed erat senectus mentis in moribus: corpore quidem juvenula, sed animo cana. Pulchra facie, sed pulchrior fide, et elegantior castitate.

2. Quæ dum a scholis reverteretur, a præfecti Urbis filio adamatur. ^c Cujus parentes cum requisissent, et invenissent, cæperunt pulchra offerre, et pulchriora promittere. Denique detulerant secum pretiosissima ornamenta, quæ a beata Agne veluti quædam stercora sunt recusata. Unde factum est ut juvenis majori perurgeretur amoris stimulo, et putans eam juvenis meliora velle accipere ornamenta, ^d omnem lapidem pretiosum secum defert, et gloriam: et per se ipsum, et per amicos, et per notos,

^a Tempore illo erat... et potestates tenebrarum, e Noalliano cod. restituuntur.

^b Omnes edit., sed mentis senectus erat immensa; melius vero cod. Noall. ut in contextu.

^c Ita cod. Noall.; omnes autem edit.; ejus parentes

A et affines, cæpit aures virginis appellare, divitias, domos, possessiones, familias, atque omnes hujus mundi delicias repromittere, si consensum suum ejus conjugio non negasset.

3. Ad hæc beata Agnes tale fertur juveni dedisse responsum: Discede a me, fomes peccati, nutrimentum facinoris, pabulum mortis: discede a me; quia jam ab alio amatore præventa sum, qui mihi satis meliora obtulit ornamenta, et annulo fidei suæ subarrhavit me, longe te nobilior et genere et dignitate. Ornavit inæstimabili dextrocherio dexteram meam, et collum meum cinxit lapidibus pretiosis. Tradidit auribus meis inæstimabiles margaritas, et circumdedit me vernantibus atque coruscantibus gemmis. Posuit signum in faciem meam, ut nullum præter ipsum amatorem admittam. Induit me cyclade auro texta, et immensis monilibus ornavit me. Ostendit mihi thesauros incomparabiles, quos mihi se daturum repromisit, si in ejus perseveravero amore. Non ergo potero ad contumeliam prioris amatoris vel aspicere alium et illum relinquere, cum quo sum charitate devincta; cujus est generositas celsior, possibilitas fortior, aspectus pulchrior, amor suavior, et omni gratia elegantior. A quo mihi jam thalamus collocatus est, cujus mihi organa modulatis vocibus resonant, cujus mihi virgines justissimis vocibus cantant. Jam mel et lac ex ore ejus suscepti, jam amplexibus ejus castis astricta **480** sum, jam corpus ejus corpori meo sociatum est, et sanguis ejus ornavit genas meas. Cujus mater virgo est, cujus pater feminam nescit; cui angeli serviunt, cujus pulchritudinem sol et luna mirantur, cujus odore reviviscunt mortui, cujus tactu confortantur infirmi, cujus opes nunquam deficiunt, cujusque divitiæ nunquam decrescunt. Ipsi soli servo fidem meam, ipsi me tota devotione committo. Quem cum amavero, casta sum: cum tetigero, munda sum: cum accepero, virgo sum. Nec deerunt post nuptias filii, ubi partus sine dolore succedit, et fecunditas quotidiana cumulatur.

3. Audiens insanissimus juvenis, amore carpitur cæco, et inter angustias animi et corporis anhelu crudum requisisset, et invenisset, cæpit offerre plurima, et plura promittere.

^d Omnes edit., omnium lapidum pretiosorum secum detulit gloriam.

ciabatur spiritu. Inter hæc lecto prosternitur, et per alta suspiria amor a medicis aperitur. Fiunt nota patri, quæ fuerant inventa a medicis, et eadem paterna voce, quæ fuerant jam dicta a filio, ad petitionem virginis revolvuntur. Abnegat Agnes beatissima, et se nullo pacto prioris asserit sponsi fœdera violare. Cumque pater diceret ^a in fascibus se constitutum præturam agere, et idcirco quemvis etiam illustrem virum minime sibi debere præferri; cœpit tamen vehementissime inquirere quis esset sponsus, sancta cujus Agnes potestate gloriaretur. Tunc existit quidam ex parasitis ejus, qui diceret hanc christianam esse ab infantia, et magicis artibus ita occupatam, ut dicat Christum sponsum suum esse.

4. Audiens hæc Symphronius præfectus latus efficitur, et missa apparitione cum grandi strepitu, suis eam tribunalibus præcepit sisti. Et primo quidem blandis eam sermonibus secretius provocat, deinde terroribus pulsat. Sed virgo Christi nec blandimento æducitur, nec terrore concutitur: sed eodem vultu, eodem animo perseverans, et terrentem similiter sicut blandientem animo deridebat. Videns itaque Symphronius præfectus tantam in puella constantiam, parentes ejus alloquitur: et quia erant nobiles, et vim eis inferre non poterat, titulum eis christianitatis opposuit. Sequente autem die Agnem sibi præsentari jubet: et iterum iterumque repetens, replicare cœpit de juvenis amore sermonem.

5. Cuique omnes sermones ejus casso labore deficerent, sisti eam suis tribunalibus jussit, cui et dixit: Superstitio christianorum, de quorum te magicis artibus jactas, nisi a te fuerit segregata, non poteris insaniam abjicere pectoris, neque æquissimis consiliis præbere consensum. Unde te ad venerabilem deam Vestam properare necesse est, et si perseverantia virginitatis placet, ejus die nocteque sacrificiis reverendis insistas. Ad hæc beata Agnes respondit: Si filium tuum, quamvis iniquo amore vexatum, tamen viventem hominem recusavi: hominem utique qui est rationis capax, qui et audire, et videre, et palpare, et ambulare potest, ^b et fulgore lucis hujus cum bonis perfrui: si ergo hunc causa amoris Christi nulla possum ratione respicere; quomodo possum idola muta et surda, et sine sensu et sine anima colere, et ad injuriam summi Dei cervicem meam vanis lapidibus inclinare?

6. Audiens hæc præfectus Symphronius dixit: ^c Cupio præbere consultum infantiaæ tuæ, et adhuc te deos blasphemantem idcirco differo, quia annos tuos infra sensum aspicio. Noli ergo temetipsam ita despiciere, ut motus deorum incurras. Beata Agnes respondit: Noli infantiam corporalem ita in me despiciere, ut putes me te velle habere propitium. Fides enim non in annis, sed in sensibus geritur: et Deus omnipotens mentes magis comprobatur, quam

ætates. Deos autem tuos, quorum motus me incurere ^d non vis; ipsis irasci permitte, ipsis loqui jube: ipsi hoc mihi præcipiant, ipsi jubeant se coli, ipsi jubeant adorari. Verum quoniam ad hoc video te tendere, quod impetrare non poteris, quidquid tibi videtur, exerce.

7. Symphronius præfectus dixit: Unum tibi e duobus elige, aut cum virginibus deæ Vestæ sacrificia, aut cum meretricibus scortaberis in contubernio lupanari. Et longe erunt a te christiani, qui te ita magicis artibus imbuerunt, ut hanc calamitatem in-trepido animo te posse perferre confidas. Unde, ut dixi, aut sacrificia deæ Vestæ ad laudem generis tui: aut ad ignominiam natalium tuorum eris publicæ abjectionis scortum. Tunc beata Agnes cum ingenti constantia dixit: Si scires quis est Deus meus, non ista ex ore tuo proferres. Unde ego, quia novi virtutem Domini mei Jesu Christi, segura contemno minas tuas, credens quod neque sacrificem idolis tuis, neque polluar sordibus alienis; mecum enim habeo custodem corporis mei angelum Domini. Nam unigenitus Dei Filius, quem ignoras, murus est mihi inexpugnabilis, et custos mihi est numquam dormiens, et defensor mihi est numquam deficiens: dii autem tui aut ærei sunt, ex quibus cacabi melius sunt ad usus hominum: aut lapidei, ^d ex quibus plateæ melius sternuntur ad evadendum lutum. Divinitas autem non in lapidibus vanis habitat, sed in cœlis: non in ære aut aliquo metallo, sed in regno superno consistit. Tu autem et similes tui, nisi ab istorum cultura recesseritis, similis vos pœna concludet; sicut enim illi igne conflati sunt, ut fundarentur; sic colentes eos perpetuo incendio conflabuntur: non ut fundantur, sed ut confundantur in æternum, et pereant.

8. Ad hæc insanus judex jussit eam exspoliari, et nudam ad lupanar duci, sub voce præconis dicens Agnem sacrilegam virginem, deos blasphemantem, scortum lupanaribus datam. Statim autem ut spoliata et crine soluta est, tantam densitatem capillis ejus divina gratia concessit, ut melius videretur sumbriis eorum, quam vestibus lecta. Ingressa autem turpitudinis locum, angelum Domini illic ita paratum invenit, ut circumdaret eam immenso lumine, ita ut nullus posset eam præ splendore respicere, nec contingere, nec videre. Fulgebat enim tota cella illa, quasi radians sol in virtute sua; et quanto quis curiosior esse voluisset, tanto sui visus aciem obtundebat. Cumque se in orationem Domino prostravisset, apparuit ante oculos ejus stola candidissima, et apprehendens eam induit se, et dixit: Gratias tibi ago, Domine Jesu Christe, qui me in numero ancillarum tuarum computans, vestem hæc mihi largiri præcepisti. Ita namque ad mensuram corpusculi ejus aptum erat indumentum, et ita nimio candore con-

^a Ita cod. Noall.; edit. vero, *in fascibus præfecturæ se agere.*

^b Omnes edit., *et flore lucis hujus cum bonis frui*; cod. Noall., *et fulgore, etc.*

^c Ita cod. Noall., at edit.: *Cupio consultum, etc.*

^d Omnes edit., *ex quibus sternuntur plateæ*; alia e memorato cod. addita sunt.

spicuum, ut nullus dubitaret hoc angelicis manibus preparatum. Interea Iopanar efficitur locus orationis, in quo ^a omnes qui fuissent ingressi, adorarent et venerarentur, dantes honorem Deo pro immenso splendore, et mundiores egredierentur foras, quam fuerant intus ingressi.

9. Cumque hæc agerentur, præfecti filius qui auctor erat hujus sceleris, venit ad locum cum sodalibus suis juveniculis, quasi insultaturos puellæ, cum quibus libidinia sua se posse credebat ludibrium exercere : ^b sed ingressus ut misit ante se pueros ferventes et turpiter sævientes, cum nimia autem veneratione et ingenti admiratione egressos cepit impotentes arguere, atque vanos et molles ac miseros judicare. Et irridens eos, locum in quo virgo adorabat, audacter ingressus est : et videns tantum lumen circa eam, non dedit honorem Deo : sed irruens in ipsam lumen, priusquam vel manu eam contingeret, cecidit in faciem suam, et præfocatus a diabolo exspiravit. Videntes autem socii ejus, quod moras intus innecteret, putabant obscœnis eum operibus occupatum. Et ingrediens unus ex juvenibus, qui ei familiarior erat, ut quasi congratularetur insultationi ejus, et mortuum eum inveniens, exclamavit voce magna, dicens : Piissimi Romani, succurrite : magicis artibus ista meretrix præfecti filium interfecit. Fit repente concursus populorum ad theatrum, et varia furentis populi acclamatio. Alii dicebant magam, alii innocentem, alii sacrilegam conclamabant.

10. Præfectus autem audiens filium suum interisse, cum ⁴⁸² ingenti tumultu ac luctu venit ad theatrum ; et ingressus locum, in quo corpus filii ejus jacebat exanime, cum magno clamore dicebat beatissimæ virginis : Crudelissima omnium feminarum, ad filium meum voluisti apodixin tuæ artis magicæ demonstrare ; et cum talia atque alia hujusmodi innecteret, et causam mortis ejus ab ea vehementer inquireret, ait ad eum beatissima Agnes : Ille cujus voluntatem volebat perficere, ipse in eum potestatem accepit. Quare autem omnes qui ad me ingressi sunt, sani egressi sunt : quia omnes dederunt honorem Deo, qui misit angelum suum, et induit me hoc in dumento misericordiæ suæ, et custodivit corpus meum, quod ab ipsis cunabulis Christo consecratum est et oblatum. Videntes autem splendorem angelicum, adorabant omnes, et abscedebant illasi : hic autem inpadens statim ut ingressus est, sævire cepit et frenere ; cuiusque manum suam ad me contingendam aptaret, dedit eam angelus Domini in reprobum, quam conspicis, mortem.

11. Dicit ei præfectus : in hoc apparuit quia non magicis artibus ista gessisti, si deprecata fueris

^a Sic Noall. codex : edit. autem, *omnis qui fuisset ingressus, adoraret.... dans honorem immenso lumini, et mundior, etc.*

^b Omnes edit., *et ingressos ante se furentes pueros, et turpiter sævientes cum omni veneratione ; etc.* Noall. cod. ut in textu.

^c Eadem edit., *prosternens se in faciem planam :*

A ipsum angelum, ut restituat mihi filium meum sanum. Cui beata Agnes respondit : Licet fides vestra hoc impetrare non mereatur a Domino ; tamen quia tempus est ut virtus Domini mei Jesu Christi manifestetur, egredimini omnes foras, et solitam ei orationem offeram. Cumque universi foras fuissent egressi, ^c prosternens se in faciem pavimento, rogare cepit Dominum, ut juvenem suscitarat. Grante autem illa, apparuit ei angelus Domini, et levavit eam sistentem, et confortans animum ejus, juvenem suscitavit. Qui egressus foras cepit voce publica clamare et dicere : Unus est Deus in caelo et in terra et in mari, qui est Deus christianorum ; nam omnia templa vana sunt : dii qui coluntur, omnes vani sunt, et penitus nec sibi possunt, nec aliis aliquid auxilium exhibere.

12. Ad hanc vocem omnes haruspices, et templorum pontifices conturbabantur, et fit per eos vehementior quam fuerat, seditio populorum, atque omnes una voce clamabant : Tolle magam, tolle maleficam, quæ et mentes mutat, et animos alienat. Præfectus autem videns tanta mirabilia, obstupuit : sed veritus proscriptionem, si contra templorum pontifices ageret, et Agnem contra suas sententias defensaret, vicarium suum ad seditionem populi judicem dereliquit, ipse autem tristis abscessit, quod eam non potuit post resurrectionem filii sui liberare. Tunc vicarius Aspasius nomine, ^d populi seditionem non ferens jussit in conspectu omnium ignem copiosum accendi, et in medium eum præcepit jactari flammaram. Quod cum fuisset impletum, statim in duas partes divisæ sunt flammæ, et hinc atque illinc seditiosos populos extrebant : ipsam autem penitus in nullo contingebat incendium. Et magis non hoc virtutibus divinis, sed maleficiis reputantes, dabant fremitus inter se populi, et infinitos clamores ad cælum.

13. Tunc beata Agnes extendens manus suas in medio ignis, his verbis orationem fudit ad Dominum : Omnipotens, adorando, colende, tremende Pater Domini mei Jesu Christi, benedico te, quia per Filium tuum evasi minas hominum impiorum, et speractis diaboli impolito casto transivi. ^e Ecce nunc sancti Spiritus rore celesti perfusa, resolutus est juxta me ignis, flamma dividitur, et ardor incendii hujus ad eos a quibus ministratur, effanditur. Benedico te, Pater prædicande, qui etiam inter flammam intrepidam me ad te venire permittis. Ecce jam quod credidi, video : quod speravi, jam teneo : quod concupivi, complector. Te confiteor labiis et corde, et totis visceribus concupisco. Ecce ad te venio vivum et verum Deum, qui cum Domino Jesu Christo Filio tuo, et cum Spiritu sancto vivis et re-

codex Noall... *in faciem pavementi.*

^d Populi seditionem non ferens additur e cod. Noall.

^e Omnes edit., *Ecce et nunc rore celesti perfusus per Spiritum sanctum focus juxta me moritur ;* codex Noall. ut in tempore.

gnas modò et sèmpèr per infinità sæcula sæculorum, A amen.

14. Cùmquè complexisset orationem, ita omnis ignis exstinctus est, ut neò tepor quidem incendii remansisset. Tunc Aspasius urbis Romæ vicarius, populi seditionem non ferens, in guttur ejus gladium mergi præcepit: atquè hoc exitu, roseo sui sanguinis rubore perfusam Christus sibi sponsam et martyrem dedicavit. Parentes vero ejus nullam ~~483~~penitus tristitiam habentes, cum omni gaudio abstulerunt corpus ejus, et posuerunt illud in prædio suo non longe ab Urbe, via quæ dicitur Numentana. Ubi cum omnis turba christianorum concurreret, insidias a paganis perpassi sunt: et videntes populum infidelium superuententem armatum, omnes fugerunt; aliquanti verò lapidum icibus læsi evaserunt.

15. ^A Dum orat inter tanta agmina collectanea ejus virgo sanctissima Emerentiana, constans stabat immobilis, et his verbis exprobrabat eis dicens: Superflui, miseri, caduci, atque atrocissimi, Deum omnipotentem colentes occiditis, et pro defensione lapidum homines innocentes jugulatis. Hæc et his similia dum urbis furentibus diceret, lapidata est ab eis, et orans juxta sepulcrum beatissimæ Agnæ virginis, emisit spiritum. Non dubium est quod in suo sanguine sit baptizata, quæ pro defensione justitiæ, dum confiteretur Dominum, mortem constanter excepit. Eadem denique hora sit terræ motus vehementissimus; et cum nimia esset cœli serenitas, tantæ coruscationes, tantæque fulgura et tonitrua existiterunt, ut pars maxima insani populi exspiraret. Unde factum est ut nullus penitus ex eo advenientibus ad sepulcra sanctorum aliquas molestias excitaret. Venientes autem parentes beatæ Agnæ virginis cum sacerdotibus nocte, abstulerunt corpus ^B Emerentianæ, et sepelierunt illud in confinio agni beatissimæ virginis Agnæ.

16. Igitur dum parentes sanctæ Agnæ assiduis pernoctationibus vigilarent ad sepulcrum ejus, vident in medio noctis silentio exercitum virginum, quæ omnes vero intextis cykladis indutæ cum ingenti lumine præteribant: inter quas etiam vident beatissimam Agnem similiter fulgentem; et ad dexteram ejus Agnum stantem. Hæc dum viderent parentes ejus, et qui simul erant, quasi stupore mentis detenti sunt. Sed beata Agnes rogat sanctas virgines parumpor gradum figere, et stans parentibus suis dixit: Videte ne me mortuam loquatis, sed congaudete mihi et congratulamini; quia cum his virginibus lucidas sedes accepi, et illi cum juncta in cœlis, quem in terris posita ^C tota devotione dilexi. Et his dictis, pertransiit.

17. Hæc viso publice ab omnibus, qui viderant, divulgata est. Unde factum est ut post aliquantos annos ad Constantiam Augusti filiam hoc factum ab his qui viderant, narraretur. Erat enim ipsa Constantia virgo prudentissima, sed ita obsessa vulneribus, ut a capite usque ad pedes nulla membrorum pars libera remaneret. Accepta autem spe recuperandæ salutis, venit ad sepulcrum martyris nocte; et licet pagana, tamen credula animi intentione preces fideliter fundebat. Quod cum faceret repente somni suavitate corripitur, et videt per visum beatissimam Agnem talia sibi monita preferentem: Constantia age, Constantia, et crede Dominum Jesum Christum filium Dei esse Salvatorem tuum, per quem modo consequeris omnium vulnerum, quæ in corpore tuo ^B pateris, sanitatem. Ad hanc vocem Constantia evigilat sana, et sic eana, ut nec signum in suis membris alienius vulneris remaneret. Reversa igitur ad palatium sanctissimæ, facit gaudium et patri suo Augusto, et fratribus suis imperatoribus. Coronatur civitas tota, ^d sit lætitia militibus et primatibus suis, atque universis audientibus hæc, infidelitas gentium confundebatur, et fides Dominica lætabatur.

18. Interea patrem et fratres Augustos rogat, ut basilicam beatæ Agnæ construerent, ^e et sibi illic mansionem collocari præcepit. Cæcurrit autem hæc opinio ad omnes, et quotquot credentes ad ejus sepulcrum advenissent, salvabantur, quæcumque infirmitate detenti essent. Quod facere Christum nullus dubitat usque in hodiernum diem. Perseveravit autem ipsa Constantia Augusti filia in virginitate, per quam multæ virgines et mediocres, et nobiles, et illustres sacra voluntaria susceperunt. Et quia fides mortis damna non patitur, usque in hodiernam diem multæ virgines Romæ Agnem beatissimam quasi in corpore mantentem aspiciunt, et ejus exemplum agentes viriliter, et integro perseverant, credentes sine dubio quod perseverantes perpetuæ victoriæ palmam acquirant.

19. Hæc ego Ambrosius servus Christi, dum in voluminibus ~~484~~ abditis invenissem descripta, non sum passus infructuosa silentio tegi. Ad honorem igitur tantæ martyris sicut gesta ejus agnovi, conscripsi; et ad edificationem vestram, o virgines Christi, textum passionis ejus credidi destinandum, ^f obsecrans virtutem Spiritus sancti, ut labor noster ad vestram imitationem fructum in conspectu Dei valeat invenire, cui honor et gloria in sæcula, amen.

EPISTOLA II (ANNO LII).

Cum beneficia Dei legenda non sint, visionem narrat, qua sibi per quadragessimam Gervasius ac Protasius

Lampretilium pag. 174.

^g Illi, Et sibi illic Mausoleum collocari. Consule Acta Liberii in Conciliis Phil. Labæi p. 37.

^h Eadem edit., obsecrans charitatem Spiritus sancti, ut labor noster in vestra imitatione fructum in conspectu Domini valeat invenire, amen: eodex vero Nealli. ut nos in textu.

^a Ita codex Neall.; omnes autem edit., Emerentiana autem, quæ fuerat collectanea ejus, virgo sanctissima, licet catechumena, constanter stabat, intrepida et immobilis.

^b Edit., sanctæ Emerentianæ virginis.

^c Eadem edit., tota animi intentione dilexi.

^d Ita codex Neall.; edit. verò, militantibus atque privatis. De quo loco videsis notas Casauboni in

semel et iterum, tertia autem vice etiam Paulus apparuerat, ut eis post exhumatas ipsorum reliquias Ecclesia construeretur, imperans. Addit convocatis coepiscopis inventa esse sanctorum corpora, quorum conversionem, necem ac sepulturam ex schedula illic detecta refert. Quibus Vitalis ac Valeriae martyrium etiam inseritur.

AMBROSIIUS servus Christi fratribus per omnem Italiam in Domino æternam salutem.

1. In divinis voluminibus reus subscribitur, qui non studuerit dare gratis, quod ipse gratis accepit; quidquid enim Ecclesiæ Domini profuturum erat, subtraxisse arguitur, cum noluerit tradere omnibus, quod ipse non celandum acceperit. Unde Psalmographus vates canit: *Justitiam tuam non abscondi in corde meo: veritatem tuam et salutare tuum dixi. Non celavi misericordiam tuam in concilio multorum (Ps. xxxix, 14).* Et pro hoc opere quasi vicissitudinem a Deo postulans adjecit: *Tu autem, Domine, ne elonges misericordiam tuam a me (Ibid., 12).* Quasi diceret Deo: sicut ego feci alios misericordiam invenire, ita et ipse non patiaris longe fieri misericordias tuas a me. Aperiamus ergo cur ista præmisimus, et vestros animos qui pie de Domino sentitis et creditis, de inventione sanctorum corporum ad lætitiã invitemus.

2. In diebus itaque transactæ nuper quadragesimæ, cum Dominus donasset mihi, ut jejunantium^a et orantium me faceret esse participem, in oratione positum ita me somnus oppressit, ut nec vigilans aperte, nec dormiens integre, viderem apertis oculis mecum duos juvenes ephēbos vestibis candidissimis, id est, colobio et pællio indutos, caligulis calceatos, manibus extensis orantes. Nullam quidem gravedinem patiens, loqui cum eis non poteram: sed qua, ut dixi, pars in me somni incumbēbat, quæ me ad eorum interrogationem verbum proferre non sineret. Plene autem evigilanti visio eorum ab oculis meis elapsa est.

3. Factum est proinde ut rogarem Domini misericordiam, ut si ludificatio dæmonum esset, abcederet: si vero esset veritas, plenius appareret. Ad impetrandum vero quæ posebam a Domino augmentavi jejunium: similique modo, canente gallo, orantes mecum iidem juvenes apparuerunt.

4. In tertia vero nocte, defecto jejuniis corpore, non dormienti, sed stupenti, cum quadam mihi tertia apparuere persona, quæ similis erat beato Paulo apostolo, cujus me vultum pictura docuerat, in tantum ut ipse mecum, illis tacentibus, loqueretur dicens: Isti sunt qui monita mea secuti, prædia et divitias respuentes, secuti sunt Domini nostri Jesu Christi vestigia, nihil terrenum, nihilque carnale concupiscentes, in media hæc Mediolanensī urbe per

^aDeest in Rom. edit., et orantium.

^b Rom. edit., vocaverunt, cumque ab intestato Gervasius et Protasius, hoc est, patre sancto Vitale martyre, et matre sanctæ memoriæ Valeria defunctis,

A decem annos in Dei servitio perdurantes, ad hoc pertingere meruerunt, ut Christi martyres efficerentur. Quorum corpora in eodem loco iuvenes, in quo stas et oras. Duodecim pedum altitudine terra coopertam arcam invenies, quam arcam superius exaltabis, et in nomine eorum Ecclesiam fabricabis. Cumque ab eo eorum nomina requirerem, dixit mihi: Ad caput eorum libellum scriptum inveies, in quo et ortus eorum, et finis scriptus est.

5. Convocans itaque omnes per circuitum fratres et episcopos urbium vicinarum, referens universa quæ videram, quæque audieram, ipsis coram positus, primus ego terræ fossor accessi: cæteri vero episcopi prosecuti, fodientes pervenimus ad arcam, quam sanctus promiserat Paulus: quam aperientes, B invenimus quasi in ipsa hora positos 485 sanctos, miro odore flagrantes. Ad eorum caput libellum invenimus, in quo erant hæc per ordinem universa conscripta:

6. Ego servus Christi Philippus intra domum meam sanctorum corpora, quæ cum filio meo rapui, sepelivi. Quorum mater Valeria et pater Vitalis sunt dicti: quos uno ortu geminos genuere, et unum Protasium, alterum Gervasium vocaverunt^b.

7. Quorum pater Vitalis miles consularis, cum fuisset cum Paulino iudice suo Ravennam ingressus, et cœpisset Paulinus christianos ad sacrificandum requirere, oblatuſ est ei quidam christianus nomine Ursicinus, arte medicus, natione Ligur. Tunc jussit eum Paulinus in conspectu suo torqueri, dicens: Sacrifica, Ursicine, diis immortalibus. Ille autem respondens, dixit ad eum: Non sacrificabo surdis et mutis, sed sacrificabo Domino meo Jesu Christo. Et cum vidisset, quod eum mutare non posset a constantia sua, post nimia tormenta, jussit eum capitalem subire sententiam. Locus autem ille, ubi decollabantur christiani, hoc habebat vocabulum, ut diceretur, ad Palmam. Arbor enim antiqua Palmæ illic erat.

8. Igitur cum, ut diximus, post nimia tormenta decollandus venisset sanctus Ursicinus ad Palmam, expavit: et dum vellet male evadere, exclamavit S. Vitalis dicens: Noli, noli, Ursicine medice, qui alios curare consuevisti, te ipsum æternæ mortis jaculo vulnerare; et qui per passiones nimias venisti ad D palmam, coronam noli perdere a Domino præparatam. Audiens hæc sanctus Ursicinus, genua posuit, et spiculatorē, ut feriret, hortatus; agens patientiam quod expavisset. Quem spiculator feriens, Christi martyrem fecit. Statimque sanctus Vitalis corpus martyris rapiens, intra Ravennensium urbem sepelivit cum omni honestate martyri debita, et ad iudicem ultra sanctus Vitalis venire contempsit. Quem Paulinus consularis ideo maxime teneri mandavit; non tantum quia contempsit ad eam redire,

utrique patrimonio successissent, domum propriam, etc. Nos vero duos codices Longipontinos, qui martyrium SS. Vitalis ac Valeriae huic epistolæ inserunt, secuti sumus.

verum quantum ob hoc quod christianus esset de-
fectus.

9. Tunc ministri ejus rapientes eum in conspectu
ejus adduxerunt. Et videns eum Paulinus, ait ad
eum : Quomodo maleficus deceptus es, Vitalis, ut
non sacrifices diis? Cui ille respondit : Non sacrifi-
co surdis et mutis, sed sacrificio Deo meo, qui fecit
cælum et terram, mare et omnia quæ in eis sunt,
et Jesu Christo filio ejus, qui cum eo et Spiritu san-
cto vivit et regnat. Tunc Paulinus jussit eum levari
in equuleo, ut per tormenta, ejus consensum ad sa-
crificandum compelleret. Sed sanctus Vitalis stu-
duit, ut Deo redderet gemmam pretiosam, quam ra-
pere diabolus studebat. Et respondens, ait ei : Infi-
nita tibi dominatur stultitia : aut putas memetipsum
posse decipere, qui alios a periculo mortis, vel de-
ceptionis liberare studui?

10. Tunc Paulinus consularis dixit ad Officia-
rium : Ducite eum ad palmam, et nolite decollare,
si sacrificare contempserit : sed facite foveam in
terra, tamdiu quo usque perveniat ad aquam, et
ibi eum supinum deponite, et terra atque lapidibus
obrutum, ibi dimittite. Quod cum fuisset impletum,
Deus sibi sanctum Vitalem ita martyrem consecra-
vit, ut sacerdos Apollinis qui hoc consilium Paulino
judici dederat, diabolo repletus, per septem dies
energumenus clamaret ibi, ubi obrutus est sanctus
Vitalis, dicens : Incendis me, martyr; crucias me,
sancte. Post septem vero dies præcipitatus a diabolo
in flumine, exspiravit. Sanctus autem Vitalis glorio-
sus martyr Christi, juxta civitatem Ravennensium
præstat orationibus vel intercessionibus suis benefi-
cia omnibus credentibus Jesum Christum usque in
hodiernum diem.

11. Valeria autem conjux ejus, dum vellet corpus
sancti Vitalis auferre, a christianis prohibita est,
et in visionibus sæpe admonita, ne sanctum
corpus a malo homine bene positum violaret.
Sed illa in intentione perdurante, evidentius ei
apparuit sanctus Vitalis, dicens ad eam : Noli
mihi molesta esse, mulier; quia numquam mihi
tam gloriosum poteris parare sepulcrum, quale
mihi Dominus Jesus Christus fieri jussit.

12. Ipsa autem dum reverteret ad urbem Me-
diolanensium, incurrit homines idololatrias Silvano
sacrificantes in itinere; quam cum vidissent, depo-
nentes eam de vehiculo, **486** hortabantur secum
epulari. Cumque illa resistens, diceret : Christiana
sum, non licet mihi de Silvani vestri sacrificiis man-
ducare, statim illi hæc audientes, tanta eam cæde
mactaverunt, ut vix eam seminecem sui homines ad
Mediolanensium urbem perducerent, ita ut intra tri-
duum migraret ad Christum.

13. Est posteaquam pater eorum beatus Vitalis
martyrio est coronatus, atque beatissima mater Va-
leria migravit ad Christum, ab intestato jure Gerva-
sius et Protasius parentibus successissent; domum

A propriam in qua nati fuerant, et res universas pa-
rentum, et casellulas venundantes, dederunt omne
pretium pauperibus, et familiolam suam ingenuam
fecerunt : ipsique se in uno cœnaculo concluserunt,
et per decem annos lectioni et orationi vacantes,
hoc ordine in anno conversionis suæ undecimo ad
palmam martyrii ^a pervenerunt.

14. Superveniente comite Astasio, qui proficisce-
batur ad bellum, quod a Marcomanis fuerat excita-
tum, ^b occurrerunt ei templorum cultores cum sa-
cerdotibus suis, dicentes : Si vis lætus ad Augustos
nostros reverti et victor, Gervasium et Protasium
diis nostris sacrificare compelle; vehementer enim
dii nostri de eorum contemptu commoti, responsum
nobis dare contemnunt.

B 15. Audiens hæc Astasius comes jussit eos teneri,
et ad se adduci. Quibus dixit : Hortor vos ut deo-
rum nostrorum injurias temperantes, ad immolan-
dum eis devoti studeatis insistere; ut expeditio mea
graviter celebretur. Beatus Gervasius dixit : Victo-
riam de cælo debes ab omnipotente Deo requirere,
non de simulacris immundis et vanis, quæ oculos
habent sine lumine, aures sine auditu, nares sine
odoratu, os sine sermone, manus sine tactu, pedes
sine gressu, et ventrem absque interioribus pro-
bantur habere, et sine flatu esse noscuntur. Indigna-
tus comes Astasius jussit eum tamdiu plumbatis
tundi, quamdiu exhalaret spiritum.

16. Quo amoto, jussit sibi astare Protasium, cui
dixit : Miser, vel tu vivere stude, et noli *βυδνάωτος*
C fieri, sicut et frater tuus. Cui Protasius respondens,
ait : Quis est miser, ego qui non timeo, an tu qui
me timere probaris? Comes dixit : Ego te, quomodo
timeo? Protasius respondit : In eo quod te times læ-
di, si non sacrificavero; si enim non timeres te lædi
a me, me ad sacrificium non compelleres. Ego au-
tem te non timens contemno minas tuas, et omnia
idola tua, quasi stercora computans, Deum solum
qui regnat in cælis, adoro.

17. Audiens hæc Astasius, jussit eum fustibus
cædi. Postea vero erecto dixit : Miser, ut quid tam
superbus et tam rebellis existis? vis perire, sicut
tuum probasti perire germanum? Protasius dixit :
Non tibi irascor, nec ego, nec ipsa justitia; quoniam
cæcos tui cordis oculos attendo : incredulitas enim,
D quæ in tuis sensibus regnat, non te permitit videre
quod Dei est. Nam et Dominus meus Jesus Christus,
crucifigentes se non maledixit : sed potius ut eis in-
dulgeretur, oravit, addens et hoc, quia nescirent
quid facerent. Unde et ego tui, misereor; quia ne-
scis quid facias. Age ergo quod cœpisti, ut mihi pos-
sit cum meo fratre Gervasio hodie benignitas Sal-
vatoris nostri occurrere.

18. Tunc comes Astasius jussit eum capite cædi.
Quod cum factum esset, ego Philippus abstuli cum
filio meo furtim nocte sanctorum istorum corpora,
et in domo mea, Deo solo teste, in ista arca saxea

^a Rom. edit., *idola respuentes, sub Astasio comite
in Mediolanensi civitate die kalendarum juniarum felici-*

citer pervenerunt. Nam eo tempore superveniente, etc.

^b Eadem edit., *ocurrerunt ei cultores idolorum.*

sepelivi, credens me orationibus eorum consequi misericordiam Domini nostri Jesu Christi, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat in sæcula sæculorum, amen.

487 EPISTOLA III (Alias LV).

Martyrum Vitalis et Agricolæ, qui Bononiæ inter tumulos Judæorum sepulti erant, factam cum plausu christianorum, Judæorum admiratione, ac miraculis non paucis inventionem refert. eosdem et a nomine et a constantia in suppliciis laudat: aliæque nonnulla subiicit ad eandem rem pertinentia.

Ambrosius servus Jesu Christi, vocatus episcopus, dilectissimis fratribus, ^a et universis plebibus per Italiam æternam in Domino salutem.

1. Magna atque præcelsa martyrum testimonia, de quibus vobis scripturus sum, noster potius attenuat, quam explicat sermo. Verum quod sermo attenuat, virtus adauget; idcirco quod in me minus est, in martyribus luculenter resplendet.

2. Invitatus itaque a plebe Bononiensi negare præsentiam meam, Domino suggerente, nullatenus potui; quoniam tempus aderat, ut sua quæ Christus solet mirabilia, suis fidelibus ostenderet. Nam Diocletiani et Maximiani imperatorum temporibus duo viri, Vitalis nempe et Agricola, pro Christo in civitate Bononiæ martyrium passi sunt, quorum corpora, non a fidelibus reperirentur, inter Judæorum sepulcra recondita fuerant. Christum igitur confidentes, et pro ejus gloria morientes, inter eos qui eum negaverunt, indecore sepulti sunt. Locum autem, qui omnes latebat, Christus Dominus noster mihi revelare dignatus est. Ubi jejunii et orationibus plures habentes excubias, invenimus tandem pignora martyrum, prout mihi Dominus revelaverat, tamquam inter spinas rosam legentes, et omnibus palam manifestata sunt.

3. Aderat populus christianus cum plausu et lætitia. Judæi ludentes dicebant: *Flores visi sunt in terra nostra* (Cant. II, 12). Respondebant christiani: *Tempus incisionis advenit* (Ibid.). Alii dicebant: Alii seminaverunt, et nos in eorum labores intravimus, et martyrum fructus recipimus; ut quod scriptum est impleatur, quod qui seminat, et qui metit, mercedem accipit (Joan. IV, 38). Judæi audientes voces plaudentis Ecclesiæ, ridentes dicebant: *Vox turbaris audita est in terra nostra* (Cant. II, 12): christiani dicebant: *Vincæ florentes dederunt odorem suum* (Ibid., 13). Unde bene per prophetam dicitur: *Dies diei eructat verbum, et nox nocti indicat scientiam* (Psal. XVIII, 3). Quasi dicat: *Dies diei, hæc est,*

^a Codex Reg., et universæ plebi æternam in Domino salutem. Magna atque præcelsa martyrum testimonia, quæ attenuat noster potius quam explicat sermo. Igitur invitatus a plebe Bononiensi, negare præsentiam meam nullatenus potui; quoniam tempus aderat, ut sua Dominus mirabilia, quæ solet, ostenderet. Apophoreta quidem plena sanctitatis et gratiæ mecum detuli: apophoreta autem solent habere triumphos principum. Et hæc apophoreta triumphalia sunt; Christi enim nostri principis triumphus sunt martyrum palmae. Ergo quia in me minus est, quam præsumebatur, in martyribus plus reperitur. Sancti martyris nomen Agricola est. Cætera vero eadem serie, ac iisdem verbis, excepta una aut altera sententia, habentur in Exhortat. Virgin. a cap. 1, num. 2, usque ad cap. 2, num. 10. Sed post verba: *hodie dedicamus* subjungitur illa invocatio, quam in lib. cit. cap. 14, num. 94, legere est: postquam additur clausula: *Passi sunt, etc.*, ut infra.

A christianus christiano, et nox nocti, hoc est, Judæus Judæo.

4. Certe et ipsi dæmones confitebantur, et ab hominum corporibus illico egrediebantur. Et multi qui variis vexabantur ægritudinibus, sanctorum tangentes sudaria, continuo sanabantur, et plura per sanctos suos mirabilia in populi præsentia, dum sacra veherentur pignora, operatus est Dominus.

5. Colligant ergo alii aurum atque argentum, et de latentibus eruant venis, legant pretiosa monilium seria: temporalis iste thesaurus est, et habentibus non infrequenter perniciosus. Nos legimus martyrum clavos; et plures quidem, quia plura in eis vulnera, quam membra fuerunt. Colligimus sanguinem triumphalem, et crucis ligam. Namque sic ut qui ad convivium magnum invitantur, apophoreta secum referre consueverunt, ita nos ex convivio Bononiensi apophoreta gratiæ et sanctitatis plena nobis reservare curavimus.

6. Sanctorum igitur martyrum uni nomen est Vitalis, Agricola nomen alteri: utrique nomen aptum; ut martyrio jam designati ipsis etiam vocabulis noscerentur. Nam ille Vitalis dictus est, quasi per istius vitæ contemptum, vitam aliam quæ æterna est, sibi compararet: iste vero Agricola, qui bonos spiritualis gratiæ fructus sereret, et sui sanguinis effusione meritorum et virtutum suarum plantaria rigaret.

7. Sanctus Vitalis, cum a persecutoribus, ut Christum negaret, imperaretur, et ille constantius confiteretur; adeo omni tormentorum genere cruciatus est, ut nullus in ejus corpore sine vulnere esset locus. Quare hanc ad Dominum ⁴⁸⁸ orationem effudit, dicens: Domine Jesu Christe Salvator meus et Deus meus, jube suscipi spiritum meum; quia jam desidero accipere coronam, quam sanctus angelus tuus mihi ostendit. Et completa oratione, emisit spiritum.

8. Sanctus vero Agricola mitioribus ita præditus erat moribus, ut ab omnibus impense diligeretur; ideoque ejus passionem differebant. Verum persecutorum hæc indulgentia, quoniam etiam immanitate martyri videbatur acerbior; nec enim eorum blanditiæ sedulitatis, sed fraudis erant: differebant quippe coronam. Hinc namque tormenta suppliciaque plura in sancto exercere Vitale, ut sanctum terrerent Agricolam: sed Dominus illa in majorem ejus constantiam vertit. Denique videntes nihil proficere, eum tandem cruci affixerunt; sicque Deo spiritum reddidit.

^b Reg. codex, profiteretur Dominum Jesum Christum, illis omnium tormentorum in eo genera exercens, ita ut non esset, etc.

9. Sanctus Vitalis sancti Agricolæ servus fuerat, A mox ejus in passione socius, nunc gloriæ consors factus est. Merito autem sanctus Vitalis primo passus est, et ut servus præcessit; quia domino parabat locum: secutus est dominus, ut servi prudentiam fidem probaret. Passio servi disciplina est Domini: hic instituit, ille implevit; nihil illi servitute decerpitur. Quomodo autem minui potest, quod Christus donavit egregie? Ille quidem homini serviendo didicit quomodo placeret Christo: hic geminam acquisivit laudem in illo magisterii, in se martyrii. Beneficii mutuo certaverunt, postquam æquales esse meruerunt: hic illum ad martyrium præmisit, ille istum accersivit. Nihil ergo ad meritum hominis conditio detraxit, nihil dignitas auxit: sed utrumque fides consummavit. Nam scriptum est: *Sive liber, sive servus, omnes in Christo unum sumus*; et: *Unusquisque quod fecerit bonum, hoc recipiet a Domino* (*Ephes. vi, 8*). Apud Dominum enim servitus et libertas æqua lance penduntur: cum nulla sit major dignitas, quam servire Christo, qui tanti nos æstimavit, ut animam suam pro nobis traderet.

10. Hæc vobis pauca et compendiario, dilectissimi fratres, de corporum sanctorum martyrum inventione significare curavimus; ut ipsorum memoriam in Ecclesiis facere valeatis. Passi sunt autem sancti martyres sub Diocletiano et Maximiano imperatoribus, in civitate Bononiensi provincie Italiæ, pridie nonas Novembris, regnante Jesu Christo Domino nostro, cui est omnis honor et gloria in sæcula sæculorum, amen.

EPISTOLA IV (Alias XXIX).

Florianum ad maturam et continuam penitentiam excitans, quid ipsi sive in dictis sive in factis sequendum fugiendumve sit, præscribit.

AMBROSIIUS EPISCOPUS FLORIANO.

1. Dilicte filii, dilige lacrymas, noli differre eas. Tantum promptus esto ad lamenta, quantum fuisti promptus et pronus ad culpam. Nulla res de peccato te securum faciat (*Ecccl. v, 5*).

2. Non potes iram vitare, saltem tempera. Magna gloria est, si cui potuisti nocere, parcas; peccanti in te non retribuas secundum culpam, sciens in te venturum esse judicium. Nam non habebis indulgentiam, nisi alteri donaveris; odium enim hominem separat a regno, a cælo subtrahit, a paradiso dejicit (*Jacob. ii, 13*).

3. In omnibus actibus tuis imitare bonos, æmulare sanctos, habeto ante oculos exempla sanctorum: socios tibi bonos conjunge; quia si socius fueris conversationis, eris et virtutis (*Psal. xvii, 26*). Periculosum est cum his qui male vivunt, conversari. Melius est ergo habere malorum odium, quam consortium.

^a Rom. edit., *Mentem hominis, etc.*

^b Eadem edit., *ad noxiam trahit.*

^c Reg. Codex, *perpetua poena constringit.*

^d Codex Reg., *impia mens est, etc.*

^e Idem cod. *Sublimatus honorem agnitus est scele-*

rum: in majori gradu etc. ^f Regius codex, *sine peccato terrenas res etc.* ^g Rom. edit. *ab eo te separa.* Minus commode. ^h Eadem edit. *Omnibus te tribue.. ne forte præferas illum, etc.*

4. Vanus sermo cito polluit mentem: et facile agitur, quod libenter auditur. Hoc proferatur ex labiis, quod aures non polluat audientis. ^a Mores hominis lingua pandit; et qualis sermo ostenditur, talis animus comprobatur: *Ex abundantia enim cordis os loquitur*, ut scriptum est (*Matth. xii, 34*). Retine verbum quod non ædificat audientes; quia qui otiosum verbum non reprimat, cito ^b ad noxia transit.

489 5. De alieno malo os tuum non coinquines: nunquam detrahas peccanti, sed condole: quod in aliis detrahis, in te potius pertimesce. Numquam profecto detrahas, si te ipsum bene perspexeris. Tantum cura corrigere vitam tuam, quantum prospicis alienam. Per nullam fallaciam vitam alicujus defendas.

6. Nec plaga, nec mors te terreat, si bene et pio vixeris. Curiositas periculosa præsumptio est. Plus dilige audire, quam dicere: plus auscultare, quam loqui. Qui obtemperat in malo, similis est ei, qui facit malum. Facientem et obsequentem ^c par penitentia constringit. Quidquid boni cum discretione feceris, virtus est: virtus vero indiscreta pro vitio deputatur.

7. Testimonium tuum nulli noceat: sermo tuus non sit reprehensibilis, sed ab omnibus sit acceptus atque laudabilis. Nullius personæ affectu a recto judicio deflectaris, an dives, an pauper sit; causam respice, non personam. Justitiam pro sola æterna retributione distribu; qui enim præsentia dona affectat, futuram gloriam non quærit, vel sperat. In judicio numquam misericordiam deseras: ^d impia justitia est humanæ fragilitati non ignoscere. Nullum ante judicium condemnes: nullum iudices suspicionis arbitrio.

8. Cave honores, quos tenere sine culpa non potes. ^e Sublimitas honorum sine onere peccati vix tenetur; ideo dicit Apostolus: *Nec quærentes ab hominibus gloriam* (*1 Thess. ii, 6*); in majori enim gradu 490 major sine dubio culpa est: qui minor est, veniæ proximus est.

9. Nullus ^f sine peccati periculo terrenas res administrat: valde rarum est, ut quidivitiis possidet, ad requiem tendat. Unde scriptum est: *Amen dico vobis quod dives difficile intrabit in regnum cælorum* (*Matth. xix, 23*). Qui curis terrenis se implicat, ^g a Domino se separat. Nemo potest amplecti Dei gratiam simul et sæculi. Difficile est cælestibus et terrenis curis simul insistere. Difficile est Deum simul et mundum diligere. Toto animo odi et damna quod diligit mundus. Tamquam mortuus, a labe et affectu istius mundi te separa: sicut sepultus, nullam habeas curam de hoc sæculo: tamquam defunctus, ab omni terreno te priva negotio. Contemne vivens, quæ post mortem habere non poteris.

10. ^h Omnibus tribue: non eligas, cui miserearis;

rum: in majori gradu etc.

^f Regius codex, *sine peccato terrenas res etc.*

^g Rom. edit. *ab eo te separa.* Minus commode.

^h Eadem edit. *Omnibus te tribue.. ne forte præferas illum, etc.*

ne forte prætereas illum, qui meretur accipere : **A** incertum est enim pro quo placeas magis Deo. Non auferas uni unde tribuas alteri; ne alieno spolio misericordem te ostendas : condemnat miseratio ista, non proficit.

11. Bonum quod facis, misericordiæ, non jactantiæ causa facias; si enim hic laus quæritur, in cælo

^a *De his dicitur hæc verba cum subjecto Matthæi loco in Reg. cod. desiderantur : in quo etiam post verbum promittitur epistola desinit in hunc modum :*

remuneratio amittitur. ^a *De his dicitur : Amen dico vobis, receperunt mercedem suam (Matth. vi, 5). Justis in cælo, non in terra merces promittitur.*

12. Lege quod scripserim; et vide ne quod legendo miraris, vivendo contempnas. Vale, et nos dilige; quia te ut filium nos diligimus.

Vide quisquis hoc legis, ne quod legendo respicis, vivendo contempnas. Laus Deo. Amen.

MONITUM.

Sequentes duæ preces in omnibus quidem Ambrosianis editionibus reperiebantur : sed scripta earum exemplaria perquam rara sunt, et inventu difficilia. Nobis profecto, forulis nobiliorum bibliothecarum non indiligenter perlustratis, manuscriptum prioris orationis nullum, posterioris vero tantum unicum detegere licuit. Quod argumentum est haud mediocre illos a quibus inter Ambrosii Opera primum editæ sunt, non frequentium exemplarium auctoritate niti potuisse. Non mirum igitur si a iudicibus sagacioribus utraque partus adulterini loco habita fuerit; etiamsi enim prima non paucis Doctore nostro visa sit digna, tamen attentius consideranti et ejus stylus ab Ambrosiano paulum diversus, et in ea citati ex antiquo fœdere loci nonnulli cum LXX versione non congruere deprehenduntur. Quod vero attinet ad posteriorem, in ea rejicienda minor est difficultas; quippe quæ licet non inelegans, Ambrosianæ gravitatis vix quidquam præ se ferat. Eam autem ad codicem Floriacensem annorum circiter 700 exactam, multo quam fuerat, emendatiorem exhibemus. Cæterum nobis minime placet, quod Theophilus Reinaudus utramque ea propter Mediolanensi episcopo ascriptam putat, quia characteres S. A. eisdem orationibus in manuscripto aliquo prænotatos de sancto Ambrosio quispiam interpretatus sit, cum per illos sanctus Anselmus indicaretur. Enim vero ut alia quadrarent, nimium unius ratio dissidet ab altera, quam ut ambarum eundem auctorem fuisse arbitremur.

PRECATIONES DUÆ HACTENUS AMBROSIO ATTRIBUTÆ.

489 PRECATIO PRIMA.

In præparatione ad Missam.

1. Summe sacerdos et vere pontifex Jesu Christe, qui te obtulisti Deo Patri in ara crucis hostiam puram et immaculatam pro nobis miseris peccatoribus, et qui dedisti nobis carnem tuam ad manducandum, et sanguinem tuum ad bibendum, et posuisti mysterium in virtute Spiritus sancti, dicens : *Hæc quotiescumque feceritis, in mei memoriam facietis* (I Cor. xi, 25); rogo per tuum sanguinem pretiosum, magnum salutis nostræ pretium : rogo per hanc miram et ineffabilem charitatem, qua nos miseros et indignos sic amare dignatus es, ut lavares nos a peccatis nostris in sanguine tuo; doce me servum tuum indignum, quem inter cætera dona tua ad officium sacerdotale vocare dignatus es nullis meis meritis, sed sola dignatione misericordiæ tuæ : doce me,

490 2. Fac me, Domine Jesu Christe, per gratiam tuam semper illud de tanto mysterio credere et intelli-

B gere, sentire et firmiter retinere, dicere et cogitare, quod tibi placet, et expedit animæ meæ. Intret Spiritus tuus bonus in cor meum, qui sonet ibi sine sono, et sine strepitu verborum loquatur omnem veritatem tantorum mysteriorum. Profunda sunt nimis, et sacro tecta velamine.

3. Propter magnam clementiam tuam concedo mihi hodie et semper missarum solemniam puro corde et pura mente celebrare. Libera cor meum ab immundis et nefandis, vanis et obnoxiiis cogitationibus. Muni me beatorum angelorum pia et fida tutela, atque fortiissima custodia; ut hostes omnium bonorum confusi decedant per virtutem tanti mysterii, et per manum sancti angeli tui. Repelle a me, Domine Jesu Christe, et a cunctis servis tuis durissimum spiritum superbiæ, cenodoxiæ, invidiæ, iracundiæ, fornicationis et immunditiæ, dubietatis et blasphemæ. Confundantur qui nos persequuntur, pereant illi qui cuncta perdere festinant. Rex virtutum, castitatis et integritatis amator **491** Deus, celesti rore benedictionis tuæ exstingue in corpore meo totum fomitem ardentem libidinis, ut maneat

in me tenor totius castitatis animæ et corporis. **A** Mortifica in me carnis stimulos, et omnes libidinis commotiones, et da mihi veram et perpetuam castitatem cum cæteris donis tuis, quæ tibi placeant in veritate; ut sacrificium laudis casto corpore et mundo corde valeam tibi offerre.

4. Quanta enim, Domine Jesu Christe, cordis contritione, et lacrymarum fonte, quanta reverentia et tremore, quanta corporis castitate, et animi puritate istud divinum et cœleste sacrificium est celebrandum; ubi caro tua in veritate sumitur, ubi sanguis tuus in veritate bibitur, ubi summa imis junguntur, ubi adest præsentia sanctorum angelorum, ubi tu es sacerdos et sacrificium mirabiliter et ineffabiliter constitutus! Quis digne hoc celebrare poterit, nisi tu, Deus omnipotens, offerentem feceris **B** dignum? Scio, et vere scio, et ipsum pietati tuæ confiteor, quia non sum dignus accedere ad mysterium tantum propter nimia peccata mea, et infinitas negligentias meas. Sed scio veraciter, et credo ex toto corde et ore confiteor, quia potes me facere dignum: qui solus potes mundum facere de immundo conceptum semine, de peccatoribus facere justos et sanctos. Per hanc omnipotentiam tuam te rogo, ut concedas mihi peccatori hoc cœleste sacrificium celebrare cum timore et tremore, cum cordis puritate, et lacrymarum fonte, cum lætitia spiritali, et cœlesti gaudio. Sentiat mens mea dulcedinem beatissimæ præsentis tuæ, et excubias sanctorum angelorum tuorum in circuitu meo.

5. Ego enim, Domine, memor venerandæ passionis tuæ accedo ad altare tuum, licet peccator; ut offeram tibi sacrificium, quod tu instituisti, et offerri præcepisti in commemorationem tui pro salute nostra. Suscipe ergo istud, quæso, summe Deus, dulcissime Jesu Christe, pro Ecclesia tua sancta, et pro cuncto populo tuo, quem acquisisti sanguine tuo pretioso. Et quoniam me peccatore inter te et eundem populum medium esse voluisti, licet in me boni operis testimonium non agnoscas, officium dispensationis creditæ non recuses, nec per me indignum famulum tuum eorum salutis percat pretium, pro quibus victima factus, salutaris dignatus es esse redemptio. Profero ergo, Domine, si dignaris propitius intueri tribulationes plebium, pericula populorum, captivorum gemitum, miseriam orphanorum, necessitates peregrinorum, inopiam debiliū, desperationes languentium, defectus senum, suspiria juvenum, vota virginum, lamenta viduarum; tu enim miseris omnium, Domine, et nihil odisti omnium quæ fecisti. Memorare quæ sit nostra substantia, quia tu Pater noster es; ne irascaris satis, neque multitudinem viscerum tuorum super nos contineas. Non enim in justificationibus nostris prosternimus preces nostras ante faciem tuam, sed in miserationibus tuis multis. Aufer a nobis, Domine, iniquitates nostras, et ignem sancti Spiritus in nobis clementer accende. Aufer cor lapideum de carne nostra, et da nobis cor carneum quod te timeat, diligat et honorificet, te deléc-

etur, te sequatur, et te perfruat. Oramus, Domine, clementiam tuam, ut sereno vultu familiam tuam sacri tui nominis officia præstolantem aspiciere digneris. Et ut nullius sit irritum votum, nullius vacua postulatio, tu nobis preces suggere, quas ipse audire propitius et exaudire delecteris.

6. Rogamus etiam te, sancte Pater, pro spiritibus fidelium defunctorum, ut sit illis salus æterna, ac perpetua sanitas, gaudium et refrigerium sempiternum, hoc magnum pietatis sacramentum. Domine Deus meus, sit illis hodie magnum et plenum gaudium de te pane vivo et vero, qui de cœlo descendisti, et das vitam mundo, de carne sancta et benedicta, agni videlicet immaculati qui tollis peccatum mundi, et potari de fonte pietatis tuæ, qui per lanceam militis de latere emanavit crucifixi Domini nostri; ut consolati exsulent in laude et gloria tua sancta.

7. Peto, Domine, clementiam tuam, ut descendat super hunc panem et calicem istum plenitudo divinitatis tuæ. Descendat etiam, Domine, illa sancti Spiritus tui invisibilis forma, et incomprehensibilis majestas, sicut quondam in Patrum hostias descendebat, qui et oblationes nostras corpus et sanguinem tuum efficiat, et me indignum sacerdotem tuum doceat tantum tractare mysterium, ita ut placide ac benigne sacrificium suscipias de manibus meis ad salutem omnium tam vivorum quam defunctorum. Rogo te, **492** Domine, per ipsum sacrosanctum mysterium corporis et sanguinis tui, quo quotidie in Ecclesia tua pascimur et potamur, abluimur et sanctificamur, atque unius tuæ summæque divinitatis participes efficiamur; quatenus des mihi virtutes tuas sanctas, quibus repletus, bona conscientia ad altare tuum accedam, ita ut hæc cœlestia sacramenta efficiantur mihi salus et vita. Tu enim dixisti ore tuo sancto et benedicto: *Panis quem ego dederò, caro mea est pro mundi vita. Et, Qui manducat me, vita vivet propter me, ipse manet in me, et ego in eo. Ego sum panis vivus qui de cœlo descendi: si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in æternum* (Joan. vi, 51, 52).

8. Panis dulcissime, sana palatum cordis mei, ut sentiam suavitatem amoris tui: sana ab omni languore, ut nullam præter te amem pulchritudinem. Panis candidissime, habens in te omne delectamentum, et omnis saporis suavitatem, qui nos semper reficis; comedat te cor meum, et dulcedine saporis tui repleantur viscera animæ meæ. Manducat te Angelus pleno ore, manducet te peregrinus homo pro modulo suo; ne deficere possit in via, tali recreatus viatico. Panis sancte, panis vive, panis pulcher, panis munde, qui descendisti de cœlo, et das vitam mundo, veni in cor meum, et munda me ab omni inquinamento carnis et spiritus. Intra in animam meam, et sanctifica me intus et exterius. Esto tutamen et perpetua salus corporis et animæ meæ. Repelle a me insidiantes mihi. Hostes recedant procul a præsentia tua, ut foris et intus per te munitus, recto tramite perveniam ad tuum regnum; ubi non mysteriis, sicut in hoc tempore agitur, sed facie ad faciē te videbimus, cum tradideris regnū

Deo Patri, et erit Deus omnia in omnibus. Tunc me de te satiabis satiata perpetua, ut nec esuriam, nec sitiam in æternum: qui cum eodem Deo Patre et Spiritu sancto vivis et regnas per omnia sæcula sæculorum, amen.

PRECATIO SECUNDA.

Item in præparatione ad Missam.

1. Summa et incomprehensibilis natura, virtus vitæque beata, lux inaccessibleis, vera, singularis, et una sapientia, veritas incommutabilis, sancta, incomparabilis, et æterna dilectio, temporalium rerum sine tempore conditor, visibilium et invisibilium invisibilis æternusque patror, Pater et Filius et Spiritus sanctus, unus et verus in Trinitate Dominus Deus: Pater non habens a quo sis, habens tamen sapientiam, id est, Filium, cui major vel anterior non sis: Filius habens Patrem a quo sis, non tamen habens cui minor vel posterior sis: Spiritus sanctus habens Patrem et Filium, a quibus sis, non tamen habens quibus vel inæqualis vel impar sis; quia totum in hac tua divinitate, cui tempus nunquam accidit, æternum ac coæternum, æquale ac coæquale est, in qua alius Pater, alius Filius, alius Spiritus sanctus: sed Pater in Filio et Spiritu sancto, Filius in Patre et Spiritu sancto, Spiritus sanctus in Patre et Filio est; quia sicut tua, Deus noster, natura personæ recipit, sic partes nequaquam admittit: cui nec supra, nec subius, ante vel retro convenit, quia corporum lineamenta non recipit. Unde et tota omnibus in locis sine loco habetur, nec tamen tota comprehenditur; tota namque ubique habetur, quia profecto pars in ea nulla reperitur: tota autem non comprehenditur, quia videlicet cum in creaturis unicuique tota præsens efficitur, etiam ultra creaturas tota invenitur. Quamobrem cum cælum et terram implet, tota est: cum hominem unum implet, tota est; nec variatur per singula, quæ in singulis tota est; nec de loco ad locum transit, cum unum deserens, alterum petit, quæ semetipsam sine loco et tempore movet. Hinc merito colendus, hinc adorandus es, hinc incommutabilis, hinc incircumscribitus agnosceris: hinc mediator Dei et hominum homo Christus Jesus secundum divinitatis essentiam, totus cum hominibus in terris, totus erat cum Patre in cælis, cum diceret: *Nemo ascendit in cælum, nisi qui de cælo descendit Filius hominis, qui in cælo est* (Joan. III, 13). *Qui videlicet, cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo: sed semetipsum exmanavit, formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus, et habitu inventus ut homo. Humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis* (Phillip. II, 6).

2. Per hunc te, beata Trinitas, humanitatis habitam, **493** per hujus subjectionis humilitatem deprecor, per hujus sacratissimam obedientiam, per hujus beatissimam mortem exoro in primis; ut te

^a Omnes edit., in similitudinem hominum, factus obediens; cætera ex Reg. cod. restituta sunt.

^b Reg. cod., de paradiso eliminavit.

A Dominum Deum meum diligam, te sitiam, te toto corde perquiram: deinde ut proximum juxta vires atque mensuram in hac ipsa tua dilectione charum semper atque dilectum attendam. Sed hanc dilectionem nulli, Domine, præstabis, nisi cui vitia prius odisse donaveris. Obsecro ergo, pia et vera misericordia, solida atque unica spes mea, ut superbiæ regnum auferas ab anima mea. Horrendum, Domine, pavendumque tam maximum malum, quod angelos de cælo projecti, quod homines ^b de paradiso eliminavit, quodque initium omnis peccati est, et ad ipsum pertinet quicquid vitii et iniquitatis est, cujus primæ soboles septem nimirum principalia vitia, ex hac virulenta radice proferuntur, scilicet inanis gloria, invidia, ira, tristitia, avaritia, ventris ingluvies atque **B** luxuria. Sed et numerosa propaginis turba ex singulis generatur.

3. Inanis ergo gloria cum plene mentem ceperit, mox septiformem in illa nequitiam gignit, inobedientiam scilicet, jactantiam, hypocrisin, contentionem, pertinaciam, discordiam, ac novitatum præsumptionem. Sed si huic vera humilitas opponatur, omnis ejus nequitia vacuatur. Te ergo deprecor, humilitatis magister, ut hanc cordi meo inseras, insertamque custodias, quæ dum cunctis inferiorem se attendit, subjectionem protinus gignit, jactantiam exstinguit, hypocrisin excludit, contentionem refugit, pertinaciam emolliit, discordiam præcavet, novitatum præsumptionem abhorret. Hoc beatæ humilitatis medicamine morbum elationis sanandum **C** prævideras, cum per hominem assumptum auctor nostræ salutis, tuis ad te venientibus diceres: *Discite a me quia mitis sum et humilis corde, et invenietis requiem animabus vestris* (Matth. XI, 29). Et rursum: *Nisi conversi fueritis, et efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum cælorum* (Matth. XVIII, 3).

4. De invidia quoque odium, susurratio, detractio, exultatio in adversis proximi, afflictio autem in prosperis ejus propagatur. O mala progenies, quæ si animo intromissa dominari cœperit, omnem sanctitatis sobolem exstinguit! Qui itaque invidet vel odit, non alium prius quam se ipsum occidit: qui susurrat et detrahit, prius suas quam aliorum radices evellit: qui exultat in adversis proximi, et adigitur in prosperis ejus, ^c alieno se primum gladio petit. Hoc secundum superbiæ virgultum tunc primo fuit exortum, cum ille de quo scriptum est, *Invidia diaboli mors introiit in orbem terrarum* (Sap. II, 24), Cain persuasit ut livoris odio fratrum funderet sanguinem. Sed nimirum idem Cain invidus prius suam animam, quam alterius carnem peremit, scriptum quippe est: *Qui odit fratrem suum, homicida est. Et scitis quia omnis homicida non habet vitam æternam in se manentem* (I Joan. III, 15). Hinc, Domine, apparet cujus primum homicida est, qui alterum odit, in quo vita non est. Quod contra Moyses

^c Ita codex Reg.; edit. autem, alieno proximum se petit gladio.

omnium mitissimus admonet, dicens : *Ne oderis proximum tuum in corde tuo (Lev. xix, 17)*. Et quia ille, qui invidet et odit, consequenter susurrat et detrahit; hoc malum Scriptura sancta præcavendum denuntiat : *Non eris, inquit, susurro in populo (Ibid., 16)*; et : *Nolite detrahere alterutrum, fratres (Jacob. iv, 11)*. Qui vero detrahit fratri, detrahit legi; qui enim susurrat et detrahit, consequens est ut in adversis proximi exsultet, in prosperis autem animi tristitiam contrahat. Sed occurrit beatus Apostolus, et dicit : *Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus (Rom. xii, 15)*. Et ecce alius pro terrenis rebus, terrenisque honoribus, alius pro virtutum successibus cuilibet invidet, quemlibet odit, contra quemlibet susurrat, de quolibet detrahit, de cujuslibet adversis exsultat, de prosperis animum læstificat.

5. Sed ut in cunctis hoc multiplex malum superetur, occurrat, Domine, quæso, illud multiforme bonum, quod potenti virtute resistens non det invidiæ locum, charitas scilicet, quæ fundamentum est omnium virtutum et bonorum : quæ non invidet, sed congaudet : non odit, sed diligit : non susurrat, sed objurgat : non detrahit, sed arguit : non de adversis proximi gaudet, sed mœret : non de prosperis afflictionem contrahit, sed consolationem recipit. Merito autem tale nomen accepit, quod illa charius inveniri non poterit : quam qui habet, te utique habet. *Deus, inquit, charitas est; et qui manet in charitate, in Deo manet, et Deus in eo (I Joan. iv, 8)*. Qui ut præfatum invidiæ superet malum, cordis simul et oris jungenda custodia est : cordis scilicet, ne invidet, ~~ne~~ ne in adversis proximi exsultet, ne in prosperis læstitiam contrahat : oris vero, ne susurret, ne detrahat. Scriptum quippe est : *Omni custodia serva os tuum : serva tuum cor, quia ex ipso vita procedit (Prov. iv, 23)*. Et rursum scriptum est : *Mors et vita in manibus lingue (Prov. xviii, 21)*. Citius autem malum quod intus latet, exstinguitur, si a pravo eloquio foris lingua frenetur. *Pone, Domine, custodiam ori meo, et ositum circumstantiæ labiis meis; ut non declinet cor meum in verbum malum (Psal. cxl, 3)*. *Libera animam meam a labiis iniquis, et a lingua dolosa (Psal. cxix, 2)*.

6. Ira autem invidiam sequitur, qua inter cætera vitia nihil asperius, nihil invenitur amarius : quæ dum ultra modum efferbuerit, atrociter mentem exulcerat, sensum hebetat, linguam immutat, oculos obumbrat, totumque corpus perturbat. Hinc protinus rixæ, contumeliæ, clamor, indignatio, tumor mentis, et blasphemie suscitantur. De qua nimirum Scriptura sancta testatur, dicens : *Ira in stultis requiescit (Eccl. vii, 10)*, et : *Ira viri justitiam Dei non operatur (Jacob. i, 20)*.

7. Sed objice, Domine, contra tam amarissimum iracundiæ malum suavissimum patientiæ bonum, in quo specialiter animarum nostrarum salus collocatur, cum nobis per Evangelium dicatur : *In patientia vestra possidebitis animas vestras (Luc. xxi, 19)*. Quæ

nimirum dum arcem et principatum in mente susceperit, omnes mox perturbationes compeccati : rixas et contumelias in exhortationem convertit, confusum clamorem sub ordinato silentio premit, indignationem timoremque mentis mansuetudinæ vincit, blasphemias gratularum actione repellit. Quod si forte in immensam ira succensa ad horam patientia succubuerit, nullumne, Domine, remedium erit? Erit certe. Nam cum hujus mali damnationem Evangelium denuntiet, dicas : *Qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio : qui autem dixerit fratri suo racha, reus erit concilio : qui autem dixerit fatue, reus erit gehennæ ignis (Matth. v, 22)*; protinus recuperationem subjungit, cum dicit : *Si offers munus tuum ad altare, et ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid adversum te, relinque ibi munus tuum ante altare, et vade prius reconciliari fratri tuo, et tunc veniens offeres munus tuum (Ibid., 25)*. Et illud : *Cum stas ad orandum, remittis, si quid habetis adversus alterum in cordibus vestris (Marc. xi, 25)*. Hanc mihi, Domine Deus, secundam tribue victoriam, si furore emcatus amiseri primam, cum non tuo zelo, sed meo vitio cujuslibet animum offendo.

8. Tristitia quoque iram persequitur : quæ dum cordis arcana penetrat, protinus in ejus cubiculo malitiam, rancorem, pusillanimitatem, desperationem, torporem circa præcepta, vagationem mentis erga illicita generat. Quæ inter cætera vitia quam sit detestanda, beatus Paulus indicat : *Sæculi, inquit, tristitia mortem operatur (II Cor. vii, 10)*. Sed obsecro, Deus et Dominus meus, oppone contra sæculi tristitiam futuræ beatitudinis lætitiæ, quæ ex mœrore contractam malitiam vincat benevolentia, tædio procreatum rancorem pellat sinceritate, pusillanimitatem fortitudine roboret, desperationem spei fiducia erigat, torporem circa præcepta exercitio spiritali repellat, vagationem mentis erga illicita inconcussa stabilitate refrenet. Quod si, ad momentum subtracita lætitia spiritali, malum tristitiæ prævaluerit, agam, quæso, quod monet beatus Jacobus : *Tristatur quis in vobis? Oret æquo animo, et peccat (Jacob. v, 13)*.

9. Avaritia sequitur tristitiam, quæ in utroque Testamento pari notatur execratione. In veteri namque dicitur : *avarum nihil est scelestius (Eccl. x, 9)*; in novo autem : *et avaritiam, quæ est idolorum servitus (Ephes. v, 5)*. Ex qua profecto septem nequitias procreantur, scilicet, proditio, fraus, fallacia, perjurium, inquietudo, violentia, et contra misericordiam obduratio. Et ecce, Domine Deus, quilibet amator mundi, et non tui, propter metalla pretiosa, ardentes fulgentesque lapides, servos et servas, prædia et fundos ad mortem proximum tradit, fraudem incurrit, fallaciam obducit, perjurium committit : et alius inquietus et violentus est propter villam, alius propter gallinam : alius obduratur contra misericordiam ne retribuatur aurum, alius ne porrigatur potum. Sed peto, mi Deus, amator castus et verus, ut cui præter te nulla possessio debetur in

terra, nihil quod tu non es, concupiscam in terra; **A** semper illius sententiæ meminerim, qua dicitur: *Nudus egressus sum de utero matris meæ, nudus revertar illuc (Job. 1, 21)*. Atque illius: *Nihil intulimus in hunc mundum, sed nec auferre quid possumus (1 Tim. vi, 7)*. Quæ nimirum dum pie considerantur, mundi contemptum afferre videntur, qui avaritiæ contrarius est.

495 10. Post hæc restat ventris ingluvies, quæ a necessitate quidem incipit, sed modus necessitatis excedens, ad voluptatem pertransit; dumque a licitis ad illicita pervenerit, mox ineptam lætitiã, scurrilitatem, immunditiam, multiloquium, sensusque hebetudinem circa intelligentiam parturit: cujus mortiferum virus tunc utcumque vacuatur, cum non qualitas, sed libido in escis præcavetur. **B** Prima enim mulier non exquisitarum dapum, sed sola pomi delectatione mortem mundo induxit (*Gen. iii, 6*): et antiquus hostis regem nostrum non de carne, sed de pane tentavit (*Math. iv, 3*): et Sodomam idcirco igne et sulphure periit; quia inter cætera mala panem in saturitate comedit (*Gen. xix, 24*).

11. Quapropter clementiam tuam, Deus, imploro, ut sicut æger ad medicinam, sic ad sumendas dapes accedam; nequaquam scilicet in eis voluptatem appetens, sed necessitati subveniens. Aufer a me propter magnam misericordiam tuam omne ciborum noxium desiderium, congruamque servo tuo escarum propitius tribue abstinentiam; ut inter necessarium modum proprium temperem appetitum, remotaque a me omni prorsus crapula et ebrietate, sciam in virtute tua abundare, sciam et penuriam pati, noverim quoque in quibus mihi sufficiens esse possim. Ita, Domine, ita, Pater bone, noxiis gastrimargiæ succis arefactis inepta lætitiã vel scurrilitas non pullulabit, quæ illos maxime ad insaniam perducit, in quibus crapula et ebrietas dominium sumit: *Sedit enim populus manducare et bibere, et surrexerunt ludere (Exod. xxxii, 6)*. Contra quos illa sententia venit, qua dicitur: *Væ vobis divitibus, qui habetis consolationem vestram! Et vœ vobis, qui ridetis nunc; quia plorabitis et flebitis (Luc. vi, 25)*! Quod contra ii qui carnem suam crucifixerunt cum vitiis et concupiscentiis ejus (*Galat. v, 24*) audiunt: *Mundus gaudebit, vos vero contristabimini; sed tristitia vestra vertetur in gaudium, et gaudium vestrum nemo tollet à vobis (Joan. xvi, 20)*. Et rursum: *Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur (Math. v, 5)*. Immunditia quoque quæ juxta Apostolum quibusdam regni cœlestis aditum claudit, vigilantem numquam, dormientem yero tardius sua colluvione fœdabit. Multiloquium inedia pressum silebit: hebetudo sensus circa intelligentiam spiritualis acuminis ingenio cedit; quod sancta parcimonia in mente propagabit; venter enim abstinentia contractus humanos in altum elevat sensus.

12. Luxuria gastrimargiam sequitur, quæ dum

licentiæ metas excedit, mox de se cæcitatem mentis, inconsiderationem, inconstantiam, præcipitationem, amorem sui, odium Dei, affectum præsentis sæculi, horrorem autem vel desperationem gignit futuri. Sed peto, Domine, ut qui ab ipso pubertatis tempore a complexu carnalis copulæ alienum me esse voluisti, ^a delectationis ejus consensu non tangar. Quid enim prodest, Domine Deus, virginem esse corpore, si contingat mente esse corruptum? *Qui enim viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam mæchatus est eam in corde suo (Math. v, 28)*. Huic profecto necdum castitatem professo, juxta Apostolum melius est nubere, quam uri (*II Cor. vii, 9*): sed obsecro, Domine, ut cui non licet nubere, nec contingat aduri.

13. Ecce dum pro me sollicitus talia postulo, meminisse charitatis debeo; ut etiam pro aliis exorem. Te igitur amatorem Ecclesiæ tuæ deprecor, Deus, pro sacerdotibus ejus; ut verbis simul et meritis vitæ populum sibi creditum ad cœlestem patriam invitent. Pro regibus, ducibus, et iis qui in sublimitate positi sunt; ut patres orphanorum et judices viduarum semetipsos exhibeant, miseriis inopum, et gemitibus pauperum condoleant, nihil nisi quod justum est, in judicio quærant; sicque administrent præsentia, ne amittant bona futura. Pro virginibus, continentibus, ac mundo renuntiantibus; ut præsentia despiciant, futura requirant, nec se negotiis secularibus implicant; ut tibi militantes placeant, cui se probaverunt. Pro conjugatis, ut sic sibi invicem carnis debitum solvant, ne a desiderio patriæ cœlestis exorbitent.

14. Sed quid ago, Domine? Quasi oblitus peccatorum meorum, pro aliis exorare præsumo. O quam in multis offendi atque offendo! Sed tamen non subrepiit desperatio, cum publicanum in templo justificatum attendo, cum latronem in cruce constituentem, et de cruce ad Paradisum transeuntem aspicio, cum Mariam post multas criminum maculas fonte pietatis ablutam, cum Petrum post **496** negationem apostolatus gratiam recuperasse intueor. Sed rogo, ineffabilis pietas, ut cui de tantis exemplis præsumere donasti, gemitus publicani, confessionem latronis, lacrymas meretricis, fletusque negantis apostoli concedas. Quia si flagello temporali scelera mea vindicanda provideris, lacrymosus imploro; ut dum contra hæc iratus desævis, semper in ira misericordiæ recorderis: quem enim diligis, corripis; flagellas autem omnem filium, quem recipis (*Heb. xii, 6*). Quibus nimirum verbis ^b etsi virga percussoris minatur, paternus tamen pietatis affectus monstratur. Da ergo, Domine, inter flagella tolerantiam, ne murmurationis notam, ut malus servus incurram: sed magis quasi bonus filius, gratiarum actiones rependam.

15. Illud etiam magnopere peto, ut diem obitus, diem extremi judicii, damnationem æterni suppli-

^a Omnes edit., *delectationis ejus sensu*.

^b Eædem edit., *etsi virga percussio:is*.

cii, beatitudinemque regni futuri semper memine-
rim: quod nemo indesinenter potest, nisi qui ad
vitam præordinatus est æternam. Indesinenter, Do-
mine, recolenda est dies illa, in qua lux cum tene-
bris pugnat, misericordia cum crudelitate desudat,
in qua adversarius noster mala quæ fecimus, locuti
sumus, vel cogitavimus, violentissimus accusator
retexet, justitiam tuam ad hæc punienda deposcet.
Ubi quid sum, Domine, nisi tu qui juste judicas,
etiam misericorditer defendas? Recordare, quæso,
quia advocatus meus es ipse, qui judicas. Quod si
etiam in illo adhuc sæculo aliquid in me vindican-
dum reservas, peto ne me potestati dæmonum tra-
das, dum scelus meum purgatoria pœna detergis.

16. Numquam, Domine, oblivioni tradenda est
dies illa, de qua dixit propheta: *Dies, inquit, iræ, B*
dies illa, dies tribulationis et angustiae, dies calamita-
lis et miseriae, dies tenebrarum et caliginis, a dies
nebulæ et turbinis, dies tubæ et clangoris (Sophon. 1,
15 et seq.): in qua, cœlis et terris ardentibus, exi-
bunt angeli, et separabunt malos de medio justorum,
et mittent eos in caminum ignis (Matth. xiii, 49): in
qua messorum collecta zizania alligabunt in fasciculos
ad comburendum. In qua a sinistris positi audient
impii: Discedite a me, maledicti, in ignem æternum,
qui præparatus est diabolo, et angelis ejus (Matth.
xxv, 41). In qua jam obseratis vitæ januis cum ex-
stinctis lampadibus stultæ virgines a thalamo exclusæ
plorabunt, dominationemque ingementes clamabunt:
Domine, Domine, aperi nobis (Ibid., 11); et tunc
dices illis: Nescio vos. In qua etiam qui miraculis C
coruscaverunt, similiter lamentabuntur repulsi, et
dicent: Domine, Domine, nonne in nomine tuo pro-
phetavimus, et in nomine tuo dæmonium ejecimus, et
in tuo nomine virtutes multas fecimus (Matth. vii, 22)?
Et tunc confiteberis etiam istis quia numquam no-
visti eos, subjiciens: Discedite a me, omnes qui ope-
ramini iniquitatem (Psal. vi, 9). b Quis hæc, Do-
mine Deus, terribilis in consiliis, mirabilis in ma-
jestatibus, faciensque prodigia: quis, inquam, hæc
non paveat, et a fundo cordis non contremiscat;
cum etiam illos damnari audiat, quos in hac vita
contigit miraculis coruscare? Ad quæ nimirum valet
illa sententia, qua dicitur: *Nescit homo utrum amore*
an odio dignus sit, sed omnia reservantur in futurum
incerta (Eccles. ix, 4). In quo et si justus vix salva-
bitur, peccator et impius ubi parebunt? D

17. Etiam, Domine Deus, indesinenter meditan-
dum æternæ damnationis supplicium, in quo quid-
quid pœnarum nunc excogitari potest, quidquid
etiam non potest, semper adest. Cujus vermibus im-
mortalis, ignis inexstinguibilis, fetor intolerabilis
est: cujus terra tenebrosa, et mortis caligine cooper-
ta, terra miseriæ et tenebrarum est: cujus torrentes
in picem convertuntur, et humus in sulphur, arde-
bitque in sempiternum; cujus lacus sanguine, igne-

que permixtus est, et quoscumque suscipit, demer-
git simul et exurit. O quam horrenda! o quam
stupenda sunt ista!

18. Sed major erit, Domine, cruciatus, amissio
tuæ claritatis. Sufficit enim ad plenam miseriam tua
non perfrui beatitudine, in qua justis receptis cor-
poribus, sanctorumque angelorum celsitudini
c coæquati, in æternam lucem aspicientes, sicut sol
refulgebunt. Nec immerito sole et luna non indige-
bunt; quia te perenne lumen habebunt. Non esurient
neque sitient, non laborabunt neque deficient, non
mœrebunt neque lugebunt; quia quidquid satieta-
tis, quidquid quietis, quidquid gaudii est, tua visi-
tatio præstabit, quæ in omnibus omnia erit. Nec
tempus jam illis accedet, quia totum æternitas pos-
sidebit: nec timebunt ultra jam mori, qui meruerint
beata immortalitate vestiri. 497 Quid autem de hac
beatitudine miser ego homo amplius dicere valeo?
qui de illa quidquid dixerim, illa sententia reprimor?
quam per prophetam et Apostolum dictam intelligo:
Quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor
hominis ascenderunt, quæ præparavit d Deus his, qui
diligunt eum (I Cor. ii, 9). Erunt certe in illa beata
vita hæc bona quæ præmissi, sed ineffabili, et nobis
adhuc incomprehensibili modo. Hujus desiderio,
Domine Deus, formator et reformator meus, hujus
amore peragam quidquid in hac vita præcipis ut
agam: nec sit ultra timor in charitate, sed perfecta
charitas foras mittat timorem (II Joan. iv, 18).

19. Et ut effica hæc mea sit deprecatio, beatæ
Mariæ virginis suffragia peto, quam tanti meriti esse
fecisti, ut prima inter mulieres novum munus offer-
ret, et nulla præter ipsam tam novum acciperet:
novum scilicet munus prima offerret, c ut puerpera
virgo perseveraret: nulla præter ipsam tam novum ac-
ciperet, ut Deum virgo pareret, et 498 post partum
virgo maneret. Apostolorum intercessionem imploro,
qui beatissimam Mediatoris paupertatem, ejusque
passiones vestigio insequentes, ad tantum celsitudi-
nis culmen pervenerunt; ut quæcumque ligarent su-
per terram, essent ligata et in cœlo: et quæ solve-
rent super terram, essent soluta et in cœlo (Matth.
xvi, 19): atque in extremis sederent super duodecim
thronos, judicantes duodecim tribus Israel (Matth.
xix, 28). Martyrum preces deosco, qui pro veritate
non dubitarunt sanguinem fundere, nec dilexerunt
animas suas usque ad mortem, ut mortis superarent
auctorem. Confessorum orationes expostulo, qui
bella tentantis inimici, dum pie viverent in catholica
pace, vel etiam hæreticorum conflictationem diutur-
no certamine pertulerunt, atque, ut verum dicam,
longioris occultique martyrii palmas acceperunt. Ta-
lium, Deus meus, preces numquam spernas, si ut pro
me exorent, ipse inspiraveris, qui in æternitate per-
enni vivis et regnas cuncta per sæcula, et in omni-
bus sæculis, amen.

a Dies nebulæ et turbinis, e ms. restitutum est.

b Edit., Quis hic. . . quis, inquam, hic non
pareat.

c Regius codex, coæquati, internam lucem, etc.

d Ita ms.; edit. vero, Deus diligentibus se.

e Ms. codex, ut puella virgo perseveraret.

IN EXPOSITIONEM APOCALYPSIS ADMONITIO.

54.

Hujus Commentarii exemplar in quo sancti Ambrosii nomen inscriptum erat, nactus e bibliotheca monasterii ejusdem Cuthbertus Tonstallus Dunelmensis episcopus, illud ita publici juris facere constituit, ut simul etiam Doctori nostro ipsum vindicare propria præfatiuncula conaretur. Non tamen dissimulat locum unum in eo reperiri, qui *Gregorium Romanum episcopum et verbis et sensu præferat*: sed nihil esse idem respondet, cur Ambrosium in hoc imitari non potuerit sanctus Gregorius. Ex hac Tonstalli editione, quæ anno 1548 prodiiit Parisiis, hæc Commentaria in appendicem suæ Ambrosianorum Operam editionis Gillotius admisit: quod similiter a Romanis factitatum est. Dubitari porro minime potest quin hoc ipsum opus e manuscripto valde mutilo vulgatum fuerit, quandoquidem nomina Hilarii, Augustini, Prudentii, Hieronymi, et ipsiusmet Ambrosii, ac demum Gregorii, qui sexties, ut minimum, citatisque nonnumquam ipsius verbis ibi allegatur, præternissa sunt in editionibus: quæ nos non secus ac frequentissimas alias lacunas manuscriptorum optimorum subsidio restituimus (*Vide cap. 9, 11, 12, 15, 17, 21 et 22*).

Veruntamen quantumvis imperfectæ fuerint eadem superiores editiones, idonea tamen argumenta suppeditarunt, unde critici omnes adulterinum fetum Ambrosio suppositum fuisse agnoscerent. Eo inducebant scripti elocutio majestate Ambrosiana multo inferior, ignorantia Græcarum litterarum, denique (*Cap. 17*) potestatis Longobardorum quasi jam deletæ facta mentio. Et sane hoc ultimum sufficiebat, ut sanctum Antistitem demonstraret ejus commentationis auctorem dici haudquaquam posse, quam post annum 774, quo eadem gens, extincto rege suo Desiderio, sub ditionem Caroli Magni redacta fuit, compositam esse dubium non est. Quid vero si huic addamus istum auctorem de Gregorio pont. max. tamquam inter sanctos et Ecclesiæ doctores cum Hieronymo atque aliis jam tunc recepto sermonem habere, atque (*Cap. 1, 6 et 20*) ex Athanasii symbolo quasi pro regula fidei per universum christianum orbem jam decantari solito frequentia usurpare testimonia, et ad postremum (*Cap. 18*) archidiaconorum avaritiam quæ synodorum Parisiensis, Cabilonensis, et Aquigranensis nono sæculo celebratarum canonibus coercita est, graviter et cum stomacho insectari.

Tempus igitur, quo hunc auctorem floruisse necesse est, deprehensum habemus; de nomine ejusdem nunc quærendum est. Neque vero Usseus Armachanus (*De Christ. Eccl. Success. ac statu cap. 1*), ut hallucinatus est in eo, quod illum recentem esse existimavit, ita etiam in hoc erravit, quod affirmavit Berengaudum fuisse appellatum. Etenim hoc ipsum nomen in codicibus omnibus, Gemeticensi tantum excepto, aut in fronte præscriptum legitur; aut saltem in conclusione, quæ in editionibus prætermissa est, his verbis indicatur: *Quiaquis nomen auctoris scire desideras, litteras Expositionum in capitibus VII Visionum primas attende. Numerus quatuor vocalium quæ desunt, si Græcas posueris, est LXXXI.* Verum quoniam forte obscura et ænigmatica videri possunt hæc ipsa verba, eorum expositionem in Regio ac Sagiensi codice ante 600 annos et eadem manu qua ipsemet Commentarius scriptam hic subjicimus.

Auctor hujus libri Berengaudus appellatur, si diligenter, quomodo inveniendum nomen suum ipse doceat, attendatur. Primæ enim litteræ expositionum in capitibus septem Visionum, quas attendere jubet, istæ sunt, B. R. N. G. V. D. S. Quatuor autem Græcæ vocales, quæ his adjungendæ sunt, exprimentes numerum LXXXI, istæ sunt: E brevis, 5; item E brevis, 5; A, 1; et O, 70. Junge ergo simul numerum, quem singulæ vocales istæ continent, et habebis sine dubio LXXXI, nisi vero, E, ut prænotatum est, bis assumpseris, in aliis omnino diversis vocalibus numerus iste tibi non occurret. Confer itaque has quatuor vocales superioribus septem consonantibus, et syllabas ex his compone hoc modo *Berengaudos*. Habes igitur *Berengaudos*. Sed hæc Græca terminatio est: Latina autem terminatio est *Berengaudus*. Quod enim apud Græcos in *os*, apud Latinos terminatur in *us*, ut *Petros Petrus, Paulos Paulus*. Quod si ordinem prædictarum vocalium, in inveniendo hoc nomine tenere inalueris, et prius ponendo A, cæteras per consonantes ita disponere, ut dicas *Berenguedos*, non tibi quidem in hoc præscripta vocalium ratio adversatur: sed barbarum nimis, et omnimodo inusitatum hominis nomen inde formatur. Mellius ergo est, et multo rectius ut, sicut præscriptum est, *Berengaudus*, non *Berenguedus* vocetur, quia hoc usitatum et magis elegans; illud vero et inusitatum et minime elegans hominis nomen videtur.

Jam vero si quis aveat scire quodnam fuerit auctoris ejusdem institutum ac vitæ genus, tametsi nihil omnino exploratum de hoc suppetat, eum tamen monasticam Benedictinæ familiæ Institutionem secutum esse hinc conjicimus, quod de vitis quæ sibi aditum in monasteria tum temporis fecerant (*Cap. 9 et 21*) tamquam ocularis testis subinde disserat (*Cap. 18 et 21*), et locos plures passim inserat et Regula beati Benedicti ad verbum expressos. Quæ tamen ratio si non probetur, negari saltem minime poterit *viri Ecclesiasticis litteris*, ut Regius codex in ipso capite præscriptum habet, *optime eruditi* hoc Opus esse. Non aliud iudicium jam olim de illo tulerat Dionysius Chartusianus, et recenti memoria id ipsum sensit eruditissimus, ac de catholica religione optime meritus dominus Benignus Bossuet Meldensium præsul, cujus suffragio hic non assentiri nefas ducimus.

EXPOSITIO

SUPER SEPTEM VISIONES LIBRI APOCALYPSIS.

499 DE PRIMA VISIONE.

* Beatum Joannem apostolum et evangelistam hunc librum Apocalypsin edidisse constat; quamvis existerint aliqui, qui non ab eo, sed ab alio dixerint fuisse compositum: sed ejus fuisse sequentia manifestant.

CAPUT PRIMUM. — (Vers. 1.) *Apocalypsis Jesu Christi, quam dedit illi Deus.* Apocalypsis, revelatio vel manifestatio interpretatur. Quod revelationis donum et Pater Filio dedit, secundum quod homo erat, et ipse filius sibi metipsi, divinitas scilicet homini, quem assumpsit. *Palam facere servis suis quæ oportet fieri cito.* Cum hic liber non solum futura, sed et præsentia et præterita narret; cur hic sola futura Dominum nostrum Jesum Christum servis suis manifestare dixit? Quia videlicet præsentia visu, præterita auditu facile cognoscuntur: futura autem, non nisi aut per doctrinam divinarum Scripturarum, aut per revelationem agnoscì queunt. *Et significavit, mittens per angelum suum sermo suo Joanni.* In hoc loco talis mihi sensus esse videtur: Dominus Jesus Angelum suum misit, et per eundem angelum sermo suo Joanni manifestavit, quæ oportet fieri cito.

(Vers. 2.) *Qui testimonium perhibuit Verbo Dei.* Illic locus aperte demonstrat non ab alio Joanne, sed ab illo qui Evangelium scripsit, hunc librum esse compositum. Qui et in cœna supra pectus Domini (Joan. xiii, 25), in quo erant omnes thesauri sapientiæ et scientiæ absconditi (Coloss. ii, 3), recubuit, de quo immensum fontem sapientiæ haurire meruit. Perhibuit ergo testimonium Verbo Dei, quando dixit: *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum* (Joan. i, 1). Sed et in hoc quod sequitur, quæstio oritur: *Et testimonium Jesu Christi quæcumque vidit.* Quomodo ergo testimonium perhibuit Jesu Christi, quæcumque vidit, cum ipse dicat in eodem Evangelio: *Multa quidem et alia signa fecit Jesus in conspectu discipulorum suorum, quæ non sunt scripta in libro hoc* (Joan. xx, 30)? Sed testimonium perhibuit Jesu Christo, quæcumque vidit, prædicando videlicet gentibus omnia quæ a Christo didicerat, et miracula quæ viderat narrando, ea tantummodo scribens quæ posteris amplius profutura esse præviderat.

(Vers. 3.) *Beati qui legunt, et qui audiunt verba prophetiæ hujus, et servant ea, quæ in ea scripta sunt.* D Tres species beatitudinis posuit: sed duæ nihil sunt, si tertia defuerit; nam nihil proficit eis qui legunt aut audiunt mandata Dei, si non servant ea, quæ le-

A gunt vel audiunt. Multi namque sunt, qui mandata Dei aut audiunt aut legunt: sed nihil eos juvat, quia cum corpore præsentis sint, mente sunt absentes; aut enim in acquirendis rebus mens eorum dedita est, aut libidine exagitur, aut proximum dijudicat, aut contra prælatum superbit, aut fingit se potentem futurum, aut cæteris vanissimis rebus distenditur. Potest talibus convenire, quod ait propheta: *Aure audistis, et non intelligistis; et videntes videbitis, et non perspicietis* (Esa. vi, 9). Nonnulli vero sunt, qui divinas Scripturas legunt et audiunt; id est, mentem ad earum intelligentiam accommodant: sed ideo divinas Scripturas discunt, ut sapientes et egregii apud homines habeantur, et in sæculi prosperitatibus floreat, non ut vitam reprobam corrigant. Sed beati non sunt, quia Scripturam divinam non pro amore Dei, sed pro amore sæculi didicerunt. De talibus dicit propheta: *Sapientes ut faciant mala, bene autem facere nescierunt* (Jerem. iv, 22). Et Dominus in Evangelio in parabola seminantis loquitur, dicens: *Quod autem in spinis cecidit, ii sunt qui audierunt, et a sollicitudinibus et voluptatibus vitæ cunctes suffocantur, et non referunt fructum* (Luc. viii, 15). Illi ergo soli beati sunt, qui ideo mandata Dei student discere, ut audiant, id est, in mente recondant: ideo in mente recondunt, ut opere impleant: ideo opere implent, ut æternam beatitudinem assequantur. *Tempus enim prope est.* Tempus videlicet judicii; nam si tempus ab adventu Domini usque ad finem mundi ante oculos ponas, longum invenies: sed in comparatione priorum temporum, breve est.

(Vers. 4.) *Joannes septem Ecclesiis, quæ sunt in Asia. Gratia vobis et pax ab eo, qui est, qui erat, et qui venturus est.* Per septem Ecclesias, una Ecclesia catholica designatur; propter septem videlicet dona Spiritus sancti, quibus illustrata in mundo refulget. Asia elata interpretatur; quia inter elatos hujus sæculi Christus multitudinem fidelium invenit, ex quibus Ecclesiam suam fabricavit. Et perpende quia totus hic liber in septenario numero consistit, sicut sunt septem Ecclesiæ, ad quas hæc scripta diriguntur, sicut sunt septem candelabra, septem stellæ, septem lampades, septem cornua agni, septem oculi, septem sigilla, septem angeli tubis canentes, septem tonitrua, septem titidem angeli phialas habentes. Nam et draco qui diabolum, et bestia quæ Antichristum designat, uterque septem capita habuisse visus est: similiter et bestia, super quam mulier meretrix 500 sedisse visa est; et si diligenter ad-

* Beatum Joannem usque ad sequentia manifestant, Rom. edit. jugulaverat, cum tamen hoc fragmentum et in edit. Gill. et omnibus mss. reperitur: qui etiam in cod. Gem. præmittuntur duò primi versus ejusdem libri Apocalypsis, in Reg. autem primus versus.

veritas, totus hic liber in septem visiones distinctus est. Prima est, quæ septem epistolas ad septem Ecclesias destinatas continet, et cætera quæ ibi continentur : secunda est, in qua sedem in figura Ecclesiæ in cælo positam vidit, et supra sedem Christum sedentem : in tertia Agnus librum et sigilla ejus aperuit : in quarta septem angeli sunt visi tubis canentes : in quinta septem iterum angeli visi sunt phialas habentes : in sexta resurrectio describitur : in septima gloria sanctorum in figura civitatis Hierusalem de cælo descendens demonstratur.

(Vers. 5.)^a *Gratia vobis et pax ab eo, qui erat, et qui est, et qui venturus est, et a septem spiritibus, qui in conspectu throni ejus sunt; et a Jesu Christo, qui est testis fidelis.* Hic tota Trinitas demonstratur; per eum namque qui erat, et qui est, et qui venturus est, Pater designatur. Erat namque ante constitutionem mundi sine ullo initio; est modo post constitutionem mundi, regens omnia quæ creavit et gubernans : venturus est post finem mundi cum Filio et Spiritu sancto; ut regnet cum sanctis suis in sæcula sæculorum. Per septem autem spiritus sanctus Spiritus, eo quod sit septiformis, intelligitur. *Et ab Jesu Christo, qui est testis fidelis.* Ille veraciter testis fidelis dici potest, qui nescit mentiri : qui quod electis suis misericorditer repromisit sine dubio implebit : qui nec eum, qui calicem aquæ frigidæ egenti dederit, a mercede vacuum derelinquit (*Math. x, 42*) : cujus verba ita fixa permanent, ut facilius sit cælum et terram in nihilum redigi, quam aliquid immutari ex omnibus, quæ se facturum esse prædixit. *Primogenitus mortuorum, et princeps regum terræ.* Quomodo Christus primogenitus mortuorum dicitur, cum ipse in fine temporum sit natus, adventumque ejus innumerabilis multitudo hominum præcesserit? ^b Sed primogenitus pro primo ponitur, sicut primos in populo eos vocamus, qui non ætate, sed honore et dignitate cæteros antecellunt. Mortui autem ipsi sunt, de quibus Apostolus loquitur, dicens : *Mortui enim estis, et vita vestra abscondita est cum Christo in Deo (Coloss. iii, 3).* Primogenitus ergo mortuorum Christus est, quia ipse est primus, et caput omnium electorum suorum. *Princeps regum terræ.* Rex a regendo dicitur : per reges ergo apostoli et cæteri sancti designantur, qui et semetipsos et alios regere noverunt : per terram autem Ecclesia designatur. *Qui dilexit nos, et lavit nos a peccatis nostris in sanguine suo.* Ergo quia dilexit, lavit : et quid ista lavatio nobis contulit, sequentia manifestant.

(Vers. 6.) *Et fecit nos regnum et sacerdotes Deo et Patri.* Regnum Dei Ecclesia Dei dicitur : regnum ergo Dei ex hominibus Christus Deus fecit, quando eos tales constituit, in quibus ipse cum Patre et Spiritu sancto inhabitare et regnare dignaretur. Nam qui designantur per regnum, ipsi et per sacerdotes : sacerdotes ergo Dei electi dicuntur ; eo quod membra sint

^a Rom. edit. hinc expunxerat, *Gratia vobis... qui venturus est* : quod nos ex mss. ac Gill. restitimus. Cum autem non infrequenter similia sibi permiserit in textibus Scripturæ, eadem a nobis ad fidem mss.

summi Sacerdotis, de quo Psalmista loquitur, dicens : *Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech (Psal. cix, 4).* Possunt et aliter electi Dei sacerdotes Dei dici ; eo quod semetipsos quotidie per compunctionem cordis et orationes, cæteraque bona opera offerant Deo, sicut dicit Psalmista : *Sacrificium Deo spiritus contribulatus (Psal. l, 19).* Est et sacrificium laudis, quod quotidie offerre Deo sancta Ecclesia consuevit, de quo idem propheta loquitur dicens : *Immola Deo sacrificium laudis (Psal. xlix, 14).* Et iterum : *Sacrificium laudis honorificabit me (Ibid. 25).*

(Vers. 7.) *Ecce venit cum nubibus, et videbit eum omnis oculus, et qui eum pupugerunt.* Veniet ad judicium cum nubibus, sicut dicit ipse in Evangelio : *Et tunc videbunt Filium hominis venientem in nubibus cum potestate magna et majestate (Math. xxiv, 30).* Sed quomodo eum omnis oculus videbit, cum Scriptura dicat : *Tollatur impius, ne videat gloriam Dei (Esa. xxvi, 10).* Videbit eum impius ad sinistram in judicio constituti in ea forma, qua in mundo constitutus ab hominibus videri potuit ; sed non in ea, qua Deus est : justi autem in ea claritate eum videbunt, qua modo in cælestibus positi eum vident, et visuri sunt post finem mundi in perpetuum. Sed et ipsi qui eum pupugerunt, velint, nolint, videre compellentur : impius videlicet Judæus, qui eum crucifixerunt ; ut sciant quem irriserunt, sicut scriptum est in Evangelio : *Videbunt in quem transfixerunt (Joan. xix, 37).*

Et plangent se super eum omnes tribus terræ. Per omnes tribus terræ soli reprobis intelliguntur. Plangent autem se, cur præcepta Dei contempserunt, cur propter breve gaudium perpetuam tristitiam acquisierunt. Aliter : *Ecce venit cum nubibus,* possunt per nubes apostoli cæterique prædicatores intelligi. Venit autem cum nubibus, quando nomen ejus per sanctos prædicatores universis gentibus innotuit. *Et videbit eum omnis oculus ;* quia omnes qui oculos habuerunt, eum viderunt, eos videlicet oculos de quibus dicit ipse apostolis : *Beati oculi, qui vident, quæ vos videtis (Luc. x, 23).* Habebant autem impii Judæi oculos, sed eos oculos non habebant, quibus Deus **501** videtur. *Et qui eum pupugerunt :* id est qui eum persecuti sunt, et membra ejus, ad fidem illius maxima ex parte conversi sunt, ex quibus fuit apostolus Paulus. *Et plangent se super eum omnes tribus terræ.* Per omnes tribus terræ omnis multitudo gentium potest intelligi, quæ ad Christum conversa est : quæ quotidie in Ecclesia Dei posita plangit peccata sua, ut veniam a Deo consequi mereatur. *Etiam atque amen,* confirmatio sermonis est.

(Vers. 8.) *Ego sum, A et Ω.* Quid sit alpha et omega, sequentia manifestant : id est, *principium et finis.* Sicut ipse dixit Judæis : *Ego principium, qui et loquor vobis (Joan. viii, 25).* Potest etiam Salvator noster principium ideo dici, eo quod ipse sit principium, id

et edit. Gill. restituentur.

^b Ita mss.; at edit. e contrario : *Sed primogenitus proprie mortuorum ponitur.*

est, creator generis humani, et auctor salutis : finis autem, quia ipse est finis legis, finis mortis, omnique prævaricationis. *Qui est, et qui erat, et qui venturus est omnipotens.* Est modo in mundo Ecclesiam suam regens, erat ante constitutionem mundi æternaliter cum Patre permanens; venturus est ad iudicium, ut iudicet mundum in æquitate.

(Vers. 9.) *Ego Joannes frater vester, et socius in tribulatione, et regno, et patientia in Jesu.* Discipulos vocat fratres, quia uno Christi sanguine redempti, et una matre Ecclesia generati erant. Socium se eorum in persecutione etiam dicit, quia omnes Ecclesias Domitiani persecutio turbaverat : socium in regno, quia et se membrum Ecclesiæ, sicut et ipsi erant, quos Deo acquisierat, fatebatur : socium se eorum etiam in patientia testatus est; quia et ipsi æquanimiter adversa tolerabant, sicut et ipse qui pro amore Christi in Pathmos insula relegatus tenebatur.

(Vers. 10.) *Fui autem in spiritu in Dominica die.* In spiritu se fuisse dicit, quia tanta mysteria, quæ sequuntur, non carnalibus, sed spiritalibus oculis videri poterant : *Animalis enim homo non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei* (I Cor. II, 14). Dominica autem dies tempus Evangelii designat; de quo tempore Apostolus loquitur dicens : *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis* (II Cor. VI, 2). In quo tempore prophetæ mysteria divina gentibus esse pandenda prædixerunt. *Et audivi post me vocem tamquam tubæ dicentis.* Quasi post nos est, quod ignoramus. ^a Aliter : Vox Domini post nos est, quia nos quasi servi fugitivi sumus : Dominus autem post tergum nostrum clamat; ut nos revocet. Post se ergo Joannes vocem audivit; quia mysteria quæ tunc ei revelata sunt, nondum perfecte cognoverat. Quæ vox similis tubæ dicitur fuisse; de hac tuba propheta loquitur dicens : *Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, et annuntia populo meo scelera eorum, et domui Jacob peccata eorum* (Esa. LVIII, 1). Tuba ad pugnandum milites provocare solet, similiter et nos sermo Dei ad pugnandum contra diabolium atque vincendum incitare non desinit.

(Vers. 11.) *Quod vides, scribe in libro, et mitte septem Ecclesiis, Ephesum et Smyrnam, Pergamum et Thyatiram, Sardis et Philadelphiam et Laodiceam.* Per has septem Ecclesias una Ecclesia catholica, sicut interpretatio nominum docet, designatur. Ephesus namque voluntas, sive consilium interpretatur; Smyrna canticum eorum; Pergamus divisio cornuum; Thyatira illuminata; Sardis principium pulchritudinis; Philadelphia salvans hæreditatem Dei; Laodicea tribus amabilis Domino. Ephesus igitur, quæ prima ponitur, initium conversionis uniuscujusque demonstrat; interpretatur namque voluntas, sive consilium. Quod enim melius consilium, quam voluntas bona, quæ homini suadet abrenunciare diabolo, et sequi Christum, relinquere vitia, et apprehendere virtutes? Et quia qui ad Deum converti vo-

lunt, necesse est ut Domini misericordiam implorent, ut perficere possint, quod desiderant; Smyrna huic supponitur, quæ canticum eorum interpretatur. Ille enim bene cantat, qui misericordiam conditoris sui corde contrito, et humiliato spiritu deprecatur : de quo cantu Apostolus loquitur dicens : *Cantantes et psallentes in cordibus vestris Domino* (Ephes. LIII, 15). Et quia qui a Deo exaudiri vult, necesse est ut vitia derelinquat, et ad bona opera agenda, in quantum virtus suppetit semetipsum convertat; Pergamus in ordine sequitur, quæ divisio cornuum interpretatur. Duo cornua in hoc loco malum et bonum significant. Cornua dividimus, quando inter bonum et malum discernentes, malum a nobis repellimus, et bonum amplectimur. Et quia quamdiu in peccatis jacemus, in tenebris sumus; cum autem mala a nobis rejicimus, et bona operari incipimus, quasi a tenebris ad lucem progredimur; non inconvenienter post Pergamum Thyatira sequitur, quæ illuminata interpretatur. Et quia ex operatione mandatorum Dei pulchritudo animæ accrescit, et quanto quis in operatione mandatorum Dei plus crescit, tanto ampliorem pulchritudinem animæ suæ confert; non incongruè post Thyatiram, Sardis sequitur, quæ principium pulchritudinis interpretatur. Principium pulchritudinis ideo dicitur, quia sanctorum pulchritudo in hac vita inchoatur, et in æterna beatitudine perficitur. Sequitur Philadelphia, quæ salvans hæreditatem Dei dicitur. Quid est autem hæreditas Dei, nisi omnis multitudo electorum, sicut dicit Dominus ad prophetam : *Hæreditas autem mea Israel* (Esa. XIX, 25)? Et in quo salus electorum consistit, nisi in operatione mandatorum Dei (Luc. XIX, 40)? Nam ille qui venit querere et salvare quod perierat, illis salutem animarum largitur, qui mandata ejus singuli secundum propriam virtutem custodiunt. Laodicea septima ponitur, quia tribus amabilis Domino interpretatur. Tribus autem amabilis Domino est omnis multitudo electorum, quæ est Ecclesia, quæ per abrenuntiationem vitiorum, et per virtutum operationem ad hoc pervenit, ut tribus amabilis Domino vocetur.

(Vers. 12.) *Et conversus sum, ut viderem vocem, quæ loquebatur mecum.* Cur tamdiu aversus stetit? Cur non ad primum ictum sermonis aures ejus percussentis, ad eum conversus est, qui a tergo loquebatur? Sed nobis exemplum dedit; nam ad Dominum qui secum loquebatur, non prius conversus est, quam nomina Ecclesiarum, ad quas scribere præcipiebatur, audiret. Et superius breviter diximus per interpretationes nominum septem Ecclesiarum viam demonstrari, quæ ducit ad vitam. Quisquis igitur per hanc viam ire ad Deum desiderat, aut legendo, aut ab aliis audiendo, qualiter per hanc viam gradi **502** debeat, investigare debet; quia stultus viator est, qui ad locum optatum ire desiderat, et viam nescit; si non prius discere studuerit, quæ sit longitudo viæ, quæ asperitas, qui anfractus, quæ pericula; ut cum iter

^a Deest in cod. Reg. et Gem., Aliter : Vox Domini.... ut nos revocet.

scandere cœperit, pericula præcognita facilius trans-
eat. Multos enim vidimus sæculum reliquisse, ut
per contemplationis viam vitam æternam acquire-
rent; sed quia nescierunt asperitatem viæ, subito
cecidisse. Sed potest fieri, ut contra hæc testimo-
nium vobis de divina Scriptura aliquis objiciat, quæ
dicit: *Ne tardes converti ad Deum (Eccl. v, 8)*. Ad
hæc ego respondeo, quia jam ad Deum convertor,
cum viam quæ ad eum docit, investigare non desino.
Et quid est, quod dicit: *Et conversus sum, ut vide-
rem vocem*; cum vox non oculis, sed auribus perci-
piatur? Sed Joannes in spiritu positus, spiritualibus
oculis ea quæ sequuntur, videre præmeruit. Neque
opus erat ibi voces verborum perire, ubi intus
erat Deus, qui docebat. Aliter: ille competenter
verba Dei audit qui quod audiorit, oculis mentis in-
tueri non desinit, ut ea opere impleat.

(Vers. 13.) *Et conversus, vidi septem candelabra au-
rea, et in medio septem candelabrorum aureorum simi-
lem Filio hominis*. Septem candelabra aurea septem
Ecclesiis designant, sicut ipse exposuit: et septem
Ecclesiarum unam Ecclesiam catholicam figurant. Quæ
candelabra aurea dicuntur, sive propter persecutio-
nes quas sancti in sæcula perferunt, sive propter sapientiam
qua illuminantur. In quorum medio Christus stare visus est,
sicut ipse dicit in Evangelio: *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad con-
summationem sæculi (Matth. xxviii, 20)*.

(Vers. 14, 15.) Sequitur: *Vestitum podere, et præ-
cinctam ad manillas zona aurea: caput vero ejus et
capilli erant candidi tanquam lana alba, et tanquam
nix: et oculi ejus tanquam flamma ignis: et pedes
ejus similes aurichalco, sicut in camino ardenti: et vox
ejus sicut vox aquarum multarum. Et habebat in dex-
tera sua septem stellas: et de ore ejus gladius exiit
in virtute sua*. Si septem candelabra et septem stellas
pro duobus ornamentis accipere volueris, decem orna-
menta invenies, ex quibus Domini corpus deco-
ratum fuisse visum est. Sed quid duo ornamenta,
id est, septem candelabra, et septem stellæ signifi-
carent, ipse per semetipsum exposuit: quid autem
octo quæ restant, significant, perscrutandum nobis
est. Sanctam namque civitatem Dei, quæ ex omni-
bus electis constat, quæ ab initio usque ad finem
tendit, si diligenter perspicias, in septem partes di-
visam invenies. Prima igitur pars ejus sunt electi, qui
ab initio usque ad diluvium fuerunt: secunda pa-
triarchæ et cæteri justi usque ad Legem datam: ter-
tia hi, qui sub Lege fuerunt: quarta prophetæ:
quinta apostoli, et qui ex Judæis erodiderunt: sexta
vero pars est gentium multitudo, quæ ab fide venit:
septima electi, qui in fine mundi nascituri sunt,
et contra Antichristum pugnaturo. Per has igitur sep-
tem partes, quod Dominus dederit, dicendo redeam-
us: de octava, in sequentibus dicemus. Poderis
igitur, quæ est talaris tunica, justos qui ante dilu-

^a Edit. Gill. ac Rom., quos Scriptura commemorat; mss. vero, non commemorat.

vium fuerunt, designat. Quæ cujus coloris fuerit,
non dicitur; eo quod nullam aliam legem, nisi natu-
ralem, habuerint. Naturalis autem lex est creatorem
suum diligere, et quod sibi quis non vult fieri, alteri
non facere. Hanc legem nullus, qui ratione suffultus
est, ignorare permittitur. Per zonam autem patriarchæ
et cæteri justi, qui ante legem fuerunt, designantur.
Quæ aurea dicitur, quia multis tribulationibus, sicut
aurum in fornacæ probati esse noscuntur: sicut
Abraham, qui de igne Chaldæorum erutus est: sicut
Loth, quem Sodomitis affixerant: sicut Isaac, qui
cæcitatem pertulit: sicut Jacob, qui persecutione
fratris atque soceri est afflictus: sicut Joseph, qui
captivitatem et carcerem sustinuit: sicut Job, qui
amissionem rerum, diramque possessionem pertulit.
Eodem modo et de cæteris, quos Scriptura non
commemoravit, debemus intelligere. Quæ zona ma-
nillas constrinxisse legitur; per manillas namque
duo præcepta charitatis designantur, per quæ san-
ctos patres Deo placuisse certum est.

Caput vero ejus et capilli erant candidi tanquam
lana alba et tanquam nix. Per caput Lex, per capil-
los vero qui ex capite nascuntur, multitudines eorum
designantur, qui per Legem salvi facti sunt. Qui ca-
pilli tanquam lana alba, et tanquam nix candidi
esse dicuntur; quia videlicet ille populus a tenebris
vitiatorum per Legem est emundatus. Oculi autem ejus
velut flamma ignis. Oculi cuncta quæ circa se sunt,
longe lateque perspiciunt: per oculos igitur prophetæ
designantur, qui ea quæ ventura erant, longe antè
prævidere meruerunt. Qui sicut flamma ignis esse
dicuntur, quia Spiritu sancto illuminati mysteria cœ-
lestia contemplati sunt.

Et pedes ejus similes aurichalco, sicut in camino ar-
denti. Per pedes, apostoli designantur, et cæteri
qui ex Judæis crediderunt. De istis pedibus propheta
loquitur dicens: *Quam pulchri super montes pedes
evangelizantis pacem, annuntiantis bonum, prædicantis
salutem, dicentis: Sion, regnabit Deus tuus (Esaï.
lii, 7)*. Qui similes aurichalco dicuntur; æs namque
in fornacæ quibusdam medicaminibus admixtis ram-
diu conficitur, usque dum colorem auri accipiat, et
dicitur aurichalcum. Per æs igitur, quod sonorum
est, et quod in nigredinem cito vertitur, Judæi desig-
nantur, qui Legem quidem secundum litteram son-
nare videbantur; sed velamine nigredinis mente ob-
tecti, spiritalem intelligentiam, quæ in ea latebat,
intelligere nequiverunt. Æs igitur in aurichaleum
est conversum, quando ex Judæis apostoli sunt
electi. Per fornacem autem sive mundus, in quo ali-
quantum Christus conversatus est, sive tribulationes
quas sustinuit, possunt designari. In hac etiam
fornacæ apostoli ei conjuncti sunt, sicut ipse dicit:
*Vos estis enim, qui permanistis mecum in temptationi-
bus meis (Luc. xxii, 28)*. In hac ergo fornacæ per
doctrinam Evangelii splendorem auri accipere me-
ruerant. Et vox ejus, sicut vox aquarum multarum.

^b In hac etiam fornacæ... in temptationibus meis, sberant ab edh.; quæ nos e mes. omnibus reposuimus.

Per vocem aquarum multarum multitudo gentium, A quæ ad fidem Christi concurrunt, designatur.

Et habebat in dextera sua stellas septem. Quid hoc significet, ipse in sequentibus exponit. Et de ore ejus gladius ex utraque parte 503 acutus exibat. Per gladium electi qui in fine mundi nascituri sunt, atque contra Antichristum pugnaturi, designantur. Et quia maxima multitudo gentium culturam Christi derelinquens, Antichristum hominem impiissimum pro Deo adorabunt, non incongrue illi qui ad errores eorum concidendos progressuri sunt, per gladium designantur. Qui duo acmina habere visus est; quia ipsi doctores, duorum Testamentorum doctrinis eruditi, facile hostes devinecent. Nam quod de ore Domini ipse gladius procedere visus est, illud significat, quod ipse dixit in Evangelio: *Non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis (Matth. x, 20)*. In his ergo septem ornamentis omnis electorum Ecclesia, quæ a nobis in septem partes dividitur, comprehenditur. Sine his ergo septem partibus non mihi videtur hunc librum quemquam ordinate posse intelligere: de octava autem quæ restat, aliquid dicendum est.

Et facies ejus, sicut sol lucet, in virtute sua. Per faciem Ecclesia, sicut post resurrectionem futura est, designatur; et ideo per faciem, quia tunc Deum, sicut dicit Apostolus (1 Cor. xiii, 12), justis faciem ad faciem videbunt. Quæ sicut sol lucere visa est, quia sicut dicit Dominus: *Tunc justis fulgebunt sicut sol in regno Patris sui (Matth. xiii, 43)*. Inveniuntur in Scripturis quædam his septem partibus convenientia, ut est illud quod in Josue legitur (Josue vi, 6 et seq.), ubi præcepit Dominus, ut circumiret arca Dei civitatem Jericho per septem dies semel in die, sacerdotibus eam portantibus, tubisque canentibus, ac populus sequentibus. Jericho namque omne corpus reproborum, quod est civitas diaboli, designat: per filios vero Israel, electi designantur: per sacerdotes prædicatores: per tubas doctrina prædicationis: per populum vero qui eos sequebatur, omnes justis designantur, qui eorum doctrinam sequebantur, et actus imitabantur: per arcam autem quam ferebant, Christus intelligitur, qui a sanctis in cordibus eorum habitans portatur. De prædicatoribus autem qui post Christi adventum fuerunt, nulli dubium quod Christum non solum lingua prædicando, verum etiam corde diligendo portaverunt. Illi autem qui adventum ejus præcesserunt, quomodo illum portaverunt? Portaverunt utique et illi; nam aliqui eorum eum verbis prædixerunt, aliqui factis præsignaverunt. Quærendum vero nobis est quid circuitus iste, qui per septem dies factus est, designet. Loci namque quem circumimus, ingressum devitamus; nam cum per viam pergimus, si foream aut limbum profundum, aut aliquod periculum invenimus, circumcundo si possumus, ingressum ejus devitamus, ut periculum evadamus. Jericho namque circumimus, si iter vitæ presentis secundum voluntatem Dei perficimus; nam quamvis cum reprobis habitemus, Jericho circumimus, si ab eorum pravita-

tibus abstinemus. De hac circuitione mihi videtur dixisse Psalmista: *Circuivi et immolari in tabernaculo ejus hostiam jubilationis (Psal. xxvi, 6)*. Circuivi namque, et postea immolavi; quia facta reproborum prius sprevit, ut hostia jubilationis ejus acceptabilis Deo fieret. Multi enim sunt, qui assidue laudant Deum: sed quia vitia a se repellere nolunt, eorum laudationis hostia non est acceptabilis Deo. Prima igitur circuitio ad eos justos, qui ante diluvium fuerunt, pertinet, qui filii Dei dicti sunt. Civitatem igitur Jericho tamdiu circumierunt, quamdiu a societate reproborum se sequestraverunt. Postquam igitur arca Dei, et populus Jericho civitatem circumierunt, ad castra redierunt; quia unusquisque justus circuitionis suæ tempore expleto, post mortem ad societatem electorum, quæ sunt castra sanctorum, ducitur. Secundæ diei circuitus ad eos, qui post diluvium usque ad Moysen fuerunt, pertinet: qui et ipsi civitatem Jericho circumierunt; quia ab iniquitatibus reproborum se separaverunt. Nam et Abraham, quamvis inter Amorrhæos habitaret, non solum vitia, sed etiam corporum societatem in tantum horruit, ut filio suo ex filiabus eorum nollet accipere uxorem. Et de Loth, qui apud Sodomitas habitabat, loquitur beatus Petrus (II Petr. ii, 7), qui auditu et visu justus erat, habitans apud eos, qui de die in diem animam justam iniquis operibus cruciabant. Eodem modo et cæteri. Tertius vero circuitus ad eos qui sub Lege fuerunt, pertinet: qui quanta sollicitudine a societate iniquorum se discernere deberent, ipsa Lex manifestat. Propheta vero, ad quos quartus circuitus pertinet, in tantum peccata principum, hominumque impiorum spreverunt atque reprehenderunt; ut pro hoc quidam eorum lapidati, quidam secti, quidam vero in occisione gladii mortui sint. Apostoli vero, et hi qui ex Judæis crediderunt, ad quos quintus circuitus pertinet, quanto studio se ab infidelium Judæorum consilio atque operibus segregaverint, Lucas in Actibus apostolorum narrat. Gentis vero ad quos sextus circuitus pertinet, quanto ardore se a societate implorum disjuncterint, martyres requisiti dicant. Septimus vero circuitus ad eos, qui temporibus antiebristi futuri sunt, pertinet: sed et illi quemodo antiebristi, ministrorumque ejus devitent perfidiam, hic liber manifestat. Septimo ergo die circumventibus sacerdotibus cum arca Jericho, atque vociferantibus, muri Jericho ceciderunt, omnisque populus cum rege suo interfectus est; quia prædicantibus in fine mundi prædicatoribus veritatis, suamque mundi annuntiantibus, subito finis mundi adventus, omnisque civitas diaboli destruetur, atque cum ipso capite suo diabolo perpetua morte damnabitur.

Legimus etiam in libro Judicum Samson fortissimum habuisse septem crines (Judic. xvi, 13). Samson Christum significat: per capillos vero omnes electi designantur. Et sicut capilli adherent capiti, ita et omnes justi adherent Christo, qui caput est omnium electorum suorum: et sicut capilli Samson in

septem partes divisi sunt, ita et omnis electorum A numerus in septem partes pro temporum qualitatibus dividi potest, sicut superius demonstravimus.

Sed et hoc quod in Salomone scriptum est : *Sapientia ædificavit sibi domum, excidit columnas septem* (Prov. ix, 1); potest huic nostro intellectui convenire. Sapientia namque ædificavit sibi domum, quando Dominus noster Jesus Christus ab initio mundi usque ad finem ejus ex numerositate electorum Ecclesiam sibi construxit et construet : excidit columnas septem, quando iis septem temporibus prædicatores, qui singulis temporibus convenirent, in Ecclesia sua statuit, qui et monitis salutaribus, 504 et bonorum operum exemplis eam sustentarent.

Possumus et hoc quod idem Salomon in alio loco ponit, dicens : *Da partem septem, necnon et octo* (Eccl. xi, 2), huic nostræ expositioni coaptare. B Primum igitur quærendum nobis est, quid sit unde partes facere præcipimur. Est namque quoddam bonum, et ipsum est summum bonum, charitas videlicet, quæ nisi partiatur, perfectum bonum non erit; partitur enim in dilectionem Dei, et dilectionem proximi : quæ cum una sit, habet tamen duo brachia, quæ circumquaque extendens, et Deum hominibus, et homines Deo conjungit. Sunt et duæ vitæ, una quæ activa, altera quæ contemplativa nuncupatur. Dilectio proximi ad activam, dilectio autem Dei proprie ad contemplativam pertinet. Possumus igitur per septem omnem electorum multitudinem, per octo vero Dominum nostrum Jesum Christum intelligere; eo quod octava die resurrexerit. Sancti itaque Dei partem amoris sui septem dant, cum in exercitiis vitæ activæ occupantur; videlicet cum curam proximo non solum carnalem, sed et spiritualem impendunt. Dant etiam partem octo, cum eos amor Dei ad contemplationem ejus iterum revocat. Aliter. Partem septem damus, cum sanctis Dei debitam venerationem exhibemus : partem octo damus, cum Deo creatori nostro debitum cultum impendimus.

(Vers. 17.) Sequitur : *Et cum vidissem eum, cecidi ad pedes ejus tamquam mortuus.* Ecce Joannes, qui sibi stare videbatur, viso Domino, cecidit tamquam mortuus; quia unusquisque vir sanctus quantum se ad contemplandam divinitatem Dei altius erexit, tanto apud se introrsus inferius cadit; quia in comparatione Dei ejus magnitudo quam parva sit, facile D perspicit. Unde et tamquam mortuus cecidit, quia in comparatione Dei se nihil esse perspexit. Ad pedes cecidit, quia incarnationis ejus mysterium, quod per pedes figuratur, se nullo modo comprehendere posse perspexit. *Et posuit manum suam super me dicens : Noli timere.* Sicut manus in corpore plurima habet officia, ita et manus Dei in divinis Scripturis plurimas significationes; Job namque flagellum Dei manum Dei vocat, cum dicit : *Manum tuam longe fac a me, et formido tua non me terreat* (Job. xiii, 2f). Et iterum amicis dicit : *Miseremini mei, miseremini mei, saltem vos amici mei; quia manus Domini tetigit me* (Job. xix, 21). Nam et Hieremiam manu sapien-

tizæ Dominus tetigit, sicut ipse dicit : *Et misit Dominus manum suam, et tetigit-os meum, et dixit mihi : Ecce dedi verba mea in ore tuo, et reliqua* (Jerem. 1, 9). Similiter et Daniel manu confortationis Dei tactus est, quando propter visionem angelicam in terra prostratus jacens, manum ad se missam vidit, quæ eum confortavit, cui et dixit : *Loquere, Domine, quoniam confortasti me* (Dan. x, 10). Ilac ergo confortationis manu idem Joannes tactus est, quæ eum ne se ultra modum dejiceret confortando erexit.

(Vers. 18.) *Ego sum primus et novissimus.* Si primus, cur dixit Arius Filium Dei initium habuisse? Si enim initium habuit, non ipse primus, sed ipse a quo initium sumpsit, fuit. Primus ergo et novissimus ipse est, quia sicuti finem non habebit, sic nec initium habuit. *Et fui mortuus, et ecce sum vivens in sæcula sæculorum.* Illoc manifestum est. *Et habeo claves mortis et inferni.* Qui clavem alicujus domus habet, quem vult, intromittit; et quem vult, ab ingressu domus repellit. Per clavem ergo potestas Filii Dei intelligitur. Claves igitur mortis et inferni ipse possidet; quia quos vult, a damnatione mortis perpetuæ misericorditer liberat; et quos vult, in eodem damnationis periculo justo judicio remanere sinit.

(Vers. 19.) *Scribe ergo quæ vidisti, et quæ sunt, et quæ oportet fieri post hæc.* Hic demonstrat non se de præsentibus et futuris tantummodo : sed et de præteritis prophetiam texuisse. *Scribe ergo quæ vidisti,* id est, quæ de præteritis tibi ostensa sunt : *quæ sunt, et quæ oportet fieri post hæc,* id est, præsentia et futura.

(Vers. 20.) *Mysterium septem stellarum quas vidisti in dextera mea, et septem candelabra aurea.* Subauditur quid significent. Quid autem significent, subdendo manifestat : *Septem, inquit, stellæ angeli sunt septem Ecclesiarum, et septem candelabra aurea septem Ecclesiarum sunt.* Septem igitur angelos rectores septem Ecclesiarum debemus intelligere, eo quod angelus nuntius interpretatur : et qui verbum Dei populis annuntiant, non inconvenienter angeli, id est, nuntii vocantur. Et sicut per septem Ecclesias una Ecclesia catholica, ita et per septem rectores septem Ecclesiarum omnes rectores Ecclesiæ catholicæ designantur.

D CAPUT II. — (Vers. 1.) *Et angelo Ecclesiæ Ephesi scribe : Hæc dicit qui tenet septem stellas in dextera sua, qui ambulat in medio septem candelabrorum aureorum.* Per dexteram Dei potestas Dei in hoc loco potest designari, per stellas sancti prædicatores. Sancti igitur prædicatores manu Dei tenentur; quia ab ipso gubernantur et reguntur, et ipsi sunt copulati, sicut ipse in Evangelio loquitur dicens : *Sicut palmes non potest ferre fructum, nisi manserit in vite; sic et vos, nisi in me manseritis* (Joan. xv, 4). In medio vero septem candelabrorum aureorum Christus ambulat, sicut ipse dicit propheta : *Inhabitabo inter illos, et inambulabo : et ero illorum Deus, et ipsi erunt mihi populus* (Levit. xvi, 12).

(Vers. 2.) *Scio opera tua. Ea videlicet quæ operaris prius, antequam refrigesceret in te charitas. Et laborem et patientiam tuam, id est, persecutiones, quas pro nomine meo patienter toleras. Et non potes sustinere malos (Matth. xiii).* Cum Scriptura divina nobis præcipiat, ut toleremus malos; cur hic laudatur, quod non potuerit sustinere malos? Sed de hæreticis mihi dictum videtur; nam proximorum mala aliquando reprehendendo corrigere debemus, tempore videlicet opportuno: aliquando patienter tolerare; ut quos correctio non emendat, patientia ad emendationem provocet. Sunt namque nonnulli, qui reprehendere proximos nesciunt, nisi ira inflammati. Horum aliquis si non solum pro magna, verum etiam pro parva aliqua re contra proximum commotus fuerit, tamdiu iram in corde gestat, usque dum in actibus proximi aliquid videat, quod reprehendere possit: et tunc lætus efficitur, cum reprehensionis vindictam proximo intulerit. Quod si alicui viderit displicuisse, dicit se zelo Dei hoc fecisse. Ad te ergo loquor, qui talis es. Cur quæris fallere eum, qui occulta cordium considerat? Si zelus Dei in te est, cur oculi tui per diversa **505** vagantur more diabolico, desiderans malum potius videre, quam bonum, desiderans in proximo videre malum, quod reprehendas, non bonum, unde ædificeris? Sunt etiam multi, qui eos a quibus aliquam injuriam pertulerunt, etiam pro minimis delictis impatienter insectantur: eos vero quos diligunt, non solum non reprehendunt, quamvis graviter deliquerint; sed etiam tota virtute defendunt. O infelix amicitia, quæ illum quem diligit tacendo et defendendo diabolo tradit: illum vero cui iratus est, reprehendendo a diabolo abstrahit! Correctio ergo illa justa est, quæ ex Dei zelo et amore fraterno descendit: quæ non propter iram vindicandam, sed propter animam proximi salvandam profertur. Verum quia hæc paucis diximus, ad ea quæ cœpimus, redeamus. Igitur hoc quod præsul Ecclesiæ Ephesi a Domino dicitur: *Quia non potes sustinere malos*, de hæreticis debemus intelligere; omnis enim qui pastor est Ecclesiæ, societatem hæreticorum, quantum potest, vitare debet; ne per occasionem familiaritatis eorum corda simplicium veneno suæ malitiæ corrumpant. Sicut enim lupus quietus inter oves sine laceratione earumdem ovium versari non potest; sic nec hæreticus inter simplices. Sequitur: *Et tentasti eos, qui se dicunt apostolos esse, et non sunt; et invenisti eos mendaces.* Quidam prava docentes temporibus apostolorum, apostolos se esse dicebant; ut per reverentiam nominis facilius pravam doctrinam in cordibus audientium plantarent (II Cor. x, 12). Hos et apostolus Paulus damnat: et Dominus in Evangelio cavendos insinuat, cum dicit: *Attendite a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces (Matth. vii, 15).* Hos ergo iste falsos, eorumque doctrinam falsam esse comprobavit.

^a Ita mss. at edit., *ego odi. Pro eo quod illorum facta odisti, quæ et ego odivi.*

(Vers. 3, 4.) *Et patientiam habes, et sustinisti propter nomen meum, et non defecisti: id est in hoc apparuit patientia tua, quia in laboribus, quos pro nomine meo sustinisti, non defecisti. Sed habeo adversum te, quod charitatem tuam primam reliquisti.* Multi sunt, qui in initio conversionis suæ in servitio Dei ferventes existunt, sed processu temporis tepescunt: quod huic præsul Ecclesiæ Ephesi contigisse manifestum est.

(Vers. 5.) *Memento ergo unde excideris. Unde excisus es? De charitate: si de charitate excisus es, de Deo excisus es; quia Deus charitas est. Et age penitentiam (Joan. iv, 16). Videlicet eo quod per torporem et ignaviam tuam a charitate disjunctus es. Et prima tua opera fac: sin autem veniam tibi cito, et movebo candelabrum tuum de loco suo, nisi penitentiam egeris.* Si per candelabrum Ecclesia Ephesi designatur, cur propter peccatum pastoris Ecclesia locum suum perdet, cum Scriptura dicat: *Non morientur patres pro filiis, neque filii pro patribus suis: sed unusquisque in peccato suo morietur (Jerem. xxxi, 30)?* Sed per locum videtur mihi merces, quæ illi pro pastoralis cura debebatur, designari, ut sit sensus: Nisi penitentiam egeris pro eo quod charitatem tuam primam reliquisti, et ad prima opera non redieris; ut quod ore prædicas, opere impleas: mercedem, quæ tibi pro pastoralis cura debebatur, subtraham.

(Vers. 6.) *Sed hoc habes (videlicet ut candelabrum non moveatur) quia odisti facta nicolaitarum, quæ et ego odi.* Et est sensus: Pro eo quod odisti facta nicolaitarum, quæ et ego odi; merces quæ tibi pro pastoralis cura debebatur, adhuc tibi manet. Nicolaitæ vero erant hæretici, quos superius dixit non posse eum sustinere.

(Vers. 7.) *Qui habet aures audiendi, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis. Quia cunctis aures habentibus dicit: Qui habet aures audiendi, audiat; aures proculdubio cordis requirit. Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod est in paradiso Dei mei. Duo ligna fuerant in medio paradisi, e quibus unum lignum vitæ, alterum vero lignum scientiæ boni et mali vocabatur. Quorum virtus talis erat, ut si quis ex ligno vitæ comedisset, non moreretur in æternum: si quis vero ex ligno scientiæ boni et mali comederet (Gen. ii, 27); quamvis esset immortalis, mortalis statim fieret. Paradisus igitur Ecclesiam significat: lignum vero vitæ in medio paradisi Christus est in medio Ecclesiæ suæ. Lignum autem scientiæ boni et mali, quod et ipsum in medio paradisi fuisse dicitur, diabolus significat, qui inter fideles discurrere non cessat; ut quoscumque potest, decipiat. Lignum igitur vitæ ad electos, lignum vero scientiæ boni et mali ad reprobos pertinet. Fructus ergo ligni vitæ electi comedunt, ut in æternum ^b vivant; quia præcepta Evangelii custodiunt, ut in æternum vivant cum Domino: fructus vero ligni scientiæ boni et mali re-*

^b Edit. tantum, *vivent cum Domino*; cætera adjecta sunt ex mss.

probi comedunt, et moriuntur; quia suggestionibus diaboli, omnibusque vitis et voluptatibus pascuntur; unde æternam damnationem sibi acquirunt. Et sicut mulieri delectabiliores fuerunt fructus ligni scientiæ boni et mali, quam fructus ligni vitæ; ita et reprobis delectabilior est gloria hujus sæculi, quam oculis corporis vident, quam gloria cœlestis patriæ, quæ non nisi oculis spiritualibus videtur. Sed oritur quæstio, cur lignum scientiæ boni et mali diceretur, cum primo homini scientiam mali ministraverit: non scientiam boni. Quæ mihi ita solvenda videtur: primus namque angelus, quando creatus est, scientiam boni habuit, non scientiam mali: scientiam vero mali per semetipsum invenit, ob quam causam de illa cœlesti gloria dejectus est. De ligno ergo scientiæ boni et mali primus homo comedit, quando illius suggestiones secutus est, qui scientiam boni et mali habebat; neque enim lignum scientiam mali docere potuit, sed diabolus qui præceptum Dei homini transgredi suavit. Dicit ergo: *Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod est in paradiso Dei mei.* Ille vincit, qui in bonis operibus usque ad finem vitæ suæ perseverat. Vincenti ergo Christus edere de ligno vitæ dabit; quia præcepta sua usque ad finem vitæ servantibus immortalitatis suæ gloriam in cœlesti beatitudine secum dabit; ut cum eo æternaliter vivant, ejus præcepta in sæculo positi servare studuerunt. Quod autem patrem Deum suum vocat, ad humanitatem pertinet.

(Vers. 8, 9.) *Et angelo Smyrnæ Ecclesiæ scribe: Hæc dicit primus et novissimus, qui fuit mortuus et vivit: Scio tribulationem tuam, et paupertatem tuam.* Potest fieri, ut Smyræorum Ecclesia eandem persecutionem a contribulibus suis in rapina honorum suorum pertulerit, quam et illa quæ apud Hierosolimam erat. Ideoque tribulatio et paupertas ejus a Domino, quam pro ipso sustinuit, laudatur. Potest et per hoc voluntaria paupertas intelligi, de qua Dominus dicit in Evangelio: *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum celorum* (Matth. v, 3).

Sed dives es: pauper videlicet rebus, dives virtutibus. Et blasphemaris ab iis, qui se dicunt Judæos esse, et non sunt: sed sunt synagoga satanæ. Judæi confidentes interpretantur: Judæi qui Christum blasphemantes negant, non Judæi, id est, constantes; sed synagoga satanæ non inconvenienter vocantur.

(Vers. 10, 11.) *Nihil horum timeas, quæ passurus es. Prædicaverit ei adversa, et venientia facilius tolerare posset. Ecce missurus est diabolus ex vobis in carcerem, ut tentemini: id est, quosdam ex vobis diabolus, id est, ministri diaboli in carcerem missuri sunt; ut tentemini utrum in timore ponarum a fide recedere, an pro amore Christi mori delibereis. Et habebitis tribulationem diebus decem. Tempus quo huc persecutio crudelius severita esset, demonstravit. Hæc fidelis usque ad mortem, et dabo*

tibi coronam vitæ. Corona vitæ gloriam sempiternam demonstrat.

Qui habet aures, audiat quid Spiritus dicit Ecclesiis. Qui vicerit, non lædatur a morte secunda. Quid sit mors secunda, in sequentibus dicemus.

(Vers. 12.) *Et angelo Pergamæ Ecclesiæ scribe: Hæc dicit qui habet romphæam utraque parte acutam. Per romphæam judiciaria Domini potestas potest intelligi: quæ utraque parte acuta dicitur, propter duo judicia, unum quod factum est per aquam, alterum quod fiet per ignem. Sed excludimus ab hoc intellectu, eo quod illud iudicium jam peractum, atque per misericordiam Dei abolitum sit. Tunc namque iudicii illius acumen deletum est, quando Deus dixit ad Noe: *Per memetipsum juravi, quia non adjiciam ultra aquas diluvii super terram* (Gen. vi, 17). Videtur ergo mihi per romphæam divinam scripturam debere intelligi, quæ propter rescandam vitia acuta esse dicitur, et propter duo Testamenta utraque parte acuta demonstratur. Nam et veteris et novæ Testamentum hoc nobis indesinenter admonent, ut vitia relinquamus et in bonis operibus nosmetipsos exerceamus; quatenus salutem animarum nostrarum invenire possimus.*

(Vers. 13.) *Scio ubi habitas, ubi sedes est satanæ: id est, inter illos habitas, qui sessorum habent diabolum. Et teneo nomen meum, et non negasti fidem meam: id est, quamvis ab eis, inter quos habitas, pro nomine meo assidue persecutiones perferas; tamen nomen meum teneo, et fidem meam non negasti. Et in diebus illis Antipas testis meus, qui occisus est apud vos, ubi satanas habitat. Et in diebus illis, id est, in diebus quibus persecutio apud vos amplius fervebat, Antipas testis meus, subauditur, existit, qui occisus est apud vos, ubi satanas habitat. Apud vos occisus est, et non a vobis: sed ab illis inter quos vos habitatis, in quibus habitat diabolus.*

(Vers. 14, 15.) *Sed habeo adversum te paucos, quia habes illic tenentes doctrinam Balaam, qui docet Balac mittere scandalum coram filiis Israel; ita habes et tu tenentes doctrinam nicolaitarum.* Legimus in libro Numeri quod Balac rex Moabitaram ad suggestionem Balaam posuerit speciosas mulieres in conspectu filiorum Israel diis suis sacrificantes, quarum pulchritudo non solum ad perpetrandam libidinem eos accendit; sed etiam ut de sacerdotibus eorum comederent, perduxit (Num. xiv, 1). Nicolaitæ vero erant hæretici nuptias detestantes, docentesque fideles, ut quibuscumque valent, miscerentur more bestiarum. Sicut ergo per doctrinam Balaam, filii Israel in fornicationis malum delapsi sunt, propter quod multi eorum perierunt, ita et nicolaitæ quosdam ex fidelibus, qui apud Pergamum erant, suæ præva doctrinæ in fornicationis malum deiecerunt, docentes eos ut male modo se vinculo conjugii irretirent: sed quibuscumque valent, passim miscerentur. Quod autem dicit: *Habeo adversum te paucos, significat paucos ex fidelibus ab hæreticis esse deceptos.*

* Hic textus in edit. rejectus fuerat post verba, *tolerare posset*: sed contra auctoritatem man.

(Vers. 16.) *Simpliter pœnitentiam age.* Hoc quod dicit, *similiter*, videtur mihi ad angelum Ephesi Ecclesiæ respicere, cui dicitur: *Pœnitentiam age, eo quod charitatem tuam primum reliqueris.* Quasi diceret: Sicut præcepi angelo Ephesi, ut pœnitentiam ageret, eo quod charitatem primam reliquisset, similiter et tu pœnitentiam age, eo quod a charitate deviaveris; ut aliquos tuorum per taciturnitatem amitteres. Si *quominus, veniam tibi cito.* Solet per adventum Domini mors intelligi; venientique enim Dominus tunc venit, quando per mortem animam a corpore separat. *Cito*, id est, improvise, sicut de servo negligente Dominus in Evangelio loquitur: *Ventus autem Dominus serri illius in die quo nescit, et hora qua ignorat; et dividet eum, partemque ejus cum hypocritis ponet* (Matth. xxiv, 51). Homo enim ex anima et corpore consistit: dividit Dominus hominem tunc animam a corpore separat: partem ejus cum hypocritis ponit, quando animam, quæ secunda pars est in homine, pro iniquitatibus suis cum impiis cruciandam tradit. In hoc quod dicit: *Veniam tibi cito*, talis mihi sensus esse videtur: Si pœnitentiam non egeris, veniam tibi cito; ut te per mortem, quam prævidere negligis, dissolvam. Sequitur: *Et pugnabo cum illis in gladio oris mei*: id est, alium in loco tuo ponam, et ponam gladium verborum meorum in ore ejus, in quo dejiciat adversarios veritatis.

(Vers. 17.) *Qui habet aures, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis.* Ubi cumque hæc sententia ponitur, vel in Evangelio, vel in Apocalypsi, sciendum est mysticum esse, quod dicitur, et ad intelligendum difficile. *Vincenti dabo manna absconditum* (Exod. xvi, 14). Legimus in veteri Testamento, quia populum Judæorum per deserta gradientem Dominus manna paverit, usque dum venirent ad terram repromissionis. Per manna igitur sapientia, quæ Christus est, intelligi potest: *Ipse est enim panis vivus, qui de caelo descendit* (Joan. vi, 41). Hoc pane aluntur omnes electi, in deserto atque in itinere hujus sæculi positi, usque dum veniant ad terram repromissionis, id est, ad cœlestem beatitudinem, quam repromisit Deus diligentibus se. Absconditum autem ideo dicitur, quia sapientia Dei superbis absconditur, et humilibus revelatur, sicut ipse dicit in Evangelio: *Confiteor tibi, Pater, Domine cæli et terræ, quia abscondisti hæc a sapientibus et prudentibus, et revelasti ea parvulis* (Matth. xi, 25).

307 *Et dabo illi calculum candidum.* Per calculum, qui lapis parvus est, et a calculando sic vocatur, Evangelium possumus accipere. Quia sicut antiqui horum lapidum multitudinem magnam sibi congregabant ad partiendos et dividendos numeros; ita doctores Ecclesiæ multa verba Evangelii in cordibus suis congregant, quorum cum obscuritates et spirituales intelligentias et utilitates auditoribus suis aperiant, quasi numeros suos dividunt et partiantur. *Et in calculo nomen novum scriptum, quod nemo scit,*

nisi qui accipit. Quod est hoc nomen Christi, quod in calculo Evangelii scriptum esse dicitur? *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum* (Joan. 1, 1); et iterum: *Ego et Pater unum sumus* (Joan. x, 30); et idem evangelista in alio loco dicit: *Quia non solum solvebat sabbatum, sed et Patrem suum dicebat Deum, æqualem se faciens Deo* (Joan. v, 18). Si Christus æqualem se faciebat Deo, cur dicit Artus minorem esse Filium Patre? Huc ergo nomen quod in calculo scriptum est, nullus scit, nisi qui accipit; quia omnipotentiam, divinitatem, æqualitatem Filii cum Patre nullus scire prævaleret, nisi cui doctrina Evangelii data fuerit. Sed est aliud quod nos movet; nam paulo superius dixit: *Vincenti dabo manna absconditum, et dabo illi calculum candidum, et in calculo nomen tuum, quod nemo scit, nisi qui accipit.* Si igitur volis illis qui diabolum vincunt, et manna, et calculum, et nomen Christi dari scientia; ergo impii qui diabolum non vincunt, sed ab eo vincuntur, quamvis baptisma, quamvis fidem Christi videantur susceperunt, ab hoc tamen auerere alieni existunt. Sed dicit aliquis: Quomodo litteratus quisque, et in divinis scripturis eruditus, mysterium nominis Christi nescit; quamvis et sacculum diligat, et voluptuose vivat? *fluic ego duorum hominum similitudinem mel multum possidentium opponam, ex quibus unus ex eo edere solitus erat, alter vero ab ejus esu, quadam necessitate cogente, omnibus modis abstinerebat. Quis horum tibi videtur saporem mellis satius cognovisse? Uisque respondebis mihi quia is, qui ejus dulcedine potui solitus erat. Et tamen si interrogasses utrumque de melle, cujus esset saporis, uterque dulcissimum esse fateretur: sed diceret ille, quod audivit; iste, quod expertus erat: illius lingua loqueretur, quod fauces ignorabant, istius autem quod delectatio taceret. Ille igitur qui mel non ad vitandum, sed ad lucra exaggeranda possidebat, ostendit, qui ex scientia divinarum scripturarum a gloria temporalium plusquam æternam capessunt: ille vero qui mel ad hoc possidebat, ut ejus dulcedine assidue frueretur, eos significat, qui mandata Dei non pro gloria temporalium, sed pro amore Dei discere student; et per eorum operationem ad gloriam æternam pervenire morantur. Illis mandata Dei, quamvis ea prædicent, dulcia non sunt; quia non dulcedinem cœlestis patriæ, sed dulcedinem terrenam, quæ amaritudinem generat, diligunt: istis autem mandata Dei spes cœlestis patriæ dulcia facit, sicut dicit Psalmista: *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, Domine, super mel et favum ori meo* (Psal. cxviii, 108) Illi ergo soli sciunt nomen Dei, qui custodiant mandata Dei: qui vero scientiam diligunt, qui in quibusdam vitis temporibus dejiciunt, qui desideria carnis suæ perficiunt, nesciunt nomen Dei; quia timorem et amorem ejus a mente sua abiciunt. Aliter: Potest per calculum nomenque in eo scriptum beatitudo cœlestis patriæ desi-*

* Codex Gem. gloriæ temporalis plurimum abstinere cupaces erant.

gnari; ut per calculum cœlestis patria, per nomen A
vero in eo scriptum beatitudo cœlestis patriæ figu-
retur. Hoc ergo nomen nullus scit, nisi qui accipit
calculum; quia quanta sit illa cœlestis beatitudo nul-
lus scire prævalet, nisi qui ad hanc pervenire me-
ruerit, sicut dicit Esaias propheta: *Oculus non vidit,
Deus, absque te, quæ præparasti expectantibus te*
(*Esai. LXIV, 4*).

(Vers. 18, 19.) *Et angelo Thyatiræ Ecclesiæ scribe: Hæc dicit Filius Dei, qui habet oculos ut flammam ignis, et pedes ejus similes aurichalco. Quid ista signifi-
cant, superius dictum est. Scio opera tua, et chari-
tatem, et fidem, et ministerium, et patientiam tuam, et
opera tua novissima plura prioribus. Hic per omnia
laudatur, sed sicut sequentia manifestant, sola faci-
tunitatis culpa in eo redarguitur.*

(Vers. 20.) *Sed habeo adversam te, quia permittis
mulierem Jezabel, quæ se dicit prophetem, docere et
seducere servos meos, fornicari, et manducare de idolo-
thytiis. Hæc mulier, quæ Jezabel impiissimæ compa-
ratur, ideo se prophetem mendaciter affirmabat, ut
facilius sub religionis nomine falsam doctrinam in
populum Dei introduceret: et sicut Jezabel cogebat
populum Dei culturam Dei deserere, et idola vena-
rari; ita et hæc populum Dei a cultura Dei, id est,
a fide recta, conabatur per pravam doctrinam sepa-
rare. Fornicatur enim anima, quæcumque a Deo
creatore suo recedit. Idolothytum vocat illud, quod
idolis erat consecratum. Docebat enim hæc mulier
nihil nocere fidelibus, si comederent carnes, quæ
idolis immolabantur.*

(Vers. 21.) *Et dedi illi tempus, ut pœnitentiam age-
ret, et non vult pœnitere a fornicationibus suis. Sicut
et beatus Job de impio dicit: Dedit illi Deus locum
pœnitentiæ, et ille abusus eo est in superbiam (Job.
xxiv, 23).*

(Vers. 22, 23.) *Ecce mitto eam in lectum, et qui
mœchabantur cum ea, in tribulatione maxima, nisi pœ-
nitentiam egerint, et filios ejus interficiam morte. Ecce
mulieri, et filiis ejus pœnitentiæ locus nullus pro-
mittitur, eo quod pœnitentiæ tempus a Deo sibi in-
dultum spreverint: iis autem qui mœchabantur cum
ea, adhuc locus pœnitentiæ repromittitur. Videntur
ergo mihi ii, qui mœchabantur cum ea, eos designare,
qui pravis ejus assertionibus faventes, nec dum autem
ex toto in foveam malitiæ ejus demersi fuerant: D
per filios autem ejus eos designari, qui jam ex toto
ab ea decepti medicamentum correctionis nullo modo
recipere volebant. Per lectum autem in quo mulier
mittenda erat, infernus designatur, in quo sepultus
est et dives, de quo dicit Dominus in Evangelio:
Mortuus est autem et dives, et sepultus est in inferno
(*Luc. xvi, 22*). Per tribulationem vero maximam, in
qua ponendi erant, qui mœchabantur cum ea, nisi
pœnitentiam agerent; et per mortem in qua filii
ejus interficiendi erant, eadem inferni pœna desi-
gnatur. *Et scient omnes Ecclesiæ, quia ego sum scru-**

*tans renes et corda. Per renes qui infra corpus conti-
nentur, et ex quibus libido procedere dicitur, pec-
cata abscondita: per corda autem cogitationes occultæ
designantur. Et est sensus: Et scient, videlicet in die
judicii, quando et ipsa mulier, et omnes qui decepti
sunt ab ea, damnabuntur; omnes Ecclesiæ, id est,
omnes qui christiano nomine censentur, non solum
electi, sed etiam 508 reprobi, quia ego sum scrutans
renes et corda, id est, non solum peccata quæ pa-
tent, verumetiam et quæ latent: sed et ipsas cogita-
tiones intueor, et in illa die dabo unicuique vestrum
secundum opera vestra.*

(Vers. 24.) *Vobis autem dico cæteris, qui Thy-
tyræ estis, quicumque non habent doctrinam hanc, qui
non cognoverunt altitudinem satanæ, quemadmodum
illi dicunt, non mittam super vos aliud pondus. Hoc
quod dicit, videtur mihi non ad doctrinam mulieris
tantum, sed ad falsos apostolos pertinere, qui doce-
bant eos, qui ex gentibus crediderant, ut in Legem
et circumcisionem verterentur. Et quia Judæi de
Legis observantia superbiebant, et post Evangelium
datum custodia Legis secundum litteram nihil est
aliud quam servitus diaboli; possumus per altitudi-
nem satanæ, ipsam Legem, si carnaliter impletur,
intelligere. Quod igitur dicit, tale est: *Vobis dico
cæteris, qui Thyatiræ estis; videlicet qui in fide per-
stitistis: quicumque non habent doctrinam hanc, id est,
qui non receperunt doctrinam illius pessimæ mulie-
ris: qui non cognoverunt altitudinem satanæ, quem-
admodum illi dicunt, id est qui Legem non susce-
perunt, quemadmodum falsi apostoli dicunt, ut eam
C carnaliter impleant: receperunt quidem eam, ut spi-
ritualiter impleant; non receperunt autem eam, ut
carnaliter custodiant (Act. xv, 1). Verbi gratia: illi
dicebant, quia nisi circumcidatis carnem præputii
vestri, non potestis salvi fieri: isti autem circumci-
sionem non carnaliter, sed spiritualiter intelligentes,
circumcidebant a cordibus et a carne sua omnia vi-
tia. Illi dicebant, ut servarent sabbatum, nihil in eo
facientes operis: isti vero omne tempus vitæ suæ
pro sabbato accipientes, ab omni opere servili, id
est, a peccatis, in quantum poterant, abstinere cu-
rabant. *Non mittam super vos aliud pondus, id est,
qui in fide perstitistis, qui falsos apostolos non re-
cepistis. Non mittam super vos aliud pondus, nisi
quod ab apostolis præceptum est vobis; ut absteinea-
tis vos ab escis, quæ idolis immolantur, et a suffo-
cato, et sanguine, et fornicatione (Ibid. 29).***

(Vers. 25.) *Verumtamen id quod habetis, tenete,
donec veniam. Ac si diceret: Quia parvuli estis, et
lac vobis opus est, non solidus cibus, fidem quam
didicistis, tenete, donec veniam; ut per aspiratio-
nis inæ gratiam ad altiora opera virtutum agenda
vos provochem.*

(Vers. 26, 27, 28.) *Et qui vicerit, et custodierit
usque in finem opera mea, dabo ei potestatem super
gentes, et reget eas in virga ferrea, et tamquam vas fi-*

^a Edit, dico, cæterisque qui Thyatiræ: mss. dico cæteris; qui, etc.

guli confringentur, sicut et ego accepi a Patre meo. Per finem in hoc loco mors intelligitur: qui ergo vicierit mundum et concupiscentias ejus, et perseveraverit usque in finem; dabitur ei potestas super gentes, et reget eas in virga ferrea. Sed et si per finem mors intelligitur, quomodo electi post mortem gentes dicuntur regere; cum in illa beata vita nullus sit, qui regatur in virga ferrea; ubi nihil distortum, nihilque pravum invenitur? Nisi forte eo sensu intelligamus, quo illud: Qui fecit, quæ futura sunt. Omnia enim quæ secundum dispositionem Dei fienda sunt, in prædestinatione ejus jam quasi facta existant; quia non potest fieri ut immutetur aliquid ex omnibus, quæ statuit Deus ut fiant. Similiter et sanctis, quos præcivit Deus futuros justos, et in bonis operibus perseveraturos, ante ortum illorum hoc præstitit, ut habeant potestatem super gentes, et regant eas in virga ferrea, sicut ad Hieremiam loquitur dicens: *Præquam te formarem in utero, novi te: et antequam exires de vulva, sanctificavi te; et prophetam in gentibus dedi te (Jerem. v, 1).* In secundo psalmo scriptum est quia dixit Pater ad Filium: *Postula a me, et dabo tibi gentes hereditatem tuam, et possessionem tuam terminos terræ. Reges eos in virga ferrea, tamquam vas figuli confringes eos (Psal. ii, 8).* Dedit Pater Filio potestatem, ut regat gentes in virga ferrea: dedit et Filius potestatem apostolis et cæteris prædicatoribus, ut regant et ipsi gentes in virga ferrea, et tamquam vas figuli conterant eas. Per virgam igitur ferream Evangelium designatur, sicut et per virgam ligneam Lex. Nam virga lignea, qua utebatur Moyses, ipsam legem, quæ ab eo data est prætendebat; ipsa namque virga, sicut in Exodo legitur (*Exod. xvii, 6*), percussit bis silicem, et egressæ sunt aquæ largissimæ, ita ut populus biberet et jumenta. Virga igitur est vetus Testamentum: hinc percussio Legem et prophetas: petra autem Christum figurabat. Virga ergo bis silicem percussit, quando vetus Testamentum per legem et prophetas Christum ad redemptionem generis humani venturum esse prædixit. Et quia impossibile erat, ut ea quæ per Legem et prophetas prædicebantur, non impleverentur, sicut Dominus dicit in Evangelio: *Facilius est cælum et terram transire, quam unum iota, aut unus apex prætereatur a Lege, qui non impleatur (Luc. xvi, 17).* Virga bis silicem percussit, quando vaticinia prophetarum atque Legis quodammodo compulerunt, ut homo fieri Deus dignaretur. Percussa est igitur petra, et egressæ sunt aquæ largissimæ; quia Christus secundum hoc quod dictum erat, veniens, fluenta doctrinæ cælestis, id est, Evangelium, de se produxit. Bibit populus et jumenta, id est, Judæi et gentes. Ipsa etiam virga in tabernaculo floruit, necesseque produxit (*Num. xvii, 8*); quia in tabernaculo Ecclesiæ postea vetus Testamentum flores spiritualium sensuum protulit, ipsique flores fructus honorum operum ediderunt. Hoc

A totam ideo diximus, ut demonstrarem per ligneam virgam designatam fuisse Legem.

Et quia austeriora sunt præcepta novi Testamenti quam veteris, non incongrue per virgam ferream Evangelium, per ligneam autem Lex figuratur. In illa dicitur: *Comedatis, et saturabimini; bibetis, et inebriabimini; dormietis, et non erit qui exterreat (Lev. xxvi, 5, 6);* et iterum: *Comedatis vetustissima veterum, et vetera novis supervenientibus projicietis (Ibid., 40);* et multa alia quæ ad delectationes carnales pertinent. Hic autem dicitur: *Videte ne graventur corda vestra in crapula et ebrietate, et curis ejus sæculi;* et iterum: *Arcta et angusta via est, quæ ducit ad vitam (Luc. xxxiv, 21);* et Paulus apostolus dicit: *In omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros, in multa patientia, in vigiliis, in jejuniis (II Cor. vi, 4);* et alia innumerabilia, quæ in novo Testamento de maceratione carnisveniuntur. Nam et Dominus in Evangelio quam austeriora sint sua præcepta præceptis Legis, manifestat cum dicit: *Audistis quia dictum est antiquis: Non occides; qui autem occiderit, reus erit iudicio: ego autem dico vobis, quia omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio: qui autem dixerit fratri suo, racha, reus erit concilio: qui autem dixerit, satue, reus erit gehennæ ignis (Matth. v, 21, 22);* et iterum: *Dictum est antiquis: Non* **509** *mæchaberis: ego autem dico vobis quia qui viderit mulierem ad concupiscendam eam, statim mæchatus est eam in corde suo (Ibid., 27, 28);* et iterum: *Dictum est antiquis: Quicumque dimiserit uxorem suam, det illi libellum repudii; ego autem dico vobis: Quicumque dimiserit uxorem suam, excepta causa fornicationis, mæchatur; et qui dimissam duxerit, mæchatur (Ibid. 31, 32);* et iterum: *Dictum est antiquis: Oculum pro oculo, dentem pro dente; ego autem dico vobis non resistere malo: sed si quis te percusserit in dexteram maxillam, præbe illi et alteram: et qui voluerit tunicam tuam tollere, dimitte ei et pallium (Ibid., 38-40);* et iterum: *Dictum est antiquis: Diliges amicum tuum, et odio habebis inimicum tuum; ego autem dico vobis: Diligite inimicos vestros, benefacite iis qui oderunt vos, et orate pro persequentibus et calumniantibus vos; ut sitis filii Patris vestri, qui in cælis est (Ibid., 43-45).* Hæc igitur verba Domini quæ protulimus, aperte demonstrant per virgam ferream Evangelium, per ligneam autem fragilem et mollem Legem figurari: per vasa autem figuli corda gentilium omnibus erroribus dæmonum repleta designantur, quæ a tactu virgæ ferreæ contracta sunt; quia veniente Evangelii gratia, omnis error gentilium destructus est, et quæ erant antea vasa fictilia, facta sunt vasa ferrea, contra omnia tentamenta dæmonum, et contra persecutiones hominum malorum fortissima.

Et dabo illi stellam matutinam: id est, meipsum dabo illi; ipse est enim stella matutina, de quo dicit Scriptura: *Orietur stella ex Jacob, et exsurgit*

^b Doerant in ed. *Et iterum, usque ad, dimitte ei et pallium: quem locum supplevimus et inss.*

homo de Israél, et percussit duces Moab (Num. xxiv, A 17). Moab dicitur a ex patre; et Dominus Judæis dixit: Vos ex patre diabolo estis. Duces ergo Moab Dominus percussit, quando omnes fabricatores errorum exinanivit.

CAPUT III. — (Vers. 1.) *Et angelo Sardis Ecclesie scribe: Hæc dicit, qui habet septem spiritus Dei, et septem stellas. Septem spiritus Dei septem sunt dona Spiritus sancti, quæ in Dominum descendisse propheta Esaias ostendit dicens: Et requiescat super eum spiritus Domini, spiritus sapientiæ et intellectus, spiritus consilii et seruitudinis, spiritus scientiæ et pietatis: et replebit eum spiritus timoris Domini (Esa. xi, 2).* De his septem spiritibus, quod Dominus dederit, in sequentibus dicemus: quid sint autem septem stellæ, superius dictum est. Sequitur, *Scio opera tua, quia nomen habes quod vivas, et mortuus es.* Nomen habebat quod viveret, id est, nomen christianum: sed mortuus erat; quia fidei opera, quæ est charitas, non habebat.

(Vers. 2.) *Esto vigilans, et confirma cætera, quæ moritura erant.* Vigilat qui semper bona opera exercet: præcipitur ergo huic, ut vigilet, id est, ut in charitatis operibus semetipsum exerceat; ne parva bona quæ adhuc videbatur habere, deperirent. Quia sicut corpus mortuum est sine anima, ita et nos quælibet bona videamur habere, mortua sunt, si charitas defuerit: *Non enim invenio opera tua plena coram Deo meo.* Non erant plena, sed vacua; quia charitate non replebantur: unde et quinque virgines fatuæ a contubernio sponsi cœlestis repulsæ sunt, quia oleum charitatis in vasibus suis habere noluerunt (Matth. xxv, 3).

(Vers. 3.) *Ipse mente ergo habe qualiter acceperis et audieris, et serpa, et penitentiam age:* id est, recordare qualiter fidem Christi in baptismo perciperis, ubi promissisti renuntiatum te diabolo, et omnibus operibus ejus: recordare etiam quid a doctoribus fidei christianæ, qui te fidem Christi docuerunt, qualiter te vivere oporteret, audisti: *Et serpa quod audisti, et penitentiam age;* eo quod a bonis operibus tandem lapsus. Si ergo non vigilaveris; id est, ad bona opera agenda temetipsum non excitaveris: *Veniam tamquam fur supervenit, ut eum per mortem ab hac mundana habitatione subtrahat;* qui in pravitatibus suis requiescens, neque a vitiis vult abstinere, neque ipsam mortem ante oculos ponere, sicut Dominus dicit in Evangelio: *Quia si sciret paterfamilias qua hora sur venturus esset, vigilaret utique, et non sinneret perfodi domum suam (Matth. xxiv, 43).* Per paterfamilias sapientem passivum intelligere; quia sicut paterfamilias omnibus qui in domo sunt, principatur: ita et mens omnibus actibus corporis et cogitationibus præfertur. Pater igitur familias dormit, surque veniens domum ejus perfodit, quando mens in delectationibus carnalibus requiescens,

in mora dom non prævidatur, supervenit, aliquo domum corporis perfodiens, animam abstrahit. Si autem vigilaveris, id est, in bonis operibus perseveraveris, mortem non ut furam, sed ut liberatricem perferet.

(Vers. 4.) *Sed habes paucos nomina in Sardis, qui non inquinaverunt vestimenta sua.* Ego discipuli pauciori negligentia præponitur, ut saltem in eorum imitatione proficeret. Sed mirum, cur paucos nomina habere dicatur, et non paucos homines. Sed hoc ad excellentiam magnam alienigeni sancti pertinet, eum eum Deus nominatum scire dicitur, sicut Moysi perfecto viro dicitur: *Novi te ex nomine;* et Dominus dicit in Evangelio: *Et proprias oves vocat nominatum, et adducit eas (Joan. x, 3).* Isti ergo pauci, qui voce Dei laudari merentur, non inquinaverunt vestimenta sua, id est, munditiam quam in baptismo perciperunt, sordibus vitiorum non inquinaverunt. *Et ambulaverunt mecum in albis, quia digni sunt;* id est, in bonis operibus.

(Vers. 5, 6.) *Qui vicerit, sic vestietur vestimentis albis;* id est, qui per poenitentiam et lacrymas diabolum vicerit, et vitia omnia a se expulerit, eandem munditiam quam baptizatus possidet, et ipse consequetur. Hæc ideo dicit, ut et pastorem Sardis Ecclesie, et omnes etiam peccatores ad poenitentiam provocet. *Et non delebo nomen ejus de libro vite.* Si librum vite prædestinationem vocat, quomodo de libro vite aliquis deleri potest, cum Apostolus dicat: *Quos autem prædestinavit, hos et vocavit et quos vocavit, hos et justificavit, et quos justificavit, ipsos et glorificavit (Rom. viii, 30)?* Nisi forte ita intelligamus: Sunt multi qui ab hominibus justis putantur, sed in conspectu Dei injusti existunt. Ergo haereticos qui eos justos aestimant, jam in libro Dei eos scriptos esse putant: sed in die judicii, cum facta reproborum atque justorum omnibus patebunt, hæc inscriptio atque falsa suspicio a mentibus 510 eorum delebitur, eum eorum damnationem pro impietatibus suis conspexerint. *Et confitebor nomen ejus coram Patre meo, et coram angelis Dei.* Confessio ista tunc fiet nominum justorum, quando secundum qualitatem meritatorum unusquisque mercedem recipiet.

(Vers. 7.) *Et angela Philadelphiam Ecclesie scribe: Hæc dicit sanctus et verus, qui habet clavem David.* Legimus in libro Regum, quod dixerit Dominus ad David: *Et erit cum dormieris cum patribus tuis, sociatus semini tuo, quod egredietur ex te, et firmabit regnum ejus in sempiternum. Ego ero illi in patrem, et ipse erit mihi in filium (II Reg. vii, 12).* Hoc de Christo esse dictum nullus est, nisi perdidus Judæus, qui ambigat. Et in domum obsertatam nullus nisi per clavem potest introire. Filius ergo Dei habet clavem David, quia ipse hanc assumpsit ex genere David, quem clavem David vocat, per quem reserata sunt omnia, et quæ Deus ad David, et quæ David de eo locutus est. *Qui aperit, et nemo claudit: claudit,*

* Ita mes.; ed., vero, quæ inter voces ex patre, ac istas, Duces ergo Moab, interponuntur, prætermittunt.

et nemo aperit. Aperuit Dominus Jesus Christus vetus Testamentum ad intelligenda divina mysteria, quæ in eo latebant, quod nullus claudere poterit: clausit vero observantiam literæ legalis superfluan, quam nullus aperire poterit. Aperuit etiam corda gentilium ad percipiendam doctrinam fidei, quæ nullus persecutor claudere potuit: clausit vero atque destruxit culturam idolorum, quam nullus persecutorum aperire potuit. Aperuit etiam aditum regni cœlestis suis electis, quod nulla vis dæmonum claudere potest: clausit vero eundem aditum reprobis, quod nullus eis aperire poterit.

(Vers. 8.) *Scio opera tua: ecce dedi coram te ostium apertum quod nemo potest claudere; quia modicam habes virtutem, et servasti verbum meum, et non negasti nomen meum.* Videtur mihi quod isto angelus Ecclesie Philadelphie non satis in divinis scripturis fuerit eruditus, et ideo dixerit eum modicam habuisse virtutem ad convincendos videlicet inimicos fidei veritatis. Et est sensus: Quia in persecutione constanti fulisti, et servasti verbum meum, id est, a prædicatione verbi mei non cessasti, et nomen meum non negasti; ideo quia modicam habes virtutem, dedi coram te ostium apertum in divinis scripturis, ut intelligas mysteria divinarum scripturarum: quod nemo poterit claudere, id est, sapientia quæ tibi dabitur, nullus poterit resistere inimicorum.

(Vers. 9.) *Eccce dabo de synagoga satanæ, qui dicunt se Judæos esse, et non sunt, sed membrantur.* *Eccce dabo de synagoga a satanæ*, subauditur quosdam, id est, ex Judæis, qui sunt synagoga satanæ, qui tibi adversabantur, et quorum infestationem assidue tolerabas, ut credant per verba tua in me.

(Vers. 10.) *Eccce faciam illos ut veniant, et adorent ante pedes tuos, et solent quia dilexi te; quoniam servasti verbum patientiæ meæ:* id est, cum prodiderint per verba tua in me, adornabunt ante pedes tuos, deprecantes ut per te vitam æternam consequantur. *Et ego te servabo ab hora tentationis, quæ ventura est in universum orbem, tentare omnes qui inhabitant terram.* Hora tentationis diem iudicii significat: tentationem autem pro manifestatione posuit, quia singulorum causæ tunc manifestabuntur. Et in Exodo legimus: *Tentat vos Deus, ut sciat si diligatis eum (Deut. xiii, 5)*, id est, ut manifestum fiat et appareat omnibus, si diligitis eum. Secundum hunc igitur sensum hora tentationis hora manifestationis designatur, quando singulorum facta omnibus manifestabuntur. A qua hora tentationis nos et omnes electos suos Dominus salvabit.

(Vers. 11.) *Eccce venio cito: tene quod habes, ut nemo accipiat coronam tuam.* Tene quod habes, id est, bonum quod habes, usque in finem vitæ tuæ tene. *Et nemo accipiat coronam tuam*, id est, ut gloriam quæ tibi debetur, nullus sine te possideat.

(Vers. 12, 13.) *Qui vicerit, faciam illum columnam in*

templo Dei mei, et foras non egredietur amplius (Galat. ii, 2). Potest per templum Ecclesia designari: per columnas autem, quæ sustentant templum, prædicatores. Nam et Paulus apostolus Petrum et Jacobum columnas Ecclesie vocat; eo quod super ipsos ædificata sit Ecclesia, sicut Dominus dixit Petro: *Tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam (Matth. xvi, 28).* Sed videtur propter hoc, quod sequitur: *Et foras non egredietur amplius;* non ad præsentem Ecclesiam, sed ad cœlestem pertinere hanc sententiam. Nam multi fuerunt, qui columnæ Ecclesie dicebantur: sed propter pravam doctrinam eorum, ab ea exierunt, sicut fuit Origenes, et alii multi. Per templum ergo cœlestis habitatio, per columnam vero unusquisque electus potest designari. Ergo qui vicerit omnia tentamenta diabolica, omnesque carnales voluptates, columna in templo Dei efficitur, id est, in cœlesti beatitudine: et sicut columna in loco, in quo statuitur, et firmissima stabilitate perseverat, ita et unusquisque electus in cœlesti beatitudine tam firmissimam stabilitatem a creatore suo consequitur, ut numquam ab ea divellatur; quemadmodum avulsus est diabolus, qui de cœlesti beatitudine superbiendo cecidit. *Et scribam super eum nomen Dei mei.* Nomen hoc Dei est æternum: nomen ergo Dei, quod est æternum, super unumquemque justum scribitur, quando æternitas ei cum Domino permanenti largitur. *Et nomen civitatis Dei mei novæ Hierusalem, quæ descendit de cælo a Deo meo.* Nova Hierusalem illa est cœlestis, quæ non ex lapidibus, sicut vetus, sed ex sanctis hominibus quotidie ædificatur. Hierusalem autem interpretatur visio pacis, id est, visio Dei. Nomen ergo Hierusalem super unumquemque electum scribitur, dum hoc unicusque conceditur, ut Deum sine fine videre mereatur. Aliter: Nomen Hierusalem super unumquemque electum scribitur, eo quod ipse Hierusalem, in quem Deus regnare dignetur, in societate videlicet angelorum omniumque electorum, qui Hierusalem cœlestis vocantur. Sed mirum, cur Hierusalem de cœlis descendisse dicitur, cum sciamus electos omnes a terris ad cœlos conscendere quotidie, non de cœlestibus ad terram relabi. Sed Domino de cœlis ad redemptionem generis humani descendente, simul etiam sancti descenderunt; quia jam per prædicationis gratiam illi conjuncti erant, quos per misericordiam suam redimere **511** veniebat. *Et nomen meum novum;* videlicet ut vocetur filius Dei, sicut et ego sum Filius Dei.

(Vers. 14.) *Et angelo Laodiceæ Ecclesie scribe: Hæc dicit: Amen, testis fidelis et verus.* Amen vere, sive fideliter interpretatur: quod est amen, hoc est testis fidelis et verus. *Qui est principium creaturæ Dei.* Non ideo se principium creaturæ Dei dicit, quod ipse sit creatus, sed quod ab ipso omnia sint creata, ut puta architectus fecit domum: si interrogaveris

omnibus manifestabuntur. A qua hora tentationis, etc.

e Voces, firmissima stabilitate usque ad tam firmissimam stabilitatem, e mss. restituuntur.

a Edit., *satanæ, qui tibi adversabantur*: mss. autem, ut in contextu.

b Sic omnes mss.; edit. vero, *quia singulorum facta*

quis fuerit principium domus, dicetur tibi : Artifex, A qui eam prius mente concepit, et postea ædificavit; quia domus sibi ipse principium dare non potuit.

(Vers. 15.) *Scio opera tua, quia neque frigidus es, neque calidus.* Frigidus non erat; quia quamvis opera fidei non haberet, sola fide se justum existimabat : calidus non erat; quia charitas illi deerat. *Utinam frigidus esses, aut calidus* : id est, utinam aut charitate ferveres; aut te peccatorem, sicut es, æstimares; ut per timorem ignis æterni et pœnitentiam ad bona opera agenda impellereris.

(Vers. 16.) *Sed quia tepidus es, incipiam te evomere ex ore meo.* Aqua tepida si hausta fuerit, fastidium generat; ideoque facile rejicitur. In os vero Domini tunc ingredimur, quando per baptismum a vitiis omnibus emundati, membra ejus efficimur. Igitur si B fidem quæ per charitatem operatur, et quam in baptisate promissimus, a charitate tepescentes operari neglexerimus, ab ore Domini, veluti quoddam nocivum ac fastidiosum fetidumque rejicimur, sicut ipse dixit de se ipso discipulis suis : *Ego sum vitis, et vos palmites; et Pater meus agricola est. Omnem palmitem non ferentem^a in me fructum, præcidet eum, et omnem qui fert fructum, purgabit eum, ut fructus plus afferat* (Joan. xv, 2).

(Vers. 17.) *Quia dicis quod dives sum, et locupletatus, et nullius ego.* Dives et locupletatus recte dicitur qui omnibus virtutibus plenus, usque ad culmen^b perfectionis excrevit. Iste autem præsul Ecclesiæ Laodiceæ propter solam fidem omnibus virtutibus divitem se et locupletem æstimabat, et nihil se ad salutem æternam acquirendam aliud egere, non recogitans illud quod dicit apostolus : quia *fides sine operibus otiosa est* (Jacob II, 26).

Et nescis quia tu es miser et miserabilis, et pauper, et cæcus, et nudus. Miserum eum dicimus, qui cum paupertate et nuditate etiam aliqua infirmitate premitur. Similiter et iste miser et miserabilis ideo dicitur, quod pauper erat virtutibus, * mente cæcus, operibus bonis nudus.

(Vers. 18.) *Suadeo tibi emere a me aurum probatum, ignitum.* Per aurum sapientia intelligitur, sicut scriptum est : *Thesaurus desiderabilis requiescit in ore sapientis* (Prov. xxi, 20). Quod probatum dicitur, quia probatos et perfectos reddit omnes, quos possidet. Ignitum vero ideo dicitur, quia eorum mentes in quibus habitat, in amorem Dei atque proximi accendit. Et quia vera sapientia ex divinis scripturis accrescit, Psalmista manifestat, cum dicit : *Eloquia Domini eloquia casta, argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum septuplum* (Psal. xi, 7). Eloquia Domini eloquia casta sunt; quia castas mentes a vitiis reddunt. Sed cum nihil purgari possit, nisi quod sordidum est, quærendum nobis est, quomodo eloquia Domini purgari dicantur, in quibus nihil sordidum esse potest. Eloquia ergo Domini sicut argen-

tum igne examinata esse dicuntur; quia mentes^d fidelium aliquando igne pœnitentiæ, aliquando igne charitatis ab omnibus sordibus vitiorum examinant. Quod autem ait : *Probatum terræ*, in Hebræo habet : *Separatum a terra*. Quod etiam septuplum purgatum dicitur, propter septem purgationes quas divina Scriptura in se continet, septem videlicet virtutes, quibus omnia vitia purgantur : quemadmodum gulæ vitium purgatur per ab-tinentiam, superbia per humilitatem, libido per pudicitiam; odium, avaritia, invidia, et multa alia, per charitatem. Similiter et cætera vitia habent hostes suos, a quibus aut vincuntur, aut vincunt. Et quia superius Dominus dicit, ut aurum, id est, sapientia, a se ematur; quærendum nobis est, quo pretio sapientia ematur, cum Job dicat : *Non dabitur aurum obrizum pro ea* (Job. xxviii, 15); nec aliud quid, quod inter homines pretiosius habetur. Sed quo pretio ematur, ipse beatus Job manifestat, cum dicit : *Timor Domini ipsa est sapientia, et recedere a malo intelligentia* (Ibid., 28). Non quod ille, qui timet, perfectus sit in sapientia, cum apostolus dicat : *Qui autem timet, non est perfectus in charitate* (I Joan. iv, 18) : sed quod sapientiam jam possidere incipit, qui pro ea pretium dare inchoat. Pretium autem ejus est timor Domini, abrenuntiatio vitiorum, pœnitentia, lacrymæ, opera misericordiæ. Et ideo non inconvenienter sequitur : *Ut locuples fias.* Quia sine hoc pretio ad locupletationem virtutum, quod est sapientia, nemo pervenire potest. *Et vestimentis albis induaris.* Vestimenta alba sunt opera bona. *Et non appareat confusio nuditatis tuæ.* Confusio nuditatis illa est, de qua dicit Psalmista : *Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, et in peccatis peperit me mater mea* (Psal. l, 7). Hanc autem confusionem nuditatis bonis operibus operire debemus; nam quamvis iste episcopus fidem haberet, nudus tamen dicitur; eo quod ab operibus fidei vacaret. *Et collyrio unge oculos tuos, ut videas.* Per collyrium, quod caliginem ab oculis detergit, lacrymasque educit, pœnitentia atque compunctio cordis potest intelligi; ipsa est namque quæ ab oculis mentis caliginem cæcitatatis detergit, atque ad videndum quæ sit retributio justorum et pœna peccatorum acuit.

(Vers. 19.) *Ego quos amo, arguo et castigo.* Sicut dicit Scriptura : *Quem enim diligit, Dominus corripit : flagellat autem omnem filium, quem recipit* (Hebr. xii, 6).

(Vers. 20.) *Æmulare ergo, et pœnitentiam age* : id est, æmulare bonos, et pœnitentiam age; eo quod a bonis operibus usque modo torpueris. *Ecce sto ad ostium, et pulso : si quis audierit vocem meam, et aperuerit januam, intrabo ad illum, et cœnabo cum illo, et ipse mecum.* Pulsat Dominus ad ostium nostram, cum per scripturam divinam quotidie nos admonet, ut vitia relinquentes, ad bona opera agenda convertamur. Vocem ejus audimus, et januam aperimus;

^a Edit. *in me fructum purgabit eum*, sed hiatum hunc mss. omnes suppleverunt.

^b Codex Gem. *persecutionis excrevit.* Non satis recto.

^c Desiderabatur in edit. *mente cæcus.*

^d Edit. *Fidelium aliquando igne charitatis ab omnibus sordibus examinant*: mss. vero nobiscum faciunt.

cum mandata 512 ejus tota mentis intentione suscipimus. ^a Ad nos vero ipse intrat, cum charitatem suam in cordibus nostris plantat. Coenat vero nobiscum, cum de nostris profectibus gaudet. Coenamur nos cum illo, cum de spe caelestis gloriae exultamus.

(Vers. 21.) *Qui vicerit, dabo ei potestatem sedere mecum in throno meo; sicut et ego vici, et sedi cum Patre meo in throno ejus.* Vicit Christus diabolum, vincunt et sancti ejus: sed Christus per semetipsum, sancti vero ejus non per semetipsos, sed per ipsum. Dedit Pater Filio potestatem secundum quod homo est; ut sedeat in throno ejus: dedit et Filius potestatem sanctis suis, ut sedeant et ipsi in throno ejus. Sed Christus ad dexteram Patris sedet, sicut dicit Psalmista: *Dixit Dominus Domino meo, sede a dextris meis (Psal. cix, 1)*; quia aequalis est Patri: sancti autem non ad dexteram Filii sedere dicuntur, sed in sedibus suis, sicut dixit Dominus in Evangelio: *Sedebitis et vos super sedes duodecim, judicantes duodecim tribus Israel (Matth. xix, 28)*. Ipsi enim non naturaliter ut Christus, sed per adoptionem sunt filii; ideo diversas sedes sortiuntur secundum meritum diversitatem. Praestet hoc nobis, de quo loquimur; ut in earum sedium distributione nos miseri partem habere mereamur, Jesus Christus Dominus noster, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat in saecula saeculorum, amen.

DE VISIONE SECUNDA.

Ratio ^b deposcit ut post septem epistolas, quas ad septem Ecclesias, quae unam catholicam designant, Joannes direxit, in quibus fideles instituuntur, qualiter ad virtutum celsitudinem conscendere debeant, ejusdem Ecclesiae status atque sublimitas manifestius describatur.

CAPUT IV. — (Vers. 1.) *Post haec vidi ostium apertum in caelo.* Per ostium, Christus intelligitur, qui dicit: *Ego sum ostium: per me si quis introierit, salvabitur (Joan. x, 9)*. Quod ostium apertum esse dicitur; quia omnibus ad se venire desiderantibus, quamvis multis sceleribus deprimantur, ostium misericordiae suae aperire non dedignatur, sicut ipse dicit in Evangelio: *Venite ad me, omnes qui laboratis et onerati estis; et ego reficiam vos (Matth. xi, 28)*. Per caelum autem Ecclesia designatur. Sed si omnis qui per ostium in ovile ovium, id est, in sanctam Ecclesiam introierit, salvabitur: reprobi, quorum innumerabiles intra sanctam Ecclesiam continentur, quo aditu introierunt? De hoc Dominum interrogeamus; ait enim: *Qui non intrat per ostium in ovile ovium, sed ascendit aliunde; ille fur est et latro (Joan. x, 1)*. Quicumque ergo hoc quod in baptismo promiserunt, observare nolunt, non per ostium in ovile ovium, sed aliunde ascenderunt. *Et vox prima, quam audivi, tamquam tubae loquentis mecum,*

^a Ita mss.; edit. autem: *Ad nos vero intrat, cum nostris profectibus gaudet.*

^b Ratio devocit..... manifestius describatur, edit.

A dicens. Vocem primam vetus Testamentum accipere possumus: sed melius mihi videtur, ut per vocem primam Joannem Baptistam intelligamus, de quo scriptum est: *Et tu, puer, propheta Altissimi vocaberis; praebis enim ante Dominum parare vias ejus ad dandam scientiam salutis plebi ejus in remissionem peccatorum eorum (Luc. i, 76)*. Sed et ipse Joannes se vocem vocat, dicens: *Ego vox clamantis in deserto, dirigite viam Domini, sicut dixit Esaias propheta (Joan. i, 23, ex Esa. xl, 3)*. Et quia praedicatio ejus circumquaque percrebuit, vox praedicationis ejus tubae similis dicitur. Sed quid vox ista dicat, audiamus: *Ascende huc, et ostendam tibi quae oportet fieri posthaec*; id est, terrena desere, et ad caelestia animum erige. Aliter: Joannes evangelista personam eorum in hoc loco gerit, qui per Joannem Baptistam in Christum crediderunt, et multi eo tempore existerunt, qui Joannem Christum aestimabant: Joannes vero sursum auditores suos mentes erigere suadebat, cum se non Christum esse dicebat, sed alterum qui post se venturus erat, dicens: *Non sum ego Christus: venit vero fortior me post me, cujus non sum dignus ut solvam corrigiam calcamenti. Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto et igne (Joan. i, 27)*; et iterum: *Illum oportet crescere, me autem minui (Joan. iii, 30)*. Sed et discipulos suos conscendere sursum monebat, cum se deserendum, et Christum esse sequendum manifesta ratione perdocebat. Deinde sequitur: *Et ostendam tibi, quae oportet fieri post haec*; ac si diceret: *Si sursum cor erexeris, id est, si Christum fide secutus fueris, ea quae doceo, et quae ventura sunt, etiam ipso docente, facile cognoscere poteris.*

(Vers. 2.) *Et statim fui in spiritu*; id est, cum in Christum credere coepi, ex carnali spiritalis effectus sum. *Et ecce sedes posita erat in caelo, et supra sedens.* Per caelum, ut supra diximus, Ecclesia designatur: sedes vero posita in caelo, corda sanctorum in Ecclesia commorantium designat. Qui vero supra sedem visus est sedere, Deus est, qui in cordibus sanctorum suorum inhabitat atque sedet, sicut Apostolus dicit: *Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos (I Cor. iii, 17)*.

(Vers. 3.) *Et qui sedebat, similis erat aspectui lapidis jaspidis, et sardii.* Jaspis viridis coloris est, sardius autem rubei: per viriditatem ergo jaspidis divinitas nostri Salvatoris: per ruborem sardii ejus humanitas designatur. Salvator igitur noster et viriditatem jaspidis in se continet; quia secundum divinitatem per omnia aequalis est Patri: et ruborem sardii; quia secundum humanitatem homo perfectus existit, sicut scriptum est: *Perfectus Deus, perfectus homo, ex anima rationali et humana carne subsistens (Symbol. sub. Athanasii nomine)*.

Et iris erat in circuitu sedis, similis visioni smaragdinae. In Genesi legimus, quia dixit Deus ad Noc:

Rom. e medio tulerat.

^c Eadem Rom. edit. *Ascende huc, id est, terrena desere.*

Arcus namque ponatur in modibus caeli, et recordaberis sudoris mei sempiterni, quod pactum est inter Deum et omnem animam viventem (Gen. ix, 13). Per arcum igitur, qui in signum clementiae Dei hominibus in terra consistentibus apparet, misericordia Dei non inconvenienter accipitur. Iris ergo, id est arcus, sedem Dei, id est, Ecclesiam circumdabat; quia ejus misericordia nos circumdando, protegit et gubernat, et atque ab invisibilibus hostibus defendit: In ipso enim, sicut dicit apostolus, vivimus, movemur et sumus (Act. xvii, 28). Qui arcus similitudinem smaragdi habuisse dicitur est, qui nimis atque gratissimae viriditatis est: jaspis vero, de quo superius diximus, viridis coloris 513 est, sicut smaragdus. Sed ejus viriditas obtusa est: viriditas vero smaragdi perspicua est, cujus pulchritudo oculos intuentium ad se mirandam pertrahit. Per viriditatem ergo jaspidis, sicut diximus, divinitas nostrae Salvatoris accipitur; quam obscura, et quibusdam nebulis obiecta est; quia divinitatem Redemptoris nostri nulla mens, sicut est, comprehendere potest: et quanto altius se mens ad persecutandum erexerit, tanto amplius caligo ei obijctur. Per viriditatem vero smaragdi, quae perspicua est, misericordia Domini recte designatur; misericordia namque Domini tam perspicua est, ut nullus homo sanam mentem possidens, haec ignorare valeat. Quis enim immensam misericordiam Dei, quam erga humanum genus exhibet, et exhibet quotidie, ignorare potest; quamvis verbis perfecte explicari non possit? Sed et hoc quod viriditas hujus lapidis hebetatos oculos, si inspicitur, ad videndum acuit, potest misericordiae Dei convenire: quando enim in peccatis jacemus, et scelera nostra nos deprimunt, hebetatos oculos mentis habemus. Cum vero consideramus misericordiam Dei, qualiter meretrices et latrones, omniumque scelerum generibus depressos, etiam et persecutores suos per poenitentiam ad salutem reduxit, ad spem veniae reformamur. Et quia jam in perditionis fovea detinebamur, misericordiam Domini intuentes, atque de ea praesentes, ad eum quem offenderamus, confugimus, ut ejus misericordia a morte perpetua liberemur. Quam misericordiam Dei Psalmista intuens, nec eam verbis explicare valens, ipsam Deum misericordiam suam vocavit, dicens: Deus meus misericordia mea (Psal. cxliii, 1, 2).

(Vers. 4.) *Et in circuitu sedis sedilia vigintiquatuor, et supra thronos vigintiquatuor seniores sedentes, circumamicti vestimento albis, et in capitibus eorum coronae aureae. Vigintiquatuor seniores in hoc libro aliquando Patres veteris Testamenti, aliquando novi, aliquando simul utrosque significant; sed in hoc loco Patres veteris Testamenti designant, qui vigintiquatuor sedilibus sedisse dicuntur; quando enim sedemus, a labore quiescimus. Per sedilia igitur vigintiquatuor libri veteris Testamenti designantur. Super*

vigintiquatuor igitur thronos, vigintiquatuor seniores sedisse visi sunt; quia Patres veteris Testamenti a laboribus et curis hujus saeculi, in lectione et meditatione divinarum librorum quodammodo quiescebant. Sed quaerendum nobis est, cum sedes Ecclesiam significet, cur in circuitu sedis haec sedilia disposita esse dicantur. Nimirum quia quisquis patrifamilias donum suorum tutam a latronibus et inimicis esse desiderat, hanc aut muro, aut sopo, aut pariete circumdat. Similiter Ecclesia et contra haereticos et contra paganos, qui fidem Christi in ea defecere volunt, veteris Testamenti libris munitor; quia quando ea quae colit, longe ante adventum Christi fuisse praedicta probat, jacula inimicorum fidem Christi evertere cupientium, longe a se repellit. Qui senes circumamicti vestimento albis fuisse dicuntur, et in capitibus eorum coronae aureae: per alba vestimenta vitae puritas, per coronas autem aureas opera bona designantur.

(Vers. 5.) *Et de throno (id est, de Ecclesia) procedunt fulgura, et voces, et tonitrua. Per fulgura irracula, quae per sanctos eius operator Deus: per voces praedicationis; per tonitrua vero terror gehennae ignis designatur; quia sancti praedicatorum eos, quos amore caelestis patriae a vitiis revocare nequeunt, eis tormenta aeterna, quae impiis praeparata sunt, opponunt; ut quos blanditiis nequeunt, saltem terroribus a vitiis compescant. Et septem lampades ardeutes ante thronum. Quid sint septem lampades, ipse exponit, cum dicit: Quae sunt septem spiritus Dei. Per septem spiritus Dei septem dona Spiritus sancti debemus intelligere, quae in Dominum quiescisse propheta Esaias manifestat dicens: Et requiescet super eum spiritus Domini, spiritus sapientiae et intellectus, spiritus consilii et fortitudinis, spiritus scientiae et pietatis: et replebit eum spiritus timoris Domini (Esai. xi, 2). Haec igitur septem lampades, id est, septem dona Spiritus sancti, ante sedem, id est, ante conspectum Ecclesiae suae ardere dicuntur; quia sine lumine harum virtutum in nocte hujus saeculi positi, per vitae vias ad caelestem patriam gradi non possumus. Quod autem Christum haec septem dona a Spiritu sancto accepisse dicit, ad humanitatis ejus mysterium pertinet; nam secundum divinitatem in nullo augeri potuit, sine quo nihil esse potuit.*

Verum quaeri potest, cur propheta cum haec septem dona in Christum descensura esse diceret, a majoribus cepit, et descendendo ad minora pervenit. Sed non abs re esse factum videbitur, si diligenter inspicatur. Nam quia Dominus noster Jesus Christus de illa caelesti beatitudine, in qua aequalis erat per omnia Patri, ad terras descendere, et homo fieri dignatus est, et ab angelis minorari voluit, quos ipse creaverat; non inconvenienter haec septem dona descendendo accepit; quia voluntatem Patris descendendo et humiliando se usque ad mortem adtra-

^a Ita mss.; edit. vero, atque a visibilibus et invisibilibus hostibus.

^b Fragmentum cod. S. Audoeni: Beatus Joannes

apostolus et evangelista in Apocalypsi vidit septem lampades, etc.

plevit, sicut dicit Apostolus: *Humiliavit semet ipsum usque ad mortem, mortem autem crucis (Phil. ii, 8)*. Nos autem qui ab ipsa perditionis fovea ad caelestia sublevamur, a minoribus incipimus, ut ad majora crescendo perveniamus.

Quomodo autem hæc septem dona super Christum descendunt, prout Dominus dederit, breviter dicamus. Spiritus sapientiæ super hominem Christum requievit, quando Filius Dei secundum divinitatem, qui sapientia Patris dicitur, in eum descendit.

Spiritus intelligentiæ in eum requievit, quando omnibus virtutibus est ditatus, sicut in Evangelio scriptum est: *Jesus proficiebat sapientia, et ætate, et gratia coram Deo et hominibus (Luc. ii, 52)*.

Post intellectum consilium sequitur. Consilium a consuetudo dicitur; nam si aliquod periculum nobis imminet, consilium a sapiente perquirimus, qualiter periculum evadamus. Similiter et eum ad aliquam dignitatem sæculi conscendere cupimus, consilium querimus qualiter ad id quod desideramus, pervenire valeamus. Christus igitur est consiliator noster, qui consilium dat qualiter pericula æterna evadamus; et consilium quod dat, ipse perficit, cum a periculis æternis nos liberat. Similiter et consilium dat qualiter ad hæreditatem paradisi pervenire possimus, et ad ipsa gaudia ipse nos perducit. Spiritus itaque **514** consilii in homine Christo descendit, dum a Spiritu sancto percepti doctrinam Evangelii, in qua consilium consistit omnium hominum salvari cupientium.

Spiritus etiam fortitudinis super Christum requievit, quando ad debellandum hostem antiquum fortis inter homines apparuit. De hac sua fortitudine ipse dixit in Evangelio: *Dum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea, quæ possidet; et ætatem fortior illo superveniens visceris eum, universa arma ejus auferet, in quibus confidebat, et spolia ejus distribuet (Luc. xi, 21)*.

Post fortitudinem sequitur scientia. Apud homines multæ scientiæ sunt; sunt namque diversarum artium diversæ scientiæ. Est scientia in litteris, est in mundanis legibus, est in augendis rebus temporalibus, est etiam scientia in præcavendis periculis; sunt etiam multi, qui per subtilitatem sensus quedam futura prævident. Sed hæc scientiæ aliquando boni, aliquando mali possident; scientiam vero quæ in Christum descendit, nullus nisi bonus habere potest. Quæ tanta fuit, quantum nulla mens comprehendere potuit: *In ipso enim sunt omnes thesauri sapientiæ et scientiæ absconditi (Coloss., ii, 3)*. Videtur itaque mihi per spiritum scientiæ aliquod factum ejus non debere intelligere; prævidens namque Salvator noster, ut accessum hominum peccatorum devitaret, multos acceleratos in desperationis foveam esse decidendos, peccatoribus per societatem corporis se conformari voluit, manducans videlicet et bibens cum eis, tactus etiam meretricum non respiciens: qui etiam et latroni in initio confessionis ejus paradysum reppromisit (*Luc. xxiii, 43*), ut omnibus peccatoribus sal-

A vari cupientibus spem venturæ tribueret. Pharisei vero spiritum scientiæ non habentes, reprehendebant eum; eo quod cum publicanis et peccatoribus manducaret. Sed ipse spiritum scientiæ possidens, dixit eis: *Non est opus sanis medicus, sed male habentibus: non vent vocare justos, sed peccatores ad penitentiam (Matth. ix, 12 et seq.)*.

De spiritu vero pietatis non est necesse nobis quidquam dicere. Quid enim tam pium, quam ille qui peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus (*I Petr. ii, 22*); et cum posset a morte potestate sua liberari, se pro salute generis humani et teneri, et ligari, et conspui, et alapis cædi, et flagellari, et crucifigi permisit?

B Spiritus vero timoris Domini, qui ultimus ponitur, ad passionem pertinet; non quod timore coactus sit, ut pro salute generis humani moreretur: sed timorem pro obedientia accipere debemus, de qua ipse dicit: *Non veni facere voluntatem meam, sed voluntatem ejus, qui misit me, Patris (Joan. vi, 38)*. Nam et filium, qui patri carnali est per omnia obediens, patrem timere dicimus, cum illa obedientia non sit timoris, sed amoris. De quo timore Psalmista dicit: *Timor Domini sanctus permanens in sæculum sæculi (Psal. cxviii, 10)*; non autem timor, sed charitas Dei in sæculum sæculi permanebit.

Nunc qualiter hæc septem dona Spiritus sancti unicuique fidelium convenient, breviter dicendum est. Et quia nos, qui per primæ prævaricationis culpam in perditionis laqueo jacebamus, misericordia Dei ad superna reducimur ab inferioribus, id est, a timore Dei incipimus, ut ad superiora, id est, ad sapientiam proficiendo crescamus. Et quibus gradibus Christus humiliando se ad nos descendit, salutemque nostram moriendo perficit, eisdem gradibus et nos ad eum conscendere debemus; faciendū videlicet præcepta ejus, quæ in donis septem Spiritus sancti continentur. Spiritus igitur timoris Domini super unumquemque peccatorem requiescit, cum considerans peccata sua, justumque judicium Dei pertimescens, poenæque ignis æterni, quæ impiis preparata sunt, ad penitentiam lacrymasque convertitur, et amarissima flere incipit, quod delectabiliter ges-
sit.

D Spiritus vero pietatis super quemlibet peccatorum requiescit, dum audiens scripturam dicentem: *Sicut aqua exstinguit ignem, ita elemosyna exstinguit peccatum (Eccle. vii, 33)*; et Dominum dicentem: *Date elemosynam, et ecce omnia munda sunt vobis (Luc. xi, 41)*, alere egentes, vestire nudos, et cætera pietatis opera incipit exercere; ut Deum alios miserando propitium sibi faciat, quem peccando offenderat. Unde et Daniel propheta regem impiissimum, ut peccata sua elemosynis redimeret, et misericordiis pauperum, admonere studuit.

A pietate ad scientiæ spiritum ascenditur; nam quævis videatur aliquis scientiam possidere, stultus est, si male vivit. Quid enim stultius, quam timorem

Dei a mente abjicere, a vitis deservire, rapidoque A cursu ad interitum properare? Si igitur stultitia est vitis deservire, et scientia optima est vitia deserere, atque ad Deum tota mente converti; quicumque per timoris spiritum peccata sua plangere incipit, et per pietatis spiritum misericors erga indigentes esse studet, ut Deum alios miserando, misericordem sibi faciat, necesse est ut per donum sancti Spiritus scientiæ spiritum possideat. Quicumque enim converti ad Deum desiderat, necesse est ^b ut vitia derelinquat: et quicumque vitia deserere cupit, necesse est ut per doctrinam divinarum Scripturarum, sive per prædicationem sanctorum virorum, discat quæ sint genera vitiorum, qualiter homines illaqueent, et quibus modis exstingui possint; quæ sint etiam deceptiones dæmonum, et qualiter contra eos pugnan-

dum sit: hoc est igitur scientiæ spiritum possidere. Et quia Salomon dicit quia *qui addit scientiam, addit et laborem* (Eccl. 1, 18); a scientia ad fortitudinis spiritum conscenditur. Nam sicut quilibet præliator non contra eum, quem in vinculis tenet, pugnat, sed potius contra eum, qui resistere ei vult: ita et diabolus non contra eum, quem vinculis peccatorum constrictum tenet dimicat; sed potius contra eum, qui peccare desistit, et ad Deum tota mente revertitur. Quicumque ergo per pœnitentiam, pietatisque opera a diaboli vinculis absolvi meretur, atque contra eum per scientiæ spiritum bellum cupit instruere; necesse habet ut a Spiritu sancto fortitudinis donum accipiat: quo instructus, et interiores hostes, id est, vitia funditus possit exstinguere, et exteriores, videlicet homines, per patientiam superare, omniaque jacula dæmonum scuto fidei a se repellere.

A fortitudine ad consilium conscenditur: consilium autem salutis nostræ in præceptis consistit evangelicis. Quisquis igitur vitia in se exstinguere per fortitudinis spiritum potuit, necesse est ^c ut ad mandata **518** Evangelii perscrutanda, atque in corde suo recondenda transeat; ubi consilium reperiet, qualiter ad perfectionis culmen conscendere valeat.

Et quia mandata Evangelii sine virtutibus custodiri non possunt, a spiritu consilii ad intellectum conscenditur, in quo perfectio virtutum tota consistit. Intellectus vero donum a Spiritu sancto fideles accipiunt, cum omnibus virtutibus ditari merentur; ille enim verum intellectum possidet, qui fide illuminatur, qui pudicitia mundatur, patientia decoratur, qui humilitate munitur, qui charitate refulget, cæterisque virtutibus consummatur.

Et quia ^d per operationem virtutum ad culmen perfectionis conscenditur, sapientia intellectui præponitur, in qua tota perfectio consistit. De hac perfectione Dominus dicit in Evangelio: *Si vis perfectus*

esse, vade, vende omnia quæ habes, et da pauperibus, et habebis thesaurum in cælo; et veni, sequere me (Matth. xix, 21). Sunt namque multi, qui ad perfectionis culmen subito conscendere conantur: sed quia per gradus virtutum non conscendunt, facile corruunt. Quid enim prodest substantiam relinquere, si iram, odium, ebrietatem, invidiam, superbiam, vanam gloriam, cæteraque vitia, quæ occidunt animam, a mente sua non abjiciat? Non enim prodest arborem conscendere, ut leonem evadat; si serpentem in sinu gestet, cujus veneno pereat. Nec dicit Dominus illum perfectum esse, qui substantiam tantummodo dimiserit; sed eum qui et substantiam dimiserit, et ipsum secutus fuerit. Sequimur autem illum, quando imitamur. Ad hoc igitur perfectionis **B** culmen ille competenti gradu conscendit, qui prius vitis abrenuntiatis, per actualem vitam ^e quæ virtutibus perficitur, ad contemplativam conscendit, in qua soli Christo conjungitur, qui est sapientia Patris, Filiusque Dei, et civis Hierusalem cœlestis efficitur.

Nunc qualiter descensionis Christi per gradus septem donorum Spiritus sancti ascensio fidelium conveniat; breviter demonstramus. Ultimus descensionis Christi gradus est timor Dei, per quem passionem et mortem ejus diximus fuisse designatam, et primus ascensionis ad Deum convertentium. Congruit autem mors Domini iis, qui per spiritum timoris Domini peccata sua desunt; quia in morte Domini remissio consistit omnium peccatorum: nec perfecta remissio peccatorum esse posset, si ille pro nobis mortuus non fuisset.

Sextus descensionis Christi gradus est pietas, et secundus ascensionis pœnitentiam. Congruit autem pietas fidelium cum pietate Domini; quia ille iis qui secundum animam erant miseri, misericordiam suam impendit, ab æterna morte sua morte eos liberans, ^f et isti iis qui secundum corpus sunt miseri, misericordiam impendant, largiendo eis corporum necessaria, quibus in iudicio ipse dicturus est: *Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis* (Matth. 1, 25).

Quintus descensionis Christi gradus est scientia, et tertius ascensionis fidelium. Convenit autem spiritus scientiæ qui fidelibus datur, cum spiritu scientiæ, qui homini Christo oblatus est; quia ille ut peccatores salvos faceret, semetipsum illis conformare non est dedignatus: et isti ut peccata evadant, ad eum per spiritum scientiæ confugiunt, qui potestatem habet dimittendi peccata.

Quartus descensionis Christi gradus est fortitudo, et quartus similiter ascensionis fidelium. Congruit autem fortitudo fidelium fortitudini Christi; quia ea fortitudine isti vincunt diabolum, qua et Christus vicit, fortitudine videlicet Christi, non sua; sicut

^a Edit., vitis deservire? Scientia vero maxima est, etc.: mss. ut in contextu.

^b Ut vitia derelinquat.... necesse est, ex fide mss. omnium reposuimus.

^c Fragmentum cod. Aud., ut ad mandata Legis vel Evangelii.

^d Gill., per orationem virtutum; Rom., per orationum virtutem; mss. vero nobis congruunt.

^e Fragmentum Aud., quæ virtutibus proficit.... Hierusalem cœlestis perficitur.

^f Edit., et isti qui secundum corpus sunt, misericordiam; mss. ut nos in corpore.

ipse dicit : *Sine me nihil potestis facere* (Joan. xv. 5). A

Tertius descensionis Christi gradus est spiritus consilii, et quintus ascensionis fidelium. Coniungitur autem consilium fidelium consilio Christi, cum ad præcepta Evangelii servanda se transferunt, in quibus perfectum consilium consistit omnium sanctorum.

Secundus descensionis Christi gradus est intellectus, et sextus ascensionis fidelium. Congruit autem intellectus fidelium intellectui Christi, cum easdem virtutes quas ipse a Spiritu suo percepit, easdem et sancti ejus ab ipso percipere merentur.

Primus descensionis Christi gradus est sapientia, et septimus ascensionis fidelium; quia Christus est sapientia Patris, et ab ipso omnis sapientia oritur. Sancti igitur qui per operationem virtutum Domino B copulantur, ab ipso sapientiam, in qua totius bonitatis summa consistit, percipiunt (*Prov. III, 13*). Quibus ipse per Salomonem loquitur, dicens: Si quis diligit sapientiam, ad me declinet, et eam inveniet: et eam cum invenerit, beatus est, si tenuerit eam.

(Vers. 6.) Sequitur: *Et in conspectu sedis tamquam mare vitreum, simile crystallo*. In templo Salomonis mare æneum fuisse legimus, in quo lavabantur sacerdotes, antequam accederent ad altare, ad hostias offerendas (*II Par. IV, 6*): æris vero splendor quadam nigredine cito obnubilatur. Per mare itaque æneum lex Moysi designatur, quæ fulgorem spiritualis intelligentiæ litteræ nigredine obscurat. Et sicut æs si lima teratur, splendor ejus aperitur; ita C et spiritualis intelligentia, quæ litteræ superficie obscuratur in Lege, si a fidelibus viris diligenter discutitur, per gratiam Dei manifestatur. In hoc igitur mari sacerdotes lavabantur; quia per sacrificia et per quasdam observationes legales, quædam peccata veteris populi debebantur. Per mare ergo vitreum atque crystallum non inconvenienter novum Testamentum intelligitur. In hoc autem mari tria invenimus, mare, vitrum, atque crystallum: per mare igitur historia, per vitrum moralis intelligentia, per crystallum autem spiritualis intelligentia designatur. Per vitrum ergo, ex quo specula fiunt, non incongrue moralis intelligentia accipitur; quia sicut homo quidquid turpe in facie gerit, in speculo deprehendere potest: ita et quidquid vitiosum in animabus D hominum esse potest, moralis intelligentia patefacit. Per crystallum autem, quæ clarior est omnibus gemmis, et quæ flammam splendoris, sæpe etiam et ignem de se emittere solet, spiritualis intelligentia exprimitur, quæ obscura quæque in divinis Scripturis elucidat, mentes spiritualium sensuum flammis illuminat, quosdam etiam in amorem Dei, amoremque cælestis patriæ accendit.

Et in medio sedis et in circuitu sedis quatuor animalia plena oculis ante et retro. Hoc secundum historiam stare non potest; neque enim 516 tam parvus nu-

merus et ambitum sedis, et medietatem obtinere poterat: sed spiritaliter intelligendum est. Quatuor igitur animalia non solum quatuor evangelistas, sed et omnes doctores Ecclesiæ, qui eorum doctrinam sequuntur, designant. In circuitu vero sedis quatuor animalia stant; quia doctores Ecclesiæ populum sibi commissum et a visibilibus et ab invisibilibus hostibus quanta virtute possunt, defendunt. In medio sedis consistunt, quia unumquemque eorum ut in virtutibus omnibusque bonis operibus proficiant, admonere non desinant. Quatuor ergo hæc animalia ante et retro oculos habuisse visa sunt, quia prædicatores sancti et futura et præterita inspiciunt. Ante oculos habent, quia diem iudicii, damnationemque impiorum, gloriamque justorum dum inspiciunt, auditoribus suis quid cavere, et quid appetere debeant, ostendunt. Retro oculos habent, quia vitam præcedentium patrum dum intuentur, et ipsi in eorum imitatione proficiunt, eorumque vitam atque doctrinam auditoribus suis anteponunt; ut et ipsi in eorum ^a imitatione proficiant.

(Vers. 7.) *Et animal primum simile leoni, et secundum animal simile vitulo, et tertium animal habens faciem quasi hominis, et quartum animal simile aquilæ volanti*. Figuras quatuor animalium non omnes auctores uno modo exposuerunt; sed ab antiquioribus nobis traditum est, ut per leonem Marcum intelligeremus, per vitulum Lucam, per hominem Matthæum, per aquilam volentem Joannem; eo quod Marcus a desertis incipiat, Lucas a sacerdotio Judæorum, Matthæus ab homine, id est, a Christi generatione, Joannes vero a divinitate Christi. Quidam vero alium ordinem sequentes, per leonem Matthæum, per vitulum Marcum, per hominem Lucam, per aquilam vero Joannem designatum fuisse putant. Nam per leonem, qui rex est bestiarum, ideo Matthæum designatum fuisse dicunt, eo quod ipse Christum secundum humanam naturam ex regia stirpe descendisse narraverit (*Matth. II, 2*): ipse etiam tempore nati- vilitatis ejus stellam apparuisse dicit, quæ eum Regem cæli et terræ, angelorum, hominumque fuisse demonstravit: Magos etiam veluti Regem mundi ad adorandum eum ab Oriente perduxit: sed et regem terræ, id est, Herodem, tempore natiuitatis ejus cum omnibus ministris suis turbatum fuisse dicit; quia sicut quilibet rex qui parvæ potentiæ est, si alterum regem qui magnæ potentiæ est, contra se, ut regnum ejus invadat, venire cognoverit, contremiscit et conturbatur (*Ibid. 3*): ita et Christo in carne veniente, qui Rex futurus erat mundi, Herodes turbatus est, et omnis Hierosolyma cum illo; nam et munera quæ Magos Christo obtulisse narrat, eum Regem, Deum, et Dominum esse omnium creaturarum demonstrant. Marcum vero propter simplicitatem eloquii per vitulum signatum fuisse dicunt: Lucam per hominem, eo quod ipse generationem Christi secundum humanitatem plenius quam cæteri prosecutus est; nam-

^a Codex Gem., *imitatione atque doctrina proficiant*.

que ab ipso a qualiter ab angelo annuntiatus sit; didicimus; qualiter natus, qualiter sit in præsepio positus; qualiter circumcisus, qualiter in templo presentatus, qualiter usque ad maturam ætatem crescendo pervenerit. Quænam per aquilam designatum fulsus nullus est; qui negat:

(Vers. 8.) *Et quatuor animalia, singula eorum habebant alas senas, et in circuitu et litus plena sunt oculis.* Per senarium numerum qui perfectus est; perfectio sanctorum designatur, ad quam nullus nisi per doctrinam Evangelii valet assurgere: *Lex enim naturam ad perfectam adducit* (Hebr. vii, 19). Senas vero alas quatuor animalium si simul junxeris, vigintiquatuor invenies. Videntur ergo nihil eandem significationem habere; quam et vigintiquatuor sedilia, quæ vigintiquatuor libros veteris Testamenti significasse dicitur: Sedilia autem eorum semper terræ hæreant, eos qui in eis requiescunt; ad terram aliquantulum incurrant: alæ vero eis quibus innexæ sunt, ad excelsa sublevent. Libri igitur veteris Testamenti antiquis patribus sedilia fuerant; quæ eos secundum litteram intelligentes, nequaquam ad eorum intelligentiam spiritalem se erigere perfecte potuerunt: sed hæc sedilia patribus novi Testamenti spiritualiter intelligentes, per eorum doctrinam ad celestia quoties subleventur.

Vernam quia hic numerus, id est, viginti quatuor, in hoc libro sæpe invenitur; placuit ut de sacramentis hujus numeri pauca dicimus. Partes namque hujus numeri sunt, unus, duo, tres, quatuor, sex, octo, duodecim. Unus qui in capite ponitur, unum Deum significat: duo vero qui sequuntur, duo testamenta indicant: tres ad Trinitatem pertinent: post tres non inconvenienter quatuor sequuntur, quia per doctrinam quatuor Evangeliorum hæc nobis sanctæ Trinitatis manifestata est: post quatuor vero sex, qui perfectus est numerus, sequuntur; quia sine doctrina Evangelii nullus ad perfectionis culmen conscendere potest; quia *Lex*, sicut dicit Apostolus, *nullam ad perfectionem adducit* (Ibid.): post sex octo sequuntur, quia octo sunt virtutes, quæ dimicant contra vitia, sine quarum operatione nullus ad fastigium perfectionis valet conscendere: post octo sequuntur duodecim; hæc per doctrinam apostolorum ad fidem pervenimus, quæ mater est omnium virtutum.

Quatuor ergo animalia in effigie et situs plena esse oculis dicuntur. Per circuitum totum corpus intelligere debemus; nam Ezechiel cum de his animalibus loqueretur, dicit totum corpus eorum plenum fuisse oculis (Ezech. ij). Sancti igitur retro oculos habent; quando attentè contemplationem Domini facientis: *Nemo vultus suum suam in terram, et respiciens retro, apertis est regno Dei* (Lucæ ix, 62); idem virtute laborant, sic in his quæ de aliquando egisse meminerunt, celebrantur: quatuor et

A ante mentis oculos ad humilitatis suæ custodiam ponere non desistunt. Antè se oculos habent, quando attentè vocem Domini dicuntis: *Benedixit ille servus, quem vultu venerit Dominus; invenit viginti et octo (Matth. xlv, 46)*; bonæ quæcumque possunt, operari non desunt; ut tempore motus sui, Dominus veniente, parati inveniantur. A sinistris oculos habent, cum vicia tentamenta demonum oculo fidei a sinistris suis respiciunt: a dextris oculos habent, cum sollicitè cavent, ne pro bonis operibus existant. Sive a dextris et a sinistris oculos habent, tunc eos nec prospera erigere, nec adversa possunt infirmare: Inferius 517 oculos habent; cum desideria carnalia extinguendo valeant: superius oculos habent, cum ad celestem patriam toto mentis desiderio anhelant: B situs oculos habent, cum corda sua a sollicitis cogitationibus custodiant.

Et requiem non habebunt die illi nocte interita: Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus omnipotens; qui erat, et qui est, et qui venturus est. Quia requies reproborum; vita præbens est; sequitur eos tribulatio, quæ finem non habet: justi autem in hoc sæculo tribulantur, ad requiem æternam possideant, dicente Paulus apostolo: *Per multas tribulationes oportet nos introire in regnum Dei* (Act. xiv, 22). Alter: sancti requiem non habent; quia a facibus Dei et orationibus non cessant, dicente Domino: *Oportet semper orare, et non desistere* (Luc. xvi, 1); et Paulus apostolus loquitur videns: *Sine intermissione orate, in omnibus gratias agite* (I Thes. v, 17).

C Sed querendum nobis est, quomodo sine intermissione orare possimus. Multi enim sunt, qui cum vici assidui in orationibus, in psalmis, in missarum celebrationibus, et elemosynis multis largiantur; limen superbiam insistant, avaritia astibus ardeat, pecunias quæcumque arte possunt, congregant; in tantam ut etiam ipsos pauperes, quorum misereri debuerant, quibusdam argumētis insectentur, ut ex eorum parva substantia opes suas augeant, utentes hoc se regantur facere, cum ista lex non sit Dei, sed strophæ diaboli. Sed et in monasteriis multi conveniunt, qui in vigiliis, in psalmis, in orationibus, et missarum celebrationibus sunt dediti, et tamen in sapientie et fidei infirmantur: quidam vero ebrietati et gula deserviunt: quidam etiam vitium in corde longo tempore portant: quidam in vitiis, quæ agere videntur, labores et labores hominum quaerunt: quidam in vitiis, quidam in detractionibus, aut ceteris vitiis deprimentur. Et quia præter omnem sanctitatem quam sermonibus usurpant, malignis moribus deturpantque devoti sunt.

D Ad istorum ergo cecitatem demonstrandam quendam similitudinem proponam. Homo quidam usque ad collum desixus in limo tenebatur; cuiusque visceres quendam prætereuntem, extendens manum, clamarat dicens: *Miserere mei, et extrahere me ad hoc tuto.* Cuiusque manus extendisset, ut eum extrahere

a Deerant in edit., qualiter ab angelo.... qualiter aditus; quæ in mss. non mittuntur.

rot, iste manum quam extendērat, ab lato demiserit. A
 Cumque ille qui ad extrahendū venerat, recedere
 vellet, iste iterum ut erueretur, postulabat. Cumque
 ille secundū ad eruendū manum extendērat, iste
 sicut prius manum hūc lato demiserit. Cumque tre-
 didus hūc faceret, illē iratus dixit: Cur potis et erua-
 ris, cum in tuo periculo persistere velis? Et quia in-
 teritum tuum diligis, posside quod elegisti. Similiter
 et isti Deum deprecantur assidue, ut a vitis erua-
 tur; et tamen ipsa vitia ita amplectuntur, ut ab eis
 nullo modo divelli possint. Ponamus ergo ante oculos,
 duos: unum doctum assidue orantem; pāssionem,
 missas celebrantem: et tamen quibusdam vitis
 subditum: alterum vero indoctum, bibentem,
 at tamen fideliem, Deum timentem atque amantem;
 proximum diligentem, patientem, humilem: Quis
 horum tibi videtur Apostoli sententiā servasse,
 qua dicit: *Sine intermissione orate* (Ibid.); ille qui
 assidue orat, et quibusdam vitis subijcet: an iste
 qui nescit orare, et tamen mundus est a vitis, et
 operibus bonis deditus? Omnia elapsa solus
 innocentiam atque boni operi magis exaudire
 Deum, quam illius voces, cujus vita quibusdam vitis
 sordescit. Ille igitur sine intermissione orat, qui
 congruis temporibus mente et lingua Deum depre-
 catur, et in bonis operibus assiduis est. Qui quando
 dormit, aut aliquibus operibus hominis vitas necessa-
 rias est occupatus, opera ejus resurgunt in cons-
 pectu Dei, et ipsa sunt intercessores ejus apud
 Deum, sicut ad Cornelium loquitur angelus, dicens:
Orationes tuae et eleemosynae tuae commemoratae sunt
in conspectu Dei (Act. 10, 4).

Quid autem quatuor animalia inobstanter dicunt,
 audiamus: *Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus*
omnipotens, qui erat, et qui est, et qui venturus est.
 a Ter sanctum Deum vocantes, demonstrant Patrem
 et Filium et Spiritum sanctum. Quod autem dicunt:
Dominus Deus omnipotens; a pluralitate transeuntes
 ad singularitatem, ostendunt Patrem et Filium et
 Spiritum sanctum unum esse dominionis, unius
 deitatis, unius omnipotentis. Sed quaerendum nobis
 est, si quatuor animalia non solum quatuor evange-
 listas, sed et omnes doctores Ecclesiae designant;
 cur sanctam Trinitatem inobstanter invocare dica-
 tur, cum sancti Dei aliquando in orationibus, ali-
 quando in lectione, aliquando in predicatione; aut
 diversis necessitatibus occupentur. Predicatores
 ergo sancti dum fidem sanctae Trinitatis et mente
 retinent, et ore profitentur, dum opere fidei adim-
 plent, dum eandem fidem et opera fidei quibusdam
 que possunt, predicant, dum estant in orationibus et
 in gratiarum actionibus ipsum qui est trinus et unus
 Deus, exorant et laudant, dum secundum Aposto-
 lum, sive manducant, sive bibunt, omnia in nomine
 Domini Jesu Christi faciunt, Trinitatem sanctam in-

desinenter invocant (I Cor. 1; 31). Quod autem se-
 quitur: *Qui erat, et qui est, et qui venturus est*; jam
 superius dictum est.

(Vers. 9, 10.) *Et cum darent illa animalia gloriam*
et honorem et benedictionem sedenti super thronum, vi-
venti in saecula saeculorum; procedebant viginti qua-
tuor seniores ante sedentem in throno; et adorabant vi-
ventem in saecula saeculorum. In hoc loco per quatuor
 animalia, quatuor libri Evangeliorum designantur:
 per viginti quatuor seniores, Patres novi Testamenti
 accipi possunt. Quatuor ergo animalia gloriam et ho-
 norem et benedictionem sedenti super thronum; vi-
 venti in saecula saeculorum dunt; quia doctrina
 Evangelii in universo orbe legitur et praedicatur;
 per quam gloria et honor et benedictio Patri et Fi-
 lio et Spiritui sancto datur. Ad vocem igitur quatuor
 animalium, viginti quatuor seniores ceciderunt ante
 sedentem in throno, et adoraverunt viventem in
 saecula saeculorum; quia sancti Dei per universam
 orbem constanti audientes doctrinam Evangelii,
 humiliant se in conspectu Dei, ut cum ipso vivant in
 saecula saeculorum. *Et intuebantur thronum* **510** *et
 sedentem in throno, et adoraverunt viventem in
 saecula saeculorum.* Et intuebantur thronum **510** *et
 sedentem in throno, et adoraverunt viventem in
 saecula saeculorum.* Per omnia opera bona sancti
 designata superius diximus: sancti ergo etiam vitam
 ante thronum mittunt; dum quicquid bonitatis
 Deo tribuunt; non sibi, secundum Apostoli praecip-
 tum: *Qui gloriantur, in Dominis glorietur* (II Cor. 1;
 17).

(Vers. 11.) *Quid autem dicunt, audiamus: Dignus*
es, Domine Deus noster, accipere gloriam et honorem
virtutem. Superius dixit quatuor animalia gloriam
 et honorem b et benedictionem Deo dedisse: hic au-
 tem viginti quatuor seniores dicunt gloriam et hono-
 rem et virtutem Deo accepisse, virtutem pro bene-
 dictione commutantes: Quid vero aliquis Deo dare
 potest, aut quid Deus ab aliquo accipere potest;
 cum ipse creaverit omnia; et sine quo nihil posse-
 rit, et qui dicit in Evangelio: *Sancti non possunt
 facere* (Joa. xv, 5)? Si enim sancti esse non possunt
 personae esse; quia possunt dare nisi igitur quia
 hominum talis est natura; et nisi sunt a se habere
 possunt, nisi ab ipso accipiant, qui est omnium bonus;
 dai Deus sanctis suis; o unde ipsi cum relictur.
 Regnum namque eorum Deus promissit sanctis
 suis, ut tamen et pretium bonorum operum pro eo
 dederint: et quia etiam hoc pretium non habent, nisi
 ab ipso accipiant; ipse dai pretium, unde et ipse
 omnia vitam aeternam. Sunt itaque sancti gloriam
 Deo quando quicquid boni faciunt; et reddere faciunt
 a ut glorietur Deus per ipsos; sicut ipse dicit in
 Evangelio: *Vident vestra bona opera, et glorificant
 Patrem vestrum, qui in caelis est* (Matth. v, 16). Nam
 et Joannes Petrum dicit morte sua Deum clarificasse
 (Joa. xxi, 19). Dai honorem, quando in omnibus
 quae agunt, honorem Dei quaerunt, non suum. Supe-

a Edit. Ter spiritum Domini vocant; uno: Ter
 sanctum Deum vocantes
 b Ita miss.; edit. vers. et benedictionem a Deo acce-
 pisse, hic virtutem pro benedictione commutavit.

a Edit. unde ipse eos remuneret: Miss. unde ipse
 cum remuneret.
 d Sic omnes Miss.; edit. vero, ut glorificent Deum
 Patrem, sicut Pater Dei dicitur: Et vident, etc.

rius benedictio tertio loco ponitur, hic autem virtus: et quia sancti, dum magna faciunt, benedicuntur ab hominibus, convenit virtus cum benedictione. Sed quantum sancti pro magnis operibus quæ faciunt, laudes hominum detestantur, liber Actuum apostolorum nobis indicat. Nam Petrus et Joannes cum claudum sanassent, et omnium oculi essent intendentes in eos, quasi sua virtute hoc fecerint, Petrus oculorum benedictiones devitans, dixit ad eos: *Viri fratres, quid nos intuemini, quasi in nostra virtute aut pietate fecerimus hunc ambulare? Deus Abraham, et Deus Isaac, et Deus Jacob suscitavit Filium suum Jesum (Act. III, 12).* Et in sequentibus: *In cujus nomine astat hic coram vobis sanus.* Similiter Paulus et Barnabas cum ægrotum in Lystris sanassent, et populi vellent eis sacrificare, sciderunt vestimenta sua, dicentes: *Viri, quid hæc facitis? et nos homines sumus, similes vobis (Act. XIV, 14).* Possumus et hoc de Christo intelligere, quem secundum humanitatem et gloriam, et honorem, et virtutem accepisse manifestum est.

^b Sequitur: *Quia tu creasti omnia, et propter voluntatem tuam erant, et creata sunt.* Si hoc eo sensu intelligendum est, quo et illud: *Qui fecit, quæ futura sunt;* omnes ergo creaturæ erant in potestate et voluntate Dei, antequam crearentur: creata vero sunt eo tempore, quo disposuit Deus. Ipse igitur qui cuncta creavit ex nihilo, creare dignetur in nobis cor mundum, qui vivit et regnat in sæcula sæculorum, amen.

DE VISIONE TERTIA.

^c Non inconvenienter post descriptam Ecclesiæ formam apertio libri ponitur, per quam apertio divinarum Scripturarum designatur; quia postquam a sanctis apostolis cæterisque prædicatoribus Ecclesia in gentibus fundata est, libri veteris ac novi Testamenti secundum apostolicam fidem a sanctis doctoribus expositi sunt.

CAPUT V. — (Vers. 1.) *Et vidi in dextera sedentis super thronum librum scriptum intus et foris, signatum sigillis septem.* De dextera et sigillis quod Dominus dederit, in sequentibus dicemus: liber vero scriptus intus et foris non solum vetus Testamentum, sed et novum significat, qui intus scriptus est secundum allegoriam, foris secundum historiam. Hic igitur liber vetus et novum Testamentum in se continet; quia spiritalis intelligentia in veteri Testamento nihil est aliud, quam novum Testamentum.

(Vers. 2.) *Et vidi Angelum fortem, prædicantem voce magna.* Angelus fortis Patres veteris Testamenti significat, qui voce magna prædicaverunt; quia Christum ad redemptionem generis humani venturum esse prædixerunt. *Quis est dignus aperire librum*

et solvere signacula ejus? Interrogatio angeli desiderium sanctorum significat; desiderabant enim sancti videre Christum in carne, et audire sermones ejus; eo quod scirent omnia mysteria veteris Testamenti ab eo esse revelanda, sicut ipse dixit discipulis suis: *Amen dico vobis, quia multi propheta et reges voluerunt videre quæ vos videtis, et non viderunt; et audire quæ auditis, et non audierunt (Luc. X, 24).*

(Vers. 3.) *Et nemo dignus inventus est neque in celo, neque in terra, neque sub terra aperire librum et solvere signacula ejus.* Nullus namque Angelus cœlum inhabitans, nullus justus in terra consistens, nullus etiam ex iis qui mortis debitum solverant, in mundo umquam apparuit, qui genus humanum de potestate diaboli redimeret, quæ redemptio apertio est veteris Testamenti.

(Vers. 4.) *Et ego flebam multum, quoniam nemo dignus inventus est aperire librum, nec videre eum.* Joannes in hoc loco personam gerit eorum, de quibus modo diximus, id est, Patrum veteris Testamenti; flebant enim sancti multum, eo quod mysteria Scripturarum sibi abscondita nullus esset qui eis manifestaret, nullusque esset qui genus humanum perditum de potestate diaboli erueret. Sed querendum nobis est, cur dicat hunc librum a nullo posse videri, cum superius dicat, quod eum in dextera sedentis super thronum viderit. Videbant namque antiqui Patres, quorum typum Joannes in hoc loco tenet, veteris Testamenti librum, et non videbant: videbant secundum litteram, et non videbant secundum spiritalem intelligentiam.

(Vers. 5.) *Et unus de senioribus dixit mihi: Ne fletis. Vicit leo de tribu Juda, radix David, aperire librum, et solvere septem signacula ejus.* Videtur mihi eandem significationem habere seniore, quam et Joannem, quam etiam angelum fortem; significat enim Patres veteris Testamenti. Angelus namque fortis interrogat quis esset dignus aperire librum: Joannes flet, eo quod nullus dignus esset aperire librum: senior vero dicit, quod per Leonem, id est, per Christum, aperiendus esset liber. Per angelum igitur fortem hi designantur, qui desiderantes adventum Christi, interrogabant quo tempore venturus esset: Joannes vero eos significat qui flebant, eo quod tanto tempore tardaret: senior autem prophetas designat, qui dixerunt quo modo et quo tempore venturus esset. Per Leonem igitur de tribu Juda Christus intelligitur, qui ex tribu Juda, et progenie David ortus est. Leo autem propter fortitudinem vocatur; quia diabolum vicit, et electos suos ab ejus potestate eripuit. Vicit ergo Leo de tribu Juda, radix David, diabolum; ut aperiret librum et septem signacula ejus; quia liber non posset aperiri, nisi prius vinceretur diabolus, quæ victoria apertio fuit veteris Testamen-

^a Edit., *virtute aut potestate fecerimus.* Et infra, *Jesum, in cujus nomine hic stat coram vobis;* mss. autem, ut in contextu.

^b Eadem edit., *et creata sunt? Omnes ergo, etc.:* lacunam vero reparant omnes mss. excepto ubi legi-

mus, *Si erant, quomodo creata sunt. Omnes ergo, etc.*

^c Rom. edit. proprio Marte jugulaverat totum hunc prologum, usque ad *Et vidi, etc.*

^d Ita mss.; edit vero, *veteris Testamenti librum, et non videbant secundum spiritalem intelligentiam.*

ti. Quomodo septem signacula aperuerit, in sequentibus dicemus.

(Vers. 6.) *Et vidi in medio throni et quatuor animalium, et seniorum, agnum stantem quasi occisum, habentem cornua septem, et oculos septem, qui sunt septem spiritus Dei, missi in omnem terram.* Per thronum et quatuor animalia et seniores una Ecclesia cum cunctis suis ordinibus designatur: Agnus vero non occisus, sed tamquam occisus visus est; quia mortem in transitu gustavit, et paulo post resurgens, jam non moritur, mors illi ultra non dominabitur (Rom. vi, 9): qui cornua septem et oculos septem habuisse visus est. Quid sint autem septem oculi, ipse exponit cum subjungit: *Qui sunt septem spiritus Dei, missi in omnem terram.* Per cornua vero sæpe regna designantur. Videntur ergo mihi aliam significationem habere cornua, aliam oculi; per septem namque cornua omnes electi designantur, qui regnum Dei vocantur, quorum omnem multitudinem superius in septem partes divisimus. Ad primum igitur cornu electi qui ante diluuium fuerunt, pertinent: ad secundum vero ii qui post diluuium usque ad Legem fuerunt: ad tertium autem ii qui sub Lege fuerunt: ad quartum prophetæ: ad quintum ii qui ex Judæis crediderunt in Christum: ad sextum populus gentilis: ad septimum vero ii qui in fine mundi nascituri sunt, et cum Antichristo pugnaturi.

(Vers. 7.) *Et venit, et accepit librum de dextera sedentis super thronum.* Superius diximus per sedentem in throno Christum designatum fuisse: sed quia ipse dixit: *Ego in Patre, et Pater in me est et qui videt me, videt et Patrem* (Joan. xiv, 9 et seq.); in hoc loco sedens in throno Patrem designat: dextera vero Patris Filius est: Agnus autem hominem, quem Christus assumpsit, designat. Agnus ergo librum de dextera sedentis super thronum accepit; quia homo Christus a sua divinitate accepit, ut sacramenta divinarum Scripturarum reseraret.

(Vers. 8.) *Et cum aperuisset librum, quatuor animalia et viginti quatuor seniores ceciderunt coram Agno habentes singuli citharas, et phialas aureas plenas odoramentorum, quæ sunt orationes sanctorum.* Quærendum nobis est, quomodo ante reserationem sigillorum liber aperiri potuerit. Sed spiritualiter intelligendum est. Prophetæ namque adventum Christi, passionem, et resurrectionem ejus aliquando per quasdam figuras; aliquando apertis vocibus prædixerunt: sed et patriarchæ in suis actibus hæc omnia præfiguraverunt. Christus vero quando ex Virgine natus est, quando passus est, et resurrexit, et in cælum ascendit, librum veteris Testamenti aperuit; quia quæ ibi significabantur, opere implevit: postea vero ea quæ in veteri Testamento obscura erant et in novo, doctoribus Ecclesiæ per inspirationem Spiritus sancti aperuit. Quæ apertio reseratio est sigillorum. Quod autem sequitur, quod quatuor animalia et viginti quatuor seniores ceciderunt coram Agno,

ad eosdem doctores Ecclesiæ pertinet; quoties enim nativitatem, passionem, et resurrectionem Domini ad memoriam reducunt, et quibuscumque modis hæc a sanctis patribus præfigurata, et a prophetis prædicta sunt, recolunt: quotiescumque hæc quæ in Evangelio obscure posita sunt, investigare non desinunt, toties eis liber signatus aperitur. Cadunt vero coram Agno, cum per meditationem divinarum Scripturarum considerantes immensam clementiam Dei, humiliant se in conspectu creatoris sui: et quanto se per humilitatem dejiciunt, tanto amplius in amorem ejus exardescunt; quia humilitas quæ fit in conspectu Dei, nutrit amorem Dei. Per citharas autem quæ animalia et seniores habuisse dicuntur, mortificatio carnis designatur, sicut dicit Apostolus: **B** *Mortificate membra vestra quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiam, avaritiam, et cætera* (Coloss. iii, 5). Phialæ vero aureæ corda sunt sanctorum, spirituali sapientia repleta, quæ odoramentis plena fuisse dicuntur. Quid sint autem odoramenta ipse exponit, cum subjungit: *Quæ sunt orationes sanctorum.* Et ut hæc odoramenta ad Deum ascendant, psalmista precatur, cum dicit: *Dirigatur oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo.*

(Vers. 9.) *Et cantabant canticum novum dicentes. Populus novus canticum novum cantat: canticum novum canticum est Evangelii. Dignus es, Domine Deus, accipere librum, et aperire signacula ejus* (Psal. cxi, 2). Hoc quod dicit, ad humanitatem ejus pertinet; nam secundum divinitatem nihil accipere potuit, quia omnia semper habuit. Cur autem dignus fuerit accipere librum, et solvere signacula ejus, subdendo manifestat: *Quoniam occisus es, et redemisti nos Deo in sanguine tuo ex omni tribu, et populo, et natione.* Hic demonstrat ex omnibus gentibus Ecclesiam fuisse collectam; nam fuerunt quidam hæretici, qui hoc negaverunt.

(Vers. 10.) *Et fecisti nos Deo nostro regnum et sacerdotes, et regnabunt super terram.* Si sancti Dei regnum Dei sunt, quomodo super terram, id est, sanctam Ecclesiam regnare dicuntur? Sancti ergo Dei regnum Dei sunt: quia in ipsis regnat Deus: et reges sunt; quia se et alios optime regere noverunt: qui etiam et sacerdotes dicuntur; quia semetipsos quotidie igne charitatis succensi, per compunctionem cordis et lacrymas Deo offerre consueverunt, sicut dicit Psalmista: *Sacrificium Deo spiritus contribulatus* (Psal. l, 19). Sive sacerdotes Dei dicuntur, eo **520** quod membra sint summi Sacerdotis de quo dicit Psalmista: *Tu es Sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech* (Psal. cix, 4).

(Vers. 11, 12.) *Et vidi et audiui vocem angelorum multorum in circuitu throni, et seniorum, et quatuor animalium: et erat numerus eorum millia millium, dicentium voce magna: Dignus est Agnus, qui occisus est accipere virtutem et divinitatem, et sapientiam, et fortitudinem, et honorem, et gloriam, et benedictionem.*

^a Edit., et regnabimus super terram. Sunt quidam qui se et alios, etc. mss. vero ad supplendum totum

Per thronum, et quatuor animalia, et seniores universa Ecclesia cum suis doctoribus designatur: angeli vero, qui thronum, id est, Ecclesiam cinxisse visi sunt, angeli sunt qui ad custodiam Ecclesiae a Deo destinati sunt, sicut Paulus apostolus loquitur, dicens: *Nonne omnes administratorii sunt spiritus, in ministerium missi propter eos, qui hereditatem capiunt salutis (Hebr. 1, 14)?* Per maximum autem numerum eorum multitudo innumerabilis designatur qui Agnum magna voce benedicere dicuntur; quia ad quaecumque officia angeli explenda destinantur, a laudibus Dei numquam cessant: et sicut hic liber in septenario numero totus consistit, utique septem dona Spiritus sancti propheta in Christum requievisse dicit; ita et septem benedictiones in hoc loco ponuntur, quibus assidue Angeli Deum laudare dicuntur.

(Vers. 13.) *Et omnem creaturam quæ in cælo est, et quæ in terra, et quæ subtus terram, et quæ sunt in mari, et quæ in eo sunt, omnes audiri dicentes sedenti in throno et agno.* Per creaturam quæ in cælo erat, angeli: per eam vero quæ erat in terra, homines: per eam autem quæ erat subtus terram, ii qui jam debitum mortis solverant, designantur. Quod vero dicit: *Et quæ sunt in mari*, aquas maris intelligere debemus: per mare autem locum in quo aquæ continentur. Quod vero subjungit: *Et quæ in eo sunt*; pisces qui in aquis morantur, intelligere possumus. Sed si per omnem creaturam, quæ in terra est, omnes homines intelligere possumus; quomodo omnes homines Deum laudant, cum pagani et Judæi blasphematores Dei potius dicendi sint, quam laudatores? Invenimus etiam et quosdam flagitiosos, qui christiani vocantur, qui quamvis Deum laudare videantur, Deum non laudant; quia sicut dicit Scriptura: *Non est speciosa laus in ore peccatoris (Eccl. xv, 9).* Et si per omnem creaturam, quæ in terra est, omnes animas debemus intelligere, quorum corpora in terra requiescunt; quomodo ii qui apud inferos cruciantur, Deum laudare credendi sunt? Sed per omnem creaturam, quæ in terra, et quæ subtus terram est, solos electos debemus intelligere: qui et in terra operibus et verbis Deum laudare non desistunt, et in cælis cum Domino positi, a laudibus ejus numquam cessant. Per mare vero Ecclesiam, per aquas maris multitudinem fidelium, per pisces qui in aquis commorantur, doctores Ecclesiae possumus intelligere. Sequitur benedictio, qua fideles Deum assidue benedicere dicuntur: *Benedictio, honor, gloria et potestas Deo nostro in sæcula sæculorum*; benedicunt namque electi assidue Deum, cum verbis opera conjungunt.

(Vers. 14.) *Et quatuor animalia dicebant: amen.* Amen confirmatio sermonis est: quatuor igitur animalia dicunt, amen, cum sancti prædicatores optant assidue, ut audientes eorum in bonis operibus magis ac magis proficiant. *Et viginti quatuor seniores ceciderunt et adoraverunt.* Viginti quatuor seniores in

hoc loco eandem habent significationem quam et quatuor animalia: seniores ergo cadunt et adorant, cum prædicatores sancti, quanto amplius audientes suos vident in bonis operibus profecisse, tanto magis se humiliant in conspectu Dei, sicut dicit Scriptura: *Quanto magnus est, humilia te in quibus, et coram Deo invenies gratiam (Eccl. iii, 20).* Sequitur sigillorum apertio, quæ non nisi ad apertionem divinarum Scripturarum pertinere credenda est. Nam et ea quæ sub sigillorum apertionibus facta esse dicuntur, ad apertionem veteris ac novi Testamenti pertinent: et sicut omne corpus electorum ex septem partibus consistit, ita sunt et septem sigilla, quæ unicuique parti conveniunt, ad demonstranda ea quæ in divinis Scripturis obscure posita sunt, vel quid sanctorum patrum facta significant. Apertio igitur primi sigilli ad ea quæ ante diluvium facta sunt, pertinet: secundum vero sigillum ad patriarchas: tertium ad eos qui sub Lege fuerunt; quartum autem ad prophetas: tres vero apertiones, quæ residuæ sunt, ad novum Testamentum pertinent. Quinta apertio pertinet ad martyres: sexta ad Judæorum deiectionem, et gentium vocationem: septima ad adventum Christi pertinet: et hæc in septimo loco adventus Domini ponitur, in sequentibus dicemus. Sed querendum nobis est, cur per visionem quatuor equitum, apertio veteris Testamenti figuretur; eques namque ex parte equi, irrationalis: ex parte vero presidentis, rationalis esse dignoscitur. Similiter et quedam præcepta legalia ex parte litteræ, irrationalia: ex parte autem allegoriæ, valde rationalia esse comprobantur.

CAPUT VI. — (Vers. 1.) *Et vidi cum aperisset Agnus unum de septem signaculis.* Apertio primi signaculi, ut supra dictum est, ad ea quæ ante diluvium facta sunt, pertinet. Agnus igitur primum sigillum aperuit, quando ea quæ ante diluvium gesta sunt, doctoribus Ecclesiae qualiter spiritualiter intelligerentur Spiritus sancti gratia patefecit. Et ut quid sit apertio sigillorum plenius manifestemus, de apertione singulorum sigillorum pauca dicemus. In Genesi scriptum est quod plantaverat Deus paradysum voluptatis, in quo posuit hominem, quem formaverat: qui diversis arboribus consitus esse describitur (Gen. ii, 8). Per paradysum igitur Ecclesia: per arbores vero paradisi doctores Ecclesiae designantur. Et sicut arbores paradisi victum pomorum præbebant primis hominibus, ita et doctores Ecclesiae victum verborum divinarum animabus fidelium in Ecclesia constitutorum præbere non desistunt. De ligno autem vitæ, et de ligno scientiæ boni et mali superius diximus. Fons vero qui egrediebatur de medio paradisi, Evangelium significabat, qui in medio sanctæ Ecclesiae exoritur. Qui inde in quatuor capita dividebatur; quia doctrina Evangelii in quatuor libros dividitur, et circuit omnes terminos terræ.

^a Eadem edit., ad perfectionem divinarum Scripturarum. Et infra, ad perfectionem veteris ac novi Testa-

menti; mss. utrobique, ad apertionem.

Nam et Adam Christum figuravit, Eva vero Ecclesiam : et sicut Eva ex latere viri dormientis facta est, ita et Ecclesia ex latere Christi in cruce pendens fabricata est; quia ejus sanguine redempta et mundata est **521** a sordibus. Duo illi nati sunt Adæ, Cain et Abel : Cain populum Judæorum : Abel vero Christum significavit. Obtulit Cain de fructibus terræ munera Domino; quia populus Judæorum qui terrenus erat, terrena munera offerbat, id est, primitias, decimas, sacrificia, et cætera quæ in lege jubebantur; Abel vero obtulit de primogeniis gregis sui, et de adipibus eorum. Primogeniti gregis sunt apostoli, quos primos genuit Ecclesia, et ex quibus Ecclesia nata est : adeps vero fides est apostolorum. Obtulit igitur Abel de primogeniis gregis sui, et de adipibus eorum; quia Christus apostolos, quos de mundo elegerat, fidemque illorum Deo Patri obtulit. Cain invidia ductus, eo quod respexisset Dominus ad Abel, et ad munera ejus, interfecit eum: similiter et Judæi violentis signa, quæ sua et Patria virtute Christus operabatur, interfecerunt eum, qui frater illorum erat secundum carnem. Maledixit Deus Cain, eo quod interfecisset Abel fratrem suum: dimittique ei quod vagus et profugus, esset super terram. Similiter et Judæi non solum a Deo, sed a semetipsis maledicti sunt, quando dixerunt de Christo: *Sanguis ejus super nos, et super filios nostros* (Math. xxvii, 25). Suntque vagi et profugi super terram; quia propriam sedem nullam habentes, per universas gentes vagantur. De aperture igitur primi sigilli tantum dixisse sufficiat.

Audivi unum ex quatuor animalibus, dicens: Veni, et vide. Eandem significationem habet primum animal, quam et secundum, et tertium, et quartum; significant enim doctores Ecclesiæ. Quod autem dicit: *Veni et vide*, ad intelligentiam spirituales nos provocat, ac si diceret: Veni non passibus corporis, sed passibus mentis; et intellige spiritaliter ea, quæ primo tempore historialiter facta legisti.

(Vers. 2.) *Et ecce equus albus, et qui sedebat super eum, habebat arcum et data est ei corona, et exivit vincens, ut vinceret.* Equus albus justos qui ante diluivium fuerunt, designat, qui propter innocentiam albi dicuntur. Sessor vero equi Dominus est, qui sanctis suis æternaliter præsidet. Per arcum autem, qui procul sagittas a se mittit et vulnerat, vindicta Domini potest designari; quæ et primos homines propter inobedientiæ culpam damnavit, et Cain propter fratricidii reatum septuplum punivit. Per coronam nihilominus, sicut et per equum album justi qui ante diluivium fuerunt, designantur. *Exivit vero vincens, ut vinceret*, quando statuit ut per aquas diluvii omnia multitudo reproborum deleteretur.

(Vers. 3, 4.) *Et cum aperuisset sigillum secundum. Secundum sigilla apertio ad arca fabricam, et ad justos qui ante Legem fuerunt, pertinet. Ad demonstrandum ergo secundum sigilla apertionem pauca de his loquar.*

^a Ita mss.; edit. autem, *terre munera, id est, primitias, decimas, etc.*

mur. In Genesi scriptum est quia dixit Deus ad Noe: *Fac tibi arcam de lignis levigatis: mansuetulas in arca facies, et bitumine limes intrinsecus et extrinsecus, et sic facies eam. Trecentorum cubitorum erit longitudo arca, quinquaginta cubitorum latitudo, et triginta cubitorum altitudo illius* (Gen. vi, 14, 15). Arca Ecclesiæ: Noe vero fabricator arca Christum fabricatorem Ecclesiæ figurabat. Quæ arca ex lignis levigatis facta fuisse describitur: per ligna levigata, quæ et aquas prohibuerunt, et vitam omnibus animalibus intra se constitatis servaverunt, doctores Ecclesiæ designantur, qui et doctrina et scriptis suis aquas diversorum errorum ab ingressu Ecclesiæ prohibent, et vitam his qui intra Ecclesiam sunt, sua doctrina et exemplis servant: quæ levigata esse dicuntur, id est, ab omni asperitate vitiorum emundata. Per mansuetulas vero, quæ in arca fieri jussæ sunt, diversi ordinis in Ecclesiæ designantur; affus enim in conjugali ordinæ, alius in continenti, alius in monachico, alius in sacerdotali, dum Deo servire student, quasi in diversis mansionibus habitant. Per bitumen autem, quæ lita fuisse dicitur, divina Scriptura designatur. Tabule ergo ex quibus arca facta est, quæ doctores Ecclesiæ significasse diximus, bitumine intrinsecus et extrinsecus hæc sunt; quia doctores Ecclesiæ intrinsecus hæc sunt per sapientiam, doctrinamque divinarum Scripturarum, et extrinsecus per opera virtutum.

Trecentorum autem cubitorum longitudine arca fuisse describitur, quinquaginta cubitorum latitudo, et triginta cubitorum altitudo illius. Per longitudinem igitur arca: fides, per latitudinem charitas, per altitudinem spes figuratur. Longitudo ergo arcae in trecentos cubitos extenditur; quia fides nostra in confessione sanctæ Trinitatis consistit: centenarios vero perfectus est numerus. In trecentos ergo cubitos fides nostra præsignata est; quia æquam perfectionem habet Pater et Filius et Spiritus sanctus, sicut scriptum est: *Qualis Pater, talis Filius, talis Spiritus sanctus* (Athanas. Symbol.).

Latitudo nihilominus ejus in quinquaginta cubitos dilatatur; quia fides per dilectionem operatur. Sed non inconvenienter per quinquaginta cubitos latitudinis charitas figuratur; septies enim septem quadraginta novem faciunt: quod si unum huic numero addideris, quinquaginta invenies. Dilectio ergo proximi non inconvenienter in septenario numero comprehenditur; quia sine septem virtutibus perfici non potest.^b In septem vero septenos utriusque fidelis dilectionem proximi extendit, dum quibuscumque modis necessitates adversitates proximis evenire possunt, eisdem modis et ipse ad superveniendum paratus existit: verbi gratia, dum esurienti, nudo, hospiti, egenti, in carcere posito, quæ sunt necessaria ministrat: dum dolentem consolatur, dum iracundum verbo temperat, dum odium in corde gerentem pacificat, discordantesque ad pacem reducit:

^b Ita iidem mss.; edit. vero, *septenis... extendit*; Rom. edit., *ostendit*.

dum eum qui in peccatis jacet, ad pœnitentiam provocat: dum ad vitam æternam quoscumque potest, secum trahere studet: et ut breviter dicam, quibus modis vult ut ei salubriter ab alio subveniatur, eisdem et ipse quibuscumque potest, subvenire paratus est. Ad septem autem septenos si unum adjungas, quinquaginta sunt: similiter et ad dilectionem proximi, si unius Dei dilectionem adjungas, tota charitas integra atque perfecta in te efficitur.

Altitudo vero arcæ in triginta cubitos exaltata est, ^a quia ille utilem spem possidet, qui a fide sanctæ Trinitatis, sicut nobis ab apostolis tradita est, atque cæteris documentis, neque opere, neque credulitate discordat. Qui enim spem sine recta fide de vita æterna possidenda sibi usurpat, sine dubio semet ipsum decipit; quia *sine fide impossibile est placere Deo* (*Hebr. xi, 6*). Altitudo itaque arcæ a magna longitudine **522** et latitudine exoriebatur, et in cubito sursum consummabatur; quia charitas quæ ex fide nascitur, in magna latitudine erga proximorum curam semet ipsam extendit. Sursum vero in cubito consummatur; quia omnis spes fidelium atque desiderium ad unius Dei visionem tendit.

Quod autem Noe ad jussionem Domini ex omnibus animantibus mundis et immundis masculos et feminas introduxit in arcam (*Gen. vii, 8*), significat quod mali et boni in Ecclesiam introducerentur. Sed de mundis septena, et septena: de immundis vero bina et bina, masculus et femina in arcam introierunt; per munda namque animalia electi, per immunda vero reprobi designantur. Munda itaque animalia in septimo numero ponuntur; quia illi soli electi sunt, qui per gratiam Spiritus sancti ab operatione donorum ejusdem Spiritus sancti alieni non sunt: reprobi vero in secundo numero ponuntur; quia solo corpore et anima in Ecclesia consistunt, mente vero extra Ecclesiam sunt.

In sequentibus quoque scriptum est: *Quia aperiens Noe fenestram arcæ quam fecerat, dimisit corvum, qui egrediebatur et non rediebat, donec siccarentur aquæ super terram* (*Gen. viii, 6*). Per corvum avem nigerrimam Judæi infidelitate tenebrosi designantur. Noe igitur de arca corvum emisit; quia Dominus noster Jesus Christus a consortio sanctæ Ecclesiæ populum Judæorum separavit. Post corvum emisit columbam, quæ cum non invenisset, ubi requiesceret pes ejus, reversa est ad eum in arcam. Secundo emisit columbam ex arca, quæ venit ad eum ad vesperam, portans ramum olivæ virentibus foliis in ore suo. Tertio emisit columbam, quæ non est reversa ultra ad eum. Per columbam sæpe Spiritus sanctus figuratur, eo quod in columbæ specie super Dominum descenderit (*Luc. iii, 22*).

Sed quærendum nobis est quid significet trina emissio columbæ et bina reversio. Tres emissiones tria tempora significant: primum aute Legem, secundum sub Lege, tertium sub gratia. In hoc vero

^a Edit., quia ille venialem spem; mss., utilem spem.

A loco Noe Deum, arca autem cœlestem Dei habitationem designat. Noe primo columbam ex arca emisit; quia Deus omnipotens sanctis viris, qui ante Legem fuerunt, gratiam Spiritus sancti dedit: et qui Legem non habebant, divina præcepta quæ postea data sunt, per donum Spiritus sancti impleverunt. Sed columba non invenit ubi pes ejus requiesceret; quia non solum cæteræ gentes, sed et ipsi Judæi in Ægypto positi in tantum culturam Dei reliquerunt, ut eo tempore quo Moyses natus est, pene nullus inveniretur in quem Spiritus sanctus habitare dignaretur: et quodammodo gratia Spiritus sancti ad eum rediit, a quo missa est, cum homines peccatores deseruit.

Secundo emisit Noe columbam ex arca; quia Dens gratiam Spiritus sancti hominibus Legem puro corde servantibus dedit. Vespere autem quo columba ad Noe rediit, tempus quo Christus natus est, designat. De hoc tempore Dominus dicit in Evangelio: *Lex et prophetæ usque ad Joannem* (*Luc. xvi, 16*); quia postquam Evangelium cœpit prædicari, circumcisio et multæ observationes legales nihil profuerunt. Quamdiu Legis observatio Deo placuit, tamdiu homines Legem servantibus Spiritus sancti gratia comitavit: et sicut columba ad vesperam ad Noe rediit, ita et Spiritus sancti gratia Judæos infideles deserens, quodammodo ad eum a quo fuerat missa, reversa est. Per ramum vero olivæ Legem possumus intelligere, vel accipere: per folia autem virentia, eos qui per Legem salvi facti sunt. Columba igitur ramum olivæ cum virentibus foliis in ore suo detulit, cum Spiritus sancti gratia eos, quos per Legem salvaverat, quodammodo Deo obtulit.

Tertio Noe columbam ex arca emisit, quando fidem Evangelii servantibus gratiam Spiritus sancti dedit. Quæ non est reversa ultra ad eum; quia fides Evangelii tamdiu cum electis manebit, usque dum veniente Domino ad judicium, electi qui in hoc mundo inventientur, rapiuntur coram Domino in aera, et sic semper cum Domino erunt (*1 Thess. iv, 16*).

Ad demonstrandam vero apertius secundi sigilli apertionem, de tribus patriarchis pauca dicamus. In Genesi scriptum est, quia tentavit Deus Abraham, et dixit ad eum: *Tolle filium tuum, quem diligis, Isaac, et vade in terram visionis, et offeres eum ibi in holocaustum super unum montium, quem dixero tibi* (*Gen. xxii, 2*). Abraham vero de nocte consurgens, stravit asinum suum, ducens secum duos juvenes, et Isaac filium suum. Abraham Christum secundum divinitatem: Isaac autem hominem, quem Christus assumpsit, designat: per asinum vero apostoli designantur. Abraham igitur de nocte surrexit; quia Filius Dei, mundo in tenebris ignorantiae posito, ex Maria Virgine nasci dignatus est: stravit asinum suum, quando apostolis suis mandata Evangelii tradidit: per duos vero juvenes duo præcepta clau-

^b Edit., tradidit. Duos vero juvenes secum duxit: mss. vero nobis consentiunt.

ritatis designantur. Duos juvenes secum duxit; quia duo præcepta charitatis discipulis suis arctius et frequentius tradidit: duxit et Filium suum, quia hominem quem assumpsit, ad moriendum pro genere humano tradidit, sicut ipse dixit in Evangelio discipulis suis: *Ecce ascendimus Hierosolimam, et consummabuntur omnia, quæ scripta sunt per prophetas de Filio hominis. Tradetur enim gentibus, et illudetur, et flagellabitur, et conspuetur: et postquam flagellaverint, occident eum, et die tertia resurget* (Luc. xviii, 32 et seq.).

Die autem tertia elevatis oculis, vidit locum procul. Tres dies tres decades annorum, terque binos menses designant, quo spatio temporum Christus in mundo conversatus dicitur. Locus vero Hierusalem designabat, in qua passus est Christus. Sed cur locum se procul vidisse dixit, cum quotidie in templo prædicaret; quia quamvis Judæi prope essent corpore, propter incredulitatem tamen longe ab illo recesserant.

Dixitque Abraham pueris suis: *Expectate hic cum asino: ego et puer illuc usque properantes, postquam adoraverimus, revertemur ad vos* (Gen. xxi, 5). Similiter et Christus expectare discipulos suos jussit, usque dum resurgens reverteretur ad eos, cum diceret: *Omnes vos scandalum patiemini in me in ista nocte, postquam autem resurrexero, præcedam vos in Galilæam* (Matth. xxvi, 32). Et cum comprehenderetur, dixit Judæis: *Si ergo me queritis, sinite hos abire* (Joan. xviii, 8).

Tulit igitur Abraham ligna holocausti, et imposuit super Isaac filium suum: ipse vero portabat in manibus ignem et gladium. Diximus superius per ligna peccata nostra fuisse designata: ligna ergo Isaac 523 portavit; quia peccata nostra Christus pertulit in corpore suo super lignum; ut peccatis mortui justitiæ vivamus. Per manus vero Abrahæ potestas Domini nostri Jesu Christi intelligitur; in ejus namque potestate fuit ut moreretur, et ut non moreretur, si vellet, sicut ipse ait: *Potestatem habeo ponendi animam meam, et potestatem habeo iterum sumendi eam* (Joan. x, 18). Per ignem autem passio, per gladium ejus mors intelligitur.

Cum venisset ad locum, ædificavit altare, et desuper ligna composuit. Cumque colligasset Isaac filium suum, posuit eum in altari super struem lignorum. Per altare crux intelligitur: crucem ergo Filius Dei ædificavit, in qua homo quem assumpserat, immolaretur; quia ipso permittente factum est. Super altare vero ligna composuit, et super ligna posuit Isaac filium suum colligatum; illud namque quod suffocare volumus, nobismet ipsis supponimus, ut pondere nostro suffocetur, et pereat: similiter et Redemptor noster ligna, id est, peccata nostra in cruce pendens sibi supposuit; ut pondere suo atque virtute suffocarentur ac delerentur. Vincula autem Isaac afflictionem Domini in cruce designaverunt.

Ea vero quæ angelus ad Abraham locutus est, ad hanc expositionem non pertinent.

Levavit Abraham oculos, viditque arietem inter vepres hærentem cornibus, quem assumens obtulit holocaustum pro filio. Arius Christum signavit: per duo cornua duo præcepta charitatis designantur: per vepres Judæi. Christus igitur inter vepres hærebat cornibus; quia Judæos ut fratres diligens, et sciens quia gentium vocatio Judæorum esset perditio; noluit primo fidem Evangelii gentibus tradere, sed mittens ad prædicandum discipulos suos, præcepit eis dicens: *In riam gentium ne abieritis, et in civitates Samaritanorum ne intraveritis: sed ite potius ad oves perditas domus Israel* (Matth. x, 5). Et mulieri Chananææ dixit: *Non sum missus, nisi ad oves quæ perierunt domus Israel* (Matth. xv, 24); et iterum: *Non est bonum sumere panem filiorum, et mittere canibus* (Ibid., 26).

Abraham autem a vepribus arietem abstraxit, atque in holocaustum pro filio obtulit; quia Pater Filium, et ipse Filius semet ipsum ab amore impiorum Judæorum separavit, atque hominem quem assumpsit, pro salute humani generis in holocaustum obtulit.

De eodem vero Isaac scriptum est, quia habuit duos filios, Esau et Jacob. Esau venator fuit, et homo agricola: Jacob vero simplex habitabat in tabernaculis. Per Esau populus Hebraicus, per Jacob vero populus gentium designatur. Isaac autem utriusque genitor typum Domini tenuit, qui utrumque populum, et illum per Legem, et istum per fidem filios sibi fecit. Esau agricola erat; quia Judæorum populus pro terrenis commodis Deo serviebat. Non enim dictum est ad illos: *Si pauperes fueritis spiritu, si mites, si pacifici, si misericordes, si persecutiones pro nomine meo sustinueritis; beati eritis, et merces vestra copiosa erit in cælis: sed dictum est ad illos: Si custodieritis mandata mea, et judicia mea servaveritis, dabo vobis pluvias temporibus suis, et terra proferet germen suum, et pomis arbores replebuntur, et cætera quæ ad delicias sæculi pertinent* (Levit. xxvi, 3). Fuit etiam Esau venator, quia per effusionem sanguinum arietum, hircorum atque vitulorum Deum placare consueverat: Jacob autem simplex habitabat in tabernaculis; quia electi ex gentibus sola fide, bonaque voluntate Deo placere studuerunt. Per tabernacula vero sive diversas Ecclesias, in quibus per universum orbem una Ecclesia catholica divisa est, sive diversos ordines possumus intelligere.

Isaac diligebat Esau, eo quod de venationibus illius vesceretur: sed Rebecca diligebat Jacob. Isaac, sicut diximus, in hoc loco typum Domini tenet: per Rebecca autem præscientiam Dei possumus intelligere. Isaac igitur diligebat Esau, eo quod de venationibus illius vesceretur; quia Deus diligebat populum Judæorum, eo quod assiduis eorum oblationibus

^a Sic mss. at vero edit., *ex gentibus soli fide*, etc.

placaretur : mater vero diligebat Jacob, quia scienti Deo populum gentium multo meliorem fore, quam populum Judæorum, per præscientiæ suæ gratiam multo amplius eum diligebat. Esau cum in venatione moraretur, ut de agrestibus animalibus cibos patri exhiberet, quatenus ab illo benediceretur, mater Jacob ad percipiendam benedictionem patri applicuit; quia cum populus Judæorum observationibus legalibus deditus esset, atque ad fidem Christi percipiendam tardius occurreret; mater gratia populum gentium, eo quod fidem Christi cum aviditate suscepisset, ad percipiendam benedictionem, quæ Judæis debebatur, Deo obtulit. Qualiter autem ipse populus gentium hoc benedictionis donum promeruit, testantur opera Jacob per significationem, quæ pro benedictione percipienda egisse describitur.

Dixit igitur Rebecca filio suo Jacob : *Affer mihi duos hædos optimos, et faciam ex eis escas patri tuo, quibus libenter vescitur; et benedicit tibi coram Domino, antequam moriatur (Gen. xxvii, 9)*. Abiit et attulit, deditque matri. Paravit illa cibos, sicut noverat velle patrem illius, et vestibus Esau, quas apud se habebat domi, induit eum, pelliculasque hædorum circumdedit manibus, et colli nuda protexit, deditque pulmentum, et panes quos coxerat, tradidit. Per duos hædos confessionem peccatorum populi gentilis, et poenitentiam, possumus intelligere. Duos ergo hædos optimos Jacob matri obtulit; quia per confessionem peccatorum et poenitentiam, quæ via est ad fidem euntibus, populus gentilis ad eandem fidem percipiendam properavit. Qui hædi optimi dicuntur fuisse; quia valde acceptabilis Deo est poenitentia peccatoris cum abrenuntiatione vitiorum, sicut ipse Dominus noster dicit in Evangelio : *Gaudium est in celo super uno peccatore poenitentiam agente, quam super nonaginta novem justis, qui non indigent poenitentia (Luc. xv, 7)*; per unum peccatorem populum gentium, per nonaginta vero novem justos Judæos intelligi volens. Qui justii ideo dicuntur, quia propter observationem Legis justos se falso putabant; nam ad eosdem justos Dominus loquitur, dicens : *Vae qui justificatis vos coram hominibus, Deus autem novit corda vestra (Luc. xvi, 15)*. Qui in imperfecto numero ponuntur, quia nullum ad perfectum addaxit Lex (*Hebr. vii, 19*).

Per escas autem delectabiles, quæ Isaac ad sumendum ex duobus 524 hædis præparatae sunt, poenitentiae opera debemus intelligere. De iis escis loquitur Joannes Baptista, dicens : *Facite fructus dignos poenitentiae (Matth. iii, 8)*. Per vestes vero valde bonas, quas Esau, id est, Judæi domi reliquerant, optima præcepta Legis possumus accipere, ut est illud, *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et proximum tuum sicut te ipsum (Deut. vi, 5)*; et multa alia, sine quibus nullus justus esse potest. Hæ sunt optimæ vestes, quas Judæi domi, id est, in veteri Testamento reliquerant, eo quod ea

observare nollent : iis populos gentilis indutus et ornatus, ad Deum Patrem cum cibis operum bonorum perrexit. Cum cibis autem et panes detulit. Per panem sæpe verbum Dei designatur, quia ille congruenter ad Deum Patrem cum cibis operum bonorum pergit, qui et alios quoscumque potest, ad bona opera agenda admonere non desinat.

Sed et illud nobis querendum est, cur mater pelliculis hædinis manus Jacob et colli nuda protexerit. Pellis namque cum ab hædo subtrahitur, caro apparet; unde delectabiles cibi confici possunt : similiter et ab unoquoque peccatore cum vitia detrahantur, bona naturæ cum ratione apparent, a quæ si fide decoquantur, delectabiles cibi ex bono naturæ Deo præparantur. Per vestem igitur, eo quod in collo B sæpe superbia appareat, possumus elationem mentis intelligere : per manus vero opera designantur. Collum ergo unusquisque fidelis pelliculis hædinis circumdat, cum ad mentis elationem deponendam, et humilitatis suæ custodiam peccata præterita ante oculos mentis revocare non desinat. Manus circumdat, cum ne in bonis operibus extollatur, peccata præterita ante oculos mentis sæpe reducat.

Postquam Isaac cibum sumpsit, obtulit ei Jacob etiam vinum. Si per cibum activæ vitæ opera designantur, possumus per vinum, quod mentes hominum alienat, contemplativam vitam accipere, quæ ab amore sæculi mentes quorundam electorum insensibiles reddit. Cibus igitur panisque sumpsi, Isaac Jacob benedixit; quia illi benedictionem celestis patriæ a Deo percipiunt, qui cum usque ad finem vitæ suæ bonis operibus placare student.

Idem vero Jacob cum fugeret Esau fratrem suum, venit ad quemdam locum : cumque supposuisset capiti suo lapidem, dormivit illic; viditque in somnis scalam ad caput suum a terra usque ad cælum erectam, et Dominum in iuxta scalam, angelos quoque Dei ascendentes et descendentes per eam (*Gen. xxviii, 12*). Per lapidem C Christus intelligitur, fundamentum vero nostrum Christus est, de quo Apostolus dicit : *Fundamentum enim aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, quod est Christus Jesus (I Cor. iii, 12)*. Caput igitur super lapidem ponimus, si ex bonis operibus parietem nostrum super Christum edificamus.

Concordat huic sensui visio scalmæ; duo namque ligna scalmæ majora, quæ sunt ex utraque parte, atque ab inferioribus ad superiora eriguntur, duo præcepta charitatis designant. Per gradus vero qui in transversum ex utraque parte illis duobus lignis inseruntur, cæteræ virtutes designantur. Et sicut duo ligna nisi a gradibus, et gradus nisi a duobus lignis contineri non possunt : ita et charitas sine cæteris virtutibus, et cæteræ virtutes sine charitate esse non possunt. Et quemadmodum diversi gradus nisi in duobus lignis majoribus ex utraque parte inserantur, ascensum hominibus præbere non possunt :

^a Edit., quæ si fide Deo coquantur; mss., decoquantur.

^b Ita mss., edit. vero, Christus intelligitur : Fundamentum enim aliud, etc.

* ita et cæteræ virtutes, nisi ex dilectione Dei et dilectione proximi nascantur, ad cælum ire volentibus ascensum præbere non possunt, sicut dicit Joannes apostolus: *Qui enim non diligit fratrem suum quem videt, Deum quem non videt, quomodo potest diligere* (I Joan. iv, 20)? Et sicut scala ex una parte terram, ex altera cælum tangere visa est: ita et charitas ab inferioribus proximis, a superioribus vero Deo conjungitur. Unde et angeli Dei per eam ascendentes et descendentes monstrati sunt; quia sanctos Dei, qui per angelos designantur, aliquando amor Dei per contemplationis gratiam ad excelsa sublevat, aliquando amor et cura proximorum ad inferiora reducit. Dominum autem innoxium scalæ vidit; quia quicumque per iter virtutum ad Dominum conscendere satagunt, postquam viam sui itineris finierunt, Dominum omnium bonorum auctorem, præmiorumque largitorem inveniunt, cum quo sine fine gaudebunt.

Cum vero Idem Jacob reverteretur de Mesopotamiâ Syriæ, venissetque ad Jordânem, transductis omnibus quæ ad se pertinebant, remansit solus. Et ecce vir luctabatur cum eo usque mane. Cùmque videret quod eum superare non posset, tetigit nervum femoris ejus, et statim ehlareuit, dixitque ei: *Dimitte me, jam enim ascendit aurora. At ille respondit: Non dimittam te, nisi benedixeris mihi. Et ad illi: Quo vocaris nomine? Respondit ei: Jacob. At ille dixit: Non vocaberis ultra Jacob, sed Israel erit nomen tuum* (Gen. xxxii, 26). Per Jacob hoc in loco quilibet peccator et poenitens designatur. Quod verò angelus cum Jacob^b in figura Domini luctabatur, et ille cum angelo, illud significat quod Dominus dicit in Evangelio: *Regnum cælorum vim patitur, et violenti rapiunt illud* (Matth. xi, 12). Qui sunt autem violenti, nisi peccatores et poenitentes? Qui, cum se vident pro sceleribus suis mortis perpetuæ esse reos, tandem januam paradisi præcibus pulsant, usque dum eis aditus regni cælestis aperitur. Jacob ergo cum Domino luctatur quando quilibet peccator perim�scens pœnas ignis æterni, tandem in precibus persistit, usque dum ei misericordia divinâ succurrit, sicut sequenti manifestant.

Qui cum videret quod eum superare non posset, tetigit nervum femoris ejus, et statim emarcuit. Et quia libido ex femore nascitur, per nervum femoris voluptates carnales intelligi possunt. Nervum igitur fembris peccatoris Dominus tetigit, cum omnia desideria carnalia, ex quibus peccata oriuntur, exstinxit; quia fieri non potest, ut a peccatis abstineamus, quæmdu in voluptatibus carnalibus resoluti jacemus. Dixit igitur angelus ei, videlicet illi qui in personâ Domini cum eo luctabatur: *Dimitte me, jam enim ascendit aurora* (Gen. xxxii, 26); ac si dixisset:

^a Ita et cæteræ virtutes... præbere non possunt, hoc totum e mss. restitutum est.

^b Edit., in figura luctabatur, illud significat; mss. tit in contextu.

^c Eadem edit., Dixitque ei: Non vocaberis; mss. vero notiscum faciunt.

Desine jam pro timore ignis æterni flere; quia jam tranquillitas, vitis extinctis, rediit, quæ te in perditionis foveam demerserat.

Et quia non satis prodest mala deserere, nisi bona agere studeamus, sequitur: *Dixitque Jacob: Non dimittam te, nisi benedixeris mihi*. **525** id est, a precibus non cessabo, nisi me virtutibus diaveris; ut qui usque modo secundum carnem vixi, a modo secundum spiritum vivam. *Dixitque ei: Quod est nomen tuum? Respondit ei, Jacob; dixitque ei: Non vocaberis ultra Jacob, sed Israel erit nomen tuum*, id est: Non vocaberis ultra supplantator vitiorum, sed vocaberis vir videns Deum: et qui ante flebas, ne in infernum demergereris, nunc flebis, eo quod aliquo tempore a visione omnipotentis Dei elongeris, dicens cum Psalmista: *Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est* (Psal. cxix, 5)!

Idem etiam Jacob post luctationem quam cum Angelo gessit, unò pede claudicasse dicitur: qui verò claudicat, super sanum pedem totus innititur, altero paulisper terram tangens. Duo igitur pedes duorum alimentorum generâ designant; sunt namque alimenta corporis, sunt et animæ. Alimenta corporis sunt cibi, potus, vestimenta: alimenta verò animæ sunt Dei verbum, opera bona. Unusquisque igitur fidelis si uno pede paulisper terram tangit, super alterum totus innititur; quia his quæ sunt mundi tantummodo ad necessitates corporis sublevandas ulitur, sicut dicit Apostolus: *Habentes autem victum et vestitum, iis contenti simus* (I Tim. vi, 8). In ea vero quæ ad salutem animæ pertinent, totus incumbit; ne aliquando a via Dei, quæ salus animæ est, deviet. Ad apertionem secundi sigilli demonstrandam pauca de multis diximus, nunc ordinem persequamur.

Sequitur: *Audivi secundum animal dicens: Veni et vide*; id est, intellige spiritualiter, quæ a patriarchis facta cognovisti. *Et ecce equus rufus: et qui sedebat super illum, datum est ei ut sumeret pacem de terra, et ut in vicem se interficiant. Et datus est illi gladius magnus*. Per equum rufum justus, qui post diluviûm usque ad Legem fuerunt, designantur. Et quia rufus color aureo colori parumpet appropinquat, veluti si aureo colori sanguineum admiscças; non incongrue sancti viri, qui ante Legem fuerunt, huic colori comparantur; eo quod et sapientia claruerint, quæ per aurum figuratur, et in persecutionibus et adversis constantes fuerint, quæ per sanguinem figurantur. Sessor vero hujus equi Dominus est, qui in sanctis suis habitat. Huic sessori datum est ut pacem sumeret de terra. Si pax bona est a Deo, de terra quomodo sumpta est? Sed est pax bona, et est pax mala. Pacem malam filii Dei ante diluviûm cum filiis hominum habuerunt, quando

^d Edit. Gill., *Et ecce equus rufus. Hic color aureo; etc. Rom. post vocem rufus addidit et has consequentes, et qui sedebat super illum: datum est ei ut sumeret pacem de terra. Nos vero cætera ex mss. restituumus.*

filias eorum acceperunt, et suas eis dederunt (*Gen. vi, 1*); ideoque cum illis aquis diluvii delati sunt. Sed et filii Israel præcepit Dominus ut fœdus non inirent cum Chananæis, neque filias eorum acciperent, nec filias suas illis darent (*Exod. xxiii, 32*). Nam de pace bona et mala Psalmista loquitur, dicens: *Cum electo electus eris, et cum perverso perverseris* (*Psal. xvii, 27*). Hanc ergo pacem Deus de terra sumpsit, quando justos homines ab impiis separavit mente, non corpore. *Et ut invicem se interficiant.* A quibus pax ablata est, consequens est, ut alius ab alio interficiatur; nam sæpe justus injustos, et injusti justos interficiunt, sicut Aram frater Abrahamæ secundum traditionem Judæorum in igne Chaldæorum, eo quod ignem adorare noluerit, mortuus est: sicut Abraham quatuor reges pro suis impietatibus cum exercitibus interfecit: sicut filii Jacob qui pro stupro sororis omnes Sichinitas interfecerunt. Per gladium autem magnum aquas diluvii accipere possumus, quibus omnis mundus deletus est. Possumus etiam per gladium magnum exterminium quinque civitatum intelligere, quarum habitatores igne et sulphure perierunt, eorumque terram, quæ cum ipsis in abyssum demersa est.

Et cum aperuisset sigillum tertium. Sigilli tertii apertio ad Legem et ad eos qui sub Lege fuerunt pertinet. Ad demonstrandum ergo tertii sigilli apertionem, placuit ut pauca de Moysæ, et de iis quæ in Lege irrationabilia esse videntur, dicamus. In Exodo scriptum est quod cum natus esset Moyses, absconditus est mensibus tribus a parentibus suis; postea vero fecit ei mater fiscellam scirpeam, et livit eam bitumine ac pice, et posito intus infante, posuit eum in carecto ripæ fluminis (*Exod. ii, 1 et seq.*). Moyses Christum figurabat: per menses autem tres quibus absconditus est Moyses, tria tempora designantur: unum ante diluvium: secundum post diluvium usque ad Moysen: tertium a Moysæ usque ad adventum Domini. ^a In his tribus temporibus homines adventus Christi secundum carnem latuit; a perfectis tamen prædictus est. Per fiscellam vero scirpeam beata virgo Maria designata est: mater ergo fiscellam scirpeam, in qua Moyses poneretur, præparavit; quia sapientia Dei, quæ est Filius Dei, beatam et gloriosam Mariam semper virginem elegit, in cujus intermerato utero hominem, cui per unitatem personæ conjungeretur, formaret. Per bitumen vero quod ab aquis solvi non potest, virginitatem beatæ Mariæ, quæ nullo æstu carnali violari potuit, intelligere possumus: per picem autem, quæ ^b custos est vini, humilitatem custodem cæterarum virtutum. De qua ipsa loquitur dicens: *Quia respexit humilitatem ancillæ suæ; ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes* (*Luc. i, 48*). Per flumen vero mundus: per carectum in quo Moyses positus est, Judæi designantur; nam in sequentibus in papyrione a filia

^a Ita mss.; edit. e contrario, *In iis tribus temporibus quomodo homines adventus Christi..... prædictum est.*

A Pharaonis inventus fuisse legitur. Eandem significationem habet carectum in hoc loco, quam et papyrus; nam carectum manus atrectantium vulnerare solet, ex papyro autem antiquitus libri conficiebantur. Per carectum ergo Judæi designantur, qui prophetas, medicos videlicet spiritales, qui vulnera eorum sanare cupiebant, interfecerunt. Idem etiam et per papyrum designantur, eo quod in scripturis sibi a Deo traditis gloriarentur, quas legebant, et non custodiebant. ^c Filia vero Pharaonis videlicet diaboli populum ex gentibus figuravit. Filia ergo Pharaonis Moyses a papyrione sustulit (*Exod. ii, 5*); quia Ecclesia ex gentibus Idem Christi suscipiens, eundem Christum a Judæis credere nolentibus abstulit.

Postea cum idem Moyses oves Jethro cognati sui pasceret, apparuit ei Dominus in igne flammæ rubi, et videbat quod rubus arderet, et non combureretur (*Exod. iii, 2*). Possumus per rubum qui flammam ex se producebat, et non comburebatur, beatam virginem Mariam intelligere, quæ Filium Dei ex suo utero protulit, et virginitatem non amisit: sed propter ea quæ sequuntur, per rubum Christum esse intelligendum **526** existimo, secundum quod homo est. Flamma vero rubi ejus divinitatem figuravit. Rubus ergo ardebat, et non comburebatur; quia Filius Dei hominem assumens, sicut ejus divinitas non est mutata in humanitatem, ut amitteret quod erat; sic nec ejus humanitas per divinitatem ardens, non est absumpta ita a divinitate, ut amitteret humanitatem: sed ex duabus substantiis humanitatis atque deitatis unus Christus permansit et permanet, sicut scriptum est: *perfectus Deus, perfectus homo, ex anima rationali et humana carne subsistens* (*Athanas. in Symb.*).

Locutusque est Dominus ad Moysen de medio flammæ rubi: *Ne appropies huc, solve calceamentum de pedibus tuis; locus enim in quo stas, terra sancta est. Videns vidi afflictionem populi mei, qui est in Ægypto, et gemitum ejus audivi, et descendi liberare eum. Sed veni, mitte te ad Pharaonem, ut educaas filios Israel de terra Ægypti* (*Exod. iii, 5, et seq.*). Et post pauca: *Dixitque Moyses ad Dominum: Quis ego sum, ut vadam ad Pharaonem, et educaam filios Israel de Ægypto* (*Ibid., 11*)? Et in sequentibus de filiis Israel loquitur ad Dominum, dicens: *Non audient vocem meam, sed dicent: Non apparuit tibi Dominus* (*Exod. iv, 1*); et iterum: *Obsecro, Domine, mitte quem miserrus es* (*Ibid., 13*). Hæc verba demonstrant Moysen invitum obedisse mandatis Domini; ut educeret filios Israel de terra Ægypti: sed quærendum nobis est, cur tantus vir Domini præceptum invitus exsecutus sit. Verum hanc ejus pertinaciam spiritualiter intelligere debemus; dicit enim Apostolus: *Hæc autem omnia in figura continebant illis: scripta sunt autem ad correptionem nostram, in quos fines sæculorum devenerunt* (*I Cor. x, 11*). Per Moysen igitur in hoc loco apostoli desi-

^b Edit., *custos est bituminis*; mss., *custos est vini*.

^c *Filia vero Pharaonis.... figuravit*, in edit. rejecta fuerant post verbum, *abstulit*.

gnantur; in initio namque prædicationis evangelicæ apostoli scientes electionem gentium reprobationem esse Judæorum, nolebant gentibus doctrinam Evangelii tradere, ut de potestate diaboli eruerentur. Unde et Dominus in visione quadrupedum atque reptilium Petrum, ^a cur gentes despiceret, reprehendit dicens: *Quod Deus purificavit, tu commune ne dixeris (Act. x, 15)*. Ad hunc igitur sensum pertinet illud, quod Dominus dixit ad Moysen: *Ne appropinques huc, solve calceamentum de pedibus tuis; locus enim in quo stas, terra sancta est (Exod. iii, 5)*, ac si alicui ex magnis apostolis Dominus dixisset: *Quamvis mortuos suscite, quamvis umbra corporis tui ægrotos sanes; in nullo tamen te mihi comparare audeas: quia magna quæ agis, non sunt de te, sed ego operor per te. Calceamenta autem pedes muniunt, ne terram tangant: per terram vero gentes designantur. Solve, inquit, calceamentum de pedibus tuis; id est, aufer odium et despectionem gentium de corde tuo. Locus enim in quo stas, terra sancta est: id est, mundus in quo habitas, meo sanguine redemptus est.*

Et in sequentibus dixit Dominus ad Moysen: *Quid est quod tenes in manu tua? At ille dixit: Virga. Ait illi: Projice eam in terram. Quam cum projecisset, versa est in colubrum, ita ut fugeret Moyses, dixitque ei Dominus: Apprehende caudam ejus; quam cum apprehendisset, versa est in virgam (Exod. iv, 2)*. Per virgam Judæi designantur. Moyses virgam in manu tenebat, quia apostoli populum Judæorum per amorem in corde tenebant, totaque virtute laborabant ut eos per doctrinam suæ prædicationis ad salutem perducerent. Projecit Moyses virgam de manu, quia apostoli videntes Judæos in Christum nullo modo velle credere, amorem eorum a cordibus suis projecerunt. Per colubrum vero diabolus designatur. Versa est igitur virga in colubrum, quia Judæi ex prædicatione apostolorum deteriores effecti, qui ante dicebantur populus Dei, facti sunt filii et membra diaboli. Fugit Moyses, quia apostoli, relictis Judæis, transierunt ad gentes. Per caudam vero, quæ finis est corporis, Judæi qui in fine mundi nascituri sunt, designantur. Moyses igitur caudam serpentis apprehendit, atque in virgam versa est; quia prædicatores sancti in fine mundi Judæos quodammodo apprehendent; cum per eorum doctrinam ad fidem Christi convertentur, atque ex filiis diaboli efficiantur filii Dei.

Nam et illud, quod præcipiente Domino, Moyses manum in sinum misit, et leprosam retraxit, et iterum misit, et sana effecta est; eandem significationem habet: per manum namque Moysi Judæi designantur. Manum Moyses in sinum misit; quia Apostoli Judæorum salutem desiderantes, eis doctrinam fidei prædicare non cessabant. Moyses manum retraxit, et leprosam invenit; quia Judæi ex prædicatione apostolorum multo pejores effecti, in pessimam lepram incredulitatis atque blasphemiarum delapsi

A sunt. Moyses iterum manum in sinum misit, et sanam retraxit; quia prædicatores sancti in fine mundi Judæos in sinum recipient, cum eis fidem Christi prædicabunt, eosque ad sanitatem, quam amiserant, reducent.

In sequentibus quoque scriptum est, quod cum reverteretur Moyses in Ægyptum, occurrit ei Dominus, et volebat interficere eum. Tulit illico Sephora acutissimam petram, et circumcidit carnem præputii filii sui, tetigitque pedes ejus, et dixit: *Sponsus sanguinum tu mihi es (Exod. iv, 25)*. Et dimisit eum, postquam dixerat: *Sponsus sanguinum tu mihi es, ob circumcisionem*. Si Dominus occidere voluit Moysen, quare non fecit quod voluit, cum Psalmista dicat: *Omnia quæcumque voluit Dominus, fecit (Psal. cxxxiv, 6)*. Sed voluntas sæpe pro comminatione ponitur: comminatus est igitur Dominus Moysi mortem, eo quod incircumcisum filium ferret, sicut ad Abraham loquitur, dicens: *Omnis anima ex vobis quæ circumcisa non fuerit, peribit de populis suis (Gen. xvii, 14)*. Sed ista præmittentes, ad spiritalem intelligentiam recurramus. Moyses in hoc loco eos qui ex gentibus crediderunt, designat; in initio namque fidei apostoli et cæteri prædicatores considerantes imbecillitatem gentium fidem Christi suscipientium, noluerunt eis austeriora Christi præcepta primum tradere; ne forte territi non auderent ad fidem Christi suscipiendam accedere. Hæc ita esse apostolus Paulus demonstrat, qui eis qui ex gentibus crediderant, per epistolam loquitur, dicens: *Tamquam parvulis in Christo lac vobis potum dedi, et non escam; nondum enim poteratis, sed nec adhuc quidem potestis; adhuc enim estis carnales (I Cor. iii, 2)*. Sed et apostoli eis, qui apud Antiochiam in Christum crediderant, mandaverunt dicentes: *Placuit Spiritui sancto et nobis nihil imponere vobis oneris, nisi ut **527** abstineatis vos ab escis, quæ idolis immolantur, et a fornicatione, et suffocato, et sanguine. Comminatus est igitur Dominus Moysi mortem, eo quod carnem præputii filii sui circumcidere dissimularet: quia credentibus ex gentibus, eo quod tepidi essent in charitate, Dominus mortem comminatus est; cum eis præcepta Evangelii sui anteposuit, ubi scriptum est: *Arcta et angusta via est, quæ ducit ad vitam; ^b et pauci sunt, qui vadunt per eam. Lata et spatiosa via est, quæ ducit ad mortem; et multi sunt, qui vadunt per eam (Matth. vii, 14)*; et iterum: *Qui non bajulat crucem suam, et sequitur me, non est me dignus (Luc. xiv, 27)*; et multa alia quæ de resecatione vitiorum in Evangelio, et in dictis apostolicis inveniuntur.*

Per petram vero Christus intelligitur, acumen autem petræ dura præcepta Evangelii. Tulit igitur Sephora acutissimam petram, et circumcidit carnem præputii filii sui; quia Ecclesia cernens filios suos nullo modo posse perfectam consequi salutem, nisi omnia desideria carnalia ab eorum corporibus extirparet, tulit austeriora præcepta Evangelii, et amputavit a corporibus filiorum suorum omnium nutri-

^a Ita mss.: at edit., ne gentes despiceret, docuit.

^b Ita mss.; edit. autem, et pauci sunt, qui vadunt, vel qui intrant per eam. Et iterum, etc.

mentā vitiorum. In pedibus vero finis est corporis: Sēphora igitur post circumcissionem pedes filii sui tetigit; quia illē circumcissionem salutiferam percipit, qui in bono quod cœpit, usque in finem vitæ perseverat. Postquam autem Sēphora pedes filii sui tetigit, jam non filium, sed sponsum vocat: sponsus vero Ecclesiæ Christus est. Sed et ipsa ejus sponsa vocatur, sicut dicit Joannes Baptista: *Qui habet sponsam, sponsus est* (Joan. iii, 29). Quem et sponsum sanguinum vocat; quia Christi sanguine est redempta. Filii ergo Ecclesiæ post circumcissionem vitiorum, et in bonis operibus vitæ consummationem jam non filii, sed sponsi vocantur; quia illi conjuncti sunt in cœlis per copulationem membrorum, qui sponsus Ecclesiæ in terra vocatur, et est.

Et quoniam non possumus omnia quæ per Moysen in Ægypto gesta sunt, commemorate, pauca de his quæ post egressionem Israelitici populi ex Ægypto ab eis gesta sunt, ponamus. Filii igitur Israel ut Pharaonem et Ægyptios evaderent, per medium sicci maris transierunt, et aquæ eis erant quasi pro muro a dextris et a sinistris (Exod. xiv, 22). Similiter et populus gentium, ut diabolum omnesque ejus satellites evaderent, per aquam baptismatis transierunt. Et qui antea erant filii diaboli, ex aqua et Spiritu sancto, qui per columnam ignis designabatur, renati effecti sunt filii Dei. Aqua ergo maris filios Israel salvavit, Pharaonem vero cum omnibus satellitibus suis necavit; quia aqua baptismatis imaginem Dei salvat, peccata quibus servierat, exstinguit: diabolus autem unicuique exstinguitur, qui eum fideliter cum omnibus pompis ejus abrenuntiat. Aquæ vero quæ pro muro eis erant a dextris et a sinistris, fidem designabant nostram, quam in baptismo percepimus, quæ murus est noster, ex utraque parte defendens nos et ab invisibilibus hostibus et a visibilibus.

Post transitum maris Rubri venerunt in Marath, ubi aquas amaras invenerunt, quas bibere non poterant. Et ostendit Dominus Moysi lignum, quod cum misisset in aquas, in dulcedinem versæ sunt (Exod. xv, 23). Per aquas amaras lex Moysi designatur: per lignum autem passionem Christi, eo quod in ligno crucis completa fuerit, debemus intelligere. Populus igitur qui ex Ægypto egressus est, aquas amaras invenit; quia Legem acceperunt, quam implere non potuerunt: sed gentibus ad fidem Christi venientibus amaritudo Legis per passionem et resurrectionem Christi in dulcedinem versa est, quia ab eis spiritaliter, non carnaliter intellecta est. Illud etiam quod in Elim duodecim fontes repererunt, et castra metati sunt juxta aquas (Ibid., 27), eandem significationem habet; per aquas namque duodecim fontium doctrina novi Testamenti designatur, quæ a duodecim

fontibus, id est, a duodecim apostolis per universum mundum emanavit: per septuaginta autem palmas vetus Testamentum designatur, eo quod per interpretationem Septuaginta Interpretum ad notitiam gentium usque pervenerit.

His nihilominus intermissis, pauca de his quæ in Legē irrationabilia esse videntur, dicamus. Præcepit Dominus filiis Israel: *Non coquēs hædum in lacte matris suæ* (Exod. xxiii, 19); et iterum: *Non arabis simul in bove et asino; et non induēs vestem, quæ ex lana linoque contexta est* (Deut. xxii, 10). Quid enim peccat quis, si hædum in lacte matris coquat? aut quid agricola delinquit, si cum bobus et asinis terram vomere scindat? aut quid offendit aliquis, si vestem ex lana linoque contextam induat? Sed spiritaliter hæc omnia intelligenda sunt; per hædum namque unusquisque peccator designatur: mater autem nostra primi parentes fuerunt, ex quibus omnes procreati sumus: lac vero matris vitia sunt, quæ de originali peccato processerunt; nisi enim originale peccatum fuisset, vitium nullum esset. De hoc matris lacte Psalmista loquitur, dicens: *Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, et in delictis peperit me mater mea* (Psal. l, 7). Hædus igitur in lacte matris coquitur, dum quilibet peccator igne vitiorum usque ad diem mortis suæ exurit. Præcepit ergo Dominus, ne coquatur hædus in lacte matris suæ, id est, ut peccator non sinatur usque in diem mortis suæ in peccatis permanere: sed ante diem mortis suæ ad bona opera agenda revocetur, ne pereat.

Non arabis simul in bove et asino (Deut. xxii, 10). Per bovem apostolos, ceterosque prædicatores: per asinum populum Judæorum possumus intelligere. Aramus vero, quando secundum traditionem sanctorum nosmetipsos in bonis operibus exercentius. In bove igitur et asino simul arat, quicumque doctrinam apostolorum, traditionesque Judæorum simul servare nititur. A qua doctrina Paulus apostolus Galatas revocare studuit, cum diceret: *O insensati Galatæ! quis vos fascinavit veritati non obedire? Dico enim vobis, quoniam si circumcidamini, Christus vobis nihil prodest* (Galat. iii, 1). Possumus etiam per bovem quemlibet sapientem prædicatorem, per asinum vero stultum intelligere. Præcipitur ergo ut non aratur simul in bove et asino, id est, ut non copuletur stultus sapienti in prædicationis officio. Hoc autem quod dicit: *Non induas vestem ex lana linoque contextam* (Deut. xxii, 11), secundum superiorem sensum possumus intelligere; 528 per lanam namque, quæ vestis est ovium, doctrinam apostolorum: per linoque vero, quod ex terra oritur, doctrinam Judæorum possumus intelligere. Vestem ergo induimus, cum nosmetipsos bonis operibus circumdamus: ex

^a Omnes edit., *operibus consummationem*: omnes mss. *operibus vitæ consummationem*.

^b Gill. edit., *imaginem Dei salvatoris, peccata quibus servierat, exstinguit*: Rom. sic emendaverat, *imaginem Dei Salvatoris gerens, peccata quibus populus*

gentium servierat, exstinguit: nos vero consensum inss. seculi sumus.

^c Omnes edit., *eo quod interpretatio*; omnes mss., *eo quod per interpretationem.*

Una autem lingua contexta nititur veste, qui cum traditionibus apostolorum etiam traditiones Judaeorum vult observare.

Præcepit etiam Dominus Moysi, ut si quis leprosus mundatus esset, veniret ad sacerdotem, et offerret duos passeris sacerdoti. Ex quibus ille unum immolans, decurrere faceret sanguinem ejus in aquas viventes, et intingens passerem vivum in aquas, in quibus sanguinem immolati passeris decurrere fecerat, cum ligno cedrino, lana coccinea, et hyssopo aspergeret septies leprosum, et tunc rite mundaretur (*Levit. xiv, 3 et seq.*). Per sacerdotem Christus intelligitur: duo vero passeris duorum Testamentorum doctores intelliguntur: per aquas autem viventes præcepta Evangelii designantur, de quibus Dominus dicit in Evangelio: *Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ (Joan. vii, 38)*. Aquas vivas vocat, eo quod vitam æternam præsentent facientibus ea. Per passerem igitur immolatum, sicut diximus, doctores Judaeorum, sacerdotes videlicet, scribæ et pharisæi designantur. Sanguis vero, qui vitam passeris præstabit, spiritalis est intelligentia, quæ in observationibus Judaeorum latebat. Et sicut passer sine sanguine mortuus efficitur, ita et multæ observationes Judaeorum, si spiritalis intelligentia defuisset, vanæ esse viderentur. Postquam ergo sanguis passeris apparuit, atque in aquas vivas decurrit, passer mortuus est; quia postquam spiritalis intelligentia, quæ in observationibus Judaeorum latebat, per gratiam Domini nostri Jesu Christi manifestata est, quædam observationes legales nihil profuerunt: sed et ipsi qui propter custodiam Legis fidem Christi spreverunt, secundum animam mortui sunt. Sanguis igitur passeris aquis viventibus admixtus est; quia omnis Scriptura, quæ ad novum Testamentum ^a pertinet, exemplis veteris Testamenti spiritaliter intellectis repleta est. Per lignum vero cedrinum Pater, per hyssopum Filius: per lanam autem coccineam, quæ fulgorem ignis habet, Spiritus sanctus designatur. His tribus qui rite mundari volebat, aspergebatur; quia nullus per aquam baptismatis à leprâ peccatorum mundari potest, nisi sub invocatione Patris et Filii et Spiritus sancti.

Sed si per hæc tria Pater et Filius et Spiritus sanctus designantur, cur passer vivus quartus adjungitur? Per passerem namque vivum prædicatores novi Testamenti designatos fuisse diximus. Sacerdos ergo ligno cedrino, cæco, et hyssopo passerem vivum adjungebat; quia Dominus noster Jesus Christus in invocatione sui nominis, et Patris et Spiritus sancti adjungit ministerium sacerdotum, nosque a peccatis nostris, qui per leprosum designamur, per eorum invocationem, et per aquam baptismatis abluit. Qui passer in aquis viventibus intingi jubetur; quia qui alios docet, in divinis Scripturis doctum

esse oportet: nam si cæcus sciam ducere leprosum, alio in foveam cadant (*Matth. xv, 14*). Qui leprosus septies aspergi præcipitur, quia nullus munditia sine donis septem Spiritus sancti perfecta esse potest. Quis enim sine timore Dei, sine pietate cæterisque virtutibus salvus esse potest? Sed cum unusquisque a prædicatoribus fidei qualiter vivere debeat secundum mandata Dei docetur, septies aqua viva aspergitur. Post emundationem vero leprosi passer vivus in agro volare dicebatur; quia prædicatores sancti post expletum officium prædicationis suæ in agro patriæ celestis volare promerentur.

In illo quoque loco scriptum est; quia præcepit Dominus Moysi, ut offerrent filii Israel sacerdoti caprum emissarium, poneretque sacerdos manus super caput ejus, et confiteretur super eum peccata filiorum Israel, et mitteret eum per hominem paratum, in desertum; ut portaret peccata filiorum Israel in desertum. Ille autem qui caprum emissarium in desertum ducebat, non permittebatur in castra ingredi, nisi prius lavaret vestimenta sua (*Levit. xvi, 10 et seq.*). Eandem ergo significationem habet sacerdos, quam et caper emissarius; significant enim Dominum nostrum Jesum Christum. Sacerdos igitur super caprum emissarium peccata filiorum Israel confessus est; quia Filius Dei peccata generis humani super hominem quem assumpsit, posuit, ut pro eis ipse moreretur. Per desertum vero, cujus habitationem omnes delictiosi perhorrescunt, crux designatur, cuius rebus valde horribilis. Duxit ergo homo paratus caprum emissarium in desertum, quia Judæi qui ad hoc scelus perpetrandum ^b præciti fuerant, Dominum nostrum Jesum Christum crucifixerunt. Illi autem qui caprum emissarium in desertum duxerat, præceptum est ut lavaret prius vestimenta sua, et sic ingrederetur in castra: quia Judæi interfectores Christi in castra Ecclesiæ ingredi non potuerunt, nisi prius aqua baptismatis abluerentur.

Et in Deuteronomio præcepit Moyses filii Israel, dicens: *Si transieris per agrum, et inveneris avem incubantem super pullos suos; ne teneas avem tum pullis suis, sed dimitte avolare avem in campum, et captos tene pullos; ut longo vivas tempore in terra, quam Dominus Deus tuus dederit tibi (Deuter. xxii, 6)*. Numquid ^c dimissio aviculæ dies altitudo augete poterat? Non, sed spiritaliter intelligendum est. Per avem unaquæque sancta anima designatur: per pullos autem ejus bonâ opera intelliguntur. Nam sicut avis pullos suos sub alas congregat, ut eos fovendo nutriat; ita unaquæque sancta anima opera sua intra cordis secretâ recondit, et ea semper augendo multiplicat et nutrit, ut ex iis mercedem plenissimam recipiat. Avem itaque cum pullis suis invenimus, cum aliquem justum pro suis bonis operibus amando amplectimur. Avem in agro avolare permittimus, cum eum quem diligebamus, per mortem ad regna

^a Ita mss.; edit. vero, *pertinet, spiritalibus intellectibus repleta est.*

^b Omnes edit., *præciti fuerant*: omnes mss. *præ-*

sciti fuerant.

^c Ita mss. et edit., *dimissa aviculâ dies alienos augete poterat.*

coelestia conscendisse gaudemus : filios vero ejus captos tenemus, si ejus bona opera in mente retinemus, atque in eorum imitatione proficimus. Et in hoc longitudinem vitæ nobis acquirimus, quæ non nisi in coelesti beatitudine constitutis datur. De apertione tertii sigilli pauca de multis diximus, nunc ordinem prosequamur.

(Vers. 5.) *Audivi tertium animal dicens : Veni et vide ; id est, intellige spiritualiter* 529^a *Scripturam Legis. Et ecce equus niger, et qui sedebat super eum, habebat stateram in manu sua.* Per equum nigrum doctores Legis possumus intelligere ; nigredo enim equi sive obscuritatem Legis, quam docuerunt, sive duritiam designat. Nam et Moyses velamen habebat super faciem suam, eo quod splendor vultus ejus, id est, spiritualis intelligentia in Lege a lippientibus oculis non posset videri. Sessor autem equi Dominus est : statera vero æquitatem judicii legalis demonstrat, ut est istud : *Animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, pedem pro pede* (Exod. xxi, 23),^b et qualem inflixerit quis maculam, talem et sustinere cogatur.

(Vers. 6.) *Et audivi vocem in medio quatuor animalium dicentem.* Potest per vocem quæ facta est in medio quatuor animalium, vox Ecclesiæ accipi, Domini misericordiam implorantis. *Bilibris tritici denario, et tres bilibres hordei denario, et vinum et oleum ne læseris.* Magna sunt quæ protulit, et valde obscura. Per triticum ex quo panis optimus conficitur, divinam Scripturam possumus accipere, quæ est panis animarum : duæ vero libræ tritici duo Testamenta designant, quibus divina Scriptura dividitur. Ex iis duabus libris tritici magnam ciborum copiam nobis sancti patres præparaverunt, qui eam multipliciter exposuerunt : denarius autem Dominum designat. Binæ ergo libræ tritici denario copulantur ; quia quod sancta scriptura loquitur, ad unius Dei omnipotentiam, magnitudinem, bonitatem, atque severitatem pertinet ; quidquid enim boni erga proximos agimus, de illo est, non de nobis. Per asperitatem vero hordei opera sanctorum designantur : quæ aspera quidem videntur per operationem, sed spes ea suavia facit, sicut dicit Dominus : *Jugum enim meum suave est, et onus meum leve* (Matth. xi, 30). Tres autem bilibres hordei sunt : non inconvenienter ergo^c per senarium numerum, qui perfectus est, opera sanctorum designantur, quia perfectio sanctorum ex bonis operibus accrescit. Tres bilibres ergo hordei denario conjunguntur ; quia quidquid boni electi in hoc sæculo operantur, quidquid adversi patiuntur, pro amore unius Dei omnipotentis agunt et patiuntur.

Aliter : per equum ii qui per Legem salvi facti sunt, designantur : per ascensorem ejus ipse dator Legis : per stateram vero æquitas judicii ejus. Conse-

quens est ut per binas libras tritici et per tres bilibres hordei vetus Testamentum intelligamus : per binas ergo libras tritici duo præcepta charitatis, quæ in Lege et prophetis specialiter commendantur, designantur, sicut Dominus dicit in Evangelio : *In iis duobus mandatis tota Lex pendet et prophetae* (Matth. xxii, 40). Et per tres bilibres hordei vetus Testamentum possumus accipere ; eo quod in tres partes ab Hebræis dividatur, in Prophetas, in Legem, in Hagiographa. Nec inconvenienter per hordeum, quod asperum habet corticem, vetus Testamentum designatur,^d propter asperitatem videlicet præceptorum legalium. Nam sicut hordeum infra asperitatem corticis sui medullam continet, ex qua panis conficitur, ita et infra litteram veteris Testamenti spiritualis intelligentia continetur, ex qua a magistris Ecclesiæ panis doctrinæ spiritualis conficitur, ad nutrimenta fidelium proficiens ; scribit enim apostolus Paulus quia nullum ad perfectum adduxit Lex, nullum scilicet eorum qui eam carnaliter intelligunt et operantur : eos vero qui eam spiritualiter intelligunt et operantur, ad perfectionis culmen sine dubio erigit (Hebr. vu, 19). Tres ergo libræ hordei duplicantur, ut ad senarium, qui perfectus est numerus, perveniant ; cum vetus Testamentum a doctoribus Ecclesiæ primo historialiter, postea spiritualiter intelligitur, ejusque spiritualis intelligentia operibus impletur. Per denarium autem æterna vita designatur, sicut Dominus docet in Evangelio (Matth. xx, 2). Precatur igitur Dominum Ecclesia, et dicit : *Bilibris tritici denario, et tres bilibres hordei denario*, id est, ii qui duo præcepta charitatis secundum doctrinam Legis atque Prophetarum, patribus videlicet veteris Testamenti : similiter et eis qui vetus Testamentum spiritualiter intelligunt et operantur, id est, fidelibus Ecclesiæ, denarium vitæ æternæ dignare largiri. Per austeritatem vero vini activam vitam, per pinguedinem olei contemplativam possumus accipere. Quod ergo dicit : *Vinum et oleum ne læseris*, tale est ac si diceret : Eos qui tibi per activæ vitæ opera sive contemplativæ servire studuerunt, ne læseris, cum ad judicium veneris.

(Vers. 7.) Sequitur : *Et cum aperuisset sigillum quartum.* Apertio sigilli quarti ad prophetas pertinet, qui adventum Christi, passionem, et resurrectionem ejus, vocationemque gentium et aperto sermone, et per varias figuras prædixerunt : Salvator igitur noster quartum sigillum aperuit, quando intelligentiam prophetarum doctoribus Ecclesiæ præbuit. Sed de dictis prophetarum non est nobis necesse quidquam dicere, eo quod ab eisdem doctoribus expositi sint. Et quia non solum quæ a prophetis scripta sunt, sed et quæ ab eis gesta sunt, spiritalem habent intelligentiam, pauca de iis quæ per David, Eliam et Elisæum gesta sunt, dicamus.

^a Rom. edit. sola, qui Scripturam legis.

^b Omnes edit., et quale inflixerit quis malum, tale, etc. : mss. autem ut in contextu.

^c Edit., per binarium numerum. Et infra, et per

tres libras hordei ; mss. autem utroque loco nobis consonant.

^d Ita mss. ; edit. vero, propter asperitatem corticis sui. Medullam continet, etc.

In Regum volumine scriptum est, quia cum David vellet pergere ad pugnam contra Philistæum, dixit ad Saul : *Pascebat servus tuus gregem patris sui, et veniebat leo vel ursus, tollebatque arietem de medio gregis, et insequerbar, percutiebamque eos, eruebamque eum de ore eorum. Et illi consurgebant adversum me, et apprehendebam mentum eorum, et suffocabam, interficiebamque eos; nam et leonem et ursum interfeci ergo servus tuus* (I Reg. xvii, 34 et seq.). David Christum significat; per leonem autem et ursum persecutores Ecclesiæ designantur: per leonem imperatores et cæteri principes terræ: per ursum Judæi designati sunt, qui Ecclesiam Dei persecuti sunt: per arietem vero martyres designantur. Leo igitur et ursus venit, atque arietem de medio gregis abstulit; quia persecutores quosdam de Ecclesia fideles tulerunt, atque pro Christi nomine interfecerunt. Et sicut David leonem et ursum insecutus percussit, atque arietem de ore eorum eruit: similiter et Redemptor noster quosdam ex persecutoribus persecutus est, quando eis pœnam quam merebantur, in præsentis sæculo irrogavit, sicut primo Herodi, et iterum secundo, et tertio, et multis aliis. Percussit quippe, quando eos æterna morte damnavit: arietem de ore eorum eruit, quia populum fidelium ab eorum laceratione liberavit. Et iterum illi consurgebant adversum David, quia temporibus persecutorum cum alii punirentur, alii contra Christum insurgent, ut ejus nomen atque culturam funditus exstinguerent. Sed David apprehendebat mentum eorum, et suffocabat, interficiebatque eos (I Reg. xvii, 35). Per mentum, quod ori est proximum, blasphemix Judæorum atque paganorum designantur. Christum mentum persecutorum apprehendit, et suffocavit, interfecitque eos; quando imperatoribus in Christum credentibus, omnis cultura et error gentilium ita suffocatus est, ut nullus persecutorum auderet os ad blasphemandum Christum aperire; omnesque extincti sunt, credentibus in Christum gentibus.

Idem autem David cum ad bellum contra Philistæum iret, baculum suum tulit secum, quem semper habebat in manibus, elegitque sibi quinque limpidissimos lapides de torrente, et misit eos in peram, quam habebat secum, et fundam manu tulit, et processit contra Philistæum. Per baculum quo homo sustentatur, apostoli designantur, qui Christum quasi sustinuerunt, cum opus propter quod in mundum venerat, compleverunt, sicut dicit apostolus Paulus: *Dei enim adjutores sumus* (I Cor. iii, 9). Per peram autem ejus humanitas designatur: per quinque lapides quinque libri Moysi, quos in peram misit; quia scientiam quinque librorum homini, quem assumpsit, dedit: per fundam autem ejus linguam accipere possumus. Processio vero David contra Philistæum duobus modis secundum allegoriam intelligi

A potest; processit namque Salvator noster contra Philistæum, quando ductus est in desertum a Spiritu sancto; ut tentaretur a diabolo, vinceretque diabolus. Quinque lapides David in peram misit, sed ex uno Goliath prostravit; quia Salvator noster scientiam quinque librorum æqualiter possedit, sed ex uno, id est Deuteronomio, trina testimonia assumpsit, ex quibus tres tentationes diaboli devicit. Et sicut David funda lapidem jecit, et Goliath interfecit; ita et Dominus noster Jesus Christus lingua sanctæ Scripturæ testimonia protulit, et diabolum superavit.

Aliter: perrexit David ad pugnam contra Philistæum: similiter et Christus, ut diabolum vinceret, ad passionem properavit. David lapide Goliath dejecit, similiter et Christus diabolum morte sua peremit. B Cumque gladium non haberet in manu David, tulit gladium Philistæi, et interfecit eum gladio suo, præciditque caput ejus. Gladius diaboli mors est: *Invidia enim diaboli mors intravit in orbem terrarum* (Sap. ii, 24). Iste est gladius, quo primum hominem, deinde genus humanum usque dum a Christo redimeretur, interfecit. Hunc gladium incurrimus, cum peccamus: sed hunc gladium Christus non habebat; quia peccatum non fecerat, nec inventus fuerat dolus in ore ejus (I Pet. ii, 22). Originali quoque peccato C obnoxius non erat; quia ex concubitu viri, qui sine peccato esse non potest, ortus non fuerat. Christus itaque qui mortem ex debito non habebat, a diabolo qui auctor ejus erat, mortem mutuavit, et per eam eundem principem mortis interfecit. Per caput autem Philistæi genus humanum in hoc loco designatur. Præcidit David caput Philistæi, quia Christus a corpore diaboli electorum multitudinem separavit. Detulit illud in Hierusalem, quia multitudinem electorum in cœlesti beatitudine, quæ Hierusalem vocatur, collocavit.

De Elia vero et Elisæo quamvis eorum facta plena sint spiritalibus sensibus, ea tantummodo proferamus, quæ a Domino in Evangelio commemorata sunt. Nam cum venisset Dominus in Nazareth, dixerunt ei concives ejus: *Quanta audivimus facta in Capharnaum, fac et hic in patria tua.* Dixitque eis: *Amen dico vobis, quia multæ viduæ erant in diebus Elie in Israel, quando clausum est cœlum, et ad nullam illarum missus est Elias, nisi in Sareptam Sidoniæ ad mulierem viduam. Et multi leprosi erant in diebus Elisæi in Israel, et nemo eorum mundatus est, nisi Naaman Syrus* (Luc. iv, 23 et seq.). In Regum volumine scriptum est quia cum cœpisset Achab rex Israel Eliam persequi, præcipiente Domino, abiit in desertum, et sedit juxta torrentem Charib: corvi quoque doferebant ei panes et carnes mane, et panes et carnes vespere, et bibeat de torrente (III Reg. xvii, 3 et seq.). Elias Christum figurabat: per torrentem autem Charib Legem debemus intelligere. Charib interpretatur mendacium, non quod lex mendacium

Iste est, etc.

^c Ita omnes mss.; omnes vero edit., *obnoxius erat, quia in peccato ortus non fuerat. Christus itaque, etc.*

^a *Omnesque extincti sunt, credentibus in Christum gentibus, ex mss. restituitur.*

^b *Omnes edit., Philistæi; et caput illius amputavit.*

sit; solent namque prudentes proponere auditoribus suis parabolis, ut apterius intelligantur ea, quæ dicebatur, et introducunt bestias et aves loquentes. Quod si sola verba parabolarum attendas, mendacium esse prospicies: sin vero sensum, veritatem prolabis. Similiter et quædam præcepta legalia, si litterarum tantummodo attendas, inutilia tibi videbuntur: si spiritaliter intelligentiam, veritas tibi magna in littera resurget. Quædam igitur præcepta legalia Judæis mendacium sunt; quia ea carnaliter intelligunt: nobis autem veritas; quia ea spiritaliter intelligere curamus. Per corvos vero sacerdotes Judæorum designantur, velamine cordium suorum tenebrosi; per carnes jure sacrificiorum quod mane et vespere offerebatur. Præces autem panes propositionis demonstrant, qui assidue in conspectu Domini ponebantur: bibebat vero de torrente, quia in observationibus legalibus Christus delectabatur. Post dies autem multos siccatus est torrentis; quia veniente Christo in carne, et Evangelium prædicante, observatio legalis cessavit, atque ab illo tempore nihil profuit, sicut dicit Dominus: *Lex et prophetæ usque ad Joannem, etc.* (Matth. 23, 13). Et iterum dicit ad Israel per prophetam. *Næ offeratis ultra sacrificium frustra. Incensum abominatio est mihi: neomenias et sabbata vestra non seram, iniqui sunt cultus vestri.* (Esa. 1, 13).

Et dixit Dominus ad Eliam: Vade in Sareptam. Sidoniorum, et manebis ibi; præcepi enim tibi mulieri viduæ ut pascat te. (III Reg. xvii, 9). Qui consurgens, abiit in Sareptam. Elias in Sareptam abiit; quia Judæos persequens, Christus derelinquens, per apostolos suos transiit ad gentes: Sarepta vero successa interpretatur, vel angustia panis; gentiles quippe, 531 qui erant civitas diaboli, et qui per Sareptam designantur, igne vitiorum succensæ erant. De hoc igne Scriptura dicit: *Omnes vos accendentes ignem, accincti flammis ambulatis in lumine ignis vestri, et in flammis quas succendistis, vobis.* (Esa. 1, 11). Illi namque flammis accincti sunt, qui igne vitiorum undique exuruntur, qui et angustia panis vocantur; quia nullus prædicator unquam ad eos accesserat, qui pabulum verbi Dei eis impertiret. Cumque venisset ad portam civitatis, apparuit ei mulier vidua, colligens ligna. Eandem significationem habet mulier, quam et civitas; significat enim Ecclesiam ex gentibus congregatam: vidua vero erat, quia Deum vitam suam, peccatis suis exigentibus, perdidit. Et vocavit eam, dixitque ei: *Affer mihi paululum aquæ in vase, ut bibam.* Minora petit, ut ad majora perveniret; possumus namque per paululum aquæ, quod animum sitientis refrigerat, voluntatem audientium intelligere; quia sicut sitientis linguam aqua refrigerat, ita et prædicatorum, mentes promptè animas auditorum. Cumque illa pegeret ut afferret, clamavit post tergum ejus, dicens: *Affer mihi et buccellam panis in manu tua.* Quasi post tergum nobis est, quod ignoramus: Elias ergo post tergum mulieris clamavit, quia prædicatores sancti gentibus Deum, quem ignorabant,

A prædicaverunt; unde et per buccellam panis initia fidei possumus intelligere.

Et quis illi competenter ad fidem veniunt, qui studeant prius peccata sua consistere, recte subditur: *Dixitque ei mulier: Vivit Dominus Deus tuus, quia non habeo panem, nisi quantum potest paululum capere farina in hydria, et paululum olei in tegula.* Loquutus vas erat, in quo oleum servabatur. Possumus vero per farinam rationem, per oleum autem opera misericordiæ intelligere. Gentilis ergo populus cogitans se graviter errasse, constabat nihil in se huius esse; nisi tantummodo quod parum rationis, et parum ex operibus misericordiæ videretur habere. Gentiles namque parum rationis habebant; quia ex parte rationabiles, ex maxima autem parte irrationabiles erant. Quid enim irrationabilius, quam dicere ligno aut lapidi: *Deus meus es tu?* Habebant et parum misericordiæ; quia ipsa natura sæpe eos ad hoc impellebat, ut miseris subvenirent. Per vas vero in quo farina et oleum continebatur, corum corda designantur. *En colligo duo ligna, ut ingrediar, et faciam illud mihi et filio meo, ut comedamus et moriamur.* Ligna quæ in civitate colliguntur, nihil utilitatis habent, nisi ut igni comburantur. Per ligna igitur errores gentilium diabolice fraude inventi designantur. Mulier ligna duo colligebat, quia gentilis populus ex doctrinis philosopharum atque poetarum diversos errores colligebat, pro quibus perpetuo incendio traderebatur. Sed quid est, quod dicit: *Ut comedamus et moriamur?* Non enim idcirco comedimus, ut vitam in corpore servemus: hæc autem ille se dicit comedere, ut moriatur; quia doctrina gentilium mortem magis infert, quam vitam.

Ad quam Elias: *Vade, et pro esum dicens, veniunt mihi fac es ipsa farina, et subiaceritium panem parvulum, et affer ad me; tibi autem et filio tuo facies postea.* Per panem siles, per cinerem vero tempore penitentia designatur, sicut dicit beatus Job ad Dominum: *Idcirco ipsa me reprehendo, et ego penitentiam in favilla et cinere.* (Job. xlii, 6). Panis igitur cinere cooperitur, cum quilibet infidelis ad fidem veniens, primum studet defflere mala quæ fecit; ut convenientius ad fidem Christi percipiendam, quæ in baptismo datur, accedat. Elias itaque præcepit mulieri ut ex farina panem faceret, sibi quoque defecet; quia prædicatores sancti gentes hortabantur, ut ea rationis bono, quod a Deo perciperant, cibum fidei Deo præpararent, sibi quoque defecent; fidem namque uniusquisque ad baptismum veniens, prædicatori defert, cum ad interrogationem sacerdotis qualiter credidit, confitetur; Elias panem quem mulieri facere præcepit, comedit, quia profectus filiorum mensa est prædicatorum. Quapropter Elias mulieri panem sibi et filio primo, postea sibi et filio suo panem præparavit; quia conversio peccatoris prædicatori primo imputatur: postea vero conversus panem sibi præparat, cum in bonis operibus semetipsum exercens, ut hæres celestis patris fiat obinet. Quod autem ait Elias: *Hydria farina non deficiet, nec lacus*

olei minuitur usque in diem, in qua daturus est Dominus pluviam super terram (III Reg. xvii, 14); illud significat, quod fides ab electorum cordibus bonaque opera non deficient, usque dum Dominus ad iudicium cum omnibus sanctis suis veniat.

Similiter et Elisæus Christum figurabat, Naaman vero populum gentium. Multi leprosi erant in Israel, et nemo eorum mundatus est, nisi Naaman Syrus; quia veniens Christo in carne, et Iudæi et gentes lepra peccatorum suorum circumdati erant: sed Judæis in iniquitate sua permanentibus, gentes a lepra peccatorum suorum mundatæ sunt. Præcepit ergo Elisæus Naaman, dicens: *Vade et lavare septies in Jordane, et recipiet sanitatem caro tua, et os mundaberis* (IV Reg. v, 10). Abiit, et lavit in Jordane septies, et restituta est caro eius sicut caro pueri parvuli, et mundatus est a lepra. Aqua Jordanis baptismum figurabat, eo quod in ea Christus baptizatus sit. Naaman aquis Jordanis ablutus est, et lepra mundatus; quia populus gentium aqua sacri baptismatis a lepra peccatorum suorum est expurgatus. Septies vero eius lavatio septiformem Spiritum sanctum figurabat, per cujus operationem remissio peccatorum in baptismo datur; quia sicut corpus visibiliter aquis baptismatis, ita anima invisibiliter per operationem Spiritus sancti a peccatis omnibus emundatur. Giezi autem qui pretium sanitatis a Naaman percepit, lepramque ejus hereditavit, eos designat, qui doctrinam suæ gradicationis hominibus vendunt: quos Dominus in Evangelio non pastores, sed mercenarios vocat (Joh. x, 12). Elisæus igitur sanitatem contulit, et Giezi pretium accepit; quia ab eis quos divina misericordia salvat, perverti doctores pretium sanitatis exigunt. Et ideo hæredes lepræ eorum efficiuntur, quia in malis quæ isti per gratiam Dei contempserunt, pervertentes damnationem sibi perpetuam acquirunt. De apertionibus quatuor sigillorum quæ ad vetus Testamentum pertinere certum est, pauca de multis diximus; ut demonstrarem nihil aliud esse sigillorum apertionem, nisi demonstrationem spirituum sanctorum in veteri Testamento, quæ nobis per Christum facta est.

(Vers. 8.) Sequitur: *Et ecce equus pallidus, et qui sedebat super eum, nomen illi mors, et infernus sequebatur eum.* Videntur hæc quæ de equite quarto dicuntur, ad Antichristum pertinere: sed quia superiores tres equites in bonam partem interpretati sumus, ut convenirent cum apertionibus trium sigillorum; ordinis rectitudo cogit, ut et istum in bonam partem intelligamus, quatenus concordet cum apertione quarti sigilli, quam ad prophetas pertinere demonstravimus. Equus igitur pallidus propheta significat: pallor vero diversis modis accidit hominibus; aliquando namque pavore, aliquando languore,

aliquando morte totum corpus occupante, multisque modis aliis pallescant homines. Propheta itaque, qui populo peccanti prædicebant quod in rapinam et gladium et perditionem darentur, non inconvenienter colorem pallidum habuisse dicuntur: sessor autem hujus equi Dominus est, qui in prophetis suis inhabitavit. Sed valde durum videtur, quod nomen mortis habuisse dicitur; ipse enim vita est omnium electorum sanctorum, sicut ipse dicit: *Ego sum vita* (Joh. xiv, 6). Sed si diligenter Scripturas divinas inspexerimus, inveniemus Dominum nostrum Jesum Christum vitam mortem vocari. Nam sicut vita est omnium electorum, quibus quoties vitam æternam largitur; ita et morte dici potest reprobatorum, quos pro sceleribus suis quoties morti tradit perpetuus; ipse enim habet potentiam animam et corpus perdere in gehennam (Matth. x, 28). Nomen ergo mortis habuisse dicitur, quia Israelitico populo peccanti mortem intulit, sicut in cantico Deuteronomii ipse manifesta demonstrat, cum dicit: *Ignis succensus est in furere meo, et ardedit usque ad inferni novissima: devorabitque terram cum germine suo, et montium fundamenta comburet. Congregabo super eam nubes, et sanguis mea complebo in eis: consumentur fame; et devorabunt eos aves montis, amarissimo. Dentem bestiarum immittam in eos cum furoris trahentium super terram atque ceperint. Fortis vastabit eos gladius, et intus pavor, et reliqua* (Deut. xxxii, 22 et seq.).

Hunc equitem infernus sequebatur, quia omnes qui comminationes prophetarum quas ex ore Domini ad populum protulerant, contempserunt, infernus absorbit. Vado et sequitur: *Et data est ei potestas in quatuor partes terre: occidere in gladio, et fame, et morte, et bestiis, terræ.* Per quatuor partes terræ h. omnis terra Israel designatur. Qualitas autem in gladio, et fame, et morte, et bestiis terræ consumpti fuerint, libri Prophetarum atque Regum aperte demonstrant. Quærendum vero nobis est cur apertio quatuor sigillorum ad vetus Testamentum, triuma vero ad novum pertineat. Quatuor namque sunt elementa, quibus secundum corpus subsistimus; veteris igitur Testamentum in quaternario numero, non inconvenienter ponitur; quia lex Moysi nihil aliud populo Hebræo, nisi ea quæ ad quatuor elementa pertinent, præmittit. Novum vero Testamentum in ternario numero ponitur; quia fides sanctæ Trinitatis, sine qua salvi esse non possumus, in eo specialiter commendatur.

(Vers. 9.) *Et cum aperisset sigillum quintum. Quis sigilli apertio, sexti et septimi, sicut jam diximus, ad apertionem novi Testamenti pertinet: et quamvis novum Testamentum apertio sit veteris Testamenti; tamen multa in eo obscure ponuntur, quæ necesse est ut exponantur. Igitur sigillum quintum sextum et septimum Salvator aperuit, quando ea quæ per parabolas ipse locutus est, et figuratiter*

* Post vocem *novissima*, codex Gem. subiungit, et cætera; nec ulterius producit testimonium hujus cantici; edit. illud extendunt usque ad verbum, *comburet*; nos vero cæterorum cod. auctoritati morem

gessimus.

^b Omnes edit., *omnis terra designatur*; omnes vero mss. addunt *τὸ Ἰσραὴλ*, quod necessarium hic esse ostendunt sequentia.

gessit, doctoribus Ecclesie patefecit. Sed de expositione novi Testamenti non est nobis necesse quidquam dicere, eo quod a sanctis patribus mirabiliter et multipliciter sit expositum. Quinti igitur sigilli apertio ad martyres pertinet: quintum vero sigillum tunc Christus aperuit, quando ea quæ per parabolas et quasdam figuras de persecutione martyrum, et glorificatione eorum dixit, doctoribus Ecclesie manifestavit. Aperuit etiam quintum sigillum, quando eis cœlestem gloriam quam promiserat, contulit, eosque in mundo apud homines clarificavit. *Vidi sub altare Dei animas interfectorum propter verbum Dei, et testimonium Jesu, quod habebant.* Altare Dei Christus est: animæ igitur sanctorum sub altare quiescunt, quia sicut capiti supposita sunt membra, eique cohærent, ita et animæ sanctorum in cœlesti gloria constitutæ, Christo salvatori subjectæ sunt, eique per conjunctionem membrorum nectuntur.

(Vers. 10, 11.) *Et clamabant voce magna, dicentes: Usquequo, Domine sanctus et verus, non judicas et non vindicas sanguinem nostrum de iis, qui habitant in terra? Cum scriptura præcipiat malum pro malo non reddere (Rom. xii, 17), et Dominus dicat in Evangelio: Diligite inimicos vestros, et benefacite iis, qui oderunt vos (Matth. v, 41); quid est quod sancti in cœlestibus constituti ultionem de inimicis suis expetunt? Sed scimus sanctos Dei diem ultimum desiderare, in quo et corpora et mercedem plenam laborum suorum a Domino percipient. Nam hunc diem Dominus desiderandum esse discipulis suis manifestavit, cum signa diei iudicii prædiceret, dicens: Cum autem videritis hæc fieri, respicite et levate capita vestra; quoniam appropinquavit redemptio vestra (Luc. xxi, 28). Et in oratione Dominica assidue petimus, ut adveniat regnum tuum (Matth. vi, 10). Verum quia sanctorum resurrectio atque glorificatio in die iudicii fiet, et dies iudicii damnatio erit impiorum, sancti ultionem de inimicis suis postulant, quando petunt ut dies Domini veniat; quia eo die damnatione perpetua damnabuntur. Sed hic quæstio oritur, cur sancti diem Domini desiderant, cum propheta dicat: *Væ desiderantibus diem Domini (Amos v, 18)?* Scimus namque diem Domini damnationem esse impiorum, sicut jam diximus. Et quid necesse fuit prophetæ dicere: *Væ desiderantibus diem Domini!* cum nullus impius reperitur, qui aut mortem suam, aut diem Domini desideret; eo quod in eo damnari metuit? Et quia verum est quod propheta dixit, investigandum nobis est quid significet. Damnatio quippe impiorum sunt peccata: quicumque ergo cum scorto coire desiderat; damnationem suam desiderat: ^a quicumque inebriari desiderat, damnationem suam desiderat: qui equum aut bovem aut aliquid huic rei simile furari desiderat, damnationem suam desiderat: qui damnatum aliquod proximo inferre desiderat, damnationem suam desiderat. Igitur quia damnatio impiorum erit dies iudicii, quicumque ea scelera committere*

^a Quicumque inebriari usque ad qui equum e mss. restituitur

A desiderat, pro quibus in die iudicii damnabitur, diem Domini, id est, damnationem suam desiderat.

Et datæ sunt illis singulæ stolæ albæ. Stolæ albæ gloria est sanctorum animarum, singulas stolas albas sancti Dei nunc possident; quia corporibus **533** In terra quiescentibus, ^b solius animæ beatitudine æterna perfruuntur: binas stolas tunc percipient, cum post resurrectionem animæ cum corporibus gloriam cœlestis patriæ sine fine possidebunt. *Et dictum est illis ut requiescerent adhuc tempus modicum, donec impleantur conservi eorum, et fratres eorum, qui interficiendi sunt, sicut et illi.* Tempus modicum tempus est usque ad diem iudicii: quod modicum idcirco dicitur, quia in comparatione futuri temporis valde modicum est. Sancti ergo qui hoc desiderant, ut dies iudicii fiat, in qua et corpora et mercedem plenam laborum suorum recipiant, tempus modicum expectare jubentur, donec impleatur numerus fratrum eorum; quia dies iudicii non veniet, usque dum impleatur omnis numerus electorum. Sed quærendum nobis est, cur solæ animæ pro Christi nomine interfectorum sub altare Dei quievisse, et stolas singulas accepisse legantur; cum omnes electorum animæ sub hoc altare quiescant, easdemque stolas et ipsæ possideant? Per animas igitur interfectorum non solum martyres, sed et omnes animas iustorum debemus accipere; eo quod et ipsi mundo sint mortui, ut Deo viverent, sicut dicit Apostolus: *Mortui enim estis, et vita vestra abscondita est cum Christo in Deo (Coloss. iii, 3).* Et de semetipso dicit: *Mihi mundus crucifixus est, et ego mundo (Galat. vi, 14); et: Omnes qui volunt pie vivere in Christo Jesu, persecutionem patiuntur (II Tim. iii, 12); et: Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei (Actor. xiv, 21).* Sed et Joannes auctor hujus libri, calicem Domini bibisse describitur, cum sine gladii peremptione quieverit.

(Vers. 12.) *Et cum aperuisset sigillum sextum.* Sigilli sexti apertio ad Judæorum dejectionem, sicut diximus, et ad gentium vocationem pertinet. Et quia Christus de Judæorum perditione et de gentium electione multa per parabolas est locutus, quædam etiam gessit, quæ hoc designaverunt; sextum sigillum aperuit, quando doctoribus Ecclesie ea quæ per figuras dixit et fecit, per inspirationis suæ gratiam patefecit. Aperuit etiam sextum sigillum, quando ea quæ prædixit, opere implevit. *Terræ motus factus est magnus.* Per terram in hoc loco Judæi designantur: terræ motus factus est magnus, quando a Romanis hæc gens est devastata. *Et sol factus est niger, sicut saccus cilicinus.* Per solem idem Judæorum populus designatur: sol igitur factus est niger, tamquam saccus cilicinus; quia populus Judæorum qui propter cognitionem unius Dei, et propter custodiam Legis, velut sol in mundo, refulgebat inter cæteras gentes, factus est omnibus hominibus odiosus propter iniquitates suas; sacco namque poenitentes ves-

^b Ita mss.; edit. autem, stolis animæ beatitudinis æternæ perfruuntur.

tiuntur, ut indicent se esse peccatores. Sol ergo A nigredinem sacci habuit, quia omnibus gentibus facinora Judæorum patuerunt. *Et luna facta est sicut sanguis.* Eadem significationem habet luna, quam sol; significat namque Synagoram. Luna ergo speciem sanguinis habuisse visa est, quia omnibus clariuit Judæos propter effusionem sanguinis Christi sanctorumque ejus esse deletos.

(Vers. 13.) *Et stellæ ceciderunt super terram, sicut ficus mittit grossos suos, cum a vento magno movetur.* Per stellas principes sacerdotum designantur, scribæ et pharisæi: per ficum autem terram Judæorum possumus intelligere: grossi vero ejusdem arboris fructus inutiles vocantur, qui cito labuntur, cum arbor eadem vento concutitur. Ficus igitur vento commota est, et inutiles fructus a se emisit; quia B terra Judæorum a Romanis invasa est, et gentem inutilem, et Deo odibilem a se expulit, ut habitatio fieret fidelium. Stellæ itaque grossorum more in terram ceciderunt; quia eos qui per doctrinam Legis velut stellæ in populo refulgebant, eadem pœna conclusit, quæ et cæteram multitudinem.

(Vers. 14.) *Et cælum recessit, sicut liber involutus.* Per cælum vetus Testamentum designatur: liber vero quando involvitur, ejus scriptura ab oculis intuentium absconditur. Liber ergo Judæis involutus est, quia spiritaliter intelligentiam in veteri Testamento, quæ Christum demonstrabat, intelligere noluerunt. Cælum itaque sicut liber involutus recessit, quia vetus Testamentum Judæos dereliquit, et ad gentes transivit. *Et omnis mons et insulæ de locis suis motæ sunt.* Et quia Judæorum terra montuosa est, possumus per montes eos qui in civitatibus, per insulas autem eos qui in campestribus habitabant, intelligere. Qui de locis suis moti sunt, quia omnes aut exterminati, aut in captivitatem ducti sunt.

(Vers. 15, 16, 17.) *Et reges terræ, et principes, et tribuni, et divites, et fortes, et omnia servus et liber absconderunt se in speluncis, et in petris montium, et dicunt montibus: Cadite super nos, et abscondite nos a facie Sedentis super thronum, et ab ira Agni; quoniam venit dies magnus iræ ipsorum, et quis poterit stare?* Per reges terræ principes et tribunos, eos qui hanc gentem regere videbantur, possumus intelligere: per divites et fortes, servos et liberos, cæteram multitudinem. Qualiter autem se in speluncis et petris montium absconderunt, Josephus manifeste narrat, qui eversionem Hierusalem describit (*Joseph. lib. vi de bello Judaico c. 41 et seq.*). Tanta enim fuit afflictio, ut cum fame diutina consumerentur, et ab hostibus exterius, et multo deterius a prædonibus intrinsecus affligerentur; absconderint se in puteis et cloacis, et in quibusdam terræ abditis locis, cupientes mori, ut prolixam miseriam mortis compendio terminarent. Qui etiam scientes se pro sceleribus suis ista pati, et post mortem se inferni pœnas esse passuros, cupiebant ut montibus, sub quibus

delitescerent, opprimerentur et absconderentur a facie Dei et a facie Christi ejus, quem graviter noverant se offendisse. Nam et Dominus cum ad passionem duceretur, hoc eos esse passuros mulieribus se lamentantibus prædixit, dicens: *Filiæ Hierusalem, nolite flere super me, sed super vos ipsas flete, et super filios vestros; quia ecce venient dies quando dicent: Beatæ steriles, quæ non genuerunt, et ubera quæ non lactaverunt! Tunc incipient dicere montibus: Cadite super nos; et collibus: Cooperite nos. Quia si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet (Luc. xxiii, 28)?* Se viride lignum, illos vero lignum aridum vocat: ac si dixisset: Si in me qui lignum sum a secundum humanitatem, viride autem secundum divinitatem, id est, qui Deus sum et homo, hæc faciunt; in illis qui lignum sunt aridum, 534 id est, qui viriditatem fidei non habent, quid fiet? Subauditur, pessime peribunt. Sed et arbor fici quam Dominus ante passionem maledicendo aridam fecit, eo quod in ea fructum non reperisset (*Matth. xxi, 19*); eosdem Judæos designavit, quos maledictione perpetua damnavit, eo quod in illis fructum fidei nullum reperisset.

CAPUT VII. — (Vers. 1.) *Post hæc vidi quatuor angelos stantes super quatuor angulos terræ.* Judæorum dejectione præmissa, nunc qualiter Ecclesia ex gentibus congregata fuerit, narrare inchoat. Per quatuor quippe angelos quatuor regna designantur, Assyriorum scilicet, Persarum, Macedonum atque Romanorum. Sed quia potestas quatuor regnorum ad solos Romanos transierat, per quatuor angelos soli Romani intelliguntur, qui potestatem sibi quatuor regnorum vindicaverant: per quatuor vero angulos universæ gentes, quæ intra quatuor mundi plagas continentur, designantur, quas sibi Romani subjecerant. *Tenentes quatuor ventos terræ, ne flarent super terram, neque super mare, neque in ullam arborem.* Per ventos qui nubes excitant, ut terram irrigantes faciem ejus hilarem reddant, ac fructiferam faciant, pax cunctis mortalibus optata designatur, quæ et mentes hominum lætificat, et ut propriis utilitatibus deserviant, facultatem tribuit: per terram et mare omnes gentes figurantur: per arbores autem, ii qui inter eos principatum tenebant. Quatuor ergo angeli quatuor ventos tenebant, ne flarent super terram; quia Romani, qui per quatuor angelos designantur, omnem terram cædibus, et rapinis, et mortibus hominum replentes, non sinebant genus humanum pacatum esse ac quietum.

(Vers. 2.) *Et vidi alterum angelum descendentem ab ortu solis, habentem signum Dei vivi.* Alter angelus Christus est, de quo scriptum est: *Et vocabitur nomen ejus magni consilii Angelus (Esai. ix, 6).* Ipse est sol, de quo scriptum est: *Vobis autem timentibus nomen meum orietur sol justitiæ, et sanitas in pennis ejus (Malach. iv, 2).* Ab ortu solis Christus descendit, id est, a semetipso; quoniam non ex concubitu

^a Omnes edit., secundum humanitatem viride, hoc secundum divinitatem: rectius mss. ut in contextu.

viri carnem assumpsit, sed a semetipso, qui utique sibi carnem immaculatam ex carne Virginis creavit. Signum autem Dei vivi est divinitas: nam in carne positus, signum Dei vivi habuit; quia ea opera gessit, quæ demonstrabant eum unicum esse Filium Dei, sicut ipse dicit: *Opera quæ ego facio, ipsa testimonium perhibent de me* (Joan. x, 25).

(Vers. 3.) *Et clamavit voce magna quatuor angelis, quibus datum est nocere terræ et mari dicens: Nolite nocere terræ et mari neque arboribus, quoadusque signemus servos Dei nostri in frontibus eorum.* Clamasse Dei fecisse est, etenim adventu suo fecit ut Romani ab infestatione generis humani cessarent, fieretque pax per universum orbem, sicut dicit Psalmista: *Orietur in diebus ejus justitia, et abundantia pacis* (Psal. LXXI, 7), donec semina fidei per universas gentes spargerentur, ac signaculo fidei illi qui præordinati erant ad vitam æternam, signarentur.

(Vers. 4.) *Et audivi numerum signatorum, centum quadragintaquatuor millia signati ex omni tribu filiorum Israel.* Per centum quadragintaquatuor millia præsentis Ecclesiæ electi designantur; duodecies namque duodeni sunt centum quadragintaquatuor. Omnes igitur qui fidem duodecim apostolorum custodiunt, actusque imitantur, in hoc numero consistunt. Sed quærendum nobis est, cur ex omni tribu filiorum Israel congregati esse dicantur, cum multo plures ex gentibus quam ex Judæis crediderint. Verum si interpretationes nominum attendimus, in nominibus^a duodecim tribuum omnes electos reperiemus; nomina quippe duodecim tribuum ad omnes electos pertinent.

(Vers. 5-8.) *Ex tribu Juda duodecim millia signati: ex tribu Ruben duodecim millia signati: ex tribu Gad duodecim millia signati: ex tribu Aser duodecim millia signati: ex tribu Nephthalim duodecim millia signati: ex tribu Manasse duodecim millia signati: ex tribu Simeon duodecim millia signati: ex tribu Levi duodecim millia signati: ex tribu Issachar duodecim millia signati: ex tribu Zabulon duodecim millia signati: ex tribu Joseph duodecim millia signati: ex tribu Benjamin duodecim millia signati.* Juda prior ponitur, Benjamin vero ultimus: quod si interpretationes nominum inspicere voluerimus,^b Judam inferiorem, Benjamin vero superiorem reperimus; nam qui ad Deum conscendere desiderat, a minoribus incipit, ut gradatim crescendo ad majora perveniat, sicut dicit Psalmista: *Ibunt sancti de virtute in virtutem* (Psal. LXXXIII, 8). Et quia sancti ad Deum per iter virtutum conscendunt, subjungit: *Videbitur Deus deorum in Sion* (Ibid.). Juda confessio interpretatur. Juda ergo prior ponitur; quia quicumque post peccata ad Deum converti desiderat, necesse est ut prius constiteatur peccata sua, sicut dicit Jacobus apostolus: *Confitemini alterutrum peccata vestra, et orate pro invicem, ut salvemini* (Jacob. v, 16),

^a Edit., duodecim tribuum, omnes ad electos pertinent; sed locum nobis mss. restituerunt.

^b Ita mss.; edit. vero: Judam inferiorem in pani-

videlicet ut per confessionem peccatorum et poenitentiam Deum sibi placabilem faciat, quem offenderat. Et quia qui salubriter poenitet, et deslet mala quæ fecit, gaudium in cælo facit, oculos misericordiæ Dei ad se convertit, sicut dicit Dominus: *Convertimini ad me, et ego revertar ad vos* (Zach. 1, 3). Ruben secundus ponitur, qui visionis filius interpretatur; quia per poenitentiam visionis factus est filius, qui erat antea filius perditionis. Post Ruben Gad sequitur, qui accinctus interpretatur; quia necesse est, ut qui poenitet se mala gessisse, et petit ne in eadem relabatur, contra omnia vitia armetur, voluptatesque carnales a se præcidat: quia non potest fieri ut a peccatis absteineat, qui in voluptatibus carnalibus requiescit.

Et quia qui contra vitia pugnat viriliter, jam beatus esse incipit; Aser in ordine ponitur, qui beatus interpretatur. Post Aser Nephthalim ponitur, qui dilatatio mea interpretatur. Omnis enim qui scit se Deum offendisse, et vult ut ei misericordia divina succurrat, debet et ipse misereri quibuscumque potest, et quomodo potest, sicut dicit Dominus: *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur* (Matth. v, 7). Illius quippe mens circumquaque dilatatur, qui per dilectionem quam proximis exhibere debet, omnibus quibuscumque potest, misereatur. Post Nephthalim Manasses sequitur, qui oblitus interpretatur; quia expedit ut qui peccata sua deslet, qui elemosynas pauperibus largitur, 535 ut peccata ejus dimittantur, eadem peccata ita descerat, quatenus ea penitus oblitus esse videatur.

Et ideo Simeon sequitur, qui exauditio interpretatur; ille enim pro malis quæ fecit, deprecans ut ei dimittantur, a Deo exauditur, qui omnia vitia ex toto desicit. Deinde Levi sequitur, qui additus sive assumptus interpretatur; quia qui de peccatis quæ fecit, jam poenitentiam exercuit, qui contra vitia pugnavit, eaque devicit, qui erga indigentes misericors existit, atque his operibus hoc promeruit, ut ejus peccata dimitterentur, de venia jam securus, timorem ignis æterni a mente abjicit, atque in amorem Dei ac cælestis patriæ totus assumitur, iisque additur, qui filii Dei nuncupantur et sunt. Sequitur Issachar, qui merces interpretatur: sed interpretationem hujus nominis clarius videbimus, si ea quæ mater Lia, eo nascente, dixit, ponamus; ait enim: *Reddidit Deus mercedem mihi, quia dedi ancillam meam viro meo* (Gen. xxx, 18). Et idcirco appellavit nomen ejus Issachar, id est, merces. Caro nostra ancilla nostra debet esse: vir noster Deus noster est. Ancillam vero nostram viro nostro damus, si carnem nostram Dei servitio mancipamus, si eam vigilare, jejunare, et abstinere compellimus, atque voluptates ejus edonamus. Issachar igitur Lia in mercedem datus est a Deo; quia iis qui carnem domant, qui vitia extinguunt, ea merces datur a Deo, ut virtutibus ditentur.

tentia: Benjamin vero superiorem reperimus in patria.

^c Edit., qui beatitudo interpretatur. Sequitur Nephthalim, qui dilatatio, etc.; mss. vero, et nos in textu.

Et ideo post Issachar Zabulon ponitur, qui habitaculum fortitudinis interpretatur. Quis est autem fortis, nisi Deus? de quo Psalmista dicit: *Dominus fortis et potens, Dominus potens in praelio (Psalm. xxiii, 8). Et quod habitaculum fortitudinis, nisi habitatio Dei? In illo enim habitat Deus, in quo fides, patientia, castitas, humilitas, caritas ceteraque virtutes commemorantur. Et quia per operationem virtutum augentur præmia meritorum, Josephi subsequitur, qui augmentum interpretatur. Benjamin ultimus, inimo et superior ponitur, qui finis dexteræ interpretatur. Dextera namque Patris Filii dicitur: et Evangelium loquitur, quia sancti Dei ad dexteram Dei ponentur. Electi itaque filii dexteræ efficiuntur, cum ab hac vita subtracti, in cœlestibus sedibus collocantur; ubi nihil est sinistrum, sed totum dextera (Matth. xxv, 33). Igitur quia interpretationes nominum duodecim tribuum usque ad eum finem perduximus, quo in cœlestibus sedibus collocantur, congruum est ut ea quæ sequuntur, ad glorificationem animarum sanctarum transferamus.*

(Vers. 9, 10.) *Post hæc vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus, et tribubus, et populis, et linguis stantes ante thronum, et in conspectu Agni... Et clamabant voce magna, dicentes: Salus Deo nostro, qui sedet super thronum, et Agno. Per turbam superiorem, quæ numero comprehenditur, electi qui in Ecclesia Dei singulis temporibus laborant, designantur, sicut jam diximus. Fit quia multi sunt vocati, pauci vero electi (Matth. xx, 16), et in comparatione reproborum exigua est turba electorum, non immerito numero centum quadraginta quatuor millium, electi qui singulis temporibus in Ecclesia Dei laborant, designantur: in cœlesti vero beatitudine, ubi singulis temporibus ex omnibus gentibus, tribubus et linguis congregantur, tanta eorum efficitur multitudo, ut nullo numero comprehendi possit. Per stolas autem albas munditia animarum designatur: palmæ vero in signum victoriæ ponantur. Palmas igitur non solum sancti martyres quibus victoria specialiter ascribitur, sed et omnes electi, qui in hoc sæculo positi contra visibiles et invisibiles hostes fortiter dimicaverunt, in cœlesti beatitudine possident. Palmæ autem præmia sunt victoriæ sanctorum; qui et voce magna clamare dicuntur: *Salus Deo nostro, qui sedet super thronum, et Agno, sancti Dei nunquam cessant a laudibus Dei, nec tamen labor est in laudando Deum; quia sicut dulcis est sanctis visio Dei, sic et laus Dei.**

(Vers. 11, 12.) *Et omnes angeli stabant in circuitu throni, et seniorum, et quatuor animalium, et ceciderunt in medio throni in facies suas, et adoraverunt Deum, dicentes: Amen, benedictio, et claritas, et sapientia, et gratiarum actio, honor, et virtus, et fortitudo Deo nostro in sæcula sæculorum, amen. Superius millia millium angelorum in circuitu throni*

A Deum laudare dicuntur: hic autem nullo numero comprehenduntur, sed omnes in circuitu throni stare dicuntur. Possumus per superiores angelos, qui numero comprehenduntur, eos intelligere qui ad diversa officia in mundo desistantur: eos autem qui sine numero ponuntur, illos qui in cœlestibus cum Domino conversantur. Sed et hic septem benedictiones ponuntur, sicut superiores, ut demonstret eodem modo et istos benedicere Deum, qui mundum sua gubernatione tenent, sicut et illos qui in cœlestibus cum Domino commemorantur.

(Vers. 13, 14.) *Et respondens unus de senioribus dixit mihi: Si qui amicti sunt stolis albis, qui sunt et unde venerunt? Et dixi illi: Dominus mi, tu vis. Interrogat, ut doceat; per seniores namque doctores B Ecclesiæ: per Joannem vero auditores intelligantur. Nam prædicatores sancti gloriam animarum sanctarum quibuscumque modis possunt, intimant auditoribus suis; ut mentes eorum ad amorem cœlestis patriæ accendant. Et dixit mihi. Si sunt qui venerunt ex magna tribulatione; et laverunt stolas suas, et dealbaverunt eas in sanguine Agni. Hic demonstrat non ad electos, qui in hac vita laborant; sed ad eos qui in cœlesti vita cum Domino requiescant, hæc pertinere. Non enim sancti de magna tribulatione, sed ad magnas tribulationes perferendas in mundum veniunt, sicut dicit Salomon: *Homo ad laborem nascitur, et avis ad volitum (Job. v, 7). Et Dominus dicit in Evangelio: Dedit qui persecutionem patientibus propter iustitiam; quantum ipsorum est regnum colorum (Matth. v, 10). Et Paulus dicit: Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum colorum (Act. xiv, 21); hic enim tempus est tribulationis, illic tempus pacis. Sancti itaque de magna tribulatione veniunt, quia ab hac vita subtracti, ubi tempus tribulationis est, in æterna quiete collocantur. Laverunt autem stolas suas, quia animas suas in hac vita positi, ab omnibus sordibus peccatorum mundaverunt: primo quidem**

C *per baptismum, postea vero per penitentiam et lacrymas, ac misericordiæ opera, et in cæteris bonis operibus. Quæ etiam in sanguine Agni dealbati fuisse dicuntur; quia anime electorum, quæ antea erant nigredine peccatorum involute, per redemptionem sanguinis Christi candorem munditiæ assumpserunt.*
D (Vers. 15.) *Ideo stant ante thronum Dei, et serviunt ei die ac nocte in templo ejus. In conspectu namque Dei sancti Dei assistunt, ac visione ejus indesinenter perfrauntur. Templum vero Dei cœlestem patriam, servitium Dei amorem Dei vocat. Quod enim servitium tam acceptabile Deo, quam ut diligatur ex toto corde, totaque virtute? Et quis ita ardenter diligit Deum, sicut illi qui assidue contemplantur faciem ejus? Et qui sedet super thronum, habet super illos. Thronus Dei sancti Dei sunt, sicut superiores diximus. Qui ergo designantur per thronum Dei, ipsi sunt*

^a Ita mss. ac Gill. edit.; at Rom. e contrariis post vocem Agni addidit: *amicti stolis albis, et palmæ in manibus eorum. Post vocem vero dicentes resscavit,*

Salus Deo nostro... et Agno.

^b Rom. edit., *sicut dicit Job. Sed Auctoris lapsus cum mss. ac Gill. malimus retinere.*

sit; solent namque prudentes proponere auditoribus suis parabolas, ut aptius intelligantur ea, quæ dicere valunt, et introducunt bestias et aves loquentes. Quod si sola verba parabolarum attendas, mendacium esse prospicias: sin vero sensum, veritatem probabis. Similiter et quædam præcepta legalia, si litterarum tantummodo attendas, inutilia tibi videbuntur: si spirituales intelligentias, veritas tibi magis in littera resurget. Quædam igitur præcepta legalia Judæis mendacium sunt; quia ea carnaliter intelligunt; nobis autem veritas; quia ea spiritualiter intelligere curamus. Per corvos vero sacerdotes Judæorum designantur, velamine cordium suorum tenebrosi; per carnes jugo sacrificiorum quod mane et vespere offerebatur. Paves autem panes propositionis demonstrant, qui assidue in conspectu Domini ponebantur: bibebat vero de torrente, quia in observationibus legalibus Christus delectabatur. Post dies autem multos sitiatus est torrentis; quia veniente Christo in carne, et Evangelium practicante, observatio legalis cessavit, atque ab illo tempore nihil profuit, sicut dicit Dominus; *Lex et prophetæ usque ad Joannem, etc.* (Matth. 23. 13). Et iterum dicit ad Israel per prophetam. *Ne offeratis ultra sacrificium frustra. Incensum abominatio est mihi: neomenias et sabbata vestra non servam, iniqui sunt cœtus vestri* (Esa. 1. 13).

Et dixit Dominus ad Eliam: Vade in Sareptam Sidoniorum, et manebis ibi; præcepi enim tibi mulieri viduæ ut pascat te (III Reg. xvii, 9). Qui consurgens, abiit in Sareptam. Elias in Sareptam abiit; quia Judæos perditos Christus derelinquens, per apostolos suos transiit ad gentes: Sarepta vero successa interpretatur, vel angustia panis; gentiles quippe, **531** qui erant civitas diaboli, et qui per Sareptam designantur, igne vitiorum succensae erant. De hoc igne Scriptura dicit: *Omnes vos accendentes ignem, accincti flammis ambulatis in lumine ignis vestri, et in flammis quas succendistis vobis* (Esa. 1. 11). Illi namque flammis accincti sunt, qui igne vitiorum undique exuruntur, qui et angustia panis vocantur; quia nullus prædicator umquam ad eos accesserat, qui pabulum verbi Dei eis impertiret. Cumque venisset ad portam civitatis, apparuit ei mulier vidua, colligens ligna. Eandem significationem habet mulier, quam et civitas; significat enim Ecclesiam ex gentibus congregatam: vidua vero erat, quia Deum vitam suam, peccatis suis exigentibus, perdidit. Et vocavit eam, dixitque ei: *Affer mihi paululum aquæ in vase, ut bibam*. Minora petit, ut ad majora perveniret; possumus namque per paululum aquæ, quod animum silentia refrigerat, voluntatem audientium intelligere; quia sicut sitiatis lingua aqua refrigerat, ita et prædicatorum mentes propriis animis auditorum. Cumque illa porgeret ut afferret, clamavit post tergum ejus, dicens: *Affer mihi et buccellam panis in manu tua*. Quasi post tergum nobis est, quod ignoramus: Elias ergo post tergum mulieris clamavit, quia prædicatores sancti gentibus Deum, quem ignorabant,

A prædicaverunt; unde et per buccellam panis initia fidei possumus intelligere.

Et quis illi competenter ad fidem veniunt, qui student prius peccata sua confiteri, recte subditur: *Dixitque ei mulier: Vivit Dominus Deus tuus, quia non habeo panem, nisi quantum potest paululum capere farina in hydra, et paululum olei in tegula*. Loquutus vas erat, in quo oleum servabatur. Possumus vero per farinam rationem, per oleum autem opera misericordie intelligere. Gentilis ergo populus cogitans se graviter errasse, constabat nihil in se huius esse; nisi tantummodo quod parum rationis, et parum ex operibus misericordie videretur habere. Gentiles namque parum rationis habebant; quia ex parte rationabiles, ex maxima autem parte irrationabiles erant. Quid enim irrationabilius, quam dicere ligno aut lapidi: *Deus meus es tu? Habebam et parum misericordie; quia ipsa natura sæpe eos ad hoc impellebat, ut miseri subvenirent. Per vasa vero in quibus farina et oleum continebatur, eorum corda designantur. En colligo duo ligna, ut ingrediar, et faciam, illud mihi et filio meo, et comedamus et moriamur*. Ligna quæ in civitate colliguntur, nihil utilitatis habent, nisi ut igni comburantur. Per ligna igitur errores gentilium diabolice fraude inventi designantur. Mulier ligna duo colligebat, quia gentilis populus ex doctrinis philosophorum atque poetarum diversos errores colligebat, pro quibus postremo incensum traderebatur. Sed quid est, quod dicit: *Ut comedamus et moriamur? Non enim ideo comedimus, ut vitam in corpore servemus: hæc autem ideo se dicit comedere, ut moriatur; quia doctrina gentilium mortem magis infert, quam vitam*.

Ad quam Elias: *Vade, et fac sicut dixisti, vesumtamen mihi fac ex ipsa farinula sacrificium panem parvulum, et affer ad me; tibi autem et filio tuum faciem panem*. Per panem fides, per cinerem vero semper penitentia designatur, sicut dicit beatus Job ad Dominum: *Idcirco ipsa me reprehendo, et ego penitentiam in favilla et cinere* (Job. xlii, 6). Panis igitur cinere cooperitur, cum quilibet infidelis ad fidem veniens, primum studet deslere mala quæ locit; ut convenientius ad fidem Christi percipiendam, quæ in baptismo datur, accedat. Elias itaque præcepit mulieri ut ex farina panem faceret, sibi que defecet; quia prædicatores sæpè gentes hortabantur, ut ex rationis bono, quod a Deo perciperant, cillum fidei Deo præpararent, sibi que defecent; fides namque unusquisque ad baptismum veniens, prædicatori defert, cum ad interrogationem sacerdotis qualiter credidit, confitetur; Elias panem quem mulieri facere præcepit, comedit, quia profectus, filiorum membra est prædicatorum. Quapropter Elias mulieri panem paravit, quia conversio peccatoris prædicatori primo imputatur: postea vero conversus panem sibi præparat, cum in bonis operibus semetipsum exercens, ut hæres cœlestis patriæ fiat obtinet. Quod autem ait Elias: *Hydra farinae non deficiet, nec tegula*

olei minuuntur usque in diem, in qua daturus est Dominus pluviam super terram (III Reg. xvii, 14); illud significat, quod fides ab electorum cordibus hancque opera non deficient, usque dum Dominus ad iudicium cum omnibus sanctis suis veniat.

Similiter et Elisæus Christum figurabat, Naaman vero populum gentium. Multi leprosi erant in Israel, et nemo eorum mundatus est, nisi Naaman Syrus; quia veniente Christo in carne, et Iudei et gentes lepra peccatorum suorum circumdati erant: sed Iudeis in iniquitate sua permanentibus, gentes a lepra peccatorum suorum mundatæ sunt. Precipit ergo Elisæus Naaman, dicens: *Vade et lavare septies in Jordane, et recipiet sanitatem caro tua, et os mundaberis* (IV Reg. v, 10). Abiit, et lavit in Jordane septies, et restituta est caro ejus sicut caro pueri parvuli, et mundatus est a lepra. Aqua Jordanis baptismum figurabat, eo quod in ea Christus baptizatus sit. Naaman aquis Jordanis abluitus est, et lepra mundatus; quia populus gentium aqua sacri baptismatis a lepra peccatorum suorum est expurgatus. Septies vero ejus lavatio septiformem Spiritum sanctum figurabat, per cujus operationem remissio peccatorum in baptismo datur; quia sicut corpus visibiliter aquis baptismatis, ita anima invisibiliter per operationem Spiritus sancti a peccatis omnibus emundatur. Giezi autem qui pretium sanitatis a Naaman percepit, lepramque ejus hereditavit, eos designat, qui doctrinam suæ prædicationis hominibus vendunt: quos Dominus in Evangelio non pastores, sed mercenarios vocat (Jogn. x, 12). Elisæus igitur sanitatem concessit, et Giezi pretium accepit; quia ab eis quos divina misericordia salvat, perversi doctores pretium sanitatis exigunt. Et ideo hæredes lepræ eorum efficiuntur; quia in malis quæ isti per gratiam Dei contempserunt, perquamque damnationem sibi perpetuam acquirunt. De apertionibus quatuor sigillorum quæ ad vetus Testamentum pertinere certum est, pauca de multis diximus; ut demonstraremus nihil aliud esse sigillorum apertionem, nisi demonstrationem spiritualium eorum in veteri Testamento, quæ nobis per Christum facta est.

(Vers. 8.) Sequitur: *Et ecce equus pallidus, et qui sedebat super eum, nomen illi mors, et infernus sequebatur eum*. Videntur hæc quæ de equite quarto dicuntur, ad Antichristum pertinere: sed quia superiores tres equites in bonam partem interpretati sumus, ut convenirent cum apertionibus trium sigillorum; ordinis rectitudine cogit, ut et istum in bonam partem intelligamus, quatenus concordat cum apertione quarti sigilli, quam ad prophetas pertinere demonstravimus. Equus igitur pallidus prophetas significat: pallor vero diversis modis accidit hominibus; aliquando namque pavore, aliquando languore,

aliquando morte totum corpus occupante, multisque modis aliis pallescant homines. Prophetæ itaque, qui populo peccanti prædicabant quod in rapinam et gladium et perditionem darentur, non inconvenienter colorem pallidum habuisse dicuntur: sessor autem hujus equi Dominus est, qui in prophetis suis inhabitavit. Sed valde durum videtur, quod nomen mortis habuisse dicitur; ipse enim vita est omnium electorum sanorum, sicut ipse dicit: *Ego sum vita* (Jogn. xiv, 6). Sed si diligenter Scripturas divinas inspecterimus, inveniemus Dominum nostrum Jesum Christum etiam mortem vocari. Nam sicut vita est omnium electorum, quibus quotidie vitam æternam largitur; ita et mors dici potest reprobatorum, quos pro sceleribus suis quotidianè morti tradit perpetuum; ipse enim habet potentatem animam et corpus perdere in gehennam (Math. x, 28). Nomen ergo mortis habuisse dicitur, quia Israelitico populo peccanti mortem intulit, sicut in cantico Deuteronomii hæc manifesta demonstrat, cum dicit: *Ignis succensus est in fovea mea, et ardebit usque ad inferni novissimam: devorabitque terram cum germine suo, et montium fundamenta comburet. Congregabo super eos mala, et sagittas meas complebo in eis: commovebo fame; et devorabunt eos aves vocum, amarissimo. Dentem bestiarum imittam in eos cum furora trahentium super terram atque serpentium. Foris vastabit eos gladius, et intus pavor, et reliqua* (Deut. xxxii, 23 et seq.).

Hunc equitem infernus sequebatur, quis omnes qui comminationes prophetarum quas ex ore Domini ad populum protulerant, contempserunt, infernus absorbit. Unde et sequitur: *Et data est ei potestas in quatuor partes terræ occidere in gladio, et fame, et morte, et bestiis terræ*. Per quatuor partes terræ omnis terra Israel designatur. Qualitas autem in gladio, et fame, et morte, et bestiis terræ consumpti fuerint, libri Prophetarum atque Regum aperte demonstrant. Quærendum vero nobis est cur apertio quatuor sigillorum ad vetus Testamentum, tertium vero ad novum pertineat. Quatuor namque sunt elementa, quibus secundum corpus subsistimus; vetus igitur Testamentum in quatuordecim numero, non inconvenienter ponitur; quia lex Moysi nihil aliud populo Hebraico, nisi ea quæ ad quatuor elementa pertinent, repræsentavit. Novum vero Testamentum in ternario numero ponitur; quia fides sanctæ Trinitatis, sine qua salvus esse non possumus, in eo specialiter commendatur.

(Vers. 9.) *Et cum aperuerit sigillum quintum*. Quia sigilli apertio, sexti et septimi, sicut jam diximus, ad apertionem novi Testamenti pertinet: et quamvis novum Testamentum apertio sit veteris Testamenti; tamen multa in eo obscura ponuntur, quæ necesse est ut exponantur. Igitur sigillum quintum sextum et septimum Salvator aperuit, quando ea quæ per parabolas ipse locutus est, et figuratiter

gessimus.

^b Omnes edit., omnis terra designatur; omnes vero mss. addunt τὸ Ἰσραὴλ, quod necessarium hic esse ostendunt sequentia.

^a Post vocem novissima, codex Gem. subiungit, et cætera; nec ulterius producit testimonium hujus cantici; edit. illud extendunt usque ad verbum, comburés; nos vero cæterorum cod. auctoritati morem

gessit, doctoribus Ecclesiæ patefecit. Sed de expositione novi Testamenti non est nobis necesse quidquam dicere, eo quod a sanctis patribus mirabiliter et multipliciter sit expositum. Quinti igitur sigilli apertio ad martyres pertinet: quantum vero sigillum tunc Christus aperuit, quando ea quæ per parabolas et quasdam figuras de persecutione martyrum, et glorificatione eorum dixit, doctoribus Ecclesiæ manifestavit. Aperuit etiam quintum sigillum, quando eis cœlestem gloriam quam promiserat, contulit, eosque in mundo apud homines clarificavit. *Vidi sub altare Dei animas interfectorum propter verbum Dei, et testimonium Jesu, quod habebant.* Altare Dei Christus est: animæ igitur sanctorum sub altare quiescunt, quia sicut capiti supposita sunt membra, eique cohærent, ita et animæ sanctorum in cœlesti gloria constitutæ, Christo salvatori subjectæ sunt, eique per conjunctionem membrorum nectuntur.

(Vers. 10, 11.) *Et clamabant voce magna, dicentes: Usquequo, Domine sanctus et verus, non iudicas et non vindicas sanguinem nostrum de iis, qui habitant in terra? Cum scriptura præcipiat malum pro malo non reddere (Rom. xii, 17), et Dominus dicat in Evangelio: Diligite inimicos vestros, et benefacite iis, qui oderunt vos (Matth. v, 43); quid est quod sancti in cœlestibus constituti ultionem de inimicis suis expetunt? Sed scimus sanctos Dei diem ultimum desiderare, in quo et corpora et mercedem plenam laborum suorum a Domino percipient. Nam hunc diem Dominus desiderandum esse discipulis suis manifestavit, cum signa diei iudicii prædiceret, dicens: Cum autem videritis hæc fieri, respicite et levate capita vestra; quoniam appropinquavit redemptio vestra (Luc. xxi, 28).* Et in oratione Dominica assidue petimus, ut adveniat regnum tuum (Matth. vi, 10). Verum quia sanctorum resurrectio atque glorificatio in die iudicii fiet, et dies iudicii damnatio erit impiorum, sancti ultionem de inimicis suis postulant, quando petunt ut dies Domini veniat; quia eo die damnatione perpetua damnabuntur. Sed hic quæstio oritur, cur sancti diem Domini desiderant, cum propheta dicat: *Væ desiderantibus diem Domini (Amos v, 18)?* Scimus namque diem Domini damnationem esse impiorum, sicut jam diximus. Et quid necesse fuit prophetæ dicere: *Væ desiderantibus diem Domini!* cum nullus impius reperiat, qui aut mortem suam, aut diem Domini desideret; eo quod in eo damnari metuit? Et quia verum est quod propheta dixit, investigandum nobis est quid significet. Damnatio quippe impiorum sunt peccata: quicumque ergo cum scorto cuire desiderat; damnationem suam desiderat: ^a quicumque inebriari desiderat, damnationem suam desiderat: qui equum aut bovem aut aliquid huic rei simile furari desiderat, damnationem suam desiderat: qui damnatum aliquod proximo inferre desiderat, damnationem suam desiderat. Igitur quia damnatio impiorum erit dies iudicii, quicumque ea scelera committere

^a Quicumque inebriari usque ad qui equum e mss. restituitur

A desiderat, pro quibus in die iudicii damnabitur, diem Domini, id est, damnationem suam desiderat.

Et datæ sunt illis singulæ stolæ albæ. Stolæ albæ gloria est sanctarum animarum, singulas stolas albas sancti Dei nunc possident; quia corporibus **533** in terra quiescentibus, ^b solius animæ beatitudine æterna perfruuntur: binas stolas tunc percipient, cum post resurrectionem animæ cum corporibus gloriam cœlestis patriæ sine fine possidebunt. *Et dictum est illis ut requiescerent adhuc tempus modicum, donec impleantur conservi eorum, et fratres eorum, qui interficiendi sunt, sicut et illi.* Tempus modicum tempus est usque ad diem iudicii: quod modicum idcirco dicitur, quia in comparatione futuri temporis valde modicum est. Sancti ergo qui hoc desiderant, ut dies iudicii fiat, in qua et corpora et mercedem plenam laborum suorum recipiant, tempus modicum expectare jubentur, donec impleatur numerus fratrum eorum; quia dies iudicii non veniet, usque dum impleatur omnis numerus electorum. Sed quærendum nobis est, cur solæ animæ pro Christi nomine interfectorum sub altare Dei quievisse, et stolas singulas accepisse legantur; cum omnes electorum animæ sub hoc altare quiescant, easdemque stolas et ipsæ possideant? Per animas igitur interfectorum non solum martyres, sed et omnes animas iustorum debemus accipere; eo quod et ipsi mundo sint mortui, ut Deo viverent, sicut dicit Apostolus: *Mortui enim estis, et vita vestra abscondita est cum Christo in Deo (Coloss. iii, 3).* Et de semetipso dicit: *Mihi mundus crucifixus est, et ego mundo (Galat. vi, 14); et: Omnes qui volunt pie vivere in Christo Jesu, persecutionem patiuntur (II Tim. iii, 12); et: Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei (Actor. xiv, 21).* Sed et Joannes auctor hujus libri, calicem Domini bibisse describitur, cum sine gladii peremptione quieverit.

(Vers. 12.) *Et cum aperuisset sigillum sextum.* Sigilli sexti apertio ad Judæorum dejectionem, sicut diximus, et ad gentium vocationem pertinet. Et quia Christus de Judæorum perditione et de gentium electione multa per parabolas est locutus, quædam etiam gessit, quæ hoc designaverunt; sextum sigillum aperuit, quando doctoribus Ecclesiæ ea quæ per figuras dixit et fecit, per inspirationis suæ gratiam patefecit. Aperuit etiam sextum sigillum, quando ea quæ prædixit, opere implevit. *Terræ motus factus est magnus.* Per terram in hoc loco Judæi designantur: terræ motus factus est magnus, quando a Romanis hæc gens est devastata. *Et sol factus est niger, sicut saccus cilicinus.* Per solem idem Judæorum populus designatur: sol igitur factus est niger, tamquam saccus cilicinus; quia populus Judæorum qui propter cognitionem unius Dei, et propter custodiam Legis, velut sol in mundo, refulgebat inter cæteras gentes, factus est omnibus hominibus odiosus propter iniquitates suas; sacco namque pœnitentes ves-

^b Ita mss.; edit. autem, stolis animæ beatitudinis æternæ perfruuntur.

tiuntur, ut indicent se esse peccatores. Sol ergo A nigredinem sacci habuit, quia omnibus gentibus facinora Judæorum patuerunt. *Et luna facta est sicut sanguis.* Eadem significationem habet luna, quam sol; significat namque Synagogam. Luna ergo speciem sanguinis habuisse visa est, quia omnibus clauditur Judæos propter effusionem sanguinis Christi sanctorumque ejus esse deletos.

(Vers. 13.) *Et stellæ ceciderunt super terram, sicut ficus mittit grossos suos, cum a vento magno movetur.* Per stellas principes sacerdotum designantur, scribæ et pharisæi: per sicum autem terram Judæorum possumus intelligere: grossi vero ejusdem arboris fructus inutiles vocantur, qui cito labuntur, cum arbor eadem vento concutitur. Ficus igitur vento commota est, et inutiles fructus a se emisit; quia B terra Judæorum a Romanis invasa est, et gentem infertilem, et Deo odibilem a se expulit, ut habitatio fieret fidelium. Stellæ itaque grossorum more in terram ceciderunt; quia eos qui per doctrinam Legis velut stellæ in populo refulgebant, eadem pœna conclusit, quæ et cæteram multitudinem.

(Vers. 14.) *Et cælum recessit, sicut liber involutus.* Per cælum vetus Testamentum designatur: liber vero quando involvitur, ejus scriptura ab oculis intuentium absconditur. Liber ergo Judæis involutus est, quia spiritalem intelligentiam in veteri Testamento, quæ Christum demonstrabat, intelligere noluerunt. Cælum itaque sicut liber involutus recessit, quia vetus Testamentum Judæos dereliquit, et ad gentes transivit. *Et omnis mons et insulæ de locis suis motæ sunt.* Et quia Judæorum terra montuosa est, possumus per montes eos qui in civitatibus, per insulas autem eos qui in campestribus habitabant, intelligere. Qui de locis suis moti sunt, quia omnes aut exterminati, aut in captivitatem ducti sunt.

(Vers. 15, 16, 17.) *Et reges terræ, et principes, et tribuni, et divites, et fortes, et omnis servus et liber absconderunt se in speluncis, et in petris montium, et dicunt montibus: Cadite super nos, et abscondite nos a facie Sedentis super thronum, et ab ira Agni; quoniam venit dies magnus iræ ipsorum, et quis poterit stare?* Per reges terræ principes et tribunos, eos qui hanc gentem regere videbantur, possumus intelligere: per divites et fortes, servos et liberos, cæteram multitudinem. Qualiter autem se in speluncis et petris montium absconderunt, Josephus manifeste narrat, qui eversionem Hierusalem describit (*Joseph. lib. vi de bello Judaico c. 11 et seq.*). Tanta enim fuit afflictio, ut cum fame diutina consumerentur, et ab hostibus exterius, et multo deterius a prædonibus intrinsecus affligerentur; absconderint se in puteis et cloacis, et in quibusdam terræ abditis locis, cupientes mori, ut prolixam miseriam mortis compendio terminarent. Qui etiam scientes se pro sceleribus suis ista pati, et post mortem se inferni pœnas esse passuros, cupiebant ut montibus, sub quibus

delitescebant, opprimerentur et absconderentur a facie Dei et a facie Christi ejus, quem graviter noverant se offendisse. Nam et Dominus cum ad passionem duceretur, hoc eos esse passuros mulieribus se lamentantibus prædixit, dicens: *Filiæ Hierusalem, nolite flere super me, sed super vos ipsas flete, et super filios vestros; quia ecce venient dies quando dicent: Beatæ steriles, quæ non genuerunt, et ubera quæ non lactaverunt! Tunc incipient dicere montibus: Cadite super nos; et collibus: Cooperite nos. Quia si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet (Luc. xxiii, 28)?* Se viride lignum, illos vero lignum aridum vocat: ac si dixisset: Si in me qui lignum sum a secundum humanitatem, viride autem secundum divinitatem, id est, qui Deus sum et homo, hæc faciunt; in illis qui lignum sunt aridum, 534 id est, qui viriditatem fidei non habent, quid fiet? Subauditur, pessime peribunt. Sed et arbor fici quam Dominus ante passionem maledicendo aridam fecit, eo quod in ea fructum non reperisset (*Matth. xxi, 19*); eosdem Judæos designavit, quos maledictione perpetua damnavit, eo quod in illis fructum fidei nullum reperisset.

CAPUT VII. — (Vers. 1.) *Post hæc vidi quatuor angelos stantes super quatuor angulos terræ.* Judæorum dejectione præmissa, nunc qualiter Ecclesia ex gentibus congregata fuerit, narrare inchoat. Per quatuor quippe angelos quatuor regna designantur, Assyriorum scilicet, Persarum, Macedonum atque Romanorum. Sed quia potestas quatuor regnorum ad solos Romanos transierat, per quatuor angelos soli Romani intelliguntur, qui potestatem sibi quatuor regnorum vindicaverant: per quatuor vero angulos universæ gentes, quæ intra quatuor mundi plagas continentur, designantur, quas sibi Romani subjecerant. *Tenentes quatuor ventos terræ, ne flarent super terram, neque super mare, neque in ullam arborem.* Per ventos qui nubes excitant, ut terram irrigantes faciem ejus hilarem reddant, ac fructiferam faciant, pax cunctis mortalibus optata designatur, quæ et mentes hominum lætificat, et ut propriis utilitatibus deserviant, facultatem tribuit: per terram et mare omnes gentes figurantur: per arbores autem, ii qui inter eos principatum tenebant. Quatuor ergo angeli quatuor ventos tenebant, ne flarent super terram; quia Romani, qui per quatuor angelos designantur, omnem terram cædibus, et rapinis, et mortibus hominum replentes, non sinebant genus humanum pacatum esse ac quietum.

(Vers. 2.) *Et vidi alterum angelum descendentem ab ortu solis, habentem signum Dei vivi.* Alter angelus Christus est, de quo scriptum est: *Et vocabitur nomen ejus magni consilii Angelus (Esai. ix, 6).* Ipse est sol, de quo scriptum est: *Vobis autem timentibus nomen meum oriatur sol justitiæ, et sanitas in pennis ejus (Malach. iv, 2).* Ab ortu solis Christus descendit, id est, a semetipso; quoniam non ex concubitu

^a Omnes edit., secundum humanitatem viride, hoc secundum divinitatem: rectius mss. ut in contextu.

viri carnem assumpsit, sed a semetipso, qui utique sibi carnem immaculatam ex carne Virginis creavit. Signum autem Dei vivi est divinitas : nam in carne positus, signum Dei vivi habuit ; quia ea opera gessit, quæ demonstrabant eum unicum esse Filium Dei, sicut ipse dicit : *Opera quæ ego facio, ipsa testimonium perhibent de me* (Joan. x, 25).

(Vers. 3.) *Et clamavit voce magna quatuor angelis, quibus datum est nocere terræ et mari dicens : Nolite nocere terræ et mari neque arboribus, quoadusque signemus servos Dei nostri in frontibus eorum.* Clamasse Dei fecisse est, etenim adventu suo fecit ut Romani ab infestatione generis humani cessarent, fieretque pax per universum orbem, sicut dicit Psalmista : *Orietur in diebus ejus justitia, et abundantia pacis* (Psal. LXXI, 7), donec semina fidei per universas gentes spargerentur, ac signaculo fidei illi qui præordinati erant ad vitam æternam, signarentur.

(Vers. 4.) *Et audivi numerum signatorum, centum quadragintaquatuor millia signati ex omni tribu filiorum Israel.* Per centum quadragintaquatuor millia præsentis Ecclesiæ electi designantur ; duodecies namque duodeni sunt centum quadragintaquatuor. Omnes igitur qui fidem duodecim apostolorum custodiunt, actusque imitantur, in hoc numero consistunt. Sed quærendum nobis est, cur ex omni tribu filiorum Israel congregati esse dicantur, cum multo plures ex gentibus quam ex Judæis crediderint. Verum si interpretationes nominum attendimus, in nominibus^a duodecim tribuum omnes electos reperiemus ; nomina quippe duodecim tribuum ad omnes electos pertinent.

(Vers. 5-8.) *Ex tribu Juda duodecim millia signati : ex tribu Ruben duodecim millia signati : ex tribu Gad duodecim millia signati : ex tribu Aser duodecim millia signati : ex tribu Nephthalim duodecim millia signati : ex tribu Manasse duodecim millia signati : ex tribu Simeon duodecim millia signati : ex tribu Levi duodecim millia signati : ex tribu Issachar duodecim millia signati : ex tribu Zabulon duodecim millia signati : ex tribu Joseph duodecim millia signati : ex tribu Benjamin duodecim millia signati.* Juda prior ponitur, Benjamin vero ultimus : quod si interpretationes nominum inspiciere voluerimus, Judam inferiorem, Benjamin vero superiorem reperimus ; nam qui ad Deum conscendere desiderat, a minoribus incipit, ut gradatim crescendo ad majora perveniat, sicut dicit Psalmista : *Ibunt sancti de virtute in virtutem* (Psal. LXXXIII, 8). Et quia sancti ad Deum per iter virtutum conscendunt, subjungit : *Videbitur Deus deorum in Sion* (Ibid.). Juda confessio interpretatur. Juda ergo prior ponitur ; quia quicumque post peccata ad Deum converti desiderat, necesse est ut prius consteatur peccata sua, sicut dicit Jacobus apostolus : *Confitemini alterutrum peccata vestra, et orate pro invicem, ut salvemini* (Jacob. v, 16),

^a Edit., *duodecim tribuum, omnes ad electos pertinent ; sed locum nobis mss. restituerunt.*

^b Ita mss. ; edit. vero : *Judam inferiorem in pani-*

videlicet ut per confessionem peccatorum et poenitentiam Deum sibi placabilem faciat, quem offenderat. Et quia qui salubriter poenitet, et desinet mala quæ fecit, gaudium in cælo facit, oculos misericordiæ Dei ad se convertit, sicut dicit Dominus : *Convertimini ad me, et ego revertar ad vos* (Zach. 1, 3). Ruben secundus ponitur, qui visionis filius interpretatur ; quia per poenitentiam visionis factus est filius, qui erat antea filius perditionis. Post Ruben Gad sequitur, qui accinctus interpretatur ; quia necesse est, ut qui poenitet se mala gessisse, et petit ne in eadem relabatur, contra omnia vitia armetur, voluptatesque carnales a se præcidat : quia non potest fieri ut a peccatis absteineat, qui in voluptatibus carnalibus requiescit.

Et quia qui contra vitia pugnat viriliter, jam beatus esse incipit ; Aser in ordine ponitur, qui beatus interpretatur. Post Aser Nephthalim ponitur, qui dilatatio mea interpretatur. Omnis enim qui scit se Deum offendisse, et vult ut ei misericordia divina succurrat, debet et ipse misereri quibuscumque potest, et quomodo potest, sicut dicit Dominus : *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur* (Matth. v, 7). Illius quippe mens circumquaque dilatatur, qui per dilectionem quam proximis exhibere debet, omnibus quibuscumque potest, misereatur. Post Nephthalim Manasses sequitur, qui oblitus interpretatur ; quia expedit ut qui peccata sua desinet, qui eleemosynas pauperibus largitur, ut peccata ejus dimittantur, eadem peccata ita descirat, quatenus ea penitus oblitus esse videatur.

Et ideo Simeon sequitur, qui exauditio interpretatur ; ille enim pro malis quæ fecit, deprecans ut ei dimittantur, a Deo exauditur, qui omnia vitia ex toto desinit. Deinde Levi sequitur, qui additus sive assumptus interpretatur ; quia qui de peccatis quæ fecit, jam poenitentiam exercuit, qui contra vitia pugnavit, eaque devicit, qui erga indigentes misericors existit, atque his operibus hoc promeruit, ut ejus peccata dimitterentur, de venia jam securus, timorem ignis æterni a mente abjicit, atque in amore Dei ac cœlestis patriæ totus assumitur, iisque additur, qui filii Dei nuncupantur et sunt. Sequitur Issachar, qui merces interpretatur : sed interpretationem hujus nominis clarius videbimus, si ea quæ mater Lia, eo nascente, dixit, ponamus ; ait enim : *Reddidit Deus mercedem mihi, quia dedi ancillam meam viro meo* (Gen. xxx, 18). Et idcirco appellavit nomen ejus Issachar, id est, merces. Caro nostra ancilla nostra debet esse : vir noster Deus noster est. Ancillam vero nostram viro nostro damus, si carnem nostram Dei servitio mancipamus, si eam vigilare, jejunare, et abstinere compellimus, utque voluptates ejus edomamus. Issachar igitur Liæ in mercedem datus est a Deo ; quia iis qui carnem domant, qui vitia extinguunt, ea merces datur a Deo, ut virtutibus ditentur.

tentia ; Benjamin vero superiorem reperimus in patria.

^c Edit., *qui beatitudo interpretatur. Sequitur Nephthalim, qui dilatatio, etc. ; mss. vero, ut nos in textu.*

Et ideo post Issachar Zabulon ponitur, qui habitaculum fortitudinis interpretatur. Quis est autem fortis, nisi Deus? de quo Psalmista dicit: *Dominus fortis et potens, Dominus potens in prælio* (Psalm. xxiii, 8). Et quod habitaculum fortitudinis, nisi habitatio Dei? In illo enim habitat Deus, in quo fides, patientia, castitas, humilitas, charitas ceteraque virtutes commorantur. Et quia per operationem virtutum augentur præmia meritorum, Joseph subsequitur, qui augmentum interpretatur. Benjamin ultimus, immo et superior ponitur, qui filius dexteræ interpretatur. Dexteræ namque Patris Filius dicitur: et Evangelium loquitur, quia sancti Dei ad dexteram Dei ponentur. Electi itaque filii dexteræ efficiuntur, cum ab hac vita subtracti, in cœlestibus sedibus collocantur; ubi nihil est sinistrum, sed totum dexteræ (*Matth. xxv, 33*). Igitur quia interpretationes nominum duodecim tribuum usque ad eam finem perduximus, quo in cœlestibus sedibus collocantur, congruum est ut ea quæ sequuntur, ad glorificationem animarum sanctarum transferamus.

(Vers. 9, 10.) *Post hæc vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus, et tribubus, et populis, et linguis stantes ante thronum, et in conspectu Agni... Et clamabant voce magna, dicentes: Salus Deo nostro, qui sedet super thronum, et Agno.* Per turbam superiorem, quæ numero comprehenditur, electi qui in Ecclesia Dei singulis temporibus laborant, designantur, sicut jam diximus. Et quia multi sunt vocati, pauci vero electi (*Matth. xx, 16*), et in comparatione reproborum exigua est turba electorum, non inmerito numero centum quadraginta quatuor millium, electi qui singulis temporibus in Ecclesia Dei laborant, designantur: in cœlesti vero beatitudine, ubi singulis temporibus ex omnibus gentibus, tribubus et linguis congregantur, tanta eorum efficitur multitudo, ut nullo numero comprehendi possit. Per stolas autem albas manditis animarum designatur: palmæ vero in signum victoriæ ponuntur. Palmas igitur non solum sancti martyres quibus victoria specialiter ascribitur, sed et omnes electi, qui in hoc sæculo positi contra visibiles et invisibiles hostes fortiter dimicant, in cœlesti beatitudine possident. Palmæ autem præmia sunt victoriæ sanctorum; qui et voce magna clamare dicuntur: *Salus Deo nostro, qui sedet super thronum, et Agno*, sancti Dei nunquam cessant a laudibus Dei, nec tamen labor est in laudando Deum; quia sicut dulcis est sanctis visio Dei, sic et laus Dei.

(Vers. 11, 12.) *Et omnes angeli stabant in circuitu throni, et seniorum, et quatuor animalium, et ceciderunt in medio throni in facies suas, et adoraverunt Deum, dicentes: Amen, benedictio, et claritas, et sapientia, et gratiarum actio, honor, et virtus, et fortitudo Deo nostro in sæcula sæculorum, amen.* Superior millia millium angelorum in circuitu throni

A Deum laudare dicuntur: hic autem nullo numero comprehenduntur, sed omnes in circuitu throni stare dicuntur. Possumus per superiores angelos, qui numero comprehenduntur, eos intelligere qui ad diversa officia in mundo destinantur: eos autem qui sine numero ponuntur, illos qui in cœlestibus cum Domino conversantur. Sed et hic septem benedictiones ponuntur, sicut superiores, ut demonstraret eodem modo et istos benedicere Deum, qui mandata sua gubernatione timentur, sicut et illos qui in cœlestibus cum Domino commorantur.

(Vers. 13, 14.) *Et respondens unus de venientibus dixit mihi: Si qui amici sunt stolis albis, qui vultis et unde venerunt? Et dixi illi: Dominus mi, tu vis. Interrogat, ut doceat; per seniorem namque doctores*

B Ecclesie: per Joannem vero auditores intelliguntur. Nam prædicatores sancti gloriam animarum salvandarum quibuscumque modis possunt, invitant auditoribus suis; ut mentes eorum ad amorem cœlestis patriæ accendant. *Et dixit mihi. Si sunt qui venerunt ex magna tribulatione; et laverunt stolas suas, et dealbaverunt eas in sanguine Agni.* Hic demonstrat non ad electos, qui in hac vita laborant; sed ad eos qui in cœlesti vita cum Domino requiescunt, hæc pertinere. Non enim sancti de magna tribulatione, sed ad magnas tribulationes perferendas in mundum veniunt, sicut dicit Salomon: *Homo ad laborem nascitur, et avis ad volitum* (*Job. v, 7*). Et Dominus dicit in Evangelio: *Beati qui persecutionem patientur propter iudicium; quantum ipsorum est regnum colorum* (*Matth. v, 10*). Et Paulus dicit: *Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum colorum* (*Act. xiv, 21*); hæc enim tempus est tribulationis, illic tempus pacis. Sancti itaque de magna tribulatione veniunt, quia ab hac vita subtracti, ubi tempus tribulationis est, in æterna quiete collocantur. Laverunt itatem stolas suas, quia animas suas in hac vita positi, ab omnibus vitiis peccatorum mundaverunt: primo quidem

C per baptismum, postea vero per penitentiam et lacrymas, ac misericordie opera, et in cæteris bonis operibus. Quæ etiam in sanguine Agni dealbatae fuisse dicuntur; quia animæ electorum, quæ antea erant nigredine peccatorum involuta, per redemptionem sanguinis Christi candorem munditiæ assumpserunt.

(Vers. 15.) *Ideo vult ante thronum Dei, et serviunt ei die ac nocte in templo ejus.* In conspectu namque Dei sancti Dei assistunt, ac visione ejus indesinenter perfruuntur. Templum vero Dei cœlestem patriam, servitium Dei amorem Dei vocat. Quod enim servitium tam acceptabile Deo, quam ut diligatur ex toto corde, totaque virtute? Et quis ita ardentem diligit Deum, sicut illi qui assidue contemplantur faciem ejus? *Et qui sedet super thronum, habet super illos.* Thronus Dei sancti Dei sunt, sicut superiores diximus. Qui ergo designantur per thronum Dei, ipsi sunt

^a Ita mss. ac Gill. edit.; at Rom. e contrario post vocem Agni addidit: *amici stolis albis, et palmæ in manibus eorum.* Post vocem vero dicentes rescavuit,

Salus Deo nostro... et Agno.

^b Rom. edit., sicut dicit *Job.* Sed Auctoris lapsus cum mss. ac Gill. maluit restituere.

super quos habitat Deus : habitat vero super sanctos suos Deus, cum eos suo lumine illuminat, circumdat et tuetur.

(Vers. 16.) *Non esurient, neque sitiunt amplius.* Cum Dominus dicat in Evangelio : *Beati qui esuriunt et sitiunt justitiam; quoniam ipsi saturabuntur* (Matth. v, 6); cur hic sancti Dei numquam esurire dicuntur? Sed sicut superius diximus, non ad electos, ^a qui in hac vita commorantur : sed ad eos qui in cœlesti beatitudine cum Deo exsultant, hoc pertinere credendum est. Justi namque in hac vita positi, videntes hominum injustitias, esuriunt et sitiunt justitiam, cupientes omnes homines justos esse, sicut ipsi sunt. Esuriunt et sitiunt etiam, ut sua justitia quotidie crescat, esuriunt et sitiunt vitam æternam. Animæ vero sanctorum non esurient neque sitiunt amplius; ^b quia quod esurierunt, jam percipere meruerunt. *Et non cadet super eos sol, neque ullus æstus.* Per solem tribulationes quas sancti ab hominibus perferunt, possumus intelligere : per æstum tentationes dæmonum, sive voluptates carnales. Et quia sancti in hac vita positi persecutiones iniquorum hominum tolerando vicerunt, tentationes dæmonum superaverunt, desideria carnalia in se exstinxerunt, in cœlesti beatitudine positi, nullum laborem in perpetuum sentiunt.

(Vers. 17.) *Quoniam Agnus, qui in medio throni est, reget illos.* Regit Deus sanctos suos, cum voluntates eorum ita disponit, ut nihil velle possint, nisi quod Deus vult. *Et deducet eos ad vitæ fontes aquarum.* Vitæ fons Christus est, qui dicit : *Ego sum vita* (Joan. xiv, 6). Quod enim sine illo est, mortuum est : quod vero in illo est, vita est. Ad vitæ fontem Christus sanctos suos ducit, quia ad semetipsum eos ducit; ut sint unum cum illo. Per aquas eosdem sanctos possumus intelligere; ipse est quippe et fons aquarum, quia ab ipso procedit omnis sanctitas electorum, sicut ipse dixit : *Sine me nihil potestis facere* (Joan. xv, 5).

Et absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum. Quia tempus flendi hic fuit, tempus ridendi in illa beatitudine erit, sicut Dominus dicit : *Beati qui nunc lugent, quoniam ipsi consolabuntur* (Matth. v, 5).

CAPUT VIII. — (Vers. 1.) *Et cum aperuisset sigillum septimum.* Apertio septimi sigilli ad nativitatem Christi pertinet : sed querendum nobis est, cur in septimo, non in quinto loco ponatur. In Genesi scriptum est, quia sex diebus fecit Deus cuncta, quæ ex cœlo et terra originem sumpserunt, septimo autem requievit; et ideo vocavit diem septimum sabbatum, id est, requiem (Gen. ii, 2). Quæ est autem requies nostra, nisi Christus? Non inconvenienter ergo in septimi sigilli apertione nativitas Christi ponitur; quia ipse est requies omnium sanctorum suorum, quæ per septimum diem figuratur.

^a Edit., qui in hac vita sunt positi, loquitur : qui videntes : lacuna vero suppleta est ex mss.

^b Eædem edit., quia esurierunt, jamque percipere vitam æternam, meruerunt : mss. autem ut in con-

A Et quia ea quæ in nativitate Christi gesta sunt, spiritalem intelligentiam obtinent; septimum sigillum Christus aperuit, cum ea quæ per significationem gesta sunt, doctoribus Ecclesiæ per inspirationem Spiritus sancti manifestavit. *Factum est silentium in cœlo quasi media hora.* Per silentium pax quæ ab Octaviano Augusto, Christo nascente, per universum orbem facta est, designatur. Media autem hora silentium factum est, quia pax quam Ecclesia in initio fidei apud paganos habuit, paucò tempore mansit; nam a Nerone imperatore interrupta est, et Petro Pauloque interfectis, præcepit omnes christianos persequi.

(Vers. 2.) *Et vidi septem angelos stantes in conspectu Dei, et datæ sunt illi septem tubæ.* Ordo istorum septem angelorum in sequentibus est; nam sicut præco ante regem aut principem mittitur, qui ejus adventum annuntiet; ita et Joannes, quia magna erant quæ per angelos designabantur, eorum memoriam facere voluit, antequam ad eorum narrationem veniret.

(Vers. 3.) *Et alius angelus venit, et stetit ante altare, habens thuribulum aureum ^c in manu sua : et data sunt ei incensa multa, ut daret de orationibus sanctorum omnium super altare aureum, quod est ante Dominum.* Iste angelus Christum significat : venit autem, quia per incarnationis mysterium in mundo apparuit : per altare autem aureum Ecclesia designatur. Qui ante altare stetisse dicitur; jacebat namque Christus in incredulis, qui eum purum hominem æstimabant : stabat vero cum fidelibus, qui eum Deum verum esse credebant. Ante altare ergo stetit, quia apostolis et cæteris credentibus, ex quibus Ecclesia tunc constabat, quod Deus esset, manifestavit. Per thuribulum vero quod in manu tenebat, corda apostolorum, cæterorumque fidelium demonstratur. Quod aureum fuisse dicitur, quia corda discipulorum per fidem purificata, et per sapientiam quam a Christo didicerant, erant inaurata. Quod thuribulum in manu tenuisse dicitur, quia corda apostolorum in manu Dei erant, sicut dicit Salomon : *Cor regis in manu Dei, quocumque voluerit inclinabit illud* (Prov. xxi, 1). Numquid cor istius Salomonis in manu Dei erat, quando idola adorabat? Numquid cor Antiochi aut Herodis in manu Dei erat? Numquid corda regum sanctos Dei persequentium in manu Dei erant? In manu diaboli erant, qui ad quæcumque volebat facinora, ea inclinabat : corda vero regum spiritualium, id est, sanctorum in manu Dei sunt; et ideo quocumque voluerit, inclinabit ea.

535* Sequitur : *Et data sunt ei incensa multa.* Incensa multa præcepta sunt Evangelii; incensa enim in thuribulo ponuntur, ut calore ignis accepto, fragrantiam odoris sui circumquaque spargant : similiter et Christus doctrinam Evangelii in cordibus discipulorum suorum posuit, qui igne charitatis succensî, odo-

texto.

^c Rom. edit. reseceverat, et data sunt ei... ante Dominum : vel ut Gill., ante thronum.

rem fidei suæ per omnes gentes sparserunt. Unde et sequitur : *Ut daret de orationibus sanctorum omnium super altare aureum, quod est in conspectu Dei.* Genera orationum plura sunt ; orant namque fideles verbis, Deum deprecantes, ut dimittantur eis omnia peccata eorum : orant et eleemosynas largiendo, sicut dicit Dominus in Evangelio : *Date eleemosynam, et ecce omnia munda sunt vobis (Luc. xi, 42).* Et in alio loco scriptum est : *Sicut aqua exstinguit ignem, ita elemosyna exstinguit peccatum (Eccl. iii, 35).* Orant etiam dimittendo proximis, quæ in eis deliquerunt, sicut Dominus dicit in Evangelio : *Si remisitis hominibus peccata eorum, et Pater vester cælestis dimittet vobis peccata vestra (Matth. vi, 15).* Orant nihilominus et præcepta charitatis servando, quemadmodum scriptum est, quia universa delicta operit charitas (*Jacob. v, 20*). Ille igitur salubriter orat Deum, qui servat mandata Dei ; nihil enim prodest nobis clementiam Dei verbis implorare, et operibus irritare. Super altare ergo aureum de orationibus sanctorum dedit Deus, quando super corda credentium fidem, doctrinam, actusque apostolorum, cæterorumque prædicatorum posuit ; ut haberent unde erudirentur et quod imitarentur.

(Vers. 4.) Unde et sequitur : *Et ascendit fumus aromatum de orationibus sanctorum, de manu angeli in conspectu Dei.* Per fumum aromatum non solum orationes fidelium, sed et flagrantia bonorum operum designatur, quæ ab Ecclesia indesinenter ascendit in conspectu Dei. Qui fumus de manu angeli conscendere dicitur : quia quidquid boni fideles faciunt, operante Deo faciunt, sicut dicit ipse : *Sine me nihil potestis facere (Joan. xv).*

(Vers. 5.) *Et accepit angelus thuribulum, et implevit illud de igne altaris, et misit in terram.* ^a *Et facta sunt fulgura, voces, et tonitrua, et terræ motus.* Per ignem Spiritus sanctus designatur : angelus itaque, id est, Christus thuribulum, id est, corda discipulorum, de igne altaris, id est, de Spiritu sancto implevit ; quando post ascensionem suam in cælum, decimo die Spiritu sancto misso de cælo, corda discipulorum implevit, ac scientiam omnium linguarum dedit. Et si per altare Ecclesia designatur, cur Spiritus sanctus antequam daretur, ignis altaris esse dicitur, sicut ideam Joannes dicit : *Nondum erat Spiritus datus ; quia Jesus nondum fuerat glorificatus ? Sed Spiritus sanctus antequam daretur, ignis altaris erat ; quia per remissionis gratiam jam eum Ecclesia possidebat.* Nam Dominus ante passionem suam promisit se Spiritum sanctum daturum discipulis suis ; et idem Joannes cum verba Caiphæ posuisset dicentis : *Expedit vobis, ut unus moriatur homo pro populo, et non tota gens pereat, intulit dicens : Hoc autem a semetipso non dixit, sed cum esset pontifex anni illius, prophetauit quia Jesus moriturus erat pro gente ; et non tantum pro gente, sed ut filios Dei qui dispersi erant,*

congregaret in unum (Joan. xi, 50-52). Numquid ii qui in Christum credituri erant, qui per universas gentes dispersi idolis serviebant, filii Dei erant ? Erant itaque jam filii Dei per prædestinationem ; quia jam prædestinati erant ad vitam æternam. Congregati sunt vero postea in unum, quando per fidem, quam in baptisate susceperunt, corpori Ecclesiæ sunt sociati. Misit ergo angelus ignem, quem in thuribulo posuerat, in terram ; quia doctrinam fidei, quam in cordibus apostolorum posuerat, per adventum Spiritus sancti in cordibus Judæorum, qui per incredulitatem terra erant, per ora apostolorum effudit.

Facta sunt fulgura, voces, et tonitrua, et terræ motus. Per fulgura virtutes quæ per apostolos fiebant, per voces prædicatio, per tonitrua autem comminatio ignis æterni designatur : per terræ motus vero conversionem Judæorum possumus intelligere ; conversi sunt namque ad penitentiam per prædicationem beati Petri, sicut liber Actuum apostolorum narrat : *Is, inquit, auditis, compuncti sunt corde, et dixerunt ad Petrum et ad reliquos apostolos : Viri fratres, quid faciemus ? Ostendite nobis (Act. ii, 37).* Et in sequentibus scriptum est, quia ad hanc primam Petri prædicationem crediderunt ex illis tria millia, postea vero innumerabiles. Hunc ignem, id est, Spiritum sanctum, super nos qui terra sumus, misericordia Domini nostri Jesu Christi effundere dignetur ; ut ex carnalibus spiritales ^b efficiamur, qui vivit et regnat in sæcula sæculorum, amen.

DE VISIONE QUARTA.

Gratia Domini nostri Jesu Christi largiente, de apertionibus septem sigillorum pauca diximus, nunc de cantu tubarum septem angelorum, qui sequitur, aliqua proferamus. Per septem angelos doctores, qui ad erudiendum populum Dei a Deo missi sunt, et mittentur usque ad finem, designantur. Et quia sacramenta divinarum scripturarum doctoribus Ecclesiæ perspicacius, Deo inspirante, quam cæteris patuerunt, rationis ordo posebat, ut post reservationem sigillorum quæ apertionem divinarum Scripturarum significat, septem angeli ponerentur, per quos omnes doctores populi Dei designantur, qui scientiam divinarum Scripturarum locupletius perceperunt. Et sicut omne corpus electorum in septem partes divisimus, ita et septem angeli tubis cecinisse visi sunt : per quos omnes doctores populi Dei designantur, quamvis ab eo ordine parumper discrepent. Nam superius per poderem, ^c quæ talaris est tunica, et prior in ornamentis Domini ponitur, ut et in sequentibus per primum cornu Agni, justos qui ante diluvium fuerunt, diximus fuisse designatos : per zonam vero auream in corpore Christi, et per secundum cornu patriarchas et cæteros qui ante Legem fuerunt : hic autem per primum angelum docto-

^a *Et facta sunt.....et terræ motus, in Rom. edit. lūco mota sunt.*

^b Coddex. Gem., *efficiamur, ipso adjuvante; qui ti-*

vit et regnat cum Deo Patre in unitate Spiritus sancti per immortalia sæcula sæculorum, amen.

^c *Que talaris est tunica, deest in mss.*

res qui ab initio mundi usque ad Legem fuerunt, A ris sui monti assimilatur; et propter spiritalem intelligentiam, quæ in Lege refulgebat, igne ardere dicitur. Ipse vero Hebraicus populus propter magnitudinem scelerum per mare designatur.

(Vers. 6.) *Et septem angeli paraverunt se, ut tubis canerent.* Per tubæ cantum 536^a prædicatio designatur; prædicatores quippe sancti ad hoc semper parati existant, ut quoscumque possunt, per doctrinam suæ prædicationis Deo acquirant.

(Vers. 7.) *Et primus angelus tuba cecinit.* Per primum angelum, sicut jam diximus, prædicatores qui ante Legem fuerunt, designantur. Primus ergo angelus tuba cecinit, quia sancti viri qui ante Legem fuerunt, quamvis nullam legem haberent, nisi naturalem, hoc quibuscumque poterant, ^a suasisse credendi sunt, ut Deum creatorem suum timerent atque diligerent, et quod quis pati non vellet, alteri non faceret. *Et facta est granda et ignis, mixta sanguine, et missum est in terram.* Ea quæ septem angelis tubis canentibus facta fuisse visa sunt, in bonam partem, sicut mihi videtur, accipienda sunt: sicut e contrario effusio phialarum septem angelorum, quæ sequitur, in malam. Per grandinam igitur quæ percutit, verba sanctorum virorum, quæ eorda pravorum hominum arguendo percutiebant, designantur. Quæ ignem et sanguinem permixtum habuisse describitur: per ignem Spiritus sanctus designatur, qui in sanctis inhabitans suis, minister verborum eorum existit: per sanguinem vero Christus intelligitur, qui et a Patribus sæpe prædictus est, et eorum actibus præfiguratus: terra autem sæculi homines peccato subditos demonstrat.

Et tertia pars terræ combusta est... et omne fenum viride combustum est. Per tertiam partem terræ eos, qui per doctrinam et exempla bonorum hominum salvi facti sunt, debemus intelligere: qui igne temporis Dei atque amoris quicquid pravi in se fuit, combusserunt atque deleverunt. Arborea vero illos, qui principatum inter eos tenuerunt, significant: ex quibus multi per doctrinam et exempla bonorum hominum salvi facti sunt (Gen. xx, 17), sicut Abimelech per Abraham et per Job tres amici ejus (Job. xlii, 8). Per fenum autem viride, quod omne combustum esse dicitur, ii designantur, qui et superius per tertiam partem terræ et arborum quæ combusta est, id est, electi, qui eo tempore fuerunt; fenum namque viride difficile accenditur, aridum vero facile eansumitur. Per fenum vero viride electi, per aridum autem reprobi designantur. De hoc arido feno propheta dicit: ^b *Vere fenum est populus. Exsiccatum est fenum, et cecidit flos: verbum autem Domini manet in æternum* (Esai. xl, 7); per fenum igitur viride, ii qui fide erant viridi designantur, qui quæe quod in se reprobum fuit, igne charitatis combusserunt.

(Vers. 8.) *Et secundus angelus tuba cecinit.* Per secundum angelum Moyses et ceteri Legis doctores designantur. *Et ecce tamquam mons magnus ignis ardens, missus est in mare.* Per montem magnum lex Moysi designatur, quæ propter gravitatem ponde-

ris sui monti assimilatur; et propter spiritalem intelligentiam, quæ in Lege refulgebat, igne ardere dicitur. Ipse vero Hebraicus populus propter magnitudinem scelerum per mare designatur.

(Vers. 9.) *Et facta est tertia pars maris sanguis, et mortua est tertia pars creaturæ, quæ habebat animas in mari, et tertia pars navium interit.* Omnis remissio in Lege sanguinis effusione atque aspersione fiebat; unde et Moyses populum sanguine aspersit, dicens: *His est sanguis Testamenti, quod mandavit ad vos Deus* (Hebr. ix, 20). Sed et Aaron et filios ejus, ut mundi efficerentur ad offerendas hostias Deo, idem Moyses sanguine aspersit, nec sine sanguinis effusione remissio esse poterat (Exod. xxiv, 8). Per tertiam ergo partem maris electi qui eo tempore fuerunt, designantur: per sanguinem vero in hoc loco remissionem peccatorum possumus accipere. Tertia igitur pars maris in sanguinem versa est; quia electi qui eo tempore fuerunt per observationem Legis a peccatis suis mundari meruerunt. Tertia vero pars creaturæ, quæ habebat animas in mari, et mortua fuisse dicitur, eandem significationem habet, quam et tertia pars maris quæ in sanguinem versa est. Per mare autem, sicut jam diximus, multitudo peccatorum designatur: pisces vero cum ab aquis subtrahuntur, animas amittunt. Electi ergo quamdiu in aquis vitiorum suorum versantur, animas marinas habent, peccatorum videlicet tenebris involtas; cum vero aut per baptismum, aut pœnitentiam ab aquis vitiorum extrahuntur, animas pristinas quasi amittunt, cum ex malis boni efficiuntur, moriunturque diabolo, ut vivant Deo. Tertia igitur pars piscium animas emiserrunt, quia electi qui eo tempore fuerunt, per observationem Legis mortui sunt peccato, et ceperunt vivere Deo. Per naves autem, quæ aquas sub se habent, illisque supereminent, principes gentis illius designantur. Tertia vero pars quæ interit, eos designat, qui ex eis justi fuerunt juxta illum sensum, quem diximus; eo quod interierint et mortui sint peccato, et vixerint Deo.

(Vers. 10.) *Et tertius angelus tuba cecinit, et cecidit de cælo stella ardens tamquam facula.* Eandem significationem habet stella quam et angelus; significat namque propheta: sed quærendum nobis est, quomodo de cælo in terram cecidisse dicatur. Sancti in cælum quodammodo conscendunt, cum eos amor divinus ad cælestia contemplanda elevat: cadunt in terram, cum eos amor proximorum ad ima retrahit; ut prædicatione sua peccantes ad viam veritatis reducant; facula vero accenditur, ut tenebras noctis depellat. Verba igitur prophetarum faculæ fuerunt, quia tenebras peccatorum a mentibus hominum fugaverunt. Possumus etiam per ignem faculæ Spiritum sanctum intelligere, quo inflammati prophetae, et multos ab iniquitatibus correxerunt, et quæ ventura erant, prædixerunt. *Et cecidit in tertiam partem fluminum, et in fontes aquarum.* Per flumina et fontes

^a Edit., suasisse çararî sunt; mss., suasisse credendi sunt.

^b Ita mss.; edit. vero, est populus. Per fenum igitur viride, ii qui fideles erant viri, designantur.

duodecim tribus cum suis familiis designantur : per tertiam vero partem ii, qui ex eis ad vitam æternam præscripti erant, figurantur. Cecidit ergo stella in tertiam partem fluminum, quia illi doctrinam prophetarum acceperunt, et in cordibus suis plantaverunt, qui ad vitam æternam prædestinati erant.

(Vers. 11.) *Et nomen stellæ dicitur absinthium.* Absinthium valde est amarum : per absinthium igitur comminationes prophetarum designantur, quas populo peccanti ingerebant, prædicentes eis quod nisi poenitentiam **537** agerent, in prædam et in captivitatem hostibus suis darentur ; et quod si nec sic poeniterent, morte perpetua damnarentur. *Et facta est tertia pars aquarum in absinthium.* Illi amaritudinem poenitentiae per comminationes prophetarum assumpserunt, quos superius per tertiam partem aquarum diximus fuisse designatos, id est, electi. *Et multi homines mortui sunt de aquis, quia amaræ factæ sunt.* Illis namque amaritudo poenitentiae mortem intulit, qui salvi esse meruerunt ; mortui sunt enim secundum id quod mali erant, et vixerunt secundum id quod boni esse coeperunt.

(Vers. 12.) *Et quartus angelus tuba cecinit.* Quartus angelus Christum et apostolos ejus significat. *Et percussa est tertia pars solis, et tertia pars lunæ, et tertia pars stellarum ; ut obscuraretur tertia pars eorum, et diei non luceret tertia pars, et noctis similiter.* Sol, luna, et stellæ ad unam rem pertinent ; nam per solem populus Judæorum, per lunam vero Synagoga, per stellas autem principes sacerdotum et pharisæi designantur. Sed si obscurationem solis et lunæ atque stellarum ad eos, qui in Christum noluerunt credere, transferre voluerimus, ordo superior perturbabitur. Superius enim combustionem terræ tertiæ partis, quæ sub cantu tubæ primi angeli facta esse dicitur, conversionem tertiæ partis maris in sanguinem, quæ sub cantu tubæ secundi angeli facta fuisse visa est, conversionem nihilominus tertiæ partis aquarum in absinthium, quæ sub cantu tubæ tertiæ angeli facta fuisse legitur, in bonam partem accipiendam esse demonstravimus ; ideoque ad electos pertinere. Consequens est ergo ut percussione solis et lunæ atque stellarum in bonam partem interpretemur. Per tertiam itaque partem solis, quæ percussa, id est, obscurata est, ii qui ex populo Judæorum in Christum crediderunt, designantur ; obscurati sunt namque impiis Judæis, sed refulserunt in conspectu Dei. Similiter et per tertiam partem lunæ atque stellarum quæ obscurata est, ii qui ex archisynagogis atque sacerdotibus et ex pharisæis in Christum crediderunt, designantur ; quia et ipsi propter lumen verum, id est, Christum, quem perceperunt, obscurati sunt eis, quorum mentis oculos diabolus obæcaverat, ne in Christum crederent ; nam claritas solis lippientes oculos obæcat magis, quam illuminat. Possumus vero per tertiam partem diei apostolos, per tertiam autem partem noctis eos qui ex gentibus cre-

diderunt, intelligere. Obscurati sunt namque eis apostoli, qui eorum doctrinam non solum spreverunt, sed etiam ipsos usquequaque persecuti sunt. De hac eorum obacuratione Dominus dicit : *Tradimini autem a parentibus et fratribus et cognatis et amicis, et morte afficient ex vobis.* ^a *Et eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum* (Luc. xxi, 16).

(Vers. 13.) *Et vidi et audivi vocem unius aquilæ volantis per medium cælum, dicentis voce magna : Væ, væ, væ, habitantibus in terra a vocibus trium angelorum, qui erant tuba canituri.* Per cælum in hoc loco Ecclesia designatur : aquila vero Christum et apostolos ejus demonstrat. Aquila ergo per medium cælum volabat et clamabat ; quia Christus primum per Judæam, apostoli vero ejus per universas gentes Evangelium prædicaverunt : quas etiam persecutiones ab adversariis Ecclesiam esse passuram multis modis prædixerunt. Ideoque tria væ posuit, ex quibus primum ad hæreticos pertinet, qui Ecclesiam Dei multis modis impugnare conati sunt : secundum ad paganos, qui eandem Ecclesiam Dei persecuti sunt, maximamque fidelium multitudinem interfecerunt : tertium ad antichristum, qui populum Dei in fine mundi debellaturus est. Nec putare debemus quod tria væ ad electos pertineant, qui diversas calamitates ab impiis pertulerunt : sed potius ad eosdem impios, qui easdem calamitates intulerunt. Unde et, *Væ, væ, væ, habitantibus in terra* dicit ; impii namque qui nihil aliud quam terram quærent, habitatores terræ jure vocantur : justi autem qui cælestia semper desiderant, cæli habitatores recte vocantur, sicut dicit apostolus Paulus : *Nostra autem conversatio in cælis est* (Philip. iii, 20).

CAPUT IX. — (Vers. 1.) *Et quintus angelus tuba cecinit.* Quintus angelus defensorum Ecclesie orthodoxæ fidei designat : tuba cecinerunt, quando pro defensione fidei omnibus modis laboraverunt. *Et vidi stellam de cælo cecidisse in terram.* Per stellam hæresiarchæ designantur ; quia sicut stellæ in cælo refulgent, ita et isti antequam caderent, doctrina et sapientia refulgebant in Ecclesia. De cælo in terram cecidit, quia ab Ecclesia præcisi, corpori reproborum, qui per terram designantur, sociati sunt. Sed querendum nobis est, cur primum hæreticos, qui per stellam et locustas designati sunt, posuerit ; et postea persecutores, qui designantur per equites loricanos, de quibus in sequentibus in cantu tubæ sexti angeli dicturus est. Quia antequam imperatores Romanorum Ecclesiam Dei persequi instituisent, hæretici esse coeperunt, sicut Nicolaus, qui temporibus apostolorum exstitit, et multi alii. *Et data est illi clavis putei abyssi* (Act. vi, 8). Per clavem liberum arbitrium hæreticorum, quod habuerunt in malo, designatur ; per abyssum vero corda eorum : per puteum autem eorum ora designantur. Data est igitur hæreticis clavis putei abyssi, quia permisi Deus hæ-

^a *Et eritis odio... propter nomen meum, ex omnibus mss. restituitur.*

reses esse, sicut dicit apostolus Paulus : *Oportet hæreses esse, ut qui probati sunt, manifesti fiant inter vos* (I Cor. xi, 19).

(Vers. 2.) *Et aperuit puteum abyssi.* Stella quæ de cælo cecidit, puteum abyssi aperuit ; quia hæretici ad proferenda mala, quæ in cordibus eorum latebant, ora sua aperuerunt. *Et ascendit fumus putei, sicut fumus fornacis magnæ.* Per fumum doctrina hæreticorum designatur ; quia sicut fumus vento impulsus cito evanescit, ita et doctrina hæreticorum per doctrinam sanctorum Patrum velut fumus evanuit : per fornacem vero sæpe corda impiorum designantur, sicut dicit propheta : *Velut clibanus ardens corda eorum* (Ose. vii, 4).

Et obscuratus est sol et aer de fumo putei. Per solem sæpe Christus intelligitur, in hoc autem loco membra ejusdem, id est, prædicatores sancti designati sunt : per aerem vero populus fidelis, qui eis subjectus erat. Sed quomodo electi obscurati sunt, quos pravitas hæretica decipere non valuit? Sed obscurati sunt eis, quos hæretici decipere potuerunt, qui et in sequentibus per locustas designantur : verum **538** claritas eorum cæteris fidelibus latere non potuit, sicut nec lucerna sub modio abscondi potest.

(Vers. 3.) *Et de fumo exierunt locustæ in terram.* De fumo, id est, de doctrina eorum qui hæresiarchæ appellati sunt, magna multitudo hæreticorum generata est. In terram exierunt, quia a societate electorum separati, eis qui terra vocantur, id est, infidelibus conjuncti sunt. *Et data est illis potestas, sicut habent potestatem scorpiones terræ.* Sæpe Deus dicitur dedisse, quod permittit ; permittit enim Deus impiis male agere, ut ex eorum malis bona operetur. Per scorpiones vero possumus dæmones accipere ; quia sicut scorpiones dum non prævidentur, corpora hominum suo veneno inficiunt et exstinguunt : ita et dæmones incautis hominibus venena malarum persuasionum ingerunt, et dum ad perpetranda scelera pertrahunt, eorum animas veneno suæ malitiæ infectas occidunt. Potestas ergo locustarum, id est, hæreticorum, similis est potestati scorpionum, id est, dæmonum ; quia sicut dæmones in hoc semper insistent, ut quoscumque possunt decipiant : ita et hæretici tota virtute laborabant, ut quoscumque possent, in foveam suæ perditionis demergerent.

(Vers. 4.) *Et præceptum est illis, ne læderent fenum terræ, neque omne viride, neque omnem arborem.* Quod significat fenum terræ, hoc et omne viride ; nam sicut superius (Sup. c. 8) sub cantu tubæ primi angeli per omne fenum viride, quod combustum esse dicitur, electi qui primis temporibus fuerunt, designantur : ita et hic per fenum terræ, et omne viride fidelis populus est designatus : per arbores vero doctores Ecclesiæ designantur. Prohibiti sunt ergo hæretici, ne læderent fenum terræ, neque omne viride, neque omnem arborem ; quia non permisit Deus, ut

A eos qui viriditatem fidei habebant, id est, qui fidem quam profitebantur, operibus implebant, neque sanctos prædicatores, qui non erant spinæ vel tribuli, ex quibus neque uvæ, neque ficus colliguntur ; sed potius arbores bonorum operum fructus ferentes, ex quibus fideles populi resciebantur, hæretici deciperent ; unde et sequitur : *Nisi homines, qui non habent signum Dei in frontibus suis.* Quid est autem signum Dei, nisi charitas, de qua idem Joannes loquitur, dicens : *Deus charitas est* (I Joan. iv, 8) ? Possumus vero per frontes, quæ qualitates mentium sæpissime demonstrant, corda reproborum intelligere. Illi ergo facile ab hæreticis decipiebantur, qui signum Dei vivi, id est, charitatem in cordibus suis non habebant.

B (Vers. 5.) *Et præceptum est illis, ne occiderent eos.* Quod dicit, *præceptum est illis*, videtur mihi ad dæmones pertinere ; tanta est enim nequitia dæmonum, ut si hoc Deus permisisset, statim ut homo mortale facinus admisisset, eum interficerent : sed exspectat Deus homines impios, ut aliquando per poenitentiam ad eum redeant et salventur, sive ut justi per eos probentur. Nam et Psalmista, cum de impiis loqueretur, precabatur dicens : *Ne occidas eos, ne quando obliviscantur populi mei* (Ps. lvm, 12). Et in Judicium libro scriptum est, quia dimisit Deus Chananæos et Philistæos ; ut in eis experiretur Israel, et haberent scientiam certandi cum hostibus (Jud. iii, 1, 2). Præceptum ergo Deus, id est, non permisit ut exterminarentur, sive omnes hæretici, sive omnes impii ; ut haberent justi per quos probarentur, sicut aurum quod probatur per ignem.

Unde et sequitur : *Sed ut cruciarentur mensibus quinque.* Per menses quinque omne tempus vitæ præsentis, quod in quinque ætatibus consistit, possumus intelligere. Prima namque ætas est infantia, secunda pueritia, tertia adolescentia, quarta juvenus, quinta senectus ; quamvis beatus Gregorius, ut cum sex ætatibus mundi ætates hominum conformaret, senectutem in duas partes diviserit^a. In quinque ergo mensibus, id est, in omni tempore vitæ præsentis non solum hæretici, sed et omnes impii cruciantur. Nam velint nolint, cum ad memoriam mortem pœnamque quæ mortem sequitur, reducant ; quamvis de prosperitatibus sæculi videantur exsultare, cruciantur tamen intrinsecus, eo quod sciant se pro sceleribus suis æternaliter esse cruciandos. E contrario justis, quamvis extrinsecus diversis modis affligantur ; intrinsecus tamen de spe cælestis gloriæ, ad quam se perventuros credunt, exsultant. Possumus etiam per quinque menses omne tempus hujus mundi intelligere ; primus namque mensis est ab origine mundi usque ad diluvium, secundus a diluvio usque ad Moysen, tertius a Moysen usque ad David, quartus a David usque ad Christum, quintus a Christo usque ad consummationem sæculi. In iis ergo quinque mensibus omnes fabricatores errorum cruciantur, sive eo modo quo

^a Quamvis beatus Gregorius... dividerit, communi omnium mss. auctoritate vindicatur.

superius diximus, sive quod falsas ad inventiones suas A quando in hoc laboramus, ut divitiarum possessores efficiamur, ut habeamus unde desideria carnalia expleamus. Amatores nostros sequimur, et non apprehendimus, quando misericordia Dei impediens, ad hoc quod inutiliter desideramus, pervenire non possumus.

Et cruciatus eorum ut cruciatus scorpionum, cum percussit hominem. Diximus superius per scorpiones demones esse designatos; nam sicut scorpio corpus aculeo vulnerat, ut per vulnus venenum intromittat, per quod hominem interficiat; ^a ita et diabolus aut ira, aut superbia, aut libidine, aut aliqua delectatione carnali mentem vulnerat, ut per hoc venenum suæ malitiæ infundat, animamque interficiat. Cruciatu ergo locustarum similis esse cruciatu scorpionum dicitur; quia hæretici imitantes patrem suum diabolum, per lenia verba atque composita mentes hominum imperitorum vulnerabant, venenumque sui erroris infundentes, eorum animas necabant. Possumus quippe per cruciatum animarum interfectionem intelligere. B

(Vers. 6.) *Et in diebus illis quærent homines mortem, et non invenient eam: et cupient mori, et fugiet mors ab eis.* Hæc sententia ad electos pertinet. In diebus illis, id est, in diebus quibus Evangelii gratia per universum mundum refulget, *quærent homines mortem.* Quærebat Paulus mortem persequendo Ecclesiam Dei, et non invenit eam; quia Christus qui est murus impenetrabilis, se illi objiciens, a morte quam quærebat, ad vitam, quæ est ipse, violenter reduxit. Fuerunt et alii multi, qui quæsierunt mortem aut Ecclesiam Dei persequendo, aut cætera mala exercendo: sed fugit mors ab ipsis, quia per prædicationem sanctorum ad vitam sunt revocati. Nos etiam quosdam vidimus, qui quæsierunt mortem, et non invenerunt eam; et cupierunt mori, et fugit mors ab eis. Scimus enim quosdam fuisse, qui amplius quam oportebat sæculum diligentes, multo tempore, multisque modis laborassent, ut divites fierent, cupientes delitiose vivere, et carnis **539** suæ desideria perficere ^b: sed cum ad id quod optabant, pervenire non possent, respicientes sæculi falsa promissa, ad divitias cælestes acquirendas se contulerunt, atque ad earum perceptionem, sicut credimus, bonis operibus insistendo, pervenire meruerunt. Vidimus nihilominus quosdam monasteria reliquisse, et ad sæculum transisse, et in servitio quorundam hominum potentium se tradidisse; ut terrenas divitias atque possessiones, quas per se habere non poterant, eorum suffragiis obtinerent: sed cum ad id quod desiderabant, pervenire non possent, sæculum reliquisse, et ad monasteria sua rediisse, atque in bonis operibus vitam terminasse. Ii ergo quæsierunt mortem, et non invenerunt eam; et cupierunt mori, et fugit mors ab eis. De talibus Dominus sub specie Hierusalem ad prophetam loquitur, dicens: *Ecce ego sepiam viam tuam spinis, et sepiam eam maceria, et semitas suas non invenient. Et sequetur amatores suos, et non apprehendet eos: quæret, et non invenient eos* (Ose. 11, 6). Amatores nostri sunt desideria carnalia: amatores nostros sequimur,

^a Ita et diabolus... animamque interficiat, in codice Gem. desideratur.

^b Omnes edit.; *ut carnis suæ desideria perficerent;*

(Vers. 7.) *Et similitudines locustarum similes equis paratis in prælium.* Per equos sæpe prædicatores sancti designantur, sicut Habacuc propheta in cantico suo loquitur, dicens: *Viam fecisti in mari equis tuis, in luto aquarum multarum* (Habac. 11, 15). Viam fecit Deus in mari equis suis, in luto aquarum multarum, quando initio fidei pacem mundo largitus est; ut apostoli ejus per universas gentes, quæ per mare et lutum designatæ sunt possent discurrere, et semina fidei spargere. Equi ergo Dei ad prælium parabantur, quando prædicatores sancti et verbo et virtutibus ad hoc armabantur; ut genus humanum de potestate diaboli eruerent. Locustæ vero similes equis paratis in prælium esse dicuntur; quia sicut prædicatores sancti tota virtute laborabant, ut quoscumque possent, de laqueis diaboli eriperent: ita et hæretici ad hoc semper armabantur, ut quoscumque possent decipere, in baratrum suæ damnationis involverent. *Et super capita earum tamquam coronæ similes auro.* Sæpe per aurum sapientia designatur, sicut superius jam diximus: per coronas locustarum sapientia sæcularis ostenditur. Coronæ igitur locustarum aurum ipsæ non erant, sed similitudinem auri habebant; quia sapientia sæcularis, in qua hæretici maxime confidebant, aurum non erat, id est, sapientia; sed potius stultitia, sicut dicit apostolus Paulus: *Sapientia hujus sæculi stultitia est apud Deum* (1 Cor. 11, 19).

Et facies earum, sicut facies hominum. Homo rationale est animal: per faciem vero hominum divinarum Scripturarum scientiam intelligere possumus, quam hæretici habere studebant, ut per eam facilius simplices quosque deciperent. Locustæ igitur facies hominum habere videbantur, sed similitudo erat non veritas; quia hæretici videbantur quidem scientiam habere divinarum Scripturarum: sed procul a veritate distabant, quia eam non recte intelligebant.

(Vers. 8.) *Et habebant capillos sicut capillos mulierum.* Per capillos qui sine sensu præciduntur, possumus maximam multitudinem stultorum intelligere, qui ab hæreticis facile decipiebantur; quia sicut capilli absque injuria præciduntur, ita et isti ab Ecclesia sine aliquo dispendio præcisi sunt. Per mulieres vero diversas Ecclesias possumus intelligere. Habebant igitur locustæ capillos sicut capillos mulierum; quia sicut sanctæ Ecclesiæ Dei habebant turmas suas, quæ certis temporibus ad divina officia celebranda confluebant: ita et hæretici habebant populos insanos, qui in diversis locis conveniebant, non ^c ad mysteria divina, sed ad diabolica celebranda. *Et dentes earum sicut leonum erant.* Officium dentium est, ut quidquid

omnes mss., *ut divites fierent, etc.*

^c Edit., *ad ministeria divina, sed ad diabolica officia:* mss. autem ut in contextu.

intra se ceperint, terendo consumant, et in foveam ventris demergant. Possumus ergo per leones et dentes persecutores Ecclesie intelligere: per leones quidem principes: per dentes autem eos, qui eorum imperio sanctos Dei laniabant. Dentes igitur hæreticorum sicut leonum erant; quia sicut pagani Ecclesiam Dei persequabantur, et quoscumque poterant, terroribus atque cruciatibus in perditionis voragine implicabant; ita et hæretici quosdam potentes homines sibi sociantes, Ecclesiam Dei persecuti sunt, multosque more dentium minis et impressionibus afflictos, in ventrem suæ malitiæ demerserunt.

(Vers. 9.) *Et vox alarum earum, sicut vox equorum multorum currentium in bellum.* Possumus per alas verba hæreticorum intelligere; quia sicut alæ a terra aves sublevant, ita hæretici suis eloquiis extollentur: per equos vero prædicatores designantur, sicut superius jam diximus. Vox igitur alarum locustarum erat sicut vox equorum multorum currentium in bellum; quia sicut prædicatores sancti voces prædicationum emittebant, cum pergerent ad bellum contra diabolum, ut genus humanum de potestate ejus liberarent: ita et hæretici circumquaque discurrebant, falsam doctrinam spargendo; ut quoscumque possent, deciperent, et diabolo subjugarent.

(Vers. 10.) *Et habebant caudas similes scorpionum, et aculei erant in caudis earum.* Isaias propheta dicit quia propheta docens mendacium, cauda est (*Esai. ix, 15*). Hæretici ergo qui propter notitiam divinarum Scripturarum prophetas se esse æstimant, non inconvenienter caudis scorpionum assimilantur, quia eorum doctrina falsa erat, et venenosa, unde et aculeos in caudis habuisse dicuntur. Per aculeos namque blasphemiarum, quas in divinis Scripturis intermiscébant, designantur. Et sicut scorpio innoxius esset, si aculeus deesset; ita et doctrina hæreticorum bona esset, si hanc blasphemiam non fœderent. *Potestas earum nocere hominibus mensibus quinque.* Quid sint menses quinque superius dictum est.

(Vers. 11.) *Et habebant super se regem angelum abyssi, cui nomen Hebraice Abaddon, Græce Apollyon, et Latine habet nomen Exterminans.* Certum est omnibus hæreticorum principem esse diabolum, sicut Dominus dicit ad Job: *Ipse est enim rex super omnes filios superbiæ (Job. xli, 25)*; unde et exterminator vocatur, eo quod exterminator sit totius bonitatis.

(Vers. 12, 13.) *Væ unum abiit, et ecce veniunt adhuc duo væ. Et sextus angelus tuba cecinit.* Per sextum angelum martyres designantur: sextus angelus tuba cecinit, quia martyres Christi doctrinam fidelibus propinaverunt. **540** *Et audivi vocem unam ex cornibus altaris aurei, quod est in conspectu Domini, dicentem sexto angelo.* Per altare aureum, sicut superius jam diximus, Ecclesia designatur. Quatuor ergo cornua altaris quatuor evangelistas demonstrant: vocem ergo unam ex quatuor cornibus altaris aurei audisse se dicit; quia una est fides, una doctrina quam

A quatuor libri Evangeliorum docent.

(Vers. 14.) Quid autem hæc vox sexto angelo dicat, manifestat subdendo: *Vade, et solve quatuor angelos, qui alligati sunt in flumine magno Euphrate.* Primum dicamus quid sint quatuor angeli, quid vincula, quid Euphrates; et postea cur sexto angelo præcipiat Evangelium, ut solvat quatuor angelos, diligentius investigabimus. Nam sicut superius (*Cap. 7*) in apertione sexti sigilli quatuor angeli super quatuor angulos terræ stetiisse visi sunt, tenentes quatuor ventos terræ; ne flarent super terram, neque in ullam arborem: ita et hic sub cantu tubæ sexti angeli quatuor angeli in flumine magno Euphrate alligati esse referuntur. Eandem ergo significationem habent quatuor angeli isti, quam et illi; significant enim quatuor regna, Assyriorum videlicet, Persarum, Macedonum, atque Romanorum. Et quia potestas quatuor regnorum, sicut superius diximus, ad Romanos secesserat, per quatuor angelos in hoc loco Romani designantur: per Euphraten vero hic mundus intelligitur. Quid sint ergo vincula quatuor angelorum, superius manifestat; nam supra scriptum est, quia *vidit Joannes angelum descendisse de celo, habentem signum Dei vivi: et clamavit voce magna quatuor angelis, quibus datum est nocere terræ et mari, dicens: Nolite nocere terræ, et mari, neque arboribus, quocumque signemus servos Dei nostri in frontibus eorum (Apoc. vii, 2, 3)*. Per angelum qui habebat signum Dei vivi Christum diximus fuisse designatum: vincula igitur quatuor angelorum verba sunt Domini, non quod Dominus præceperit persecutoribus, ut a persecutione cessarent, donec semina fidei per omnes gentes spargerentur: sed quod potestate fecit, hoc dicitur verbis præcepisse. Romani namque ante adventum Christi a cadibus et rapinis atque effusione sanguinis generis humani a nullo modo satari poterant. Veniens vero Christus in carne pacem mundo largitus est, et Romani qui ab effusione sanguinis generis humani manus cohibere non poterant, pace ligati sunt, atque ab effusione sanguinis prohibiti sunt. Præcepit ergo vox, quæ processit a quatuor cornibus altaris aurei, sexto angelo qui habebat tubam, ut solveret quatuor angelos; quia doctrina Evangelii hoc præcepit prædicatoribus verbi Dei, ut nullis minis, nullis terroribus hominum impiorum tererentur; ut cessent ab officio prædicationis, sicut Dominus dicit in Evangelio: *Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere (Math. x, 28)*. Imperatores quippe Romanorum et ceteri principes terræ, cum viderent religionem christianam quotidie augeri, et culturam idolorum evacuari, interminati sunt mortem omnibus qui Christum colerent aut prædicarent. Sextus ergo angelus, id est, martyres, quatuor angelos, id est, persecutores suos quasi solverunt; cum propter insuperabilem evangelizandi constantiam ad persequendos eos se armaverunt.

^a Nullo modo satari poterant.... generis humani, isthæc omnia hæc edit. debet auctoritati mss.

^b Edit., id est, prædicatores suos; rectius mss., id est, persecutores suos.

(Vers. 15.) Unde et sequitur : *Et soluti sunt quatuor angeli, qui parati erant in horam, et diem, et mensam, et annum, ut interficerent tertiam partem hominum.* Soluti sunt quatuor angeli, quia impii homines, pæce abjecta, manibusque solutis, quas pax alligaverat, persecuti sunt populum Dei. Quod autem dicit : *Parati erant*, impiorum hominum voluntatem demonstrat ; quia antequam tempus persecutionis veniret, voto parati erant, ut populum Dei interficerent. Sane tertia pars hominum, ut superius dictum est, electos significat. Porro quod in horam et diem, et mensam, et annum, quatuor angeli, ut interficerent tertiam partem hominum, parati esse dicuntur, possumus ad omnes impios, qui ab initio mundi fuerunt, et erunt usque in finem, referre. Per horam quippe tempus ab initio mundi usque ad diluvium, per diem autem tempus a diluvio usque ad Legem, per mensam vero tempus sub Lege, per annum autem tempus sub gratia designatur. In his ergo quatuor temporibus semper reprobi persequuntur electos.

(Vers. 16.) *Et numerus equestris exercitus vicies millies dena millia, audivi numerum eorum.* Qui designantur per quatuor angelos, ipsi et per equestrum exercitum, videlicet persecutores Ecclesie. Exercitus autem persecutorum equestris esse dicitur ; quia sicut habet Deus equos suos, id est, sanctos prædicatores, qui eum per universum mundum deportaverunt ; ita habet diabolus equos suos, id est, omnes impios, super quos sedet, et ad perpetranda diversa scelera impellit. Qui vicies millies dena millia esse dicuntur ; ^a per finitum namque numerum persecutorum innumerabilis multitudo exprimitur.

(Vers. 17.) *Et ita vidi equos in visione : et qui sedebant super eos, habebant loricas igneas, et hyacinthinas, et sulphureas.* In hoc loco per equos insani populi, per sessores autem equorum principes terræ designantur : per loricas vero, quæ letus gladiatorum a se repellunt, duritia cordium reproborum designatur, quæ ad corda eorum gladium spiritus, quod est verbum Dei, accedere non sinit. Quæ lorice igneæ, hyacinthinae, et sulphureæ esse dicuntur. Per ignem plane crudelitas mentis persecutorum : per hyacinthum qui cæli figuram habet, honor deitatis quem diis suis deferrebant, designatur : per sulphur vero quod fetet, blasphemias quas in Christum proferebant, designantur. Persecutores igitur loricas igneas et hyacinthinas atque sulphureas habuisse dicuntur ; quia partim propter incredulitatem mentis corda sua induraverant, ut non solum in Christum non crederent, sed etiam servos ejus persequerantur : partim propter defensionem falsorum deorum, partim propter blasphemias quas in Christum proferebant, dicentes eum magam fuisse et seductorem. *Et capita eorum erant tamquam capita leonum.* Per capita eorum imperatores Romanorum designantur ; quia capita esse videbantur omnium persecutorum, qui etiam propter insatiabilem rabiem leonibus assimi-

lantur. *Et de ore eorum procedit ignis et fumus et sulphur.* Per ignem impia præcepta imperatorum designantur, quibus populus Dei interfici jubebatur : per fumum vero honor deitatis, quem diis suis deferre jubebant. Et recte per fumum idololatriæ falsitas designatur, **541** quia sicut fumus a facie venti evanescit, ita et cultura idolorum in conspectu prædicationis evangelicæ deperit : per sulphur autem, sicut supra dictum est, blasphemias, quas Christo ingerebant, designantur.

(Vers. 18.) *Ab his tribus plagis interfecta est tertia pars hominum ; id est, multitudo martyrum : per ignem videlicet, fumum, ac sulphur, quæ procedebant de ore ipsorum.* Procedebat quippe ignis de ore ipsorum, id est, jussio impiissima, qua præcipiebant ut sancti Dei martyres interficerentur : procedebat et fumus, quia præcipiebant ut honor deitatis ab omnibus hominibus diis suis impenderetur : procedebat et sulphur, id est, blasphemias in Christum, præcipientes ut religio christiana funditus de mundo exstingueretur.

(Vers. 19.) *Potestas enim equorum in ore ipsorum est, et in caudis eorum.* Superius capita equorum, ut leonum esse dicuntur : in ore vero leonum dentes consistunt, quibus conterunt et dilaniant omnia, quæ ceperint. Possumus ita jure per dentes carnifices intelligere, qui in ore leonum, id est, in potestate persecutorum positi, eorum imperio diversis cruciatibus corpora sanctorum cruciabant. Corpora igitur sanctorum persecutores in ore, id est, in potestate habebant, sed animas non habebant, sicut Dominus dicit in Evangelio : *Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere* (Matth. x, 28). Et ideo potestas persecutorum tantummodo in ore erat ; quia corpora sanctorum in potestate habebant, sed animas non habebant : occidere poterant, quos vincere non valebant. Per caudas vero philosophorum atque poetarum doctrina designatur. *Nam caudæ eorum similes serpentibus, habentes capita, et in iis nocent.* Recte doctrina philosophorum serpentibus assimilatur, quia plena erat venenis mendaciorum. Qui serpentes capita habere dicuntur, quia omnes errores gentilium proprios habebant auctores. Potestas ergo equorum in caudis eorum erat, quia persecutores Ecclesie per doctrinam philosophorum volebant evertere religionem christianam.

(Vers. 20, 21.) *Et ceteri homines qui non sunt occisi in iis plagis, neque egerunt penitentiam ab operibus manuum suarum ; ut non adorarent dæmonia et simulacra aurea et argentea, et aerea, et lapidea, et lignea ; quæ neque videre possunt, neque audire, neque ambulare : et non egerunt penitentiam ab homicidiis suis, neque a veneficiis suis, neque a fornicatione sua, neque a furtis suis ; subauditur, perierunt. Tertia igitur pars, quæ interfecta est, salva facta est, id est, electi, ex quibus multi pro Christi nomine interfecti sunt : reliqui libentissime occumberent, si ne-*

^a Sic edit. ; mss. vero, per infinitum namque numerum.

^b Ita mss. ; editi. autem, ut non adorarent idola aurea, et argentea, et aerea, etc.

cessitas exegisset. Cæteri vero, id est, pagani, qui in Christum credere noluerunt, ut agerent pœnitentiam ab iniquitatibus suis, perierunt.

CAPUT X. — (Vers. 1.) *Et vidi alium angelum fortem descendentem de cœlo, amictum nube, et iris in capite ejus.* Quia superius adversitates Ecclesiæ narraverat, quæ ab hæreticis et paganis passa est; restat ut de prosperitate ejus, qualiter inter persecutiones creverit, narret. Constat namque Ecclesiam in persecutionibus crevisse, et quanto amplius opprimebatur, tanto amplius confortabatur, et crescebat: sicut de filiis Israel in figura ejusdem Ecclesiæ scriptum legimus, qui quanto amplius ab Ægyptiis opprimebantur, tanto amplius multiplicabantur. Angelus fortis Dominum nostrum Jesum Christum designat, de quo dicit Psalmista: *Dominus fortis et potens, Dominus potens in prælio* (Psal. xxiii, 8). Qui descendens de cœlo amictus nube esse dicitur; quia Dominus noster veniens in mundum, carnem quæ per nubem designata est, induit; ut per carnis assumptionem se hominibus conformaret, quos redimere veniebat. Per irim vero ejus misericordia designatur, sicut superius diximus: per caput autem ejus divinitas in hoc loco intelligitur. Irim in capite habebat, quia ejus divinitas ante incarnationem suam tantam misericordiam assumpserat, ut homo fieri pro hominibus non dedignaretur, et ad ultimum pessima morte damnari. *Et facies ejus erat sicut sol.* Sæpe per solem Dominus designatur; quia sol omnes creaturas visibiles suo splendore atque pulchritudine antecedit: sed quæ creatura poterit comparari suo creatori? Verum per figuras visibiles sæpe invisibilia demonstrantur. In corde igitur electorum Christus sol est, quem cernere per spem nullo modo desistunt, et ad hujus pulchritudinem intucundam perventuros esse se credunt. *Et pedes ejus tanquam columna ignis.* Per columnam ignis Ecclesiam possumus accipere; sive quia Spiritu sancto ignita resplendet, sive quia amore Dei atque proximi indesinenter ardet. Per duos vero pedes duos populos intelligere debemus. Ex duobus ergo pedibus una columna efficitur; quia ex duobus populis, ex Judæis videlicet atque gentibus, una Ecclesia Dei fabricatur. Possumus etiam per duos pedes duo Testamenta intelligere, sicut in sequentibus plenius demonstrabimus. Nec discordat a sensu superiori, eo quod vetus Testamentum Judæis, novum autem gentibus specialiter traditum sit.

(Vers. 2.) *Et habebat in manu sua libellum apertum.* Hic Liber superius septem sigillis signatus fuisse describitur; sed de ejus apertione, Domino largiente, aliqua diximus. Libellum igitur apertum in manu sua Dominus noster Jesus Christus tenere visus est; quia sensus divinarum Scripturarum doctoribus Ecclesiæ ipse aperuit. *Et posuit pedem suum dextrum super mare; sinistrum autem super terram.* Per pedem dextrum, sicut diximus, novum Testamentum: per

sinistrum vetus designatur. Possumus autem per mare populum gentium intelligere propter profunditatem ignorantiam atque errorem: per terram vero quæ excolitur, ut fructum ferat, Judæos qui excolebantur per disciplinam Legis, et fructum ferebant, cum præcepta legalia, quamvis carnaliter, implebant. Pedem ergo suum dextrum Dominus super mare posuit, quando specialius gentibus doctrinam Evangelii, quam Judæis tradidit, sicut Paulus eisdem Judæis loquitur, dicens: *Vobis oportebat primum loqui verbum Dei, sed quia repellitis illud, et indignos vos judicatis æternæ vitæ, ecce convertimur ad gentes* (Act. xiii, 46). Pedem sinistrum super terram posuit, quando Legem Judæis specialiter tradidit. Sed nullum moveat, quod posteriora prius commemoraverit, et priora posteriorius; eo quod in divinis Scripturis hoc sæpe contingat. Ad quod comprobandum unum tantummodo exemplum proferamus. In psalmo centesimo quinto (Vers. 17), cum dixisset: *Aperta est terra, et deglucivit Dathan, et operuit super congregationem Abiron: et exarsit ignis in synagoga eorum, flamma combussit peccatores;* retro revertitur, et dicit: *Et fecerunt vitulum in Oreb, et adoraverunt sculptile:* nec inoffenienter per dextrum pedem novum Testamentum, per sinistrum autem vetus designatur; eo quod vetus Testamentum umbra fuerit novi Testamenti.

(Vers. 3.) *Et clamavit, quemadmodum cum leo rugit.* Clamavit Christus per legem, sed non quemadmodum cum leo rugit; quia in una domo Israel vox ejus tantummodo audita est: clamavit postea per Evangelium, quemadmodum cum leo rugit; qui in omnem mundum vox ejus intonuit. *Et cum clamasset, locuta sunt septem tonitrua voces suas.* Per septem tonitrua septem virtutes possumus accipere. Clamavit Christus per Legem, sed septem tonitrua non sonuerunt: clamavit per Evangelium, et locuta sunt septem tonitrua voces suas. Nam illis quibus Lex dicebat: *Maledictus qui non reliquerit semen suum in Israel;* et quibus ob hoc plures uxores atque concubinas habere licitum erat, pudicitiam tonitruum necdum sonuerat. Similiter et illi, quibus Lex dicebat: *Oculum pro oculo, dentem pro dente; et qualem infixerit quis maculam, talem et sustinere cogatur* (Exod. xxi, 24); necdum tonitruum patientiam audierant. Et illi tonitruum charitatis necdum perfecte audierant, quibus Lex dicebat: *Diliges amicum tuum, et odio habebis inimicum tuum* (Matth. v, 43). Idem et de cæteris virtutibus intelligendum est. Septem ergo tonitrua locuta sunt; quando per doctrinam Evangelii sublimitas virtutum cœpit demonstrari.

(Vers. 4.) *Et audiivi vocem de cœlo dicentem mihi: Signa quæ locuta sunt septem tonitrua, et noli ea scribere.* Vox de cœlo vox est de Ecclesia: scribere vero est prædicare; quia sicut scriptor atramento in volumine scribit, unde legentes exercitentur; ita et

^a In edit. deerant, sive quia Spiritu sancto ignita resplendet, sive, quæ restituntur ex mss.

quilibet doctor verba Dei scribit, cum ea prædicando in cordibus audientium plantat. Cur ergo per vocem quæ de cælo sonuit, prohibitum est ne septem tonitrua scriberentur, in Actibus apostolorum, et in epistolis Pauli invenire possumus. In initio namque fidei prædicatores sancti videntes infirmitatem gentium ad fidem venientium, non sunt ausi eis austeriora Christi præcepta committere; ne forte duritia præceptorum territi, non auderent ad fidem Christi suscipiendam accedere, sicut Paulus apostolus discipulis suis scripsit, dicens: *Tamquam parvulus in Christo lac vobis potum dedi, non escam; nondum enim poteratis, sed nec adhuc quidem potestis; adhuc enim estis carnales* (1 Cor. III, 2). Sed et apostoli qui erant Hierosolymis, eis qui ex gentibus crederant, mandaverunt, dicentes: *Placuit Spiritui sancto et nobis nihil imponere vobis oneris, nisi ut abstineatis vos ab escis, quæ idolis immolantur, et a fornicatione, et suffocato, et sanguine* (Act. xv, 28). Vox ergo de cælo Joanni loquitur, ne septem tonitrua scriberet; quia apostoli qui per cælum designantur, primis prædicatoribus præceperunt; ne noviter ad fidem venientes, subito ad celsitudinem virtutum conscendere cogere, donec in fide confortati, jam ad operationem virtutum transire possent.

(Vers. 5, 6, 7.) *Et angelus quem vidi stantem supra mare et super terram, cum levasset manum suam, et jurasset per viventem in æternum qui creavit cælum, et ea quæ in eo sunt; et terram, et ea quæ in ea sunt: mare, et ea quæ in eo sunt; quia tempus amplius non erit, sed in diebus septimi angeli, cum cæperit tuba canere, consummabitur mysterium Dei, quod evangelizavit per servos suos prophetas.* Nos quando juramus, volumus ut firmum sit, quod loquimur. Dixisse ergo Domini jurasse sit; quia fieri non potest ut quod loquitur Deus, irritum fiat, sicut ipse dicit in Evangelio: *Cælum et terra transibunt, verba autem mea non transibunt* (Luc. xxi, 33). Cum igitur Christus per viventem in æternum, et per eum qui fecit omnes creaturas juravit, per semetipsum juravit: *Quia omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil* (Joan. I, 3). Juravit autem non quibusdam verbis semetipsum obligando; sed dicendo ea quæ ventura erant. Per septimum vero angelum prædicatores, qui in fine mundi futuri sunt, designantur, de quibus in sequentibus dicemus. Juravit ergo Christus, quod in diebus septimi angeli consummabitur mysterium Dei, quod evangelizavit per suos prophetas; quia prædixit quia tunc veniet finis, cum omnis electorum numerus fuerit completus.

(Vers. 8.) *Et vocemquam audivi de cælo iterum loquentem mecum, et dicentem: Vade, et accipe librum de manu angeli stantis supra mare et supra terram.* Vocem primam eam dicit, quando de cælo ei dictum est: *Signa quæ locuta sunt septem tonitrua, et noli ea scribere.* Eadem itaque vocem se iterum audisse

A dicit; quia ejusdem Spiritus sancti vox fuit illa, cujus et ista. Per Joannem in hoc loco omnes apostolos intelligere debemus. Vox ergo divina Joanni locuta est, ut iret ad angelum, et acciperet ab eo librum; quia Spiritus sancti gratia apostolis inspiravit, ut relictis omnibus, Christum sequerentur; ut doctrinam Evangelii ab eo perciperent.

(Vers. 9, 10.) *Et abii ad angelum, dicens ei ut daret mihi librum.* Abierunt apostoli ad Christum, ut ab eo doctrina divinarum Scripturarum instruerentur. *Et dixit mihi: Accipe, et devora illum, et faciet amaricare ventrem tuum, sed in ore tuo erit dulce tamquam mel.* *Et cum devorasset eum, amaricatus est venter meus.* Per os in quo sapes discernuntur corda apostolorum intelligere possumus: per ventrem autem in quo omnes spurcitia commorantur corporis, memoriam peccatorum intelligere debemus. Liber igitur dum devoraretur, ut mel dulce fuisse dicitur; quia divina Scriptura dum in mento revolvitur, vitamque æternam mandata Dei custodientibus repromittit, dulcis ut mel in corde efficitur: cum vero mentem a superioribus ad inferiora, id est, a contemplatione cælestis patriæ ad peccata sua intuenda deducit, pœnasque quas impii pro peccatis suis passuri sunt, ostendit, quæ antea fuerat dulcis in demonstratione cælestis gloriæ, amara efficitur in peccatorum ostensione. Possumus etiam hoc de Joanne proprie intelligere, qui antequam Evangelium scriberet, Pathmos in exsilium ductus est: sed quia propter absentiam ejus hæretici Ecclesiam Dei invaserant, post reversionem suam de exsilio ad eorum blasphemias destruendas compulsus est Evangelium scribere. Præcepit igitur vox divina Joanni, ut iret ad angelum, et acciperet ab eo librum; quia **543** Spiritus sanctus hoc Joanni inspirando suasit, ut iret ad Christum non passibus corporis, sed passibus mentis, ad considerandum divinitatis ejus potentiam atque cum Patre æqualitatem, ut de divinitate ejus libellum omnibus fidelibus salutiferum posset conscribere. Devoravit vero Joannes librum, cum scientiam Evangelii quod postea scripsit, plenissime accepit. Liber itaque dum devoraretur, dulcedinem mellis ori exhibuit; quia divina Scriptura quanto amplius in corde ruminatur, tanto salubriorem dulcedinem menti exhibet. Possumus autem per ventrem, in quo escæ putrescunt, carnem hanc mortalem intelligere. Liber igitur qui in ore dulcis fuit, amaritudinem ventri generavit; quia sancti viri quanto amplius in meditatione divinarum Scripturarum dediti sunt, quantoque eorum meditatio dulcior fit in mente, tanto majorem amaritudinem carni suæ exhibent, affligendo videlicet eam jejuniis, vigiliis, abstinencia, cæterisque cruciatibus, quibus caro atteritur.

(Vers. 11.) *Et dixit mihi: Oportet te prophetare iterum populis, et gentibus, et linguis, et regibus multis.* Prædicatur ei quod ab exsilio ad prædicandum rediturus

^a Edit., *Abstinencia vitiorum, cæterisque, etc.;* mss. omittunt, *vitiorum.*

sit. Sed cum sancti Patres tradant quod post reversionem suam de exsilio tantummodo in Epheso, et circa adjacentia loca ejus prædicaverit, ibique mortuus sit, et corpore requiescat; quomodo populis, et gentibus, et linguis, et regibus multis prophetasse dicitur? Sed prophetavit, id est, prædicavit per Evangelium suum, quod postea scripsit omnibus gentibus, et linguis, et regibus multis; quia per omnes gentes dispersum est, et in meditatione ejus omnes terrarum populi, regesque multi proficiunt.

CAPUT XI. — (Vers. 1.) *Et datus est mihi calamus mensuræ similis virgæ, dicens: Surgo, et metire templum Dei, et altare, et adorantes in eo.* Per calamum quo antiqui scribere solebant, Evangelium quod ei datum est a Domino, et quod postea scripsit, designatur: per virgam vero sæpe disciplina accipitur. Calamus igitur qui Joanni datus est, similitudinem virgæ habuit; quia disciplina christianorum est Evangelium. Unde et templum et altare et adorantes in eo metiri præcipitur; per templum namque Ecclesia: per altare sancti et perfecti viri, qui in Ecclesia consistunt: per adorantes autem in eo cætera multitudo, quæ eorum doctrina instruitur, designatur. Templum nempe Dei et altare, atque adorantes in eo unusquisque prædicator metitur, dum unicuique secundum propriam capacitatem spiritualis gratiæ doctrinam^a administrat; aliter enim docendus est sapiens, aliter insipiens: aliter litteratus, aliter illitteratus: aliter paganus, aliter christianus: aliter hæreticus, aliter catholicus. Nam et Dominus dicit in Evangelio, quia paterfamilias peregre proficiscens, vocavit servos suos, et tradidit illis bona sua. Et uni dedit quinque talenta, alii autem duo, alii vero unum; unicuique secundum propriam virtutem (Math. xxv, 14).

(Vers. 2.) Sequitur: *Atrium autem quod est foris, ejice foras, et ne metiaris illud; quoniam datum est gentibus.* Si foris erat, quomodo foras ejici poterat? Per atrium ergo Judæi designantur: Judæi igitur foris erant per incredulitatem: sed Joannes et cæteri apostoli adhuc eos per amorem in cordibus suis tenebant, sicut dicit apostolus Paulus: *Optabam ego ipse anathema esse a Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem, qui sunt Israelitæ* (Rom. ix, 3). Unde præcipitur ei, ne illud metiatur, id est, verba prædicationis non eis ministret, sicut in Evangelio ipse præcipit, dicens: *Nolite mittere margaritas vestras ante porcos; ne conculcent eas pedibus suis, et conversi elidant vos* (Math. vii, 6). Et ad prophetam Ezechielem Dominus loquitur, dicens: *Ecce ego adherescere faciam linguam tuam palato tuo, nec eris quasi vir objurgans; quia domus exasperans est* (Ezech. vii, 26). Hocque atrium datum esse gentibus dicitur;

^a Omnes edit., *administrat*, aliter hæreticis, aliter catholicis; mss. vero nobiscum faciunt.

^b Ita mss. nisi quod ubi alii, et edit. legunt officium, Sag. habet mysterium, forte ministerium: totus autem locus in edit. hoc modo existat, officium

A quia Judæi propter incredulitatem suam paganus gentibus erant conjuncti: sive traditi erant gentibus, id est, Romanis, ut ab eis delerentur atque exterminarentur. *Et civitatem sanctam calcabunt mensibus quadraginta duobus.* Subito saltem locit ad Eliam atque Enoch, qui temporibus Antichristi venturi sunt: et pulchro satis ordine videlicet, ut qui Judæorum dejectionem per figuram atri protulerat, eorundem restorationem tacite subnecteret; constat enim Judæos in fine mundi per prædicationem Eliæ et Enoch ad fidem Christi esse reverturos. Civitatem itaque sanctam, id est, Ecclesiam, Antichristus et ministri ejus calcabunt, id est, persequentur mensibus quadraginta duobus, qui faciunt tres annos et dimidium.

B (Vers. 3, 4.) *Et dabo duobus testibus meis, ut prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta, amicti saccis.* Testes deos Dominus Eliam et Enoch vocat, qui adventum ejus secundum præcorrent, sicut Joannes præcorrit primum. *Et sicut duo olivæ, et duo candelabra in conspectu Domini terræ stantes* (Math. v, 15). Olivæ oleum fert, quod supra candelabrum postea ponitur, ut luceat omnibus, qui in domo sunt. Per oleum in hoc loco sapientiam spiritalem possumus accipere; unusquisque enim oliva tunc est, quando apud se quiescens, per contemplationis gratiam Deo deservire studet; quando illud implere studet, quod Dominus dicit in Evangelio: *Nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua; ut sit elemosyna tua in abscondito: et Pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi* (Math. vi, 3). Candelabrum vero tunc fit, quando illud implet quod Dominus dicit in Evangelio: *Videant opera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum, qui in caelis est* (Math. v, 16). Duo igitur isti sancti modo olivæ sunt cum in aliquo loco terræ-positi, ubi eos majestas divina commorari præcepit, per contemplationis gratiam Deo deserviunt: candelabra tunc fiunt, cum ad explendum prædicationis sæ^b officium venerint, quando omnibus, et fidelibus videlicet et reprobis verbum Dei annuntiabunt. De hoc candelabro Dominus dicit in Evangelio: *Neque accendunt lucernam, et ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus, qui in domo sunt* (Ibid., 15). Lucerna quippe super candelabrum ponitur, quando

D officium prædicationis sancto viro traditur, qui bonum quod prædicat, flammis bonorum operum illustrat: lucerna vero sub modio ponitur, 546 quando officium prædicationis alieni reprobo committitur, qui bonum quod prædicat, pravis operibus regit; ne lumen præbeat eis, qui in domo sunt, c sicut dicit sanctus Gregorius, quia cujus vita despicitur, restat ut et prædicatione ejus contemnatur. Dum ergo olivæ et duo candelabra in conspectu

venerint, quando omnibus, videlicet fidelibus et infidelibus, verbum, etc.

^c Edit., *sicut scriptum est: Cujus vita despicitur; omnes vero mss. hanc fraudem potius quam lapsam restituant.*

Domini stare dicuntur; quia in terra positi, illud A tempus præstolantur, quo officium prædicationis suæ expleant, et mortis debitum solvant, sicut sequentia manifestant.

(Vers. 5.) *Et si quis voluerit eis nocere, ignis exiet de ore eorum, et devorabit inimicos eorum: et si quis voluerit eos lædere sic oportet eum occidi.* Quia Spiritus sanctus loquitur per ora sanctorum, sicut Dominus dicit in Evangelio: *Non enim vos estis, qui loquimini: sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis (Matth. x, 20)*; non incongrue verba sanctorum ignis vocantur, sicut Psalmista dicit de Domino: *Ignitum eloquium tuum vehementer, et seruus tuus dilexit illud (Psal. cxviii, 140)*. Ignis igitur exiet de ore sanctorum istorum, et devorabit inimicos eorum; quia doctrina eorum ita errores Antichristi destruet, ut omnibus sanam mentem possidentibus, nihil videatur esse, quod asserere conabuntur Antichristus et ministri ejus. Quod autem sequitur. *Et si quis voluerit eos lædere, sic oportet eum occidi*, ad eandem rem pertinet.

(Vers. 6.) *Hi habent potestatem claudendi cælum, ut non pluat diebus prophetiæ eorum: et habent potestatem super aquas, convertendi eas in sanguinem, et percutere terram omni plaga quotiescumque voluerint.* Legimus Eliam oratione clausisse cælum, et iterum aperuisse: sed et Moysen aquas in sanguinem convertisse. Non ergo putandum est Eliam minorem virtutem habere, cum ad explendum officium suæ prædicationis venerit, quam habuit eo tempore, quo inter homines conversatus est, sed potiore. Possumus etiam per cælum Ecclesiam, per pluviam verba sanctorum spiritualiter intelligere; clauditur namque cælum impiis, cum Deus suo iudicio corda eorum ita obturari sinit, ut nullo modo verbo Dei aditum accedendi ad eorum tribuant, ut salventur. Nam et propheta Esaias cælum Judæis clausit, cum ei a Domino dictum est: *Excæca cor populi hujus, et aures ejus aggravata, et oculos ejus claude; ne forte videant oculis, et auribus audiant, et corde suo intelligant: et convertantur, et sanem eos (Esai. vi, 10)*. Clausit et cælum ^a Hieremias inimicis suis, eum dicebat ad Dominum: *Ne propitiaris iniquitati eorum, et peccatum eorum a facie tua non deleatur. Fiant corruentes in conspectu tuo: in tempore visitationis tuæ peribunt (Jerem. xviii, 23)*. Numquid Moyses non habebat potestatem claudendi cælum et aperiendi, cui dicebat Dominus, cum populus peccasset: *Dimitte me, ut irascatur furor meus contra eos, et deleam eos, faciamque te in gentem magnam (Exod. xxxii, 10)*? Sancti itaque illi quibusdam claudunt cælum, ut non descendat super eos imber misericordiæ Dei, eis videlicet, quos ab erroribus Antichristi revocare non potuerint: quibusdam vero aperient, eis videlicet quos ab erroribus Antichristi revocaverint; imbremque super eos pluent, quando suis præcibus Deum illis propitium efficiant.

^a Omnes edit., *Hieremias amicis suis*; omnes inss. melius, *Hieremias inimicis suis*.

Per aquas quas in sanguinem convertere dicuntur, populi designantur: sanguis autem ultionem divinam demonstrat. Aquas igitur in sanguinem convertent, quando gentes quæ a fide Christi discesserint, perpetua morte esse damnandas suo iudicio decernent.

(Vers. 7.) *Et cum fuerint testimonium suum, bestia quæ ascendit de abyso, faciet contra eos bellum, et vincet illos, et occidet eos.* Bestia hæc Antichristum significat. *Faciet contra eos bellum*, quando eos persequetur: *vincet vero illos non sperando verbis, sed interficiendo.*

(Vers. 8.) Unde et sequitur: *Et occidet eos, et jacebunt corpora eorum in platea civitatis magnæ, quæ vocatur spiritualiter Sodoma et Ægyptus; ubi et Dominus eorum crucifixus est.* Si per civitatem magnam Hierusalem terrestrem voluerimus intelligere propter hoc quod dicit: *Ubi et Dominus eorum crucifixus est*, ^b a veritate aberrabimus; eo quod illa Hierusalem usque ad solum destructa sit, et ista quæ pro ea ædificata est, non in eo loco, sed in alio sita esse dicatur: neque Sodoma et Ægyptus dicenda est, eo quod a christianis incolatur. Simulque considerandum quia ubicumque in hoc libro civitas magna ponitur, Babylonem quæ est civitas diaboli, et ex omnibus reprobis constat, significat. Quod autem in platea civitatis magnæ corpora eorum projicienda esse dicuntur, possumus simpliciter intelligere, ut in quacumque platea, quæ ad jus alicujus reprobi pertineat, jaceant. Sed melius mihi videtur, ut sicut per civitatem magnam omnes reprobos intelligendos esse diximus, ita et per plateam corda reproborum intelligamus: jacebunt itaque corpora sanctorum in platea civitatis magnæ; quia sancti illis jacent, a quibus nullus esse momenti existimatur: e contrario fidelibus stant, qui quanta sit eorum virtus atque gloria, cordis oculis intuentur. Civitas vero diaboli non inconvenienter Sodoma et Ægyptus nominatur; eo quod Sodoma cæcitas, Ægyptus tenebræ interpretentur. Quis enim deterioram excitatem atque tenebras patitur, quam impii, qui præcipiti gradu, ut in choacam inferni demergantur, mala operando proferare non desistant? In platea vero civitatis magnæ, ubi Dominus crucifixus est, corpora sanctorum projicienda esse describuntur; quia sicut a membris diaboli Christus crucifixus est, ita ab eisdem ii duo prophætæ occiduntur.

(Vers. 9-12.) *Et videbunt de populis, et tribubus, et linguis, et gentibus corpora eorum per tres dies et dimidium, et corpora eorum non sinent poni in monumentis: et inhabitantes terram gaudebunt super eos, et jucundabuntur, et munera mittent invicem; quoniam ii duo prophætæ cruciaverunt eos, qui habitabant terram. Et post dies tres et dimidium spiritus vitæ a Deo intravit in eos: et steterunt super pedes suos, et timor magnus cecidit super omnes qui viderunt eos.*

^b Ita mss.; at edit. e contrario, *a veritate non aberrabimus*. Minus commode.

Et audierunt vocem magnam de cælo dicentem illis : Ascendite huc. Et ascenderunt in cælum in nube, et viderunt illos inimici eorum. Hoc si secundum historiam impleatur, hominibus quidem incognitum, Deo autem nota sunt omnia. Possumus autem et nos huic historię spiritalem intelligentiam adjungere : sed temerarium videtur illam historiam, quam
545 *intelligimus, spiritualibus sensibus velle adornare. Nullam quippe domum extra positi, interius ornare valemus : sed ne omnino tacuisse videamur, pauca dicamus. Possumus per tres dies et dimidium tres annos et semis intelligere, quibus ii duo prophetę prædicaturi sunt : per monumenta vero mentes reproborum intelligere possumus. De iis monumentis Dominus loquitur, dicens : *Væ vobis, scribę et pharisęi, quia estis sicut sepulcra dealbata, quę a foris quidem videntur candida, intrinsecus autem plena sunt omni immunditia et ossibus mortuorum* (Matth. xxiii, 13). Sic et vos a foris quidem paretis hominibus justı, intus autem pleni estis rapina et iniquitate. In monumentis igitur reprobı corpora sanctorum non sinent poni ; quia doctrinam illorum a mentibus suis abjicient. Quod autem post dies tres et dimidium spiritus vitę a Deo intrare in eos dicitur, et stare super pedes suos, resurrectionis tempus accipere possumus, quod post tria tempora et dimidium, quamvis non statim, in proximo tamen fiet. Stabunt quippe super pedes suos, quando post resurrectionis tempus, quanta sit eorum virtus atque magnificentia omnibus impiis manifestabitur. Timor vero magnus cadet super inimicos eorum, cum viderint eos ; quia in die iudicii cum viderint eos, gloriamque illorum, turbabuntur timore horribili, dicentes : *Ii sunt quos aliquando habuimus in derisum, et in similitudinem impropertii. Nos insensati vitam illorum cęstimabamus insaniam, et finem illorum sine honore. Quomodo computati sunt inter filios Dei, et inter sanctos sors illorum est* (Sap. v, 3)? Et quia Malachias propheta ex persona Domini loquitur, dicens : *Ecce ego mittam vobis Eliam prophetam, qui convertat corda patrum ad filios* (Malach. iv, 5) ; et cętera quę sequuntur : credimus Judęos per prædicationem Elię, sicut ^a superius, prout potuimus, demonstravimus, ad fidem Christi esse convertendos. Possumus autem per duos testes duorum populorum prædicatores intelligere, Judęorum videlicet atque gentium. Qui diebus mille ducentis sexaginta prophetaturi esse dicuntur ; quia omni tempore quo Antichristi persecutio atque deceptio per universum orbem desęviet, quoscumque poterunt, ad viam veritatis reducere studebunt.*

¶ (Vers. 13.) *Et in illa hora factus est terrę motus magnus. Nunc ad initium prædicationis Elię et Enoch revertitur. Terrę motus, sicut superius jam diximus, motionem cordium solet designare : terrę motus tunc fiet, cum per prædicationem Elię et*

Enoch multi ad pœnitentiam, multi ad fidem convertentur. Et decima pars civitatis cecidit. Non sanus sensus mihi videtur esse, ut per civitatem, cujus decima pars cecidit, Ecclesiam intelligamus ; eo quod hic sermo ad civitatem magis diaboli, quam ad civitatem Dei respiciat. Illius ergo civitatis in hoc loco decimam partem corruisse dicit, quam superius civitatem magnam, Sodomamque et Ægyptum vocavit, et in cujus platea corpora sanctorum per tres dies et dimidium insepulta jacere dicuntur. Et quia per denarium numerum sæpe Lex designatur, eo quod Lex per decalogum sit accepta ; possumus per decimam partem quę corrui, Judęos observatores Legis intelligere, qui per prædicationem Elię fidem Christi suscipientes a civitate diaboli corruent et præcedentur. Et occisa sunt terrę motu hominum septem millia : et reliqui in timorem sunt missi, et dederunt gloriam Deo cęli. Sicut per denarium numerum Lex, ita et per septenarium sæpe gratia Evangelii accipitur. Ecce decima pars civitatis, quam non ex lapidibus, sed ex hominibus constare docuimus, cecidit ; et non decem millia, sed septem millia mortua esse perhibentur. Denarius igitur numerus in septenarium commutatus est ; quia Judęi observationes legales respuentes, doctrinam Evangelii suscipient : quę propter septem dona Spiritus sancti per septenarium numerum designatur. Septem ergo millia mortua esse describuntur ; quia morientur diabolo, ut vivant Deo : reliqui vero qui in timore sunt missi, electos cęteros designant, qui videntes conversionem Judęorum, atque divinam Scripturam in illis esse completam, in timore Dei atque amore proficient, Deumque pro eorum conversione laudare non desistent.

(Vers. 14.) *Væ secundum abiit, et ecce vę tertium veniet cito. Vę tertium ad ea mala, quę per Antichristum facturus est diabolus, ad diem iudicii pertinet. Et quia superius angelum quem vidit stare supra mare et supra terram, jurasse dicit per viventem in æternum ; quia in diebus septimi angeli, cum cęperit tuba canere, consummabitur mysterium Dei, quod evangelizavit per servos suos prophetas, diem iudicii breviter ponere voluit, et ad mala Antichristi postea narranda revertitur. Quod si diligenter inspicimus, videbimus eum hoc ordinate fecisse ; scimus namque quia prædicatores sancti, qui in fine mundi nascituri sunt, hoc prædicabunt, quod dies Domini in proximo sit ; ut quos exhortationibus ad viam veritatis reducere non potuerint, saltem terroribus ad pœnitentiam provocent. Et quia ante persecutiones Antichristi, dies iudicii incipiet prædicari, eundem diem iudicii Joannes antea ponere voluit, quam ad persecutiones ipsius Antichristi narrando veniret.*

(Vers. 15.) *Et septimus angelus tuba cecinit. Per septimum angelum, sicut diximus, prædicatores sancti qui in fine mundi nascituri sunt, designantur.*

^a Omnes edit., *superius demonstravimus* ; omnes mss. ut in corpore.

Tuba canent, cum verbum Dei annuntiabunt. *Et factæ sunt voces magnæ in cælo, dicentes.* Possumus per cælum Ecclesiam, per voces vero magnas sanctorum verba intelligere, qui in adventu Domini ad iudicium venientes exsultabunt, sicut Dominus dicit in Evangelio : *Respicite et levate capita vestra; quia appropinquat redemptio vestra (Luc. xli, 28).*

Factum est regnum hujus mundi Domini et Christi ejus, et regnabit in sæcula sæculorum. Numquid antea non erat Domini et Christi ejus regnum hujus mundi? Sed regnum hujus mundi homines vocavit, in quorum mentibus aut regnat Deus, aut regnat diabolus. Regnat Deus in sanctis suis : regnat diabolus in eis qui sunt ex parte ejus; ipse est enim rex super omnes filios superbix (Job. xli, 25). Regnum igitur hujus mundi Domini et Christi ejus tunc fiet, cum diabolus cum omnibus quos decepit, in infernum demersus fuerit : cum illud implebitur, quod Angelus ad Daniele m loquitur, dicens : *Regnum autem et potestas, quæ est subter omne cælum, tradetur populo sanctorum, qui et obtinebunt illud usque in sæculum, et in sæculum sæculorum (Dan. vii, 27).*

(Vers. 16.) *Et viginti quatuor seniores qui in conspectu Dei sedent in sedibus suis, 546 ceciderunt in facies suas, et adoraverunt Deum, dicentes.* Per viginti quatuor seniores in hoc loco animas sanctorum, quæ in cœlesti beatitudine cum Domino commorantur, possumus intelligere : sedes vero requiem sempiternam designant. Viginti quatuor seniores in conspectu Dei sedent in sedibus suis; quia sanctorum animæ sine corporibus in cœlesti beatitudine modo cum Domino requiescunt. In facies suas ceciderunt et adoraverunt; quia sancti Dei cum viderint justissimum Dei iudicium peragi, inenarrabilemque ejus potentiam, dejicient se per humilitatis subjectionem in conspectu Creatoris sui, scientes nihil esse quidquid est, in comparatione illius, qui Deus est.

(Vers. 17, 18.) *Gratias agimus tibi, Domine Deus omnipotens, qui es, et qui eras sanctus, et qui accepisti virtutem tuam magnam, et regnasti. Et iratæ sunt gentes, et advenit ira tua, et tempus mortuorum judicari; et reddere mercedem servis tuis prophetis, et sanctis, et timentibus nomen tuum, pusillis et magnis; et exterminandi eos qui corruerunt terram.* Est Christus modo, postquam hominem assumpsit, ejusdem sanctitatis qua et Pater, ejusdem æternitatis, ejusdem potentix : erat et antequam hominem assumeret, æqualis per omnia Patri. Accepit autem virtutem suam magnam, quando per passionem suam diabolum vicit : regravit vero, quando genus humanum sibi subjecit : iratæ sunt gentes, quia impii homines Ecclesiam Dei persecuti sunt, ut nomen Christi de mundo exstinguerent : adveniet autem ira Dei, cum dies iudicii advenerit : adveniet tempus mortuorum judicari, videlicet ut mortui judicentur. Illi scilicet

mortui, qui in hac vita positi, animas suas male vivendo interficere non timuerunt. *Et reddere mercedem servis tuis prophetis et sanctis, et timentibus nomen tuum, pusillis et magnis.* Hoc tunc implebitur, quando in die iudicii dicturus est : *Venite, benedicti Patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi (Matth. xxv, 34).* Pusillos illos vocat, qui minoris sunt meriti : magnos, qui majorem gratiam obtinent apud Deum. *Et exterminandi eos, qui corruerunt terram.* Corruptores terræ impios vocat : hoc tunc implebitur, quando dicit : *Ite, maledicti, in ignem æternum, qui paratus est diabolo, et angelis ejus (Ibid., 41).* Sed quærendum nobis est, quam terram corruerunt impii. Semetipsos utique male vivendo corruerunt, quando in luxuriis, cæterisque vitiis corpora sua enutrierunt. Corruerunt et aliorum terram, eorum videlicet, quos et verbis et exemplis ad mala opera agenda pertraxerunt. Nunc ad ea quæ prætermiserat, id est, ad mala Antichristi narranda revertitur. Et ut commodius ad ea exprimens perveniat, ab adventu Christi incipit, atque mala quæ Ecclesia a diabolo passa est, commemorans, qualiter idem diabolus eandem Ecclesiam per Antichristum evertere conetur, annectit.

(Vers. 19.) *Et apertum est templum Dei in cælo, et visa est Arca Testamenti ejus in templo ejus.* Possumus per templum Dei beatam Mariam intelligere : per arcam vero Testamenti Christum, qui ex ea carnem assumpsit. Templum autem Dei non ideo apertum dicitur, quod uterus beatæ virginis Mariæ in pariendo Dominum apertus sit, quæ fuit virgo ante partum, virgo in partu, virgo post partum : sed ideo apertum dicitur, quia per ipsam visibilis nobis factus est Dominus noster Jesus Christus. Possumus etiam per templum vetus Testamentum intelligere : per arcam sacramenta quæ de Christo in veteri Testamento continentur. Veniente quippe Christo in carne, apertum est vetus Testamentum, atque spiritalis intelligentia, quæ in eo latebat, fidelibus est revelata : *Et facta sunt fulgura, et voces, et terræ motus, et grando magna.* Per fulgura miracula quæ per Christum facta sunt : per voces vero ejus prædicatio designatur. Terræ motus autem motionem cordium designat; moti sunt namque multi per prædicationem Christi ad pœnitentiam de peccatis suis peragendam : moti sunt de infidelitate ad fidelitatem : moti sunt de malo ad bonum. Et quia grando terram solet percutere, possumus per grandinem comminationes ignis æterni, quæ in Evangeliiis sæpe inveniuntur, intelligere; quibus corda pravorum percutiuntur, ut resipiscant ab iniquitatibus suis.

CAPUT XII. — (Vers. 1.) *Et signum magnum apparuit in cælo, mulier amicta sole, et luna sub pedibus ejus, et in capite ejus corona stellarum duodecim.*

^a Rom. edit. resecaverat, et reddere mercedem... qui corruerunt terram.

^b Restituitur ex mss., qui paratus est diabolo, etc.

^c Ita mss.; edit. vero, moti sunt per fidelitatem ab infidelitate... ad bonum per bonam conversionem.

Hæc mulier Ecclesiam designat; consequens quippe erat, ut post prædicationem Christi, ejus forma describeretur, quam prædicatione Christi genuit. Possumus autem per cælum in hoc loco hunc mundum intelligere: per signum magnum salutem magnam, quam adventus et prædicatione Christi mundo contulit: per solem vero Christus designatur, sicut dicit propheta: *Vobis autem timentibus nomen Domini oriatur sol justitiæ, et sanitas in pennis ejus* (*Malach. iv, 2*). Mulier itaque amicta erat sole, quia fideles, ex quibus Ecclesia constat, in baptisate Christum induunt, sicut Apostolus dicit: *Omnes qui in Christo baptizati estis, Christum induistis* (*Galat. iii, 27*). Per lunam vero, quam sub pedibus habuisse visa est, quæ crescit et decrescit; mundum istum possumus intelligere, quem Ecclesia despiciendo calcatur, ut liberius ad cœlestia tendat. Sed quia luna noctem illuminat, melius mihi videtur, ut per lunam Scripturam sacram intelligamus, sine cujus lumine in nocte hujus sæculi per vias rectitudinis incedere non valeamus. De hoc lumine Psalmista dicit: *Lucerna pedibus meis verbum tuum, et lumen semitis meis* (*Psal. cxviii, 105*). Mulier igitur lunam sub pedibus suis habuisse visa est; quia Ecclesia gressus mentis suæ in præceptis divinarum Scripturarum figens, ad cœlestia quotidie novit tendere. Quæ etiam in capite suo coronam stellarum duodecim habuisse visa est. Caput Ecclesiæ Christus est, duodecim vero stellæ duodecim sunt apostoli. Possumus nihilominus per caput mentes fidelium intelligere. Mulier ergo in capite coronam stellarum duodecim habuisse visa est; quia mentes fidelium doctrina et actus Apostolorum, eum eos imitari satagunt, exoruant.

(Vers. 2.) *Et in utero habens, et clamabat in doloribus, et cruciabatur, ut pareret.* Quomodo infans in utero coagulatur, humanamque formam accipit atque spiramentum; similiter et Ecclesia infideles quosque, quos in utero gestat, dum eos prædicando tamdiu nutrit, usque dum humanam formam accipiant, id est, usque dum in Christum credant, atque animam spiritalem accipiant, quæ in baptismo datur, cum efficiuntur **547** Dei filii. Unde et clamare in doloribus dicitur, et cruciari ut pariat; clamat namque Ecclesia prædicando, clamat etiam pro auditorum suorum salute Deum deprecando. Cruciatu vero ut pariat, cum luget eos, quos in peccatis jacere conspicit, sicut Paulus apostolus infirmantibus discipulis loquitur dicens: *Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis* (*Galat. iv, 19*). Et in Actibus apostolorum Ephesiis loquitur, dicens: *Per triennium quotidie non cessavi, cum lacrymis monens unumquemque vestrum* (*Act. xx, 19*). Et Psalmista de prædicatoribus loquitur, dicens: *Euntes ibant et flebant, mittentes seminam suam* (*Psal. cxxv, 6*).

(Vers. 3, 4.) *Et visum est aliud signum in cælo: et ecce draco magnus rufus, habens capita septem et cornua decem, et in capitibus suis septem diademata:*

et cauda ejus trahebat tertiam partem stellarum cæli, et misit eas in terram. Draco iste diabolus significat: rufus autem color talis est, ac si croceo colori sanguineum admisceas. Concordat vero pallidus color, id est, croceus cum sanguineo; quia sanguis dum effunditur, mortem adducit: pallor autem totum corpus morientis cooperit. Recte ergo diabolus habere dicitur colorem mortis (*Sap. ii, 24*); quia illius invidia mors introivit in orbem terrarum: per septem vero capita reprobi, quibus diabolus ad decipiendum genus humanum usus est, designantur. Diademata regiam ejus potestatem designant; ipse est enim rex, sicut dicit Scriptura (*Job. 41, 5*), super omnes filios superbiæ. Nam sicut per septem cornua Agni omnes electi designati sunt, quos in septem partes divisimus; ita et per septem capita draconis reprobi, qui eis in via Dei adversati sunt, designantur. Primum namque caput draconis fuerunt reprobi, qui ante diluvium fuerunt, quos Scriptura filios hominum vocat; quia eis qui filii Dei vocabantur, in laqueum fuerunt. Secundum caput diaboli fuerunt ii, qui post diluvium usque ad Legem fuerunt; inventores scilicet idolorum, diversorumque errorum, per quos genus humanum deceptum est. Tertium caput diaboli fuerunt ii, qui postquam Lex data est populo Dei, idola colere suadebant. Quartum caput diaboli fuerunt falsi prophetae, regesque impii, a quibus populus Dei in tantum deceptus est, ut pro suis iniquitatibus in captivitatem duceretur. Quintum caput fuerunt impii Judæi, qui et Dominum occiderunt, et apostolos ejus persecuti sunt. Sextum caput fuerunt persecutores Ecclesiæ. Septimum vero caput diaboli erit Antichristus. Quid significent autem decem cornua, in sequentibus dicemus, in eo loco ubi mulier meretrix super bestiam cœcineam sedisse visa est (*Apoc. xvii, 3*). Per caudam vero, quæ finis est corporis, Antichristus designatur. Tertiam igitur partem stellarum cæli cauda draconis traxisse visa est; quia Antichristus multos ex iis, qui ab hominibus electi putabantur, et qui in Ecclesia velut stellæ in cælo, scientia et intellectu refulgent, decipiet, atque in perditionis foveam demerget. *Et draco stetit ante mulierem, quæ parturam erat; ut cum peperisset, filium ejus devoraret.* Possumus per mulierem in hoc loco et beatam Mariam intelligere, eo quod ipsa mater sit Ecclesiæ; quia eum peperit, qui caput est Ecclesiæ; et filia sit Ecclesiæ, quia maximum membrum est Ecclesiæ. Draco igitur stetit ante mulierem, ut cum peperisset, filium ejus devoraret: quia in exordio natiuitatis Christi eum per Herodem ministrum suum interficere voluit (*Math. ii, 13*). Stat etiam ante mulierem, id est, Ecclesiam, ut eos quos per baptismum Deo generat, male suadendo perdat.

(Vers. 5.) *Et peperit filium masculum.* In quantum hoc ad Dominum nostrum Jesum Christum pertinet, quid necesse fuit dicere filium masculum mulierem peperisse, cum omnes sciamus masculum esse Dominum nostrum Jesum Christum? In quantum vero

ad Ecclesiam, cur dicit masculum eam peperisse, cum ex utroque sexu filios et filias quotidie Deo generet? Feminus quippe sexus fragilis est: femina igitur quæ fortitudinis animi assumpta diabolum vincit, atque per bona opera Deo placere studet, non incongrue vir vocatur; quia quamvis corpore sit femina, virtute tamen animi viris bonis cœquatur. Mulier itaque masculum peperit; quia ejus membra quem beata Maria virgo peperit, quotidie Ecclesia parit. Unus ergo masculus est, quem virgo Maria peperit, et Ecclesia quotidie parit; quia Christus cum omnibus membris suis unus Christus est. *Qui recturus erit omnes gentes in virga ferrea.* Hoc superius (Ad cap. 2) dictum est. *Et raptus est filius ejus ad Deum, et ad thronum ejus.* Hoc tunc impletum est, quando quadragesima die postquam resurrexit, ascendit in cœlum. Rapiuntur quotidie filii Ecclesiæ, id est, membra Christi ad Deum et ad thronum ejus, cum post mortem ad cœlestia perducuntur.

(Vers. 6.) *Et mulier fugit in solitudinem, ubi habet locum paratum a Deo, ut ibi pascant illam diebus mille ducentis sexaginta.* Solitudinem Christum vocat; solitudo quippe dicitur, eo quod sola sit, deserta ab habitatoribus: similiter et Christus desertus est a suis, sicut Evangelista loquitur, dicens: *In propria venit, et sui eum non receperunt* (Joan. 1, 11). Et per prophetam loquitur Dominus, dicens: *Torcular calcavi solus, et de gentibus non est vir mecum* (Esaï. LXII, 3). Mulier igitur fugit in solitudinem; quia apostoli et cæteri discipuli, ex quibus tunc constabat Ecclesia, relicto diabolo, relictisque omnibus quæ possidebant, Christum secuti sunt. Per dies vero mille ducentos sexaginta tempus quo Christus prædicavit, designatur (Matth. XIX, 27). Pascoitur ergo mulier diebus mille ducentis sexaginta; quia apostoli et cæteri discipuli, ex quibus, sicut superius diximus, Ecclesia tunc constabat, per tres annos et dimidium dapibus Evangelii a Domino pasti sunt.

(Vers. 7.) *Et factum est prælium magnum in cœlo, Michael et angeli ejus præliabantur cum dracone.* Quia superius nativitatem et prædicationem Christi breviter comprehendit, consequens est ut qualiter per passionem suam diabolum vicit, subjungat. Michael qui interpretatur, quis ut Deus, Christum significat. Prælium in cœlo factum est, id est, propter cœlum, pro salute videlicet omnium electorum præliatus est Michael cum dracone; quia Christus prædicando, patiendo et moriendo, pro salute generis humani præliatus est. Præliati sunt angeli Michaelis, id est, apostoli Christi cum dracone, prædicando videlicet, miracula faciendo, et ad ultimum pro Christi nomine moriendo. *Et draco pugnabat, et angeli ejus.* Pugnabat draco et angeli ejus contra Michaellem, quando diabolus et cætera multitudo dæmonum Judæos contra Christum excitaverunt, ut eum interficerent. Pugnabat et contra angelos Michaelis,

quando apostolos Christi et per Judæos et per paganos tamdiu persecutus fuit, usque dum eos interficeret.

(Vers. 8.) *Et non valuerunt, neque locus inventus est eorum amplius in cœlo.* Non valuit diabolus, neque ministri ejus vincere Christum, nec apostolos ejus; quia unde putaverunt vincere, victi sunt. Putaverunt namque Christum se per mortem viciisse, sed ex morte ejus nomen illius claruit in mundo. *Non valuerunt ergo, neque locus inventus est eorum amplius in cœlo;* quia per prædicationem apostolorum, cæterorumque sanctorum a cordibus electorum, qui per cœlum designantur, expulsi sunt.

(Vers. 9.) *Et projectus est ille draco magnus, serpens antiquus, qui vocatur diabolus et Satanas, qui seducit universum orbem: et projectus est in terram, et angeli ejus cum eo missi sunt.* Recte diabolus serpens vocatur, sive quod per serpentem primum hominem deceperit, sive quod veneno suæ malitiæ genus humanum perdidit. Diabolus vero interpretatur decorsum ruens; ruit quippe primo per superbiam de cœlo: ruit postea, cum ab electorum cordibus per Christum dejectus est, sicut præsens scriptura demonstrat. Satanas autem interpretatur contrarius; contrarius est enim Deo, omnibusque bonis hominibus. Væ illis quibus diabolus amicus est! nam quanto amplius est cuilibet amicus, tanto ampliora ei tormenta ingerit; infelix est enim amicitia diaboli. Quod autem dicit: *Qui seducit universum orbem,* præsens tempus pro præterito posuit. Seduxerat autem genus humanum, quod per orbem designatur: sed ex magna parte illud per Christum amiserat. Projectus est ergo diabolus et angeli ejus in terram; quia ab electis expulsus, solos reprobos, qui per terram designantur, possedit.

(Vers. 10.) *Et audivi vocem magnam de cœlo dicentem: Nunc facta est salus et virtus et regnum Dei nostri, et potestas Christi ejus.* Vox magna de cœlo vox est angelorum pro salute generis humani gaudantium, Deumque laudantium, sicut dicit Dominus in Evangelio: *Gaudium majus est in cœlo super uno peccatore pœnitentiam agente, quam super nonagintanovem justis, qui non indigent pœnitentia* (Luc. xv, 7). Possumus per unum peccatorem populum gentilem, per nonagintanovem justos Judæos intelligere: qui ad centenarium numerum non perveniunt, quia neminem ad perfectum adduxit Lex (Hebr. vii, 19); multo enim majus gaudium factum est in cœlo de conversione gentium, quam de Judæorum observationibus. In dejectione igitur diaboli facta est salus credentium: acceperunt etiam virtutem vincendi diabolum, a quo antea victi tenebantur. Factum est nihilominus regnum Dei nostri; quia in quibus diabolus regnabat, cœpit regnare Pater, et Filius, et Spiritus sanctus: facta est et potestas Christi ejus, cum eos quos diabolus possidebat, cœpit Christus possidere. *Quia projectus est accusator fra-*
victi tenebantur.

^a Codex Gem., *Gaudium est angelis Dei in cœlo.*

^b Omnes edit., *vincti tenebantur; omnes mss.,*

pulantur : ita facilius tolerantur demones, qui exterius, quam vitia quæ intus nos inadnesenter devastant. *Et super capita ejus nomina blasphemiarum.* Blasphemia Antichristi plura nomina habebit: quia multis modis Christum blasphemabit.

(Vers. 2.) *Et bestia quam vidi, similis erat pardus, et pedes ejus sicut pedes ursi, et os ejus sicut os leonis erat.* Per pardum, qui fertur diversos colores habere, hypocrisis Antichristi designatur: qui cum futurus sit homo nequissimus variis virtutibus se decolorabit, ut facilius stultos quosque decipiat. Per ursum vero, qui callidissimum est animal, ejus astutia ad decipiendos homines demonstrari potest. Per leonem nihilominus ejus crudelitas ad dilacerandum populum Dei designatur. *Et dedit illi draco virtutem suam, et potestatem magnam.* Virtutem suam diabolus, quæ tota mala est, Antichristo dabit; quia in illo habitabit, et per eum quidquid nequitia diaboli excogitare potest, operabitur. Sed cum Scriptura dicat: *Non est potestas nisi a Deo (Rom. xiii, 1)*, quomodo diabolus potestatem magnam Antichristo dabit? Deus dabit Antichristo potestatem, sed ipsam potestatem in tantum permutabit in malum, ut tota diabolica esse credatur, et sit.

(Vers. 3.) *Et vidi unum de capitibus ejus quasi occisum in mortem, et plaga mortis ejus curata est.* Diximus superius per septem capita Antichristi septem vitia principalia esse designata. Per caput ergo quod non occisum, sed quasi occisum visum est, blasphemia designatur. Quærendum itaque nobis est, quomodo blasphemia quasi occisa esse dicatur. Primis namque temporibus Evangelii fuerunt multi hæretici, qui fidem Ecclesie suis erroribus labefactare conati sunt: sed omnipotens Deus defensores Ecclesie orthodoxos Patres ex filiis ipsius Ecclesie elegit, quos flumine sapientiæ suæ replens, per eorum doctrinam omnes hæreses ab Ecclesia sua^a extirpavit; ut fuerunt Ambrosius, Hilarius, Hieronymus, Augustinus, Gregorius, et multi alii qui etiam maximam copiam librorum ediderunt, quibus omnes hæreses, quæ fuerunt, et quæ esse poterant, destructæ sunt. Blasphemiam ergo quasi occisa est modo: quia quamvis sint multi qui multas blasphemias mente concipiunt, malum quod mente conceperunt, non audent proferre, ne per istorum doctrinam turpiter convincantur. Hoc igitur caput, id est, blasphemiam, temporibus Antichristi mortuum esse videbitur; sed a diabolo in Antichristo resuscitabitur, quem ad blasphemandum Christum in tantum accendet, ut omnes blasphematores in suis blasphemias antecedit. *Et admirata est universa terra post bestiam.* Per terram peccatores homines designantur.

(Vers. 4.) *Et adoraverunt draconem, quia dedit potestatem bestiæ: et adoraverunt bestiam, dicentes: Quis similis bestiæ, et quis poterit pugnare cum ea?* Quomodo draconem, id est, diabolum, adorabunt, quem non videbunt? Sed adorabunt Antichristum illi, qui

A per terram designantur, et in Antichristo diabolum, dicentes nullum esse Antichristo similem, nec esse qui ejus fortitudini possit cœquari.

(Vers. 5.) *Et datum est illi os loquens magna et blasphemias.* Datum est, id est, permisum est a Deo; ut loquatur magna de semetipso, dicens se esse Filium Dei, et ut loquatur blasphemias de Deo. *Et data est illi potestas facere menses quadraginta duos.* Difficile videtur, ut in tam parvissimo tempore, id est, in tribus annis et dimidio, omnes gentes sibi subjicere, et ad suam culturam genus humanum præter paucos electos possit adducere; erunt enim multi electi, sed in comparatione infidelium valde paucissimi. Verum potest fieri, ut primo omnes gentes suæ ditioni subjiciat: postea vero in superbiam elatus, se pro Deo colli instituat. Nam sicut mihi videtur in tribus annis et dimidio persecutionis tempus tantummodo comprehenditur, in quo et per se, et per discipulos suos, et per ostensionem signorum mirabilem tota virtute laborabit, ut culturam deitatis omnes homines sibi impendant. Eos autem qui contradicere voluerint, diversis et inauditis tormentis affliget; ut coacti faciant, quod voluntarie facere detrectabunt.

(Vers. 6.) *Et aperuit os suum in blasphemias ad Deum blasphemare nomen ejus, et tabernaculum ejus, et eos qui in cælo habitant.* Aperiet namque os suum ad blasphemandum Deum Patrem videlicet, et Filium, et Spiritum sanctum: blasphemabit et nomen Dei dicens Christum non esse Deum; blasphemabit etiam tabernaculum Dei, id est, Ecclesiam Dei, dicens nihil prodesse fidelibus religionem Christianam, sed interitum magis afferre quam salutem: blasphemabit et eos qui in cælo habitant, id est, martyres, et cæteros sanctos, dicens nihil^b prodesse eos posse cuiquam, falsumque esse quidquid de eis a fidelibus asseritur.

(Vers. 7.) *Et datum est illi bellum facere cum sanctis, et vincere illos.* Faciet bellum cum sanctis quosdam blandiendo, quosdam terrendo, et ad ultimum eis pessima tormenta inferendo; ut eos in errores suos inducat: sed fieri non potest, ut in errorem inducantur electi. Vincet autem illos non superando, sed interficiendo.

(Vers. 8.) *Et data est ei potestas in omnem tribum, et populum, et linguam, et gentem: et adoraverunt eum omnes, qui habitant terram.* Hoc secundum litteram implebitur. Multi dicent, cur talia Deus fieri sinat, ut Antichristus genus humanum tam pessime decipiat? Verum duabus causis existentibus talia permittet; nam sicut ipse dicit in Evangelio: *In illis diebus refrigescet charitas multorum, et abundabit iniquitas (Matth. xxiv, 12)*; in tantum quippe malitia hominum excrescet, et ita Deum pro suis scelerebus ad iracundiam provocabunt; ut digni sint quatenus tam pessimo homini subjiciantur, atque ab eo decipiantur, testante Scriptura: *Qui regnare facit homi-*

^a Omnes edit., extirpavit. Qui etiam, etc. Quidquid vero interponitur, e mss. omnibus restitutum est.

nem hypocritam propter perversitatem populi (*Job. xxxiv, 30*). Tradet enim illos Deus, sicut dicit Apostolus, in reprobam sententiam (*Rom. i, 28*); ut faciant quæ non conveniunt; et quibus nihil pensi erit, tantum ut quidquid mali cogitaverint, explerent; iustissima Dei permissio fiet, ut ab Antichristo decepti deterius pereant. Permittet etiam hoc Deus fieri propter probationem electorum suorum, ut sicut aurum probatur per ignem; ita et illi in persecutionibus Antichristi probentur et examinentur, sicut in Daniele de illis scriptum est. *Eligentur, et dealbabitur, et quasi aurum probabuntur plurimi*. Sequitur: *Quorum non sunt scripta nomina in libro vitæ Agni, qui occisus est ab origine mundi* (*Dan. xii, 10*). Liber vitæ prædestinatio est Dei omnipotentis: reprobi non sunt scripti in libro vitæ; quia non sunt prædestinati ad vitam æternam. Sed quærendam nobis est, quomodo Agnus, id est, Christus, ab origine mundi occisus esse dicatur.

(Vers. 9.) Nam illud quod sequitur: *Si quis habet aures, audiat*; ubicumque in divinis Scripturis ponitur, obscurum esse quod præcessit, demonstrat: aures quippe cordis atque intelligentiæ requirit. Agnus igitur ab origine mundi occisus est; quia ejus mors ab exordio generis humani in sanctis patribus præfigurata est. In primo namque homine præfigurata est, quando eo dormiente, Eva de costa ejus facta est: similiter et in Abel præfigurata est, qui a fratre Cain peremptus est: præfigurata est et per Isaac, quem pater in holocaustum obtulit Domino: similiter et per Joseph, quem fratres venderunt: præfigurata est etiam mors ejus in diversis sacrificiorum ritibus. Quoties ergo mors Christi a sanctis patribus aut præfigurata aut prædicta est, quasi toties Agnus occisus est. Quamvis hoc simpliciter possit intelligi, ut non dicat Agnum occisum ab origine mundi, sed nomina sanctorum scripta ab origine mundi in libro Agni, qui pro eorum salute occisus est.

(Vers. 10.) *Qui in captivitatem duxerit, in captivitatem vadit: qui in gladio occiderit, oportet eum gladio occidi*. Antichristus qui populum christianum a Creatore suo captivabit, ipse a præsentis vite captivabitur, et in infernum detrudetur: et quia gladio malitiæ suæ multorum animas perempturus est, gladioque corporali justorum corpora occisurus, ipse gladio mortis perpetuæ damnabitur. *Hic est patientia et fides sanctorum*, id est, patientia et fides sanctorum in persecutionibus Antichristi comprobabitur.

(Vers. 11.) *Et vidi aliam bestiam ascendentem de terra, habentem cornua duo similia Agni, et loquebatur sicut draco*. Hæc bestia aut unum ex discipulis Antichristi designat deteriorem cæteris, aut multos, qui eum prædicaturi sunt. Quæ de terra ascendisse visa est; quia de societate reproborum exsurget: duoque cornua similia Agni habuisse visa est. Superius diximus per septem cornua Agni omnes electos esse designatos, quos in septem partes divisimus: per quin-

que autem cornu diximus Judæos, qui in Christum crediderunt, fuisse designatos: per sextum vero gentes, quæ in Christum similiter crediderunt. Bestia itaque cornua duo similia Agni habebit; quia Judæos et gentes decipiendo possidebit. Quia quamvis multi credant ex Judæis per prædicationem Eliæ in Christum; maxima tamen pars eorum Antichristum secutura est, sicut dicit Dominus in Evangelio: *Ego veni in nomine Patris mei, et non receperitis me: alius veniet in nomine suo, et illum suscipietis* (*Joan. v, 43*). Loquebatur ergo hæc bestia ut draco, quia ejus verba diabolica erant; nam diabolus qui loquetur per Antichristum, ipse loquetur et per discipulos ejus.

(Vers. 12.) *Et omnem potestatem prioris bestiæ faciebat in conspectu ejus*. Quod dicit: *in conspectu ejus*, significat in nomine ejus; non enim præsens poterit esse Antichristus in omnibus locis, ubi fuerit prædicatus a suis. Faciet namque miracula Antichristus arte diabolica, facient et discipuli ejus: sed eorum miracula falsa erunt, et non vera, sicut dicit Apostolus: *Cujus adventus erit secundum operationem Satane, in omnibus virtutibus et signis et prodigiis mendacibus* (*II Thess. ii, 9*). Non enim credibile est, ut eos quos Deus excæcaverat, aut debilitaverat, sanitati possint restituere: sed eos tantummodo, quos ipsi læserint, lædentes in occulto, sanantes in aperto. Sed et ipse Antichristus in tanta claritate se hominibus demonstrabit, ut ab insipientibus credatur Deus, sicut dicit Apostolus: *Ita ut in templo sedeat, ostendens se tanquam sit Deus* (*Ibid., 4*).

(Vers. 13.) *Et fecit terram, et inhabitantes in ea, adorare bestiam primam, cujus curata est plaga mortis. Et fecit signa magna, ita ut etiam ignem faceret de cælo descendere in terram in conspectu hominum*. Legimus in libro Job diabolum ex permissione Dei ignem fecisse de cælo descendere, et oves Job puerosque consumpsisse (*Job. i, 16*). Quod ergo illic per semetipsum fecit, hoc per Antichristum et sequaces ejus extremo tempore faciet.

(Vers. 14.) *Et seduxit habitantes terram propter signa, quæ data sunt illi facere in conspectu bestiarum*. Nihil est quod sic seducat simplices quosque, quemadmodum signorum demonstratio. Ideoque ministri Antichristi propter signorum operationem facile stultorum multitudinem decipiant. *Dicens habitantibus in terra, ut faciant imaginem bestiarum, quæ habet plagam gladii, et vixit*; videlicet, ut in imaginibus Antichristus adoretur. Quod autem bestiam plagam gladii habuisse dixit, et vixisse, potest fieri ut arte diabolica fingat se Antichristus mori et resurgere, ut hoc facto facilius homines decipiat: quod Simon magus fecisse dicitur.

(Vers. 15.) *Et datum est illi ut daret spiritum imagini bestiarum, et ut loqueretur imago bestiarum*. Sed et hoc quosdam magos fecisse audivimus; faciebant quippe per necromanticam artem, ut statuæ viderentur moveri, et loqui. Possumus hoc aliter intelligere. Imago

^a Ita mss.; edit. vero, nihil pejus erit, tantum, etc.

^b Edit., et dealbabitur plurimi, mss. autem, et

dealbabitur, et quasi aurum, etc.

^c Codex Gem., Hic sapientia est, etc.

speciem habet hominis, sed non est homo: similiter et Antichristus propter operationem virtutum atque signorum putabitur esse Deus, sed hoc falsissimum erit; non enim potest fieri ut homo impiissimus aliquid deitatis in se habeat. Imaginem ergo Antichristi facient, qui eum Deum existimabunt: ministri vero Antichristi spiritum imagini bestiæ dabunt, cum eos qui crediderint in Antichristum, Christum blasphemare compellent. *Et faciet ut quicumque non adoraverint imaginem bestiæ, occidantur.* Fideles qui Antichristum adorare noluerint, diversis pœnis macerati interficientur; erit namque talis tribulatio, sicut dixit Dominus in Evangelio (*Matth. xxiv, 21*), qualis non fuit ab initio, neque fiet, ita ut in errorem inducantur electi, si fieri potest.

(Vers. 16.) *Et faciet omnes pusillos et magnos, et divites et pauperes, et liberos et servos habere characterem in dextera manu, aut in frontibus suis.* Potest fieri ut sicut nos habemus characterem Christi, id est, crucem, qua signamur; ita habeat Antichristus proprium characterem, quo signentur ii, qui in eum crediderint. Possumus et hoc aliter intelligere. Discipuli Antichristi laudatores erunt vitiorum, docebunt enim ideo ^a creatum vinum cæterasque divitias, ut homines iis abundanter, et sufficienter uterentur: ideoque fecisse Deum genitalia membra, ut homines feminis miscerentur, et nefas esse ut aliquis a concubitu absterneat: omnia desideria carnalia esse perficienda. Cum autem istam nefandam doctrinam virtutibus affirmaverint, terrenos homines qui proni erunt ad malum magis quam ad bonum, facile decipient. Sæpe vero per manus opera intelliguntur: characterem ergo Antichristi in dextera manu habebunt; quia opera maligna doctrinæ Antichristi congruentia exercebunt: habebunt et in fronte, per quam mens sæpe discernitur; quia ex pravis operibus, quam pessimas mentes gerant, dignoscatur.

(Vers. 17.) *Et ne quis possit vendere, aut emere, nisi qui habuerit characterem nominis bestiæ, aut numerum nominis ejus.* Scimus humanam vitam non posse subsistere, nisi aut vendant aliquando homines, aut emant: eo itaque Antichristi persecutio erga fideles crudelius grassabitur, quo eis hoc interdictum fuerit, sine quo vivere non poterunt. Facient autem hoc ministri Antichristi, ut in tempore necessitatis eos, qui christianitatis fidem occulte servare voluerint, deprehendant.

(Vers. 18.) *Hic sapientia est. Qui habet intellectum, computet numerum bestiæ; numerus enim hominis est, et numerus ejus est sexcenti sexaginta sex.* De hoc numero multi multa dixerunt, pluraque nomina repererunt, in quorum litteris hic numerus invenitur. Tamen si aliquod ex iis nominibus Antichristus possideat, prævidere non potuerunt: sed de re tam incerta nihil audeo definire. Quis enim scit, si nomen

^a Ita mss.; edit. e contrario, *creatum vitium cæterasque divitias, ut homines iis abundanter, et efficienter uterentur. Cum autem istam nefandam, etc.*

edit. Gill., *Christus consistit. Et cum illo centum*

A quod ei a parentibus imponetur, hunc numerum contineat?

CAPUT XIV. — (Vers. 1.) *Et vidi, et ecce Agnus stabat supra montem Sion.* Si diligenter textum lectionis sequentis inspiciamus, hæc quæ de centum quadraginta quatuor millibus dicuntur, ad electos potius, quorum animæ in cœlesti beatitudine cum Domino exsultant, quam ad eos qui in hac vita laborant, videbimus pertinere. Agnus itaque Christum demonstrat: Sion autem speculatio interpretatur: per montem vero Sion cœlestem patriam intelligere debemus. In monte igitur Sion Agnus visus est, quia in cœlesti beatitudine cum sanctis suis ^b Christus consistit. *Et cum illo centum quadraginta quatuor millia, habentes nomen ejus, et nomen Patris ejus scriptum in frontibus suis.* In tertia visione quæ hanc præcedit, centum quadraginta quatuor millia ex duodecim tribubus electa, et signo fidei signata fuisse dicuntur. Illa ergo centum quadraginta quatuor millia, sicut expositio nominum duodecim tribuum demonstrat, ad electos qui in hac vita laborant, pertinent: ista vero centum quadraginta quatuor millia electos, qui in cœlesti gloria cum Domino lætantur, significant, sicut textus præsentis lectionis manifeste indicat. Sed cur nomen Patris et Filii tantummodo in frontibus suis eos scriptum habere dicit, et de Spiritu sancto reticuit? Quia videlicet ubicumque Patrem et Filium legimus, intelligere debemus Spiritum sanctum. Possumus autem per frontes corda sanctorum intelligere: nomen itaque Patris et Filii et Spiritus sancti in frontibus suis habent scriptum; quia a mentibus eorum amor Dei numquam avelli poterit, sicut avulsus est a cordibus quorundam angelorum, qui propter superbiam de cœlo ceciderunt.

(Vers. 2.) *Et audivi vocem de cœlo, tamquam vocem aquarum multarum, et tamquam vocem tonitruum magni.* Sæpe per Joannem præsentis vitæ fideles demonstrantur: per aquas vero populi designantur. Et quia de omnibus gentibus quotidie colliguntur electi, et in cœlesti beatitudine collocantur, sancti Dei in terra constituti, qui per Joannem designantur, vocem aquarum multarum assidue audiunt; quia doctrinam sanctorum in cœlis consistentium et cordis auribus sentiunt, et virtute qua possunt, eorum actus imitantur. Unde et eadem vox tamquam tonitruum esse dicitur, quod corda audientium terrere solet; terrentur enim, cum ad eorum perfectionem se ascendere non posse considerant. *Et vox quam audivi, sicut citharædorum citharizantium in citharis suis.* Vox citharædorum valde est dulcis audientibus: et quid dulcius fidelibus, quam memoria sanctorum in cœlis commorantium; dum quanta sit eorum gloria mente pertractant, atque ut ad hanc quandoque perveniant, suppliciter exorant?

(Vers. 3.) *Et cantabant quasi canticum novum ante*

quadraginta quatuor millia, ex duodecim tribubus electa, edit. Rom., Christus consistit. In superioribus quoque centum quadraginta quatuor millia, ex duodecim, etc.; mss. autem ut in contextu.

sedem, et ante quatuor animalia, et seniores: et nemo poterat dicere canticum, nisi illa centum quadraginta quatuor millia, qui empti sunt de terra. Hic magna **553** obscuritas est; dicit quippe centum quadraginta quatuor millia non fuisse coinquinatos cum mulieribus, virginesque esse; et ideo canticum novum cantare, quod nemo potest dicere, nisi illi soli: scimus autem quosdam ex apostolis atque martyribus uxores habuisse. Numquid ii qui virginitatem corporis servare studuerunt, laudes Deo decantant, et isti in laudibus Dei muti existunt? Maxime cum sciamus ex utroque sexu parvi meriti homines virginitatem corporis usque ad mortem servasse, sicut sunt infantes et pueri, quos ætas virginitatem amittere non permittit. Vidimus etiam quosdam aliquibus peccatis obnoxios, virginitatem corporis usque ad mortem servasse, quos credimus per ignem purgatorium esse purgandos, ut in justorum numero quandoque ascribi mereantur. Numquid istos tales apostolis et martyribus, quos uxores habuisse Scriptura non tacet, præferre audebimus; ut illud canticum suavissimum Deo offerant, a quo Petrus ejusque similes alieni existant? Nam sicut est dulcis sanctis visio Dei, sic et laus Dei: et quemadmodum saturari nequeunt visione Dei, ita nec satiari laudibus Dei. Et quanto proximiores sunt secundum meritum qualitates Domino Deo, tanto et ferventiores in laudibus Dei. Quis vero digne considerare potest quam magna pars gloriæ sanctis detrahitur, si a laudibus Dei expertes habeantur? Nec ideo hoc dicimus, ut virginitati derogemus, quæ magna est virtus, sociaque angelorum; si tamen eam vitio non sœdaverint. Quis enim perpendere potest quam magnum bonum est integritatem corporis et animæ possidere? Igitur quia hæc quæ superius de virginibus dicta sunt, de iis solummodo qui virginitatem corporis servaverunt, intelligere non possumus; necesse est ut indagemus, qui sint virgines, et qui illi qui canticum virginum dicere non poterunt. Nam si superficiem lectionis diligenter attendimus, inveniemus non de solis virginibus, sed de omnibus sanctis animabus hæc esse dicta.

Diximus superius per centum quadraginta quatuor millia sanctorum animas esse designatas, quæ in cœlesti beatitudine Deum assidue laudare non desinunt: per sedem vero, et quatuor animalia, et seniores ante quos canticum novum cantare dicuntur, fideles in hac vita positi, ex quibus Ecclesia constat, designantur, sicut in secunda Visione diximus. Ante sedem ergo, et quatuor animalia, et seniores centum quadraginta quatuor millia canticum novum cantasse dicuntur; novum namque Testamentum canticum novum dicitur, sicut dicit propheta: *Cantate Domino canticum novum, laus ejus ab extremis terræ* (Esai. XLII, 10). Novum autem Testamentum dicitur, eo quod præcedat aliud, quod vetus vocatur: sive pro eo quod novos populos faciat, cum ex filiis diaboli

A facit filios Dei. Habent et fideles in hac vita positi cantica sua, sed in iis canticis sæpe confessio sit peccatorum, sæpe pro peccatis deprecatio, sæpe commemoratio tormentorum æternorum: ideoque in fletus sæpe cantantes excitant, sæpe in laudibus Dei orare solent, sæpe ad spem cœlestis patriæ mentes fidelium elevant: in illo vero cantico spirituum cœlestium nihil triste, nihil quod mentem perturbet, resonat; et quanto amplius depromitur, ^a tanto amplius gaudium et lætitiâ mentibus cantantium infundit. Sicut igitur novum Testamentum dicitur, quia præcessit vetus: ita et illud canticum spirituum cœlestium novum canticum dicitur; quia præcessit aliud quod vetus est illis, qui ad cœlestem beatitudinem quotidie transeunt, et novum est ad quod perveniunt. Et hoc canticum ante sedem Dei, id est, in conspectu sedis, cantasse dicuntur; quod enim in conspectu nostro est, indesinenter aspicimus. In conspectu ergo fidelium, qui per sedem et quatuor animalia et seniores designantur, animæ fidelium canticum novum cantasse dicuntur; quia sancti viri in hac terra positi, gloriâ sanctorum in cœlis commemorantium oculis mentis assidue conspiciunt, atque ut ad eorum societatem quandoque perveniant, tota virtute laborant.

Et nemo poterat dicere canticum, nisi illa centum quadraginta quatuor millia, qui empti sunt de terra: id est, nemo illorum qui per sedem et quatuor animalia et seniores designantur. Vident namque modo fideles viri in terra positi quasi per speculum et in ænigmate gloriâ sanctorum in cœlis consistentium, illudque canticum quia ardentè desiderant, quasi audiunt, sed dicere non possunt; quia, *oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparavit Deus diligentibus se* (I Cor. II, 9). Qui de terra empti esse dicuntur; empti sunt quippe in terra positi pretioso sanguine Christi. Sed melius est ut per emptionem assumptionem intelligamus; assumpti sunt enim de terra, et in cœlesti beatitudine collocati.

(Vers. 4.) *Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati; virgines enim sunt.* Hic rursus oritur quæstio; nam si in illa beatitudine diversi ordines sunt, ut sunt apostoli, martyres, confessores, et virgines; quomodo omnes sanctorum animæ virgines esse dicuntur, et in tantum virgines, ut cum mulieribus coinquinatæ non fuisse dicantur? Et si verum est, quod Dominus dicit (immo verum est, quia non potest fieri ut Deus mentiatur (Matth. v, 28): *Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam mœchatus est eam in corde suo*), quomodo omnes sanctorum animæ in toto spatio vitæ præsentis ab iniquatione mulierum mundæ esse potuerunt? Quærendum ergo nobis est quomodo hoc intelligendum sit; multi quippe fuerunt ante baptismum adulteri et fornicatores, sed in Christum credentes, atque de peccatis suis pœnitentiâ agentes, fontemque baptismatis gaudii lætitiâ; cæteri ut nos in textu.

^b Rom. edit. jugulaverat, nisi illa,.... de terra.

^a Omnes edit., tanto ampliorem vel amplius gaudium et lætitiâ; nonnulli mss., tanto ampliorem

expetentes, quidquid in eis sordidum fuit, per Spiritus sancti gratiam aquis baptismatis deletum est: qui in bono quod in eodem baptismo promiserant, usque in finem vitæ perseverantes, veniente Domino, ut eos per mortem ab hac terrena habitatione subtraheret, eorum animæ virgines, id est, integræ, et ab omni corruptione vitiorum mundæ inventæ sunt. Istorum ergo animæ jure virgines vocantur; quia eorum omnis corruptio aquis baptismatis, bonisque operibus deleta est. Fuerunt etiam multi, qui post baptismum multa scelera commiserunt, sed cum per pœnitentiam et lacrymas atque per misericordiam, cæterisque bonis operibus malum quod gesserunt, delere studuerint, et in bono proposito perseveraverint, Domino veniente, eorum animæ virgines reperiuntur sunt; quia quidquid in eis fuit reprobum, claritatis remediis est purgatum. Fuerunt et conjugati, qui Deum tota **554** virtute dilexerunt, atque in virtutibus vitam ducere studuerunt. Istorum igitur animæ recte virgines vocantur; quia si quas sordes ex conjunctione seminarum traxerunt (*Gen. ii, 24*), bonis operibus deletum est. Similiter ^a de cæteris ordinibus intelligendum est.

Possumus etiam per mulieres corpora sanctorum intelligere, per viros autem animas; quia sicut vir et mulier una caro vocantur, ita corpus et anima unus homo: et quemadmodum femina inferior est viro, ideoque necesse est ut a viro regatur, ejusque dominationem perferat; ita corpus multo inferius est quam anima, et ideo necesse est ut a spiritu regatur atque dometur, ejusque desideria frangantur. Quod quia sancti facere studuerunt, non sunt coinquinali cum mulieribus; quia ex conjunctione corporum nullas sordes traxerunt, ex quibus Deum nimis offenderent. *Il sequuntur Agnum quocumque abierit.* Quo vadit, qui omnia implet, et totus ubique est? Sed quemadmodum vadit, Apostolus docet dicens: *Cui vult miseretur, et quem vult, indurat* (*Rom. ix, 18*). Vadit itaque Deus miserendo quibusdam, et a quibusdam misericordiam suam auferendo. Sequuntur vero sancti, quia quibus ille misericordiam suam largitur, largiuntur et illi; et a quibus abscidit, abscidunt et illi. Hoc de electis in terra positus intelligere non possumus; sæpe enim miseretur quibus Deus non miseretur, sicut Samuel qui lovebat Saul (*I Reg. xv, 35*), quem Deus projecerat a facie sua: quosdam etiam sancti damnare volunt, quibus Deus miseretur, sicut Jonas, qui cupiebat ut Ninivitarum deleterentur, quos Deus salvare decreverat. *Il empti sunt ex omnibus primitiæ Deo et Agnæ* (*Jonn. iv, 3*). In Lege præceptum est ut primitiæ frugum offerrentur Deo (*Exod. xxii, 29*): per primitias frugum, electi designantur; nam sicut ex multitudine fructuum parvæ primitiæ Deo offerebantur, ita et ex multitudine populorum parvus numerus electorum eligitur, qui ab angelis Deo in templo gloriæ cælestis offertur, sicut Dominus dicit in Evangelio: *Multi enim sunt vocati,*

A pauci vero electi (*Math. xxii, 14*). Sancti ergo primitiarum more ex hominibus sunt assumpti, et in cælesti beatitudine collocati.

(*Vers. 5*.) *Et in ore eorum non est inventum mendacium.* Valde difficile esse videtur, quod dicitur; sunt quippe quædam mendacia valde gravia, sunt alia quæ inter levis peccata deputanda sunt, a quibus nostris temporibus nescio si aliquis omni tempore vitæ suæ abstinere possit, nisi fuerit infans, qui loqui ignorat. Non itaque de omnibus mendaciis hoc dictum esse mihi videtur: sed est mendacium valde gravissimum, cum mentimur ea, quæ in baptismo promisimus. Hoc ergo mendacium in ore sanctorum non est inventum; quia hoc quod in baptismo promiserant, usque in finem vitæ servare studuerunt. Et si fuerunt aliqui qui post baptismum multa peccata commiserunt, tamen in ore eorum non est inventum mendacium; quia per pœnitentiam, charitatisque opera malum quod gesserunt, ante mortem delere studuerunt: *Sine macula enim sunt.* Et hic satis aperte demonstrat, ea quæ in hac lectione continentur, non ad fideles qui in hac vita laborant, sed ad eos qui in cælestibus sedibus requiescunt, pertinere. Quis enim in hac vita positus, sine macula esse potest? cum idem Joannes dicat: *Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, et veritas in nobis non est* (*I Joan. i, 8*). Animæ vero sanctorum sine macula sunt; quia si quas sordes ex mundana habitatione contraxerunt, aut per pœnitentiam et lacrymas, charitatisque opera, aut per flagella, aut certe post mortem igne purgatorio deletæ sunt.

Dixi quod sens. Quod si quis textum hujus lectionis ad præsentem Ecclesiam transferre voluerit, et per centum quadraginta quatuor millia, aut prædicatores, aut cæteros justos in hac adhuc vita degentes; per novum vero canticum quod nemo nisi ipsi soli dicere poterant, Evangelium designatum esse censuerit; perpendat sanctum Evangelium non solum ab electis, verum et a reprobis sæpe prædicari, de quibus Dominus in Evangelio dixisse credimus: *Multi dicunt mihi in illa die, Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus, et in nomine tuo demonia multa ejecimus, et in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis: Amen dico vobis, nescio vos. Discedite a me, omnes operarii iniquitatis* (*Math. vii, 22*). De talibus etiam Paulus apostolus loquitur, dicens: *Sunt qui per contentionem Christum annuntiant, non sincere, exultantes se pressuram suscitare vinculis meis* (*Philip. i, 17*). Si quis autem seriem lectionis hujus ad præsentis temporis virgines pertinere sanxerit, ad eos videlicet quos amor Dei ad integritatis custodiam, adjunctis cæteris bonis operibus, quotidie impellit, sanum mihi in hoc videtur possidere sensum: sed animadvertere debet non posse huic sensui convenire, ut per canticum novum in hoc loco Evangelium intelligat; sed potius gaudium spiritale, quod eis ex custo-

^a Omnes edit., de cæteris sordibus; omnes mss., de cæteris ordinibus.

dia virginitatis accrescit. Nullus igitur canticum novum dicere potest, nisi illi soli; quia gaudium virginitatis nullus habere prævalet, nisi soli qui hanc cæteris bonis operibus exornatam quotidie Deo offerre consuescunt. Similiter et qui hanc sententiam eis aptare voluerit, qui cum virginitatis palma ad cælestia regna jam conscendere meruerunt, a recto intellectu non discrepat: sed sciat non convenire huic sensui, ut per novum canticum, aliquod canticum quod voce, lingua, labiis componi potest, intelligat: sed potius virginitatis præmium, quod a Domino æternaliter percipere mereatur. Hucque canticum nullus, nisi illi soli, dicere potest; quia virginitatis præmium nullus percipit, nisi qui hanc in sæculo positi, intemerata mente pro Christi amore servare studuerint. De talibus propheta Esaias loquitur, dicens: *Hæc dicit Dominus eunuchis: Qui custodierint sabbata mea, et elegerint quæ volui, et tenuerint fœdus meum, dabo eis in domo mea, et in muris meis locum, et nomen melius a filiis et filiabus, nomen sempiternum dabo eis, quod non peribit (Esai. lvi, 4 et seq.).*

(Vers. 6.) *Et vidi alterum angelum rotantem per medium cælum, habentem Evangelium æternum; ut evangelizaret sedentibus super terram, et super omnem gentem, et tribum, et linguam, et populum, dicentem voce magna. Iterum universa breviter comprehendit; nam sicut superius cum mala Antichristi narrare vellet, ab adventu Christi inchoavit, persecutionesque quas Ecclesia a diabolo passa est, prius narrans ad Antichristum pervenit: ita et hic diem iudicii describere cupiens, ab adventu Christi inchoat, atque sub specie trium angelorum a cuncta breviter replicans, ad diem iudicii pervenit. Iste quippe angelus Christum et apostolos ejus, cæterosque Christi prædicatores significat. Qui Evangelium æternum habuisse dicitur; quia doctrina Evangelii a Christo, apostolis, cæterisque prædicatoribus data est, quam gentibus prædicarent. Quod Evangelium æternum esse dicitur, quia æternitatem præstat omnibus facientibus illud. Quod etiam super terram sedentibus prædicatum esse dicitur; gentes namque quibus Evangelium prædicatum est, nihil aliud quam terram quærebant, totamque requiem suam in terra posuerant. Quid autem iste angelus prædicet, audiamus.*

(Vers. 7.) *Timete Dominum, et date illi honorem; quia venit hora iudicii ejus: et adorato eum, qui fecit cælum et terram, mare et fontes aquarum. Convenienter timorem Domini primo posuit, et postea honorem; timor etenim Domini ad pœnitentiam impellit hominem: pœnitentia vero ad bona opera agenda eum provocat. Honorem itaque Deo deferimus, cum bona opera agimus, sicut ipse Dominus dicit: *Videant opera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum, qui in cælis est (Matth. v, 16).* Hora vero iudicii ex tunc incœpit, ex quo Evangelium prædicari cœpit. Illi igitur acriter in die iudicii iudicabuntur, qui verbum Evangelii audientes, illudque spernentes, fidem*

A Christi suscipere noluerunt. Similiter et illi qui susceperunt quidem fidem Christi, sed eam operibus implere noluerunt; cui enim plus committitur, plus ab eo exigetur. De illis autem qui verbum Dei non audierunt, Dominus dicit in Evangelio: *Qui non credit, jam iudicatus est (Joan. iii, 18).*

(Vers. 8.) *Et adorato eum, qui fecit cælum et terram, et mare et fontes aquarum, id est, relinquit idola surda, muta, et cæca, et adorato eum qui cuncta fecit ex nihilo. Et alius angelus prosecutus est, dicens. Alius angelus doctores Ecclesiæ, qui finitis persecutionibus, Ecclesiam Dei gubernaverunt, designat. *Cecidit, cecidit Babylon magna.* Per Babylonem, sicut superius diximus, civitas diaboli designatur, quæ ex omnibus impiis constat. Ceciderat autem, quia omnis cultura dæmonum per fidem Christi deleta fuerat. Et bis cecidisse dicitur; quia ex parte persecutorum, et ex parte culturæ diabolicæ ceciderat. *Quæ a vino iræ suæ potavit omnes gentes.* Vinum iræ errores sunt gentium, quibus Deum ad iracundiam provocaverunt: sed cum Babylon nihil sit aliud quam omnes gentes, id est, omnes reprobi, quomodo omnes gentes a vino iræ suæ potavit? Verum cum unus alterum docuit, et ille tertium, et tertius quartum, et ita in omnes homines error diabolicus transiit, utique Babylon omnes gentes vino iræ Dei potavit.*

(Vers. 9, 10.) *Et angelus tertius secutus est illos, dicens voce magna: Si quis adoraverit bestiam et imaginem ejus, et acceperit characterem ejus in fronte sua, aut in manu sua; et hic bibet de vino iræ Dei, quod mixtum est mero in calice ipsius. Angelus tertius prædicatores sunt, qui temporibus Antichristi futuri sunt: prædicabunt enim ut nullus Antichristum adret, neque ad ejus pessimam doctrinam aures cordis accommodet, neque opera ejus imitetur: quod si quis fecerit, perpetua pœna eum esse damnandam testabuntur. Per vinum iræ Dei damnatio ultima, quæ in die iudicii impiis irrogabitur, designatur: merum autem purum dicimus. Per merum igitur justitia Dei designatur, per calicem vero iudicium Dei accipere possumus. Vinum itaque mixtum est mero in calice Dei; quia damnatio ultima, qua impij damnabuntur, mixta erit cum justitia in calice Dei, id est, in iudicio Dei; quia iustissimo Dei iudicio perficietur. Bibent igitur impij vinum iræ Dei, cum illis dicetur: *Ite, maledicti, in ignem æternum, qui præparatus est diabolo, et angelis ejus (Matth. xxv, 41).**

(Vers. 11.) *Et cruciabitur igne et sulphure in conspectu angelorum sanctorum, et in conspectu Agni: et fumus tormentorum eorum in sæcula sæculorum ascendet. Ignis exurit, sulphur autem fetorem pessimum de se emittit. Igne autem corporaliter cruciabuntur, qui ignem vitiorum in se extinguere noluerunt: fetore sulphuris torquebuntur, quibus dulcis fuit fetor luxuriæ. In conspectu angelorum sanctorum cruciabuntur, et in conspectu Agni, videlicet ut in eorum conspectu crucientur, in quorum conspectu*

^a Ita mss.; edit. vero, *cuncta comprehendens.*

^b Omissum fuerat in edit., *qui præparatus est dia-*

bolo, et angelis ejus.

non timuerunt multa mala perpetrare. *Nec habebunt requiem die ac nocte, qui adoraverunt bestiam et imaginem ejus, et si qui acceperint characterem nominis ejus. Cur neque in die, neque in nocte reprobos habere dicit requiem, cum electi æternum diem possessuri sint; reprobi vero perpetuam noctem? Sed more humano locutus est.*

(Vers. 12, 13.) *Hæc est patientia sanctorum, qui custodiunt mandata Dei, et fidem Jesu: id est, talis est patientia sanctorum, et talem fructum affert, qualis in sequentibus demonstratur. Et audivi vocem de cælo dicentem mihi: Scribe, beati mortui qui in Domino moriuntur. Talis est igitur patientia sanctorum, qui custodiunt mandata Dei, et fidem Jesu, ut sint beati in perpetuum. Sed quid est quod dicit: Beati mortui, qui in Domino moriuntur? Quis enim mortuus mori potest? Nullus procul dnbio mortuus mori potest, nisi prius animam recipiat, ut iterum mori possit. Sed illi sunt beati, et illi in Domino moriuntur, qui prius moriuntur sæculo, postea carne: qui prius veterem hominem, id est, omnes nequitas et spiritales et carnales in se extinguunt, ut possint dicere cum Apostolo: *Mihi mundus crucifixus est, et ego mundo (Galat. vi, 16)*. Illi namque in Domino moriuntur, de quibus Dominus dicit in Evangelio: *Qui autem perseveraverit usque in finem, hic salvus erit (Matth. xxiv, 13)*.*

Amodo jam dicit spiritus, ut requiescant a laboribus suis. Amodo, id est, a tempore mortis suæ requiescent sancti a laboribus suis. Opera enim illorum sequuntur illos. Quomodo sequuntur? Nonne Cornelium opera sua præcesserant, cui ab angelo dictum est; Orationes tuæ et elemosynæ tuæ commemoratæ sunt in conspectu Dei (Act. x, 4)? Sed sequi pro comitari posuit; nam et exercitus qui regem comitatur, eum sequi dicitur; cum alii præcedant, alii sequuntur, alii ad dexteram, sive sinistram incedant. Opera igitur sanctorum sequuntur illos; quia merces operum illorum comitatur illos in perpetuum. Possumus et hoc de illis spiritaliter intelligere, qui temporibus Antichristi pro nomine Domini nostri Jesu Christi interficiendi sunt; beati quippe erunt illi, et in Domino morientur, qui pro fide Domini nostri Jesu Christi morientur. Nunc quia pœnam illorum, qui in Antichristum credituri sunt, narravit, beatitudinemque illorum, qui in fide Christi perseveraverint usque in finem, breviter comprehendit; consequens est ut diem judicii describat, in quo hæc cuncta complebuntur.

(Vers. 14-19.) *Et vidi, et ecce nubem candidam, et super nubem sedentem similem Filio hominis, habentem in capite suo coronam auream, et in manu sua falcem acutam. Et alter angelus exiit de templo, clamans voce magna ad sedentem super nubem, dicens: Mitte falcem tuam, et mete; quia venit hora ut metatur, quoniam aruit messis terræ. Et misit qui sedebat super nu-*

*bem, falcem suam in terram, et messuit terram. Et alius angelus exiit de templo, quod est in cælo, habens et ipse falcem acutam. Et alius angelus exiit de altari, qui habebat potestatem supra ignem, et clamavit voce magna ad eum qui habebat falcem acutam, dicens: Mitte falcem tuam acutam, et vindemia botros vineæ terræ, quoniam maturæ sunt uvæ ejus. Et misit angelus falcem suam acutam in terram, et vindemavit vineam terræ et misit in lacum iræ Dei magnum. Totam pene sententiam posui, ut undique circumspecta ejus anfractus apertius videantur. Uterque namque iste angelus Christum significat: similiter et duæ falces unam significationem habent; designant enim illum ignem, quo universus mundus delendus est; quia sicut primo tempore mundus per aquam delatus est, ita et in fine temporum per ignem delabitur. Sed quærendum nobis est, cur unus Christus per duos angelos, et una exterminatio per duas falces figuretur. Primus quippe angelus super nubem candidam sedisse, et coronam auream habuisse visus est: secundus vero neque coronam auream habuisse, neque super nubem candidam sedisse dicitur. Et primus messem terræ, secundus vero botros vineæ terræ præcidisse dictus est: sed primus quo loco messem terræ posuerit, non dicitur: secundus autem botros vineæ terræ in lacum iræ Dei magnum misisse dictus est. Videtur itaque mihi per messem terræ electos: per botros autem, ex quibus vinum oritur, quod mentes hominum alienat, reprobos esse designatos. Ista est messis, de qua Dominus dicit in Evangelio: *In tempore messis dicam messoribus: Coligite primum zizania, et ligate ea in fasciculos ad comburendum: triticum vero recondite in horreis meis (Matth. xiii, 30)*. Qui enim illic per triticum, ipsi in hoc loco per messem designantur. Et qui illic per zizania, ipsi in hoc loco per botros vineæ terræ figurantur: et quia Christus aliter apparebit justis, et aliter injustis, non inconvenienter per duos angelos figuratur. Justi namque in eadem claritate eum videbunt, quomodo ab angelis et sanctis spiritibus in cœlesti beatitudine cernitur; impii autem in ea specie eum videbunt, qua ab hominibus in terra positus videbatur; *Tolletur quippe impius, ne videat gloriam Dei (Esai xxvi)*. Blandus itaque justis, terribilis apparebit injustis; unde et primus super nubem candidam sedisse, et coronam auream habuisse in capite describitur. Per nubem namque candidam corpus ejus immaculatum designatur: per coronam vero auream multitudo angelorum atque sanctorum, qui eum ad iudicium venientem comitabuntur, exprimitur. Similiter et una exterminatio per duas falces designatur; quia aliter exterminabuntur justi, aliter injusti: justorum exterminatio redemptio potius dicenda est, sicut Dominus dicit: *Respiciite, et levate capita vestra; quoniam appropinquat redemptio vestra (Luc. xxi, 28)*. Redemptio jure vocatur, eo quod a*

^a Edit. Gil., *falcem suam acutam super terram, et messuit terram: uterque namque, etc.* Rom. autem, *falcem suam acutam in terram, et vindemiavit vineam*

terræ et misit in lacum iræ Dei magnum. Uterque namque, etc. Locum vero, ut in miss. habetur reposuimus.

malis temporalibus liberet, et ad gaudia æterna perducatur. Impiorum autem exterminatio et hic graviserit, et post mortem gravior; damnatio enim luciusque perpetuus in eis permanebit. Iusti de spe retributionis æternæ mortem lætam excipient: impii vero de damnatione perpetua timidi, tristissima morte plectentur.

Alter angelus qui exivit de templo, et clamavit voce magna ad eum qui sedebat super nubem, dicens: *Mitte falcem tuam, et mete*; electos qui in hac terra laborant designat, per templum autem unde exiisse visus est, Ecclesia designatur. Clamavit ergo ad eum qui sedebat super nubem, ut mitteret falcem suam in terram, et meteret; quia sancti viri videntes mundum in maligno positum, ejusque miseras horrentes, deprecantur quotidie ut regnum Dei veniat, in quo ab omnibus angustiis liberati, corpora propria recipient, et in æternum cum Domino exultabunt. Ariditas vero messis maturitatem ejus indicat; nam sicut messis crescit usque ad maturitatem, quando arida efficitur: ita et numerus electorum usque ad finem mundi crescet, eorumque maturitas tunc perficietur, cum eorum fuerit numerus completus. Similiter et quartus angelus qui exiit de altari, qui habebat potestatem super ignem, eandem significationem habet, quam et secundus, qui de templo exiisse visus est; significat namque electos in hac vita laborantes. Altare autem Ecclesiam significat, sicut et templum: per ignem vero charitatem possumus intelligere, quam in cordibus sanctorum spiritalibus fomentis Spiritus sanctus enutrit. Super hunc ignem sancti habere potestatem ideo dicuntur, quia et ipsi possident charitatem, et possidentur ab ea. Iste ergo angelus clamavit ad tertium angelum secundam falcem gerentem, quem Christum significasse diximus, ut vindemiaret botros vineæ terræ, per quos impii designantur; quia viri sancti videntes quotidie genus humanum a dæmonibus decipi, videntes etiam impios florere, mundumque semper ad deteriora delabi, orant ut dies iudicii veniat, in quo et nequitia dæmonum cum ipsis auctoribus pereat, et omnis prævaricatio cum ipsis prævaricatoribus accipiat finem, et adducatur justitia sempiterna, quæ nullo fine terminabitur. Vineam quippe mundum significat, quæ omnem impiorum multitudinem genuit et nutrit: lacus vero, quem infernum vocamus, ideo lacus iræ Dei dicitur, quia vindicta iræ Dei in eo consummabitur.

(Vers. 20.) *Et calcatus est lacus extra civitatem.* Per calcationem demersionem impiorum in infernum possumus intelligere: per civitatem autem cœlestis Hierusalem designatur: quæ ex omnibus electis constat. Extra hanc ergo civitatem lacus calcabitur; quia a consortio justorum impii separabuntur, et in infernum detrudentur, sicut Dominus dicit in Evangelio: *Exibunt angeli, et separabunt malos de medio justorum, et mittent illos in cinerum ignis. Ibi erit fletus et stridor dentium (Matth. vii, 14).*

^a Desiderabatur in edit., et mittent illos... et stridor dentium.

A 557 *Et exiit sanguis de lacu usque ad frenos equorum per stadia mille sexcenta.* Per sanguinem pœna impiorum designatur: per spatium vero mille sexcentorum stadiorum, quod sanguis de lacu exiens occupavit, falsi christiani designantur: qui numerus quamvis a quaternario numero derivetur, circumquaque tamen ^b eundem numerum servans spargitur, finesque ejus minime transiit. Similiter et falsi christiani fidem Christi, quæ in quatuor libris Evangelii consistit, in baptismate suscipiunt: sed arctam et angustam viam, quæ intra angustias quaternarii numeri concluditur, relinquentes, quæ ducit ad vitam; per latam et spatiosam hujus sæculi viam, quæ ducit ad mortem, incedunt (*Matth. xiii, 5*). Verumtamen a quaternario numero non recedunt, quia quamvis opera christianitatis non habeant, nomen tamen christianitatis non amittunt. Sanguis ergo de lacu exiit, et mille sexcenta stadia occupavit; quia ea pœna quæ dæmones et omnes incredulos absorbebit, etiam falsos christianos, qui fidem visi sunt habuisse, sed opera fidei non habuerunt, illaqueabit: Per equos vero falsi pastores Ecclesiæ designantur, qui officium regiminis non pro amore Dei, sed pro amore sæculi suscipiunt: per frenos quibus equi reguntur, eorum falsa doctrina designatur. Habent quidem falsi pastores doctrinam in ore, ne ab officio funditus alieni videantur: sed pharisæorum exemplum sequentes, dicunt et non faciunt. Et quia aliud non possunt docere, nisi quod Evangelium loquitur, et in prædicatione sua annuntiant peccatoribus quas pœnas patientur, nisi corrigantur; usque ad equorum frenos sanguis pervenit, quia pœnas quas peccatoribus minati sunt, nisi corrigerentur, ipsi quia vitia sua deserere noluerunt, experientur.

CAPUT XV. — (Vers. 1.) *Et vidi aliud signum in cælo magnum et mirabile, angelos septem habentes septem plagas novissimas; quoniam in illis consummata est ira Dei.* Sicut superius antequam ad narrationem septem angelorum tubis canentium veniret, eorum mentionem facere studuit; ita et hic antequam ad septem angelorum phialas habentium narrationem veniat, eorum mentionem facit, ut indicet magna mysteria in eorum visione contineri. Sed de iis in sequentibus quod Dominus dederit, dicemus.

(Vers. 2, 3.) *Et vidi tamquam mare vitreum mixtum digni, et eos qui vicerunt bestiam, et imaginem ejus, et numerum nominis ejus, stantes super mare vitreum, habentes citharas Dei, et cantantes canticum Moysi servi Dei, et canticum Agni dicentes.* Quid significet mare vitreum, superius in visione secunda diximus (*Ad cap. 4*): sed illic tamquam crystallum esse dicitur, hic autem mixtum igne: et quia crystallus eximie claritatis est, ignemque de se cum calorem solis acceperit, solet emittere, eandem significationem habet illic crystallus, quam hic ignis; significant namque spiritalem intelligentiam, quæ in divinis Scripturis invenitur. Mare igitur vitreum mixtum est

^b Omnes edit., eundem numerum spargens spargitur; omnes mss.,... servans spargitur.

igni; quia divina Scriptura mixta est spiritalibus intellectibus. Super mare itaque vitreum ii, qui bestiam vicerunt, stare visi sunt; quia sancti Dei qui contra Antichristum pugnaturi sunt, in præceptis divinarum Scripturarum gressus figent, a nullaque impulsione ventorum a sua fide moveri poterunt. Per citharas vero quas habebant, mortificatio carnis designatur; canticum autem Moysi, vetus Testamentum: canticum Agni novum demonstrat. Canticum ergo Moysi et canticum Agni cantabant; quia et vetus et novum Testamentum sancti prædicabunt. Quod canticum quale sit, audiamus.

(Vers. 14.) *Magna et mirabilia opera tua, Domine Deus omnipotens: justæ et veræ viæ tuæ, Rex sæculorum. Quis non timebit te, Domine, et magnificabit nomen tuum? Quia tu solus pius es; quoniam omnes gentes venient, et adorabunt in conspectu tuo, quoniam judicia tua manifesta sunt.* Concordat hoc canticum cum veteri et nova Testamento; nam septem benedictiones ibi inveniuntur, quæ septem partibus, de quibus superius diximus (Ad cap. 5 et 7), coaptari possunt. Prima quippe benedictio est: *Magna et mirabilia opera tua, Domine Deus omnipotens;* quæ primo tempori convenire potest, in quo factum est cælum et terra, omnesque creaturæ, quæ valde sunt mirabilia. Secunda est: *Justæ et veræ viæ tuæ, Rex sæculorum;* quæ congruit parti secundæ, in qua omnes creaturæ quæ habebant spiritum vitæ, justissimo Dei judicio aquis diluvii deletæ sunt. Tertia est: *Quis non timebit te, Domine?* quæ tertiæ parti, iis videlicet quibus Lex data est, congruit, qui timore potius quam amore Legis mandata exercebant. Quarta est: *Et magnificabit nomen tuum;* quam prophetis convenire manifestum est, qui nomen Dei et prædicationibus et scriptis magnificaverunt. Quinta est: *Quia tu solus pius es;* in quinta parte adventum Christi posuimus, in qua Dominus noster, qui solus pius est, et homo fieri pro salute generis humani, et pati et mori dignatus est. Sexta est: *Quoniam omnes gentes venient, et adorabunt in conspectu tuo;* manifestum est post ascensionem Domini omnes gentes ad fidem venisse Christi, quas in sexto loco posuimus. Septima est: *Quoniam judicia tua manifesta sunt;* quam ad diem judicii pertinere manifestum est, in quo judicia Dei justæ et veræ esse manifestabuntur. A ejus judicii damnatione nos misericordia et pietas Domini et redemptoris nostri Jesu Christi liberare dignetur, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus per omnia sæcula sæculorum, amen.

DE VISIONE QUINTA.

Visio quinta, ad cujus sensus elucidandos, Domino juvante, pervenimus, ex maxima parte visioni superiori concordat, de cuius intelligentia usque modo

^a Edit., *nallaque impulsione ventorum; mss.... ventorum.*

^b Codex Gem., *dignetur, cui est honor et gloria per omnia, etc.*

^c Ita mss.; edit. vero, *describitur. Sed qualiter isti...*

A quod Domini gratia largiri dignata est, diximus (Ad cap. 8). Nam sicut illic septem angeli visi sunt, quibus data sunt septem tubæ; ita et hic septem angelis septem phialæ datæ fuisse memorantur: et sicut in cantu tubæ primi angeli grande magna terram percussit; ita et in effusione phialæ primi angeli homines, qui per terram sæpe designantur, pessimis vulneribus percussi esse dicuntur: 558 et quemadmodum in cantu tubæ secundi angeli tertia pars maris in sanguinem versa est, similiter et in effusione phialæ secundi angeli totum mare in sanguinem versum fuisse^c describitur. Eundem sensum sequantur et cæteri: sed qualiter isti cum superioribus concordent, in sequentibus dicemus. Eandem ergo significationem habent isti, quam et illi; significant B quippe prædicatores, qui fuerunt ab initio, et erunt usque ad finem. Sed ideo bis ponuntur, quia sicut superius demonstravimus, ea quæ sub cantu tubæ primi angeli, secundi, tertii, atque quarti gesta fuisse visa sunt, ad electos pertinent. Porro quæ sub cantu tubæ quinti, sexti, atque septimi angeli facta fuisse referuntur, quibus et tria væ conjunguntur, in quibus persecutiones Ecclesiæ, quas ab hæreticis et a paganis passa est, et ab Antichristo in fine mundi passura est, describuntur, ex una parte ad reprobos, ex altera ad electos pertinent; quia impij ex malo quod pijs ingerunt, poenam perpetuam: justi vero ex malo quod perferunt, gloriam sempiternam sibi acquirunt. Omnia itaque quæ sub effusione phialarum septem angelorum describuntur, ad reprobos C pertinent; unde et primi tubæ, quibus exercitus Dei ad pugnam provocabatur, cecidisse dicuntur: sequentes autem phialas plenas iracundiæ Dei super impios effudisse referuntur.

(Vers. 5.) *Post hæc vidi, et ecce apertum est templum tabernaculi testimonij in cælo.* In Exodo scriptum est quod fecerit Moyses tabernaculum in deserto: postea vero a Salomone jam populo in terra repromissionis degente, templum ædificatum est. Per desertum igitur hoc sæculum: per tabernaculum quod de loco ad locum transfertur, præsens Ecclesia designatur, quæ de deserto hujus sæculi quotidie ad cœlestem beatitudinem transit, pergitque de virtute in virtutem, ut videat Deum deorum in Sion (Psal. LXXIII, 8). Unde et cortinæ tabernaculi, quæ diversis coloribus depictæ erant, pellibus tegebantur et ciliciis; ut demonstrarent mortificationem carnis atque humilitatem custodiam esse virtutum. Quid autem per terram repromissionis, nisi cœlestis patria designatur, quam repromisit Deus diligentibus se? Et quid per templum, quod ex optimis lapidibus ædificatum fuit, figuratur, nisi cœlestis Hierusalem, quæ ex vivis lapidibus quotidie ædificatur (Jacob. 1, 12)?^d Quod ergo dicit: *Apertum est templum taber-*

dicemus, eundem sensum secuturi.

^d Omnes edid., *Quid igitur dicit, apertum est templum Ecclesiæ: Templum, etc.* Sed mss. hiatum resarciunt, ut in contextu.

naclis; tale est ac si dicatur: Apertum est templum Ecclesie; templum vero Ecclesie quid est aliud, nisi cœlestis patria? In hoc templo Psalmista habitare desiderabat, cum dicebat: *Uiam patii a Domino, hanc requiram; ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vite mee* (Psal. xxvi, 4). Hoc itaque templum per Christum apertum est, quia aditus regni cœlestis per eum omnibus fidelibus patefactus est.

(Vers. 6.) *Et experunt septem angeli, habentes septem plagas de templo, vestiti lapide mudda et candida, et præcincti circa pectora zonis aureis.* Si per templum cœlestis patria, et per septem angelos prædicatores designantur, quomodo de templo exiisse dicuntur? Numquid sancti de illa cœlesti patria ad prædicandum descendunt? Sed sancti prædicatores quasi de cœlesti patria exeunt, cum ab illo mittuntur, qui est gloria sanctorum, et a quo omnis doctrina eorum procedit. Qui septem plagas habuisse dicuntur: et superius septem plagas habuisse dicti sunt, eo quod in illis consummata sit ira Dei. Si septem plagas iracundiæ Dei habuerunt, quomodo sancti facti fuerunt? Sed habuerunt sancti Dei plagas septem in peccata, non in poenam suam; Dominus namque dicit in Evangelio: *In regeneratione cum sederit Filius hominis in sede majestatis suæ, sedebitis et vos super sedes duodecim, judicantes duodecim tribus Israel* (Math. xix, 28). Per septem autem plagas septem vitia principalia, ex quibus omnia mala oriuntur, designantur. Septem igitur plagas septem angeli habuisse visi sunt; quia prædicatores sancti in die iudicii septem vitia principalia, id est, omnes operatores malorum ita in potestate habebunt, ut eorum iudicio perpetua poena plectantur. Consummata est vero in sanctis prædicatoribus ira Dei, id est, per illos; quia eorum iudicio ira Dei perficitur. Possimus septem plagas aliter intelligere. Superius omne corpus impiorum in septem partes divisimus (Ad cap. 1): septem ergo plagæ sunt peccata, quæ unicuique parti aptius conveniunt; aliter eam iudicabuntur ii, qui ante diluvium fuerunt, populumque Dei conjunctione seminarum desperavit (Gen. vi, 2): aliter ii qui post diluvium idolatriam, diversosque errores inxerunt, per quæ genus humanum deceptum est: aliter ii qui sub Lege fuerunt, et mandata Dei non custodierunt: aliter pseudoprophete, qui populum Dei deceperunt: aliter impii Judæi, qui Dominum interfecerunt, et apostolos ejus persecuti sunt: aliter persecutores Ecclesie, qui fidem Christi extinguere conati sunt: aliter ministri Antichristi, qui Christum deserturi, et Antichristum sunt secuturi. Has itaque plagas sancti Dei in potestate habebunt; quia singuli eos qui suis temporibus fuerunt, eorumque monita contempserunt, suo iudicio perpetua poena damnabunt. Per lapides vero numerum atque candidum, quo septem angeli vestiti fuisse visi sunt, Christus designatur, de quo dicit Apostolus: *Omnes qui in Christo baptizati estis, Christum in-*

duistis (Galat. iii, 27). Per zonas autem aureas, quibus circa pectora præcincti morantur, prædicatorum sapientia intimatur: quæ corda sanctorum intra se ita concludit, ut extra ipsam per diversos errores evogari non aiant.

Et unum e quatuor animalibus dedit septem angelis septem phialas aureas, plenas iracundiæ Dei viventis in sæcula sanctorum. Quatuor animalia quamvis quatuor evangelistas significant, tamen et simul et singulim Christum significant: sed quia veritas non permittit ut dicamus quemadmodum unumquodque Christum significet; per istud unum animal Christum intelligamus. Phialas vero corda sunt sanctorum, quæ propter sapientiam aurea recte vocantur. Unus ergo ex quatuor animalibus dedit septem angelis septem phialas aureas, quia Christus corda sanctorum suorum sapientia replevit. Verum si sapientia repleta sunt, quomodo iracundiæ Dei plena esse dicuntur? **559** Dominus in Evangelio dicit de impiis Judæis: *Sic non venissem, et locutus eis fuisset, peccatum non haberent* (Joan. xv, 23). Numquid Judæi ante adventum Christi peccatum non habebant? Erant itaque ante peccatores, sed peccatum incredulitatis, peccatum blasphemie, quo sum Beelzebub vocaverunt, peccatum homicidii, quo eum crucifixerunt, et multa alia scelero quæ ex adventu ejus traxerunt, non habebant. In phiala autem Christi, in qua vita mundi continebatur, Judæi suis culpis exigentibus, mortem invenerunt. Phiala igitur septem angelorum plena fuerunt iracundiæ Dei; quia quantum ad reprobos pertinet, prædicationis sanctorum iram Dei in se continuit; quia pro eo quod eorum prædicationem contempserunt, iram Dei incurrerunt.

(Vers. 8.) *Et impletum est templum fumo a majestate Dei, et de virtute ejus.* Diximus superius per templum cœlestem patriam designari: fumus vero si intra domum fuerit, oculos a foris perspicientium obscurat; ut non perfecte possint videre ea, quæ in domo geruntur. Templum igitur cœlestis patrie modo fumo est plenum; quia electi in hac vita positi, dum oculos mentis suæ ad contemplanda cœlestia attollunt, obscurantur quadam caligine, quam transire non possunt: quam obscuracionem fœnum vocat. Hanc caliginem Paulus patiebatur, cum dicebat: *Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem.* Et iterum: *Nunc autem cognosco ea parte, tunc vero cognoscam sicut et cognitus sum* (1 Cor. xiii, 12). Et notandum quia hanc heborationem electi quamdiu in hac vita positi sunt, patiuntur: cum autem ad vitam cœlestem beatitudinem transierint, ab oculis mentis eorum avellatur. Unde et sequitur: *Et nemo poterat introire in templum, donec consummarentur septem plagæ septem angelorum.* Numquid in illa cœlesti beatitudine quotidie justus non introeunt? Sed de ingressione corporum hoc dictum esse intelligamus; in illa quippe cœlesti beatitudine justus non ingrediuntur cum corporibus suis, usque dum sep-

• Codes Gem., qui sapientia continebatur.

tem plagæ septem angelorum compleantur. De septem plagis superius diximus : ultima vero plaga erit, cum Antichristus suis erroribus genus humanum inficiet. Finitis autem septem plagis, pro quibus examinandis dies iudicii fiet, sancti corpora sua recipient, atque in templo patriæ cœlestis sine fine cum Domino habitabunt. De hac habitatione dicit Psalmista : *Beati qui habitant in domo tua, Domine; in sæcula sæculorum laudabunt te (Psal. LXXXIII, 5).*

CAPUT XVI.—(Vers. 1.) *Et audivi vocem magnam de templo, dicentem angelis septem : Ite, et effundite septem phialas iracundiæ Dei in terram.* Vox de templo vox Domini est præcipientis prædicatoribus, ut verbum Dei non solum electis, sed etiam reprobis annuntient; quatenus habeant isti unde corrigantur, et illi unde deterius damnentur. Per terram vero peccatores designantur. Prædicatores itaque phialas suas super terram effundunt, cum verbum Dei peccatoribus annuntiant.

(Vers. 2.) *Et abiit primus, et effudit phialam suam in terram, et factum est vulnus sævum ac pessimum in hominibus, qui habebant characterem bestię, et in eis qui adoraverunt imaginem ejus.* Primus Angelus prædicatores qui ante Legem fuerunt, designat : sicut et ille qui in præcedenti visione tuba primus cecinisse visus est (Ad cap. 8). Sed illi per tertiam partem terræ quæ combusta est, electi designantur : hic autem per eos qui vulnus sævum ac pessimum passi sunt, reprobi. Effudit igitur angelus phialam suam in terram : quia sancti viri qui ante Legem fuerunt, admonitionis verba impiis impenderunt, ut eos corrigerent : sed vulnus sævum ac pessimum in eos factum est; quia ex prædicatione sanctorum deteriores effecti, mandata Dei contempserunt; vulnus namque sævum ac pessimum est contemptus mandatorum Dei. Verum si vulnus sævum ac pessimum tantummodo ad reprobos pertinet, et illi tantummodo hoc passi sunt, qui characterem bestię habuerunt, querendum nobis est quid sit character bestię. Quod si per characterem bestię superbiam voluerimus intelligere, eo quod propter illam diabolus de cœlo ceciderit, advertere debemus multos electos superbix vulnus habuisse, sed medicamento humilitatis sanatos esse. Est autem aliud vitium pessimum, quod medicamentum pœnitentiæ a se semper excludit; scimus enim diabolum esse irrevocabilem, ut nullo modo ab iniquitatibus suis corrigi possit. Itaque qui irrevocabilis est, medicamentum pœnitentiæ non requirit, sicut et diabolus ab hoc medicamento alienus existit. Ergo qui per doctrinam sanctorum Patrum a sceleribus suis revocari non potuerunt, characterem diaboli habuerunt, qui incorrigibilis et impœnitens perseverat. Sed quia hoc vitio, nostro tempore, multi laborant, necesse est ut de magnitudine ejus aliqua dicamus; nam sunt nonnulli ita irrevocabiles, ut quamvis sciant pravam esse assertionem suam, nullo modo ab ea revocari possint, timentes vinci ab hominibus; et ne convin-

^a Edit., eo quod ipsa, id est, diabolus sit auctor; mss., eo quod ipse sit auctor.

A cantur, mendaciis et perjuriis atque flammantibus contentionibus falsitatem suam defendere conantur : dumque timent vinci ab hominibus, a diabolo vincuntur. Cætera ergo vitia medicamento pœnitentiæ sanantur : istud autem solum est, quod a se hoc salubre medicamentum excludit; ne scilicet per confessionem et pœnitentiam victi esse videantur. Et quia malum suum ut vicisse videantur, laudant, completur in illis illud propheticum : *Væ qui dicitis malum bonum, et bonum malum; ponentes tenebras lucem, et lucem tenebras (Is. v, 20)!* Fertur avis quædam esse, quæ serpentem vincit et comedit, sed post paululum veneno illius perimitur : similiter et isti gaudent se vicisse proximos, sed talis victoria interfecitrix est animarum illorum. Quicumque ergo tales sunt, characterem portant diaboli. Per imaginem vero bestię vitia possumus intelligere; ^a eo quod ipse sit auctor omnium malorum. Imaginem itaque bestię adorat, quicumque vitiis servit; nam et Paulus dicit quod venter Deus esset falsorum prædicatorum : *Quorum, inquit, Deus venter est, et gloria in confusione ipsorum : qui terrena sapiunt (Philip. III, 19).* Similiter et avaritiam servitutem vocavit idolorum (Coloss. III, 8).

560 (Vers. 3.) *Et secundus effudit phialam suam in mare, et factus est sanguis tamquam mortui, et omnis anima vivens mortua est in mari.* Iste angelus doctores Legis significat, sicut et ille qui in præcedenti visione secundus tuba cecinisse visus est (Sup. ad cap. 8) : sed ibi tertia pars maris in sanguinem versa fuisse dicitur, per quæ electos designatos fuisse diximus : hic autem totum mare in sanguinem versum esse legitur (Gen. IX, 8). Vindicta criminalium scelerum secundum Legem erat sanguinis effusio. Per mare igitur prævaricatores Legis designantur; quod in sanguinem versum est, quia vindictam perpetuam pro contemptu mandatorum Dei receperunt. Omnis vero anima vivens mortua est in mari; quia multi ex iis qui in mari erant, id est, ex numero reproborum, qui per mare designantur, et qui ante perceptionem Legis vivi, id est, justi videbantur, accepta Lege, quod injusti fuerint, ex prævaricatione Legis comprobatum est. Sunt etiam modo multi in Ecclesia, qui antequam ad honores ecclesiasticos, sive sæculares conscendant, sancti et justi videntur : verum acceptis honoribus, dum donum Dei in malum pervertunt, quod mortui et non vivi fuerint, omnibus patet.

(Vers. 4.) *Et tertius effudit phialam suam super flumina, et super fontes aquarum, et factus est sanguis.* Iste angelus prophetas designat, per flumina vero fontesque aquarum duodecim tribus cum suis familiis designantur; nam et in præcedenti visione per tertium angelum tuba canentem prophetas diximus fuisse designatos. ^b Sed ibi tertia pars fluminum atque fontium versa esse legitur in absinthium, per quam eos qui per doctrinam prophetarum amaritu-

^b Omnes edit., Sed ibi pars fluminum : mss... tertia pars fluminum.

dinem pœnitentiæ assumpserunt, atque per eam salvi esse meruerunt, diximus fuisse designatos: hic autem in effusione phialæ tertiæ angeli flumina et fontes in sanguinem conversa fuisse leguntur. Angelus igitur phialam suam super flumina et fontes aquarum effudit, quando prophetæ sancti impio populo verbum Dei annuntiaverunt: sed illi ex prædicatione sanctorum multo deteriores effecti, non solum mandata Dei contempserunt, sed et ipsos verbi Dei ministros occiderunt. In sanguinem vero versi sunt; quia ipsi sibimetipsis mortem perpetuam intulerunt.

(Vers. 5, 6.) *Et audivi^a angelum quartum dicentem: Justus es, qui es, et qui eras sanctus, quia hæc judicasti; quia sanguinem sanctorum et prophetarum effuderunt, et sanguinem eis dedisti bibere, quod digni sunt.* Possumus per angelum quartum angelum illius populi intelligere, qui videns justo Dei judicio populum iniquum esse damnatum, laudat sententiam justissimam Dei omnipotentis. Et quia sanguinem sanctorum et prophetarum fuderunt, sanguinem biberunt; quia pro morte temporali, quam justis intulerunt, mortem perpetuam receperunt.

(Vers. 7.) *b Et audivi etiam altare dicens: Domine Deus omnipotens, vera et justa judicia tua.* Possumus per altare sanctos viros qui eo tempore fuerunt, intelligere; qui laudaverunt justum judicium Dei, eo quod impio populo justissimam damnationem intulerit, sicut legimus Danielem et tres pueros fecisse.

(Vers. 8, 9.) *Et quartus phialam suam effudit in solem, et datum est illi æstu^c afficere homines, et igni. Et æstuaverunt homines æstu magno, et blasphemaverunt nomen Dei habentis potestatem super has plagas; neque egerunt pœnitentiam, ut darent illi gloriam.* Quartus angelus Christum et apostolos ejus, cæterosque prædicatores significat, ut quartum angelum in superiori visione significasse diximus: sed ibi per solem populum Judæorum, per tertiam partem solis et lunæ atque stellarum fideles qui ex illo populo in Christum crediderunt, designantur. Quartus igitur angelus phialam suam in solem effudit; quia Christus et apostoli ejus, quod impii Judæi a Romanis delendi essent, apertis vocibus prædixerunt. Nam sicut quilibet servus accipit a Domino suo gladium, non unde ipse juguletur, sed unde reum jugulet: ita et Romani effusionem phialæ, in qua ira Dei continebatur, non ad hoc susceperunt, ut ipsi in ea perirent, sed ad vindicandum Christi sanguinem in Judæos effunderent; unde et sequitur: *Quia datum est illi æstu afficere homines et igni.* Possumus per æstum obsidionem, per ignem autem famem et gladium, quibus Judæi pene omnes consumpti sunt, intelligere. Datum est ergo soli afficere homines æstu et igni; quia Romanis datum est a Deo, ut impios Judæos diversis calamitatibus afflictos, quosdam occiderent, quosdam

a sua terra evellerent. *Et æstuaverunt homines æstu magno.* Quam magnus fuerit ille æstus, quo Romani Judæos afflixerunt, qui vult scire, Josephum legat, et inveniet nullam gentem in omnibus regnis terrarum atrocius periisse (*De bello Judaico*). *Et blasphemaverunt nomen Dei habentis potestatem super has plagas.* Tam impia fuit gens Judæorum, ut cum scirent se pro sceleribus suis inaudita mala perpeti, non solum a blasphemis Christi non cessaverint, sed etiam multo deteriores blasphemias in suis afflictionibus contra Deum evomuerint. Unde et sequitur: *Neque egerunt pœnitentiam, ut darent illi gloriam; darent namque Deo gloriam, si ex suis iniquitatibus pœnitentiam agentes in Christum credidissent, ejusque mandata custodissent.*

(Vers. 10, 11.) *Et quintus effudit phialam suam super sedem bestię, et factum est regnum ejus tenebrosum: et commanducaverunt linguas suas præ dolore, et blasphemaverunt Deum cœli præ doloribus et vulneribus suis; et non egerunt pœnitentiam ex operibus suis.* Quintus angelus orthodoxos patres qui contra hæreticos dimicaverunt, significat, quemadmodum et illum diximus significasse, qui in superiori visione quintus tuba cecinit (*Sup. cap. 9*). Et sicut illic per locustas hæretici designati sunt, ita et hic per sedem bestię hæretici designantur: bestia autem diabolus significat. Jure igitur hæretici sedes bestię dicuntur; quia in eorum cordibus diabolus inhabitat. Quintus igitur angelus phialam suam super sedem bestię effudit; quia sancti viri errores hæreticorum detegentes, quæ pœna illis instaret, manifestare studuerunt. Factum est vero **561** regnum ejus tenebrosum; quia illis quibus doctrina hæreticorum fulgida videbatur, per doctrinam sanctorum Patrum, quod misera et tenebrosa esset, demonstratum est. *Commanducaverunt linguas suas præ dolore:* quia singuli singulorum errores reprehendebant; ^d nam neque Arius Eunomium secutus, vel Sabellium, vel quemquam illorum; neque illi illum: sed unusquisque hæresim suam stabilire volens, cæterorum errores reprehendebat. Qui etiam Deum præ doloribus et vulneribus suis blasphemasse dicuntur; dolebant quippe hæretici, eo quod a catholicis viris semper convincerentur: vulnera vero eorum erant errores singulorum. Blasphemabant vero hæretici Deum præ doloribus suis; quia quanto amplius a catholicis viris superabantur, tanto ampliores blasphemias ad eos revincendos inveniebant: impellebant nihilominus eos ad Deum blasphemandum proprii errores, quos profitebantur. Qui etiam sine pœnitentia fuisse dicuntur; vix enim aliquem ex inventoribus hæresum invenies, qui pœnitentiam egerit ex suis erroribus.

(Vers. 12.) *Et sextus effudit phialam suam super flumen magnum Euphraten, et siccavit aquam ejus; ut*

^a Rom. edit., *angelum aquarum dicentem: Justus es, Domine... Possumus per angelum aquarum, etc.*

^b Omnes edit., *Et audivi vocem de altari dicentem: Etiam, Domine: omnes mss. ut in contextu.*

^c Ita mss.; edit. autem Gill. pro *afficere* in margine

posuit, *affigere*, quod Rom. in textum admisit, ac præterea totum, qui sequitur, Scripturæ versiculum exsecavit.

^d Nam neque Arius... errores reprehendat, ex mss. omnibus restitutum est.

præpararetur via regibus ab ortu solis. Sextus iste angelus eandem significationem habet, quam et ille qui sexta tuba cecinisse visus est; significat enim martyres sanctos: et qui designantur illic per equites, a quibus tertia pars hominum occisa fuisse describitur, ipsi et in hoc loco per flumen magnum Euphraten, persecutores videlicet Ecclesiæ Dei. Effudit ergo angelus phialam suam super flumen Euphraten; quia quæ damnatio persecutoribus Ecclesiæ instaret ipsis persecutoribus sine aliqua trepidatione prædixerunt. Peraquam vero ipsa persecutio designatur: stocavit autem aquam ejus; quia tamdiu in prædicatione verbi Dei sancti martyres perstiterunt, usque dum omnis persecutio finem acciperet, quibusdam ex persecutoribus in infernum demersis, quibusdam fidei christianæ semetipsos subjicientibus. Per reges multitudinem gentium, quæ ad fidem Christi conflavit, posuimus intelligere. Via itaque regibus siccata aqua præparata est; quia finitis persecutionibus, libera facultas data est omnibus gentibus ad fidem Christi veniendi. Sed quomodo ab ortu solis venisse dicantur, id est, a Christo, qui per solem designatur; cum non a Christo, sed ad Christum, diabolum relinquentes, venerint? Nisi forte per solem diabolum intelligamus, ut ab ipso ad Christum venerint: sed melius est ut per solem Christum intelligamus, propter illud propheticum: *Vobis autem timentibus nomen meum oriatur sol justitiæ, et sanitas in pennis ejus* (Malac. iv, 2). Ab ortu ergo solis, id est, a Christo veniunt, quia ipso inspirante et impellente ad eum veniunt; ipsius est donum et velle et perficere, quæ bona vult, sicut ipse dixit: *Sine me nihil potestis facere* (Joan. xv, 5). A Christo itaque veniunt quicumque ad Christum veniunt; quia ipse dat ut veniant, et ipse suscipit venientes.

(Vers. 13, 14.) *Et vidi de ore draconis et de ore bestiarum, et de ore pseudoprophetae exire tres spiritus immundos in modum ranarum; sunt enim spiritus dæmoniorum facientes signa.* ^b Vocatione gentium descripta, qualiter ad fidem Christi venerint, mentionem facit Antichristi, qui prope finem mundi venturus est. Spiritus vero tres immundi discipulos designant Antichristi, qui eum per universum orbem prædicaturi sunt: qui quamvis homines sint futuri, spiritus immundi, et spiritus dæmoniorum vocantur; quia dæmones in ipsis habitabunt, et per ora eorum loquentur: qui de ore Antichristi, et de ore pseudoprophetae ejus exisse visi sunt; quia per eorum doctrinam filii diaboli efficiuntur: qui etiam de ore draconis exisse visi sunt; quia per os Antichristi diabolus loquetur. Ranis nihilominus, quæ sunt reptilia immonda, et in luto viventia, recte assimilantur: quia stercorant in sordidis aquis immorantur, ita et discipuli Antichristi eos facile decipient, qui diversis vitis et sceleribus non timuerant sordidari. Nam et

^a Aberrat ex edit., et sanitas in pennis ejus; sed habetur in cunctis mss.

^b Mss. etiam omnibus debetur, quidquid ab his verbis, vocatione gentium usque ad venturus est, le-

gionarum vox rauca et turpis impiissimam eorum prædicationem blasphemias plenam designat. *Et procedent ad reges locius terræ congregare illos in prælium ad diem magnum omnipotens Dei.* Per reges terræ non solum reges, sed et populi designantur: congregabunt autem illos discipuli Antichristi in prælium ad diem magnum omnipotentis Dei, non quod contra Deum pugnare audeant in die judicii, a quo tam terribiliter judicabuntur: sed congregabunt eos in prælium ad persequendam Ecclesiam; ut in die magno Dei omnipotentis perpetua pœna damnentur. Et quia finita persecutione Antichristi, Dominus ad judicium in proximo veniet, subdit:

(Vers. 15.) *Et ecce venio sicut fur.* Dies Domini, sicut dicit Apostolus, sicut fur, ita in nocte veniet; cum enim dixerint: Pax et securitas, tunc repentinus eis superveniet interitus. *Beatus qui vigilat, et custodit vestimenta sua; ne nudus ambulet, et videant turpitudinem ejus* (1 Thess. v, 2, 3). Impii qui in voluptatibus suæ carnis veluti in quadam mollitie lectuli requiescunt, et qui nolunt prævidere mala quæ sequuntur, non inconvenienter dormire dicuntur. Quos Apostolus admonet dicens: *Surge, qui dormis, et exsurge a mortuis, et illuminabit te Christus* (Eph. v, 4). Justi vero qui mala quæ sequuntur, prævidere student, qui voluptates carnales in se extinguunt, qui armis virtutum se muniunt; ut contra visibiles et invisibiles hostes indesinenter dimicare valeant, non incongrue vigilare dicuntur, ideoque beati sunt. Vestimenta autem nostrarum animarum sunt opera bona: custodia vestium custodia est mandatorum Dei. Vestimenta ergo nostra custodimus, si ea quæ præcepit Deus, operando implemus: nudus vero est, qui a bonis operibus alienus existit. Nudi impii ambulabunt, cum ad diem judicii a bonis operibus vacui deducuntur; et ideo turpitudine illorum videbitur, quia et angelis et hominibus eorum scelera manifestabuntur.

(Vers. 16.) *Et congregabit eos in locum, qui vocatur Hebraice Armageddon.* Armageddon mons globosus, sive consurrectio in priora interpretatur: quæ utraque interpretatio diei judicii coaptari potest. Mons quippe globosus recte vocatur; eo quod globis flammarum universus mundus tunc deleatur: similiter et consurrectio in priora recte dicitur; eo quod omnes homines in priorem statum resurgendo reparentur.

(Vers. 17.) *Et septimus effudit phialam suam in aerem.* Per septimum istum angelum ~~562~~ prædicatores sancti, qui temporibus Antichristi futuri sunt, designantur; sicut et illum significasse diximus, qui superius (Ad eap. 9) septimus tuba cecinisse legitur: per aerem vero vani homines designantur. Angelus igitur phialam suam in aerem effudit; quia prædicatores sancti vanis et impiis hominibus quod perpetua pœna sint damnandi, denuntiabunt. *Et exivit vox*

gitor.

^c Edit., contra Deum audeant: mss. contra Deum pugnare audeant.

magna de templo a throno, dicens. Vox magna vox est A
 prædicatorum sanctorum : per templum Ecclesia in-
 telligitur. A templo ergo vox exiit, quia ab Ecclesia
 vox sanctæ prædicationis procedit : quæ etiam et a
 throno exiisse dicitur : quia Ecclesia Dei thronus est
 Dei, et in illa sedens requiescit. Quid autem hæc vox
 dicat, subdando manifestat : *Factum est* ; id est, finis
 mundi inciat, in quo omnia quæ prædicta sunt a Do-
 mino et a sanctis, complebuntur.

(Vers. 18.) *Et facta sunt fulgura et voces et tonitrua,*
et terræ motus factus est magnus, quævis nunquam
fuit, ex quo homines fuerunt super terram, a solis terræ
motus, sic magnus. Per fulgura miracula quæ per
 sanctos etiam facturus est Deus, designantur ; regimus
 namque in superioribus, Eliam et Enoch plurima
 signa esse facturos : per voces prædicatio sancto-
 rum : per tonitrua autem terror ignis æterni expri-
 mitur : terræ motus vero motionem cordium sæpe
 designat. Movebuntur enim quidam de malo ad bo-
 num, sicut Judæi qui in Christum credituri sunt :
 movebuntur alii de bono ad malum, qui fidem Christi
 relicti sunt, et errores Antichristi secuturi.

(Vers. 19.) *Et facta est civitas magna in tres partes,*
et civitates gentium ceciderunt. Civitas magna civitas
 est diaboli, id est, omnis multitudo reproborum :
 per tres partes in quibus divisa est, Judæi qui in
 Christum credere voluerunt, et pagani atque falsi
 christiani designantur. Quod autem dicit : *Et civitates*
gentium ceciderunt ; videtur mihi ad diem judicii per-
 tinere. Civitates gentium tunc cadent, cum eo igne
 qui faciem Domini ad judicium venientis præcedet, C
 omnes gentes deturbentur, sicut dicit Psalmista :
Ignis ante ipsum præcedet, et inflammabit in circuitu
inimicos ejus (Psal. xevi, 3).

Et Babylon magna venit in memoriam ante Deum
dare ei calicem iræ indignationis iræ ejus. Quomodo
 Babylon in memoriam ante Deum venisse dicitur, ad
 cuius memoriam nihil accedere, nihil recedere po-
 test : in cuius conspectu sicut præsentia, ita præter-
 ita, et futura consistunt ? Sed memoriam pro tem-
 pore posuit : Babylon igitur in memoriam ante Deum
 venit, quando illud tempus veniet, in quo statim
 judicare mundum, et reddere ætæternæ secundum
 opus ejus. Vnum vero indignationis iræ Dei, poena
 perpetua est ; quia peracto iudicio, omnes impli cum
 auctore iniquitatis diabolo damnabuntur.

(Vers. 20.) *Et omnis insula fugit, et montes non*
erunt inventi. Eandem significationem habent montes
 et insulæ, quam civitates gentium, quæ paulo super-
 ius dicuntur cecidisse ; per insulas namque gentes,
 per montes vero earum principes designantur : fugere
 autem dicuntur, cum ab igne in die judicii dele-
 buntur.

(Vers. 21.) *Et grandis magna sicut talentum descen-*
dit de cælo in homines. In Evangelio scriptum est
 quod quidam paterfamilias peregre proficiscens, de-

^a *Tullis terræ motus, sic magnus, in vobis edit. omite-*
tebatur.
^b Omnes edit., *districto justorum iudicio* : omnes

dit uni servorum suorum quinque talenta, alii duo,
 alii vero unum. Sed primus et secundus negotiando
 talenta, quæ a domino acceperant, duplicarunt : ter-
 tius fedit in terram, et abscondit pecuniam domini
 sui (Matth. xxv, 13). Quæcumque ergo bona tempo-
 ralia aut quasquamque artes a Domino accepimus, pro
 valentiorum acceptione nobis reputabuntur : Justo igitur
 qui per primum et secundum servum designan-
 tur, talenta sua duplicant ; tam bona temporalia quæ
 a Domino accipiunt, in bonis operibus expendunt,
 atque ad bona agenda quoscumque possunt, provo-
 cant : impii vero qui per servum tertium designan-
 tur, talenta sua in terra abscondunt ; quia ex bonis
 temporalibus quæ a Domino acceperunt, vitia potius
 quam virtutes emittunt. Per grandinem, quæ ea quæ
 ex terra nascuntur, conterit et delet ; vindicta omni-
 potentis Dei designatur, quæ impios conteret, et in
 infernum demerget : quæ sicut talentum esse dicitur,
 quia unamquemque secundum talenti sui qualitatem
 puniet ; et quanto amplius quis deliquit, tanto am-
 pliora tormenta sustinere cogetur. Sed obscurum est
 valde quod sequitur : *Et blasphemaverunt homines*
Deum propter plagam grandinis ; quoniam magna facta
est vehementer. Quis enim in isto tam ^b districto ju-
 stoque iudicio blasphemare Deum audebit ? Sed bla-
 sphemare dicuntur, quia blasphemie reproborum,
 quas modo in corde tegunt, cunctis manifestabuntur.

CAPUT XVII.—(Vers. 1.) *Et venit unus de septem*
angelis, qui habebant septem phialas, et locutus est
meum, dicens. Sicut superius sub cantu iudæ septi-
 mi angeli diem iudicii breviter comprehendens, ad
 ea quæ prætermiserat, rediit ; atque sanctam ^c Ec-
 clesiam sub specie mulieris, quæ amicta erat sole, et
 luna sub pedibus ejus, describens, passiones quas a
 diabolo pertulit, et quas ab Antichristo in fine mundi
 passura est, annectit ; Ita et hic sub effusione phialæ
 septimi angeli diem iudicii summam perstringens,
 ad ea quæ prætermisit revertitur, atque sub specie
 mulieris meretricis civitatem diaboli describens,
 quas poenas pro sceleribus suis passura sit, in se-
 quentibus manifestat. Angelus vero phialam habens,
 prædicatores sanctos designat : Joannes autem typum
 tenet omnium fidelium ; unde et subditur :

(Vers. 11.) *Veni, ostendam tibi damnationem mere-*
tricis magnæ, quæ sedet super aquas multas, cum qua
fornicati sunt reges terræ : et inebriati sunt omnes, qui
habitant terram de vino prostitutionis ejus. Meretrix
 ista in aliquibus locis Romam specialiter, quæ tunc
 Ecclesiam Dei persequatur : in quibusdam vero
 generaliter civitatem diaboli, id est, omne reprobo-
 rum corpus demonstrat. Angelus igitur Joanni os-
 tendit damnationem meretricis magnæ ; quia prædi-
 catores sancti et verbis et scriptis fidelibus ostendunt,
 quas poenas impii pro sceleribus suis patientur, ut
 eorum penis territi a peccatis abstineant. Quæ super
 aquas multas sedere dicitur ; quia ex multitudine

^a *ms., districto justorum iudicio.*
^c Ita mss. ; edit. vero, *Ecclesiam describens*, cæteris
 prætermisissis.

gentium, quæ per aquas designantur, civitas diaboli A
 construitur: cum qua reges terræ fornicati esse dicuntur; quia scelera Babylonis auxerunt potius, quam destruxerunt. **563** *Et inebriati sunt omnes, qui inhabitant terram, de vino prostitutionis ejus.* Vinum prostitutionis diversi errores, diversa sunt scelera impiæ civitatis; nam sicut meretrix prostituitur omnibus secum fornicari volentibus, ut eorum immunditiis polluat: ita et omnes impii subjiciuntur dæmonibus, cum eorum ^a pravis suggestionibus obtemperantes, in omnibus sceleribus se dejiciunt, sicut propheta ad Hierusalem loquitur dicens: *Et posuisti ut terram corpus tuum, et quasi viam transeuntibus* (*Esai. LI, 23*). Terræ autem habitatores omnes reprobos vocat: ebrietas vero malitia est Babylonis; quia sicut ebriosus tamdiu impletur vino, usque B
 dum a mente sua alienus efficiatur: ita et reprobi tamdiu omni malitia semetipsos replent, usque dum a mente sua alieni effecti, timorem Dei, omnemque bonitatem a semetipsis abjiciant, sicut dicit beatus Job, quia bibunt sicut aquam iniquitatem (*Job. xv, 16*).

(Vers. 5.) *Et abstulit me in desertum in spiritu: et vidi mulierem sedentem super bestiam coccineam, plenam nominibus blasphemiarum, habentem capita septem, et cornua decem.* Per desertum omnis impiorum multitudo designatur; eo quod ipsi deseruerint Deum, et ideo derelicti sunt a Deo. In deserto igitur mulier meretrix inventa est, quia ex multitudine iniquorum civitas diaboli constat. Bestia vero, sicut ipse in sequentibus exponit, diabolum significat: coccus autem colorem sanguinis habet; et per sanguinem sæpe mors designatur. Diabolus itaque sanguineus est, quia auctor est mortis et omnis perditionis. Quæ bestia plena nominibus blasphemiarum esse dicitur, eo quod ipse diabolus auctor sit omnium blasphemiarum. Quid sint autem capita septem et cornua decem, angelus in sequentibus exponit.

(Vers. 4.) *Et mulier erat circumdata purpura et cocino, et inaurata auro, et lapide pretioso, et margaritis, habens poculum aureum in manu sua, plenum abominationum, et immunditiarum fornicationis ejus.* Purpura sanguine tingitur, coccus vero sanguinis habet colorem, suntque vestimenta regalia, per quæ potestas sæcularis designatur: ^b per sanguinem autem sæpe mors designatur. Purpura igitur et coccus sanguinis speciem habent; quia potestas sæcularis mortifera est, et D
 periculum sempiternum affert iis, qui eam amplius quam cælestem gloriam amplectuntur. Possumus etiam per vestimenta sanguinea opera impiorum intelligere, pro quibus morte perpetua damnabuntur. Quodque sequitur: *Et inaurata auro;* per aurum sæpe sapientia designatur. Mulier igitur inaurata erat auro; quia sapientiam hujus sæculi possidebat, quæ stultitia est apud Deum. Per gemmas vero et margaritas eloquentia sæcularis designatur: per poculum

^a Edit., *pravis suggestionibus sceleribus se dejiciunt;* Rom., *devinciunt;* mss. vero, ut in contextu.

^b *Per sanguinem autem sæpe mors designatur,* e mss. in locum suum repositum est.

aureum, quod manu tenuisse dicitur, philosophorum et poetarum doctrina designatur: quod plenum abominationum et immunditiarum fornicationis ejus dicitur: quia doctrina philosophorum et poetarum plena erat mendaciis, omnibusque erroribus ad decipiendum genus humanum compositis.

(Vers. 5.) *Et in fronte ejus nomen scriptum, Mysterium, Babylon magna, mater fornicationum et abominationum terræ.* ^c Per frontem atque faciem homo dignoscitur; similiter et impii ex operibus suis intelliguntur, sicut Salomon dicit: *Ex studiis suis intelligitur puer* (*Prov. xx, 11*). Per frontem itaque atque faciem opera impiorum designantur; quia ex operibus suis intelliguntur quod sint filii diaboli, civisque impiæ civitatis.

(Vers. 6.) *Et mulierem vidi ebriam de sanguine sanctorum, et de sanguine martyrum Jesu.* Numquid Babylon sanguinem sanctorum biberat? Sed ebria erat, id est, ab omni spirituali ratione aliena: ebria erat; quia ultio sanguinis sanctorum ita eam damnabilem fecerat, et a misericordia Dei alienam, ut non esset digna quatenus aliquo modo suæ saluti posset consulere. *Et miratus sum cum viderem illam, admiratione magna.* Mirantur fideles, cum vident reprobos tantum a timore Dei alienos, ut sine aliqua trepitatione et innocentibus plurima mala ingerant, et in omnibus flagitiis semetipsos demergant, scientes Deum nullum scelus impunitum relinquere; nisi prius pœnitentia cæterisque medicaminibus, quibus peccata sanantur, fuerit deletum.

(Vers. 7.) *Et dixit mihi angelus: Quare miraris? Ego dicam tibi sacramentum mulieris, et bestiarum, quæ portant eam, quæ habet capita septem, et cornua decem.* Eandem significationem habet bestia in hoc loco, quam et superius diximus draconem habuisse: significat namque diabolum. Quid sint autem capita septem, et cornua decem, ipse, ut diximus, in sequentibus exponit. *Bestia quam vidiati, fuit, et non est, et ascensura est de abyso, et in interitum ibit.* Bestia, id est diabolus, fuit ante adventum Christi, possidens genus humanum; non est modo, id est, non possidet genus humanum sicut antea; quia per Christum ab electorum cordibus expulsus est: ascensura vero est de abyso; quia temporibus Antichristi solvetur satanas de carcere suo, et exhibit, et seducet omnes D
 gentes, sicut sequentia plenius manifestant: et in interitum ibit; quia cum omnibus reprobis quos deceperit, et cum omnibus satellitibus suis æterna pœna damnabitur.

(Vers. 8.) *Et mirabuntur inhabitantes terram, quorum non sunt scripta nomina in libro vitæ a constitutione mundi, videntes bestiam quæ fuerat, et non est.* Inhabitantes terram eos debemus intelligere, qui amatores terræ erunt magis quam Dei, quos Antichristus facile decipiet. Mirabuntur ergo reprobi, quorum

^c *Aberat etiam ab edit., Per frontem atque faciem.... intelligitur puer:* sed in nullis scriptis cod. desideratur.

non sunt scripta nomina in libro vitæ, id est, qui non sunt prædestinati ad vitam æternam : videntes bestiam, id est, diabolum per Antichristum signa facientem, et in Antichristo diabolum adorantes.

(Vers. 9.) *Et hic est sensus, qui habet sapientiam* : id est, in hoc quod sequitur, magna obscuritas est, et sensus ad ea intelligenda valde acuendus est. Et nos rogemus Dominum, ut hanc obscuritatem nobis aperiat.

(Vers. 10.) *Septem capita septem montes sunt, super quos mulier sedet; et reges septem sunt. Quinque ceciderunt, unus est, alius nondum venit; et cum venerit, oportet illum breve tempus manere.* Diximus superius per septem capita draconis illos reprobos esse designatos, per quos diabolus genus humanum decepti, quos etiam in partes septem divisimus, sicut et cæteram multitudinem reproborum. Et quia eandem significationem **564** habet hæc bestia de qua loquimur, quam et draconem diximus habuisse; designant namque diabolum : eandem significationem habent etiam septem capita bestię, quam et septem capita draconis diximus habuisse. Quæ et montes dicuntur; quia altiores fuerunt illi in sceleribus, qui cæteros deceperunt, quam illi qui ab eis decepti sunt, sicut in sequentibus de Babylone dicit : *Quia venerunt peccata ejus usque ad cælum (Inf. c. 18).* Vocantur nihilominus et septem reges, eo quod cæteris ad perditionem euntibus ducatum præbuerint. Super hos ergo montes meretrix sedere dicta est; quia ab iis civitas diaboli in omnibus erroribus atque sceleribus informata est. Nam sicut apostoli fundamenta dicuntur Ecclesię, ita e diverso inventores errorum fundamenta sunt civitatis diaboli. Ex iis igitur capitibus, sive montibus, vel regibus, quinque ceciderunt, unus erat, alius nondum venerat. Primum caput diaboli ceciderat; quia illi qui ante diluvium fuerunt, per quos ii qui filii Dei vocabantur, decepti sunt, in cloacam inferni descenderant (*Gen. vi, 2*). Similiter et secundi qui post diluvium usque ad Legem fuerunt, in eadem perditionis fovea demersi tenebantur. Ceciderant et tertii, qui populo Dei, quibus Lex data est, idola colere suadebant. Similiter et falsi prophetę, qui in quarto loco ponuntur, jam ceciderant in interitum suę perditionis, eo quod deceptores fuerint populo Dei. Iniqui vero Judęi, qui Dominum interfecerunt, et apostolos ejus persecuti sunt, qui in quinto ponuntur loco; eo tempore quo hæc visio Joanni demonstrata est, jam a Romanis devastati fuerant. Quinque ergo capita bestię jam ceciderant, quæ montes regesque nominantur; quia omnes præcedentes, et impii Judęi qui in quinto loco ponuntur, jam perditionis suę pœnas luebant. Unus erat; quia pagani, illi videlicet qui Ecclesiam Dei persecuti sunt, qui et in sexto loco ponuntur, tunc Ecclesiam Dei persequebantur; ob quam causam et iste Joannes in Pathmos insula

relegatus tenebatur. Alius nondum venerat; quia Antichristus qui in septimo loco ponitur, nondum venit: et cum venerit, oportet illum breve tempus manere; quia Dominus Jesus interficiet eum spiritu oris sui, et destruet illustratione adventus, sicut ipse dicit in Evangelio : *Et nisi Dominus breviasset dies illos, id est, dies persecutionis Antichristi, non fieret salva omnis caro (Marc. xiii, 20)*; per omnem carnem solos electos designans.

(Vers. 11.) *Et bestia quæ erat, et non est, et ipsa octava est, et de septem est; et in interitum vadit.* Et bestia, id est, diabolus, qui ante adventum Christi dominabatur humano generi, et modo non tenet illud ita obnoxium, quemadmodum tunc faciebat, ipsa scilicet bestia octava est. Septem namque partes sunt omnium reproborum, octava vero pars eorum est diabolus cum cæteris dæmonibus. De septem est, quia de societate reproborum dæmones existunt: et sicut fuerunt auctores perditionis eorum, ita erunt et socii tormentorum. Unde et sequitur : *Et in interitum vadit.* Hæc quæ sequuntur, usque ad eum locum ubi Angelus de cœlo descendisse visus est, ad destructionem Romani imperii proprie pertinent.

(Vers. 12.) *Et decem cornua quæ vidisti, decem reges sunt, qui regnum nondum acceperunt; sed potestatem tamquam reges una hora accipient post bestiam.* Quatuor bestię Danieli in visione demonstratę sunt (*Dan. vii, 3*), per quas quatuor regna figurabantur: quarta autem bestia, quæ erat fortis atque terribilis, per quam Romani designati sunt, decem cornua habuisse describitur, per quæ ea regna quæ Romanum imperium destruxerunt, designata sunt, sicut sanctus Hieronymus quorundam assertionem sequens exponit (*Comment. in cap. vii Daniel.*). Eandem itaque significationem habent decem cornua in hoc loco, quam et illa habuisse dicuntur; significant quippe ea regna, per quæ Romanum imperium destructum est. Partem namque Asię per se primitus abstulerunt: postea vero Saraceni totam subegerunt: Vandali Africam sibi vindicaverunt, Gothi Hispaniam, Longobardi Italiam, Burgundiones Galliam, Franci Germaniam, Hunni Pannoniam: Alani autem et Suevi multa loca depopulati sunt, quæ eorum subacebant ditioni. Hæc ergo regna eo tempore, quo visio ista Joanni demonstrata est, potestatem nondum acceperant: sed una hora tamquam reges potestatem acceperunt; quia singularum istarum gentium potestas paucio tempore permansit. Post bestiam regnum acceperunt, quia destructo regno diaboli per Christum, hæc gentes impiam potestatem acceperunt.

(Vers. 13, 14.) *Et unum consilium habebunt, virtutem suam et potestatem bestię tradiderunt.* Unum consilium habuerunt, id est, unam voluntatem in malo. Virtutem suam et potestatem bestię tradiderunt; quia eorum virtus atque potestas diabolica

* Edit., hæc gentes propriam potestatem acceperunt. *Et unum consilium habebunt, id est, unam voluntatem in malo. Et virtutem suam, et potestatem bestię tradi-*

derunt. Quia eorum virtus, etc.; mss. vero nobiscum faciunt.

sua. *Li cum agna pugnant, et agnus vincet illos.* A Cum agna pugnaverunt, qui Ecclesiam Dei persecuti sunt, populumque Dei interfecerunt: Agnus autem vincet illos, quia solus hos gentes præter pauca jugam fidei Christi jam suscepisse. *Quoniam Rex regum est, et Dominus dominantium, et qui cum illo sunt vocati, electi et fideles.* Qui sunt reges et dominantes, ipsi sunt electi et fideles. Christus igitur Rex regum est, et Dominus dominantium; quia ipse est Rex et Dominus omnium sanctorum: et qui cum illo sunt vocati, electi et fideles sunt, id est sancti, qui ad hoc vocati sunt, ut cum illo in æternum permaneant, electi et fideles jure vocantur. Vocantur enim et reprobi, sicut Dominus dicit: *Multi sunt vocati, pauci vero electi (Matth. xx, 16).* Sed reprobi ad hoc vocantur, ut inexcusabiles sint: electi vero, ut cum ipso in æternum * perseverent.

(Vers. 16.) *Et decem cornua, quæ vidisti in bestia: hi edent fornicariam.* Fornicariam Romam vocat, quæ pro defensione falsorum deorum, Deum creatorem suum persequeretur. Decem itaque cornua odio habuerunt fornicariam, quando gentes quæ per decem cornua designatæ sunt, ad destruendum Romanam imperium ^b arma sumpserunt. *Et desolatam illam facient et nudam.* Desolatam illam fecerunt et nudam, quando omnes gentes potestati ejus ademerunt. *Et carnes ejus manducaverunt.* Quia delicias carnes nutriunt, possumus per carnes divitias omnium gentium intelligere. Carnes ejus manducaverunt, quando opes omnium ³⁶⁵ gentium, quæ Romam deferebantur, acceperunt, et in suos usus redegerunt. *Et ipsam igni concremabant.* Scimus plurimas civitates, vicos, et castella, quæ Romano imperio subjacebant, ab his gentibus fuisse concremata.

(Vers. 17.) *Deus enim dedit in corda eorum, ut faciant quod illi beneplacitum est; ut dent regnum suum bestia, donec consummentur verba Dei.* Deus dedit in corda eorum, id est, permisit ut faciant quod illi beneplacitum est, et quod prædictum est a prophetis ejus et apostolis, qui prædixerunt quod potestas Romani imperii ab eis gentibus esset destruenda. Regnum autem suum bestia dederunt, donec consummarentur verba Dei; quia secundum justissimi Dei permissionem tamdiu suggestiones diaboli in secleribus perpetrandis secuti sunt, quamdiu consummarentur verba Dei, id est, implerentur ea, quæ a Deo et sanctis ejus prædicta sunt.

(Vers. 18.) *Aquæ quas vidisti, ubi meretrix sedet, populi sunt et tribus et linguæ.* Per aquas omnes gentes, quas sibi Romam subjecerant, designantur.

(Vers. 19.) *Et mulier quam vidisti est civitas magna, quæ habet potestatem super cunctos reges terræ.* Hoc manifestum est; scimus enim Romanos eo tempore cunctis regibus terræ dominatos esse. Sed dicit

aliquis: Quomodo per mulierem meretricem Romanæ designantur, cum illis temporibus, quando gentes diversas clades generat humano intulerunt, Romani christiani existerint? Ad quod nos respondemus, quia per mulierem meretricem non electi, qui ex eadem gente fuerunt, intelliguntur, quique mundi gloriam pro amore gloriæ cœlestis contempserunt: sed reprobi, sive pagani, sive christiani fuerint. Illorum ergo potestas ab iis gentibus desolata est, qui impia dominatione genus humanum promebant.

CAPUT XVIII. — (Vers. 1.) *Post hæc vidi alium angelum descendentem de caelo, habentem potestatem magnam: et terra illuminata est a gloria ejus.* Hæc quæ sequuntur, generaliter ad ipsam civitatem, id est, ad omnes reprobos pertinent. Et ut plenius eversionem Babylonis demonstraret, ad primam ejus ruinam, qua per Christum eversa est, revertitur. Angelus namque iste Christum significat, qui de caelo ad terram descendere dignatus est, ut homines ad cœlestia sublevarat. Qui potestatem magnam habere dicitur; quia eandem potestatem habet quam et Pater; eo quod æqualis sit per omnia Patri. *Terra illuminata est a gloria ejus;* quia per doctrinam fidelis ejus genus humanum a tenebris ignorantia atque incredulitatis esse ereptum.

(Vers. 2.) *Et clamavit in forti voce, dicens. Vox Christi doctrina est Evangelii.* Quid autem hæc vox clamaverit, subdendo manifestat: *Cecidit, cecidit Babylon magna.* Dixisse Dei fecisse est; dixit enim cecidisse Babylonem, quia ipse fecit ut caderet: quæ bis cecidisse dicitur, quia cecidit primo, cum per doctrinam Evangelii maximam multitudinem electorum amisit, qui ab ea per fidem Christi præcisi, civitates sanctæ civitatis, id est, Ecclesiæ facti sunt: cadet secundo, cum in ultimo die morte perpetua, quæ in hoc libro mors secunda vocatur, punietur. *Et facta est habitatio dæmonum.* Numquid ante adventum Christi dæmones in Babylone non habitabant? Habitabant quidem, sed eorum habitatio ignorabatur: quando autem multitudo electorum ad fidem conversa est, Babylon habitatio dæmoniorum facta est; quia illi qui fidem Christi acceperunt, quod habitatio dæmoniorum in Babylone semper fuerit, veraciter cognoverunt. *Et custodia omnis spiritus immundi, et custodia omnis volucris immundæ et odibilis.* Qui sunt dæmones, ipsi sunt spiritus immundi, et volucres immundæ. Volucres quippe nominantur, eo quod per aerem istum more ventorum indesinenter discurrant: custodes vero Babylonicæ ideo vocantur: quia sicut angeli electos Dei custodiunt; ne tam pessime peccent, ut pereant: ita et dæmones impios observant, ne aliquando ab iniquitatibus suis resipiscant, et salventur.

(Vers. 3.) *Quia de vino iræ ejus biberunt omnes gentes, et reges terræ cum illa fornicati sunt, et mer-*

* Rom. edit. hic posuerat: *Et dixit mihi: Aquæ quas vidisti, ubi meretrix sedet, et alia quæ in mss. et Gill. edit. habentur proxime ante vers. 18.*

^b Ita mss.; edit. autem: *arma sumpserunt. Et desolatam illam fecerunt, et nudam. Quando omnes gentes, etc.*

calores terræ de virtute deliciarum ejus divites facti sunt. Quid sit vinum iræ, et quid fornicatio regum cum Babylone autem superius breviter diximus. Per mercatores terræ amatores sæculi possumus intelligere, qui animas suas pro acquisitione pecuniarum perditioni tradunt. De hujusmodi mercatoribus Jesus filius Sirach loquitur, dicens : *Hic enim animam suam venalem habuit; quoniam in vita sua projecit intima sua* (Eccl. xx, 40). Animam suam venalem habuit, qui eam pro acquisitione pecuniarum dæmonibus tradere non timuit; delicias vero virtutem Babylonis vocat; quia sicut electi tota virtute laborant, ut divitias cœlestes acquirant: ita et reprobi totis nisibus insistunt, ut divitias perituras sibi accumulent. De talibus dicit propheta : Ut inique agerent, laboraverunt (Jerem. ix, 5).

(Vers. 4.) *Et audivi aliam vocem de caelo dicentem.* Per cœlum in hoc loco Ecclesia designatur: vox de cœlo vox est prædicatorum de Ecclesia procedens. Sed quid dicit vox ista? *Exite de illa, popule meus.* Dominus per prædicatores suos suadet electis, ut exeant a Babylone, non corpore, sed mente. Quemadmodum autem a Babylone exire debeant, in sequentibus docet, dicens : *Et ne participes sitis deliciarum ejus;* illi enim a Babylone convenienter exeunt, qui a malis operibus ejus se alienos reddunt, sicut Psalmista de semetipso loquitur dicens : *Non sedi in conciliis vanitatis, et cum iniqua gerentibus non introiri* (Psal. xxv, 4).

Et de plagis ejus non accipiat. Quid sunt plagæ Babylonis, nisi vitia quæ animas interficiunt? Possumus etiam per plagas Babylonis pœnas, quæ impiis præparatæ sunt, intelligere, ut sit sensus : Si a sceleribus Babylonis abstinueritis, a pœnis quas in æternum patietur, alieni eritis.

(Vers. 5.) *Quoniam pervenerunt peccata ejus usque ad cœlum, et recordatus est Deus iniquitatum ejus.* Iniquitates Babylonis omnipotens Deus semper in tuetur: sed cum vindictam non exigit, videtur non videre quod videt. Per hoc ergo quod dicit, illud designat tempus, in quo omnes impii perpetua pœna plectentur.

(Vers. 16.) *Reddite illi, sicut ipsa reddidit vobis.* Præcipitur electis, ut reddant Babyloni, sicut illa ipsis reddidit, sive pro eo quod sancti Dei impios 566 judicabunt, sicut dicit Dominus in Evangelio : *In regeneratione cum sederit Filius hominis in sede majestatis suæ, sedebitis et vos super sedes duodecim, judicantes duodecim tribus Israel* (Math. xix, 28) : sive pro eo quod ipsi membra sunt ejus, cui judicandi potestas a Patre tradita est. Reddent itaque justi impiis mala, quæ ab eis passi sunt; cum Christus qui caput illorum est, et cujus membra ipsi sunt, eos perpetua pœna dampnabit. *Et duplicatè duplicia secundum opera ejus.* Dupliciter Babylou electos Dei persecuta est, quando corporibus et animabus

eorum multa mala ingessit. Dupliciter pœnas ipsa recipiet; quia cum animabus corpora cruciabantur: ipsaque duplicia duplicabuntur; quia pro pœnis temporalibus atque brevibus, quibus justos afflixit, pœnas æternas excipiet. *In poculo quod miscuit vobis, miscete ei duplum.* Per poculum tribulationes quas ab iniquis sancti passi sunt, possumus intelligere.

(Vers. 7.) *Quantum glorificavit se, et in deliciis fuit, tantum date illi tormentum et luctum.* Quantum glorificavit se, id est, in superbiam erexit, et omnibus vitiis se implicavit, tanta et ampliora tormenta excipiet. *Quia in corde suo dicit: Sedeo regina, et vidua non sum, et luctum non videbo.* Reginam se Babylou quodammodo vocat, cum se in prosperis hujus mundi extollit. Viduam non se esse dicit; quia a bonis temporalibus, quibus conjuncta est, et ex quibus luxuriam suam enutrit, non se posse disjungi confidit. Luctum non esse visuram dicit; quia impii, quamvis sciant se pro sceleribus suis esse puniendos, fingunt se non videre quod vident, memoriamque mortis a mente sua rejiciunt, ne tristitia cogitatio lætitiæ cordis eorum perturbet.

(Vers. 8.) *Ideo in una die venient plagæ ejus, mors, et luctus, et fames.* In die judicii mors perpetua illi veniet, quæ in hoc libro mors secunda vocatur. Luctus illi veniet, sicut Dominus dicit in Evangelio : *Ibi erit fletus, et stridor dentium* (Math. vii, 42). Fames illi veniet, id est, fames requiei; desiderabunt enim a pœnis requiescere, quas patientur, ad quam requiem nullo modo pervenient.

(Vers. 9, 10.) *Et igni comburatur; id est, igne æterno. Quoniam fortis est Dominus, qui judicabit illum. Et stabunt, et plangent se super illam reges terræ, qui cum illa fornicati sunt, et in deliciis vixerunt, cum viderint fumum incendiû ejus, longe stantes propter timorem tormentorum ejus, dicentes: Vae, vae, civitas illa Babylon, civitas illa fortis; quia in una hora venit judicium tuum! Quid sit fornicatio regum cum Babylone superius diximus: sed mirum valde est quod longe stare dicantur, cum in eisdem pœnis et ipsi sint demergendi, in quibus et cæteri reprobi, qui per Babylonem designantur, stabunt igitur longe mente et voluntate, non corpore; horrentes scelera sua, pro quibus æternaliter cruciabantur. Stabunt longe per desiderium, aliud desiderantes, id est, requiem; et aliud patientes, id est, tormenta æterna.*

(Vers. 11.) *Et negotiatores terræ flebunt et ingrebunt super illam; quoniam merces eorum nemo emet amplius.* Quia superius per mercatores terræ amatores sæculi diximus esse designatos, possumus in hoc loco per negotiatores eos accipere, qui bonum quod facere videntur, vendunt. Sunt namque multi, quibus legum sæcularium scientia data est, qui causas pauperum in judiciis portant: sed quia non pro amore Dei, sed pro præmiorum accceptionibus hoc

* Edit. et ms. Reg., non exerit; et edit. solæ, Per hoc quod dicit aliam vocem, illud designat, etc.: mss. vero nobis consentiant.

b Rom. edit., quoniam merces eorum; sed mss. ac Gill. hic et alibi constanter legunt, mercedes, mercedem, et similia.

faciunt, mercedem a Deo non recipiunt. In tantum A vero hæc miseria convaluit, ut vix invenias aliquem ex iis, qui locum habent apud principes, qui aliquod verbum ad proximi pauperis necessitatem sustentandam proferat sine præmii acceptione. Possumus et per negotiatores terræ, eos intelligere, qui ex bono quod faciunt, laudes ab hominibus requirunt. Possumus etiam et per eosdem, illos qui gradus ecclesiasticos vendunt intelligere: quod divina Scriptura valde condemnat. Et quamvis multi ex episcopis ab hoc scelere videantur immunes; ministri tamen eorum in hoc sæpe polluuntur: sed ad magistros respicit, quidquid a discipulis delinquitur. Est et aliud scelus valde pessimum, quod ab iis qui archidiaconi appellantur, committitur; nam ab adulteris presbyteris pretium accipiunt, et tacendo in malum consentiunt, quod per auctoritatem quam ab episcopis acceperunt, emendare possent. Sunt etiam alii ex huiusmodi presbyteris, qui timentes se damnari pro sceleribus suis, in servitiis archidiaconorum plus sunt assidui, quam cæteri: contra quos si quis aliquod verbum contrarium proferre voluerit, defenduntur ab eis; et fingunt se nescire quod sciunt, condemnanturque illa prophetica sententia, quæ dicit: *Væ qui dicitis malum bonum, et bonum malum; ponentes tenebras lucem, et lucem tenebras (Esai. v, 20)*! Ad te ergo loquor, qui talis es: ecce animam sacerdotis diabolo vendidisti. Quis enim suasit presbytero ut fornicaretur, nisi diabolus? Qui ergo suasit ut fornicaretur, ipse suasit ut pretium tibi daret, quatenus hoc scelus sine timore perpetrare posset. Per manum ergo presbyteri pretium perditionis animæ ipsius tibi diabolus dedit. Ecce pretium accepisti, et animam fratris, Christi sanguine redemptam, eidem diabolo a quo redempta est, tradidisti. In Lege scriptum est quod si quis hominem qui frater ejus esset, vendidisset, morte moreretur (*Exod. xxi, 16*): si igitur reus est ille, qui hominem homini vendit; quanto magis tu reus existis qui hominem Christi sanguine redemptum non homini, sed quod perniciosius est, diabolo vendidisti! Tales ergo negotiatores flebunt et lugebunt in inferno, quoniam mercedes eorum nemo emet amplius; amittent enim quod tenere videbantur, et incident in malum, quod prævidere neglexerunt.

(Vers. 12, 13, 14). *Mercedem auri, et argenti, et lapidis pretiosi, et margaritæ, et byssi, et purpuræ, et serici, et cocci, et omne lignum thynum, et omnia vasa eboris, et omnia vasa de lapide pretioso, et æramento, et ferro, et marmore, et cinnamomo, et odoramentorum, et unguenti, et thuris, et vini, et olei, et similæ, et tritici, et jumentorum, et ovium, et equorum, et rhedarum, et mancipiorum, et animarum hominum: et poma tua desideria animæ tuæ discesserunt a te, et omnia pingua et præclara perierunt a te, et amplius illa non invenient mercatores horum.* In omnibus quæ enumerata sunt, avaritia Babylonis atque luxuria condem-

natur. Nam et in iudicio Dominus non dicet reprobis: **567** *Ite maledicti in ignem æternum; quia homicidæ fuistis, superbi, fornicatores, adulteri; sed dicit: Esurivi, et non dedistis mihi manducare: sitivi, et non dedistis mihi bibere; et cætera misericordiæ opera, a quibus avaritia retrahit reprobos, ne misericordes sint erga pauperes. Avaritia quippe nutrix est luxuriæ: nutrimenta autem luxuriæ in hoc loco descripta sunt, quibus ab avaritia nutritur. Et si diligenter inspicere voluerimus, inveniemus omnia quæ in hoc loco ad avaritiam, sive luxuriam Babylonis demonstrandam enumerata sunt, ad quinque corporis sensus pertinere. Quinque enim sunt corporis sensus, id est, visus, auditus, gustus, odoratus, et tactus, quos Deus hominibus et animalibus dedit; B animalibus ad vitam suam tantummodo tuendam, hominibus autem et ad vitam tuendam, et ut per eos ratio animam quæ illi commissa est, per viam rectitudinis posset ducere. Iusti itaque qui per hos quinque corporis sensus secundum rationis rectitudinem incedere studuerunt, amicitiam sibi Dei omnipotentis acquisierunt: impii vero qui rationis bonum in malum pervertentes, hos corporis sensus luxuriæ, et cæteris vitiis servire coegerunt, iram nihilominus iusti iudicis incurrerunt. Igitur si ea quæ in sequentibus scripta sunt, vocem scilicet citharæcedorum et musicorum, et tibia canentium et tuba, cum iis conjugere volueris; invenies omnes divitias Babylonis, quæ hic descriptæ sunt, ad quinque corporis sensus, ut supra diximus, pertinere. Aurum namque, et argentum, et lapides pretiosi, et margaritæ, ad visum: C byssus, et purpura, et coccus, et cætera, ad tactum: cinnamomum, et odoramenta, et unguenta, et thus, ad odoratum: vinum, oleum, similæ, triticum, et cætera, ad gustum: vox citharæcedorum, et musicorum, et tibia canentium, ad auditum pertinent. Damnatio ergo Babylonis, sicut hæc Scriptura demonstrat, maxime in divitiis consistit; eo quod divitiæ nutrimenta sint vitiorum, et ex quibus avaritia, quæ modo regina mundi dici potest, luxuriam filiam suam alit.*

(Vers. 15, 16, 17.) *Qui divites facti sunt, ab ea longe stabunt propter timorem tormentorum ejus, flentes et lugentes, et dicentes: Væ, væ, civitas illa magna, quæ amicta erat bysso et purpura, et cocco, et inaurata, auro, et lapide pretioso, et margaritis; quoniam una hora destitutæ sunt tantæ divitiæ! Quod divites Babylonis longe stare dicantur, secundum sensum superiorem, quem de regibus diximus, intelligendum est.*

(Vers. 18, 19.) *Et omnis gubernator, et omnes^a qui in lacum navigant, et nautæ qui in mari operantur, longe steterunt, et clamaverunt, videntes locum incendii ejus, dicentes: Quæ similis civitati huic magnæ? Et miserunt pulverem super capita sua, flentes et lugentes, et dicentes: Væ, væ, civitas illa magna, in qua divites facti sunt omnes, qui habent naves in mari de*

^a Omnes edit., qui à longe navigant; codex Gem., qui in locum navigant; Sag. et Reg.; qui in lacum, etc.

pretiis ejus; quoniam una hora desolata est! Possumus per mare hoc sæculum : per gubernatores vero principes iniquos intelligere : per eos autem qui de loco ad locum navigant, et per nautas qui in mari operantur, eos qui diversa officia ad deprædationes pauperum, et ad peccata sua quotidie augenda in mundo exercent. Isti ergo flebunt et lugebunt, videntes locum incendii Babylonis; ipsi namque erunt Babylon, et ipsi lugebunt et flebunt. Videbunt autem incendia Babylonis, quia sua incendia perferendo videbunt, quæ mente in sæculo positi, conspiciere neglexerunt, ut se corrigerent. Qui etiam cinerem super capita sua misisse dicuntur; nam sæpe per caput mens, per cineres peccata designantur. Cinerem itaque super capita sua ponent; quia memoria peccatorum a mentibus eorum numquam recedet.

(Vers. 20.) *Exsulta super eam, cælum, et sancti apostoli et prophetæ; quia judicavit Deus judicium vestrum de illa.* Possumus per cælum angelos, per apostolos novi Testamenti patres, per prophetas autem patres veteris Testamenti intelligere. Exsultabunt igitur, cum destructa fuerit omnis caterva impiorum cum ipsis dæmonibus auctoribus iniquitatum. Exsultabunt etiam, eo quod tunc finem acceptura sit omnis malitia, ^a et adducetur justitia sempiterna.

(Vers. 21.) *Et sustulit unus angelus fortis lapidem quasi molarem magnum, et misit in mare dicens: Hoc impetu mittetur Babylon magna, et ultra non invenietur.* Iste angelus Christum significat, qui fortis esse dicitur; quia fortitudinem Christi quanta sit, humana mens comprehendere non potest: per lapidem vero molarem magnum omnis multitudo impiorum designatur: mare autem infernum designat, in quo omnes impii demergentur. Angelus igitur lapidem molarem in mare misit; quia Dominus noster Jesus Christus in die judicii omnem impiorum multitudinem suo justo judicio in infernum demerget.

(Vers. 22, 23.) *Et vox citharædorum, et musicorum, et tibia canentium et tuba, non audietur in te amplius. Hoc superius commemoratum est. Et omnis artifex, et omnis ars non invenietur in te amplius, et vox molæ non audietur in te amplius, et lux lucernæ non lucebit in te amplius, et vox sponsi et sponsæ non audietur in te adhuc.* Quærendum nobis est: quæ artes, et vocem molæ, et lumen lucernæ, et vocem sponsi et sponsæ inter scelera Babylonis computet; cum ista omnia sine culpa exerceri possint, et sine istis vita humana subsistere non possit. Spiritualiter itaque ista omnia intelligenda sunt. Possumus ergo per artes sapientiam hujus sæculi, quæ stultitia est apud Deum (I Cor. 11, 19), intelligere, quas artifices maligni et filii Babylonis ad hoc discunt, ut in malitia Babylonis possint proficere; sapientes enim sunt ut faciant mala, bene autem facere nescierunt (Jerem. 17, 22). Mola vero quidquid sub se

A acceperit, conterit et comminuit: possumus igitur per molam judices impios accipere. Vocem ergo mola mittit, cum judices impii judicia injusta ad contemendos innocentes proferunt. Per lumen vero lucernæ, hujus sæculi gloria designatur: de hac lucerna dicit Scriptura: *Lucerna impiorum exstinguetur* (Prov. 21, 20). Lucerna quippe impiorum exstinguitur, cum ab hac vita subtracti, gaudium temporale amittunt, et æternam tristitiam incurrunt. Possumus nihilominus per sponsam amatores sæculi, per sponsam vero terram intelligere; quia sicut amor sponsam et sponsam ligat, ut una caro efficiantur: ita et amor sæculi amatores suos sic terræ conjungit, ut unum cum ea efficiantur, a qua, si fieri posset, in perpetuum segregari nollent. Tales ergo ^b artifices in Babylone non audientur amplius; quia cum ea in perpetuum damnabuntur.

Quia mercatores tui erant principes terræ. Habet Ecclesia mercatores suos, habet et Babylon: mercatores Ecclesiæ thesauros suos in cælo recondunt, ubi fures non effodiunt, nec furantur (Matt. 6, 19); mercatores vero Babylonis thesauros suos in terra recondunt, ubi fures effodiunt et furantur. *Et in veneficiis tuis erraverunt omnes gentes. Veneficia Babylonis sunt diversi errores, per quos genus humanum deceptum est.*

(Vers. 24.) *Et in ea sanguis prophetarum et sanctorum inventus est, et omnium qui interfecti sunt in terra.* Sanguis sanctorum in ea inventus est, id est, scelus interfectionis sanctorum, sicut Dominus dicit impiis Judæis sub intellectu omnium reproborum: *Veniet, inquit, super vos omnis sanguis justus, qui effusus est super terram* (Matth. 23, 35).

CAPUT XIX. — (Vers. 1-8.) *Et audivi quasi vocem magnam tubarum multarum in cælo dicentium: Alleluia, salus, et gloria, et virtus Deo nostro est, quia vera et justa judicia ejus sunt; quia judicavit de meretrice magna, quæ corrupit terram in prostitutione sua et vindicavit sanguinem sanctorum suorum de manu ejus. Et iterum dixerunt: Alleluia; et fumus ejus ascendit in sæcula sæculorum. Et viginti quatuor seniores ceciderunt in facies suas, et quatuor animalia, et adoraverunt Deum sedentem super thronum dicentes: Amen, alleluia. Et vox magna exiit de throno, dicens: Laudem dicite Deo nostro, omnes sancti ejus, et qui timetis eum, pusilli et magni. Et audivi quasi vocem tubæ magnæ, et quasi vocem aquarum multarum, et quasi vocem tonitruorum magnorum, dicentium: Alleluia, quoniam regnavit Dominus Deus noster omnipotens: gaudeamus, et exultemus, et demus gloriam ei; quia venerunt nuptiæ Agni, et uxor ejus præparavit se. Et datum est ei ut operiat se byssino splendente candido: byssinum enim justificationes sunt sanctorum.*

Totam sententiam posui, ut undique circumspecta ejus subtilitas facilius indagari possit. A septem namque vocibus quinque alleluia decantata

^a Ita mss.; edit. è contrario, et adducuntur justii ad gaudia sempiterna.

esse legitur; prima et secundo a voce tubarum multarum; tertio a viginti quatuor senioribus, et quatuor animalibus; quarto a voce de throno exiit non iam alleluia, sed ejus interpretatio decantata est, id est: *Laudem dicite Deo nostro omnes sancti ejus*; alleluia quingde laudate Dominum sonat. Quinto vero a tribus vocibus semel decantata est, id est, a voce tubæ magnæ, et a voce aquarum multarum, et a voce tonitruorum magnorum. Scriptura libri hujus sæpe demonstrat omnem electorum multitudinem in septem partes esse dividendam, et ejus intelligentia subtilium perscrutetur. Justi itaque qui ante diluvium fuerunt, ad primam partem: illi qui post diluvium usquequo Lex data est, ad secundam pertinent, sicut sæpe jam demonstravimus; nullamque aliam legem habuerunt, nisi naturalem, id est, dilectionem Dei et proximi. Scit enim unusquisque se debere timere, et super omnia diligere eum, a quo creatus est, et a quo ei vita et vitæ subsidia ministrantur: et nulli se debere facere, quod non vult ab alio pati. Hæc legem, nullus qui sanæ mentis est, ignorare permittitur. Per tubas igitur multas electi qui ante diluvium fuerunt, et qui post diluvium usque ad illud tempus quo Lex data est, designantur. Vocem emiserunt, quia per prædicationis suæ doctrinam, quoscumque potuerunt, a suis erroribus revocaverunt; alleluia decantaverunt; quia secundum naturalis legis utilitatem per bona opera Deo placere studuerunt; secundo alleluia dixerunt, quia hi qui post diluvium fuerunt, secundum eandem legem viventes, creatori suo juste viventes adhaeserunt. Sed querendum nobis est, cur in pronuntiatione secunda alleluia fumus Babylonis in sæcula sæculorum ascendisse dicatur. Potest per fumum fama designari. Scimus quia in secunda parte Noe et filii ejus primi ponuntur, quorum temporibus aqua diluvii humanum genus deletum est. Postea vero Sodoma et Gomorrha, et ceteræ civitates quæ eis adhaerebant, celesti igne consumptæ sunt. Fumus ergo Babylonis in sæcula sæculorum ascendit, quia hæc fama ab ore fidelium nunquam recedet.

At vero per viginti quatuor seniores, patres qui sub Lege fuerunt designantur. Quibus conjugatur quatuor animalia, per quæ novum Testamentum figuratur; quia in veteri Testamento si spiritaliter intelligatur, novum continetur. Alleluia decantaverunt; quia mandata legalia observantes, per bona opera Deo placere studuerunt. Per thronum autem prophetas designantur, eo quod sedes Dei fuerit, et per eos sua judicia diapsuerit. A throno vox exiit; quia a prophetis prædicationis sanctæ processit. Laudem Deo decantaverunt; quia ei tota virtute servire studuerunt. Tubæ vero magna Christum significant; vox tubæ prædicationis est Evangelii; per vocem autem aquarum multarum multitudo gentium Christum confitentium designatur: per vocem vero tonitruorum magnorum electi qui in fine mundi nascuntur

suoi, intelliguntur: et jure per tonitrua; quia terrorem dei judicii annuntiant. Tres ergo voces semel alleluia decantaverunt; quia fidem sanctæ Trinitatis doctrinamque Evangelii, quæ a magno tubæ, id est, a Christo processit, servaverunt, et servabant usque in finem. Duæ igitur partes, id est, prima et secunda, ad legem quam naturalem esse diximus, pertinent: duæ quæ sequuntur, id est, tertia et quarta, ad legem quæ per Moysen data est; tres autem quæ restant, id est, quinta et sexta, et septima, ad legem Evangelii; ut indicent eos in fide sanctæ Trinitatis usque ad finem mundi permanere debere.

Quid autem istæ tres partes decantent, audiamus: *Alleluia, quoniam ragnavit Dominus Deus noster omnipotens*; id est, laudamus Dominum; eo quod destructo regno diaboli perditoris nostri, ipse in nobis regnare dignatur, qui est Dominus et Salvator pater. *Gaudeamus et exultemus, et demus gloriam ei; quia venerunt nuptiæ Agni, et uxor ejus præparavit se.* Ideo gaudeamus, ideo exultemus, eo quod misericordia conditoris nostri Ecclesiam suam, quæ sumus nos, ita sibi conjungere sit dignatus, ut sponsa conjungitur sponso suo; **569** quatenus sippus eum ipse una caro, sicut dicit Scriptura: *Erunt duo in carne una* (Gen. ii, 24; Ephes. v, 32): quod apostolus de Christo et Ecclesia intelligendum esse docuit. Uxor ejus præparavit se, id est, Ecclesia quæ uxor Agni dicitur, variis virtutibus semetipsam ornavit. *Et datum est illi ut aperiat se byssino splendenti candido.* Quid byssus significet, ipse exponit: *Byssum enim justificationes sunt sanctorum.*

(Vers. 9.) *Et dixit mihi: Scribe, beati qui ad cenam nuptiarum Agni vocati sunt.* Prandium electorum nunc est, quando in Ecclesia dapibus evangelicis pascuntur: cena vero tunc erit, quando post resurrectionem in celesti beatitudine æterna gloria parturuntur. Et quia prandium quod nunc agitur, et bonos et malos recipit, non omnes beati sunt, qui in eo videntur recumbere: illi autem soli beati sunt, qui in illa cena, quæ post finem mundi futura est, recipientur.

(Vers. 10.) *Et dixit mihi: Hæc verba Dei, vera sunt. Et cecidi ante pedes ejus, ut adorarem eum. Et dixit mihi: Vide ne feceris; conservus tuus sum, et fratrum tuarum habentium testimonium Jesu: Deum adora.* Redemptio sanguinis Christi hoc fidelibus contulit, ut filii Dei, sociique angelorum efficerentur; ideoque pertimescit angelus adorari ab homine, qui super se adorabat hominem Deum: quapropter conservus et Joannis, ceterorumque fidelium vocat. Testimonium Jesu est spiritus prophetie; patres autem veteris Testamenti, qui adventum Christi, passionem et resurrectionem ejus prædixerunt, spiritum prophetie habuisse certissimum est, unde et prophetæ vocantur. Quicunque ergo testimonium Christo perhibet, spiritum prophetie habet.

(Vers. 11.) *Et vidi cœlum apertum, et ecce equus*

^a Edit. et ms. Reg., esse divisam; edit. addunt: si ejus subtilitas vel intelligentia perscrutetur; alii ms. melius, ut nos in textu.

aliqua, et qui sedebat super eum vocabatur fidelis et verax. Nullo modo zeligare debemus quod hoc capitulum ad adventum Christi pertineat, in quo ad iudicium venturus est; sed potius ad electos, qui in fine mundi nascituri sunt; sine etenim mundi instantia, veniet Dominus in sanctis suis, ut pugnet per ipsos contra Antichristum, et ministros eius. Et qualis a sanctis illis prædicabitur, talis et forma ejus in hoc loco describitur; nam per eolum Ecclesia designatur: per equum album homo, quem Filius Dei assumpsit, super quem et sedisse visus est. Qui etiam fidelis et verax vocari dicitur. Hæc duo nomina, id est fidelis et verax, unum sensum habent in hoc loco. Recte Filius Dei fidelis vocatur, de quo dicit Psalmista: *Fidelis Dominus in omnibus verbis suis, et sanctus in omnibus operibus tuis* (Psal. cxlv, 13). Veracem vero seipsum in Evangelio vocat dicens: *Ego sum vita, et veritas, et vita* (Joan. xiv, 6). Sequitur: *Et cum initiatio iudicat et pugnat*. Non armis Deus in die iudicii contra impios dimiturus est, sed ejus iustitia expugnantur et conterentur; omnia enim peccata impiorum atque scelera in conspectu eorum adducet Dominus, ut sciant se iustissimo Dei iudicio esse damnatos.

(Vers. 12.) *Oculi ejus sicut flamma ignis, et in capite suo diademata multa*. Per oculos Domini Spiritus Dei designatur, sicut in tertia visione auctoris hujus libri exposuit: *Habebat, inquit, Agnus oculos septem, qui sunt septem spiritus Dei, missi in omnem terram*. Et quia flamma urit et illuminat, non inaequenter Spiritus sanctus flammeus esse dicitur; eo quod corda fidelium et illuminet et incendat in amore Dei. *Et in capite ejus diademata multa*. Per diademata multa multitudo sanctorum exprimitur. *Habens nomen scriptum, quod nemo novit, nisi ipse*. Cum superius dicat quia vocabatur fidelis et verax, et paulo post quia vocabatur nomen ejus Verbum Dei; quid est quod dicit quod nemo scit nomen ejus, nisi ipse? Sciunt quidem sancti Dei nomen Christi, quod est Filius Dei, et percipiunt. Ex parte quippe sciunt, et ex parte nesciunt; in omnibus enim creaturis quæ gignunt et gignantur, nullus filius coævus potest esse patri; quia necesse est ut antecedat qui generat, et subsequatur qui generatur; sed non talis est natura Filii Dei; nam et quemadmodum Pater est sine initio, sic et Filius. Et quamvis hoc quomodo fieri possit, considerare non possumus; in veritate tamen credimus et confitemur Filium per omnia æqualem et coævum esse Patri. De hac ejus generatione propheta loquitur dicens: *Generationem ejus quis enarrabit* (Esa. xlv, 8)?

(Vers. 13.) *Et vestitus erat veste asperam sanguinis: et vocabatur nomen ejus Verbum Dei*. Possimus per vestem corpus Christi; per sanguinem vero peccata nostra, pro quibus mortuus est ipse, sive ipsam mortem quam portavit pro nobis, intelligere. Sed quia peccata electorum suorum moriendo delevit, et ip-

sa sua mortem restergendo calcavit, sicut dicit apostolus Paulus: *Christus resurgens a mortuis jam non moritur, more illi ultra non dominabitur* (Rom. vi, 9); melius mihi videtur ut per vestem Christi multitudinem sanctorum intelligamus, qui sunt membra ejus: per guttas autem sanguinis, quibus vestis aspersa esse legitur, martyres designantur, qui pro amore Christi sanguinem fundere non dubitaverunt; itaque vestem Christi, quæ ex angelis et sanctis hominibus constat, in illa castæ beatitudine suo splendore exornant.

(Vers. 14.) *Et exercitus qui sunt in caelo, sedebant eum in equis albis, vestiti byssino albo mundo*. Diximus superius quia quælibet Christus a sanctis in fine mundi prædicabitur, talis et figura ejus hoc in loco describitur. Per eolum ergo in hoc loco Ecclesia: per exercitus qui de caelo processisse Christum sequentes visi sunt, sancti qui in fine mundi nascituri, et contra Antichristum pugnaturi sunt, intelliguntur: per equos autem corpora: per sessores vero equorum animas designantur. Albos igitur equos habuisse visi sunt, quia se mundos et mitidos, in quantum humana fragilitas permittit, exhibebunt in conspectu Dei. Quid sit vero byssinum, superius exponit: *Byssinum, inquit, justificationes sunt sanctorum*.

(Vers. 16.) *Et habebat in vestimento et in femore suo scriptum: Rex regum, et Dominus dominantium*. Per vestimentum, sicut superius diximus, sancti: per femur autem ex quo humana origo procedere dicitur, homo quem Christus assumpsit, designatur. In vestimento itaque suo quod ipse sit Rex regum, scriptum habebat: quia in operibus sanctorum agnoscitur hunc esse verum Deum, qui tales servos possidet. Habet et in femore suo scriptum quod ipse sit Rex regum et Dominus dominantium; quia in operibus quæ in carne passus gessit, cognitum est hunc esse verum Dei Filium. Possimus etiam per femur patres veteris Testamenti, ex quorum stirpe Christus originem duxit, intelligere: qui et ipsum præfiguraverunt, et quod ipse futurus esset Rex regum et Dominus dominantium, apertis verbis prædixerunt.

(Vers. 15.) *Et de ore ejus gladius acutus eribat*. Possimus per os Domini eandem prædicatores, de quibus diximus, qui in fine mundi nascituri sunt, accipere, per quorum os loquetur Deus, sicut ipse dixit in Evangelio: *Non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis* (Matth. x, 20). Et ipse dicit per prophetam: *Si separaveris pretium a tili, quas os meum eris* (Jerem. xv, 19). Per gladium vero divinam Scripturam, sicut superius diximus, intelligere debemus, sicut dicit apostolus Paulus: *Et gladium spiritus, quod est verbum Dei* (Ephes. vi, 17). Qui acutus esse dicitur; quia ad resacanda vitia, divina Scriptura acutissima est. Ut in ipse percutiat gentes. Percutiet Christus gladio suo gentes, quando per doctrinam sanctorum suorum

^a Filius Dei in edit. desideratur.

^b Edit. et ms. Reg., Spiritus sanctus; castori ms., Spiritus Dei.

^c Ita mss.; edit. vero, superius expositum est. Byssinum igitur justificationes, etc.

^a hominum stultorum errores destruet. *Et ipse reget eas in virga ferrea : et tamquam vas figuli confringentur.* Per virgam ferream Evangelium diximus fuisse designatum ; reget ergo Christus gentes in virga ferrea, quando per doctrinam sanctorum et Judæos ad fidem suam convertet, et electos ab erroribus Antichristi defendet. *Et tamquam vas fictile confringentur.* Quamdiu quilibet in peccatis jacet, recte vas fictile vocatur : cum autem per pœnitentiam et lacrymas ad bona opera agenda conversus fuerit, confringitur vas fictile, et ex vase fictili efficitur vas solidum et firmum, et ad ictus tentationum dæmonum fortissimum. *Et ipse calcabit torcular vini furoris iræ Dei omnipotentis.* Esaias cum de passione Domini loqueretur interposuit Dominum dicentem : *Torcular calcavi solus ; et de gentibus non est vir mecum (Esai. LXIII, 3).* Sed ibi per torcular crux Domini intelligitur ; hic vero non crux, sed locus pœnarum, in quem impii retrudendi sunt, designatur. Eamdem quippe significationem habet torcular in hoc loco, quam et lacum superius diximus habuisse, in quem botri vineæ terræ, per quos impii designantur demersi fuisse leguntur. Sed et ipsa calcatio torcularis eandem significationem habet, quam et illic calcationem lacus habuisse diximus ; significat namque ultimam demersionem impiorum in infernum. Quid vero sit vinum furoris iræ Dei omnipotentis, superius diximus (Ad cap. 14).

(Vers. 17.) *Et vidi alium angelum stantem in sole, et clamavit voce magna omnibus avibus, quæ volabant per medium cælum.* Iste angelus prædicatores qui in fine mundi futuri sunt, significat : qui etiam et per equites paulo superius designati sunt : per solem vero Christum intelligere debemus. Angelus igitur in sole stetit ; quia prædicatores sancti in Christo ita solidabuntur, ut ab ejus fide nulla vi persecutionum avelli possint. Per aves autem fideles omnes, qui, eo tempore futuri sunt, designantur : per cælum volabunt, quia in terris positi, mente in cœlestibus habitabunt. Possumus nihilominus per cælum Ecclesiam intelligere. Per cælum sancti volant : quia duas alas habentes, id est, duo præcepta charitatis, circumquaque volant, quibusdam misericordiam impendendo, quosdam ab iniquitatibus revocando.

(Vers. 18.) *Venite, congregamini ad cœnam magnam Dei omnipotentis, ut manducetis carnes regum, et carnes tribunorum, et carnes fortium, et carnes eorum, et sedentium in ipsis, et carnes liberorum et servorum, et pusillorum et magnorum.* Qui designantur per reges et principes, liberos et servos, cæterosque, ipsi per equos, eorumque ascensores, principes scilicet terræ, ac populi qui eis subjiciuntur. Cœna vero Dei quid aliud est, nisi exterminatio impiorum ? Carnes autem impiorum justi manducabunt, cum vindictam ex malis quæ eis intulerunt, excipient. Et quia justi videntes pœnam impiorum,

in bonis operibus proficiunt, sicut dicit Psalmista : *Lætabitur justus, cum viderit vindictam, manus suas lavabit in sanguine peccatoris (Psal. LVII, 11).*

(Vers. 19.) *Et vidi bestiam, et reges terræ, et exercitus eorum congregatos ad faciendum prælium cum illo, qui sedebat in equo, et cum exercitu ejus.* Hic demonstrat non ad adventum Domini secundum ea, quæ superius dicta sunt, pertinere : sed potius ad illud tempus, in quo per sanctos suos contra Antichristum præliaturus est, sicut jam diximus. Congregabuntur namque bestię, et reges terræ, et exercitus eorum, ut pugnent contra Christum et sanctos ejus ; quando Antichristus et innumerabilis multitudo gentium quæ ab eo decipientur, ad persequendam Ecclesiam Dei exsurgent ; ut nomen Christi de mundo funditus extinguant.

(Vers. 20, 21.) *Et apprehensa est bestia, et pseudopropheta, qui fecit signa coram ipsa, quibus seduxit eos, qui acceperunt characterem bestię, et qui adoraverunt imaginem ejus : vivi missi sunt ii duo in stagnum ignis ardentis sulphure, et cæteri occisi sunt in gladio sedentis super equum, qui procedebat de ore ipsius, et omnes oves saturatæ sunt de carnibus eorum.* Apprehendentur bestia et pseudopropheta ejus, quando illud implebitur, quod apostolus Paulus ait : *Quem Dominus Jesus interficiet spiritu oris sui, et destruet illustratione adventus sui (II Thess. II, 8).* Si Antichristus spiritu oris Domini interficiendus est, quomodo ipse et pseudopropheta ejus in stagnum ignis vivi mittendi sunt ? Est vita justorum, est et impiorum. De vita justorum ^b dicit propheta, quia *justus in fide sua vivet (Habac. II, 4)* ; de vidua vero mala dicit Paulus, quia *vivens mortua est (II Tim. V, 6).* Vitam namque impiorum justus non incongrue mortem vocant : similiter et impii vitam justorum mortem æstimant, sicut in judicio dicturi sunt : *Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum, et in similitudinem insipientiæ, nos insensati vitam illorum estimabamus insaniam, et finem illorum sine honore (Sap. V, 4).* Antichristus ergo et pseudopropheta ejus vivi missi sunt in stagnum ignis, id est, in malitia sua vivi, in ea videlicet usque in finem vitæ suæ perseverantes. Quod autem dicit quia cæteri occisi sunt in gladio sedentis super equum, interfectionem istam pro confusione posuit ; nam **571** sancii, quorum doctrina per gladium oris Domini designatur, interfecto Antichristo, insultabunt infidelibus, eo quod hominem impiissimum, atque omnibus hominibus deteriore Antichristum, immortalem, deumque existimaverint, quem constabit pessima morte preceptum : at illi confundentur et tabescent in iniquitatibus suis. Omnes ergo aves saturatæ sunt de carnibus eorum ; quia subverso Antichristo, omnes electi inenarrabiliter gaudebunt et exsultabunt, eo quod a tam pessimo hoste misericordia divina eos liberaverit, omnesque qui eos persequerentur, velut fumus evanuerint.

^a Omnes edit., hominum infidelium ; omnes mss., hominum stultorum.

^b Sic omnes mss. ; at edit. è contrario, dicit pro-

pheta, quia justus in fide vivit ; de vita vero mala dicit Paulus, quia vidua male vivens mortua est.

CAPUT. XX.—(Vers. 1.) *Et vidi angelum descendentem de caelo, habentem clavem abyssi, et catenam magnam in manu sua.* Damnationem diaboli narrare volens, ad adventum Christi revertitur. Tres namque sunt damnationes diaboli: damnatus est primo, quando de caelesti beatitudine propter iniquitatem suam est dejectus: secunda damnatio ejus fuit, de qua auctor libri hujus loqui modo incipit; quando per mortem Christi genus humanum de potestate ejus ereptum est, et ipse, sicut praesens scriptura demonstrat, in abyssum est ^a religatus: tertia damnatio ejus erit, quando in infernum cum omnibus impiis in aeternum cruciandus demergetur. Angelus itaque iste Christum significat: descensio ejus de caelo est incarnatio ejus. Clavem abyssi, id est, inferni, ipse possidet; quia ab ingressu ejus quos vult, retrahit; et quos vult, in ejus damnationem cadere juste permittit. Per catenam vero magnam ejus potestas designatur.

(Vers. 2.) *Et apprehendit draconem, serpentem antiquum, qui vocatur diabolus et satanas, et religavit eum per annos mille.* Apprehendit Christus serpentem antiquum, id est, diabolum, quando per mortem suam ejus destruxit imperium: per annos autem mille omne tempus ab adventu Christi usque ad finem mundi debemus accipere. Religavit ergo Christus diabolum non vinculis corporeis, sed vinculis potestatis suae immensae; quia eum a cordibus electorum suorum expellens, ab eorum deceptione divina sua virtute exclusum tenet.

(Vers. 3.) *Et misit eum in abyssum, et clausit, et signavit super eum; ut non seducat simplicius gentes, donec consummentur mille anni: post haec oportet illum solvi modico tempore.* Alligationem diaboli tribus modis possumus intelligere; possumus namque hoc simpliciter intelligere, ut virtute Dei omnipotentis in abysso religatus teneatur usque ad tempus praefinitum: possumus etiam per abyssum corda impiorum intelligere, ut a cordibus electorum exclusus, intra angustias cordium reproborum constrictus et alligatus teneatur: possumus et hoc tertio modo intelligere. Diabolus nihil aliud desiderat, quam deceptionem hominum: et dum per custodiam Dei omnipotentis, qui electos suos custodire et defendere non desistit, ab eorum deceptione arcetur, quasi quibusdam vinculis ejus impiissima voluntas religata tenetur. Per gentes vero quas seducere non permittitur, solos electos debemus intelligere: tempus modicum, quo post mille annos solvendus esse dicitur, tempus Antichristi est; tunc enim peccatis hominum facientibus, dabitur potestas diabolo tota virtute contra genus humanum dimicandi.

(Vers. 4.) *Et vidi sedes: et sederunt super eas, et judicium datum est illis.* Quia superius narravit, quo ordine misericordia divina quotidie electos suos ab immanissimo hoste diabolo liberet, consequens est ut gloria ad quam eorum animae quotidie perducuntur, describatur; per sedes namque caelestis patria, per

^a Pro *religatus* quidam codices scribunt *relegatus*; sed haec duae voces facile in mss. commutantur.

sedentes vero super eas sanctorum animae designantur: quod autem iudicium datum sit sanctis, quorum animae in caelesti beatitudine requiescunt; in hoc advertere possumus, cum ad eorum sepulcra daemonia ab obsessis corporibus expelli, perjuria saepe detegi, atque multa miracula fieri videmus. Et animas interfectorum propter verbum Dei, et testimonium Jesu: et qui non adoraverunt bestiam et imaginem ejus, nec acceperunt characterem ejus in frontibus aut in manibus suis, vixerunt et regnaverunt cum Christo mille annis. Per animas interfectorum propter verbum Dei, et testimonium Jesu martyres, qui diversis temporibus interfecti sunt, possumus accipere: per eas vero quae non adoraverunt bestiam et imaginem ejus, eos qui ab Antichristo interficiendi sunt, puto esse intelligendos. Isti ergo *vixerunt et regnaverunt cum Christo mille annis*; quia quamvis corpore sint interfecti, secundum animam tamen vivunt cum Christo in caelesti beatitudine. Sed quaerendum nobis est quomodo electi qui instante fine mundi nascituri sunt, cum Christo mille annis regnare dicantur; cum tempus mille annorum non ad futurum tempus, quod sine fine est, sed ad praesens potius pertineat, quod in fine mundi consummabitur, et in quo fides Evangelii per universum orbem florens, electos quotidie ad vitam aeternam percipiendam dirigit. Quod ita solvendum puto. Tempus ab ascensione Christi usque ad finem mundi, quod per mille annos designatur, omnibus electis deputatum est, ut in eo sine corporibus gloria caelesti cum Domino perfruantur: et scimus quia omnes electi membra Christi sunt, et ex multis membris unum corpus efficitur; et si gloriatur unum membrum, congaudent omnia membra. Gaudium igitur praecedentium sanctorum, illorum nihilominus erit, qui in fine mundi nascituri sunt, quia unum corpus efficientur cum eis, et in aliis possidebunt, quod ipsis deerit.

(Vers. 5.) *Ceteri vero non vixerunt, donec consummentur mille anni.* Ceteri autem, id est, reprobi, non vixerunt; quia post mortem non ad vitam ducuntur, quae in caelestibus sanctorum animalibus datur: sed in infernum demerguntur, quae in hoc libro ^b mors prima vocatur.

(Vers. 6.) *Haec est resurrectio prima. Beatus qui habet partem in resurrectione prima, in iis secunda mors non habet potestatem.* Quaerendum nobis est, quae sit resurrectio prima; nam primam resurrectionem non diceret, nisi esset et secunda: nec secundam mortem, nisi esset et prima. Resurgimus itaque primo per baptismum a morte animae: sed quia dicit beatos esse eos, qui habent partem in resurrectione prima, non mihi de baptismo hoc dictum videtur; eo quod non omnes beati sint, qui per baptismum a morte animae resurgere videntur; eo quod nonnulli **572** post baptismum ipsi sibi peccando mortem attrahunt, mentiendo quae in eo promiserunt, atque in suis malis perseverando. Sunt etiam nonnulli qui post perpetra-

^b Rom. edit. et Reg. ms., *mors secunda vocatur... Beatus et sanctus, qui habet, etc.*

tionem scelerum, quibus sibi mortem intulerant, ad vitam per poenitentiam et lacrymas, ceteraque bona opera redeunt, de quibus Apostolus loquitur dicens: *Surgite, qui dormitis, et exsurgite a mortuis, et illuminabitur vobis Christus* (Ephes. v. 14). Sed nec istam primam resurrectionem dicere possumus; eo quod primo per baptismum, secundo per poenitentiam et lacrymas animas nostras ad vitam revocentur. Notasse est ergo ut investigemus, quam vocet resurrectionem primam.

Quatuor sunt vitæ fidelium: prima mala, secunda bona et mala, tertiæ vero et quartæ nullum malum adhærere potest. Prima est ante baptismum, quæ tota mala est: secunda post baptismum, quæ et bona et mala dici potest; nullus enim fidelium tempus vitæ presentis sine aliquibus peccatis transire potest, sicut ipse Joannes loquitur dicens: *Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nosmetipsos seducimus, et veritas in nobis non est* (1 Joan. 1, 8). Tertia est, quæ tota bona est, et ad quam hortus hujus locutionis pertinet, quæ a passione Christi usque ad finem mundi extenditur, in qua sancti sine corporibus cum Domino vitæ æternæ proficiunt: quam etiam primam resurrectionem vocat, cum dicit: *Hæc est resurrectio prima*. Tempus itaque a passione Christi usque ad finem mundi resurrectio prima vocatur. Quarta vitæ sanctitatem erit post receptionem corporum, quæ nullo hæc terminabitur. Igitur quæ vitæ præsens in comparatione vitæ æternæ mors recte dici potest, sancti primæ resurrectione tunc resurgunt, cum ab hæc vitæ subtrahuntur, in cælesti beatitudinæ cum Domino collocantur.

Et sicut est hæc prima resurrectio sanctorum, ita est et prima mors impiorum; quando presentem vitam deserunt, et in peccatis demerguntur: secunda vero mors ultima damnatio erit, sicut in sequentibus exponit. Beati ergo erunt, qui habent partem in resurrectione prima, et in his secunda mors non habet potestatem; quia tunc tantummodo beati sunt et erunt, qui ante finem mundi in consortio sanctorum inscribi merebuntur. Multos enim, sine mundi instanti, ignis purgatorius purgavit et eromabit, sed ante iudicium absoluti in sanctorum collegio recipientur: atque in his secunda mors, id est, damnatio ultima non habet potestatem; quia jam non cum hædis in sinistris, sed cum ovibus in dextris ponentur. *Sederunt sacerdotes Domini et Christi, et regnabunt cum Christo mille annis* (Matth. xxv, 53). Nominis sacerdotum omnino electis comprehendit; omnes namque electi, sacerdotes vocantur, sive quod sint membra summi sacerdotis, sive quod ipsi semetipsos offerre Deo per bona opera non desistant.

(Vers. 7.) *Et cum constitutæ fuerint mille anni, solvetur betanias de carcere suo, et exibit, et seducet gentes, quæ sunt super quatuor angulos terræ Gog et Magog.* Quod hic carcer, superius abyssus vocatur. Sed interitum questio oritur; superius quippe quorumdam opinionem sequens, dixi per abyssum corda

A impiorum posse designari, in quibus diabolus a cordibus fidelium expulsus, relictus teneatur: si ergo per abyssum corda reproborum designantur, quomodo de abyssu, id est, de cordibus reproborum exire dicitur, quos nunquam derelinquet? numquid reprobus derelicturus est, et invasurus electos? Nullo modo. Alligationem ergo diaboli secundum litteram intelligendam potio, ut in aliquo abissi loco virtute divina relictus teneatur, vel certe in inferno usque ad diem absolutionis suæ. *Seducet autem gentes, quæ sunt super quatuor angulos terræ*; quia universas gentes quæ infra quatuor plagas mundi continentur, Antichristi impissima doctrina perstrabit: nullasque alias gentes seducet, nisi quæ spiritaliter Gog et Magog vocantur; Gog namque interpretatur lectum, Magog de lecto. Per Gog igitur, qui interpretatur lectum; et designantur, qui militiam suam in corde legentes, justi ab hominibus videbuntur, cum futuri sint mente reprobi: Magog vero, qui interpretatur de lecto, eos designat, qui de lecto cordis sui in apertas miseras prorumpentes, omnibus se impios esse demonstrabunt. Tales itaque diabolus per Antichristum facile decipiet.

(Vers. 8.) *Et congregabit eos in prælium, quorum numerus est sicut arena maris. In prælium eos congregabit; quia ad Ecclesiam Dei persequendam eos armabit. Et ascenderunt super altitudinem terræ, et circumdederunt castra sanctorum, et civitatem dilectam.* Diximus superius discipulos Antichristi laudatores fore vitiorum, et omnia quæ ad delectationes carnales pertinent, docere. Super altitudinem ergo terræ ascenderunt; quia vastas hujus sæculi vias ingredientur, quæ ducunt ad mortem. Castra vero sanctorum et civitas affecta, unam significationem habent: significant quippe Ecclesiam. Castra igitur sanctorum circumdabunt; quia Ecclesiam Dei tota virtute persequentur, ut nomen Christi de mundo munditus extinguant.

(Vers. 9.) *Et exivit ignis de caelo a Deo, et devoravit eos.* Ignis de caelo exiet; quia veniente Domino ad iudicium, ignis ante ipsum præcedet, qui non solum omnem catervam impiorum, sed et ipsam mundum consumet, sicut in nonagesimo sexto psalmo David loquitur dicens: *Ignis ante ipsum præcedet, et inflammabit in circuitu inimicos ejus* (Psal. xcvi, 3). Reprobi namque quamvis cum electis conversentur, in circuitu sunt; quia sicut hostes civitatem aliquam impugnant, ut capiant eam: ita et Ecclesia a reprobis impugnatur. Sed et in psalmo quadragesimo nono idem David loquitur dicens: *Ignis in conspectu ejus exardescet, et in circuitu ejus temperata ventura* (Psal. xlix, 3). Quidam hunc versum ita exponunt, quod post succensionem elementorum pluvia descendet, quæ combustionis cineres ablat: sed tunc expositio absurdissima mihi videtur; scimus enim pluviam a mari atque a terra sive per nebulam, sive per exsiccationem solis exsurgere. Et sicut aqua levita quæque a fundo ad superiora elevat; ita et aer aquam aut in

margine, et Rom. edit. in corpore, in apertas miseras.

^a Magog de lecto, in edit. omissum erat.

^b Ita mss. ac Gill. in corpore: idem vero Gill. in

nebulam conversam, aut per ardorem solis in tenuissimum fumum, et pene invisibilem redactam, usque ad ea loca ubi consummatio ejus est, elevat: ibique conglobata, primo in densam nebulam, quam hubes vocamus, convertitur: deinde, vento agitante, minutissimæ guttæ simul mixtæ, atque sua permixtione graves effectæ, ad terras decidunt, pluviamque faciunt. **573** Ecce terra, ecce aer, ecce mare, cæteraque elementa igne consumerentur: unde ergo pluvia exsurget, maxime tunc secundum Apostolum (Rom. viii, 21), tunc creatura liberetur a servitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei? Numquid Deus qui omnia ex nihilo creavit, non poterit mundare creaturam suam sine adjutorio pluvie; præsertim cum ipse mundus in meliorem statum, atque multo pulchriorem reparetur post ignem? Aut quid sunt aliud cineres, nisi terra munda? Nam quascumque sordes ignis absumpserit, in cineres mundos convertit. Numquid non poterit Deus mundos cineres in meliorem statum cum altera terra reparare, ut necessaria non sit ei ablutionis pluvia?

Dicamus aliter: Omnium sordium ablutiones aut terra ebibit, aut in flumina decurrunt, et cum fluminibus in mare. Et quomodo terra, postquam ab igne examinata fuerit, sordes suas ebibet, ut iterum sordescat? aut quomodo in flumina decurret, et cum fluminibus in mare; cum mare jam non sit, sicut sequentia hujus libri videntur fateri? Quod si mare in meliorem statum reparabitur, sicut cælum terraque, a terræ sordibus quomodo inquinabitur? Quod si quis dixerit ^a ante innovationem hanc passurum esse inquinacionem, atque in permutatione ejus ad nihilum esse redigendas; non poterit Deus sicut in aqua, ita et in terra easdem sordes ad nihilum redigere, ut non sit necesse ut in mare defluant? Per tempestatem igitur validam ultimum interitum impiorum possumus intelligere, quem Sapientia per Salomonem in ultimo examine impiis se illaturam esse testatur dicens: *Ego quoque in interitu vestro ridebo, et subsannabo, cum vobis quod timebatis, advennerit; cum irruerit repentina calamitas, et interitus quasi tempestas ingruerit* (Prov. i, 26).

Et *diabolus qui seducebat eos, missus est in stagnum ignis et sulphuris, ubi est bestia et pseudo-propheta*. Hoc tunc implebitur, quando Obinifus dicet: *Ite, maledicti, in ignem æternum, qui præparatus est diabolo et angelis ejus* (Matth. xxv, 41).

(Vers. 10.) *Ei cruciabantur die ac nocte in sæcula sæculorum*. A quo cruciatu misericordiæ redemptoris nostri nos liberare dignetur, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat in sæcula sæculorum, amen.

DE VISIONE SEXTA.

Domini nostri Jesu Christi misericordiâ largiente, ad sextam visionem pervenimus, quæ brevior est cæteris; eo quod in ea generalis resurrectio, tam-

natio impiorum, glorificatio justorum tantummodo breviter describatur. Et recte in sexto loco resurrectio ultima ponitur; quia seharius numerus perfectus est, et quiddam sanctis promissum est, in resurrectione perficeretur.

(Vers. 11.) *Ei vidi thronum magnum et candidum, et sedentem super eum*. Thronus iste Dei non auro et gemmis ornabitur, sed hominibus justis; iste est hincque thronus, de quo Psalmista dicit: *Thronus tuus, Deus, in sæculum sæculi; virga æquivalens virga regni tui* (Psal. xlii, 7). Thronus igitur Dei est omnis multitudo angelorum atque sanctorum. A casu conspectu fugit terra et cælum, et locus non est inventus eis. Quemadmodum a conspectu sedentis fugit thronum cælum et terra fugiat, Psalmista ostendit, sicut superius jam diximus, qui dicit: *Ignis in conspectu ejus exardescet* (Psal. xlix, 3); et iterum: *Ignis ante ipsum præcedet* (Psal. xcvi, 3). Fugiet autem terra et cælum, id est, species terræ et cæli; quia per ignem à sua specie commutabuntur, ut possint in altam reformari multo meliorem et pulchriorem. Quod vero dicit: *Locus non est inventus eis*; non ideo dicit, ut locum pristinum amittant, sed speciem.

(Vers. 13.) *Ei vidi mortuos magnos et pusillos, stantes in conspectu throni*. Per mortuos magnos et pusillos soli Reprobi designantur, qui in die resurrectionis mortui stabunt in conspectu Dei, ea videlicet morte quam primam esse diximus, post paululum in mortem secundam descendendi: per mortuos vero magnos eos designari puto, qui aut majores fuerunt in sceleribus, aut altiores in sæculi dignitatibus: per pusillos autem hi designantur, qui his subjecti fuerunt, vel certe hi qui minus peccaverunt. *Et libri aperti sunt: et alius liber apertus est, qui est vitæ*. Libri multi ad reprobos: unus qui est vitæ, ad electos pertinet. Reprobi multos libros habent, quia in multis erroribus sunt devoluti; nam pagani multos deos coluerunt, et in multis erroribus semetipsos dejecerunt: similiter et hæretici multa dogmata prava, et Deo odibilia invenerunt: falsi etiam christiani in multis sceleribus quotidie involvuntur. Multos ergo libros reprobos possident, quia multis modis Deum offendunt; electi vero unum librum habent; quia unum Deum colunt, unam fidem catholicam continentur, uno vinculo charitatis connectantur. Sed querendum nobis est, qui sint libri isti: numquid ex aliqua materia visibili, aut invisibili, sicut libri, in quibus singulorum facta describantur? Libri igitur multi sunt facta reproborum: libri multi aperientur, cum scelera reproborum omnibus manifestabuntur. Per librum autem vitæ prædestinationem Dei omnipotentis possumus intelligere. In hoc libro nomina discipulorum esse conscripta Dominus in Evangelio manifestat, cum dicit: *Cari, quia nomina vestra scripta sunt in cælis* (Luc. x, 20). De hoc libro apostolus Paulus loquitur dicens:

^a Nonnulli tunc, ante invocationem hanc, minus commode.

^b Edit. prætermiserant, qui præparatus est diabolo et angelis ejus.

Quos autem præscivit, hos et prædestinavit: et quos A prædestinavit, hos et vocavit: et quos vocavit, illos et glorificavit (Rom. VIII, 30).

(Vers. 13.) Et iudicati sunt mortui secundum ea, quæ scripta erant in libris, secundum opera ipsorum. ^a Iudicati sunt mortui secundum ea, quæ scripta erant in libris; quia secundum errores proprios, et juxta qualitatem scelerum suorum singuli iudicabuntur; aliter enim iudicabuntur hæretici, aliter pagani, aliter falsi christiani: sed unusquisque ipsorum quanto deterior fuerit in proprio errore, tanto et acrius iudicabitur.

Et dedit mare mortuos suos, et mors et infernus de- derunt mortuos, qui in ipsis erant: et iudicatum est de singulis secundum opera eorum. Nunc ad ea quæ prætermiserat, revertitur; prius quippe resurrectio generalis fiet, et postea iudicium exercabitur. Quod ita esse Dominus in Evangelio manifestat, dicens discipulis: In regeneratione cum sederit Filius hominis in sede majestatis suæ, sedebitis et vos super sedes duodecim, ⁵⁷⁴ iudicantes duodecim tribus Israel (Matth. XIX, 28). Primo regenerationem posuit, ^b id est, resurrectionem; postea ad iudicandos populos eos sessuros esse dixit. Et in Evangelio hujus Joannis Dominus loquitur dicens: Venit hora quando omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem Filii Dei: et procedent qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ; qui vero mala egerunt, in resurrectionem iudicii (Joan. V, 29). Ad imperium igitur Domini de monumentis suis procedent mortui; quia corpora omnium mortuorum per receptionem animarum vivificata, de sepulcris suis exient. Qui vero mala fecerunt, in resurrectionem iudicii procedent; quia ad hoc resurgent, ut in corporibus in quibus animæ peccaverunt, in ipsis et iudicentur; ut quos habuerunt socios in iniquitatibus, habeant participes in tormentis. Præsens quoque lectio quod ante iudicium futura sit resurrectio, ostendit; cum post redditionem mortuorum, quos mare, mortem et infernum reddidisse dicit, impios esse iudicandos narrat. Sed et fides catholica quam frequenter decantamus, hoc demonstrat; cum dicit de Domino: Ad cuius adventum omnes homines resurgere habent cum corporibus suis, et redditori sunt de factis propriis rationem (Athan. Symb.).

Verum quærendum nobis est, quid significant mors, mare, et infernus. Scimus quippe aquas ad D abluionem peccatorum nostrorum esse consecratas, sicut dicit Dominus in Evangelio: Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei (Joan. III, 5). Mare itaque ad resurrectionem electorum: mors vero, atque infernus ^c ad reproborum pertinent. Mare ergo in hoc loco baptismum designat. Quasi igitur mare mortuos suos reddet, cum electi qui in ea munditia quam in baptis- mate perceperunt, in ea etiam et resurgent, nullam

maculam peccati habentes. Mare mortuos suos reddet, quia sacri baptismatis ablutio, et sancti Spiritus gratia, electos omnes tempore resurrectionis in conspectu Creatoris sui mundos et immaculatos exhibebit. Per mortem autem corpora impiorum, quæ in terræ sinibus mortua detinentur: per infernum vero eorum animas, eo quod in inferni claustris detineantur, intelligere possumus. Infernus itaque mortuos suos dabit; quia animas prima morte devoratas, quas detinet, ad recipienda propria corpora remittet. Mors etiam mortuos suos dabit; quia corpora quæ in pulverem redegerat, ut virtute divina per animarum susceptionem vivificentur, exhibebit.

(Vers. 14, 15.) Et mors et infernus missi sunt in stagnum ignis... et omnis qui non est in libro vitæ scriptus, missus est in caminum ignis. Mors et infernus missi sunt in stagnum ignis, id est, animæ cum corporibus. Possumus et per mortem dæmones, eo quod ipsi auctores fuerint mortis, intelligere. Mors et infernus in stagnum mittentur; quia dæmones cum cæteris impiis in infernum demergentur.

CAPUT XXI.—(Vers. 1.) Et vidi cælum novum, et terram novam; primum enim cælum, et prima terra abiit, et mare jam non est. Cælum et terra, et cætera elementa, quæ modo videmus, ab igne consumerentur, non ut penitus deleantur, sed ut in meliorem statum, sicut superius jam diximus, per ignem reparentur, sicut Psalmista indicat dicens: Ipsi peribunt, tu autem permanebis: et omnes ut vestimentum veterascent, et velut amictum mutabis eos, et mutabuntur (Psal. CI, 27). Quod dicit: Primum cælum, et prima terra abiit, speciem ejusdem cæli ac terræ transitoriam esse demonstrat; species enim eorum, non essentia transibit, cum in meliorem statum commutabuntur. Quod vero infert: Et mare jam non est, possumus secundum litteram intelligere, ut mare penitus deleatur. Aliter: mare jam non erit; quia propriam figuram amittet, sicut cælum et terra, ut in pulchriorem formam reparatur. Sed spiritualiter hoc intelligendum puto; quidquid enim de innovatione cæli et terræ dictum est, et historialiter intelligendum est, sicut superius diximus, et spiritualiter. Possumus itaque per cælum animas sanctorum, per terram corpora intelligere. Cælum novum fiet, cum animæ sanctorum per receptionem corporum in hominis naturam atque formam restituantur. Terra nova efficietur, cum corpora sanctorum quæ antea erant mortalia atque corruptibilia, immortalia et incorruptibilia reddentur. Sæpe vero per mare impii designantur, dicente Esaia propheta: Impii quasi mare fervens, quod quiescere non potest, et redundant fluctus ejus in conculcationem et lutum (Esa. LVII, 20). Mare igitur jam non erit; quia omnis multitudo impiorum cum deceptoribus suis dæmonibus in in-

^a Iudicati sunt secundum ea, quæ scripta erant in libris, in edit. non iterabatur, sed sic iteratur in mss.

^b Omiserant edit., id est, resurrectionem.

^c Eadem edit., ad reproborum dejectionem; mss. vero, si Reg. excipiam, dejectionem non agnoscunt: sed vocem mortuorum referre licet ad resurrectionem.

fernum detrusa, præsentem mundi faciem a sua in- A
quinata habitatione mundam præstabunt.

(Vers. 2.) *Et civitatem sanctam Hierusalem vidi
descendentem de caelo a Deo, paratam sicut sponsam
ornatam viro suo.* Civitas Hierusalem Ecclesia est ex
omnibus justis constructa: de caelo descendet; quia
Domino ad iudicium veniente, cum illo omnis mul-
tudo sanctorum veniet, sicut dicit Esaias propheta:
*Dominus ad iudicium veniet cum senibus populi sui, et
principibus ejus (Esai. iii, 14).* Et sapientissimus
Salomon in Proverbiis: *Nobilis in portis vir ejus,
quando sederit cum senatoribus terræ (Prov. xxxi, 23).*
Quæ sicut sponsa parata et ornata esse dicitur; quia
sicut sponsa diversis monilibus et ornamentis semet-
ipsam exornat, ut sponso suo placeat: ita et Ec-
clesia diversis virtutibus decoratur, ut Creatori suo, B
qui est sponsus ejus, placere valeat.

(Vers. 3.) *Et audivi vocem magnam de throno dicen-
tem: Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, et habita-
bit cum eis; et ipsi populus ejus erunt, et ipse Dominus
cum eis erit eorum Deus.* Scimus per civitatem Hieru-
salem et tabernaculum Domini Ecclesiam sæpe
esse designatam. Civitas ergo in hoc loco et taber-
naculum Ecclesia vocatur; eo quod in illa habitet
Deus, sicut ipse dicit per prophetam: *Inhabitabo in
illis, et inambulabo, et ero illorum Deus, et ipsi
erunt mihi populus (Levit. xxvi, 12).*

(Vers. 4.) *Et absterget Deus omnem lacrymam ab
oculis eorum.* Animæ omnium hominum immortales
creatae sunt, sicut Dominus dicit in Evangelio: *No-
lite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem C
non possunt occidere (Matth. x, 28).* Quamvis enim
moriantur peccato, aut ea morte quam primam et
secundam diximus; tamen non ita moriuntur, ut
penitus non sint: sed earum male esse mors vocat-
ur. Duo quoque tempora iis constituit Deus, præ-
sentis vitæ, quod cito finitur: et futuræ, quod finire
non potest; unumque fletui et mærori, alterum gau-
dio atque lætitiæ deputavit. 575 Verbi gratia, si
quis vellet in hoc tempore, quod brevissimum est,
pro peccatis suis flere et lugere, et affligendo semet-
ipsum carnalia desideria extinguere; in alio tem-
pore quod istud sequitur, quodque infinitum est,
gauderet et exsultaret in æternum: si quis autem
hoc elegerit, ut in præsentem tempore gaudeat, et
desideria carnis suæ perficiat; in futuro lugebit, et
tristabitur in sempiternum. De iis duobus tempori-
bus videtur mihi Salomonem dixisse: *Tempus flendi,
et tempus ridendi (Eccl. iii, 2).* Tempus flendi elec-
torum nunc est: tempus ridendi tunc erit, quando
illud implebitur, quod Dominus dicit in Evangelio:
*Beati qui lugent nunc, quoniam ipsi consolabuntur
(Matth. v, 5).* Peccatoribus vero dicit: *Væ vobis qui
ridetis nunc, quia plorabitis et flebitis (Luc. vi, 25)!*
Absterget ergo Deus omnem lacrymam ab oculis
sanctorum; quia post resurrectionem nihil [triste
sanctis accidere poterit, unde lacrymæ oriri possint.

Et mors ultra non erit. Primus homo immortalis
factus est: peccando autem et immortalitatem amisit,
et mortem mundo intulit. Post resurrectionem autem
mors non erit; quia et ipse princeps mortis diabolus
cum omnibus satellitibus suis in infernum perpetuo
reclusus tenebitur, et immortalitas quam primus
homo peccando amisit, justis reddetur: et possi-
bilitas peccandi, quæ mortem mundo intulit,
ab eis auferetur. *Neque luctus.* Cum superius dicat
quod absterget Deus omnem lacrymam ab oculis
sanctorum, quid necesse fuit in hoc loco luctum pone-
re? Sed inter effusionem lacrymarum et luctum ali-
qua distantia est; nam tristitia sæpe lacrymas educit,
a sæpe gaudium, sæpe desiderium, sæpe lætitia; luctus
vero semper ex magno mærore nascitur; luctus
namque est fletus dierum multorum. Lugebat Paulus
eos, qui peccaverunt, et non egerunt pœnitentiam.
Et Salomon loquitur dicens: *Luctus mortui septem
diebus, luctus autem fatui omnibus diebus vitæ ejus
(Eccli. xii, 13).* Ecclesia nunc in luctu est, eo quod
per deceptiones dæmonum quotidie maximam partem
ex suis amittat: in illa autem vita luctus non erit,
quia per deceptiones dæmonum nullum ex suis amitte-
tere poterit. *Neque clamor.* In Genesi scriptum est
quod dixerit Deus ad Abraham: *Clamor Sodomorum
et Gomorrhæ venit ad me (Gen. xviii, 20).* Esaias vero
propheta quid sit clamor Sodomorum, exponit, cum
loquitur de Israel: *Peccatum suum quasi Sodoma
prædicaverunt, nec absconderunt (Esai. iiii, 9).* Prædicatio
igitur peccati clamor vocatur. Possumus etiam
clamorem aliter intelligere; Psalmista namque dicit:
*Ad Dominum cum tribularer, clamavi, et exaudivit me
(Psal. cxix, 1).* Et Moyses in angustia positus clama-
bat ad Dominum. Ubi ergo neque peccatum, quod
prædicetur, neque tribulatio erit ulla, clamor ullus
necessarius non erit. *Neque dolor erit.* Est dolor cor-
poris, est et mentis. Istique dolores ita sunt connexi,
ut unus sine altero esse non possit; dolor quippe cor-
poris affligit mentem; similiter et dolor mentis cor-
pus excruciat. In illa igitur vita dolor non erit, ubi
neque corpori, neque animæ ulla adversitas accidere
poterit. *Quæ prima abierunt.* Prima ista abierunt,
quia cum sæculo transierunt; electi enim qui præ-
sentem vitam, sicut superius jam diximus, in dolo-
ribus et afflictionibus deputaverunt, post finem præ-
sentis vitæ gaudium sempiternum invenerunt. D

(Vers. 5, 6.) *Et dixit qui sedebat in throno: Ecce
nova facio omnia.* De innoatione creaturarum superius
aliqua diximus. *Et dixit mihi: Scribe quia hæc verba
fidelissima sunt, et vera.* Sed et hoc superius dictum est.
Et dixit mihi: Ego sum Alpha et Omega. Quid sit Alpha
et Omega subdendo manifestat, cum dicit: *Initium et
fnis. Ego sitiienti dabo de fonte aquæ vivæ gratis.* Per
fontem aquæ vivæ sæpe Scriptura sancta designatur,
sicut Dominus dicit in Evangelio: *Qui credit in me,
sicut Scriptura dicit, flumina de ventre ejus fluent aquæ
vivæ (Joan. vii, 38).* Sed ut ordinem servemus, per

* Ita mss.: edit. autem, sæpe gaudium, sæpe lætitiā. Non bene.

fontem aquæ vitæ gloriâ celestis patriæ debemus intelligere: qui fons ab ipso Domino procedens, mentes omnium iustorum sua inenarrabili dulcedine satiare non desistit. Verum quomodo gloria ista gratis iustis datur, pro cuius acceptione multa adversa perferunt, multas lacrymas fundunt, innumeras preces offerunt, multas elemosynas largiuntur: et cæteris bonis operibus semetipsos exercent? Sed gratis vitam æternam percipiunt; quia pretium vitæ æternæ, quod sunt bona opera, ab ipso accipiunt, qui dixit: *Sine me nihil potestis facere* (Joan. xv, 5). Ipse quippe ^a dat pretium, ipse et pro pretio vitam æternam largitur.

(Vers. 7, 8). *Qui vicerit, possidebit hæc, et ero illi Deus, et ipse erit mihi filius.* Qui vicerit diabolum, omniaque vitia superans, in bonis operibus perseveraverit, possidebit hæc, id est, ea quæ superius dicta sunt; videlicet ut bibat ipse de fonte vitæ æternæ, quod est gloria perpetua.

Timidis autem, et incredulis, et execratis, et homicidis, et fornicatoribus, et veneficis, et idololatris, b et omnibus mendacibus: pars illorum erit in stagnum ignis ardentis sulphure, quod est mors secunda. Cum timor valde necessarius sit hominibus, cur timorem inter octo vitia valde pessima primum ponit? Sed sunt timores boni, sunt et mali. Est timor valde optimus, de quo dicit Psalmista: *Timor Domini sanctus, permanens in sæculum sæculi* (Psal. xviii, 10); est et timor mortis valde necessarius, timorque ignis æterni: timor etiam honorum hominum, quando amantur ab iis, a quibus timentur: sunt et alii timores, qui aliquando juvant, aliquando nocent; sicut est timor malorum hominum, timor iudicium, timor dominorum: sunt alii timores valde pessimi, de quibus hic dictum esse reor; sunt namque nonnulli, qui timore prænarum sæpe in fletibus compunguntur: sed quia timent asperitatem viæ illius, quæ ducit ad vitam, vitia deserere, rigoremque vitæ bonæ apprehendere trepidant: sunt etiam multi, quibus dedit Deus scientiam legum temporalium, qui in iudiciis positi, dum vident quosdam a potentioribus injuste opprimi, plus timentes iras hominum, quam iram Dei, eos quos per doctrinam quam acceperunt, juvare poterat, et a periculo liberare, tacendo in damnatum magnum sinunt devenire: sunt alii qui non solum non eos juvant, sed propter timorem hominum sententiam damnationis in eos proferunt: est et timor quem avaritia parit, alique timores valde inutiles, de quibus longum est dicere.

Incredulos autem non eos tantummodo vocat, qui non credunt, sicut sunt Judæi atque pagani; sed et eos, qui non credunt resurrectionem. Sunt etiam alii multi qui christiani vocantur, qui non credunt **576** Dei justitiæ; pro eo enim quod vitia diligunt, et debideria carnis suæ perficere volunt, non credunt comminationes divinarum Scripturarum, ut potent se pro

A illis esse damnandos; nam libidinosi dicunt nullo modo pro usu concumbendi quemquam esse peritura: sed et ebriosi dicunt nullo modo se pro nimia vini potatione esse puniendos: similiter et avari, luxuriosi, atque superbi defendunt vitia sua.

Execratos autem eos esse potest, qui execrantur mandata divinarum Scripturarum, contractionesque hominum honorum. Possumus et per execratos eos intelligere, qui in tantum sunt inverecundi, ut non pudeat eos quadam execrabilia in conspectu omnium perpetrare: qui non solum a iustis, verum etiam a quibusdam injustis sæpe execrantur.

Homicidas autem vocat non solum interfectores quorundam hominum, sed et eos qui odium portant in cordibus suis, sicut iste Joannes loquitur dicens: **B** *Omnis qui odit fratrem suum, homicida est* (1 Joan. 8, 15).

Sequitur fornicatio. Fornicationum genera multa sunt; quibuscumque enim modis, excepta legitima uxore, desiderium libidinis expletur, fornicatio vocatur. De fornicationis malo Paulus apostolus loquitur dicens: *Qui autem fornicatur, in corpus suum peccat* (1 Cor. vi, 18). In corpus suam peccat; quia integritatem ejus violat atque corrumpit; cum humores ejus innoxios vi extrahit, atque effundit. Est et fornicatio cogitationis, de qua Dominus loquitur dicens: *Qui viderit mulierem ad concupiscendam eam, jam mœchatus est eam in corde suo* (Math. v, 28). Propheta quoque Hierusalem fornicatricem vocavit, eo quod Deum derelinquens idola coluerit (Isa. xvi, 15 et seq.). Similiter et nos suggestionibus dæmonum obtemperando, cum nosmetipsos eis subdicimus, fornicatores non inconvenienter vocamur.

Venefici autem sunt, qui corpora hominum veneno inficiunt, ut eos extinguant. Sunt et alii multo deteriores venefici, ii videlicet, qui seminant fater fratres discordias; filii enim corpora interficiunt, isti animas: et multo deterior est mors animas, quam corporis.

Idololatras vero sunt non solum ii, qui idola colunt; sed et omnes avari, hoc demonstrante apostolo Paulo, qui avaritiam idolorum servitutem vocat (Coloss. iii, 8).

Sed valde terribile est, quod sequitur: *Et omnibus mendacibus;* deinde subjungit: *Pars illorum erit in stagno ignis ardentis sulphure, quod est mors secunda;* et Psalmista dicit ad Dominum: *Perdes omnes qui loquuntur mendacium* (Psal. v, 7); et in alio loco: *Omnis homo mendax* (Psal. cxv, 11). Si igitur omnis homo mendax, et si perdet Deus omnes qui loquuntur mendacium, et si omnes mendaces partem habebunt in perditione eam cæteris impii, de quibus hæc tenus locuti sumus; quis salvus esse poterit? Scimus namque nullum hominem hæc vitam posse transire, ut aliquando non mentiatur; nisi fuerit infans, qui fari non potest. Sed non de omnibus

^a Edit. Gill. in contextu, *dat pretium, et sine pretio;* in marg. autem, et Rom. in contextu, *dat pretium et suo pretio;* mss. vero nobis *suffragantur.*

^b Rom. edit. loco moverat, *et omnibus mendacibus... quod est mors secunda.*

mendaciis hoc dictum esse intelligere debemus, si-
cut nec illud de omnibus peccatoribus, quod in psalmo
trigesimo sexto canitur: *Quis peccatores peribunt* (*Psal.*
xxxvi, 20): et in psalmo centesimo quadragesimo
quarto: *Custodit Dominus omnes diligentes se, et om-
nes peccatores disperdet* (*Ps. cxxiv, 20*). Si peccatores
peribunt, et omnes peccatores disperdet, et omnes
sumus peccatores secundum dictum istius Joannis: *Si
dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seduci-
mus, et veritas in nobis non est* (*I Joan. 1, 8*): ergo
omnes peribimus. Sed non hoc de omnibus peccato-
ribus dictum esse intelligere debemus, sed de illis
tantummodo qui in gravibus peccatis semetipsos
præcipitantes, nolunt agere poenitentiam de iniqui-
tatis suis. Similiter et hic non de omnibus menda-
ciis dictum esse intelligere debemus; sunt enim
mendacia quæ inter levia peccata deputantur, a qui-
bus nullum puto hominem ex toto posse abstinere:
sunt et gravia, quæ mergunt hominem in damnatio-
nem mortis.

Sed quia his temporibus multi sunt qui sine aliqua
reverentia Dei omnipotentis pene assidue mentiuntur,
placuit nobis ut de hoc vitio aliqua dicamus. Ve-
rum prius de levis mendaciis dicamus, postea de
gravioribus. Sæpe æstimatione mentimur, æstimantes
nos videre, quod non videmus: aut audire, quod non
audimus: aut scire, quod non scimus. Sæpe namque
cum a longe quosdam prospicimus; fallit nos aspec-
tus noster, et dicimus esse, qui non sunt. Sæpe etiam
et obscuris temporibus cum procul lapides aut arbusta
conspicimus, ipsa obscuritate fallimur, et dicimus ho-
mines esse, aut bestias. Sæpe oblivione fallimur, cum
obliviscimur quæ fecimus et vidimus, aut locuti fuimus,
et dicimus nos fecisse quod non fecimus, aut non fe-
cisse quod fecimus; aut audisse quod non audivimus,
aut non audisse quod audivimus; aut vidisse quod
non vidimus, aut non vidisse quod vidimus; aut dixisse,
quod non diximus, aut non dixisse, quod diximus.
Sæpe et cum audimus, quod desideramus, dicimus ve-
rum esse, quod audimus; et sæpe contingit quod fal-
sum sit: et cum audivimus, quod nolumus, dicimus
falsum esse; quamvis verum sit. Sæpe etiam joco
mentimur, ut risum audientibus excitemus. Sæpe vero
ex nimia credulitate mentimur; nam cum audivimus
quosdam homines, quos veraces existimamus, aliqua
narrantes verisimilia, credentes quod audimus, cum
ea aliis referimus, dicimus vera esse, quamvis sint
falsa; et frequenter cum juramento affirmamus.

Sunt et multi, qui gesta Patrum quæ in divinis
Scripturis aut legerunt, aut audierunt, ex parte obli-
viscentes; cum ea aliis narrare cœperint, aut quæ-
dam mendacia intermiscant, aut ex multis narratio-
nibus unam facere conantur: et sicut qui stannum
auro vel argento admiscet, inutilem materiam facit;
ita et isti cum ex multis narrationibus unam facere
satagunt, mentiendo inutilem reddunt; melius est
enim siles, quam gesta sanctorum mendaciter pro-

^a Edit., et obscurissimas fabulas; mss., et absurdissimas fabulas.

A ferre. Sunt etiam multi divinis litteris eroditi, qui
Judæis ultra quam oportet credentes, quasdam eo-
rum fabulas vanissimas suscipiunt, et suis traditioni-
bus interserunt. Scimus enim quoniam Judæi omnia
quæ de Christo in veteri Testamento inventuntur,
in pravos sensus pervertere nituntur; ut gloriam
nominis Christi apud quoscumque possent, extin-
guant: et non solum prophetias de Christo evertunt,
sed et in cæteris locis multas vanissimas ^a et absur-
dissimas fabulas interponunt. Miror ergo cur inimi-
cis Christi, omnisque religionis nostræ creditur; aut
ab eis aliqua suscipiantur, nisi tantummodo ea quæ
ab antiquis Patribus probata esse **577** dignoscuntur.
Ipsi quippe patrem habent diabolum, qui in veritate
non stetit, quia mendax est ipse, et pater ejus; et
quoscumque diabolum possidet, mendaces facit (*Joan.*
viii, 44).

Sæpe et timore mentimur; nam cum timemus,
ne a potentioribus aliqua molestiæ nobis ingeran-
tur, aliquando mendacia excogitamus, per quæ libe-
remur. Sed et viatores quædam mendacia invenire
solent, ut a latronibus liberentur. Similiter et servi,
et pueri aliqua mendacia interpolare solent, ne va-
pulent. Sunt etiam multi, qui in extraneis locis po-
siti, egestatis aut alicujus necessitatis causa men-
tiuntur; ut victum, aut aliqua corporis necessaria
sibi acquirant. Sæpe et nos amore atque ira menti-
mur, laudantes eos quos diligimus ultra modum, et
vituperantes eos quibus irati sumus, plus quam
oportet: sed ista graviora mihi videntur, quam su-
periora. Sunt alia mendacia superioribus similia,
quæ longum est prosequi; in talia namque mendacia
non solum injusti, sed et justi sæpe dilabuntur. Et
propter hoc videtur mihi Psalmistam dixisse: *Om-
nis homo mendax* (*Psal. cxv, 11*).

Est et aliud genus mendacii, quod absque culpa
videretur, nisi Scriptura diceret, quia omne menda-
cium a malo est: ex quo aliqua in divinis Scriptu-
ris invenientur (*I Joan. ii, 21*). ^b In Genesi namque
scriptum est quod præceperit Pharaon obstetricibus
Hebræorum, ut masculos interficerent, et feminas
reservarent (*Exod. 1, 16*): sed illæ timentes Deum,
conservabant mares. Pro qua re, cum a Pharaone in-
creparentur, dixerunt quod omnes Hebrææ mulie-
res obstetricandi haberent scientiam, illisque nes-
cientibus, parerent. Nonne melius fuit mentiendo
pueros reservare, quam vera dicendo tot homicidia
perpetrare? In Josue quoque scriptum est quod mi-
serit duos exploratores ad explorandam Jericho (*Jo-
sue ii, 2 et seq.*). At illi ingressi sunt domum cujus-
dam meretricis nomine Rahab, quæ abscondit eos
in interioribus domus suæ, venientibusque persecu-
toribus eorum dixit quod cum porta clauderetur, in
tenebris aufugissent. Atque pro hoc mendacio a per-
secutoribus eos liberans, ipsa cum tota cognatione
sua a mortis periculo liberata est. Et pro hoc facto
a beato Paulo apostolo in epistola ad Hebræos lau-

^b Edit. Gill. in marg. ac Rom. in corp., *In Exodo*: Gill. vero in corp. cum mss., *In Genesi*.

datur; ait enim: *Fide Rahab meretrix non perit cum cæteris incredulis, excipiens exploratores cum pace* (*Hebr. xi, 31*). In Regum etiam volumine scriptum est quod David fugiens Absalon filium suum, miserit Hierusalem duos exploratores ad explorandos actus ejusdem filii sui (*II Reg. xv, 32 et seq.*). Quod cum audisset Absalon, misit qui eos caperet: at illi fugientes, ingressi sunt domum cujusdam viri, cujus uxor abscondit eos in puteo, quem habebat in vestibulo, posito desuper operimento. Venientibus vero persecutoribus eorum, eosque requirentibus, illa respondit: *Transierunt gustata paululum aqua* (*II Reg. xvii, 20*). Verum igitur dicendo eos potuisse perdere, quos mentiendo servavit. Talium itaque mendaciorum maculæ a charitate ex qua procedunt, delentur; quia *charitas operit multitudinem peccatorum* (*I Petr. iv, 8*).

Nunc de gravioribus mendaciis dicamus; sunt namque infidelitatis mendacia, sunt et blasphemiarum, sunt et alia quæ ex odio procedunt, alia quæ invidia generat, alia quæ avaritia, alia quæ vana gloria; habent nihilominus cætera vitia mendacia sibi convenientia. Infideles quippe Judæi atque ethnici habent plurima mendacia; nam excepto quod Christum negant venisse in carne, habent multos errores, quibus decepti pereunt. Sunt et mendacia blasphemiarum, quibus iidem Judæi atque pagani, nec non et hæretici Deum et Ecclesiam ejus, omniaque divina mysteria multis modis blasphemant. Sunt etiam mendacia, quæ ex odio procedunt; nam nonnulli pro eo quod odium in cordibus contra proximos gestant, falsa crimina eis innectunt: et quos non possunt gladio interficere, falsis criminationibus in damnum magnum, sæpe etiam in mortem præcipitant. Sunt et alia mendacia, quæ parit invidia; invidiosi quippe cum vident aliquos aut dignitatibus sæculi, aut sapientia, aut aliquibus artibus præpollere, eos despiciere et subsannare non cessant, seque ipsos illis præferre; ut ipsi clariores apud eos qui eorum mendaciis credunt, videantur, quam illi quos despiciunt. Sunt et derisionis mendacia, quæ proprie ad invidios pertinent; derident namque semper invidi facta meliorum, et quibus coæquare non possunt, eorum actus suis mendaciis obnubilare quærunt. Sunt enim multi, qui eos quos odio habent, aut quibus invident, fingentes se esse amicos, suis callidis suasionibus ad quædam flagitia perpetranda pertrahunt: quos cum in aliquod scelus veluti in foveam præcipitaverint, contra eos versi atrocius quam cæteri persequuntur; et qui videbantur amici, quod fuerint pessimi inimici comprobantur. Habet et avaritia mendacia sua. Quam multi quippe sunt, qui propter aliorum substantiam tollendam multas fallacias et diversas machinationes componunt; ut aliis auferant unde avaritiæ suæ baratro, quod insatiabile est, aliquantulum satisfaciant! Sunt etiam multi, qui pro præmiorum acceptionibus falsi testes contra proximos

A suos efficiuntur, et eos mentiendo, aut in servitium præcipitant, aut hæreditatem sive substantiam auferunt, a sæpe vero et mortem inferunt.

Sunt alia mendacia, quæ gignunt vanam gloriam; sunt enim multi vanæ gloriæ amatores, qui ut magni et egregii ab hominibus habeantur, dicunt se magna quædam fecisse, quæ non fecerunt, aut posse quod non possunt, aut possidere quod non possident, aut sapere quod non sapiunt; ut ad celsitudinem, ad quam conscendere nequeunt, sua mendacia eos elevent. Et quia hoc vitium apud quosdam pro nihilo habetur, etiam in monasteriis scimus quosdam hoc vitio esse maculatos. Multi quippe sunt, qui postquam sæculum reliquisse videntur, ut magnos et inclytos se apud simplices quosque, et eos qui in monasteriis educati fuerunt, constituant; dicunt se possessores fuisse magnarum divitiarum, jactant se fuisse præliatores, venatores, et multa alia de se mentiuntur; ut magni apud eos, quos suis mendaciis decipere possunt, habeantur. Ad te ergo loquor, qui talis es: Ecce qui in sæculo positus vix simplicem cibum, qui tibi tuisque omnibus sufficeret, per totum annum elaborare poteras, in monasterio positus, possessor thesaurorum, prædiorum magnarumque divitiarum efficeris: et qui vix unam vulpulam capere poteras, monachus effectus, venator potentissimus factus es: et qui quosdam ex infimis vicinis tuis formidabas, in monasterio positus, præliatorem fortissimum te fecisti. Ecce hoc non fuit sæculum reliquisse, sed acquisisse. Dicis te hominem interfecisse, **578** et homicidii reatum super te imposuisti. Lingua mendax fecit, quod manus non prævaluit. Et vis ut probem quod te mentiendo reum homicidii feceris? Saul, sicut in libro Regum legimus (*II Reg. xxxi, 4*), timore Philistinorum manu propria semetipsum interfecit; venit quidam homo ad sanctum David, et dixit quod ipse Saulem, qui eum persequeretur, interfecisset: sed ille spiritu prophetiæ mentitum esse eum intelligens, veluti homicidam punire jussit, reatumque homicidii super illum imponens, dixit: *Sanguis tuus super caput tuum; os enim tuum locutum est adversum te, dicens: Ego interfeci christum Domini* (*II Reg. i, 16*). Scimus autem divites sæculi ad conversionem venientes, graviter peccare, si se de divitiis ac potentia sua jactare cœperint: et si ille reus est, qui verum dicit, quanto magis tu, qui pene per omnia mentiris!

Sunt etiam alii, qui prope indesinenter mentiuntur, et vix aliquid loqui possunt sine mendacii admixtione. Qui ad omnia semper quæ audiunt, quædam mendacia confingunt: et dicunt se viderunt, quæ non viderunt; et audisse, quæ non audierunt; et fecisse, quæ non fecerunt. Cumque a veracibus deprehensi fuerint, dicunt non posse quemquam bene vera loqui, qui non possit bene mentiri. O stulte, quam vana est assertio tua! Ecce Christus multa bene et veraciter locutus est, qui numquam potuit

^a Sæpe verb et mortem inferunt, e. mss. restituitur.

mentiri, cujus vestigia te sequi magis oportuisset, in quantum virtus suppeteret. Similiter apostoli, et cæteri prædicatores multa docuerunt et scripserunt sine permixtione mendacii. Et Scriptura dicit quia omne mendacium a malo est (I Joann. II, 22) : si mendacium malum est, quomodo malum bene potest proferri? O infelix, quam vicina est tibi ira Dei omnipotentis, quem assidue sine causa offendere non trepidas! Nam cætera vitia quamquam Domino contraria sint, videntur tamen aliquid corpori conferre. Avaritia quippe quamvis sit per omnia Deo odibilis, videtur tamen aliquid corpori conferre; quia divitias congregat, ex quibus desideria ejus expleat. Similiter et libido videtur aliquid corpori conferre; quia in perfectione ejus voluptas carnis extinguitur. Et ebrietas quamvis Deum offendat, gula desideria perficit. Similiter et cætera vitia ad carnis desideria perficienda assumuntur. Sunt etiam quædam mendacia, quæ corpori aliquid videntur adjicere, sicut sunt avaritiæ, de quibus superius diximus. Tu autem nihil corpori acquiris, et Deum sine intermissione offendere non metuis. Ecce mendacium tuum leve esset, si tarde accidisset: verum ex jugi continuatione gravissimum atque importabile efficitur. Nam sicut lutum levius est, quam plumbum; sed ex multiplicatione sua gravius et periculosius fit, ita ut in eo sæpe pecora demergantur: sic et quædam levia peccata ex congerie sua graviora quibusdam, quæ gravia existimantur, efficiuntur. Et scito quia sicut ipse dixit: *Deus veritas est* (I Joann. V, 6); nihil plus contrarium potest esse veritati, quam mendacium.

Horum ergo pars erit in stagno ignis ardentis sulphure, quod est mors secunda. Quid sit mors secunda, in hoc loco manifeste demonstrat. A supradictis igitur vitis ne in mortem secundam incidamus, misericordia Redemptoris nostri nos liberare dignetur, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat in sæcula sæculorum, amen.

DE VISIONE SEPTIMA.

Septima visio ad quam, Domino donante, pervenimus, tota ad illud tempus quod post resurrectionem futurum est (Sup. c. 15), pertinet. Et ordo poscebat, ut generali resurrectione descripta, gloriam sanctorum, quam post resurrectionem sine fine possidebant, describeret; quæ sub figura civitatis Hierusalem in hac visione describitur.

(Vers. 9.) *Et venit unus de septem angelis, qui habebant phialas, et locutus est mecum dicens: Veni, et ostendam tibi sponsam uxorem Agni.* Superius in quinta visione Joannes dicit septem angelos habentes septem phialas sibi fuisse demonstratos, et in sequentibus unum ex illis civitatem diaboli damnationemque ejus sub specie mulieris meretricis sibi ostendisse: similiter et hic unum ex iisdem septem an-

gelis dicit sibi civitatem Dei sub figura Hierusalem demonstrasse. Eamdem ergo significationem habent singuli isti, quam illi septem; significant namque prædicatores, qui fuerunt, et erunt usque in finem: Joannes vero typum tenet cæterorum fidelium. Angelus igitur Joanni se demonstraturum civitatem Dei repromittit; quia prædicatores sancti cæteris fidelibus quanta sit beatitudo justorum, in quantum possunt, student demonstrare, ut eos ad vitam æternam percipiendam accendant. Quam etiam sponsam uxorem Agni vocat. Quod sponsa Agni Ecclesia jure vocetur, Joannes Baptista demonstrat dicens: *Qui habet sponsam, sponsus est* (Joan. III, 29). Quod autem et uxor dicatur, Scriptura demonstrat dicens: *Propter hoc relinquet homo patrem et matrem suam, et adhærebit uxori suæ, et erunt duo in carne una* (Gen. II, 24). Quasi ergo Patrem suum Filius Dei dereliquit, cum de illa cælesti beatitudine ad terras descendens, hominem assumpsit, quem pro sponsa sua, quæ est Ecclesia, daret: matrem dereliquit, quia affectum matris abiciens, corpus quod ex ea assumpsit, pro Ecclesia sua tradidit; quam sibi ita univit, ut ipse sit caput, et ipsa corpus.

(Vers. 10.) *Et sustulit me in montem magnum et altum.* Mons iste Christus est. De hoc monte Propheta loquitur dicens: *Et erit in novissimis diebus præparatus mons domus Domini super verticem montium* (Esai. II, 2). Montes super quorum verticem mons domus Domini præparatus esse dicitur, Patres veteris Testamenti designant. Super horum ergo verticem mons domus Domini præparatus esse dicitur; quia et ab ipsis prædictus est, et in carne veniens, eos mira altitudine est transgressus. Super hunc igitur montem domus Domini, id est Ecclesia, ædificata est; quia super Christum fundata est, sicut Paulus apostolus loquitur dicens: *Fundamentum enim aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Jesus* (I Cor. III, 11).

(Vers. 11.) *Et ostendit mihi civitatem sanctam Hierusalem descendentem de celo a Deo; habentem claritatem Dei.* Notandum quia Ezechielis ultima visio cum hac Joannis visione concordat in aliquibus locis; ideo placuit ut de illa huic operi pauca inseramus. Dicit namque (Ezech. XL, 2 et seq.) montem sibi fuisse demonstratum, super quem erat civitas, et in ea templum: verum civitatem tantummodo commemorans, de templi structura multa est locutus. Eamdem ergo significationem habet illic templum, quam et hic civitas; significant enim Ecclesiam: sed per templum illud præsentis temporis Ecclesia, per civitatem autem Hierusalem Ecclesia quidem, sed qualis post finem mundi futura est, designatur. Sed dicit aliquis: Quomodo descriptio ista Hierusalem, id est, Ecclesiæ ad futurum tempus pertinet, cum præsentis temporis ejus forma in hac videatur visione describi? Ad quod nos respondemus

* Edit. et quidam mss., *quam vana est*; melius Gem., *quam vicina est*.

b Super horum ergo... est transgressus, e cod.

Gem. restituitur, cum in aliis et cunctis edit. non habeatur.

quia Ecclesia, quamvis in hac vita consistit, agnoscitur perfecte non potest, sed quasi sub quodam velamine absconsa tenetur; cum ignoretur quis sit reprobus, aut quis electus, aut ad quem finem actus suos unusquisque perducatur: in illa autem vita ejus forma omnibus patebit, tunc enim liquido omnibus apparebit, quis fuerit murus, qui portæ, qui fundamenta, qui lapides structuræ, qui lapides pretiosi. Sed querendum nobis est quomodo de cælo descendere dicatur, cum ad cælestem habitationem quotidie conscendat, in qua sine fine permansura creditur. Sanctorum actus atque merita quamdiu mente pertractamus, semper augentur in cordibus nostris; et quanto plus ea consideramus, tanto amplius eorum magnificentia nobis elevatur: at cum oculos mentis nostræ ad magnitudinem Dei omnipotentis considerandam attollimus, magnitudo sanctorum magnitudini Dei comparata, valde nobis humiliatur. Ascendunt igitur nobis sancti, cum eorum actus et merita consideramus: descendunt vero, cum ad considerandam Dei omnipotentiam oculos mentis nostræ attollimus. Dicitur quoque claritatem Dei habuisse. Habebat profecto claritatem Dei, non suam. Sæpe etenim sol in aqua fulgens, suam claritatem aquæ largitur; ita ut aqua oculos intuentium reverberet, sicut et sol: quemadmodum igitur aqua claritatem solis habet, sed non a se ipsa, sed a sole: ita et sancti habent claritatem Dei, sed non a se ipsis; sed a Deo, a quo illuminantur.

Lumen ejus simile lapidi pretioso, a tanquam lapidis jaspidis, simile crystallo. Ecce tres lapides posuit, quorum lumini lumen Ecclesiæ assimilavit: unum sine nomine, duos vero nominatim exprimens. Possumus itaque per lapidem pretiosum Patrem, per jaspidem Filium, per crystallum Spiritum sanctum intelligere. Primus sine nomine est; quia Pater a se ipso est: secundus et tertius nominatim exprimuntur; quia Filius a Patre est, Spiritus vero sanctus ab utroque procedit. Possumus etiam per lapidem pretiosum spem, per jaspidem fidem, per crystallum vero charitatem intelligere. Sed potest aliquis dicere quia in illa vita necessariæ non erunt fides et spes. *Quod enim videt quis, quid sperat (Rom. viii, 24)?* Ad quod respondemus quia sicut vestis, quæ ex aliqua materia tingitur, post tinctionem materia abjecta colorem pulcherrimum in se retinet; ita et in illa vita fide, spe, humilitate, abstinentia, cæterisque virtutibus absque charitate finem accipientibus, splendor quem ex operatione illarum sancti acquisierunt, in eis sine fine permanebit.

(Vers. 12.) *Et habebat murum magnum et altum.* Iste est murus, de quo dicit propheta: *Urbs fortitudinis nostræ Sion, Salvator ponetur in ea murus, et antimurale (Esai. xxvi, 1).* Per hunc igitur murum Christus cum omnibus membris suis designatur; ita ut per illum fundamentum, per reliquam vero structuram ejus membra figurentur. *Habentem portas duodecim.*

^a Ita mss.; edit. vero, *et tanquam lapidi jaspidis, atque crystallo... quorum lumen Ecclesiæ assimilavit.*

A In Esaii (Esai. xlvii, 1 et seq.) scriptum est quod templum, quod ei demonstratum est, tres portas habuerit, orientalem videlicet, australem, et aquilonarem. Præcipitque Deus ut porta orientalis clausa semper maneret, Principe tantummodo per eam intrante et exeunte. Per portam orientalem beata et gloriosa virgo Maria figuratur, quæ clausa autem ingressum Principis, id est, Christi, semper existit: et post egressum ejus clausa in ævum permansit. Porta autem australis vetus Testamentum, porta vero aquilonaris novum designat. Hi vero qui ab australi parte venire dicuntur, Judæi: qui autem ab aquilonari, gentes designant. Judæi itaque qui cognitionem Dei habebant, et quibus Lex data fuerat a parte solis, id est, ab australi parte, in qua sol amplius fervet; non inconvenienter ad Ecclesiam venire dicuntur. Per portam australem ingrediebantur, quia cognoscentes in veteri Testamento multipliciter Christum esse prophetatum, diversisque modis præfiguratum, eos ad fidem Christi suscipiendam san scripturæ pertrahabant. Gentiles vero idololatriam deserentes, illique abrenuntiantes, qui dixit: *Sedeto in monte Testamenti in lateribus aquilonis: ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimi (Esai. xiv, 15);* non incongrue ab aquilonari parte venire dicuntur. Per portam aquilonarem ingrediebantur; quia doctrinam Evangelii audientes, virtutes etiam quæ per Christum et ministros ejus factæ sunt admirantes, ad fidem Christi suscipiendam curebant. Præceptum est etiam, ut per iter quo quisque intraverat, non regrederetur, sed e regione ejus egrederetur; videlicet ut qui ingrediebatur per portam meridianam, egrederetur per portam septentrionalem; et qui ingrediebatur per portam septentrionalem, egrederetur per portam meridianam. Judæi quos intelligentia veteris Testamenti ad fidem Christi suscipiendam perducabat, non debebant reverti ea parte, qua venerant, scilicet ut observationes legales carnaliter implerent: sed egredi potius per portam aquilonarem, ad Evangelii videlicet doctrinam meditandam et perscrutandam se transferre; ut discerent spiritaliter implere, quod antea carnaliter facere satagebant. Gentiles vero qui per portam aquilonarem ingrediebantur, id est, qui per doctrinam Evangelii filii Ecclesiæ efficiebantur, non debebant reverti ea parte, qua venerant; videlicet ut ad errores philosophorum perscrutandos regrederentur: sed potius post susceptionem fidei atque doctrinæ evangelicæ ad portam meridianam, id est, ad doctrinam veteris Testamenti perscrutandam se transferre; ut cum invenirent in eo Christum multis modis esse prædictum, roboraretur in eis fides Christi. Per portas autem duodecim, quas Hierusalem habere dicitur, duodecim apostoli, eorumque doctrina designatur.

^b *Et in portis angelos vidi duodecim. Angeli duodecim cæteros prædicatores, 580* videlicet apostolo-

^b Mss., *angulos vidi duodecim, anguli duodecim, etc.;* sed melius edit. *angelos vidi, etc.*

rum sequaces, designant. Qui in portis suisque dicuntur; quia Adam apostolorum inconcussam sapentes, eorumque doctrinam sequentes, quoscumque potuerunt, ad fidem Christi trahere studuerunt. *Et nomina scripta duodecim tribuum filiorum Israel.* Per nomina duodecim tribuum patres veteris Testamenti possumus accipere, qui a fide sanctæ Trinitatis non devierunt: possumus etiam et per eadem nomina vetus Testamentum intelligere. Nomina duodecim tribuum in portis scripta erant; quia doctrina apostolorum æterorumque prædicatorum plena est exemplis veteris Testamenti.

(Vers. 13.) *Ab oriente portæ tres, et ab aquilone portæ tres, et ab austro portæ tres: et ab occasu portæ tres.* Quatuor plagas mundi posuit, ut indicet pene omnes gentes, quæ inter quatuor plagas mundi continentur, ad Ecclesiam convenisse. Contra unamquamque vero plagam ternas portas se vidisse dixit, id est, simul duodecim; ut indicet nullum intra Ecclesiam ingredi posse, nisi per confessionem sanctæ Trinitatis. Et quia doctrina apostolorum nihil est aliud nisi Evangelium, et ipsum Evangelium in quatuor libros dividitur, et uniuscujusque libri doctrina in fide sanctæ Trinitatis consistit; recte hæc civitas quatuor latera habere dicitur, et per singula, ternas portas; quæ simul junctæ, sunt duodecim.

(Vers. 14.) *Et murus civitatis habens fundamenta duodecim, et in ipsis scripta duodecim nomina apostolorum et Agni.* Quid significant duodecim fundamenta, ipse exposuit, cum subjunxit quod in eis scripta essent nomina duodecim apostolorum et Agni. Reprehens sum a quodam, cur Petrum fundamentum Ecclesiæ dixerim; in eo loco ubi Dominus dicit: *Tu es Petrus, et super hæc petram ædificabo Ecclesiam meam* (Matth. xvi, 18). Si Petrus fundamentum est Ecclesiæ, sicut et cæteri apostoli, quemadmodum præsens lectio aperte demonstrat; ergo super ipsum ædificata est, sicut et super cæteros: si vero super Petrum Ecclesia ædificata non est, ergo nec super cæteros; a falsa est ergo hujus Joannis præsens assertio, quia dicit duodecim apostolos duodecim fundamenta esse Ecclesiæ. Nec repellit nos a nostro intellectu illud, quod Apostolus dicit: *Fundamentum enim aliud nemo potest ponere præter id, quod positum est, quod est Christus Jesus* (I Cor. iii, 11). Non enim aliud fundamentum est Petrus, et aliud Christus Jesus; quia Petrus membrum est Christi Jesu, sicut ipse dixit discipulis suis: *Vos in me, et ego in vobis* (Joan. xiv, 20). Christus namque fundamentum est omnium apostolorum suorum, similiter et ipsi fundamenta sunt eorum, qui per eos crediderunt. Unum est igitur fundamentum, id est Christus, a quo continentur omnia fundamenta, super quem etiam tota compages Ecclesiæ constructa est. De hoc fundamento Paulus loquitur dicens: *Si quis autem ædificat supra fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides*

A pretiosas, ligna, fenum, stipulam; uniuscujusque opus quale sit, ignis probabit (I Cor. iii, 13). Sed hic posuit species, tres speciosas, et tres viles. Sæpe per aurum sapientia designatur. Aurum supra fundamentum Christi ædificat, qui sapientiam quæ vitia conterat, et virtutes patriat, in corde suo recondit, imitans Psalmistam, qui dixit: *In corde meo abscondi eloquia tua, ut non peccem tibi* (Psal. cxviii, 11). Per argentum vero sermo prædicationis exprimitur: de quo idem Psalmista dicit: *Eloquia Domini eloquia casta, argentum igne examinatum* (Psal. xi, 7). Argentum supra fundamentum Christi ædificat, qui bonum quod didicit, alios docet; ut eos ad bona opera agenda pertrahat: per lapides autem pretiosos bona opera designantur. Lapides pretiosos supra fundamentum Christi ædificat, qui bonum quod docet, operibus implet. Sunt quidam qui verba exhortationis, quibus cæteros perfecte instruunt, non habent: sed cum se per bona opera exercent, lapides pretiosos super fundamentum Christi ædificant. Similiter et qui parva sciunt, et ea alios docent, argentum utique super Christum ædificant; si tamen operibus implent ea, quæ docent. Multi enim intellectum quem acceperunt, alios docendo, super Christum ædificant: sed per mala opera destruant in se, quod ædificaverunt. Per ligna vero, fenum, atque stipulam, peccata minima designantur. Sed alius intellectus est, qui nos ab hoc sensu excludit; non enim super Christum peccata, sed virtutum opera ædificantur. Et quando peccamus, ab ædificatione quæ sit super Christum, recedimus: et quanto gravius peccamus, tanto longius separamur. Sed cum per penitentiam ad bona opera agenda recurrimus, ad ædificationem, quæ sit super Christum, revertimur. Possumus ergo per ligna terrena opera intelligere, dum quis terreno operi insisit, ut habeat unde vivat; ne forte necessitate compulsus, furari cogatur. Nam Apostolus præcipit, ut cum silentio operantes, unusquisque suum panem manducet; b et iterum: *Qui non vult operari, inquit, non manducet* (I Thess. iii, 12).

Per fenum vero amorem terrenum possumus accipere, cum quis pro affectu carnis uxorem, filios, fratresque diligit. Sed et hoc ipsum Apostolus præcipit, ut viri uxores, uxores viros, filii parentes, parentes filios suos diligant (Ephes. v, 25, 28). Per stipulam autem, eos ipsos possumus intelligere, qui pro eo quod eos libido exagitat, et se continere non possunt, uxores accipiunt. Sed et hoc Apostolus præcipit dicens: *Propter fornicationem autem unusquisque suam uxorem habeat, et unaquæque suum virum habeat* (Tit. ii, 4). Et quia tales conversationes sine crebris offensionibus esse non possunt, dicit per ignem tales esse salvandos, id est, per ignem purgatorium. Et hoc fiet, si a gravibus peccatis se abstinuerint, et per elemosynarum largitionem hoc promeruerint, ut post mortem per ignem purgatorium salvari pos-

^a Edit., *Vera est ergo hujus Joannis præsens assertio, quia duodecim fundamenta Ecclesiæ esse dixit: optime vero mss. ut in textu.*

^b Et iterum: *Qui non vult operari, inquit, non manducet*, ex mss. in textum restituitur; non secus ac quod habetur infra, *et unaquæque virum suum habeat*.

sint. Sicut enim aurum quod ex aliis permixtionibus sordidum efficitur, per ignem purgatur: ita et isti a sordibus quas ex mundanis actibus contraxerunt, per ignem mundantur, ut digni fiant electorum numero sociari.

(Vers. 15.) *Et qui loquebatur mecum, habebat arundinem auream, ut metiretur civitatem, et portas ejus, et murum.* Angelus qui loquebatur cum Joanne, in hoc loco Christum significat, qui modo regit omnes gentes in virga ferrea, sicut superius jam dictum est: in futuro autem civitatem Dei, quæ ex omnibus gentibus constabit, arundine aurea metietur. Diximus superius per virgam ferream disciplinam Evangelii esse designatam: ferrum vero grave est et durissimum. De duritia autem **581** virgæ ferreæ dicit Dominus in Evangelio: *Arcta et angusta via est, quæ ducit ad vitam (Matth. vii, 14).* Sed hanc duritiam amor Dei, et spes cælestis patriæ suavem et levem facit, sicut ipse iterum dicit: *Jugum enim meum suave est, et onus meum leve (Matth. xi, 30).* Virga itaque ferrea in arundinem levem, suavem, atque auream commutabitur; quia sancti pro angustiis, quas pro Christo pertulerunt, suavitatem et gloriam perpetuam recipient. Metietur vero civitatem, et portas ejus, et murum; quando secundum qualitatem operum unicuique mercedem restituet. Sed querendum nobis est, cum civitatem mensus fuisse dicatur, cur portas et murum adjunxerit, cum civitatis nomine hæc omnia comprehendantur. Verum sicut præterita et futura docent, per portas apostoli, per civitatem apostolici viri, per muros vero cætera multitudo fidelium designatur. Sed hæc sequentia plenius manifestant.

(Vers. 16.) Sequitur: *Et civitas in quadro posita est, et longitudo ejus tanta est, quanta et latitudo.* Per quadraturam civitatis ^a perfectio sanctorum designatur; quadratum quippe lapidem in quamcumque partem verteris, rectus stabit. Et si quadratum lapidem, aut aliud quid quod quadrari potest, diligenter inspexeris, perfectionem Ecclesiæ in eo esse depictam deprehendere poteris; habet namque sex facies, octo cornua, crepidines duodecim. Sex facies perfectionem demonstrant bonorum operum; quia senarius numerus perfectus est. Habet octo cornua, ex quibus quatuor cælum, quatuor terram respiciunt. Quatuor igitur cornua designant Evangelia, quæ duplicantur; quia dilectionem Dei et proximi specialiter commendant. Quatuor cælum respiciunt, ut indicent Deum super omnia esse diligendum: quatuor terram respiciunt, ut indicent proximos tamquam nosmetipsos esse diligendos. Duodecim vero crepidines fidem demonstrant duodecim apostolorum. A singulis autem cornibus tres crepidines prodeunt, ut indicent a doctrina Christi, quæ est Evangelium, quæ etiam in quatuor libros dividitur, fidem sanctæ Trinitatis in apostolos transisse,

^a Omnes edit., *perfectio designatur...., aut aliud quidquid quadrari potest... Habet namque sex latera... sed latera perfectionem, etc.*; mss. autem nobis con-

A ut per illos ad omnes gentes migraret. Hoc totum de quadrato lapide ideo diximus, ut demonstraremus per quadraturam civitatis perfectionem Ecclesiæ esse designatam. Et quia hæc civitas quadraturam æqualem habet, longitudo ejus tanta esse dicitur, quanta et latitudo; per longitudinem namque æterna gloria, per latitudinem autem charitas designatur. Longitudo igitur hujus civitatis tanta est, quanta et latitudo; quia quantum unusquisque fidelis in hæc vita positus major fuerit in charitate, tanto majorem gloriam in cælesti beatitudine possidebit: et quanto minor fuerit charitas, tanto minor erit et gloria.

Et mensus est civitatem per stadia duodecim millia: longitudo et latitudo et altitudo ejus æqualia sunt. Eadem significationem habent stadia duodecim, B quam et portæ duodecim habent; significant namque apostolos. Sed superius longitudinem et latitudinem hanc civitatem æqualem habere dicitur: hic vero dicitur quod longitudo, latitudo et altitudo ejus æqualia sunt. Possumus ergo in hoc loco per tria hæc quæ posuit, fidem, spem, et charitatem intelligere; ita ut per longitudinem fidem, per latitudinem charitatem, per altitudinem vero spem intelligamus. Sed quomodo æqualia esse possunt, cum Apostolus dicat: *Nunc autem manent fides, spes, charitas, tria hæc: major autem horum est charitas (I Cor. xiii, 13)?* Nam quamvis charitas major sit omnibus virtutibus, eo quod ipsa manet in æternum; secundum tamen quemdam modum his tribus virtutibus æqualitas ascribi potest. Dicit quippe Apostolus quia fides per C charitatem operatur, et fides sine operibus mortua est (*Jacob. ii, 2*). Si mortua est, ille cui mortua est, nihil est: et si fides per charitatem operatur, et illi mortua est, qui charitatis opera non habet, ergo fides tanta est, quanta sunt et opera charitatis. Similiter spes tanta est, quanta fides et charitas; quia quanta sunt opera fidelis, quæ est charitas, tanta est et spes gloriæ: in quantum namque unusquisque fidelis per charitatis opera se dilatare prævaluerit, in tantum sibi gloriam patriæ cælestis accrescere non dubitet.

(Vers. 17.) *Et mensus est muros ejus per circuitum centum quadraginta quatuor cubitorum mensura hominis, quæ est angeli.* Hoc si superiora attendamus, secundum litteram stare non potest; superius namque dicit quia mensus est civitatem per stadia duodecim; hic autem muros civitatis centum quadraginta quatuor cubitorum dicit esse mensuratos; multo enim ^b majus est spatium stadiorum duodecim, quam spatium centum quadraginta quatuor cubitorum; ideoque per majus spatium eos, qui majoris meriti sunt, intelligere possumus. Diximus superius per duodecim stadia duodecim apostolos esse designatos: martyres ergo et confessores, et cæteri perfecti viri, qui apostolorum doctrinam per omnia sunt secuti, et eorum actus imitati, in eorum

gruunt.

^b Eadem edit., *majus est spatium per quod eos, qui majoris meriti sunt, etc.*; mss. autem, ut in contextu.

ambitu metientur; quia eandem gloriam possidebunt, quam et illi. Per muros vero, qui ex minoribus lapidibus sunt, cætera multitudo fidelium designatur: qui minorem ambitum tenebant, quam illi de quibus superius diximus; quia qui minoris erunt meriti, minorā percipient et præmia. Quorum mensura in duodenario numero consistit; quia fidem apostolicam intemeratam servaverunt; duodecies namque duodecim sunt centum quadraginta quatuor. Quod autem dicit civitatem ^a et muros mensura hominis, quæ est angeli, fuisse mensuratos, demonstrat angelum in similitudinem hominis sibi apparuisse. Possumus hoc aliter intelligere. Mensuram hominis dicit esse mensuram angeli, et ea mensura civitatem et muros dicit esse mensuratos; quia sancti viri æqualitatem habebunt cum angelis, et eorum mensura mensurabuntur; quia eandem gloriam possidebunt, quam et illi, sicut Dominus dicit in Evangelio: *In resurrectione neque nubent, neque æzores ducunt; sed erunt sicut angeli Dei in celo* (Matth. xxii, 30).

(Vers. 18.) *Et erat structura muri ejus ex lapide jaspide; ipsa vero civitas auro mundo similis vitro mundo.* Sed et hic aliquam distantiam inter muros et civitatem fecit. Muros dixit ex lapide jaspide esse constructos, ipsam vero civitatem auro mundo et vitro mundo dixit esse similem; per viriditatem namque jaspidis fides designatur: per jaspidem ergo **562** simplices quique et imperfecti viri non inconvenienter designantur; qui fide salvantur, sicut dicit propheta: *Justus autem in fide sua rivet* (Habac. ii, 4). ^C Sancti autem et perfecti viri, qui per civitatem designantur, auro mundo non inconvenienter assimilantur; eo quod et sapientia fuerint repleti, quæ per aurum sæpe figuratur, et diversis tribulationibus probati, sicut aurum quod per ignem purgatur. Per vitrum vero mundum, quod clarius est omnibus metallis, angeli designantur, quos nulla macula peccati umquam sordidare potuit.

(Vers. 19.) *Fundamenta muri civitatis omni lapide pretioso ornata.* Superius diximus per duodecim fundamenta duodecim apostolos esse designatos: per lapides autem pretiosos omnes justii designantur. Duodecim ergo fundamenta duodecim lapidibus ornabuntur; quia in illa beatitudine apostoli et cæteri prædicatores pro ornamento habebunt eos, qui ^D per eos crediderunt, quoniam pro illis omnibus mercedem recipient.

Fundamentum primum jaspis. ^b Jaspis viridis ac pressi coloris est: significat autem fideles sæculares, qui a vitibus abstinentes, quamvis eorum viriditas, id est fides, ex mundi actibus aliquantulum obfuscetur; eleemosynis tamen et cæteris misericordiæ operibus peccata sua redimere non cessant. Nec abs re est quod tales in primo loco ponantur: apostoli namque,

A sicut sæpe jam inculcatum est, timentes Iis qui ex gentibus primo crediderant, austeriora Domini præcepta committere; ne forte duritia præceptorum territi, non auderent ad suscipiendam Christi fidem accedere, scripserunt eis: *Placuit Spiritui sancto et nobis nihil imponere vobis oneris, nisi ut abstineatis vos tantummodo a fornicatione, et ab escis quæ idolis immolantur, et a suffocato, et sanguine* (Act. xv, 28). Et in alio loco Petrus conversationem gentium narrans, dicit Judæis: *Et qui novit corda Deus, testimonium perhibuit, dans illis Spiritum sanctum sicut et nobis, fide purificans corda eorum* (Ibid., 8 et seq.). ^c Quicumque ergo istos imitantur, in figura lapidis jaspidis continentur.

^B *Secundus saphirus.* Saphirus cærulei coloris est, sicut hyacinthus: sed guttas habet internixtas ejusdem coloris, sed nigrioris. Videntur etiam mihi per hunc lapidem sæculares quidam viri designari, cœlestia quidem desiderantes, sed in sæculi actibus adhuc occupati, ex qua occupatione quasdam maculas contrahere videntur. Qui pro eo quod omnibus curis cœlestia anteponunt, cœli habere colorem dicuntur: qui in secundo numero ideo ponuntur; quia Deum super omnia, et proximos sicut seipsos student diligere.

Tertius chalconius. Chalcedonius rubeum habet colorem, sed tamen obscurum, nisi cavando attenuetur: ipsa vero concavitas pulcherrimum colorem et gratissimum ei confert. Significat autem et iste sæculares quosdam viros, qui quantæ sanctitatis ante persecutionis tempus fuerint, homines latuit: sed a persecutoribus suis diversis tribulationibus attenuati, quantus splendor sanctitatis in eis latuerit, cunctis patuit: qui non inconvenienter in tertio loco ponuntur; eo quod in confessione sanctæ Trinitatis perdurantes, ad martyrii palmam pervenire meruerint.

Quartus smaragdus. Eximie pulchritudinis atque viriditatis est, in tantum ut ea quæ circa se sunt, sua viriditate inficiat. Significat autem prædicatores sanctos, qui et fide virides, et virtutibus præclari, splendorem suæ fidei prædicando circumquaque sparserunt: qui ideo in quarto loco ponuntur, eo quod doctrinam Evangelii, quæ in quatuor libris dividitur, per multa loca disseminaverunt.

(Vers. 20.) *Quintus sardonix.* Sardonix candidus est, in rubeum colorem parumper declinans: significat autem simplices quosque et innocentes viros, qui propter vitæ puritatem per lapidem candidum designantur. Qui pro eo quod vigilando, jejunando, abstinendo, ac diversis modis corpora sua affigendo, martyria sibi imponunt, quasi colorem rubeum habere videntur: qui non inconvenienter in quinto loco ponuntur; per quinarium enim numerum sæpe quin-

^a Gill., et muros mensura hominis est, vel mensuram hominis dicit angelos fuisse mensuratos. Romani correxerunt, et muros mensura hominis esse, vel mensura hominis, etc.; sed mss. melius locum restituant.

^b Ita mss.; edit. autem, *Jaspis vero viridis, ac spissi coloris est.*

^c Omnes edit., *Deum imitantur*; omnes mss., *istos imitantur.*

que sensus corporis ^a designantur. Beatus quoque Gregorius dicit, quia per quinque corporis sensus exteriorum scientia designatur: et quia isti exteriorum scientiam quam perceperunt, aliis imperitare studuerunt, recte in ædificio civitatis sanctæ quintum locum obtinent.

Sextus sardius. Sardius fulvi coloris est, qui pro eo quod in rubicundum colorem aliquantulum declinare videtur, parumper obscuratur. Per fulvum itaque colorem, qui aureo colori appropinquat, tribulationes quas sancti ab hostibus pertulerunt, designantur: rubens vero color martyrium designat. Per sardium igitur sancti et perfecti viri designantur, qui post experientiam omnium virtutum, post diversas persecuciones, post immania tormenta quæ ab inimicis pertulerunt, ad martyrii palmam pervenire meruerunt: qui non incongrue in senario numero, qui perfectus est, ponuntur: quia et virtutibus perfecti exstiterunt, et ipsam perfectionem martyrio ornaverunt.

Septimus chrysolithus. Chrysolithus totus aureus est, et sæpe per aurum sapientia designatur. Per chrysolithum ergo sapientes in Ecclesia viri designantur, qui propter fulgorem sapientiæ aurei apud homines recte dici possunt: qui congruenter in septimo loco ponuntur; eo quod septem donis Spiritus sancti repleti, multos verbis et exemplis ab iniquitate averterint.

Octavus beryllus. Beryllus eximie claritatis est, cæruleum colorem habens admixtum; significat autem puræ vitæ homines, et a sæculi actibus per omnia alienos: qui ne claritatem vitæ suæ aliquo modo macularent, etiam a consortio cæterorum hominum sequestrari voluerunt: quorum claritas in cæruleum colorem vertebatur; quia cælo semper intenti, angelicam vitam inter homines duxisse comprobantur: qui non inconvenienter in octavo loco ponuntur; ^b bis namque quaterni fiunt octo. Quaternarium itaque numerum isti impleverunt; quia Evangelii præceptum secuti sunt, quod dicit: *Vade, vende omnia quæ habes, et da pauperibus, et habebis thesaurum in cælo, et veni, sequere me (Matth. xix, 21)*. Quaternarium numerum duplicaverunt; quia ad **588** idem perfectionis culmen multos alios secum conscendere suaserunt.

Nonus topazius. Topazius ærei aureique coloris esse dicitur, jubar suum circumquaque spargens. Sæpe per aurum probati viri, qui igne tribulationis probantur, designantur: ipsæque tribulationes diversæ sunt; aliquando namque sancti viri diversis tentationibus quas a dæmonibus patiuntur, probantur: aliquando per tribulationes, quæ eis a malis hominibus ingeruntur; aliquando per afflictiones, quas ipsi sibi ingerunt: aliquando flagellis Dei etiam

A probantur; et per activæ vitæ exercitiâ. Videntur itaque mihi per lapidem topazium ⁱⁱ designari, ^c qui prius per activæ vitæ opera probantur; et postea transeunt ad contemplativam. Ille enim competentem gradu ad contemplativam vitam conscendit, qui prius per activæ vitæ exercitiâ probatus fuerit; nam qui subito ad contemplativam vitæ celsitudinem sine exercitiis activæ vitæ transit, facile labitur. Quod autem hic lapis radios suos circumquaque spargere dicitur, significat illos viros, qui per eum designantur, et ad activæ vitæ opera prædicando multos pertraxisse, et ad contemplativæ vitæ celsitudinem multos etiam secum duxisse: qui non incongrue in nono loco ponuntur; ter enim terni sunt novem. Sancti ergo viri qui propter amorem sanctæ Trinitatis in activæ vitæ bonis operibus prius affligentes semetipsos, suis exhortationibus quoscumque potuerunt, ad suam imitationem pertraxerunt; et iterum ad contemplandam ejusdem sanctæ Trinitatis divinitatem conscendentes, multos secum perduxerunt, non inconvenienter in nono loco ponuntur; eo quod talentum quod a Domino pereceperunt, non solum duplicaverunt, sed et triplicaverunt.

Decimus chrysoprasus. Chrysoprasus lapis viridis aureique coloris esse perhibetur: qui pro eo quod in decimo loco ponitur, possumus per eum quosdam doctores Ecclesiæ intelligere, qui et verbis in corporibus positi multos docuerunt, et multa plura suis scriptis erudierunt ^d et erudiant quotidie, ut fuerunt Hieronymus, Augustinus, Gregorius et multi alii; qui etiam et lumina Ecclesiæ recte dici possunt: qui per viridem et aureum colorem designantur; eo quod viriditate fidei fuerint firmi, et sapientia, ut aurum fulgidi. Per denarium vero numerum vetus Testamentum, propter decem videlicet præcepta Legis, possumus intelligere. Et quia vetus Testamentum sine doctrina novi Testamenti nullus intelligere potest, eo quod spiritualis intelligentia in veteri Testamento nihil est aliud, quam novum Testamentum; non inconvenienter in decimo loco ponuntur, eo quod scientiam veteris Testamenti ac novi plenissimam habuerint. Possumus et denarium numerum aliter intelligere; denarius quippe numerus dividit et ordinat, et perficit omnes numeros: ita et isti diviserunt quodammodo Scripturas, cum eas exponendo per sententiâs et libros partiti sunt: ordinaverunt eas, cum earum obscuritates aperuerunt; et quæ inordinata videbantur, quam rectum ordinem habuerint, manifestaverunt: per secerunt autem, cum ea quæ desesse videbantur, suppleverunt.

Undecimus hyacinthus. Hyacinthus cujus speciosus hyacinthino colori nomen imposuit, pretiosissimus

^a Eadem edit., designantur. Quia igitur per quinque sensus corporis; contra vero cuncti mss. in nostram restitutionem consentiunt.

^b Bis namque quaterni fiunt octo, ex mss. restitutione.

^c Mss. etiam omnibus debetur hæc restitutio: in

edit. enim legebatur, qui per activæ vitæ opera ad contemplativam vitam conscendunt, qui prius per activæ, etc.

^d Ita mss.; edit. vero, et erudiant. Qui etiam et lumina Ecclesiæ... eo quod viriditate fidei, firmitate et sapientia, ut aurum fulgidi fuerunt.

est, cœli sereni colorem habens, sicut sapphirus: A sed hic per plateam civitatis mentes fidelium: per aurum vero mundum, et vitrum perlucidum munditia mentium hominum designatur, atque angelorum; quia sicut ad mentes angelorum nulla unquam vana 584 cogitatio accedere potuit, quæ eos macularet: ita et sanctis post resurrectionem nulla unquam inutilis cogitatio adveniet, quæ eorum mentes commaculet.

(Vers. 22.) *Et templum non vidi in ea; Dominus enim omnipotens templum illius est, et Agnus.* Per templum, in quo hostiæ et sacrificia offerebantur, præsens Ecclesia designatur, in qua non carnalia, sed spiritualia sacrificia quotidie Deo offeruntur. Nam sicut illic secundum qualitatem peccatorum exercebatur ritus sacrificiorum; ita et in Ecclesia secundum modum culparum debent esse sacrificia poenitentiae, sacrificia orationum, stetitum, cordis compunctionum. De talibus sacrificiis Propheta loquitur dicens: *Sacrificium Deo spiritus contribulatus (Psal. L, 19); et iterum: Tunc acceptabis sacrificium justitiæ (Ibid. 21).* Si est sacrificium justitiæ, b est et patientiæ, est et abstinentiæ, est et humilitatis ceterarumque virtutum. Hæc sunt sacrificia, quæ odorem suavissimum præbent Domino, non carnes pecudum, quæ in altari cremabantur. Joannes ergo templum in sancta civitate se non vidisse dixit; quia hæc omnia quæ diximus, in illa beatitudine necessaria non erunt: *Absterget enim Deus omnem lacrymam ab oculis sanctorum, et mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra, quæ prima abierunt (Sup. v. 4).* Dominus vero templum illius erit et Agnus; quia in illo erunt sancti, et in illo habitabunt, sicut ipse dixit discipulis suis: *Sicut ego in Patre, et vos in me, et ego in vobis (Joan. XI, 20).*

(Vers. 23.) *Et civitas non eget sole, neque luna, ut luceant in ea; nam claritas Dei illuminabit eam, et lucerna ejus est Agnus.* Per solem novum Testamentum, per lunam vetus designatur. Absque istis duobus luminaribus Ecclesia per viam rectitudinis in tenebris hujus sæculi sine crebris offensionibus incedere non potest: in illa autem beatitudine, ubi nullæ tenebræ erunt, nulla offensio, nihil incorrectum quod corrigi possit, lux novi ac veteris Testamenti necessaria non erit; illius enim lumine sancti sine fine perfruuntur, qui auctor est lucis, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum (Joan. I, 9).

(Vers. 24.) *Et ambulabunt gentes per lumen ejus, et reges terræ afferent gloriam suam et honorem in illam.* Per gentes omnes electi designantur. Sed quomodo ambulabunt? Ambulabunt mente, non corpore: non mutando locum, sed considerando omnipotentiam, divinitatem atque majestatem. Per lumen Ecclesiæ ambulabunt; quia ut hoc iter perficere possint, illo lumine illuminabuntur, quod cuncta Ecclesiæ omnipotens Deus daturus est:

a Omnes edit., undecim numerum; omnes mas., decimum numerum. Melius, cum de unitate infra dicatur.

b Eadem edit., est et scientiæ; mas. o contrario, est et patientiæ.

per reges autem terræ apostoli et cæteri prædicatores designantur : gloriam vero et honorem prædicatorum eos vocat, qui per eos crediderunt, sicut apostolus Paulus dicit discipulis suis ; Inam gloria nostra vos estis in Domino (II Cor. II, 14). Afferent ergo gloriam suam et honorem in illam ; cum eos qui per eos crediderunt, Domino repræsentabunt.

(Vers. 25.) *Et portæ ejus non claudentur per diem; nox enim non erit illic.* Superius per duodecim portas, quæ ex duodecim margaritis fuisse dicuntur, apostolos fuisse diximus designatos : sed hic ubi sine numero ponuntur, aliam significationem habent ; significant namque corda fidelium, fideles namque in hac vita positi noctem patiuntur, id est, dæmones et impios homines. Portas autem in nocte claudunt, cum contra omnia tentamenta dæmonum aditus mentium suarum obstruunt, eaque a se repellunt. Claudunt etiam portas in nocte, cum contra malitiam pravorum hominum corda sua muniant ; ut non audiant linguam detrahentem, non reddant malum pro malo, vel maledictum pro maledicto, ut secundum prophetam : *Excuciat manus suas ab omni munere, et obturent aures suas, ne audiant sanguinem; et claudant oculos suos, ne videant malum* (EccI. xxxiii, 16). Porro in illa beatitudine, ubi nullus dæmon, nullus reprobus esse poterit, qui mala suadeat, qui per noctem designantur, portarum, id est, mensium observatio necessaria non erit ; nam et secundum litteram erit ibi dies perpetuus, nulla nocte succedente.

(Vers. 26.) *Et afferent gloriam gentium, et honorem in illam.* Superius reges terræ, id est, prædicatores sanctos, gloriam suam in civitatem sanctam detulisse dicit : per quam gloriam gentes, quæ per eos crediderunt, diximus fuisse designatas. Si ergo gloria prædicatorum gentes sunt, gloria gentium quæ est ? Nisi forte secundum Salomonem hoc dictum intelligamus, qui dicit : *Gloria senum filii filiorum : et gloria filiorum a patres eorum* (Prov. xvii, 6). Gloria namque senum, id est, apostolorum, filii sunt filiorum, id est, gentes quæ per ipsos, et per alios, id est, discipulos eorum crediderunt : gloria vero filiorum erunt patres eorum ; quia gaudebunt gentes, eo quod tanti meriti tantæque excellentiæ patres habeant, cum eorum gloriæ participes esse meruerint. Quod autem dicit *afferent*, possumus ad angelos referre ; qui in die judicii sanctos Dei ad percipienda præmia repromissa deducunt, sicut Dominus dicit in Evangelio : *Mittet Filius hominis angelos suos, et congregabunt electos ejus a quatuor ventis cæli, et a summitate cælorum* (Matth. xxiv, 31).

(Vers. 27.) *Nec intrabit in eam aliquid coinquinatum, et faciens abominationem et mendacium, nisi qui scripti sunt in libro Vitæ Agni.* Inquinatos vocat eos, qui se diversis sceleribus inquinaverunt : abominationem autem faciunt, qui malum operantur ; nihil

A enim abominatur Deus, nisi malitiam, sicut in libro Sapientiæ scriptum est : *Misereris omnium, Domine, et nihil eorum odisti, quæ fecisti* (Sap. xi, 25). Quæri autem potest cur mendacium fieri dicatur. Quod autem facimus, jam non est mendacium, quia quod factum est, non potest non esse factum, ut sit mendacium. Sed factum pro locutione posuit ; peccatum quippe mendacii loquendo facimus, non operando. Possumus etiam per mendacium omne peccatum intelligere ; scimus enim quia Deus veritas est, peccatum vero deceptio est animarum. Quidquid ergo contrarium est veritati, atque ad deceptionem animarum pertinet, quamvis videatur verum, mendacium recte dici potest. In illa itaque sancta civitate non intrabit aliquid coinquinatum, et faciens **585** abominationem et mendacium ; quia in die judicii *exibunt angeli, et separabunt malos de medio justorum, et mittent eos in caminum ignis ardentis* (Matth. xiii, 49). Nam et illis qui oleum charitatis in vasis suis non habuerint, claudetur janua regni cælestis ; diciturque illis a Domino : *Amen dico vobis, nescio vos* (Matth. xxv, 12).

† CAPUT XXII. — (Vers. 1.) *Et ostendit mihi rivum aquæ vitæ, splendidum tanquam crystallum, procedentem de sede Dei et Agni, in medio plateæ ejus.* Ezechieli in ultima visione torrens demonstratus est, qui de templo exibat, et decurrebat in mare, de quo ita loquitur : *Et duxit me, inquit, angelus mille cubitos, et transduxit me per aquam usque ad talos. Et duxit me mille cubitos, et transduxit me per aquam usque ad genua. Et duxit me mille cubitos, et transduxit me per aquam usque ad renes. Et duxit me mille cubitos, torrentemque non potui transvadere ; quia intumuerant aquæ torrentis, qui transvadari non potest* (Ezech. xlvii, 3 et seq.). Per torrentem Scripturam divinam intelligere debemus, quæ de templo, id est, de Ecclesia egreditur, ab ore scilicet prædicatorum : angelus vero Dominum significat : propheta autem typum tenet eorum qui divinas Scripturas ad hoc discere volunt, ut ipsi in eis proficiant, et alios per earum scientiam instruant : millenarius vero numerus perfectionem alicujus rei sæpe demonstrat. Et prima transductio ad historiam intelligentiam, secunda ad moralem, tertia pertinet ad spiritalem.

D^b Angelus igitur prophetam mille cubitos ducit, cum Dominus alicui fidei suo desiderium largitur intelligendi Scripturas : transducit eum usque ad talos, cum ei historiam intellectum tribuit ; quisquis enim moralem et spiritalem intelligentiam in divinis Scripturis investigare desiderat, necesse est ut historiam intelligentiam prius possideat : secundo angelus prophetam mille cubitos ducit, cum Dominus fidelem suam ad moralem intelligentiam percipiendam accendit : per aquam usque ad genua eum transducit, cum moralis scientiæ sensus ei mani-

^a Omnes edit., *patres eorum. Gloria vero filiorum ; sed lacunam egregie supplet omnes mss.*

^b In edit. hæc verba, *angelus igitur transducit...*

intelligendi Scripturas, supra ponebatur post voces Dominum significat ; sed in mss. hoc loco aptius collocatur.

festat. ^a Tertio angelus prophetam mille cubitos A ducit, cum Dominus post moralem intelligentiam fidelem suum ad spirituales intelligentiæ sensus enucleandos per desiderium evehit. Per aquam usque ad renes eum transducit, cum spiritualis scientiæ sensus ei aperit. Quarto prophetam angelus mille cubitos ducit, cum post intelligentiam Scripturarum fidelem suum Dominus ad contemplanda divina et cœlestia sacramenta elevat. Torrentemque non potuit transvadare; quia profunditatem divinorum cœlestiumque mysteriorum nullus, sicut est, perscrutari potest: *Ex parte enim cognoscimus, et ex parte prophetamus*, sicut dicit Apostolus: *Cum autem venerit quod perfectum est, evacuabitur quod ex parte est* (1 Cor. iii, 9); et iterum: *Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem* (Ibid., 10). Hunc torrentem idem Paulus transmeare se non posse considerans dicebat: *O altitudo divitiarum sapientiæ et scientiæ Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia ejus, et investigabiles viæ ejus! Quis enim cognovit sensum Domini, aut quis consiliarius ejus fuit, aut quis prior dedit illi, et retribuetur ei? Quoniam ex ipso, et per ipsum, et in ipso sunt omnia: ipsi gloria in sæcula sæculorum, amen* (Rom. xi, 33 et seq.). Et propheta Esaias: *Oculus non vidit, Deus, absque te, quæ præparasti expectantibus te* (Isai. lxiv, 4). Ecce angelus prophetam usque ad locum præfinitum duxit, et non eum transduxit; quia omnipotens Deus suos sanctos usque ad contemplanda secreta et arcana mysteria suæ divinitatis perducit: sed nequaquam eos transducit; quia fragilitas humana perfecte non potest comprehendere illa inscrutabilia et divina mysteria. Et sicut qui regio cibos odoratus est, et eorum dulcedinem prægustavit; amplius eos desiderat, quam ille qui nec eos vidit, nec odoratus est, nec qualis esset eorum dulcedo gustando sensit: ita et sancti, qui per contemplationis gratiam dulcedinem patriæ cœlestis sæpe degustant, multo amplius in ejus amore quotidie exardescunt, quam illi qui propter dulcedinem sæculi dulcedinem non sentiunt vitæ æternæ.

Dicit idem propheta in sequentibus vidisse se ligna in utraque ripa torrentis, quorum fructus erant in cibum, et folia ad medicinam. Duæ ripæ duo Testamenta significant: inter has duas ripas D magnus torrens Scripturarum, qui a sanctis Patribus editus est, decurrit: per ligna vero doctores Ecclesiæ designantur, qui in utrisque ripis, id est, in doctrina veteris ac novi Testamenti plantati esse dicuntur; unde aquas veræ scientiæ trahentes, et fructus gignunt, et folia: per fructus namque opera bona, per folia autem verba prædicationis designantur. Fructus in cibum, et folia ad medicinam proficiunt; quia unusquisque doctor languenti animæ medicinam verborum salutiferam tunc ministrat, cum eam prius exemplis bonorum operum paverit.

^a Quidquid a vocibus, *Tertio angelus prophetam usque ad sacramenta elevat* intercedit, e mss. om-

Ecce Ezechiel torrentem de templo exiisse se vidisse dixit: Joannes autem non torrentem, sed fluvium a sede Dei et Agni procedentem sibi ostensum fuisse dicit (*Ezech. xlvii, 5*). Torrens ex nimio ardore solis solet siccare, fluvius vero nullo ardore exsiccat: non inconvenienter ergo per torrentem divina Scriptura exprimitur, quæ veniente sole, id est, Domino ad iudicium, siccabitur; quia post resurrectionem divina Scriptura necessaria non erit. Porro per fluvium, qui nullo ardore solis exsiccat, gloria sanctorum perpetua intelligitur: qui a sede Dei et Agni procedere dicitur; quia ab illo fluvius gloriæ sanctorum procedet, a quo, illis in carne positus, processit rivus omnium bonorum.

Qui fluvius splendidus tamquam crystallus esse B dicitur: verum quia hujus lapidis in hoc libro sæpe sit mentio, placuit ut de natura et significatione ejus pauca dicamus. Hic lapis clarior est omnibus lapidibus: nascitur autem in frigidissimis locis, a quibus frigus numquam recedit. Quia ex inferiori parte saxo aliquantulum molliori inhaeret, radicem in eo parumper defigens, sursumque crescens erigitur, sex angulos habens, in summitate vero acuitur; eundem tamen ordinem sex angulorum usque ad summitatem servans. Significat autem unumquemque perfectum virum: lapis vero, cui inhaeret, Christum designat: claritas crystalli puritatem mentium 586 sanctorum: sex anguli perfectionem demonstrant operum bonorum. Ordinem sex angulorum usque ad summitatem ducit; quia sancti hoc student, ut perfectionem bonorum operum usque ad finem vitæ perducant: in superioribus vero summitate acuitur; quia omnis intentio sanctorum ad illum tendit, qui unus est, et in quo etiam ipsi unum sunt.

Fluvius ergo iste, qui gloriam sanctorum designat, splendorem crystalli habere dicitur; quia unicuique fidelium secundum qualitatem operum suorum refulget, sicut dicit Apostolus: *Stella enim ab stella differt in claritate, sic et resurrectio mortuorum* (1 Cor. xv, 41). Qui de sede Dei et Agni procedere dicitur; quia ab ipso procedet omnis gloria sanctorum, qui auctor est omnium bonorum: qui etiam in medio plateæ civitatis decurrere dicitur; quia corda sanctorum perpetua suavitatis dulcedine lætificabit.

Et ex utraque parte fluminis lignum vitæ (Ezech. xlvii, 7). Ezechieli in utraque ripa torrentis plurima ligna demonstrata sunt, de quibus superius locuti sumus: hic autem vitæ lignum utramque partem fluminis occupasse dicit. Sed illic per multa ligna multi prædicatores: hic autem per unum vitæ lignum unus Christus designatur, qui est vita cunctorum fidelium: per utramque vero partem fluminis possumus angelos et homines intelligere. Utramque igitur partem fluminis lignum vitæ obtinebit: quia et angelos et homines sanctos Christus æqualiter possidebit. *Afferens fructus duodecim*. Fructus duo-

nibus restituitur.

decim apostoli sunt, omnesque qui eorum doctrinam sunt secuti: fructus duodecim lignum vitæ afferet; quia in illa beatitudine Christus omnem multitudinem fidelium collocabit. *Per menses singulos reddens fructum suum.* Menses singuli tempora sunt ab initio mundi usque ad finem ejus, de quibus frequenter diximus. Per menses ergo singulos reddet fructum suum; quia omnes electos qui singulis temporibus fuerunt, et erunt usque ad finem, in illa beatitudine Patri representabit. *Et folia ligni ad sanitatem gentium.* Folia ligni verba sunt Evangelii, quæ sanitatem multis gentibus præstiterunt. Et est sensus: Omnes gentes quæ per doctrinam Evangelii a languoribus animarum salvæ factæ sunt, in cœlesti beatitudine constituet.

(Vers. 3.) *Et omne maledictum non erit amplius.* Cum dicit, *omne maledictum* demonstrat plurimas esse maledictiones. Maledictionem mortis primus homo incurrit, quando peccavit, et ab illo in omnes homines pertransiit (Gen. iii, 17). Et de Christo Paulus dicit quod factus sit maledictum pro nobis (Rom. v, 11); quia mortem, quæ est maledictio primi hominis, pro nostra salute suscepit (Galat. iii, 13). Sed et Cain pro reatu homicidii maledictus est a Deo (Gen. iv, 11). Et contemptoribus Legis dicit Moyses: *Maledictus qui non permanserit in sermonibus libri hujus* (Deut. xxvii, 26). Similiter et nos cum graviter peccamus, ipsi nosmetipsos pessima maledictione damnamus. Omne igitur maledictum non erit amplius; quia peccatum non erit, nec aliquid quod occasionem præbeat peccandi. Maledictio quoque primi hominis in resurrectione deletur, cum immortalitas omnibus electis fuerit attributa. *Et sedes Dei, et Angeli in illa erunt* (1 Cor. xv, 53). Si modo sunt sancti Dei in hac vita positi sedes Dei, quanto magis tunc, cum corruptibile hoc induerit incorruptionem, et mortale hoc induerit immortalitatem? *Et servi ejus servient illi.* Quæ est ista servitus, qua servi Dei servient Deo? Amando videlicet eum, et sine fine eum laudando.

(Vers. 4.) *Et videbunt faciem ejus, et nomen ejus in frontibus eorum.* Quanta sit gloria et suavitas quæ sanctis ministrabitur, mens humana comprehendere non potest, sicut dicit apostolus Paulus: *Quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparavit Deus diligentibus se* (1 Cor. ii, 9). Sed omnem dulcedinem atque suavitatem illud transcendet, quod videbunt Deum facie ad faciem. Nomen verò Dei est Filius Dei: nomen itaque erit in frontibus sanctorum; quia ipsa claritas atque species demonstrabit eos esse filios Dei.

(Vers. 5.) *Et nox ultra non erit.* Dicit in alio loco Joannes: *Deus lux est, et tenebræ in eo non sunt ullæ* (1 Joan. i, 5). Quas ergo tenebras pati poterunt, a quibus Deus assidue videbitur? Quod si de dæmonibus et impiis intelligere voluerimus hoc dictum, nox non erit:

^a Omnes edit., in omnibus iis; omnes mss., in sermonibus libri hujus.

^b Ita mss.; edit. vero: Cur angelus Domini a

quia dæmones cum omnibus impiis in cloaca inferni in perpetuum tenebuntur reclusi. *Et non egebunt lumine lucernæ, neque lumine solis.* Diximus superius per lumen lunæ ac lumen solis vetus ac novum Testamentum esse designatum: eandem itaque significationem habet lucerna in hoc loco, quam superius diximus lunam habuisse. De lumine autem solis ac lunæ, id est, veteris ac novi Testamenti, superius aliqua diximus. Hoc igitur lumine non egebunt sancti. *Quoniam Dominus Deus illuminabit illos, et regnabunt in sæcula sæculorum.* Hucusque visio septima. Quæ sequuntur, ad admonitionem pertinent ipsius Joannis cæterorumque fidelium.

(Vers. 6.) *Et dixit mihi: Hæc verba fidelissima et vera sunt.* Hoc his ideo repetit ut nullus considerans obscuritates dictionum, et ea quæ secundum litteram irrationabilia videntur, incredulus existat; tuerunt enim quidam, qui non intelligentes divina mysteria, quæ in hoc libro continentur, a catalogo divinarum Scripturarum eum amputare voluerunt. *Et Dominus Deus spirituum prophetarum misit angelum suum ostendere servis suis, quæ oportet fieri cito;* id est, Dominus Deus qui spiritum prophetiæ dedit omnibus sanctis prophetis, ipse misit angelum suum, id est, ipsum qui hoc loquebatur, qui et Joanni ostendit omnia mysteria, quæ in hoc libro continentur, ostendere servis suis quæ oportet fieri cito. Cum hæc Scriptura non tantum ad futurum tempus, sed etiam ad præteritum pertineat, cur ad demonstranda ea tantummodo, quæ oportebat fieri cito, a Deo dicit esse missum? Quia nimirum præterita facile dignoscuntur: futura autem et incognita hominibus non nisi per revelationem Spiritus sancti, aut per angelorum ministerium intelligere possumus. Aliter quidquid ignoramus, futurum nobis est; quia futurum est ut ad cor nostrum veniat, quod nescimus; illud videlicet, quod Deus prædestinavit ut sciremus; non enim scientia mali nobis prædestinata est, sed ex originali peccato descendit.

587 (Vers. 7.) *Et ecce venio velociter.* Hoc in persona loquitur Christi, significans eum ad iudicium cito esse venturum. *Beatus qui custodit verba prophetiæ libri hujus.* Ille servat verba prophetiæ, id est, mandata Dei, qui ea operando implet, et in meditatione eorum assiduus est, implens illud Psalmographi dictum: *Sed in lege Domini voluntas ejus, et in lege ejus meditabitur die ac nocte* (Ps. i, 2).

(Vers. 8, 9.) *Et ego Joannes qui audivi et vidi hæc, et postquam audissem et vidissem, cecidi ut adorarem ante pedes angeli, qui mihi hæc ostendebat, et dixit mihi: Vide ne feceris, conservus tuus sum et fratrum tuorum prophetarum, et eorum qui servant verba libri hujus. Deum adora.* Cur angelus a Joanne adorari noluerit, beatus Gregorius sufficienter exposuit: querendum vero nobis est, cur repetiit quod antea ei prohibitum fuerat. Sed si diligenter scripturam libri hujus

Joanne adorari noluerit, superius in expositione quintæ Visionis sufficienter exposuimus. Mera impostura.

inspexerimus, non in vanum esse factum intuebitur; **A** nam cum ei demonstrasset angelus Christum in sua sede sedentem, quatuorque animalia, et viginti quatuor seniores, nequaquam dicitur angelum adorare voluisse. Similiter cum ei demonstrasset qualiter ab Agno septem sigilla reserata sunt, et ea quæ sub cantu tabarum septem angelorum gesta sunt, nec non et ea quæ sub effusione phialarum septem angelorum gesta fuisse leguntur, nequaquam dicitur quod angelum adorare voluerit. Ubi vero ventum est ad eum locum, in quo ei ab angelo demonstratum est, qualiter sponsa Christi, id est Ecclesia, Christo conjuncta est, in eo videlicet loco, ubi scriptum est: *Gaudemus et exultamus, et demus gloriam ei; quia venerunt nuptiæ Agni, et uxor ejus præparavit se: et datum est ei, ut operat se byssino splendente candido. Byssinum enim, **B** inquit, *justificationes sunt sanctorum;* continuo angelum adorare voluit. Simili modo et in sequentibus, cum ei demonstrata esset dejectio Antichristi, alligatio diaboli in abyssum, gloria resurrectionis, nullo modo angelum adorare voluit: cum autem in fine hujus visionis demonstratum esset ei qualiter Ecclesia post resurrectionis gloriam Christo in æternum cum illo regnatura sociabitur, continuo angelum adorare voluit; conjungitur namque Ecclesia quotidie Christo per fidem, cæteraque bona opera, quæ per byssum designantur. Conjungetur vero ei post resurrectionem multo excelcius atque nobilius, non jam per partes, sicut modo; sed tota simul in æternam cum illo mansura, et sine fine regnatura. Igitur Joannes bis angelum adorare voluit; quia binas conjunctiones Ecclesiæ cum Christo ei demonstravit.*

(Vers. 10.) *Et dixit mihi: Ne signaveris verba prophetiæ libri hujus; tempus enim prope est.* Signata est Scriptura illis, a quibus non intelligitur. Præcipitur igitur Joanni ne signet verba prophetiæ libri hujus, id est, ne tacendo obscuritates ejus abscondat, sed exponendo potius omnibus eam scire volentibus manifestet; eo quod dies judicii, qui in hoc libro diversis modis describitur, prope sit, et necesse habeamus ut periculum, quod imminet, corde videamus, ne sicut fur incautos ocephet et perdat. Sed cur Joannes secundum præceptum angelicum obscuritates libri hujus exponendo et describendo manifestare noluit; præsertim cum propter easdem obscuritates quidam in errorem et hæresim deciderint, dicentes Christum post resurrectionem per mille annorum spatium cum omnibus sanctis in mundo carnaliter esse regnaturum. Verum quod non fecit scribendo, credimus eum fecisse prædicando.

(Vers. 11.) *Qui nocet, noceat adhuc: et qui in sordibus est, sordescat adhuc: et sanctus sanctificetur*

^a Edit., *et demus gloriam ei, et cætera; continuo angelum;* mss. autem, ut nos in textu.

^b Eadem edit., *sordescat adhuc. Non præcipiendo;* cætera ex mss. restituta sunt.

^c Rom. edit. sola, *citius expleant. Et qui justus est, justificetur adhuc: et sanctus sanctificetur adhuc. Ecce omnia, etc.*

adhuc. Qui nocet: Qui nocet, noceat adhuc: et qui in sordibus est, sordescat adhuc; non præcipiendo, sed comminando dixit. Solent quippe homines hoc genere locutionis terrere quosdam sibi subjectos, sicut magistri qui solent dicere pueris vacantibus: *Nolite legere, nolite legere:* illi vero intelligentes comminationem esse hoc, non prohibitionem, statim incipiunt legere. Hoc etiam modo domini servos otio torpentes terrere solent, ut opus sibi injunctum cæcius expleant.

(Vers. 12.) *Ecce vento cito, et merces mea mecum est reddere unicuique secundum opera sua.* Sæculi homines mercedes, quas sibi servientibus debent reddere aut in sacculis, aut in horreis, aut in quibusdam terræ locis habent: Christus autem præmia servorum suorum secum semper habet; ab ipso enim procedit modo omnis bonitas sanctorum, ab ipso et in futurum procedet omnis gloria eorum.

(Vers. 13, 14.) *Ego sum A et O, primus et novissimus, principium et finis. Beati qui lavant stolas suas, ut sit potestas illis in ligno vitæ, et per portas intrent in civitatem.* Possumus per stolas in hoc loco animas nostras intelligere, et quia assidue peccamus, necesse est ut stolas, id est, animas nostras, orando, vigilando, jejunando, eleemosynas largiendo assidue lavemus. Per lignum vitæ possumus sapientiam intelligere, dicente Salomone: *Lignum vitæ est iis, qui apprehenderit eam; et qui tenuerit eam, beatus* (Prov. 11, 18). Potestatem in ligno vitæ, id est, in sapientia habent sancti; quia quicumque sapientiam possidet, potens est ad omnia vitia extirpanda, ad tentationes dæmonum devincendas, et ad omnia bona opera peragenda, sicut dicit Salomon: *Melior est patiens viro forti, et qui dominatur animo suo expugnatore urbium* (Prov. xvi, 32). Tales ergo per portas intrant in civitatem, per illam videlicet portam, quæ dicit in Evangelio: *Ego sum ostium; per me si quis introierit, salvabitur; et ingredietur, et egredietur, et pascha inveniet* (Joan. x, 9). Possumus hoc et ad futurum tempus referre; per lignum namque vitæ Christus designatur, ut sæpe jam diximus. Sicut enim ex uno stipite ligni multi rami prodeunt; ita et ex uno Christo multitudo sanctorum. Quicumque ergo lavacris spiritalibus, id est, bonis operibus animas suas abluere non cessant, potestatem habebunt in ligno vitæ; quia ejus membra effecti per illum magna poterunt: nam sicut ex uno stipite arboris omnis virtus ramorum procedit; ita et ex uno Christo omnis potestas sanctorum. Per portam autem civitatis possumus accipere misericordiam et clementiam Dei. Hæc est porta, quæ justis aperietur, et injustis claudetur; quia justos intra aulam paradisi misericordia divina recipiet: a qua misericordia

^d Edit. Gill., *bonis operibus abluere;* Rom.,... *se abluere;* mss.,... *animas suas abluere.* Infra vero utraque edit., *aperietur, quia justos;* mss. e contrario, *aperietur, et injustis claudetur, etc.*

^e Edit. Gill., *recipiet. Sequitur: Ego Jesus; edit. Rom., recipiet. Sequitur: Foris canes... et facit mendacium. Ego Jesus. Verum tantam lacunam omnium*

impii alieni existent. Ab hac porta fatuæ virgines repellentur, quæ oleum charitatis in vasis suis non habebunt (*Matth.* xxv, 12).

(Vers. 15.) Undo et sequitur : *Foris canes, et venefici, et impudici, et homicidæ, et idolis servientes, et omnis qui amat et facit mendacium.* Per canes falsos prædicatores possumus intelligere, de quibus dicit apostolus Paulus : *Videte canes, videte malos operarios, videte concisionem* (*Philip.* iii, 2); et propheta : *Canes muti non valentes latrare* (*Isai.* lvi, 10); et iterum : *Canes impudentissimi nescierunt saturitatem, ipsi pastores ignoraverunt intelligentiam* (*Ibid.*, 11). De cæteris vitiis, quæ hic continentur, superius diximus. Omnes ergo qui his vitiis fuerint sordidati, ab illa beatitudine repellentur, et æterna pœna damnabuntur.

(Vers. 16.) *Ego Jesus misi angelum meum testificari vobis hæc in Ecclesiis. Ego sum radix et genus David, stella splendida, et matutina.* David radix est universæ stirpis suæ; quia sicut ex una radice multi rami oriuntur, ita et ex uno David magna progenies est exorta. Cum ergo David fuerit radix Christi, eo quod de stirpe ejus Christus fuerit exortus; quomodo Christus radicem se dicit esse David? Christus igitur et radix et filius est David. Radix est David; quia ab ipso David est creatus, sicut et cæteri homines : filius est David; quia ex ejus progenie processit secundum carnem. Qui etiam stellam matutinam se vocat. Stella matutina, quam luciferum vocamus, recte Christus dicitur; quia sicut illa mane oriens splendorem suum per universum mundum spargit, ita et Christus veniens in mundum, universam mundi faciem illuminavit : qui non incongruenter lucifer vocatur; quia veniens in mundum, lucem secum detulit, qua tenebras hujus mundi exstinxit. De hoc lucifero Job loquitur dicens : *Qui producit luciferum in tempore suo* (*Job.* xxxviii, 32). Luciferum in tempore suo Deus Pater produxit, quando Filium suum tempore constituto ad redimendum genus humanum direxit.

¶ (Vers. 17.) ^a *Et sponsus et sponsa dicunt : Veni.* Sponsus et sponsa, id est, Christus et Ecclesia omnes homines per Scripturas et per prædicatores ad percipienda præmia sempiterna quotidie invitant : *Et qui audit, dicat : Veni.* Audiunt autem non solum illi qui divinas Scripturas intelligunt, sed et illi qui ea bona sciunt, per quæ salvari possunt. Multi sunt vero qui audiunt, id est, qui divina mandata didicerunt : sed non veniunt, quia ea opere implere negligunt. Qui igitur audit, necesse est ut veniat : et qui jam cœpit venire ad Deum per viam operum honorum, necesse habet ut et alios secum admonendo pertrahat. *Et qui sitit, veniat*; id est, qui sitit vitam æternam, ad eam per viam honorum operum venire se debere cognoscat : *Qui vult, accipiat aquam*

mss. reparat auctoritas.

^a Gill. in textu : *Et sponsus et sponsa, id est, Christus; in margine, vel spiritus; Rom. vero, Et spiritus et sponsa dicunt : Veni, id est, Christus, etc.*

A vitæ gratis. Hoc superius (*Ad cap.* 12) expositum est.

(Vers. 18, 19.) *Contestor omni audienti verba prophetiæ libri hujus : si quis apposuerit ad hæc, apponet Deus super illum plagas scriptas in libro isto; et si quis diminuerit de verbis libri prophetiæ hujus, auferat Deus partem ejus de libro vitæ, et de civitate sancta, et de his quæ scripta sunt in libro isto.* Cum superius præcipiat angelus Joanni, dicens : *Ne signaveris verba prophetiæ libri hujus*; quid est quod idem Joannes in hoc loco maledictione terribili damnat eos, qui ad scripturam libri hujus aliqua addiderint; maxime cum in hoc libro multa inveniantur, quæ secundum litteram inutilia et vana esse videbantur; nisi eis spiritalis intelligentia adhibeatur, per quæ intelligantur? Verum non de expositoribus, sed de hæreticis hoc dictum esse intelligere debemus; expositor namque nihil addit aut minuit : sed aut obscuritates historiæ exponendo manifestat, aut moralem, aut spiritalem intelligentiam demonstrat. Hæreticos ergo maledicit, qui in Scripturis divinis ad confirmandam hæresim suam quædam falsa apponebant, et quædam detrahebant, quæ eorum hæresi videbantur esse contraria.

(Vers. 20.) *Dicit qui testimonium perhibet istorum : Etiam venio cito, amen. Veni, Domine b Jessu.* Christus dicit : *Venio cito*, Joannes petit : *Veni, Domine Jessu*; et nos adventum Christi multis modis postulare debemus. Postulamus namque adventum ejus in oratione Dominica, quotidie dicentes : *Adveniat regnum tuum* (*Matth.* vi, 10), id est, tempus quod post resurrectionem futurum est, in quo omnes sancti cum Christo sine fine regnabunt. In peccatis jacemus; necesse habemus ut pœnitendo, plorando, orando, abstinendo, elemosynas largiendo, adventum ejus deprecemur; ut ad nos misericordiam suam impendendo redeat, a quibus malis nostris irritatus discesserat. In tenebris ignorantiae positi sumus; deprecandus est Dominus, ut veniat, et lumine sapientiæ suæ corda nostra illuminet. Ab invisibilibus hostibus impugnamur; rogandus est Dominus, ut veniat, et ab eis invisibili potentia nos defendat. Visibiles hostes patimur, implorandus est Dominus; ut veniens, patientiam et tolerantiam nobis in adversis tribuat; ut non vincamur a malo, sed vincamus in bono malo. Sunt alii hostes interiores, et multo deteriores, a quibus indesinenter debellamur, avaritia videlicet, gula, libido, invidia, ira, odium, superbia, vana gloria, tumor mentis, despectio proximorum, blasphemiarum, et alii multi, quos longum est ponere. Isti sunt itaque hostes pessimi, qui ex nobis prodeunt, et nobiscum morantur, et jugiter nos debellant. Habent autem et innumerabilia jacula malarum cogitationum, quibus assidue nos vulnerant. Si ergo interiores hostes deessent; c exterioribus ho-

Sed omnes mss. nobiscum faciunt.

^b Edit., *Jesu Christe. Dicit : Venio cito; melius mss. ut in contextu.*

^c Eadem edit., *exterioribus hostes nullo modo, nisi*

ates nihil nobis nocere possent; isti sunt enim A proditores civitatis nostræ, et exteriores hostes nullo modo, nisi per istos, civitatem cordis nostri possunt capere. Rogemus igitur Dominum ut veniat, et istos immanissimos hostes in nobis funditus ^a extinguat, quia nisi extinguantur, nos salvi esse non possumus.

(Vers. 21.) *Gratia Domini nostri Jesu Christi sit cum omnibus vobis. Amen.* Sit et 589 nobiscum gratia Domini Jesu Christi, et det nobis arma virtutum, quibus muniti, ipso duce atque signifero, et ab interioribus hostibus, et ab exterioribus defendamur; ut vitæ æternæ participes esse mereamur: qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat in sæcula sæculorum. Amen.

AUCTORIS ADMONITIO.

^b Quisquis nomen auctoris scire desideras, litteras expositionum in capitibus septem Visionum primas attende. Numerus quatuor vocalium quæ desunt, si Græcas posueris, est LXXXI. Ecce quanta potui brevitate hunc librum conscripsi. Obsecro autem te, cui dedit Deus scientiam litterarum, et in cujus manibus hic liber ad legendum devenerit; ut non propter fœtidam ac rusticissimam elocutionem sermones hujus libri abjicias: sed imitare potius illum, qui gemmam in sterquilinio repertam tamdiu aqua nitida abluit, usque dum ad splendorem pristinum perveniret; ita et tu aqua sapientiæ tuæ ablue imperitiæ meæ sordes, tuisque pulchris et compositis verbis sermones hujus libri necessarios adorna, quatenus non jam a superbis lectoribus utilitas libri causa rusticitatis abjiciatur. Scio enim quod hæc mea impolita dictatio a multis scientia litterarum tumidis despuetur atque subsannabitur. Indignabuntur etiam contra me, cur ego idiota, et nihil sciens, præsumperim super tantæ obscuritatis librum volumen Expositionis cudere. Quibus respondeo quia sicut terræ sterili amplius proficit aspersio stercoris, quam alicujus metalli pretiosi; ita et indoctis hominibus plus proficit divina Scriptura mediocriter prolata, quam si philosophico aut poetico

per istos civitatem, etc.; mss. vero, *exteriore hostes nihil nobis nocere, etc.*

^a Ita mss. Edit. autem, *extinguat, et illis extinctis, perducere dignetur ad gaudia vitæ perpetuæ. Sequitur: Gratia D. mini, etc.*

^b Isthæc auctoris admonitio prætermissa est in

sermone proferatur: sciantque Dominum nostrum Jesum Christum sacramenta doctrinæ suæ non primo philosophis, sed piscatoribus 590 tradidisse, ut per piscatores veniret ad philosophos. Etenim ille qui dedit asinæ sensatos sermones ad corrigendam prophetæ insipientiam (*Num. xxii, 30*), ipse mihi indigno et omnium hominum vilissimo intelligentiam libri hujus ex parte donare dignatus est. Ego autem tractans apud me illud Salomonis: *Sapientia abscondita, et thesaurus invisus, quæ utilitas in utrisque (Eccli. xx, 32)?* Simulque considerans grave mihi periculum imminere, si parvissimum thesaurum, quem mihi omnipotens Deus largiri dignatus est, tacendo absconderem: considerans etiam non me esse idoneum ad docenda ea quæ intelligebam, eo quod nullus inveniretur, qui more discipuli, dignaretur verba insipientiæ meæ audire; desinvi apud me, ut hanc parvam scientiam, quam mihi divina misericordia contulit, qualicumque stylo prosequerer; ne talentum Domini mei abscondens, cum illo servo damnarer, qui *abiens fodit in terram, et abscondit pecuniam domini sui (Matth. xxv, 18)*. Et quia idoneus non sum ad duplicandam pecuniam Domini mei, trado eam nummulariis; ut ipse veniens, recipiat quod suum est cum usura. Te autem, cui loqui cœpi, nummularium voco; quia sicut nummularius pecuniam incompositam suis superscriptionibus adornat, ut apta sit ad lucra peragenda: ita et tu hanc pecuniam Domini, quam tibi committo, potens es tua sapientia, tuisque compositis verbis adornare; ut apta fiat ad lucra Domini nostri Jesu Christi perficienda: scitoque te mercedem optimam ab ipso esse recepturum, si hic liber, ut puto, Ecclesiæ Dei necessarius, per industriam tuam atque doctrinam sordes dictionum amiserit, tuisque verbis decentibus exornatus, utilior ad ædificationem legentium, sive audientium fuerit effectus. Hoc tamen non permitto, ut sensus hujus libri in alios sensus permutentur; nisi forte, quod absit, aliquid in eo quod contrarium sit veritati, inveniat: quod funditus esse delendum decerno, vel certe in melius commutandum.

superioribus editionibus: at eam e cunctis manuscriptis, excepto Gemeticensi, cui folium unum avulsum fuit, representamus. Videsis quæ de eadem præmisimus in Admonitione nostra ad istum librum.

IN LIBRUM DE PŒNITENTIA MONITUM.

Hunc librum *de Pœnitentia* e codice Sorbonicæ bibliothecæ in quo nomen Ambrosii tamquam auctoris falso inscribitur, Gillotius primus edidit; sed ita tamen ut ei locum non tribueret, nisi post Opera omnia sancti Doctoris, et eundem supposititium esse validis ælmodum rationibus demonstraret. Ejus autem sunt hæc firmamenta, nimirum quod elocutio sit affectata, et Ambrosianæ prorsus dissimilis, quod eadem illa asperior sit, et quibusdam verbis, quæ Africanum scriptorem referant, passim aspersa, quod Ambrosius non nisi duorum librorum *de Pœnitentia* abs se editorum mentionem faciat, quod hujus Auctor nullam fecerit Novatianorum, denique quod idem Auctor sibi Victori nomen fuisse in calce libri aperte prodat. Satis

quidem erat optimum hęc momentum, ut hic tractatus ab Ambrosio attentus esse declararetur, sed ut cognoscatur quis ille Victor, solum non sufficit. Memoratus Gillotius cum ex Gennadio ac Trithemio comperit haberet a Trithemio Cartennę in Africa episcopo librum *de Pœnitentia* fuisse compositum, non illi Victori hunc tribuendum existimavit: quam sententiam, utpote veritatis colore haud destitutam, postmodum amplexi sunt non pauci. Verum tamen opinio ista demum evanuit, postquam sapacissimus ille veterum codicum indagator Sirmondus hancce opellam Victori Tunonensi etiam in Africa pontifici in manuscripto S. Marie Remensis, et in alio abbatie Herivallensis ascriptam legit, quemadmodum Labbeus testificatur. De codice quidem Herivallensi, quem non licuit nobis videre, nihil videmus: at de Remensi, ad quem hunc librum emendavimus, libentissime Sirmondi testimonium nostro prosequimur. Hęc enim ibi exstat inscriptio: *Incipit liber sancti Victoris de Lapsis Tonensis episcopi historiographi*; nam quod *Tonensis* non *Tunonensis* ibidem scribitur, notario sine dubio imputandum est: quod vero etiam additur *historiographi*, illud inde est, quod chronicon ab eodem elucubratum ad posteros transmissum fuit.

DE POENITENTIA LIBER UNUS.

589 CAPUT PRIMUM. — Pœnitentię officia et merita narraturus mihi, frater charissime, puto non verbis esse, sed factis opus. Res enim salubris ac necessaria non tam dicenda est, quam docenda: quę totum habeat insitum amaritudinis actum, fructum perfert in effectu dulcedinis; et hæret faucibus, cum cordi impertit salutare remedium. Pœnitentia, inquam, est prioris ævi damnatio, et in futuro promissa correctio: et velut in altam vitam ducitur usus vivendi, dum pia mens, ea quę sunt a tergo, non respicit. Hanc non ita dictis doceo, sicut gestis exerceo: et quamvis iusti persona non competat, me tamen in initio mei sermonis accuso. Habet enim justitię partem errati equa confessio; quia licet, ut tu doces, Dei sit punire commissa, sententiam tamen cognitoris prævenit in humilitate exercita pœnitentia; scriptum est enim: *Pœnitentibus dedit partem justitię, et corrogavit deficientes sustinere, et destinavit illos in sortem veritatis* (Eccl. xvii, 20). Age igitur, pœnitens, propria scelera confitere, pande Deo tuę iniquitatis arcana, denuda secreta pectoris tui, et amove internę pręvaricationis operculum. Nota sunt Deo cuncta, quę in occulto fecisti: quę si non dixerit lingua, non potest celare conscientia. Frustra te latenti consolatione deludis, et absconsum putas esse posse, quod sine teste commiseris. Patet Deo omne quod clausum est, et in aperto loquetur quidquid nox abstrusę cogitationis intenebrat. Reum te tibi officio confessionis institue, causam tuam in conspectu tuo, temetipso accusante, compone: dicta in te sub severitate sententiam, **590** C antequam iudicis sentias iracundiam: et ut mulceas misericordiam, exerce prior in teipso censuram. Crede mihi, totum quo suspectus es, sit illicco veniale, cum inventa fuerit in te huiusmodi pœnitentio justitię, Scriptura dicente: *Pœnitentibus autem dedit partem justitię, et corrogavit deficientes sustinere, et destinavit illos in sortem veritatis*. Expectat

A ecce Dominus confessionis munus, si confitentem non involvit reatus: et cum sit nota divinis sensibus hominum conscientia, mavult lingua prodere, quod non possunt occulta cordis celare. Pœnitentia lingue est, quę uno acto diversa officia congeminat; hinc enim publicat confitentem, inde confessum revocat innocentem: hinc reatum nudat, inde crimen excusat: hinc obijcit propius peccata peccanti, inde indulgentiam extigit pœnitenti; nec permittit Dominus puniri confessum, qui pœnitentem noscit revocare damnatum. O magnificentiam bonitatis divinę thesaurum! o singulare clementissimę iudicis institutum! Ad hoc de rebus vult confessionis exschepere rorem, ut non inveniat, quod ultum iri debeat: et cum apud sæculi iudices confessus mox dirigatur ad pœnam, apud Dominum confitens statim pergit ad veniam: nec hoc ullis elicit de confitente tormentis, cum patiens in semetipso officium videatur exercere terroris. Lucra sunt enim pii iudicis gemitus confitentis, et gaudium cognitoris est sine quæstione confessio: acquiritur Domino, a quod non patitur in servo; et multum confertur auctori, si deputatus pœnæ, veniæ condonetur. Cupit enim vitam esse vindictę, quod non vult perire clementiæ: nec optat ulcisci, qui paratus est **591** misereri, ipso de se per prophetam dicente: *Nolo mortem morientis, quam ut revertatur, et vivat* (Ezech. xviii, 32). Quibus Sapiencia concinens Salomonis: *Deus, inquit, mortem non fecit, nec latatur in perditione vitorum* (Sap. 1, 16). Iudicis ergo nostri clementia non optat vitę perire vitę, sed paritè veniæ: nec desiderat morientis exitium, sed festinat magis servare confessum: *Nolo, inquit, mortem morientis, sed ut revertatur, et vivat*. Ecce verus vitę auctor, qui non vult morientis mortem, sed lamenta conversi: et vult se semper in miseratione esse beneficium; ne justitia tenet iudicatum.

CAPUT II. — Damnata ergo in moriente experitur,

^a Edit., quod non punitur inferno; ms. Rom.,... in servo.

qui in uno perditio non lætatur; quia in donatore vite necesse est ut ex morte veniat causa tristitiæ, non quasi ex corporalium sensuum lege descendat, quod eum in perditio ne moriente contristat; cum in sancto incorporeo non cadat omne, quod venit e corpore: sed cum nullam trahat ex pereuntis morte lætitiã, tristitiæ actus in promptu est; ut sit miserantis affectio, non dolentis anxietas: ^b et decurrens ex pietatē tristitia, non de passione ulla externa perperit. Consequens ergo est ut doleat perditum, qui gaudet inventum: et non lætetur ex mortuo, qui fractatur ex vivo. Hoc per parabolam Dominus in Evangelio manifestat dicens: *Gratulari autem et gaudere te oportet; quoniam frater tuus mortuus fuerat, et reversus: perierat, et inventus est* (Luc. xv, 32), et iterum: *Sic erit, inquit, gaudium in celo coram Patre vestro et Angelis ejus super uno peccatore pœnitentiam agente* (Ibid., 7). Unde per Esalam prophetam Dominus provocat pœnitentem, dicens: *Ego sum qui deleo iniquitates tuas, et non rememorabor: tu autem noli oblivisci, et judicemur. Dic tu prior iniquitates tuas, ut justificeris* (Isai. XLIII, 25). Quid, oro, hac spon-tione jucundus? quid potest hoc invitamento dulcius intenti? provocare judicem, dicere adversum se reum pro se, non ut puniat, sed ut absolvat: non ut animadvertat in confessum, sed ut justificet a se ipso convictum? Ego autem non memorabor, tu autem noli oblivisci; hoc est dicere: Non remanebit pehes me memoria facti tui, si tu proprii non obliviscaris errati: et delebitur infamia criminis tui, si ejus recordatione compulsus, non cœtes meis auribus ^C constiteri. Vides ergo Deum in flagitia peccatoris intentum, si nullum pœnitentiæ existat officium: et imminuent cervicibus rei iram justii judicis, cui non placuerit gemitus consentitis: illa autem in oblivionem ducere, quæ tu non quiveris publicare: et aboleri criminis notam, si non vulheres silentio conscientiam. *Ego sum, inquit, qui deleo iniquitates tuas, et non rememorabor: tu autem noli oblivisci.* Nullum voluit esse temporis punctum, nullum momenti momentum, quo in pectus tūm irrepit oblivio peccatorum: sed ut exsecretis quæ ante commiseras, non ut pristinorum oblectatione captaris; et sit in te non ex desiderio præteritorum, sed ex doloris recordatione suspirium. Casum tuum semper ante oculos proponas et lugeas, et funera tua momentis omnibus plangas, mortuum te jugiter sentias, mortuamque sine dubitatione cognoscas. Hæc Dominus non impetabit ad pœnam, sed detorquebit ad gloriam: et ita memorabitur tui, ut obliviscatur eorum; quæ ante in peccatis egisti, præbiturus tibi pro temporali locuti æterna atque infinita solatia; cum peccata tua evaserint impunita, ipso dicente: *Beati qui hunc lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Tu autem noli oblivisci, et judicemur* (Matth. v, 5). Interea judicemur, ait.

^a Codex Rem., qui in vivo perditio.

^b Sic edit. et Sorb. mss.; Rem. vero, et decurrens expiata tristitia.

^c Rem. codex et Sorb., juxta æstimationem pen-

^A An numquid Dominus judicabitur, qui dicit, ut cum peccatore judicetur? Absit. Judicemur, inquit, tu confitens, ego dimittens: tu offerens debita, ego donando peccata: tu dicens iniquitates tuas, ego te absoluta pietate justificans. Denique vide quod sequitur: *Dic tu prior, inquit, iniquitates tuas; ut justificeris* (Isai. XLIII, 26), non ut condemneris; ut maneat in te præmium conversi, non confessi supplicium; ut judicium tecum comitetur justii, non nota damnati. Et tunc carebis cunctis iniquitatibus tuis, cum adversum te testis et accusator extiteris. *Dic tu, inquit, prior iniquitates tuas, ut justificeris.* Sed numquid tamquam ignorans provocat te, frater, ut confitearis iniquitates tuas, qui scit antequam fiant? et tamquam nescius ex te optat audire, qui necdum natos solet ex præscientia judicare? Aut nescis in utero sanctæ Rebeccæ geminum partum uno tempore conceptum, eodemque progenitum, præscientiæ notione retulisse judicium disparium meritorum?

CAPUT III. — Vult ergo te magis nosse quid agatur in te, ut cum exponis medico vitium tuum, necessarium tibi propinet antidotum; tunc enim poteris perfectum consequi beneficium medicinæ, si non celes medico tuæ vulnera conscientiæ. Cæterum qualiter curandus eris, qui ea quæ sunt in te absconsa non pandis? Opior enim, nisi interpelletur medicus, non curatur ægrotus. Exspectat ergo diu sibi ostendi doloris tui causas, ut medicinæ remedium jam curatus intelligas; quid enim medico debeatur, ^c juxta æstimationem pensabis, si morbum tuum in te ante cognoveris. Et ut pluribus te non teneam, confessio tua pœnitens medicina est, ipsa te curat, ipsa te vivificat; nec patitur vulnus tuum tenere putredinem, sed mox et ingemueris, superinducit ^d inde notabilem cicatricem. Hodie si quisquam te morbus corporalis afficiat, et sentias artus tuos intestino gravari languore, aut vulnus tuum intelligas tabo et sorde putredinis cancerare, statim curris ad medicum, quæris de arte remedium, excubas ante januam dormientis, et ante fores ejus matutinus saluator assisus; precibus orare, dona promittere, munera offerre, et totum patrimonium pro tua cupis sanitate prodero: et cum plerumque imperitia ejus aut gravetur languor, aut certe in longa tempora differatur; nihilominus tamen in observatione assidua perseveras: et homo ab ^D homine speras tarda remedia, nec desperas adjutorium profuturum, cum adhuc non sentias corroborationis effectum; et non curris ad Deam tuum gratuitum medicum, ad ultroneum pigmentarium, qui in curandis animæ tuæ valetudinibus nullum novit pati fastidium, nec exspectat ex sanitate tua præmium, sed magis desiderat præmio munerare curatum. Et utique temporalis medicus hoc ³⁹² solum curat, quod ad corpus attinet, cæterum Deus animam sanat, quam peccata convulnerant: et ille profert ad præ-

sabis.

^d Edit. et cod. Sorb., inde notabilem cicatricem; melius cod. Rem., inde notabilem cicatricem.

sens profutura remedia, hic autem adhibet perpetuam medicinam. Et tamen homo nec se ipsum potest juvare medicus, nisi subvenerit Deus; nam incassum laborat plerumque astutia medicinæ, si Deus ægroto vivendi tempus noluerit prolongare. Quos nec sibi videbimus nonnumquam posse succurrere, cum præventi corporalibus vitiis fraudantur beneficio sospitatis. Nullum ergo beneficium medicinæ erit, quando medico ipsi medicina non subvenit. Nemo te, crede mihi, melius reficit, quam qui fecit: nec alius justificat, nisi qui flagellat, et curat. Solus novit operis sui sarcire rupturas, et limi nostri quassatam speciem in status pristini substantiam reformare, ipso per prophetam dicente: *Sicut lutum figuli, sic vos estis in manu mea (Jerem. xviii, 6)*. Neque hoc ipsum aliquo intervallo temporis operatur: mox ut dixeris vitium tuum, illico impertit et adiutorium: imploranda subsidia et conferenda remedia nullum propemodum tempus intervenit: hoc tantum exspectat, ut fatearis; mora non erit, ut saneris. *Dic tu, inquit, prior iniquitates tuas, ut justificeris*. Hoc per Ezechielem prophetam idem Spiritus repromittit injustis: *Impius quacumque die conversus fuerit ab injustitia, et justitiam fecerit; ipsa die peribunt omnes injustitiæ ejus: in sua injustitia quam fecit, non morietur (Ezech. xviii, 27)*; et alibi: *Cum conversus fueris, et ingemueris, tunc salvaberis (Isai. xxx, 15)*.

CAPUT IV. — Sed forsitan dicas: Non habeo conscium, et nulli omnino manifesta sunt, quæ commisi. Quid ergo, si non habes conscium, saltem nescis præscium Deum conscientia tuæ inevitabilem conscium? Et si facta tua nemo hominum novit, nempe Deus facta tua et adhuc futura prænoicit. Quid enim non videt, qui ubique et totum videt, ipso ad Job dicente: *Quis putet aliquid me latere? Da mihi locum, in quo non sit Deus, a qui totus est occultus; et eris in factis tuis et tu, sicut arbitraris, occultus*. Sed Deus ubique est, et totus in toto est, ipso dicente: *Cælum mihi sedes est, terra vero scabellum pedum meorum (Isai. lxvi, 1)*; et: *Cælum et terram ego impleo, (Jerem. xxiii, 24)*. Unde et beatissimus propheta David: *Quo ibo, inquit, a Spiritu tuo, et a facie tua quo fugiam? Si ascendero in cælum, tu ibi es: si descendero in inferos, tu ibi venies. Si recepero pennas meas directas, ut inhabitem in novissimo maris; etenim illuc manus tua, Domine, deducet me, et continebit me dextera tua (Psal. cxxxviii, 7 et seq.)*. Frustra ergo dicis non habere te conscium, cum audias Deum totum ubique, et per omnia majestatis suæ ambitione diffusum, cui sit notum quidquid putatur absconsum. Sed non habeo, inquires, conscium. Hoc recte dixisses, si exemplum Cain parricidarum principis non haberes. Persuaserat ire secum in campum pio fratri parrici-

dalibus impietas, et nihil de fratre se custodire æstimans rudis adhuc et nova germanitas, præceptis ejus bono simplicitatis obtemperat. Gradiuntur uno pariter comitatu ambo germani, et parricida infans-tus ad perficiendum nefarii sceleris cogitatum quasi locum elegit sine teste. Quasi vero si sibi hominem conscium non haberet, latere aliquid Dei oculos potuisset: aut celare posset studio solitudinis, cum nihil obtutibus celeter Auctoris. At ubi infandi facinoris artifex primitivus aptum judicavit locum perpetrando flagitio, insiliit in furorem, et patientissimum fratrem ac minime repugnantem, diabolo instigante, interfecit. Res quidem in effectu evidens erat, sed quantum ^b Cain ratus fuerat, sine conscio admissa latebat. Et credebat crudelissimus hominum sine teste aditum crimini non fateri, cum ob hoc ipsum crimen agnosceret, quod occultare cupiebat. Sed ecce rerum Dominus, cui quidquid absconsum putatur, in promptu est, et quem non potest latere quod in cogitationum occultis agitur, Scriptura dicente: *Cogitatio hominis constabitur tibi (Psal. lxxv, 11)*; et iterum: *Imperfectum meum viderunt oculi tui, et in libro tuo omnes scribentur (Psal. cxxxviii, 16)*; et iterum: *Scrutans corda et renes Deus (Psal. vii, 10)*. Unde idem propheta David: *Cogitationes, inquit, meas a longe vidisti (Psal. cxxxviii, 2)*, parricidam voce indignantis appellat. Et sciens ferocis facti atrocem spiritum quem gesserat, negaturum; et reatum cumulare impii parricidæ, simulat se veluti quod admissum fuerat, ignorare. *Et dixit, inquit, Dominus ad Cain: Ubi est Abel frater tuus? Et dixit Cain: Nescio, numquid custos fratris mei sum ego (Gen. iv, 9)*? O insaniam detestabilem! o audaciam singularem! Fidus negat, quod sine teste commiserat: et credidit sine conscio crimen publicari non posse, ^c cum ipso negotio reatum magis prouderet conscientia. Quid agis, Cain infelix? Non habes ullum hominem testem: ecce habes effusum sanguinem proditorem: ipse te publicat et accusat. Vox ejus adversum te interpellat Auctorem, et facit cruor diffusus invidiam; ne latentem prætereat ultio parricidam. *Quid, inquit, fecisti? Ecce vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra (Ibid., 10)*. Verum ubi parricida sensit proditum, quod putabat occultum, et sanguine teste convictus, frustra finxisse contumaces invidias; facinus confitetur: exoptat in se acrius dictari iudicium, cum excusare non posset conscientia parricidium perpetratum. Sed differet interim severior pœna, ut tanti facinoris auctorem diutius trucidaret lenta sententia, nec celeritas irrogati supplicii compendium magis videretur additi: et fieret ^d pœnali diuturnitate longævum, quod latrocinii moriendi extenuaret facinus parricidii. Quid

^a Gill. et cod. Sorb., qui totus est occultus, et erit in factis tuis, ut tu arbitraris, occultus; in margine autem e regione prioris occultus ponit, fortasse oculus, quam conjecturam in textum admisit Rom. edit. Nobis vero potior visa est lectio Rem. ms.

^b Edit., eam ratus fuerat; Rem. codex, Cain ratus fuerat? Infra vero ubi Gill. cum Rem. cod. et Sorb.,

aditum crimini non fateri: edit. Rom. ex Gill. margin. editum crimini non patere.

^c Rom. edit. ex margine Gill., cum ipsa negatio.
^d Ita Rem. codex, ac Gill. in corpore, nisi quod scribit longævior: idem vero in marg., pœna diuturnitate longævior, quod lenitudine moriendi æstimaret facinus parricidii: quam lectionem Rom. edit. am-

ergo tibi super eo blandiris, quod non habeas consci-
 am; cum videas testimonio sanguinis innocentis
 Cain fuisse convictum pariter, et punitum? •

CAPUT V. — Sed conscius, inquires, non habeo,
 qui mea facta divulget. Rogo, dicas mihi, si non
 habes conscius, non habes conscientiae testimonium?
 aut te ipsum potes effugere, et conscientiam decli-
 nare? Conscientiam, inquam, apud quam non moritur
 omne quod gerimus, quae nos in factis nostris accusat
 et iudicat: quae cum non habeat loquendi usum,
 nescit tamen tenere silentium. Potest conscius morte
 subduci, potest tibi ad tempus ^a prodesse testis
 absentia: haec tecum semper est, et sine te non est:
 haeret pectori, nec umquam te deserit; et velut **598**
 quaedam pedissequa nullo abs te temporis intervallo
 discedit: tenet te reum, et in sua semper ditione
 captivum. Si quando mentem tuam laetior secundarum
 rerum actus avocarit, et sensus tuos coeperit facti
 delectatione iucunditas; subito te illa stimulat, illa
 medullitus pulsat et interpellat sensum, interrumpit
 gaudium, et totam pectoris regionem maestis suspiriis
 inquietat: et quasi vulnerata opprobrio teneatur,
 non invenitur homini remedium, quo curetur; semper
 enim offenditur, cum alius castigatur, et in alieno
 vulnere primo ipsa percutitur. Deinde vis nosse
 quanta sit severitas conscientiae? Potest tibi conscius
 auro corrumpi, potest pecunia comparari: conscientia
 nihil corruptionis admittit, manet integrum ejus testi-
 monium tota fidei firmitate vallatum. Quin etiam
 adversus conscius conducitur patrociniis, et defen-
 sionis ingenio argumenta versutiae conquiruntur, et
 testimonii veritas loquelae impudentis calliditate per-
 vertitur: iudex quoque redimitur, ut facti qualitas
 excusetur. Vacant haec omnia, ^b ubi interest con-
 scientia: et cum homo moriatur, conscientia certe
 non moritur, quae post mortem corporis in anima
 iudicatur. Et putas prodesse tibi te non habere con-
 scium cum conscientiae quotidianum sentias perpe-
 tuumque iudicium? Sed plane eum non comitabitur
 ultio divina, quem propria iudicaverit conscientia;
 vacet enim ibi necesse est potestas iudicis, ubi con-
 sciis sibi reus adversum se testis et accusator existi-
 terit. Nam proculdubio geminabitur causa peccati, si
 contumax conscientia facta sua noluerit confiteri;
 tunc enim ex peccatore fit impius, qui in peccatis
 suis fatendis existerit induratus; ut et flagitia per-
 stringat digna sententia, et contumaciae poenas luat
 periculis conscientia. Frangitur enim commotio iudicis,
 ubi poenitudinis et severitatis enixa districtio
 confessionis oppugnatione lenitur: depromptum in-
 dignatione iudicium satisfactione percellitur, et
 comminantis intentio orationis humillimae verecundia
 temperatur. Hoc ex Niniivitis addisce, quorum confes-

plexa, extenuaret tamen retinuit.

^a Mss. Sorb. et Gill., *prodesse testis conscientia. Nec
 rectum superest*; in marg. autem, *prodesse. Testis
 conscientia et tecum semper est*; Rom. edit., *prodesse
 testis. Conscientia vero tecum semper est*. Sed locum
 optime restituit Rom. codex.

^b Edit. Gill. ubi *conscientia: et cum homo, etc.*;

A sione deleta est jam dicta sententia, et aversa immi-
 nens ira, ne iuanis fieret confitens poenitentia.
 Pendebat super miseram civitatem caelitus jam vibrata
 sententia, et animadversionis divinae securis cervici-
 bus infelicium perurgebat. Jam productus fuerat cae-
 lestis gladius e vagina, et in ultione perpetratorum
 criminum vehemens ira fervebat. Vox praeconis inte-
 rritum populis innotabatur, et denunciabat cunctis
 proximum perituris prophetae clamor exitium: *Post
 triduum, inquit, et Ninive civitas subvertetur*. Heu quid
 de Deo exigitis scelera, quid peccata mercamini?
 Ipsam Dei nostri elementissimam praeveneritis pieta-
 tem, de quo tam propinquam et ante tempus exegistis
 ultionem. Videre itaque mihi videtur quanta miseros
 arctabat angustia, et qualis perstrinxerat in tremore
 necessitas. Consilium metus amiserat, remedium
 desperatio non habebat; ita enim fuerat temporis
 praecipitata celeritas, ut ne spatiis quidem attributa
 diram suspicionem criminis relaxaret. *Post triduum,*
inquit, Ninive civitas subvertetur (Jonae III, 4). Et
 quanam futura erat illa subversio, quae indicitur
 perituris? Non utique hostilem significabat incursum,
 non armorum strepitum nec clangorem terribilem
 buccinarum; quibus forsitan poterant resistentium
^c obviare tutamina, aut praesidiis promulgatis partium
 conferricertamen, aut fugae praesidiis sortem projicere
 captivorum: sed divinae indignationis et vindictae
 caelestis interitus praedicatur, cui puniendus nec fuga
 subducitur, nec bellicis artibus defendendi cura datur.
 Quis enim posset irrogatum exitium declinare, quod
 caeliterius fragor incipiebat effundere?

CAPUT VI. — At ecce miseros non deserit in
 pavore consilium, et invenit remedium ex periculo
 desperatio. Ad se ipsos redeuntes conscientias suas
 vice iudicantis interrogant, currunt ad propugnacu-
 lum poenitentiae, et confessionis scuto opposito decli-
 nant sagittam. Itur ab omnibus in curationem crimi-
 num fatendorum, et in satisfactionis officium expo-
 sita mori turba conspirat. Inducunt sibi necessarium
 perituri jejunium, in ipsis corporibus animas humi-
 litatis flagello castigant: induunt pro veste cilicium,
 et pro unguentis cinere se aspergunt, ac prostrati
 humo pulverem lambunt. Mortem suam lacrymis
 funerant, et vitam plangimoniis prosequuntur: reat-
 um suum gemitibus publicant, et actuum suorum
 D pandunt arcana facinora. Omnis aetas et sexus indis-
 crete lugubribus se aptat officii: depositus omnis
 cultus, dejectus ornatus: sed plane illae sordes cor-
 poris ornamenta fuerunt poenitentiae, et virtus habi-
 tudinis summum fuit decus confessionis. Negata
 quoque sunt ipsis alimenta lactentibus, et aetas
 necdum propriis peccatis infecta, onera sustinuit
 aliena. Cibum suum mutum pecus esurivit, et na-

in margine autem idem admonet videri deesse ver-
 bum, *condemnat*; cuius tamen loco Rom. edit. po-
 suit *vulnerat*. Nos porro cod. Rem. secuti sumus.

^c Edit. Gill. ac Rom., *obviare agmina*: Gill. autem
 in marg. ac mss. Rem. et Sorb. in corp., *obviare
 tutamina*.

turalia pabula brutum animal non accepit. Unus audiebatur per mœnia civitatis ejulatus disparium naturarum, et per omnia tecta urbis flebilis resonabant lamenta plangentium; et ut semel dixerim, terra mugitus confitentium sustinebat, sed et astrâ ipsa voce pœnitentiæ personabant. Impletum est quod scriptum est: *Oratio humiliantis se nubes penetravit* (Eccl. xxv, 31). Denique sic placavit offensum Deum, sic mitem fecit rigidum, sic demulsit iratum, et mucronem ultionis in techa recondidit: quia conscientia de se iudicium iudicavit. Eripuit reos pœnæ confessio, et vindictæ jam deditos pœnitentia sibi vindicavit. Deletum est statim condemnationis elogium lacrymis confitentium, et absolvit obnoxios pœnæ astipulatio confessa de crimine. Vidit pius Deus inlisse in se iudicium pœnitentes, et errata suæ conscientiæ ea astipulatione damnantes continuo donavit veniæ, quos destinaverat pœnæ, et illico pepercit afflictis, ut exempti supplicio lucra fierent pietatis. Probatum est testimonium prophetiæ, quod in superioribus paulo ante disposuimus: *Ego sum qui deleo iniquitates tuas, et non rememorabor: tu autem noli oblivisci, et iudicemur* (Isai. xlii, 25). *Dicit tu, inquit, prior iniquitates tuas, ut justificeris; et iterum: Cum convors fueris, et ingemueris, tunc salvaberis* (Isai. xxx, 15); et iterum: *Convertimini ad Dominum Deum vestrum; quia misericors et pius est, patiens et multæ misericordiæ, et qui sententias flectat adversum malitias irrogatas* (Joel. ii, 12). Unde et beatissimus David: *Peccatum, inquit, meum ego scivi, et iniquitatem meam non cooperui*. **594** *Dixi, confitebor adversum me injustitiam meam Domino, et tu remisisti iniquitatem peccati mei* (Psal. xxxi, 6); et iterum: *Quia iniquitatem meam ego scio, et peccatum meum coram me est semper* (Psal. l, 5). Vides ergo quotidiano in se peccanti opus esse iudicio, a quo cum nudatur conscientia, operitur; et eam publicatur, operitur. Et licet notum sit Deo omnia quod gerimus, nec occultetur sensibus ejus, antequam fiat; mavult tamen cordis tui nudare secretum, et facinora prodere conscientiæ, ut indulgentiæ suæ dono operiat turpitudinis nuditatem. Quomodo vult spoliatum venia dimittere confitentem? De talibus Propheta beatissimus cecinit dicens: *Beati quorum remissæ sunt iniquitates, et quorum lecta sunt peccata* (Psal. xxxi, 1). Quamquam hoc evidentius pertinet ad renatos, quorum et iniquitates et crimina baptismi operuntur et teguntur; fidelem enim veniæ locum tenet non infida confessio, et in tuto est pœnitens conscientia, si indulgentiæ remissionem non dubitet.

CAPUT VII. — At e contrario peccati cumulus erigitur, si quod admittitur, id negatur: quod in facto Cain supra memoravimus, qui dum potavit Auctori suo facinus abnegare, se ipsum pœnæ non est remisus eximere; ut conscientia in facti sui atrocitate publicum frustraret ei ex negatione fructum pœnitentiæ. Negans enim est convictus, non ex voluntate

^a Ita codex Rem. et edit. vero Gill., quo cum conscientia operitur; in marg., forte aperitur; quæ conjec-

tu confessus, et pœnita est in scelere contumacia, quæ interrogationem non subsecuta est confitens pœnitentia. Libet igitur pedetentim hic illius vindictam septemplex aperire rationem, et quoniam causa coegerit tam duram coacesvari sententiam, evidentis rei probatione monstrare; ne enormitate vindictæ pateat ad suspicionem injustitiæ via calumnia: quamquam novi sceleris inventum vehementer debeat comitari supplicium, quod longioribus esset posteris in exemplum. Erat enim, qui palam una teneri erimine parricidam, eius ejusmodi sceleris testimonio constipata sint omnia facinora; audio enim Dominum dixisse: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota virtute tua: et diliges proximum tuum tanquam te ipsum* (Matth. xxii, 37 et seq.); unde in his duobus mandatis tota Lex pendet et prophetæ. Cum ergo duobus his præceptis pendeat omne quod Legis est, videamusque Cain nec Deum dilexisse, cujus primum fabricam violavit: et germanum vehementer odiasse, quem instinctu impietatis occidit: apparet illum adhuc minus solvisse vindictæ, in cujus factio cuncta inveniuntur crimina convenire. Et jure in illo exitum septiforme supplicium, in qua universa teschatur scelera principatum. Et tamen specialiter septem in illo deprehendo flagitia; quibus singulis singula sunt deputata tormenta; primum enim crimen est, quia non recte divisit; hoc est, de primitiis terre fructibus primo comedit, antequam obtulit: secundum est, quæ cum munera sed dignum videretur accepisse repudium, contumacem concepit spiritum; et cum nulla rejecta oblationis culpa patris existeret, quasi vindicandum se infastus credidit de Auctore, si pro hoc factum Deo probatum videretur occidere: tertium crimen est, quod invidiæ felle suffectus, et livoris amaritudine venocatus, innocentissimum zelavit truculentia animositate germanum: quartum est, quod dolo fœlii obsecundantem sibi, ut pariter considerentur in campum, quo justus inhiaret sub ovis simplicitate martyrium, parricidio terram macularet injustus: quintum est, quod fratrem nefarius crudelitatis auctor occidit: sextum, quod cum scelus periret, insuper et negavit, et putavit Deum aliquis facti ignarum, quem conscientiam suæ secretum inlisse persenserat; cum competens retulisset in oblationis suæ reprobandone repudium: septimum crimen est, quod post mortem se non credidit profectus, parricidio puniri, cum ob infamiam criminis publicati ad præsens tempus sese postulavit occidi. Merito ergo in Cain septuplum vindicatum est, in quo totidem prærogata sunt tormenta, quot crimina. Cui tantæ indictæ sunt plagæ, quantæ numeratur et causæ; ut nec justitia modum ultionis excederet, nec numerum criminum vindicta competens præteriret. Quod idcirco iterum posui, ne iniquitatis expositionis præteriret occasio.

tura in Rom. edit. textum admissa fuit: quæ autem etiam ab illa rō nudatur.

CAPUT VIII. — Jamdiu me a proposito inchoasti A operis sentio deviasse, et in aliam detorsisse partem eursum celorem dictionis: sed facilius est ad omnia recurrere, et cito repetitur trames declinatae materiae, cum a sinibus ejus interjectae probationis non exorbitat argumentum. *Peccatum ergo, inquit, meum scivi, et iniquitatem meam non cooperui. Dixi, confitebor adversum me injustitiam meam Domino, et tu remisisti iniquitatem peccati mei (Psal. xxxi, 6)*; et iterum: *Quia iniquitatem meam ego scio, et peccatum meum coram me est semper (Psal. i, 5)*. Hoc non solum verbis docuit, sed et factis implevit; quia non sufficit ad consummationem sapientiae spiritalis verbis praeterire virtutem, nisi doctrina quiescat ex rebus; tunc enim denique tribuitur competens auctoritas magisterio, si proprio innititur exemplo. Denique Dominus in Evangelio: *Qui fecerit, inquit, et sic docuerit, maximus vocabitur in regno caelorum (Mat. v, 19)*; ut et facta doctrina firmetur, et factorum fides ex doctrina accipiat testimonium. Alioquin non erit mixta viribus fundata doctrina, quae verborum plerumque gloria virtutis abutitur; erit enim facundiae locuples lingua, non erit plena operum divitiis conscientia, et privabitur merito suo, qui privilegio fruatur alieno. Videamus ergo quid gesserit, qui ista cantavit. Uno igitur tempore duo regi peccata subreperant, et pellexerat principem in facinorosa perpetracione regni licentia; cum enim vult adulterium cooperire crimen incidit homicidii. Perfecit tamen utrumque non violentia regii stemmatis, nec ambitione potestatis; quia licet de incestu licentia descendere adulterium, tamen non ex odio fuerat homicidium perpetratum. Multiter ergo a Domino propheta, qui apud eum causas adulterii et eandem peroraret occisi, et sub quadam colore compositae fabulae eliceret de nesciente iudicium. Sed ubi propheta quod proposuerat, explicuit, fert ille commotus indignatam in se sub veritate sententiam, et disceptator ignarus in se ipsum exerit ultionem. Porro ubi praeventus cogitor, proprio se vidit perstringi 595 iudicio, et reum se sibi examinatore justissimus approbavit, nec poenam sensit vitare posse iudicii, in quo iudex ipse detinebatur conditione damnati; arripit saluberrimum in tanta rerum necessitate consilium: et cum non posset ad justitiam iudicii provocare, confugit ad secretarium poenitentiae. Peccatum suum proditum servit, et iniquitatem suam nulla negationis nube contextit: dixit adversum se protinus testimonium, et voce confessionis emissa, statim adeptus est veniam peccatorum: *Peccavi enim, inquit hic, Domino. At ille propheta non interposuit absolutionis meras, non effectum distulit remittendi: repente ut manifestatus reus confessionem dedit, indulgentiam criminum ex Dei voluntate deprompsit dicens: Dominus abstulit po-*

catum tuum (II Reg. xv, 13). Impletum est illud, quod in psalmo cantavit dicens: *Peccatum meum scivi, et iniquitatem meam non cooperui. Dixi, confitebor adversum me injustitiam meam Domino, et tu remisisti iniquitatem peccati mei (Psal. xxxi, 6)*.

CAPUT IX. — Aliud quoque in saecula David poenitentiae aperimus exemplum; ita enim rex hic egregius a vitae imitabilis instituto, divinis se cultibus fidei servitio mancipaverat; et reliqueret nobis saeculorum morum non exempla, sed monumenta. Contra interdictum namque populum numerari mandaverat, et voluerat nosse cupeti exercitus quantitatem. Obsecundatum est voluntati rogati, et renuntiata est totius agminis dinumerata collectio, atque inelyte coepit seire, quod nocuit: felicitatem suam popularibus extulit incrementis, et luora multiplicati exercitus inter principalia gaudia numeravit. Mox ad eum alius propheta dirigigitur, et non ei, ut primo actum est, subillitur peccati causa praetenditur: sed jam pro facto b proponitur poenalis electio: *Et factum est verbum Domini ad Gad prophetam, dicens: Vade ad David, et loquere: Haec dicit Dominus, tu ego tollo in te, elige tibi quum ex ipsis, et faciam tibi. Et venit Gad ad David, et nuntiavit ei, dicens: Elige tibi quid fieri velis e tribus, sive sumem transito super terram, aut tribus mensibus fugere te a facie inimicorum tuorum, ut ipsi persequantur te, aut tribus diebus fieri mortem in terra; et nunc scito, et vide quid respondeam ei qui misit ad te verbum (II Reg. xxiv, 11 et seq.)*. Quamvis ergo est nunc in animo ejus versata pagina consilii? Quae cogitationis fuit in electione turbatio? Hinc inimicorum metus, hinc formae vastitas, inde divina animadversionis plaga terrebat. Nihil horum vellet incidere, sed offensa non potens iniuria remanere. Inter ipsas tantum electionis angustias, cum utriusque periculi vallaretur articulo, praecedentis vanae doctus exemplo, acrius eligit c in ipsa voluntate supplicium, et contulit se ad majorem poenam, ut posset provocare clementiam. Lenitur enim rigor justitiae, cum de miseratione praesumitur, et apud clementissimum iudicem prima pietatis causa tractatur; qui anim errata consentibus donat, perveritantes non de voluntate condeant. Et ideo rex iste devotus cum deliberationis fluctuata tempestate, non dimisit anchoram poenitentiae; et fidus de pietate terroris, magnitudinem non contemptus est ultionis: *Et dixit, inquit, David ad Gad: Angustiam mihi valde in iis tribus, sed melius mihi incidere in manus Domini; quia magna est misericordia ejus valde, quam in manus hominum incidam (Ibid., 11)*. Sequitur illico d vindicta consensus, et electionem placabilem placabilis poena comitatur: sa strageq innumera peremptorum, et multitudo populi angelica percussione mactatur. Percutiuntur septuaginta milia de exercitu, et acerbius perurgebat

^a Edit. et Sorb. ms., *vite imitabilis institutor*; melius Rem. cod., ut in textu.

^b Codex Rem. et Sorb., *punitur poenalis electio*; melius edit., *proponitur*, etc.

^c Ita codex Rem. edit. vero, *in ipsa voluntate supplicium*. Minus concinne.

^d Edit. et us. Sorb., *vindicta confessum*; codex Rem., *vindicta consensus*.

dulcem animum miserabilis ruina castrorum: obijcit se auctorem facii telo supplicii, et induit contra sævientem justitiæ machæram confessionis loriam, puniendum se magis instans inter punitos exclamat, et optat in se derivari sententiam, ut possit a populo revocare fracturam. *Ecce sum ego, inquit, ego pastor peccavi, et ego male feci: grex autem hic quid fecit? In me manum tuam converte, et domum patris mei* (II Reg. xxiv, 17). Ecce satisfactionis officio pœna percipitur, et in armis confessionis indignatio propugnatur; ut nec in eum ulterius vindicta procederet, et erga populum quassatio cœlitus effusa quiesceret. Uno actu pœnitentiæ et sibi mercatus est pietatem, et a populo suspendit protinus ultionem, ut merito veniæ condonatus cantaverit dicens: *Dixi, confitebor adversum me iniquitatem meam Domino, et tu remisisti impietatem peccati mei* (Psal. xxxi, 5); quia cum assisteret sub desperatione convicti, dignus reputari meruit expiari. Sed premit te tuorum enormitas peccatorum; et eorum ditione captivus, in cœlum oculos non audes attollere. Probo quidem conscientiæ metum, non laudo consilium: sed malo te super indulgentiæ consecutione suspectum, non de salutis reparatione penitus desperatum.

CAPUT X. — Tenet enim quamdam confessionis partem supplicandi confusio, quæ suorum conscia peccatorum non de Auctoris remissione dubitat, sed de magnitudine sui sceleris erubescit, reatum enim agnovisse confessionis initium est, et proximum sit veniæ, quod stimulat pœnitudo. Sed retro agit me meorum, inquires, abundantia peccatorum. Quin immo tanto magis insistendum est confessionis officio, quanto peccatorum sarcinis es oneratus; ut quod per amicitiam non es dignus exigere, per impudentiam valeas obtinere. Audis enim in Evangelio Dominum dixisse quia, *cui pusillum dimittitur, minus diligit* (Luc. vii, 47). Deinde impium facis Deum, si putas eum repudiare conversum, et affectum negare redeunti, a quo scias perditos affectu commiserationis inquiri. Hoc Apostolus probat dicens: *Et si nos infideles exstiterimus, ipse fidelis perseverabit, negare se ipsum non potest* (I Tim. ii, 12). An uescis novies tentatum in eremo Dominum distulisse vindictam, nec ipsa decima tentationis vice ^b damnare potuisse duritiam, si præteritis novem culpis, egisset populum pœnitentiam, ipso dicente: *Ecce jam decies exacerbat me in deserto hoc* (Num. xiv, 27)? Lege librum Judicum, et invenies innumeris vicibus filios Israel coram Domino fecisse maligna, et traditos incursibus nationum: sed iterum conversum populum per electos duces de captivitatibus variis liberatum, nec vindicari potuisse commissa, si toties factum sequeretur competens pœnitentia; **586** quia licet pœnalis correctio non deesset, non erat tamen ^c perditionis abscissio, sed conversionis oratio. Cum

A enim castigatus filius recipitur in affectum, admodum eum constat ad satisfactionis officium, non punitum: nec odii videtur esse correctio, sed amoris; cum reverso identidem post flagellum non negantur jura pietatis. Denique audi Dominum per prophetam increpantem hujusmodi verbere fornicariam, et probrosis deditam, inquinatamque contagiis voluisse sibi jure conversionis adsciscere: *Et dixi, inquit, postquam fornicata es hæc omnia, ad me revertere; et non es reversa incomposita Juda* (Jerem. iii, 7). Quod idem Dominus in Evangelio manifestat, eam induratos increpat dicens: *Hierusalem, Hierusalem, quæ interficis prophetas, et lapidas missos ad te; quoties volui congregare filios tuos, sicut gallina congregat pullos suos sub alas suas, et noluisti* (Math. xxii, 37)? Ultimam, crede, vitæ nostræ actum Dominus expectat, et in quo nos exitus finalis invenerit, in eo judicabit; si scilicet multiplicibus septus erratis, circumvolvent supra caput tuum umbræ facinorum, oculos tuos scelerum caligo pernubilet, et peccati jugum tuam cervicem incurvet, atque intra conscientiæ penetrabile flagitiorum probrum subinde vulnus exulceret: si animam tuam non in desperationis projeceris vilitatem, cum unum circumcordialis secreti effuderis in confessione sermonem, non negabit remedium veniæ, qui venit animas salvare, non perdere; quia non vult mortem morientis, conversum procul dubio suadet ad vitam, ipso Domino dicente: *Filius hominis non venit animas hominum perdere, sed salvare* (Luc. ix, 56); et iterum: *Venit enim Filius hominis quærere, et salvare quod perierat* (Luc. xix, 10). Nisi quia præpotentem facis diabolum, si putas quia de faucibus ejus Dominus non potest erucere captivatum: aut quemadmodum ille vigilat semper ut perdat, non ita satagit Dominus ut acquirat.

CAPUT XI. — In hac igitur te veluti præsentis loci fiducia ultima confessio latronis inducat, et spem maximam tribuat novissima desperatis non desperantis in cruce confessio. Omne igitur vitæ suæ actum ille latrociniiis cruentaverat, et egerat semper in sæculo diabolicæ feritatis armigerum, nunquam Dei meminerat, nulla Legis audierat mandata, aut certe si audierat, proclivior ad facinora non curabat, totam spem in desperatione versabat, et exercebat crudelitatem more sceleratorum satellitum; ob hoc namque damnatus in cruce, et cum ipsis criminibus suis affixus ligno pendebat. Tandem perditus resipuit, et in ipso supplicio constitutus, magnum sibi mercatus est ex morte compendium; Deum enim cum quo pendebat, agnovit: judicem satutum cui adhærebat, intremuit: conscientiæ suæ crimina publicavit, baptismum sanguinis perfusione protinus acquisivit, et cum Domino in paradysum purpuratus confessor intravit. Hæc vera consultatio pœnitentiæ, hoc præcipuum pragmaticum confitendi, si Filium Dei quem non ignoras auctorem, credas et judicem, ipso

^a Rom. edit. sola, et effectum negare redeunti.

^b Edit. et cod. Sorb., damnare potuisse, si de præteritis; codex. Rem. ut in contextu.

^c Ita codex Rem.; edit. vero, perditionis abscissio. Non satis recte.

dicente : *Pater neminem judicat, sed omne iudicium dedit Filio (Joan. v, 22)*; et ad spem salutis perpetuæ capessendam non præsentis vitæ consulere, sed de futuro iudicio cogitare. Primo enim in conspectu iudicis se se damnatus exposuit, et confessus de criminibus suis, implevit officium pœnitentis : deinde cum crucis cerneret pœnam, intellexit iudicium affixo commune esse, non causam ; Deum tamen tunc credidit, quando eum Judæa pertinaciter abnegavit : et futuri non immemor in cruce iudicii, memoriam sui commendabat iudicio regnaturi. Hoc Evangelium manifestat : *Respondens autem, inquit, alius latro, corripiebat illum, dicens : Non times Deum, qui in eadem damnatione es? Nos quidem iuste quemadmodum egimus, et percipimus : hic autem nihil mali admisit. Et dicebat ad Jesum : Domine, memor esto mei, cum veneris in regnum tuum (Luc. xxiii, 39 et seq.)*. Sed vide repente quid meruit, quid ex ore Veritatis audivit, quid gratia iudicantis accepit : *Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso (Ibid., 42)*.

CAPUT XII. — Sed ais mihi : Peccata peccatis adjecti, et qui jam cadens erectus fueram, iterum cecidi, et conscientia meæ vulnus jam pene curatum peccati exulceratione recrudit. Quid trepidas? quid vereris? Idem semper est, qui ante curavit, medicum non mutabis. Non laborabit explorare valetudinis tuæ causam, nec tentabit erga te noviter medicaminis virtutem examinare, noto te sanabit antidoto. Experimentum adiutorii non exspectat, qui languoris tui novit originem. Unde dudum curatus fueras, inde iterum curaberis : nec tu eris de remedio medelæ suspectus, et medicus de reparatione tua securus. Castigabit plane intemperantiam tuam, et dura objurgatione impatientiam verberabit : sed non negabit auxilium, qui non contemnit ægrotum. Audi Prophetam dicentem : *Numquid qui dormit, non adjiciet ut resurgat (Psal. xl, 9)*. Aut qui naufragavit, non itidem navigat? aut qui messem perdidit, numquid semel desperatus, non iterum aut arat aut seminat? Cursus hic noster in quodam falo mundi iactatur : navigandum nobis est, et malorum tendiculis vela insinuanda sunt. Procella sævit, ventus consurgit, tempestas insanit : si ita clavum tenueris, ^A ut navis tuæ retinacula non amittas, ad portum, illibatis mercibus, tendes : sin vero fluctibus adversis illis scopulis implicantibus, ac flatibus præpeditis, inter freta rixentia tumidi gurgitis naufragaveris, redcundum est saburrum, rescindendum primo navigium, merces emenda, rursus pericula subeunda, et præteriti casus referendi per causas ; et ut liceat perditam reparare, non dubitabis te prisco discrimini sub spe incerta committere. Nam proculdubio mendicabis, si post naufragium ad negotiandi usum reverti nolueris : nec de egestate atque ærumnis tuis queri postmodum poteris, si captus sorte naufragii sub ignavia stupore efficiaris calamitate

A mendici. Et si mundani negotiatoris hæc cura est, ut plerumque post naufragii iacturam non desperet præterita sua damna industria emolumento sarciri : nec exspoliatus incursum detegi suam patitur nuditatem, sed studet magis e parvo concreescere, ^B et spebus dubiis aucupatur potiora lucra, peccato lenocinante, conquirere ; quanto magis tibi animæ tuæ damna cogitanda sunt, et in vestigio reparanda perditio, in qua futuræ spei ^C damna numerantur, et vitæ perpetuæ infeliciter quæstus amittitur!

397 CAPUT XIII. — Eundem tibi est ad armarium idonei largitoris ; et sœnore pœnitentiæ ac satisfactionis oblati usuris conscribere syngrapha, mitte chirographa, eme tibi ab illo aurum ignitum Dei dono, qualibuscumque si non pretiosis, mercibus imple navigium, census tuum in comparando illam pretiosam margaritam depende, ex qua animæ tuæ turpitudinem possis ornare ; ut cum ad civitatem magnam, delatis mercibus, veneris, lucris dignioribus et mercibus beatissimis amplior sis. Nam si te segnitæ stupor invaserit, et dominari sensibus cœperit corporis ignavia, nec ulla animæ tuæ rescindendæ argumenta quæsieris, subjicieris crucialibus creditoris, obnoxius fenori detineberis. Dicitur liberalis illa sententia, quam non valebis tui conscius evadere, aut appellationis interjecta voce suspendere : *Omni habenti dabitur, et abundabit, ab eo autem qui non habet, et quod habet, auferetur ab eo (Math. xxv, 29)* ; et : *Servum supervacuum expelle foras in tenebras exteriores, ibi erit fletus et stridor dentium (Ibid., 30)*. Tunicam tuam vilissimi operis lanificio confectam non pateris induere : horret tibi vestis tua, quæ sit deformis ex macula ; et non tibi horret anima tua, quæ sit peccati sorde et sceleris inquinatio polluta ! Nisi quia eodem momento tunicam festinas eluere, ut possis eam mundare et sine ullo nœvo sæditatis induere : animæ vero tuæ infectum squalore criminum non desideras recuperare candorem ; nec optas dilui conscientiam tuam, quam scias flagitiorum illuvie et contaminatione scelerum cœnulentam. Quis, rogo, cadit, et non querit surgere? quis infirmatur, et non desiderat convalescere? quis periclitatur, et non optat evadere? quis pauper effectus, patrimonium non cupit reparare? Hæc si rerum patitur natura, ut istiusmodi emergentibus casibus, quispiam redire nequeat ad status pristini qualitatem, æmulare priora, ut deteriora percipias, dimitte manus, et semivigiles oculos stoliditate involve, obdormisce numquam evigilaturus, jace numquam surrecturus, et hebetem mentem stupore soporis elide. Pœnitebit te postmodum tarditatis, cum nihil quod utilitati animæ tuæ proficiat, cogitaveris. Eris semper jacens infirmus, nudus, paupertate confectus, et, ut ita dixerim, somni ebrietate temulentus, elogium illud quo numquam careas, auditurus : *Dormierunt somnum suum, et nihil invenerunt*

^A Edit. et ms. Sorb., *ut manus tuæ retinacula* ; cod. Rom., *ut navis tuæ retinacula*.

^B Codex Rem. et Sorb., *et speciebus dubilis*.

^C Edit., *damna numerent* ; melius russ., *damna numerentur*.

(*Psal. lxxv, 6*). Exsurge, frater, surge; et male-
sani consili pelle torporum: vigila, semper vigila,
et esto pro tua salute sollicitus, non ut dormias
desperatus. Cave nocturnum furem, ne domus tua
perfordiat parietem, et meridiana jaculatorum sag-
gitta volantibus evita; patet enim incursum incauta
securitas, et facile dormienti subreptur, ut lethali-
ter feriat. In vigilante fiducia est, in dormiente
nihil tutum: convenit sobriæ menti somnum servum
habere, non dominum. Refugit hostis, quem non
invenerit dormientem: *Et beatus servus erit, quem
adveniens dominus invenit vigilantem (Ephes. v, 14)*;
quia dicit: *Surge qui dormis, exurge a mortuis
(Math. xxiv, 46)*; ^a et attinge Christum.

CAPUT XIV. — Sed non audeo, inquit, orare,
quia me revocat conscientia; non enim semel, sed
sæpius et frequenter erravi. At ego dicam: Si te
orandi revocat verocundia, peccandi desinat perti-
nacia, et flet beneficium timoris, non desperationis
causa, quod metus. Revereri enim potentiam judi-
cis non erit verocundia, sed pudoris; quia licet fre-
quens sit peccandi licentia, excusabilis tamen efficitur
conscientia, quam portat in peccati recorda-
tione timiditas. Exemplum Achab illius impiissimi
regis te doceat; hic namque Naboth Jezraelitæ
vineam concupiverat, quod sua esset possessioni
confinis. Offerit pretium, aut certe vicariam vineæ
quantitatem: ille neglexit, asserens hereditatis se-
rem nulla in alterum posse ratione transcribere.
Hac repulsa compunctus, tristis domum revertitur,
quod appetitus sui libido recidisset iucassum. Tum
ejus mulier sacrilega Jezabel tristitiæ mariti causam
requirit, quibus compertis, veluti sanxio cordi ejus
fomitum consolationis injecit: qua arte, compluribus
concomitantibus fabulæ calumniis consilio impetrata
mulieris, Naboth innocens lapidatus occiditur. Funerati
voti sui mulier impleto flagitio, velut vietricis ad ma-
ritum ingreditur, interempti exitio narraturæ liti-
tiam: quæ ne sola teneretur in inimico, egit astutia
mulieris primitivæ, ut maritum ad conscientiam sce-
leris obligaret, et utroque jugales conscios una
facinoris catena vinciret. *Surge, inquit, posside vi-
neam Naboth Jezraelitæ, qui noluit tibi eam dare
pretio; quia ecce mortuus est (III Reg. xxi, 15)*. At
ille dolens materiam se præbuisse mortis occisi,
facinoris nuntia perhorrescit, et mortis ejus causam
flexibili dolore lucrificat; diacissia enim regalibus in-
dumentis accingit se vestitu funereo, non tam
conscientiæ reatu, quam penitentis primæ cogita-
tionis attestans. *Et factum est quomodo audivit, in-
quit, Achab quia mortuus est Naboth Jezraelitæ,
dirupit vestimenta sua, et accinxit se sacco (Ibid., 16)*.
Vacare ergo potuit Achab effusi sanguinis culpa;
^b quia de concepto, non de parricidio egerat peni-
tentiam, et remanserat in profana muliere impietas
homicidii, quæ pretio quodam crucis effusi putavit

se vineam debuisse mereari. Sed ecce sicut oculis
reversa ad vomitum suum, odibilis sit: oblitus
Achab penitentiam suam, statim deposita læta, pergit
perempti vineam possidere. Et perdit innocentiam
meritum, qui vineæ cupiditate pellectus, innoxius
interfecti occisioni consensus. Mox ad eum vene-
randus Elias propheta mandatur, et sententia in eum
cum indignatione depromitur, ut acta dudum peni-
tentia frustraretur, et vindictæ occasione tribuere
sceleris geminata præsumptio. *Et ait Elias ad Achab:
Hæc dicit Dominus: Ecce ego imperitiam super te
mala, et incidam post te, et exterminabo de Achab
vingentem ad parietem, et contemptum et derelictum in
Israël: et dabo domum Achab sicut domum Jehoram
filii Nabat, et quomodo domum Baasa filii Abie, pro
omnibus quibus irruisti Deum, et fecisti delictum
Israël (Ibid., 21 et seq.)*. Verum illo cum sententia
ictum non valeret effugere, ad priorem penitentiam
convertit repente consilium, reatum fletibus con-
tetur, cilicio dejecti regum potentatum, sarcem
induit penitentis, et reverenti faciem compunctis,
tacito gemitu publicabat offensam, non excusabat
conscientiam. *Factum est, inquit, quomodo audivit
Achab sermones hos, reveritus est a facie Domini, et ibi
flets, 22 et scidit vestimenta sua, et accinxit se sacco.*
*Tunc dicit Dominus ad Eliam: Vidisti quomodo Achab
reveritus est Achab a facie mea? Non adjiciam ultra
cetera mala in diebus ejus, sed in diebus filii ejus ad-
dicam (Ibid., 27 et seq.)*. En quoniam perduxit timidum
reverentia, et quantum severitatis motum legi

C metus! Non orationis pompa, non æquanimis oratio,
nec eloquii copia placuit Deo: sed multis precibus
lacrymarum. Quæ tacuit, sed cor ingenuit: oculis
flavit, sed conscientia plaurit, et verocundiam peni-
tentiam pietas laudavit Auctoris. Parum fuit rem
debitum evasisse supplicium, nisi accepisset rever-
entia probabilis testimonium. Et probatus est in
timore, qui damnabatur in erimine: nec prius quod
mortem luit occisi, inane fuit; sed repetitam idem
culpam iterata lamentatione purgavit.

CAPUT XV. — Nec Manasses quoque rex filius
Ezechie tacendus est, qui cunctorum prætergressus
audaciam profeporum, manus tendit impiæ contra
Deum, et paternis moribus degenerans, ex toto præ-
divinis cultibus idolorum caput erexit insanum. Hic
D sacrilega furore possessus, in domo Dei execranda
superstitionis agas instituit, simulacris demonum
funestavit, templi sacra altaria lapideis fignentibus
e implevit, lucas excoluit, igni profano filios suos
dicavit, captivavit anguria, vitam suam maleficis in-
quinavit, populum ad idolorum observationes induxit,
ceremoniis poluit, diabolo mancipavit, et omnia
quæ divinis legibus prohibentur, ultra omnem insolentiam desperata mentis exercuit. Pro his tot tan-
tisque flagitiis ductus in prædã, et vinculis in-
vexus, gravatæque compedibus, perculit captivi

^a Edm. Gill., et accinge Christum: Rom., et attinge
Christum: ms. Rem. et Sorb., et attinge Christum.

^b Codex Rem. et Sorb., quia de concepto.

^c Edm. et cod. Sorb., inprobitis, captivis anguria:
quæ vero his innotuit, ex codice Rem. præter
sumus.

dilexit multum. Et conversus ad mulierem dixit: Dimissa sunt tibi peccata tua (Luc. vii, 45 et seq.). Parvum est hoc? Postmodum autem vide quid audiat: *Filia, fides tua te salvam fecit, vade in pace.* Dudum peccatrix, absoluta mox filia, et in Domini pace confestim absoluta dimittitur, quæ suorum bello criminum vastabatur. Hoc est illud propheticum oraculum: *Cum conversus fueris et ingemueris, tunc salvaberis; et: Dic tu prior iniquitates tuas, ut justificeris (Isai. xliii, 26).* Cum ergo tot ac talibus documentis agnoscas delectari pœnitentiæ sacrificio, nec contriti cordis et humiliati spiritus apud pium iudicem verearis perire mercedem, Scriptura dicente: *Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum et humiliatum Deus non spernit (Psal. l, 19);* ^a cur non de profundo luxuriæ, et de mundanæ voluptatis gurgite festinas emergere, atque ad pœnitentiæ officia capessenda ex temulentis actibus respirare? Nec putes quod te ab ipso elongaveris, ideo aurem tibi ejus ocludi: mox ut pulsaveris, fores aperiet, et in septa cortis suæ miserandum miseratus includet: tantum est ut doloris tui querela flectatur! Quanto tu procul abscesseras, tanto celerius proximabit, propheta dicente: *Proximus est Deus tribulatis corde, et humiles spiritu salvos faciet (Psal. xxxiii, 19).* De quibus Dominus in Evangelio: *Beati, inquit, plangentes, quia ipsi consolabuntur (Matth. v, 4).*

CAPUT XVIII. — Sed aspera tibi fortassis videtur post voluptates sæculi pœnitentia. Verum est, sentio valetudinis tuæ vitium, video animi tui morbum: sed si curari desideras, medelæ impetum non attendas, nec expavescas remedium; cum admovent tuo vulneri ferramentum, celerior cura sectionis efficitur. Nam pessime sedulitas medendi palpatur, cum non continuo suppurata labes abscinditur. Amarum est gustus antidoti, sed vitale ac salutare est, quod est faucibus insuave. Curat nos Dominus non ut externos, extraneos sibi servat quoscumque sanaverit delinquentes. Omni hora, omni die in curandis intentus, nec retardatur tempore, nec ullis morarum obstaculis ^b impeditur. Plane tunc ejus virtus impeditur, cum non inventus fuerit, qui curetur; vacet enim necesse est beneficium Domini, cum non exstat, cui debeat misereri. Aspera est castigatio pœnitentiæ, sed lenior efficitur, si modus culpæ tractetur. Jampridem te mundialis pompæ oblectabat ambitio, et in servum te sibi dominatus sæculi vindicabat, nunc in luxuria remissum, nunc in vinolentia demersum. Hi te modo exercitio aleonis intentum viderunt, alii ad ganeandum, alii in scortum projectum, isti lupanaribus mancipatum, unguentis oblitum, aromatibus delibutum, et peregrinis cernebant oculis infectum. Splendebas vestibus, auro fulgebas, gemmis et pretiosissimis margaritis ornabaris. Vicem ergo vici restitue, et sero saltem compensationem temporum temporibus redde: reciprocam vitam tuam in utroque

actu æquali moderatione partire. Fuisti tunc diaboli, esto nunc Dei; immo vero esto jam tuus, qui dedam fueras alienus. Et forsitan si consideres, multum temporis decoxisti; ut id quod residuum est, breve tempus angustet. Vaca jam tibi, non tempori: vaca, dixi, non ut torpeas, sed ut negotio confessionis insistas. Revertere in viam a cujus semitis aberraveras, damna quæ gesseras, quære quod fueras. Primo te ipsum inveni, ut quod quæris, invenias; et si te inveneris, abs te ipso nihil quæras. Saccum indue, cinerem asperge, in jejuniis semper ora, in oratione jejuna. Pretiosa magis hæc sunt, quibus corpus afficitur; ut pulchritudo animi reparetur. Horret humilis vestis, sed hoc valde decet, quod Deo non displicet: vilis est corporis cultus, sed ipse præcipuus sanctitatis ornatus. Et adhuc de indignitate forsitan quereris indumenti, qui nuptialem tunicam perdidisti? Et cum appareas scditatis tuæ nuditate deformis, non cogitas qualiter identidem vestiaris? Non metuas, quæso, ne cum illo qui ad regiam cœnam vocatus intravit, a convivio recumbentium simili exprobratus damnatione pellaris, et audias dici tibi: *Amice, quomodo huc venisti, non habens vestem nuptialem (Matth. xxii, 12)?* Et cum argumentum non repereris excusandi, dicat: *Tollite eum ligatis manibus et pedibus, et mittite in tenebras exteriores; illic erit ploratio et stridor dentium (Ibid., 13)* Et utique ille, quia non quæsierat, aut acceperat, dicitur abjectus; vocatus enim intravit, sed non vestitus accubuit. Si ergo is qui numquam habuit, taliter, quia non quæsit, exivit; qualiter jam puniendus erit, qui tunicam accepit, et perdidit, et vestiri iterum non potuit?

CAPUT XIX. — Sed, credo, dubitas amissam non posse repeti vestimentum, aut ab eo qui naper dederat, cum petieris, posse negari. Intuere in Evangelio filium juniorem perditio patrimonio mendicantem, usque eo fuisse perductum, ut egestatis impulsu pastor vellet esse porcorum (Luc. xv, 15 et seq.). Is summa inopia et egestate confectus, cum nec porcorum vesci pastibus sineretur, reversus ad pristina mentis propriæ sanitatem, prioris ævi cepit desiderio conflagrare, et paternæ domus abundantiam cogitans, reatum suum conversionis animadversione damnare. Habito igitur tandem pœnitenti tractatu, et secum in corde satisfactionis arcano locutus, vel postliminio ad lares patrios nudus exsulque revertitur. Tum ille pater, qui cogitantis viderat in corde consilium, antequam verba perditus filius in confessione profunderet, affectum dolentis anticipat, et misericorditer suscipit redeuntem. In collum ejus irrui, osculis reconciliat, et adhuc trepidum, nihilque loquentem ^c pater mire confirmat. Sed ille consultissimus pœnitens, et confessor egregius de voto patris securus, atque adhuc de sua satisfactione suspectus, **600** meditatam confessionis ordinem par-

tur, cum inventus fuerit, etc.

^c Codex Rem., pater jure confirmat.

^a Edit. Gill., nec de profundo; Rom., si de profundo; codex Rem., cur non de profundo.

^b Ita cod. Rem.; edit. vero, et ms. Sorb., impedi-

dit, et verbis explicat, quod corde ruminaverat : *Pa-* A
ter, inquit, *peccavi in caelum et coram te, jam non sum*
dignus vocari filius tuus, fac me sicut unum de merce-
nariis tuis (Luc. xv. 21). Placatus itaque pater pre-
 bibus confitentis, stolam primam mandat afferri, et
 um nudum praecipit amisso nuper indumento
 i. Dare jubet et anulum, symboli reparat sigil-
 edes includit munimine praecceptorum, et in
 ve ejus mactari jubet vitulum saginatum,
 pro reconciliato offerri imperat gratissimum
 n, quod esset acceptum et caelo et exerci-
 gelorum. Erexerat in germani odium fratris
 pertinacia, exprobrans crimina recepti ma-
 s contradicit. Mandatum non revocatur, pie-
 tas patris non mutatur, frater ejus asseritur, filius
 nuncupatur : et plenum patris in se provocavit affe- B
 ctum, qui perfectum habuit in poenitendo consilium.
 Jucundatus, inquit, sum et gavisus; *quia hic frater*
tuus mortuus fuerat, et revixit; perierat, et inventus est
(Ibid., 24). Vides ergo converso filio stolam pristi-
 nam poenitentiae mercimonio restitutam, et votis
 omnibus celebrasse patrem reditum confitentis. Pa-
 trimonium enim perditum baptismi insinuat sacra-
 mentum, in quo sunt cuncta aedificia caelestium con-
 stituta regnorum. Hoc ille filius, hoc est, fidelis
 christianus libertatem patris indeptus, libidinis ac
 luxuriae contagione perdidit, et longe a Deo suo
 positus, probrosis se acibus tota sceditate polluerat,
 ac diabolo mancipatus, cui se perditissima conversa-
 tione dederat, porcorum, hoc est, immundorum
 spirituum coepit exercere pasturam, quorum cum non
 permitteretur cibo deasci; quia per carnis obtentum
 daemoneis non poterat siliquis ingurgitari, utrobi- C
 que desertus, et undique destitutus, bonae frugis ino-
 pia defessus desudabat. Sed reversus, omne illico
 quo fuerat privatus, accepit, et in concordiam patris
 reputata substantia prioris possessionis remansit.
 Revertere ergo et tu, frater, revertere, et ex mortuo
 revivisce, et ex perdito reparare.

CAPUT XX. — Quærit ovem suam bonus pastor
 errantem, et amplius de inventa, quam de non per-
 dita gratulatur. Humeris revelat ipsam, in gregis sui
 consortio reponit, ipsam diversorio priscæ securitatis
 includit; nec attendit relictarum numerum, qui quæ-
 rebat ex reparatione unius perditæ complexse integ-
 rum centenarium. Drachnam perditam mulier vehe-
 menter inquiri, lucernam accendit, domum scopis
 emundat, et charas pariter ac vicinas invitat ad gau-
 dum inventæ drachmæ. Et putat aliquis Deum non
 lætari de reparatione conversi, cum parabolam videat
 specialiter in personam poenitentis aptari? ipso di-
 cente : *Dico vobis, sic erit gaudium coram angelis Dei*
super uno peccatore poenitentiam agente (Ibid., 10).
 Animadvertite tandem sententiam illam Domini sin-
 gularem, qua dixit : *Non est opus sanis medicus, sed*
male habentibus; non enim veni vocare justos, sed pec-
catores ad poenitentiam (Math. ix, 12). Vocat ergo

^a Edit. et ms. Sorb., *hoc de Christo possit in plebe*.
 Et infra, *his probationibus patuisse, quæ studio de in-*

Dominus ad poenitentiam peccatores, et optat medi-
 cus noster languidis magis prodesse, quam sanis. Sed
 non ideo justos præterit, quia peccatores adsciscit :
 nam justorum vita divina vocatio est, sicut nonaginta
 et novem oves in montibus dereliquit, qui unam er-
 raticam requisivit; illis debitum reddens justitiæ
 præmium, istis beneficium misericordiæ collaturus.
 Hoc Apostolus probat dicens : *Ei autem qui non ope-*
ratur, et credit in eum, qui justificat impium, accepta
est fides ejus in justitia secundum propositum gratiæ
Dei (Rom. iv, 5). Denique Dominum audi quibus ja-
 culis in Evangelio seriat corda peccantium, et intel-
 ligit quanti fecerit poenitentiae sacramentum. *Aderant*
autem, inquit, qui ei nuntiarent de Galilæis, quorum
Pilatus sanguinem miscuit cum sacrificiis eorum. Tunc
dicit illis Jesus : Putatis quia isti Galilæi præ omnibus
Galilæis fuerint peccatores, quia talia passi sunt? Dico
vobis, nisi poenitentiam egeritis, omnes similiter per-
ibitis (Luc. xiii, 3, et seq.). Aut illi decem et octo super
 quos cecidit turris in Siloe, et occidit eos, putatis
 quia præ cæteris peccatores fuerint, qui habitabant
 Hierusalem? *Dico vobis, nisi poenitentiam egeritis,*
omnes similiter peribitis. Et subjecit ad probationem
 rei comparationis exemplum, ficulnæ arboris faciens
 mentionem, quæ fructu sterilis et infrugifera jubetur
 abscindi : sed interventu coloni interitum differri
 permittitur, donec congruis circumfossa culturis,
 adhibito cophino stercoris, ad proferendos fructus
 poenitentiae differatur. Porro si arbor quæ generis sui
 fructum nullum edidit, ante tempus præcepta est am- C
 putari quali jam ferramento truncanda, vel securi
 cædenda est, quæ vepribus obsita, et spinis alieni-
 genis constipata, nullam habuit in sui restauratione
 culturam? Nam exemplum arboris similitudo est ho-
 minis fidelis, qui fidei suæ fructu jejans, nihil quod
 ad futuræ spei lucrum proficeret, cogitavit; plantata
 enim in vinea fuerat, quæ vinea specialiter designat
 Ecclesiam, in qua arbor fuerat illa plantata : sed cul-
 tor hujus vineæ illius sacerdotis persona videtur ex-
 primi, qui scrobem infructuosi plantarii cultura
 dominicorum exercent præceptorum : et stercoris
 cophino poenitentiae designatur officium. Quod si in-
 veniri in ea fructus post dilationem temporis omnino
 non posset, convulsa in futuro radicibus exaresceret,
 hoc est, futuro abscissa judicio tamquam ligni inuti-
 lis abjecta materies, pabulum effecta æterni ignis ar-
 deret; quamquam ^a hoc et de Christo possit et de
 plebe Judaica subaudiri.

CAPUT XXI. — Credo tuis sensibus bis probatio-
 nibus, quæ studio de infirmis ingenti ad erigendum
 animum tuum suscitandumque protulimus, satis
 abundeque claruisse, ita Deum misericordiæ fontem
 nolle interitum peccantium, sed flagitiosum magis
 habere correctum; ut quantæ numerantur offensæ,
 tanta sit actio poenitentiae. Non desperet reditus sui
 reformationem celerem, qui audiat ipsum Dominum
 peccatori poenitentiam sudantem. Hoc expressius
 firmis unguentis.... protulimus, abundeque claruisse;
 Rem. ms. utroque loco, ut in contextu.

Apocalypsis beatissimi Joannis exponit, in qua Ec- A
clesiarum angelos increpat, ut pristinis fraudati er-
roribus ad poenitentiae lamenta curventur; nam pro-
batur sic Dominus nullius desiderare ruinam, qui
cadenti ingerit poenitentiam. Angelo denique Eccle-
siae Ephesi: *Memento, inquit, unde cecideris, et age
poenitentiam, et fac prima opera: sin autem, venio tibi,
et movebo candelabrum tuum de loco suo, nisi poeniten-
tiam egeris (Apoc. 11, 5).* Et ecce tamen angelus di-
citur, cui poenitentiae cura conversioque mandatur,
601 et ad priora opera perficienda suadetur, ut
nihil amisisse ex totis suis meritis intimetur. Gravius
tamen minatur admonitio poenitentiam non agenti,
si contumaciam pertulerit indurati; erit enim inex-
cusabilis severitas ultionis, si cervicem indomitam
non flexerit prima correctio: et malo suo peribit,
qui comminantis auctoritate praemonitus, satisfactio-
nis jugo perveracia colla non subjicit. Rediturum eum
sane ad statum praeteritum profitetur, qui ad verae
vitae stadium decurrendum digna confessionis humi-
litate corrigitur. Hoc uberius paulo posterius decla-
ratur, cum Angelus Ecclesiae Thyatirae objurcationis
Verbera castigatur. *Habeo, inquit, adversum te multa,
quia dimittis mulierem Jesabel, quae se dicit prophetis-
sam, et docet, et seducit servos meos fornicari et man-
ducare de immolatis. Et dedi illi tempus ut poeniten-
tiam ageret, et noluit poenitere a fornicationibus suis:
et mittam illam in lectum; et qui moechantur cum ea,
in tribulatione magna erunt, nisi poenitentiam egerint ab
omnibus operibus suis: et filios ejus interficiam gladio;
et scient omnes Ecclesiae, quia ego sum scrutator cordis
et renum, qui reddo unicuique secundum facta sua
(Apoc. 11, 20). Quid vero potest humanius, quid clem-
entius dici? Et dedi, inquit, illi tempus ut poeniten-
tiam ageret, et noluit poenitere. Non habes, peccator,
non habes quod excuses: non est quod cum causa
dubites, non est quod sine causa desperes; his te ad
constendum exemplis accingere, his ad poenitentiam
documentis armare.*

CAPUT XXII. — Differt enim Dominus poenam,
ut inveniat poenitentiam: et moraturis utens spatiis,
proleat patientiam; ne amittat clementia, quod de-
buit fieri censura. Non praeterita mala spectat, nec
errata computat, sed correctae collaudat. Habes pro-
missum ad poenitentiam suadentis tibi, si non poeni-
tueris, imputabit: *Et dedi illi, inquit, tempus ut poeni-
tentiam ageret, et noluit poenitere.* Huic simile pro-
pheticum illud: *Et dixi, postquam fornicata est omnia
haec: Ad me revertere, et noluit ad me reverti (Jerem.
11, 1).* Caeterum si te in desperationis gurgitem enor-
mitate tuorum scelerum circumactus abjeceris, aut
Itineris tui dubitaveris represso gradu exsurgere con-
geriem, vel sinistrae mentis prolapsu declivior in
prona vergentia adducas lubrica exercitatione vegi-
tigia, illico tibi spes amissa reparationis adimitur,
rapit te sorbens in abruptum vorago facinorum,
claudentur oculi tui nocte peccati, ne veri luminis

^a Ita codex Rom.; edit. vero, *diabolus suae libertati addictum.*

videant radium permittentem; mortis se caecitas
opponet, et per eadem quendam hoc atque illic te
circumducent angeli deceptores. Fiant tibi grata
sancta flagitia, et peccandi licentia tibi penitus affi-
descet: tenebit te ^a diabolus sub spe libertatis ad-
dictum; et sis tibi liberum peccare, non vivere. Nec
sinet te respicere ante qui fueras, cum blandimento
peccandi, dulcedine te criminum pellacissimos avo-
caverit: et ut simul dixerim, ita te percundi suavi-
tate decipiet, et delectabilis tibi met videatur perire,
potius quam redire. Omne namque peccatum absque
sui delectatione non geritur, ^b nec alias invicare
animum poterit, nisi suavitate desiderii efficiat, quae
deceperit; dulcis enim materia, et suavis sit nocere
est faucibus lethalis poculi fenestra confectio, et
B amaritudinis prima libatio revocat laurientem. Sic
denique visum est mulieri primitivae donum esse ad
aspectum et dulce ad cibum arboris illius venenum,
cujus postquam mentita est suavis tabris candenti-
tis, infocit mortentis haustus violenta subtilitas, quod
vigens ac vividam manebat, extinxit; et in contra-
rium per intemperantiam recidentibus votis, ad exi-
lium mundi et spectaculum saeculi de paradiso beati-
tudinis et praedio securitatis ejecit.

CAPUT XXIII. — Oro te, frater, hanc metuas, li-
gias et expavescas; nec patiaris inimicum de tua
perditione gaudere, et in conspectu Dei supercilium
efferre victoris. Cave reditum septem spirituum im-
mundorum, quibus se ducem malorum omnium se-
civit octavus. Est cum unum nemo patrat diabo-
lum, quis oculo sustinere valeat dominatum? Dominus
dicente: *Cum immundus spiritus egerit ab homine,
pertransit loca inaquosa, quaerens requiem, et non in-
veniens, dicit: Revertar in domum meam, a qua eie-
ram: et reversus invenit eam vacantem, mundam
scopis, et compositam. Tunc vadit et adducit septem
alios septem spiritus nequiores se, et ingressi habitant
illuc: et fiunt novissima illius hominis pejora prioribus
(Matth. xii, 43).* Si te obsidione bellica septem ma-
nus accepisset hostilis, et sub incurstione bellica
tenuisset praedonis urna captivam, quos fletas dederes,
quos ejulatus dares, quae lamenta jaetares? Agere
omni die nocteque suspirium, non cibum quereres,
potum non desiderares, sicut exhaustas et famis ex-
cietas, sola in te asperae cutis ariditas et rigosa macies
D appareret, rigeret concreta sordibus coma; et hir-
suta caesaries dequallentis verticis; prominensque
barbae impressi artus horreant, patibulum red-
deres redemptoris sub gladio, distinctae umbilares
nudus, pauper atque omni sensu evolutus: quibus-
sas evadere, aut si fugae aditus praebideretur, sub
maximo incertus discrimine meditare periculum
superare. Captivum te tenet auctor scelerum, vincu-
lis non ferreis, sed catenis habet circumdatus te figi-
tum: compedes tibi hybridinis imposuit, et undique te
sepsit arctiori custodia: hanc tibi dedit ut fictum
pates omne, quod non licet: vivam te uterque mortis

^b Edit., *nec aliis inescare; codex Rom., nec alius
invicere.*

fovea demersit; et ubi Ingentis salutis tuae damnatum, spei æternæ dispendium, et vitæ perpetuæ detrimentum? Incedis comptus ornata vestimenta, celebras opulentis cibis reflectiones, vino rades, pinguis epulis quotidianis animam, et torosi corporis excolere non quiescis ingratiem, ut interitū de cæteris criminibus taceam. Putas etiam, putas et hoc non esse animæ diversionis divinæ, ut ne scias quemadmodum debeas de tuis sceleribus poenitere; Apostolo probante, qui ait: *Propter quod non habuerunt Deum in notitia, tradidit eos in reprobum sensum, facere inconuenientia* (Rom. 1, 28); et iterum: *Pro eo quod dilectum veritatis non repperunt, ut satuerentur, misit Deus illis operationem erroris, ut iudicentur qui non crediderunt veritati* (II Thess. 2, 10). De talibus denique metuit, ne veniens Corinthum ingeret multos ex his, qui non egerunt poenitentiam ex immunditiis, quas fecerunt, et fornicationibus, et libidine (II Cor. 12, 21).

CAPUT XXIV. — Cogita divitis illius opiparas cœnas, et chiosaram dapum uberem affluentiam, purpura, nartice pinguiori, et textilibus inclusi bœrici nitoribus, totum de spe presentis temporis, nihil tamen de futuro tractantis. Quid tibi post ista omnia repohatur, ausculta. Post purpuram flamma, **602** post epulas egestas, ut aquæ guttam quæret, qui guttam antea pretiosi nectaris sibilisset, et ab eo peteret, nec tamen acciperet, summitatis digiti humeris sblatum, cui in saculo mias suarum negaverat epularum. Confitere, queso, cuncta quibus reum te memineris, confitere, et faciem Dei præveni satisfactionis officio, humilia ante eum cor tuum, et in conspectu ejus turta cervicem: flecte genua, et eliso vultu terræ prosternere. Suscipiet gemitum tuum cœlestis ille proximus advocatus, et non prætermittet pro te interpellare Patrem suum, qui fidem præbere consuevit poenitentibus patrociniū. Causam tuam non argumentis ad præscriptum genus eloquentiæ perorabit, illico impetraturus veniæ beneficium, qui de superato non expectat aliquod honorarium. Hoc Apostolus probat, dicens: *Quis accensabit adversus electos Dei? Deus qui iustificat, quis est qui condemnet? Christus qui mortuus est, verum etiam et resurrexit, qui est in dextera Dei, qui et interpellat pro nobis* (Rom. 8, 33). Concinnens Joannes apostolus beatissimus in epistola sua ponit et dicit: *Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos decipimus, et veritas in nobis non est: si autem confessi fuerimus peccata nostra, et fidelis, et justus est Deus, qui nobis peccata dimittat, et mundet nos ab omni iniquitate. Si dixerimus quia non peccamus, mendacem facimus eum, et verbum ejus non est in nobis. Filii mei, hæc scribo vobis, ut non peccetis: et si quis peccaverit, habemus advocatum apud Patrem Jesum, et ipse exorat pro peccatis nostris* (I Joan. 1, 8 et seq.). Omne quod Dei Filius Dominus Jesus Christus, qui est via, veritas et vita, locutus est, lex est: et sub exemplo sui fieri docuit, quod nobis à scriptis man-

avit; neque enim a nobis fieri aliquid vellet, quod aut ipse non fecerit, aut quod ei in nobis facientibus non placeret. Sed nec displicere posset quod ipse mandasset; quia qui mandasset, ipse antea fecisset. Inanis enim fieret doctrina mandati, si in facto doctoris non præiret auctoritas: sed quidquid Dominus præcepit, et fecit, in eo non erit quod sub imitatione sui faciendum esse mandavit. Idem ergo Dominus discipulis hæc custodienda proposuit: *Attendite vobis: Si peccaverit in te frater tuus, dimitte illi: et si septies in die peccaverit in te, et septies revertatur ad te dicens: Pœnitet me; dimitte illi, et dimittetur tibi* (Luc. 17, 4). Atque cum a sancto apostolo Petro fuisset in causa consultus, et diceret: *Domine, si peccaverit in me frater meus, quoties dimittam illi? usque septies? Dixit illi Jesus: Non dico tibi usque septies, sed usque septuagies septies* (Matt. 18, 21). Qui ergo dimittenda septies fratri in nos peccanti debita nobis donare imperat, erga nos formam præcepti sui non servat? Aut qui dixit: *Misericordiam plus volo, quam sacrificium* (Ose. 6, 6); misericordiæ nobis potest negare thesaurum? Hoc, est, quod exorata prima venia dixerim, credere Dominum Jesum cuncta quæ docuit, fuisse mentitum, si circa nos formam custodire suorum voluerit præceptorum.

CAPUT XXV. — Et bene quod repetite aptat huic sententiæ de comparatione parabolam duorum scilicet servatorum, de quibus unus cum ob debitum numerosum, aro decocto, una cum uxore et filiis distrahi iuberetur, et patientiam Domini prostratus ejus pedibus exoraret, ut tribuere sibi spatium, omne debitum reddidisset, meruissetque misericordia Domini cuncta sibi donari: qui sub conditione tali ad cunctis delinebatur addictus, ipse conservo suo debitori noluit misereri; quia oblitus est colloari sibi non perime beneficii: statim tortoribus traditur, et de ejus cruciatibus idem, quod dudum fuerat donatum, exigitur. Inde est quod Dominus hujusmodi orandi ordinem posuit dicens: *Et dimitte nobis debitum nostrum, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris* (Matt. 6, 12); ut tanta scias posse tibi dimitti, quantum tu proprio dimiseris debitori: immo vero ut tibi parere videaris, cum alii obsecratus ignoveris. Nam iudicio tuo proculdubio iudicaberis, si dimitti tibi ipse cupiens, alii dimittere nolueris, Domino dicente: *In quo iudicio iudicaveritis, in eodem iudicabitur de vobis: et in qua mensura mensi fueritis, in eadem remetietur vobis* (Matt. 7, 2). Legas volo intentius prophetæ Zachariæ principium, et illic quo robustius animeris, invenies. *Iratus est, inquit, Dominus ad patres nostros ira magna* (Zach. 1, 2). Quis non hoc audiens contremiscat? quis non hujus vocis tonitruo perterritus arefuerit? aut quem sensum non hæc indignatio intimata turbaret? Quis enim status teneri poterat sanitatis, ubi tam vehemens ira denuntiabatur Auctoris? Et parum fuit dixisse iram, nisi denuntiaretur et magna, quasi si non esset *specto non exspectat aliquod honorarium.*

* Codex Rem. et Sorb., non argumentis, et præscriptam genuina patientiæ perorabit.... qui de su-

magna, sustineri ejus posset vel lentior iracundia. Sed videamus quem exitum pronuntiet tanta commotio. Credo, dixit, bellicis vos inquietabo tumultibus, et captivitatis vos sæva ditione mulctabo, fame vos afficiam, morbo quatiam, morte consumam, ferarum atque bestiarum rapiet inopinata vastatio, profugos et ubique dispersos agitabit exsilium. Hoc enim intellectui relinquitur, ut iram magnam vehementior vindicta sequatur. *Iratus est, inquit, Dominus ad patres nostros iramagna, dicens ad eos (Zach. 1, 2).* Quid dixerit audiamus: *Convertimini ad me, et convertar ad vos. O indignationem de pietate manantem! o magnam iram, quæ infert misericordiam! Rogo qui sic irascitur, quemadmodum miseretur? Aut si ita miseretur, quemadmodum indignatus irascitur? Hoc alius propheta proloquitur: Revertere, Israel, ad Dominum tuum, propter quod infirmatus es in iniquitatibus tuis. Dicite ei: Potens es remittere peccata nostra, non ut accipiatis iniquitatem, sed ut accipiatis bona; et reddite ei fructus laborum vestrorum, et epulabitur in bonis cor vestrum (Ose. xiv, 2); et alibi: Redite, inquit, filii desertores, dicit Dominus (Esai. xlvii, 5); et iterum: Revertimini, filii revertentes, et sanabo tribulationem vestram (Jerem. xiv, 22).* His consona David beatus peccatorum solatia decantavit dicens: *Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in æternum misericordia ejus (Psal. cv, 1).*

CAPUT XXVI. — Nec hoc dixerim, ut latiores admodum ^b videar habenas dedisse licentiæ, et sub veniæ divinitus tribuendæ prætextu peccandi magis fomitem Auctoris pœnitentiam præbuisse; hoc enim sermone meo cadentem erigo, stantem non impello: nec præjudico innocentiam, qui exhortor ad pœnitentiam peccatorem. Siquidem, ut supra jam diximus, innocentia exigit de Deo debitum vitæ suæ præmium: pœnitentia vero exspectat misericordiæ beneficium; non peccare enim timere est, pœnitere vero plusquam timere. Nam plerumque offensionibus subjacet secunda felicitas: cautior autem ad evitanda præterita efficitur, quem metus emendat; quia sollicitior semper erit, qui cavet ne identidem **603** ibi incidat, ubi jam antea cecidit. Sic gubernatorem faciunt pericula experta sollicitum, et in offensos portus nonnumquam veretur intrare, qui vel semel incurrerit ex securitate naufragium. Denique Scriptura divina: *Qui non tentatus est, inquit, qualia scit (Ezech., 33)?* ut ostenderet per tentationis causam tentatum semper effici cautiosem, et per timorem magis corrigi, qui incautus antea fuerit tentationis scientia. Usque adeo autem peccantibus Dominus optat ignoscere, qui non vult mortem morientis, quantum ut revertatur et vivat; ut quos pro facinoribus suis aliquoties destinat pœnæ, interpellatus pœnitentia, illico festinet absolvere: et ut recondat in vagina machæram, commutat animadversionis satisfactione sententiam.

CAPUT XXVII. — Et quamquam hoc ex Ninivi-

A tarum facto superius sit probatam, tamen etiam Hieremiæ prophetæ super eo accipe testimonium; ut ex testimoniis plenius tibi probetur exemplum. *Sermo, inquit, qui factus est a Domino ad Hieremiam, dicens: Exsurge, et descende in domum figuli, et ibi audies verba mea. Et descendi in domum figuli, et ecce ipse opus faciebat super lapides, et cecidit vas quod ipse faciebat in manibus suis; et iterum fecit illud vas aliud, sicut placuit coram ipso facere. Et factus est sermo Domini ad me, dicens: Sicut figulus iste non potero vos facere, domus Israel? Ecce sicut lutum figuli vos estis in manibus meis: et tantum si loquar super gentem aut super regnum; ut tollam eos, et ut perdam eos. Etsi conversa fuerit gens illa a malis suis cogitationibus, pœnitentiam agam pro malis, quæ cogitabam ut facerem eis, et non faciam. Et tamen si locutus fuero super regnum aut gentem, ut reëdificetur et circumplantetur; et fecerit iniqua in conspectu meo, ut non exaudiat vocem meam: pœnitentiam agam pro bonis, quæ locutus sum ut facerem eis, et non faciam. Et nunc dic ad viros Juda, et inhabitantes Hierusalem: Ecce ego fingo mala super vos, et cogito super eos cogitationem. Convertatur unusquisque a via sua maligna, meliores facite cogitationes vestras (Jerem. xviii, 1 et seq.).* Suadet ergo figulus noster a viis pessimis et cogitationibus nos malignis averti, ut conversio pœnitentiæ in aliud vas possit fracturas nostras vitiaque plasmare. Et vult operis sui substantiam non perire in pœnitentiam; ne sententia reum teneat, quem confessio excusat. Huic consonat C Sapiencia Salomonis: *Sed misereris, inquit, Domine, omnium, quia omnia potes, et negligis peccata hominum, propter pœnitentiam; subest enim tibi cum voluisti posse, et cum sis omnium Dominus, omnibus te parcere facis (Sap. xi, 24).* Convertamur ergo et confitemur Domino, cum in hoc sæculi degimus commatu, et judici nostro pœnitentiæ viaticum præparemus. Non sint temporis nostri otiosa curricula, nec nos nati ad peccandum, sed ad bene agendum coactivamus. Aut si peccato fuerimus obnoxii, quoniam deesse non potest in hoc mundi theatro quin peccemus, reminiscamur nostri, ut evadere gebeunæ præcipitium cupiamus. Pœniteamus ergo ex fide, eremus ex corde, ploremus ex viscere. Et sicut Propheta dicit: *Adoremus et procidamus et ploremus ante Dominum, qui fecit nos; quia qui serunt in lacrymis, in gaudio metent (Psal. xciv, 6).* Felix, heu nimium felix officium lacrymarum, quo futuro tempore colligantur præmia! et beatum seminis incrementum, quod in fletu profunditur, ut in lætitia metatur! Scriptum est enim: *Felix homo, qui agnoscit ululatum suum. Levemus oculos nostros ad montes, unde veniet auxilium nobis; quia sicut oculi servorum in manibus dominorum suorum, et sicut oculi ancillæ ad manus dominæ suæ: sic et oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, usque dum misereatur nobis (Psal. cxlii, 3).*

CAPUT XXVIII. — Neque ita conversionis nostræ

^a Codex Rem., indignatis irascitur.

^b Idem codex, videntur habenas dedisse licentiæ.

consilium temporis delectationibus prolongemus, ut A
sub scientia peccandi et delectatione pereundi usque
ad extremam ætatem nos in voraginem criminum
demergamus; cum vivendi nobis usum a divina
dignatione collatum qui terminus claudat, habeatur
incertum. Et forsitan hoc quod aut primum putatur,
aut medium, imminenti occidui meta jam limitet,
sitque debitis finis indignantis Domini ex conversio-
nis tarditate vocatio; quando quidem ex admoni-
tione rumpendarum in conversione morarum pro-
positum videatur oraculum: *Non tardes converti ad
Dominum, et ne differas de die in diem; subito enim
venit ira ejus, et in tempore vindictæ disperdet te
(Eccli. v, 8); et iterum: Fili, peccasti, ne adjicias
iterum, sed et de pristinis deprecare, ut tibi dimittan-
tur; et ne adjicias peccatum super peccatum, et dicas: B
Misericordia Dei magna est; misericordia enim et ira ab
illo (Eccli. xxi, 1). Nec nos usque ad mortem fieri
mancia patiamur, et demus corpora nostra scele-
rum ditioni, sed obediamus Apostolo dicenti: *Non
regnet peccatum in vestro mortali corpore, ut obediat
ei (Rom. vi, 12);* ut quia peccata deesse non pos-
sunt, certe non regnent, hoc est, ne sine respectu
evadendi fiat abrupta licentia peccandi. Aut certe
si putat aliquis restare sibi tempus ut peccet, et sa-
tiata libidine cum jam imperasset animo corporis
vires, tunc ad pœnitendi redire judicium, ultimum
vitæ suæ mihi tempus edicat, quo calculante, didi-
cerit, quo insinuante, cognoverit; ut jure sibi, ut
ita dicam, de temporis spatio blandiatur. At cum
nobis inopinatus sit exitus terminalis, et vitæ nostræ C
dubia sint ex mortis ignorantia curricula; quomodo
sibi quisque superesse ad confitendum tempus exi-
stimat, qui temporis sui tempus ignorat, cum utique
audiat dicentem Scripturam: *Vivens et sanus fate-
beris, et laudabis Deum, et in partem vades sæculi
sancti cum vivis et dantibus confessionem (Eccli.
xvii, 27). Dilatio enim temporis confessionem
creet, et non desperationem generet; quia exaggera-
turi in dilato damnatio, qui divinam patientiam perti-
naci animositate cogitat. Quod sancti Noe temporibus
docetur effectum, cum per centum annos pertracta
patientia implacabilem per mundi ambitum sudit
cataclysmum, inundante censura. Unde beatus Apo-
stolus ait: *An numquid opulentiam bonitatis ejus, et
longam patientiam contemnis, ignorans quod Dei boni-
tas ad pœnitentiam te adducit? Tu autem secundum
duritiam tuam et cor impœnitens thesaurizas tibi iram
in die iræ et revelationis justi judicii Dei, qui reddet
unicuique secundum facta sua (Rom. ii, 4).***

CAPUT XXIX.—Volo dicas mihi, quæ rerum
præsentium gloria, qui sint hujus temporis fructus,
quæ utilitas caducorum. Regni potentia, ut dixi,
morte finitur, potestatis ambitio successione dirimi-
tur, divitiarum copia vivis nobis plerumque subtrahi-
tur, voluptatis effectio tristitia interveniente cor-
rumpitur, jucunditas gaudiorum metus formidine

violatur, et omne quod capitur desiderio, ^a corpus
aut anima corporis desiderat, ⁶⁰⁴ finis falce succi-
ditur. Nec potest perfectum privilegium beatitudinis
obtinere, quod æternitatis non circumvallat infinitas;
caducum enim sit necesse est, quod inevitabili ne-
cessitate metitur: obnoxium et inconstans atque
infirmum procul dubio remanebit, cujus vitam non-
numquam fortuitus eventus intercipit. His ergo
cunctis morte finitur, nostrum in ipsa morte quid
proprium? Si nihil quod boni operis incremento
conscientia subsarcinetur, habebimus; et si nihil
boni ex nobis habere potuimus, quid nobiscum re-
meantes ad patriam deferemus? Quam nuda atque
deformis anima nostra remanebit, si nos eam saltem
pœnitentiæ velaminibus et confessionis amictibus
non obtegamus! nisi quia turpitudinem festinamus
abscondere, et animæ operire non contendimus nu-
ditatem, cujus cum sit naturaliter invisibilis pulchri-
tudo, visibilis fiet peccatorum sorde deformitas.

CAPUT XXX.—Illa sunt occupanda commercia,
illæ complectendæ divitiæ, illa captanda potentia,
quam non tempus eripit, non locus subtrahit, non
persona subducit, quæ manet statu perpetuo, quæ
privilegio servatur æterno, quæ fini non subducitur,
quæ mortis jugo nec premitur nec urgetur. Ibi enim
bona tuta sunt conscientiæ, ubi jam non licebit
post præsentia sæculi mala peccare, ubi diabolo
nullus accessus, ubi tenebrarum non est locus; sed
neque qui decipit, neque qui decipi possit, penitus
inventur. Illic bona omnia, illic cuncta felicia, illic
prospera universa: non dies lucis incremento muta-
bilis, non sol lentior in ortu, in fulgendo clarior, in
occasu fuscior apparebit: nox omnino vacabit, luna
non erit, nec siderum micatus ardentior rutilabit:
famem nemo sentiet, lacrymæ detergentur, timor
nullus, metus ex nihilo, jucunditas omnia, pax to-
tum, gaudium quidquid obnoxium tristitiæ fuerat,
possidehnt. Omnia propheta Esaias evidenter ex-
ponit (*Isai. lx, 2 et seq.*). Quæ tunc tibi gloria felicium,
quæ supplicia miserorum, quæ gemitus, quæ suspi-
ria peccantium, quæ beatitudo sanctorum? His cum
Deo consortium, illos donari gehennalium crucia-
mento flammarum: hos incomparabili perfrui refri-
gerio, illos incendio indomitabili trucidari: hos
paradisi fontibus, nemorumque verticibus a rivulis
indefessos amœnari, illos stagno ignis, et fluente
incendii, atque atræ noctis tenebris obsessos, pœnis
inextricabilibus perurgeri: ad postremum hos bonis
cœlestibus uti, illos totius gehennæ et æternæ mor-
tis edacitate consumi?

CAPUT XXXI.—Si nunc quantum ad sæculum
quispiam paupertatis labe defectus, in promptu non
habeat unde qualicumque victu famelicam susten-
tare possit esuriem, videatque alios opinis dapibus
mensas onerare, ac refertos epulis libere gemma,
et protrahere longe apparatus ambitione peregrinis
saporibus pigmentata convivia, quæ putas cum du-

^a Edit. Rom., aut corpus aut anima finis calce succiditur; codex autem Rom. ac Gill. lectionem nostram constituunt.

core ab ultima viscerum parte suspiria; quas edere intestino dolore querelas; interdum etiam lacrymas fundere, cum paulo amplius capi incipiat desiderio visorum, et inardescere magis ac magis sentiat ex desiderio inefficax desiderium? Quinam ergo tunc erunt gemitus infelicitum, quod inconsolabili luctu in illa comparatione tormentum, cum cœlestibus cœpiis, perennibus divitiis perfrai felicitum viderint agmen animarum, et se stillicidio vorantis digiti defraudari, et perferre insuper inextinguibilem flammam, cum nulla spe reserventur ad veniam? Solis ardorem ferre non possumus, balnearis ætus minime toleramus, sentimus incendia fornacum, et longe recedimus; quis ferat fluctuantem gehennam, et caminis tartareis æstuantem pati strepitum fumantis baratri poterit, et sustinere infernorum globos tenebrarum; ubi solus auditur ululatus ardentium, et ejulatus resonat crudeliter punitorum? Hæc, oro, quam fugienda sunt, quam cavenda ac totis viribus, et omni animo ac mente declinanda!

CAPUT XXXII. — Cum patent igitur januæ veniales, cum fluctuantibus et criminum tempestate jactatis penitentiae portus offertur, cum mentibus promittitur cura languentibus, et sanctis vitam promittitur mitroneus artifex medicinam: cum misericordia habetur in prompta, antequam justitia capulo tenuis extrahat pugionem, sumamus arma penitentiae, et judicis rigorem satisfactionis officio mulceamus. Certum enim habet donum veniæ, cui permittitur peccare; nam procul dubio confiteri non sinitur, cui pietas nulla servatur. Hoc probat veterati serpentis in ipsa origine mundi damnatio, quem inauditum ætonicæ fulmen excussit: et non peraptatum absoluta severitas status sui possessione dejacit. Hoc Sodoma et Gomorrhæ cœlesti incendio concrematae perhibent regiones, erga quas ob excessum facinorum nihil reservatum est penitentiae; ne fortassis admodum posset ultionis justitiam declinare. Hoc Pharaonis in Egedo clamat interitus, hoc Core, Dathan et Abiron expectatum testatur exitium, hoc Antiochi et Herodis supplicia proloquantur, hoc Ananias et Sapphira indicat repentina animadversione naufragium: quos ad præsens tempus vindicta non distulit, et negata venia, severitas comitata truncavit. Non nos imparatos dies abscessionis inveniat, nec intra castra diabolica hyemis illius aut sabbati tempus includat. Vigilemus contra hostis antiqui fraudulentas insidias et apertas mines; erga conversos enim acrius excitatur, et refugos suus severior tamquam irritus insequitur. Tunc cum deciperet, blandimentis illecebat, nunc tentationibus et crudelitibus iniquitat: tunc fuerat ut amicus, nunc ut inimicus irascitur; et per casum elisum efficit cautorem, sed elidentem uliquoties solet elisum elidere. Fugiamus pomposas illecebras mundi, et ambitionibus ejus demus ex toto repudium. Hoc Joannes apostolus peroradet dicens: *Nolite diligere mundum, neque ea quæ sunt in mundo. Si quis diligit*

A mundum, non est charitas Patris in eo; quia omne quod in mundo est, concupiscentia carnis est, et concupiscentia oculorum, et ambitio sæculi, quæ non est a Patre, sed ex concupiscentia mundi est: et mundus transibit, et concupiscentia ejus. Qui vero facti voluntatem Dei, manet in æternum; quomodo et Deus manet in æternum (I Joan. ii, 15). Lavetur baptismo penitentiae, ut possimus Dominum mundo corde videre: oculorum nequitiis ab oculis nostris a conspectu oculorum Dei, discamus justitiam facere; inquiramus judicium, eripiamus injuriam accipientem, judicemus pupillo, justificemus viduam, et cum Deum disputabimus. Et si fuerint peccata nostra, ut phœnicium, ut nivei dealbabit: si autem et coccinum, ut lavam candidam efficiet. Et quia asperget hyssopo, et mundabitur, lavabit nos, et super nivei candidiores erimus (Psal. li, 9).

CAPUT XXXIII. — Tria sunt quæ erga nos Dominus arbitrio suo constituta conservat: **605** bonitatem dico, misericordiam, atque justitiam. Bonitas est, qua esse jam cœpimus: misericordia, qua ad penitentiam provocamur: justitia, qua futuro tempore judicabimur. Hæc interim ordinem temporum in sese custodiunt, præteritum, præsens, et futurum: præteritum, quo Domino auctore creatur et nascimur: præsens, quo conversi misericordiam promeremur: futurum, quo juxta opera nostra, justitia distribuento, munerabimur. Itaque cum misericordiae regnum habemus in manibus, et in arbitrio nostro sunt posita dona pietatis; hic purgamus conscientias nostras ab omni iniquatione, et spiritualibus nos deinceps per bonam conversationem instrumentis aperimus. Evitamus desideria quæ militant contra solitas nostras, et profusam conscientiam nullatenus patiemur. Consequemur omnia, quæ ex fide credimus, et justis nos actibus vita inviduabili componemus. Merebimur remissionem omnium peccatorum, resurgemus in vitam æternam in resurrectione credentiam; **606** et ut amplius loquendi præsumat audacia, in regna cœlorum cum justis intrabimus, cum quibus partem per penitentiam habere meruimus, Scriptura dicente: *Penitentibus autem dedit partem justitiæ, et corrogavit deficientes sustinere, et destinavit illos in sortem veritatis (Eccl. xvii).*

D Hæc, amantissime frater, quibus tecum pariter ad exorandam penitentiam cohortarer, quantum ex Dominicis lectionibus colligere mediocritas ingenii mei potuit, exaravi. Quæ si jam, ut arbitror, animi studio e proprio instituto sectaris, et curribus confessionis insidens, tendis ad veniam; accipe me tecum in hac cogitatione consortem, ut adjuncto communi comitatu, ad metas indulgentiæ properemus: aut si pigritiæ inertia præpeditus, pernicitatem tuam sequi non potero, memento mei: et cum proximis de Dei largitione merueris, quæso ut in orationibus tuis nulla caparis oblivione Victoris.

MONITUM.

Prodit hic libellus aut potius fragmentum e bibliotheca sancti Dionysii in Francia, unde illum eruit Giffotius ex antiquo codice, ubi tribus libris Ambrosianis de Spiritu sancto additus, liber quartus sancti Ambrosii de Spiritu sancto inscribebatur. Non tamen viro docto imposuit hæc epigraphæ, quippe qui Scripturæ locos in hoc tractatu subinde allegatos non ejus, quam Ambrosius adhibebat, versionis esse, totumque operæ stylum ab Ambrosiano discrepare animadvertit: quibus adjicit Auctorem in fine profiteri strictim se de Spiritu sancto disseruisse, cum contrario quam fusissime de eodem egerit Ambrosius. Quapropter non alia re hoc idem fragmentum edendum judicavit, nisi quod et antiqui Auctoris, et lectione dignissimum esse arbitratus est, quo nomine cum illud Romani in appendice etiam retinuerint, nos similiter non potuimus rejiciendam.

DE SPIRITU SANCTO

LIBELLUS UNUS.

605 Vos autem in carne non estis, sed in spiritu; A si tamen Spiritus Dei habitat in vobis: si quis autem Spiritum Christi non habet, hic non est ejus. Si autem Christus in vobis est, corpus quidem mortuum est propter peccatum: spiritus vero vivit propter justitiam. Quod si Spiritus ejus qui suscitavit Jesum a mortuis, vivificabit et mortalia corpora vestra propter inhabitantem Spiritum ejus in vobis (Rom. viii, 9 et seq.). Divino Apostolus modo et divino eloquio sacramentum Dominicæ Trinitatis et fidei nostræ mentibus inlucavit. Nam cum dixisset: Vos autem in carne non estis, sed in spiritu; si tamen Spiritus Dei habitat in vobis; adjecit: Si quis autem Spiritum Christi non habet, hic non est ejus. Quid ergo Apostolus aliud quam unionem Trinitatis adocuit? Nam Spiritus Dei Spiritus Christi est: spiritus autem Christi et Dei neque a Christo divisus aut separatus est; quoniam neque Deus ab Spiritu suo, neque Christus idem ab Spiritu suo potest separabilis indicari. Si autem inseparabilis Deus ab Spiritu suo est, inseparabilis utique et Christus ab Spiritu suo est: ergo Spiritus Dei et Spiritus Christi inseparabilis a Deo et Christo; ac per hoc Deus et Christus et Spiritus sanctus indivisi manifestantur, quia semper Spiritus in Deo et Christo personis est. Nam quid aliud concatenatione hæc et connexionione significari contendit, quam intelligentiam unitatis; cum per Spiritum Deus et Christus, qui inseparabiles a sese sunt, uniti, et ut ulterius dicam, unum intelligunt?

Hoc divinum sacramentum est, hoc in se creatura C naturaliter aut inseparabiliter non habet; ut unus Spiritus Patris et Filii, aut tres unus, et unum indivisibiliter esse noscantur. Et ideo securus Apostolus, qui hoc fundamentum fidei de sancta Scriptura didicit, et de divina revelatione cognovit, de castro non timet alibi unum Deum, alibi cum Domino, alibi cum Deo et Domino sanctum Spiritum predicare;

quia sive unus Deus dixerit, scit se nomen Trinitatis impleto: sive autem Dei et Domini solennimode memor sit, scit dicere; Ipse autem Deus, et Pater, et Dominus noster Jesus Christus dirigat viam nostram ad vos (I Thessal. iii, 11), et cavere ne dicat: Ipse dirigant; sive Dei et sancti Spiritus faciat mentionem, scit se Christo injuriam non fecisse: sive Dei, et Domini, et Spiritus sancti epulis competentibus personas aptet, scit dicere: Et omnia hæc operatur unus atque idem Spiritus, dividens singulis prout vult (I Cor. xii, 11); quoniam et tres deos dicere impium est, et unum non in Trinitatis nomine consisti admodum irreligiosum.

Denique sequentia consideremus, quibus hunc sensum confirmat et solidat; nam cum dixisset: Si quis autem Spiritum Christi non habet, hic non est ejus; adjecit: Si autem Christus in vobis est (Rom. viii, 9). Ergo manifestum est quia per inhabitantem Spiritum Christi Christus habitat; si autem per inhabitantem Spiritum Christi Christus habitat, utique et per inhabitantem Spiritum Dei Deus habitat. Denique subjunctum: Quod si Spiritus ejus, qui suscitavit Christum ex mortuis, habitat in vobis (Ibid. 11), hoc est, Dei; ac per hoc non aliud esse Spiritum sanctum, quam Deus et Christus probatur, per quem Deus et Christus habitat: quem qui in se non habet habitantem, nec Deum potest habere, nec Christum.

Sed dicit aliquis: Si per Spiritum suum Deus habitat in vobis, et Spiritus cum Deo et Christo unum atque idem est; quomodo rursus dicitur: Qui suscitavit Christum ex mortuis, vivificabit et mortalia corpora vestra? Quomodo Deus et Christus unum sunt, cum Christus per Spiritum Dei suscitetur ex mortuis? O altitudo divinarum sapientie et scientie Dei (Rom. xi, 33)! Vere, ubi sapiens? ubi scriba? Vere hoc est, quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ preparavit Deus diligentibus se (II Cor. xi, 2). Preparavit autem Deus dili-

magna, sustineri ejus posset vel lentior iracundia. Sed videamus quem exitum pronuntiet tanta commotio. Credo, dixit, bellicis vos inquietabo tumultibus, et captivitatis vos sæva ditione mulctabo, fame vos afficiam, morbo quatiā, morte consumam, ferarum atque bestiarum rapiet inopinata vastatio, profugos et ubique dispersos agitabit exsilium. Hoc enim intellectui relinquitur, ut iram magnam vehementior vindicta sequatur. *Iraus est, inquit, Dominus ad patres nostros iramagna, dicens ad eos (Zach. 1, 2). Quid dixerit audiamus: Convertimini ad me, et convertar ad vos. O indignationem de pietate manantem! o magnam iram, quæ infert misericordiam! Rogo qui sic irascitur, quemadmodum miseretur? Aut si ita miseretur, quemadmodum indignatus irascitur? Hoc alius propheta proloquitur: Revertere, Israel, ad Dominum tuum, propter quod infirmatus es in iniquitatibus tuis. Dicite ei: Potens es remittere peccata nostra, non ut accipiat iniquitatem, sed ut accipiat bona; et reddite ei fructus laborum vestrorum, et epulabitur in bonis cor vestrum (Ose. xiv, 2); et alibi: Redite, inquit, filii desertores, dicit Dominus (Esai. xlvi, 8); et iterum: Revertimini, filii revertentes, et sanabo tribulationem vestram (Jerem. xiv, 22). His consona David beatus peccatorum solatia decantavit dicens: Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in æternum misericordia ejus (Psal. cv, 1).*

CAPUT XXVI. — Nec hoc dixerim, ut latiores admodum ^b videar habenas dedisse licentiæ, et sub veniæ divinitus tribuendæ prætextu peccandi magis fomitem Auctoris pœnitentiæ præbuisse; hoc enim sermone meo cadentem erigo, stantem non impello: nec præjudico innocentiam, qui exhortor ad pœnitentiā peccatorem. Siquidem, ut supra jam diximus, innocentia exigit de Deo debitum vitæ suæ præmium: pœnitentia vero expectat misericordiæ beneficium; non peccare enim timere est, pœnitere vero plusquam timere. Nam plerumque offensionibus subjacet secunda felicitas: cautior autem ad evitanda præterita efficitur, quem metus emendat; quia sollicitior semper erit, qui cavet ne identidem **603** ibi incidat, ubi jam antea cecidit. Sic gubernatorem faciunt pericula experta sollicitum, et in offensus portus nonnumquam veretur intrare, qui vel semel incurrerit ex securitate naufragium. Denique Scriptura divina: *Qui non tentatus est, inquit, quia scit (Ezech., 33)?* ut ostenderet per tentationis causam tentatum semper effici cautiozem, et per timorem magis corrigi, qui incautus antea fuerit tentationis scientia. Usque adeo autem peccantibus Dominus optat ignoscere, qui non vult mortem morientis, quantum ut revertatur et vivat; ut quos profacioribus suis alluoties destinat pœnæ, interpellatus pœnitentia, illico festinet absolvere: et ut recondat in vagina machæram, commutat animadversionis satisfactione sententiam.

CAPUT XXVII. — Et quamquam hoc ex Ninivi-

A tarum facto superius sit probatum, tamen etiam Hieremiæ prophetæ super eo accipe testimonium; ut ex testimoniis plenius tibi probetur exemplum. *Sermo, inquit, qui factus est a Domino ad Hieremiam, dicens: Exsurge, et descende in domum figuli, et ibi audies verba mea. Et descendi in domum figuli, et ecce ipse opus faciebat super lapides, et cecidit vas quod ipse faciebat in manibus suis; et iterum fecit illud vas aliud, sicut placuit coram ipso facere. Et factus est sermo Domini ad me, dicens: Sicut figulus iste non potero vos facere, domus Israel? Ecce sicut lutum figuli vos estis in manibus meis: et tantum si loquar super gentem aut super regnum; ut tollam eos, et ut perdam eos. Et si conversa fuerit gens illa a malis suis cogitationibus, pœnitentiā agam pro malis, quæ cogitabam ut facerem eis, et non faciam. Et tamen si locutus fuero super regnum aut gentem, ut reedificetur et circumplantetur; et fecerit iniqua in conspectu meo, ut non exaudiat vocem meam: pœnitentiā agam pro bonis, quæ locutus sum ut facerem eis, et non faciam. Et nunc dic ad viros Juda, et inhabitantes Hierusalem: Ecce ego fingo mala super vos, et cogito super vos cogitationem. Convertatur unusquisque a via sua maligna, meliores facite cogitationes vestras (Jerem. xviii, 1 et seq.).* Suadet ergo figulus noster a viis pessimis et cogitationibus nos malignis averti, ut conversio pœnitentiæ in aliud vas possit fracturas nostras vitæque plasmare. Et vult operis sui substantiam non perire in pœnitentiā; ne sententia reum teneat, quem confessio excusat. Illic consonat Sapientia Salomonis: *Sed misereris, inquit, Domine, omnium, quia omnia potes, et negligis peccata hominum, propter pœnitentiā; subest enim tibi cum voles posse, et cum sis omnium Dominus, omnibus te parcere facis (Sap. xi, 24).* Convertamur ergo et confitemur Domino, cum in hoc sæculi degimus commentu, et judici nostro pœnitentiæ viaticum præparemus. Non sint temporis nostri otiosa curricula, nec nos nati ad peccandum, sed ad bene agendum coartamus. Aut si peccato fuerimus obnoxii, quoniam deesse non potest in hoc mundi teatro quin peccemus, reminiscamur nostri, ut evadere gehennæ præcipitium cupiamus. Pœniteamus ergo ex fide, oremus ex corde, ploremus ex viscere. Et sicut Propheta dicit: *Adoremus et procidamus et ploremus ante Dominum, qui fecit nos; quia qui serunt in lacrymis, in gaudio metent (Psal. cxiv, 6).* Felix, heu nimium felix officium lacrymarum, quo futuro tempore colliguntur præmia! et beatum seminis incrementum, quod in fletu profunditur, ut in lætitia metatur! Scriptam est enim: *Felix homo, qui agnoscit ululatum suum. Levemus oculos nostros ad montes, unde veniet auxilium nobis; quia sicut oculi servorum in manibus dominorum suorum, et sicut oculi ancillæ ad manus dominæ suæ: sic et oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, usque dum misereatur nobis (Psal. cxxii, 3).*

CAPUT XXVIII. — Neque ita conversionis nostræ

^a Codex Rem., indignatis irascitur.

^b Idem codex, videatur habenas dedisse licentiā.

consilium temporis delectationibus prolongemus, ut A
sub scientia peccandi et delectatione pereundi usque
ad extremam ætatem nos in voraginem criminum
demergamus; cum vivendi nobis usum a divina
dignatione collatum qui terminus claudat, habeatur
incertum. Et forsitan hoc quod aut primum putatur,
aut medium, imminenti occidui meta jam limitet,
sitque debitus finis indignantis Domini ex conversio-
nis tarditate vocatio; quando quidem ex admoni-
tione rumpendarum in conversione morarum pro-
positum videatur oraculum: *Non turdes converti ad
Dominum, et ne differas de die in diem; subito enim
venit ira ejus, et in tempore vindictæ disperdet te
(Eccli. v, 8); et iterum: Fili, peccasti, ne adjicias
iterum, sed et de pristinis deprecare, ut tibi dimittantur
; et ne adjicias peccatum super peccatum, et dicas: H
Misericordia Dei magna est; misericordia enim et ira ab
illo (Eccli. xxi, 1).* Nec nos usque ad mortem fieri
mancia patiamur, et demus corpora nostra scele-
rum ditioni, sed obediamus Apostolo dicenti: *Non
regnet peccatum in vestro mortali corpore, ut obediat
ei (Rom. vi, 12);* ut quia peccata deesse non pos-
sunt, certe non regnent, hoc est, ne sine respectu
evadendi fiat abrupta licentia peccandi. Aut certe
si putat aliquis restare sibi tempus ut peccet, et sa-
tiata libidine cum jam imperasset animo corporis
vires, tunc ad pœnitendi redire iudicium, ultimum
vitæ suæ mihi tempus edicat, quo calcante, didi-
cerit, quo insinuante, cognoverit; ut jure sibi, ut
ita dicam, de temporis spatio blandiatur. At cum
nobis inopinatus sit exitus terminalis, et vitæ nostræ C
dubia sint ex mortis ignorantia curricula; quomodo
sibi quisque superesse ad confitendum tempus exi-
stimat, qui temporis sui tempus ignorat, cum utique
audiat dicentem Scripturam: *Vivens et sanus fate-
beris, et laudabis Deum, et in partem vades sæculi
sancti cum vivis et dantibus confessionem (Eccli.
xvii, 27).* Dilatio enim temporis confessionem
creet, et non desperationem generet; quia exaggera-
turi dilato damnatio, qui divinam patientiam perti-
naci animositate cogitat. Quod sancti Noë temporibus
docetur effectum, cum per centum annos pertracta
patientia implacabilem per mundi ambitum fudit
cataclysmum, inundante censura. Unde beatus Apo-
stolus ait: *An numquid opulentiam bonitatis ejus, et
longam patientiam contemnitis, ignorans quod Dei bo-
nitas ad pœnitentiam te adducit? Tu autem secundum
duritiam tuam et cor impœnitens thesaurizas tibi iram
in die iræ et revelationis justi iudicii Dei, qui reddet
unicuique secundum facta sua (Rom. ii, 4).*

CAPUT XXIX.—Volo dicas mihi, quæ rerum
præsentium gloria, qui sint hujus temporis fructus,
quæ utilitas caducorum. Regni potentia, ut dixi,
morte finitur, potestatis ambitio successione dirimi-
tur, divitiarum copia vivis nobis plerumque subtrahi-
tur, voluptatis effectio tristitia interveniente cor-
rumpitur, jucunditas gaudiorum metus formidine

violatur, et omne quod capitur desiderio, a corpus
aut anima corporis desiderat, 604 finis falce succi-
ditur. Nec potest perfectum privilegium beatitudinis
obtineri, quod æternitatis non circumvallat infinitas;
caducum enim sit necesse est, quod inevitabili ne-
cessitate metitur: obnoxium et inconstans atque
infirmum procul dubio remanebit, cujus vitam non-
numquam fortuitus eventus intercipit. Illis ergo
cunctis morte finitis, nostrum in ipsa morte quid
proprium? Si nihil quod boni operis incremento
conscientia subsarcinetur, habebimus; et si nihil
boni ex nobis habere potuimus, quid nobiscum re-
meantes ad patriam deferemus? Quam nuda atque
deformis anima nostra remanebit, si nos eam saltem
pœnitentiæ velaminibus et confessionis amictibus
non obtegimus! nisi quia turpitudinem festinamus
abscondere, et animæ operire non contendimus nu-
ditatem, cujus cum sit naturaliter invisibilis pulchri-
tudo, visibilis fiet peccatorum sorde deformitas.

CAPUT XXX.—Illa sunt occupanda commercia,
illæ complectendæ divitiæ, illa captanda potentia,
quam non tempus eripit, non locus subtrahit, non
persona subducit, quæ manet statu perpetuo, quæ
privilegio servatur æterno, quæ fini non subducitur,
quæ mortis iugo nec premitur nec urgetur. Ibi enim
bona tuta sunt conscientiæ, ubi jam non licebit
post præsentia sæculi mala peccare, ubi diabolo
nullus accessus, ubi tenebrarum non est locus; sed
neque qui decipit, neque qui decipi possit, penitus
inventur. Illic bona omnia, illic cuncta felicia, illic
prospera universa: non dies lucis incremento muta-
bilis, non sol lentior in ortu, in fulgendo clarior, in
occasu fuscior apparebit: nox omnino vacabit, luna
non erit, nec siderum micatus ardentior rutilabit:
famem nemo sentiet, lacrymæ detergentur, timor
nullus, metus ex nihilo, jucunditas omnia, pax to-
tum, gaudium quidquid obnoxium tristitiæ fuerat,
possidebunt. Omnia propheta Esaias evidenter ex-
ponit (*Isai. lx, 2 et seq.*). Quæ tunc tibi gloria felicium,
quæ supplicia miserorum, qui gemitus, quæ suspi-
ria peccantium, quæ beatitudo sanctorum? His cum
Deo consortium, illos donari gehennarum crucia-
mento flammarum: hos incomparabili perfrui refrig-
erio, illos incendio indomitabili trucidari: hos
paradisi fontibus, nemorumque verticibus a rivulis
indefessos amœnari, illos stagno ignis, et fluente
incendii, atque atræ noctis tenebris obsessos, penis
inextricabilibus perurgeri: ad postremum hos bonis
cœlestibus uti, illos totius gehennæ et æternæ mor-
tis edacitate consumi?

CAPUT XXXI.—Si nunc quantum ad sæculum
quispiam paupertatis labe defectus, in promptu non
habeat unde qualicumque victu famelicam susten-
tare possit esuriam, videatque alios opinis dapibus
mensas onerare, ac refertos epulis hibernæ gemma,
et protrahere longe apparatus ambitione peregrinis
saporibus pigmentata convivia, quæ putas cum du-

^a Edit. Rom., aut corpus aut anima finis falce succiditur; codex autem Rom. ac Gill. lectionem nostram constituunt.

cere ab ultima viscerum parte suspiria, quas edere A intestino dolore querelas; interdum etiam lacrymas fundere, cum paulo amplius capi incipiat desiderio visorum, et inardescere magis ac magis sentiat ex desiderio inefficax desiderium? Quiaam ergo tunc erunt gemitus infelicium, quod inconsolabili luctu in illa comparatione tormentum; cum celestibus cepiis, perennibus divitiis perfrui felicium viderint agmen animarum, et se stillicidio vorantis digiti defraudari, et perferre insuper inextinguibilem flammam, cum nulla spe reserventur ad veniam? Solis ardorem ferre non possumus, balnearis aestus minime toleramus, sentimus incendia fornacum, et longe socedimus; quis ferat fluctuantem gehennam, et caminis tartareis aestuantem pati strepitum fumantis baratri poterit, et sustinere infernorum globos tenebrarum; ubi solus auditur utulatus ardentium, et ejulatus resonat crudeliter punitorum? Hæc, oro, quam fugienda sunt, quam cavenda ac totis viribus, et omni animo ac mente declinanda!

CAPUT XXXII. — Cum patent igitur januæ veniales, cum fluctuantibus et criminum tempestate jactatis poenitentiae portus offertur, cum mentibus promittitur cura languentibus, et sauciatie vitalem pollicetur atroxque artifex medicinam: cum misericordia habetur in promptu, antequam justitia capulo tenus extrahat pugionem, sumamus arma poenitentiae, et judicis rigorem satisfactionis officio mulceamus. Certum enim habet donum veniæ, cui permittitur poenitere; nam procul dubio confiteri non sinitur, cui pietas nulla servatur. Hoc probat inveterati serpentis in ipsa origine mundi damnatio, quem inauditum sententiae fulmen excausat: et non peraptatum absoluta severitas status sui possessione dejacit. Hoc Sodomæ et Gomorrhæe celesti incendio concrematae perhibent regiones, erga quas ob excessam facinorum nihil reservatum est poenitentiae; ne fortassis admodum posent ultionis justitiam declinare. Hoc Pharaonis in Exodo clamat interitus, hoc Core, Dathan et Abiron inexpectatum testatur exitium, hoc Antiochi et Heredis supplicia proloquuntur, hoc Anania et Sapphira indicat repentina animadversioe naufragium: quos ad præsens tempus vindicta non distulit, et negata venia, severitas comitata truncavit. Non nos imparatos dies abcessionis inveniat, nec intra castra diabolica tyemis illius aut sabbati tempus includat. Vigilemus contra hostis antiqui fraudulentas insidias et apertas minas; erga conversos enim acrius excitatur, et refugos suos severior tamquam irrisus insequitur. Tunc cum deciparet, blandimentis illecebat, nunc tentationibus et crudelitibus inquietat: tunc fuerat ut amicus, nunc ut inimicus irascitur; et per casum elisum efficit cautiorem, sed elidentem aliquoties solet elisus aliter. Fugiamus pomposas illecebras mundi, et ambitionibus ejus demus ex toto repudium. Hoc Joannes apostolus peroradet dicens: *Dilite diligere mundum, neque ea quæ sunt in mundo. Si quis diligit*

A mundum, non est charitas Patris in eo; quia omne quod in mundo est, concupiscentia carnis est, et concupiscentia oculorum, et ambitio sæculi, quæ non est a Patre, sed ex concupiscentia mundi est: et mundus transibit, et concupiscentia ejus. Qui vero facti voluntatem Dei, manet in æternum; quomodo et Deus manet in æternum (1 Joan. ii, 15). Lavemur baptismo poenitentiae, et possimus Dominum mundo corde videre: auferamus nequitias ab oculis nostris a conspectu oculorum Dei, dicamus justitiam facere; Inquiramus judicium, eripiamus injuriam accipientem, judicemus pupillo, justilicemus viduam, et cum Domino disputabimus. Et si fuerint peccata nostra, et phœnicium, ut nivem dealbabit: si autem ad coquinum, ut lavam candidam effluet. Et quia asperget hyssopo, et mundabimur, lavabit nos, et super nivem candidiores erimus (Psal. l, 9).

CAPUT XXXIII. — Tria sunt quæ erga nos Dominus arbitrio suo constituta conservat: 305 bonitatem dico, misericordiam, atque justitiam. Bonitas est, quæ esse jam cœpimus: misericordia, quæ ad poenitentiam provocamur: justitia, quæ futuro tempore judicabimur. Hæc interim ordinem temporum in sese custodiunt, præteritum, præsens, et futurum: præteritum, quo Domino auctore creatur et nascimur: præsens, quo conversi misericordiam promovemur: futurum, quo juxta opera nostra, justitia distribuente, mereremur. Itaque cum misericordiam regnum habemus in manibus, et in arbitrio nostro sunt positæ dona pietatis; hic purgemus conscientias nostras ab omni iniquitate, et spiritalibus nos doceamus per bonam conversationem instrumentis æquimus. Evitemus desideria quæ militat contra animas nostras, et profanam conscientiam nullatenus patiamur. Consequemur omnia, quæ ex fide credimus, et iustis nos actibus vita invituperabili componemus. Morebimur remissam omnium peccatorum, resurgemus in vitam æternam in resurrectione credentem; 306 et ut amplius loquendi præsumat audacia, in regna cælorum cum justis intrabimus, cum quibus partem per poenitentiam habere meruimus, Scriptura dicente: *Pœnitentibus autem dedit partem justitiae, et corrogavit deficientes sustinere, et destinavit illos in sortem veritatis (Eccl. xvii).*

D Hæc, amantissime frater, quibus tecum pariter ad exercendam poenitentiam cohortarer, quantum ex Dominicis lectionibus colligere mediocritas ingenti mei potuit, exaravi. Quæ si jam, ut arbitror, animi studio e proprio instituto sectaris, et curribus confessionis insidens, tendis ad veniam; accipe me tecum in hac cogitatione consortem, ut adjuncto communi consilio, ad metas indulgentiæ properemus: aut si pigritiæ inertia præpeditus, pernicitatem tuam sequi non potero, amento mei: et cum præmium de Dei largitione merueris, quæso ut in orationibus tuis nulla captaris oblivione Victoris.

MONITUM.

Proffit hic libellus aut potius fragmentum e bibliotheca sancti Dionysii in Francia, unde illum eruit Giliotus ex antiquo codice, ubi tribus libris Ambrosianis de Spiritu sancto additus, liber quartus sancti Ambrosii de Spiritu sancto inscribebatur. Non tamen viro docto imposuit hæc epigraphæ, quippe qui Scripturæ locos in hoc tractatu subinde allegatos non ejus, quam Ambrosius adhibebat, verstonis esse, totumque opellæ styli ab Ambrosiano discrepare animadvertit: quibus addit Auctorem in fine profiteri strictim ac de Spiritu sancto disseruisse, cum contrario quam fuisse de eodem egerit Ambrosius. Quapropter non alia re hoc idem fragmentum edendum judicavit, nisi quod et antiqui Auctoris, et lectione dignissimum esse arbitratus est, quo nomine cum illud Romani in appendice etiam retinuerint, nos similiter non potuimus rejiciendam.

DE SPIRITU SANCTO

LIBELLUS UNUS.

605 Vos autem in carne non estis, sed in spiritu; A si tamen Spiritus Dei habitat in vobis: si quis autem Spiritum Christi non habet, hic non est ejus. Si autem Christus in vobis est, corpus quidem mortuum est propter peccatum: spiritus vero vivit propter justitiam. Quod si Spiritus ejus qui suscitavit Jesum a mortuis, habitat in vobis: qui suscitavit Christum ex mortuis, vivificabit et mortalia corpora vestra propter inhabitantem Spiritum ejus in vobis (Rom. viii, 9 et seq.). Divino Apostolus modo et divino eloquio sacramentum Dominicæ Trinitatis et fidei nostræ mentibus intipavit. Nam cum dixisset: Vos autem in carne non estis, sed in spiritu; si tamen Spiritus Dei habitat in vobis; adjecit: Si quis autem Spiritum Christi non habet, hic non est ejus. Quid ergo Apostolus aliud quam unionem Trinitatis edocuit? Nam Spiritus Dei Spiritus Christi est: spiritus autem Christi et Dei neque a Christo divisus aut separatus est; quoniam neque Deus ab Spiritu suo, neque Christus idem ab Spiritu suo potest separabilis indicari. Si autem inseparabilis Deus ab Spiritu suo est, inseparabilis utique et Christus ab Spiritu suo est: ergo Spiritus Dei et Spiritus Christi inseparabilis a Deo et Christo; ac per hoc Deus et Christus et Spiritus sanctus indivisi manifestantur, quia semper Spiritus in Deo et Christo personis est. Nam quid aliud concatenatione hac et connexionione significari contendit, quam intelligentiam unitatis; dum per Spiritum Deus et Christus, qui inseparabiles a sese sunt, uniti, et ut ulterius dicam, unum intelligunt?

Hoc divinum sacramentum est, hoc in se creatura C naturaliter aut inseparabiliter non habet; ut unus Spiritus Patris et Filii, aut tres unus, et unum indivisibiliter esse possantur. Et ideo securus Apostolus, qui hoc fundamentum fidei de sancta Scriptura didicit, et de divina revelatione cognovit, de castro non timet alibi unum Deum, alibi cum Domino, alibi cum Deo et Domino sanctum Spiritum prædicare;

quia sive unus Deus dixerit, scit se nomen Trinitatis implessæ: sive autem Dei et Domini solummodo memor sit, scit dicere; Ipsæ autem Deus, et Pater, et Dominus noster Jesus Christus dirigat viam nostram ad vos (I Thessal. iii, 11), et cavere ne dicat: Ipsæ dirigant; sive Dei et sancti Spiritus faciat mentionem, scit se Christo injuriam non fecisse: sive Dei, et Domini, et Spiritus sancti apud competentibus personas aptet, scit dicere: Et omnia hæc operatur unus atque idem Spiritus, dividens singulis prout vult (I Cor. xii, 11); quoniam et ares deos dicere impium est, et unum non in Trinitatis nomine confiteri admodum irreligiosum.

Denique sequentia consideremus, quibus hunc sensum confirmat et solidat; nam cum dixisset: Si quis autem Spiritum Christi non habet, hic non est ejus; adjecit: Si autem Christus in vobis est (Rom. viii, 9). Ergo manifestum est quia per inhabitantem Spiritum Christi Christus habitat; si autem per inhabitantem Spiritum Christi Christus habitat, utique et per inhabitantem Spiritum Dei Deus habitat. Denique subjuncta: Quod si Spiritus ejus, qui suscitavit Christum ex mortuis, habitat in vobis (Ibid. 11), hoc est, Dei; ac per hoc non aliud esse Spiritus sanctus, quam Deus et Christus probatur, per quem Deus et Christus habitat: quem qui in se non habet habitantem, nec Deum potest habere, nec Christum.

Sed dicit aliquis: Si per Spiritum suum Deus habitat in vobis, et Spiritus cum Deo et Christo unum atque idem est; quomodo rursus dicitur: Qui suscitavit Christum ex mortuis, vivificabit et mortalia corpora vestra? Quomodo Deus et Christus unum sunt, cum Christus per Spiritum Dei suscitetur ex mortuis? O altitudo divitiarum sapientiæ et scientiæ Dei (Rom. xi, 33)! Vere, ubi sapientia? ubi scriba? Vere hæc est, quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparavit Deus diligentibus se (II Cor. xi, 2). Præparavit autem Deus dili-

gentibus se, ut Christus Dominus cum in forma Dei esset, formam servi acciperet, ut solus inveniretur utrumque. Cum ergo Christus utrumque sit, Deus scilicet et homo, suscitatio hæc non ideo divinitati ejus ascribitur; quia divinitas ejus aut pati aut mori posset: sed quia Verbum Deus caro factus est, et habitavit in nobis. Cæterum si divinitas ejus pati potuisset, non utique opus fuisset, ut formam servi acciperet: accepti autem formam servi non aliam ob causam, quam ut per eam pro salute diligentium et pati et mori posset. Et ideo recte dicitur Dominus majestatis crucifixus, et Dominus Jesus Christus ex mortuis excitatus; quia spontanea benignitate et divina sua ratione per templi sui passionem cuncta ipse suscepit et pertulit. Ac per hoc, id quod Christus excitatur ex mortuis, proficit ad gloriam Dei, et comprobat omnipotentiam Christi.

Sed et sequentia loci hujus non minus diligenter inspicere debemus; quoniam alta et profunda doctrina apostolus ita locutus est dicens: *Quod si Spiritus ejus qui suscitavit Jesum ex mortuis, habitat in vobis; qui suscitavit Jesum ex mortuis, habitat in vobis; qui suscitavit Christum ex mortuis, vivificabit et mortalia corpora vestra per inhabitantem Spiritum ejus in vobis* (Rom. viii, 11). Primum ergo manifestum est quia omnia Deus et Christus per inhabitantem Spiritum suum in nobis operatur; ac per hoc constat quoniam sanctus Spiritus omnia operatur; quia et mortalia corpora nostra vivificabit is, qui suscitavit Jesum ex mortuis, per inhabitantem Spiritum Christi in nobis. Et non dixit quia per se suscitavit is, qui suscitavit Jesum ex mortuis, neque Christum per se suscitare: sed per inhabitantem in nobis Spiritum Christi. Spiritus ejus, qui suscitavit Jesum ex mortuis, vivificabit et mortalia corpora nostra. Et utique in Evangelio legitimus, dicente Domino: *Sicut Pater suscitavit mortuos, et vivificat; ita et Filius quos vult, vivificat* (Joan. v, 21). Et non est dictum ibi quia per Spiritum suum suscitavit Deus et Christus. Quid ergo? Contrarium hoc erit illi sententiæ? Absit: sed intellectus illorum nobis redditur, et docemur per Evangelium beatissimi Pauli qua ratione Deus suscitavit, per inhabitantem scilicet Spiritum Christi in nobis; ac per hoc apertissime traditur, quia omnia opera divina Spiritus sanctus operatur. Et ideo alio in loco idem Apostolus docet dicens: *Divisiones gratiarum sunt, idem autem Spiritus: et divisiones ministeriorum sunt, idem autem Dominus: et divisiones operationum sunt, idem vero Deus, qui operatur omnia in omnibus* (I Cor. xii, 4). Quomodo est illud idem Spiritus, si aliud est Spiritus, quam Deus et Dominus? aut quid est illud: *Idem Dominus*, si aliud est Dominus, quam Deus et Spiritus? aut qua ratione accipies: *Idem Deus*, si aliud est Deus, quam Dominus Spiritus? et si essentia vel *οὐσία* et divinitate et auctoritate aliud et aliud, et non unum sunt. Nullo modo possent dici idem, qui longe aliud et aliud reperirentur: inveniretur autem et apostolus falsus testis et contumax in Deum, qui idem ascriberet,

A ubi idem non est. Sed absit hoc. Non sensu Apostolus laboravit: novit autem Deum et Dominum et Spiritum sanctum, unum Spiritum omnia in omnibus operantem.

Et ne quid forte scrupuli mens audientium sustineret; quia cum Trinitatis personas ostendisset, Deum cuncta in omnibus dixerat operantem, dum scit et Trinitatem vere probare, sicut vere et unionem; quamquam error nullus poterat videri, ubi idem sæpe jam dixerat: solito tamen suo more Apostolus, et prudentiæ suæ cautela, immo ut verius dicam, Spiritus sancti gubernatione, quem se revelatorem et doctorem habere sæpe proficitur, sicut dixit: *Sed docti Spiritu, spiritualibus 607 spiritualia comparantes* (I Cor. ii, 13): et alio in loco: *Nobis autem revelavit Deus per Spiritum sanctum* (I Cor. ii, 10), reddidit omnia unioni, dicens: *Alii enim datur per Spiritum sermo sapientiæ, alii sermo scientiæ secundum eundem Spiritum, alii fides in eodem Spiritu, alii gratia curationum in uno Spiritu*, etc. (I Cor. xii, 8). Et in novissima parte concludens ait: *Omnia autem hæc operatur unus atque idem Spiritus* (Ibid., 11); qui supra scilicet Deus. Ergo quia omnia operatur Deus atque idem Spiritus, Patrem et Filium et Spiritum sanctum, in quorum nomine per regenerationis baptismum recreamur, unum Deum, quod est nomen unum, accipere debemus et credere; quia uno atque eodem modo, iisdemque virtutibus, nec non et prophetationibus, quibus Patrem Deum discimus, de Spiritu quoque sancto et de Filio edocemur.

C Sed forte quis dicat: Omnia dixit, quæ ad ordinationem Ecclesiæ pertinent: non autem omnia, quæ Deus operatur, et Dominus operatur et Spiritus. Ergo de omnibus vel pauca ponenda sunt, quibus probetur Spiritum sanctum omnibus omnino divinis operibus adesse, et ipsum omnia implere. Moyses Spiritu sancto impletur, et per Spiritum prophetiæ præscientia docetur, et futura prædicat. Quid prophetæ omnes deinceps? Num Spiritu sancto plei prophetaverunt, et plagas populo imminentes annuntiaverunt, et adventum Domini et passionem prædicaverunt, probante Domino et dicente per os Zachariæ prophetæ: *Verumtamen verba mea et legitima mea accipite, quæ ego mando in Spiritu meo servis meis prophetis* (Zach. i, 6); ac per hoc manifestum est omnes prophetas in Spiritu sancto prophetasse.

D Legem quoque ipsam per Spiritum sanctum datam accepimus et scriptam; dicit enim Moyses: *Et dedit Dominus duas tabulas lapideas digito Dei scriptas* (Exod. xxxi, 18). Digitum autem Dei Spiritum sanctum dici Evangelia manifestant; cum enim Dominus dæmonem ejecisset, et accusaretur à Judæis quod in Beelzebub principe dæmoniorum dæmonia expelleret, secundum Lucam quidem respondisse perhibetur: *Quod si ego in digito Dei expello dæmonia* (Luc. xi, 20); secundum Mathæum vero: *Si autem ego in Spiritu Dei ejicio dæmones* (Matth. xii, 28), unde manifestum est Spiritum digitum Dei dici. Cum ergo constet Spiritum sanctum digitum Dei dici, mani-

festum est quia tabulas lapideas Spiritus sanctus A scripsit, quas Moyses digito Dei scriptas accepit : et Spiritus sanctus dedit, quia digitus Dei non aliud quam Deus est; quoniam in omnibus operatur.

Virtutes quoque ipsas, quas divina potentia in Ægypto in doctrinam et in experimentum sui peccatoribus operata est, nunc manifestum est in digito Dei esse perfectas, probante Domino, qui se in digito Dei, id est, in Spiritu sancto efficere dæmonia proficitur; quia idem ipse in Ægypto, et Spiritus sanctus eadem consummavit et gessit. Quod quidem sensibus nostris intimans Dominus, in digito Dei se proficitur expellere dæmonia, docens scilicet opera sua opera esse sancti Spiritus; cum opera sancti Spiritus opera Christi sint: opera autem Christi opera Patris sunt, sicut in Evangelio secundum Joannem legimus, ipso Domino dicente: *Amen, amen dico vobis, non potest Filius facere a se ququam, nisi quod viderit Patrem facientem; quæcumque autem ille facit, eadem et Filius facit similiter* (Joan. v, 19); et: *Sicut Pater mortuos suscitavit, et Filius quos vult, vivificat* (Ibid., 21). Ergo hoc gradu et hac ratione agnoscimus opera sancti Spiritus esse opera paterna; quia quæ Pater operatur, eadem et Filius operatur similiter: quæ autem Filius operatur, eadem et sanctus Spiritus operatur. Ac sic semper Trinitas unus Deus et unus Spiritus per se, sed ex sese eadem et omnia in omnibus operatur. Quem quidem sanctum Spiritum quia in virtutibus suis et potentia divina agnoscere Egyptii noluerunt, plagis compulsi sunt confliteri, in quas ne nunc audientes incidant, a Domino admonentur, ut sero incipient dicere: *Digitus Dei est* (Exod. viii, 19); ac per hoc manifestum est, quia unus atque idem Spiritus omnia in omnibus operatur (I Cor. xii, 8).

Nativitas quoque ipsius Domini Jesu secundum carnem nonne per Spiritum sanctum facta prædicatur, evangelizante Gabriele angelo Mariæ, et dicente: *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi* (Luc. ii, 35)? et iterum Joseph angelus in somnis apparet, dicens: *Joseph fili David, ne timueris accipere Mariam conjugem tuam; quod enim in ea generotum est, de Spiritu sancto est* (Math. i, 20)? et inde perspicuum est quia omnia et in omnibus ipse operatur et perficit.

Sed aiunt quidam: Omnia quidem divina operatur, et de operibus Deus intelligitur: sed nihil tamen sua auctoritate probatur operari; quia omnia per eum Deus operatur et Dominus. Jam quidem de auctoritate ejus satis constat, cum Deus probatur, Deus agnoscitur, cum inseparabilis a Deo invenitur, cum unionem habere cum Deo et Domino manifestatur: sed quoniam de auctoritate ejus quæritur, quam Scriptura non tacuit, edoceri nos oportet, primum quidem cum dicitur: *Hæc autem omnia operatur nunc atque idem 608 Spiritus, dividens singulis prout vult* (I Cor. xii, 8). Dividit, manifestum est quia non ex imperio operatur alieno: et attendendum quia quæ prout vult, dividit, non est seri-

ptum quæ aliena sunt. Et rursum in Actibus apostolorum legimus: *Deservientibus autem illis et jejunitibus Domino, dixit Spiritus sanctus: Segregate mihi Barnabam et Paulum, in opus ad quod vocavi eos* (Act. xiii, 2). Quid ergo clarius, quid lucidius ad manifestandam divinitatem et auctoritatem Spiritus sancti dici potest: *Segregate mihi*? Non enim dixit: *Segregate Deo, sed mihi*; neque in opus, ad quod vocavimus eos, sed in opus ad quod vocavi. Satis utique probavit nobis auctoritatem et divinitatem suam, qui segregationem apostolorum non alii quam sibi ascripsit: quos et in opus non alienum, sed suum advocasse se dixit; quod utique alienus a Deo et Domino et ab auctoritate divina facere numquam potuisset.

Atque ut clarius luceat Trinitatis sanctæ auctoritas B una et divinitas excolenda, Esaiæ prophetæ nobis contemplanda prophetatio est, quam per apostolos ipse Spiritus sanctus nobis interpretatus est, quam ita legimus: *Et audivi vocem Domini dicentis: Quem mittam, et quis ibit ad populum istum? Et dixi: Ego, ego sum, mitte me. Et dixit: Vade, et dic populo huic: Aure audietis, et non intelligetis: et videntes videbitis, et non aspicietis, etc.* (Esai. vi, 8). Et utique modo dicens supra in eadem visione, Dominum sabaoth vidisse se dixit sedentem in throno gloriæ suæ, et Seraphim audivisse dicentes: *Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus sabaoth; plena est omnis terra majestate ejus* (Ibid., 5). Et certe Dominus sabaoth, cui laus hæc et gloria redditur, unus atque idem in prophetis ostenditur, et ipse est qui C Esaiæ locutus est dicens: *Quem mittam, et quis ibit ad populum istum?* Et cum unus atque idem in prophetis significetur, ab apostolis tamen et ab Ecclesia Trinitas intelligitur. Unde etiam tractum est per omnes fere orientales Ecclesias, et nonnullas occidentales, ut in oblationibus sacrificiorum, quæ Deo Patri offeruntur, una cum sacerdote voce populus utatur, id est, *Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus sabaoth: plena est omnis terra majestate ejus*. Ergo secundum prophetam constat hoc ad personam Dei Patris referri oportere.

Joannes autem Evangelista informat nos, et docet de Filio intelligi debere; nam cum supradictum testimonium Evangelio inscripsisset, et interpretatus esset, postea subjunxit: *Hæc dixit Esaias, quando vidit gloriam ejus, et locutus est de eo, id est, Domino Christo. Paulus autem apostolus Romæ Judæis contradicentibus doctrinæ suæ, et blasphemantibus viam Domini Christi, exaltans vocem suam, ait: Bene prophetavit Spiritus sanctus per Esaiam, dicens: Vade, et dic populo huic: Aure audietis, et non intelligetis; et videntes videbitis, et non aspicietis, etc.* (Act. xviii, 26). Cum ergo in prophetia divinitas una doceatur ab apostolis, et tamen ab Ecclesia Trinitas intelligatur, certissime utique docemur quia Trinitas idem Pater et Filius et Spiritus sanctus unum et unus Deus sunt: et cum unus Deus intelligantur et agnoscantur, unius etiam et auctoritatis intelligantur necesse est. Et rursum Dominus

in Evangelio hujus unionis Trinitatem docet dicens: *A* Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, etc. (Matth. xxviii, 19). Et cum Patris, et Filii, et Spiritus sancti significantiam edidisset, Trinitatis tamen ipsius nomen unum observare nos docuit, quod est, Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus sabaoth: plena est omnis terra maiestate ejus (Esaï. vi, 3); et per hoc consuetudo Scripturæ manifesta est, quæ et cum unum Deum nunciat, intellectum tamen Trinitatis non amputat: et cum Patris et Filii et Spiritus sancti meminit, nomen non interimit maiestatis unius.

Et quid plura? Deficiat mihi pagina, deficiet tempus, si cuncta quæ ad præbandam divinitatem Spiritus sancti scripta sunt, revolvere aut enumerare **B** voluero. Hæc autem breviter dicta sunt ad retundendam impudentiam eorum, qui divinitatem Spiritus sancti, immo et verius dicam, ipsam Trinitatem

abnegare conantur: ipsam autem negant, quando non ita ut est, Deum fatentur: quando non ita credunt, ut Scripturæ divina nos docuit, et ut credere oportet; sed prout illos traxerit sensus sui libido: et ut intelligant quam longe a fide Dei sint, et quam alieni a salute quæ est in Christo Iesu, qui Spiritum sanctum, quo credentes signamur in die redemptionis nostræ, contristare et abnegare nitentur: et ut sciant qui talia sentiunt, quia hujusmodi machinantur, quæ neque ad vanum, neque ad remissionem peccatorum suorum poterunt pertinere; quin scriptum est: *Qui autem blasphemaverit in Spiritum sanctum, non remittetur ei neque in hoc sæculo, neque in futuro* (Matth. xii, 31): sed illi se potius sententiæ subicere non nesciant, quam divina mensura idem per os Esaïæ protulit dicens: *Vani eorum non morietur, et ignis eorum non exstinguetur* (Esaï. lxvi, 24).

MONITUM.

Hæc quoque scripturam debemus Gillotio, qui eam e codicibus duobus manu exaratis, altero Dionysiano, altero Victorino, in quibus ascribitur sancto Ambrosio, in lucam emisit. Quod vero eam *ut materia nec stylo* abhorreere a Doctore nostro profitetur, non possumus profecto subscribere illius opinioni, sed ad simplicem scedula ipsius lectionem, et maxime horum verborum, *sed hujus quæstionis talis a Patribus solutio datur*, considerationem fidenter provocamus.

DE CONCORDIA MATTHÆI ET LUÆ IN GENEALOGIA CHRISTI.

609 In Christi generatione Matthæus et Lucæ dissentire videntur, propterea quod eum alter, id est, Matthæus descendendo: alter, id est, Lucæ ascendendo, ejusdem generationis seriem tenet. Matthæus quidem ab Abraham exordium narrationis sumens, et ad David usque descendens, deinde per Salomonem usque ad Joseph lineam deducit: Lucæ vero a Josephi incipiens, per Nathan ad David, et a David usque ad Abraham, postremo ab Abraham usque ad Adam generationis ordinem revolvendo ascendit. Unde consingit ut a David deorsum, eam ille per Nathan, iste per Salomonem generationis tramitem deducat, totius pette computationis ordo dissidens. Sed quia Scripturæ sacra diversa quandoque recipit, adversa autem omnino non admittit; cum non permittitur credere contrarietatem, latentem cogimur querere veritatem. Matthæus igitur generationem Christi descendendo computat, ostendens Filium Dei per carnis susceptionem factum esse Filium hominis: Lucæ eandem ascendendo texti, demonstrans filios hominum efficit filios Dei per gratiam adoptionis.

Propterea etiam Matthæus generationis seriem

C usque ad Christum natam deducere volens, non a primo parente Adam, sed ab Abraham exorsus est; ut ostenderet quod susceptio carnis in Filio Dei non fuit primæ conditionis institutio, sed promissionis postmodum factæ impletio, Lucæ vero a Christo baptizato incipiens, non in David vel in Abraham, sed nec in Adam finem fecit: sed per David et Abraham atque Adam transiens, ad Deum ascendit; ut aperte daret intelligi, quod is qui per generationem carnis filii sunt hominum, per regenerationem baptismatis in adoptionem transeunt deitatis. Ideo Matthæus in genealogia non nisi naturales filios computare voluit: Lucæ vero inter naturales etiam adoptivos ascribit; ut ostendatur et in Christo nascente verum fuisse carnis susceptio, et in nobis renascentibus non per naturam, sed per gratiam provenire adoptivos. Hæc ergo fuit causa quare in generationis serie filios Matthæus, et filios Lucæ patres posuit; quia ille, sicut diximus, solos naturales: isto vero naturalibus etiam adoptivos commemoravit. Quod ut melius patere possit, utrorumque narrationem conferamus.

Ordo generationis Christi secundum Matthæum

talit est: *Abraham genuit Isaac, Isaac genuit Jacob, A Jacob genuit Judam, Judas genuit Phares, Phares genuit Eron, Eron genuit Aram, Aram genuit Aminadab, Aminadab genuit Naasson, Naasson genuit Salmon, Salmon genuit Booz, Booz genuit Obed, Obed genuit Isai, vel Jesse, Jesse genuit David, David genuit Salomonem, Salomon genuit Roboam, Roboam genuit Abiam, Abia genuit Asa, Asa genuit Josaphat, Josaphat genuit Joram, Joram genuit Oziam (Matth. 1, 2 et seq.).* Tres hic intermisit Evangelista, id est, Oziam sive Ochosiam, et Joas, et Amasiam; Joram enim primo loco genuit Ochoziam, et Ochosias genuit Joas, et Joas genuit Amasiam, et Amasias demum genuit Oziam, de quo nunc dicitur: *Joram genuit Oziam.* Quod ita intelligendum est, genuit videlicet mediantibus supradictis; quia per illos de semine ejus processit. Illos autem Evangelista vel ideo prætermisit, ut numerus tessere decadis æquaretur: vel ideo, quia Joram generi se miscuit Jezebel; et dictum erat per prophetam de domo Achab non esse quemquam regnaturum, nisi in quarta generatione: et ideo memoria ejus tollitur, eo usque a sancta generatione. *Ozias ergo, qui et Azarias, genuit Joatham, Joatham genuit Achaz, Achaz genuit Ezechiam, Ezechias genuit Manassen, Manasses genuit Amon, Amon genuit Josiam, Josias genuit Jechoniam, Jechonias genuit 610 Salathiel.* Veritas historix habet quod Josias genuerit Eleachim, qui et Joachim, sive Jechonias dictus est: Eleachim autem genuit Joachim, qui et ipse sicut pater, Jechonias appellatus est: hic demum genuit Salathiel. Dicemus ergo aut anum propter supradictam rationem, sive aliam quancumque ob causam prætermisum: aut non esse eundem Jechoniam illum, de quo dicitur: *Josias genuit Jechoniam;* et illum de quo dicitur: *Post transmigratorem Babylonis Jechonias genuit Salathiel:* sed priorem esse Patrem, secundum esse Filium: propter separationem autem et disjunctionem transmigrations non esse repetitam inter eos generationis connectionem, ut diceretur: *Jechonias genuit Jechoniam, Jechonias ergo genuit Salathiel, Salathiel genuit Zorobabel, Zorobabel genuit Abiud.* Huc usque ex libris veteribus generationis ordo texitur: quæ sequuntur, auctoritas evangelistæ confirmat. *Abiud genuit Eliachim, Eliachim genuit Asor, Asor genuit Sadoc, Sadoc genuit Achim, Achim genuit Elud, Elud genuit Eleasar, Eleasar genuit Mathan, Mathan genuit Jacob, Jacob genuit Joseph.* Hoc modo generationem naturaliter descendisse credimus; nec secundum Lucam seriem generationis revolventes.

Lucas sic ait: *Ipsæ Jesus erat incipiens quatuor annorum triginta, ut putabatur, filius Joseph, qui fuit Heli, qui fuit Matthat. (Luc. III, 23).* Prima frontè contrarietas occurrere videtur. Matthæus dicit Joseph filium fuisse Jacob, et Jacob filium Matthan: Lucas dicit Joseph filium fuisse Heli, et Heli filium non Mathan, sed Matthat. Sed hejus quæstionis talis a Patribus solutio datur: Mathan qui per Salomonem descendit, uxorem habuisse Esthan nomine; de qua genuit filium Jacob, quo mortuo, Matthat qui per Nathan descendit, eandem uxorem duxit, et genuit ex ea filium Heli. Sic ergo Heli et Jacob uterini fratres fuerunt, una matre, non uno patre editi. Prior Heli duxit uxorem, et mortuus est sine liberis: postea Jacob accepit uxorem fratris, ut suscicaret semen fratri suo, ex qua genuit Joseph. Joseph ergo filius est Jacob secundum generationem, filius Heli secundum Legem. Deinde generationis ordo texitur. *Joseph qui fuit Heli, qui fuit Matthat, qui fuit Levi, qui fuit Melchi, qui fuit Janna, qui fuit Joseph, qui fuit Matthatia, qui fuit Amos, qui fuit Nahum, qui fuit Heli, qui fuit Nangæ, qui fuit Matth, qui fuit Matthatia, qui fuit Semei, qui fuit Joseph, qui fuit Juda, qui fuit Johanna, qui fuit Resa, qui fuit Zorobabel, qui fuit Salathiel (Ibid., 25 et seq.).* Non putandum eundem hunc esse Zorobabel aut Salathiel, qui superius in serie generationis secundum Matthæum numerati sunt; cum et ille Salathiel non filius Neri, sed filius Jechonias fuerit: et Zorobabel non Resa, sed Abiu, et cæteros, inter quos Resa non numeratur, genuerit: vel si iidem sunt, dicendum est quod hic primam utriusque computationis linea in unum concurrat, deinde mox secundum modum quem in capite generationis hujus signavimus, ab invicem deducantur. *Qui fuit Neri, qui fuit Melchi, qui fuit Addi, qui fuit Cosam, qui fuit Elmodan, qui fuit Her, qui fuit Jesu, qui fuit Ellezer, qui fuit Jorim, qui fuit Matthat, qui fuit Levi, qui fuit Symeon, qui fuit Juda, qui fuit Joseph, qui fuit Jona, qui fuit Eliachim, qui fuit Melchu, qui fuit Menan, qui fuit Matthata, qui fuit Nathan, qui fuit David (Ibid., 27 et seq.).* Quæ deinceps sequuntur usque ad Abraham, in utroque eadem sunt. Sane quod in ipsa generationis linea plures secundum Lucam a Joseph usque ad David, quam secundum Matthæum a David usque ad Joseph numerentur, contrarietati videri non debet, cum ipsæ successiones generationum in ea parte multipliciter excreverint, ubi citius decedentibus patribus, filii numerosius successerunt.

MONITUM.

Libellus a nobis infra positus, in omnibus Operum Ambrosianorum editionibus libros Hexaameron proxime sequitur; sed veteres editiones prudentem ac necessariam cautionem adhibuerant hisce verbis, qui sancto Ambrosio auctori a quibusdam ascribitur: at Romana, iisdem verbis e medie sublatis, eundem tractatum sine ulla restrictione sancto Doctori adjudicavit. Verumtamen nihil videat oportet in Ambrosianis lucubra-

tionibus, qui hanc illius esse sibi persuadeat. Nam præter quam quod nihil usquam Ambrosiani spirat, certissimum est contonem esse, cujus prima ac postrema pars invenitur apud Alcuinum sub hoc lemmate: *Dicta beati Albini levitæ super illud Geneseos, Faciamus hominem*, etc. item in libro *de Spiritu et Anima* ad calcem tomi sexti Augustiniani edito: nec non sententiæ aliquot in tractatu Paulini Aquileiensi *de salutari- bus Documentis*, qui etiam in eadem Appendice Augustiniana continetur. Quod vero ad partem intermediam, ab illis nimirum verbis, *et ideo, dilectissime fili*, usque ad alia illa, *o dilectissime fili, habeto*, quam suscipi- mur auctoris esse ipsomet Alcuino ut obscurioris, ita et posterioris; cum prope major sit aliis duabus, nec ipsam alibi reperire nobis licuerit, ut totam opellam retineremus, in causa fuit.

DE DIGNIT. CONDITIONIS HUMANÆ LIBELLUS

611 CAPUT PRIMUM. — *Faciamus hominem ad A* *imaginem et similitudinem nostram* (*Gen. xi, 26*). Tanta itaque dignitas humanæ conditionis esse cognoscitur, ut non solo jubentis sermone, sicut alia sex dierum opera, sed consilio sanctæ Trinitatis, et opere majestatis divinæ creatus sit homo; ut ex primæ conditionis honore intelligeret, quantum deberet suo conditori, dum tantum in conditione mox dignitatis privilegium præstitit ei conditor; ut tanto ardentius amaret conditorem, quanto mirabilis se ab eo esse conditum intelligeret: nec ob hoc solum quod consilio sanctæ Trinitatis sic excellenter a conditore conditus est, sed etiam quod ad imaginem et similitudinem suam ipse creator omnium cum creavit, quod nulli alii ex creaturis donavit.

CAPUT II. — Quæ imago diligentius ex interioris B hominis nobilitate est consideranda. Primo quidem quod sicuti Deus unus semper ubique totus est, omnia vivificans, movens et gubernans, sicut Aposto- lus confirmat quod: *In eo vivimus, movemur et sumus* (*Act. xvii, 28*); sic anima in suo corpore ubique tota viget, vivificans illud, movens, et gubernans. Nec enim in majoribus corporis sui membris major, et in minoribus minor: sed in minimis tota, et in maximis tota. Et hæc est imago unitatis omnipoten- tis Dei, quam anima habet in se.

Quæ quoque quandam sanctæ Trinitatis habet imaginem. Primo in eo quia sicut Deus est, vivit, et sapit; ita anima secundum suum modum est, vivit et sapit. Est quoque et alia trinitas in ea, qua ad imaginem sui conditoris perfectæ quidem et summæ C Trinitatis, quæ ex Patre et Filio et Spiritu sancto condita est: et licet unius illa naturæ, tres tamen in se dignitates habet, id est, intellectum, voluntatem, et memoriam. Quod idem, licet aliis verbis, in Evangelio designatur, cum dicitur: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex tota mente tua* (*Matth. xxii, 37*), id est, ex toto intellectu, et ex tota voluntate, et ex tota memoria. Nam sicut ex Patre generatur Filius, et ex Patre Filio- que procedit Spiritus sanctus; ita ex intellectu gene-

ratur voluntas, et ex his item ambobus procedit me- moria, sicut facile a sapiente quolibet intelligi po- test; nec enim anima perfecta esse sine his tribus, nec horum trium unum aliquod, quantum ad suam pertinet beatitudinem, sine aliis duobus integrum constat: et sicut Deus Pater, Deus Filius, Deus Spi- ritus sanctus est, non tamen tres dii sunt, sed unus Deus tres habens personas; ita et anima intel- lectus, anima voluntas, anima memoria, non tamen tres animæ in uno corpore, sed una anima tres ha- bens dignitates. Atque in his tribus ejus imaginem mirabiliter gerit in sua natura noster interior homo, ex quibus quasi excellentioribus animæ dignitatibus jubemur diligere conditorem; ut in quantum intel- ligitur, diligatur: et quantum diligitur, semper in memoria habeatur. Nec solus sufficit de eo intel- lectus, nisi fiat in amore ejus voluntas: immo nec hæc duo sufficiunt, nisi memoria addatur, qua semper in mente intelligentis et diligentis maneat Deus; ut sicut non potest esse momentum, quo homo non utatur vel fruatur Dei bonitate et misericordia; ita nullum debeat esse momentum, quo præsentem eum non habeat memoria.

Et ideo, ^a dilectissime fili, juste mihi videtur dic- tum interiorem hominem imaginem esse Dei; anima enim nominatur totus interior homo, qua vivificatur, regitur, continetur lutea illa massa humectata suc- cis, ne arefacta dissolvatur. Deus dicitur vis illa ineffabiliter magna, et innumerabiliter sapiens, ut scriptum est: *Magnus Dominus noster, et magna vir- tus ejus, et sapientiæ ejus non est numerus* (*Psal. cxlvi, 5*); et incomparabiliter suavis, ut alibi dicit: *Suavis Dominus universis, et miserationes ejus super omnia opera ejus* (*Psal. cxlrv, 5*). Ex qua, et per quam, et in qua sunt omnia, quæ sunt; reguntur omnia, quæ sunt; continentur omnia, quæ sunt: omnia dico ipsam universalitatem, quæ est totam, quod aliud est, quam ipse qui fecit, et non est factus: sed ipse est ^b ex quo, et qui ex eo, et quo; quod Deus ex quo est, Pater dicitur a nobis paupe- ribus sensu, pauperioribus verbis; quod qui ex eo,

^a *Dilectissime fili*, hanc apostrophem hic et infra iterum ac tertio Rom. editio jugularat.

^b Rom. edit., *ex quo, per quem, et in quo.*

Filius dicitur: quod quo Spiritus sanctus. Ideo autem dicitur Deus Pater; quia ipse est ex quo, et sapientia est, qua ordinantur omnia: et dilectio, qua se volunt omnia ita manere, ut ordinata sunt. Ex quo ergo, et qui ex eo, **612** et quo se diligunt, ipsa duo tria sunt, et illa tria ideo unum; quia sic sunt ex uno illa duo, ut tamen ab ipso non sint separata: sed ex ipso sunt, quia non a se: et in ipso, quia non separata: et ipsum ipsa quod ipse, et ipsum ipse quod ipsa; et non ipsum ipsa qui ipse, et non ipsa ipse quæ ipsa. Vis ista Deus est, et ipse Deus tria est, et unumquodque horum trium Deus est, et omnia tria illa non dii, sed Deus est.

Ad imaginem ergo suam conditor, ut dictum est, fecit animam hominis, quæ tota dicitur anima. Non autem aliud hominis quam animam significo, cum mentem dico: sed propter aliud animam, et propter aliud mentem. Nam totum quod vivit, hominis anima est: cum autem anima in se agit se, et ex se, et per se, sola mens dici solet: sensus vero ad sua ministeria implens, consuetus anima dicitur. Mens ergo scire gignit, et amat scire, quod scit. Non illud scire dico, quo repente scitur res aliqua, quæ ante nesciri putabatur: sed illud, unde et aliquod et omne quid scitur vel nescitur, sciri potest. Illud ergo scire mens gignit, et cum genitum est, scientia potest dici. Sunt ergo jam duo, mens, et quod ipsa mens scit: restat tertium utriusque commune. Omnis mens quidquid scit, amat scire. Amor non minus quam inter duos est, amantem, et quod amatur. Unus est ergo amborum amor, qui et tertius est. Non autem potest negari hoc totum unam esse animam, et unam animam hæc tria esse; sicut enim hæc tria vere una anima sunt, sic non minus vere una anima est hoc unum et hoc alterum et hoc tertium.

Comparet igitur se hæc creatura tam eminens Creatori suo supereminenti sibi, excepto hoc, et multum supra se amoto, quod omnis bonitas, et omne bonum, et omnis bonitatis et boni dulcedo creatoris a se ipso est: creatura vero non solum quod est, sed etiam quod talis est, ab alio est, non a se; et ipse quod est, semper est. Licet et ipsa anima modo quodam suo incommutabilis est; nam semper anima est, postquam esse cœperit, et scit, et scire vult. Comparet ergo, ut dixi, se anima eo modo, quo potest, creatori suo; ut dicatur mens Pa-

ter; quia gignit scire: dicatur scire Filius; quia ex alio est, et non est aliud, quam ipsum quod ipse est, ex quo est: dicatur amor Spiritus sanctus; quia amborum est eorum, qui se amant. Unde in nostris Scripturis sæpius amor, id est, charitas, quæ in Deo est erga nos, et quæ a nobis in Deum, Spiritus ipse appellatur: et hæc de imagine, o dilectissime filii, habeto.

CAPUT III. — Nunc vero de similitudine aliqua intellige, quæ minoribus cernenda est; ut sicut Deus Creator, qui hominem ad similitudinem suam creavit, est charitas, est bonus, et justus, patiens atque mitis, mundus et misericors, et cætera virtutum sanctarum insignia, quæ de eo leguntur: ita homo creatus est, ut charitatem haberet, ut bonus esset et justus, ut patiens atque mitis, mundus et misericors foret. Quas virtutes quanto plus quisque in seipso habet, tanto propius est Deo, et majorem sui conditoris gerit similitudinem. Si vero, quod absit, aliquis per devia vitiorum, et divortia criminum ab hac nobilissima sui conditoris similitudine degeneret oberrat, tunc fiet de eo quod scriptum est: *Et homo cum in honore esset, non intellexit; comparatus est jumentis insipientibus, et similis factus est illis* (Psal. XLVIII, 13).

Qui major honor potuit homini esse, quam ut ad similitudinem sui factoris conderetur, et eisdem virtutum vestimentis ornaretur; quibus et conditor, de quo legitur: *Dominus regnavit, decorem indutus est* (Psal. XXIX, 1); id est, omnium virtutum splendore, et totius bonitatis decore ornatus? Vel quod majus homini potest esse dedecus, aut infeliciores miseria, quam ut hac similitudinis gloria sui conditoris amissa, ad informem et irrationabilem brutorum jumentorum delabatur similitudinem?

Quapropter, o dilectissime, quisque diligentius attendat primæ conditionis suæ excellentiam, et venerandam in seipso sanctæ Trinitatis imaginem agnoscat, honoremque similitudinis divinæ ad quem creatus est, nobilitate morum, exercitio virtutum, dignitate meritorum habere contendat; ut quando appareat qualis sit, tunc similis ei appareat, qui se mirabiliter ad similitudinem suam in primo Adam condidit, mirabilisque in secundo reformavit (I Joan. III, 2).

* Eadem edit., et non ipsa quæ ipsa. *Ista duo Deus est.*

MONITUM.

Sequens exorcismus e Vaticano codice annorum 600, in quo Ambrosium auctorem præfert, excerptus fuit. Quamvis autem in Romano Rituali idem habeatur; quia tamen illic dissectus est in varias partes, ac locis etiam nonnullis aut additis aut immutatis diversus, eum ad manuscripti fidem hic exhibere, maxime ob scripti brevitate; non sumus gravati.

mentibus eius. Nam horum hauctor S. Ambrosius ante annos 800 habitus. Ita monachus anonymus, nonnominatus, qui translationem reliquarum S. Sebastiani in Galliam, de qua mox, descripsit, cap. 6, num. 22: Alercea simul vadunt ad locum non jam ignotum; si quidem ex serie passionis ejus a S. Ambrosio laeulenter editae didicerant, militari tertio ab orbe, loco qui ob stationem navium Catacathibus dicebatur, praecipuus per visum eundem beatissimum martyron Lucinae cuidam matronae, sepelli se ad vestigia apostolorum Petri et Pauli. Et in Epitogo. num. 100: Quisque sane fastidiosus, laetior edulio appetit satiari, hanc nostram sarforem postponens, sanctissimi Patris Ambrosii opus, quod de hujus triumpho castitis edidit, inquirens, in eo reperies fereculum ditissime referunt; ejus delizioso admodum sitigino palato mentis degustato, delectabiliter poteris saginari.

2. Neque mirum, ut aliorum sanctorum, ita Sebastiani, Mediolano oriundi ad Mediolanensem inflammandos pari virtutis ardore animos, praecleara certamina, aut tradidisse ipsum litteris primum, ex majorum vel sermone, vel commentariis, aut ab aliis tradita interpolasse. Neque stylus ab Ambrosii elegantia et gravitate multum recedit.

3. Ea Acto Rosweido nostro ex mss. Rebdorffemi prope Egotadium, Egotadano PP. Praedicatorum, M. Valeri, S. Martini Treviris descripta; eontulimus cum mss. S. Gieloni, S. Audomari, S. Maximini, Ripatorii,

A. alioque, et Bonini Membricii editione. Quae Livino Brechtus Antwerpensis, minorita, ex ms. Mechlinienae (mutato tamen nonnihil stylo, ut testatur Melanus, et patet legenti) Louani edidit, diciturque Vigilio Zuchemo concilii Caesarei praesidi, hoc praefixo titulo: Memorabilis historia complectens conversionem et agones illustrium aliquot martyrum, una cum sacra exhortatione ad vitam praesentis contemptum, et aeternae desiderium, opusculum incerti quidem auctoris; sed a F. Livino Brechtio recens recognitum et expurgatum. In epistola nuncupatoria ista habet: Nos illustres martyrum agones, ante mille (si fallor) et ducentos annos diligentissime conscriptos, Christiano lecteri communicandos duximus.

3. Eadem Acta e Graeco Symeonis Metaphraste Latina vertit Gentianus Horvatus, edidit Aloysius Lipmanus, atque ex eo Surias. Ea conscripserunt quoque Jacobus de Voragine, Franciscus Herzens, Zacharias Lippelons, Ferrarius in Catal. SS. Italiae, Baronius tom. II Annal., M. Antonius Georgius, Joannes Bastillus Sanctorius, Ribadeneira et Rosweidus nostri; Petrus de Natal. lib. II, cap. 106, Gabriel Flamma, et alii innumeri. Sermo S. Augustini de diversis contentissimus, in ejus sanctique Fabiani natali habitus est; S. Gregorii homilia 37, in basilica S. Sebastiani. Aliorum multorum existant de eo sermones. Legimus idem illius martyrium in ms. Nicolai Belfortii, canonici regularis Suesdonensis carmine descriptum ab Olivero Contrado minorita.

ACTA S. SEBASTIANI MARTYRIS.

CAPUT PRIMUM.

S. Sebastianus martyres animat.

1. Sebastianus vir christianissimus Mediolanensium a partibus eruditus civis vero Narbonensis, Diocletiano et Maximiano imperatoribus ita charus erat, ut principatum ei primae cohortis traderent, et suo eum conspectui juberent semper astare. Erat enim vir totius praesentiae, in sermone verax, in iudicio justus, in consilio providus, in commisso fidelis, in interventu strenuus, in bonitate conspicuus, in anversa morum honestate praeclearus. Hunc milites ac si patrem venerabantur; hunc universi, qui praesentant palatio, charissimo venerabantur affectu: erat enim verus Dei calor, et necesse erat ut, quem Dei perfuderat gratia, ab omnibus amaretur.

^a Ita plerique codices; quidam, partium civis. S. Ambrosius in Psal. cxviii, octonar. 20: Utamur exemplo Sebastiani martyris, ejus hodie natalis est. Hic Mediolanensis oriundus est. Fortassis aut jam discesserat persecutor, aut adhuc non venerat in haec partium, aut militior erat. Adverit hic aut nullum esse, aut tempore certamen. Remam profectus est, ubi propter fidei studium persecuciones acerbae serabant. Ibi passus est, hoc est, ibi coronatus. Itaque illic quo hospes adverit, domicilium immortalitatis perpetuae collocavit. At Baronius tom II, ann. 304, num. 12, scribit: S. Ambrosium et alios tradere patre Narbonensi, matre Mediolanensi, natum Mediolani. Tradit Metaphrastes ortum Mediolani; quibus parentibus

C 2. Christo igitur quotidie sedulum exhibebat officium, sed agebat quatenus hoc sacrilegis regibus esset occultum, non passionis timore perterritus, nec patrimonii sui amore constrectus, sed ad hoc tantum sub chlamyde terreni imperii Christi militem agebat absconditam^b, ut Christianorum animos, quos inter tormenta videbat deficere, confortaret, et Deo redderet animas quas diabolus conabatur auferre.

3. Denique postquam multas martyrum mentes a timore passionis eripuit, et ad coronam perpetuae gloriae inclinavit: ipse quis esset, apparuit, quia lumen in tenebris latere non potuit. Clarissimis igitur viris Marcelliano et Marco duobus geminis fratribus pro Christi nomine in vinealis constitutis, quotidie

D silet. Sauffius patre Gallo, matre Mediolanensi, Narbone in Viennensi Gallia natum. Nec refragantur Tristartus Calchus, aut Josephus Ripamontius; hic addit matrem prope mariti morte viduam relictam, Mediolanum cum filio die revertisse. Rabanus, variaque mss.: Eodem die S. Sebastiani de Mediolano, qui intantum, etc. Metaphrastes grece claram ait fuisse. Memna: Εἰς τῆς οὐρανίου βουλῆς ὑπῆρχεν, utras e senatoris ordine fuit. Guilielmus Catechizans histor. Occitan. lib. II testatur monstrari etiam nam Narbone domum S. Sebastiani, ubi ecclesia post erecta quae S. Sebastiani nati dicitur.

^b Quidam codices, militiam absconditam.

solatium exhibebat; et tam ipsis quam etiam servis A eorum, cum quibus tenti fuerant, salutaria fidei consilia ministrabat: quibus fugitiva sæculi blandimenta respuerent, et momentanea tormentorum genera non timerent.

CAPUT II.

Marcelliani et Marci graviter oppugnata constantia.

4. Qui cum beatissimis consolationibus acquiescerent, et verbera carnificum animo perseveranti transirent, capitalem jussi sunt subire sententiam: ea videlicet ratione, ut si eodem momento quo decollandi erant sacrificiis consensissent, et parentibus suis et conjugibus et filiis et facultatibus redderentur. Erant enim non solum, ut diximus, genere clarissimi viri, sed et facultatibus ^a dilatati; quorum erat pater Tranquillinus nomine, et mater Marcia B vocabatur; qui illos sequebantur cum uxoribus eorum et filiis; nimio enim in suis nepotibus ducebantur affectu. Unde factum est, ubi ^b ab Agrestio Chromatio urbis Romæ præfecto triginta dierum inducias impetrarent, in quorum spatio ageretur cum eis, quatenus ad thurificandum idolis consentirent.

5. Accedentes itaque amici eorum ad eos, cœperunt dicere: Unde vobis tam dura mens, tamque ferreum pectus, quod canitiem ^c patimini patris abjicere, et matri jam decrepitæ novos dolores partus afferre? Nam illa partus sui dolores consolationibus superabat, dum in uno dolore duos filios pareret, et geminum patri sunderet filiorum affectum: nunc vero insanabilis dolor, inconsolabilis C pœna, irremediabilis cruciatus, incomparabilis ^d partus est, quo spes et gaudium tollitur, vita contemnitur, respuitur gloria, et, contemptis omnibus pietatis affectibus, mortis atrocitas appetitur ^e potiusquam timetur. Obsecramus vos, o amici charissimi, tandem his date cladibus finem, et vos patres esse dulcium filiorum vel admoniti mementote.

6. Hæc et his similia amici dicentibus, miseram se clamitans mater advenit, et soluto capite canos suæ senectutis ostentans, in conspectu eorum vestem qua pectus tegebatur, scidit: et cunctis flentibus ostendebat eis laxis pellibus quas suxerant mammas, et blandimenta, quæ infantia eorum exhibuerat, ejulando lacrymans memorabat. Aiebat ergo ad ambos: Tu mihi semper plus blanditus es, fili; et tu amplius verecundatus es: in isto imaginem meam peperi, in te paternos vultus effudi; tu patri utilior, iste similior. Heu me miseram! circumvallavit me ex omni parte incomparabiles luctus, inaudita miseria et gemina orbitas, nullis penitus tribulationibus comparanda. Omitto filios ad mortem ultro properantes, quos si mihi hostes auferrent, ^f per

^a Alii codices, *ditati*; alii, *ornati*.

^b Alii, *Agrestino*. In catalogo Præfectorum Urbis, legitur *Caro et Carino* *cons.*, præfectus fuisse *Titutius Roburrus*; *Carino et Numeriano*, *Ceionius Varus*, qui et sequenti anno *Diocletiano et Aristobulo* *cons.*, præfecturam gessit. Et videtur *Chromatii* expunctum ^e tabulis nomen, religionis odio. *Eumne an Roburrum, an Ceionium perstringat* Vopiscus ambiguum est;

medias sequerer acies bellatorum; si judicia violenta concluderent, carcerem simul irrumperem moritura. Novum hoc genus est pereundi, in quo carnifex rogatur ut feriat, vita optatur ut pereat, mors invitatur ut veniat. Novus hic luctus est; nova miseria, in qua natorum juvenus sponte amittitur, et parentum miserauda cogitur senectus ut viva.

7. Ista et his similia matre prosequente, infirmus pater, et gravis jam senio, manibus adducitur servolorum, et cygnæo capiti terræ pulverem spargens, hujusmodi dabat voces ad cœlum: Ad mortem ultro proficiscentibus filiis valedicturus adveni, ut universa, quæ a filiis sepulturæ meæ exhibenda paraveram, ego infelix filios sepulturæ expendam. O filii, meæ baculus senectutis, et geminum meorum viscerum lumen, nati feliciter, et prospere educati, excellentissimæ memoriæ, et ingenii singularis, omnium liberalium peritia litterarum imbuti, quæ ista repente insania vestra voluntate progenita mortis vos fecit esse amatores? Numquam ista viventibus placuit: numquam morituris suum amorem induxit: ad quoscunque autem pervenire potuit, violenter admissa est, et non est voluntate ab ullo vivente suscepta. Si hanc nudus debitor sub avaro feneratoro patitur, nulla potest ratione diligere; nec solum non diligere cognoscitur, sed timere. Qua ratione eam appetit, qui et bonis exuberat omnibus, et penitus ulli nihil debet? Venite huc, senes, et mecum super filios plangite, qui vos viscera paterna habere sentitis. Venite huc, juvenes, et flete super juvenes sponte pereuntes. Huc accedite, patres, et prohibete talia, ne talia patiamini. Deficite plorando, oculi mei, et caliginem obducite fundentes flumina lacrymarum; ne videam cædi gladio, quos dum virga levis tangeret, tremui; dum tristantes leviter viderem, expavi.

8. Igitur dum hæc et alia senior prosequeretur, ecce amborum conjuges cum natis propriis veniunt, et aspectibus eorum proprios infantulos offerentes, has ejulando voces effundunt: Quibus nos servituras relinquitis? quibus conjugii nostri traditis charitatem? qui putatis erunt horum infantium domini, et domorum vestrarum avidissimi pervasores? Qui erunt vestrae occupatores familiarum? vel qui sibi divisuri sunt vernaculos, quos nutriti? Heu quam D ferreo, heu quam impiæ crudelitatis genere parentes despiciatis, amicos respuitis, uxores abjicitis, filios abdicatis, et vos ipsos carnifici ultroneos exhibetis!

CAPUT III.

S. Sebastianus nutantes confirmat.

9. Interea dum illa dicuntur, et ista referuntur, inter uxorum lacrymas, et suspiria filiorum, cœpedit in Carino scribit: Præfectum Urbi unum ex cancellariis suis fecit. Erant cancellarii qui ad cancellos sive domus augustæ, sive tribunalium excubabant.

^c Alii, *patitur*.

^d Al. *luctus*.

^e Tres sequentes voces desunt ms. Audomar.

^f Alii, *per media sequerer bella raptoreis*.

runt milites Christi mollescere, et animos suos A vire amore seducti ista committunt, et dum illam flectere ad dolorem. Huic spectaculo, ut supra diximus, intererat S. Sebastianus, vir per omnia christianissimus, quem occultabat militaris habitus, et chlainydis obumbrabat aspectus. At ubi vidit athenas Dei immenso certaminis pondere fatigari, in medio eorum se obiciens, dixit: O fortissimi milites Christi, o instructissimi divini praelii bellatores, per nimiam virtutem animi fortiter pervenistis ad palmam, et nunc per misera blandimenta coronam deponitis sempiternam? Discat nunc per vos Christi militum fortitudo, fide potius armari quam ferro. Nolite victoriarum vestrarum insignia per mulierum blandimenta abjicere, et subjectas pedibus vestris hostis devicti cervices ad victricia et rediviva iterum bella laxare, cujus quamvis sæva contra vos extiterit et periniqua ^a instantia, sævior tamen efficitur ira repetita. Erigite igitur a ^b terrenis affectibus tropæum vestri certaminis ^c gloriosum, et nolite illud amittere fletibus parvulorum.

10. Isti, quos plorantes attenditis, gauderent hodie si possent scire quæ nostis; putant enim quod ista vita sit sola, quæ si finem acceperit, nulla vitalis animæ, corpore deficiente, valeat portio remanere. Si enim scirent esse alteram vitam ignaram mortis, tristitiæ nesciam, in qua immortalitas regnat, et perpetua gaudia commorantur; profecto vobiscum ad illam festinarent pertingere, et vitam illam pro nihilo computantes, illam appetent, quæ et in exultatione permanet et penitus finire non novit. Ista enim vita fugitiva est et tam infideis, ut nec amatoribus suis fidem potuerit custodire. Ab origine enim mundi in se credentes fecellit, omnes se expectantes decepit, cunctos de se præsumentes irrisit, et ita nullum omnino certum reddidit, ut omnibus probetur fuisse mentita. Atque utinam solius mendacii culpæ esset obnoxia, et per omnia crimina currere suos non cogeret amatores. Ipsa dat edacitatem ^d gluttonibus, ipsa ebrietatem ingerit temulentis, ipsa naufragium pudoris adulteris, ipsa execrabilem tradit perversitatem incestis; ipsa admonet furem, ut rapiat; iracundum, ut sæviam; mendacem, ut fallat. Ipsa inter conjuges divortia seminat, inter amicos discordias, inter pacificos litas, inter justos injustitiam, inter fratres scandala. Ipsa tollit iudicibus justitiam, castis pudicitiam, ^e artificibus peritiam, ipsa auferit moribus disciplinam. Et ut altiora quæ amatoribus suis ingerit crimina memoremus; si fratrem aliquando frater germanus occidit, si filius necavit patrem, si interemptus est ab amico amicus; cujus hæc instinctu facta sunt scelera, cujus intuitu, cujus spe, cujus fiducia ista sunt nefanda commissa? Numquid non præsentis

plusquam justum est diligunt, iniquo odio homines prosequuntur? Ut quid enim pirata navigantem jugulat, ut quid latro perimit viatorem, dives opprimit pauperem, superbus humilem, et omnis nocens quemcumque potuerit. aggravat innocentem? Hæc autem faciunt mala, quia isti vitæ servire desiderant, et se existimant in amore ejus per tempora prolixiora durare. Non ergo alterius causa sunt scelera nisi ut infelicissimæ isti carnali vitæ a carnalibus serviatur.

11. Ipsa est denique quæ eis crimina imperat, jubet facinora, suadet injusta; et posteaquam omni crudelitate, omnique fuerit spurcitiæ saginata, servientes sibi tradit filiæ suæ, id est morti perpetuæ. Ex ipsa enim, et ex ejus utero mors æterna est nata, tempore quo gula suæ et libidini et delectationibus oculorum primi homines servierunt; atque ideo qui ad æternam vitam facti fuerant, huc in istam sunt regionem mortis jactati: hinc iterum sunt ad inferos devoluti, nihil secum præter peccata portantes. Hæc ergo vita est quæ vos fallit, o amici charissimi, ut amicos vestros ad vitam euntes perpetuam injusto consilio revocetis.

CAPUT IV.

Inferni pœnæ, cælique gaudia, martyrum animis inculcata.

12. Hæc vos instigat, o parentes sanctissimi, ut filios vestros proficiscentes ad ^f comitatum cæli, ad honorem incorruptibilem, ad amicitias imperatoris æterni, stultissimis lamentationibus revocetis. Ista est quæ vos, o castissimæ conjuges Beatorum, per pietatis colorem impietatem Martyrum mentibus fecit tradere, et necem pro liberatione afferre. Si enim consensissent revocationi vestræ, paucis quidem tempore vobiscum esse poterant; postea vero separari, et ita habuerant separari a vobis, ut nunquam vos nisi inter tormenta perpetua videretis; ubi edax flamma incredulorum animas devorat, ubi dracones blasphemantium labia comedunt, ubi serpentes morsibus suis incredulorum pectora depascuntur. Illic ululatus et gemitus sonat, et clamor confusus, quem vis tormentorum exagitat, et incendii arsura extorquet. Hæc ipsa autem tribulatio, quæ illic excipiet infideles, nullo termino definitur, nullo fine concluditur, sed nec post flammarum atrocium adustionem consumitur, sed ad rediviva incendia iterum qui adustus fuerit reparatur.

13. Hanc ergo pœnam et istos permittite evadere, et vosmetipsos eripere cogitate. Permittite interrim istos ad coronam pertingere destinatam. Nolite timere; non enim separabuntur a vobis, sed vadent præparare vobis in cælo sidereas mansiones, in qui-

mitis officium; vulgo nunc locum, sive districtum ejus jurisdictioni subjectum; hic autem significat. Sic Possidius in Vita S. Augustini, Ubi tunc temporis Valentini minoris comitatus fuerat constitutus; et S. Ambrosius de Obitu Valentini, Jussit eam ad comitatum venire.

^a Ms. Rip. constantia.

^b Al. plenis affectibus; al. terrenis aspectibus.

^c Al. gloriosi.

^d Pappas, Gula a gula dictus; ganeo, prodigus.

^e Quidam codices, artibus.

^f Comitatus, sæpe comites imperatoris; alias co-

bus una vobiscum et cum filiis vestris in perpetuo gaudio maneat. Quod si vos domus vestra ex lapidibus facta delectant; quanto magis illarum vos debet pulchritudo invitare domorum ubi sunt triclinia auro puro radiantia, quæ ex gemmis et margaritis habent ^a zetas instructas? Illic flos purpureus rosarum numquam marcescit: illic florida nemora perpetua viriditate vernant: illic prata ^b recentia semper melleis fluant rivis: illic croceis gramina floribus redolent, et ^c halantes campi jucundis admodum odoribus pollent. Aure ibi vitam æternam habentes naribus nectareum odorem aspirant. Lumen ibi sine solis radio fulgens, serenitas absque nubilo, et absque tenebris nocturnis die oculi perfruuntur. Nulla illic impediuntur ^d occupatione delicæ, nulla penitus sollicitudine ibi securitas conturbatur; magister, dulcatus, gemitus, lamentum et luctus numquam illic audita nec nominata sunt: fœdum et deformæ, tetrum, nigrum, horrendum aliquid, aut sordidum numquam ibi penitus viderunt oculi habitantium: pulchritudine vero in amœnitate nemorum, splendore in aere jocundo et formositate atque omni elegantia sine intermissione oculi patentes perfruuntur; et nihil omnino quod conturbet mentem auribus datur. Sonant enim ibi jugiter organa hymnorum, quæ ad laudem regis ab angelis et archangelis decantantur. Amaritudo et felis asperitas ibi locum non habent: tonitrua ibi numquam audita sunt, fulgura et coruscationes numquam paruerunt. Cinnamomum illic virgula gignunt, et balsamum arbusta prorumpunt. Odor aeris delectationem per omnia membra diffundit, et esca ibi nulla stercora conficit. Sicut enim bono nuntio aures, et bono odore nares, et bono aspectu oculi saginantur, et ista refectio non potest in digestionem prorumpere; ita illic refectio, quam os susceperit, melliflua in gustu hoc unicuique sapit, quo fuerit delectatus. Statim denique quod concupierit anima, desiderio ejus universa famulantur, et omnibus delectationibus ejus paratissimus servit effectus.

14. Nam qui in ista mortali vita, contra concupiscentias suas et contra delectationes pugnaverit, quisquis eas hic non expenderit, illic eas integras a suo Creatore consequitur. Ipse enim ita creavit hominem ut viveret: et mortem juxta introitum delectationis posuit, ut hi queis libet a mortis timore evadere, vitam æternam quærant; et dum præter istam vitam alteram esse didicerint, inquirant utrum et ipsa possit senectute intereundi aut morte concludi: quam dum immortalem agnoverint, inquirant utrum

^a Papias: *Zeta, domus que subitus pedes aquas habent.* Unde ea vis vocis. Turnebus Advers. lib. xxiv, c. 4, *zetam, dietam* interpretatur, et Casaubonus in Lamprid., qui ideo *zetam* vocat; et Salmasius *dietam zetamque* scribit. Sic *sabulum* pro *diabolum*, *sabulum* pro *diaboluum*, *sarrisum* pro *diarrisum* dicta observavit, cumque in Martinius. At Possidius a *ziv*, *fervere*, deflectit, quod pluribus solem accipiat, vel a *ziv*, *vivere*. Cænaculi genus hic et alibi sigul-

A possit iterum ipsa æternitas vel honorem tibi justis vel injustis pœnam inferre.

CAPUT V.

Opum deliciarumque usus.

15. Cumque specialiter ita esse probaverint, rostat, ut interrogent, cur a Creatore divitiæ factæ sint, si ejus lege contemnendæ sunt, vel quare quadrupedum et volucrum atque reptantium varietas a Creatore facta sit, si ^e singulis renuntiandum est: cur autem ab ipso Creatore medullitus generata delectatio ad ^f incontinentiam est libidinis fundata corporibus, si usus ejus auctori non solum cum factum reum, sed etiam perpetuis tradat incontinentiis. ^g Interrogatur ergo: Cur a Creatore divitiæ factæ sunt, si contemnendæ sunt? Respondemus: Istæ divitiæ a Creatore factæ, alloquuntur quodammodo amatores suos, dicentes: Sic nos amate, ut a vobis nunquam separemur. Sequi vos morientes non possumus; et cedere autem vos viventes possumus; sed si ipsi jubeatis. Cupidus fœnerator et avarus agricola, unus aurum tradit homini quod duplicatum recipiat, alius diversa semina terræ committit, ut si possit fieri quod simplem tradit centuplum ^h quærat recipere: et debitor aurum creditori reddit duplicatum, et terra semina reddit centuplicatum. Prohi nefas! fœnerator debitor fœneratori reddere prævatet; et terra agricolæ suo restituere centuplicata semina potest; Deus divitias suas si a te acceperit, eas tibi ampliatas reddere non potest?

16. Inquiris nunc: Cur divitiæ tibi dedit, si a me ipsi reddendæ sunt? Tradidit eas tibi, ut scias quanta sit in eis requies, quanta voluptas, quantæ luxur, quantæque possunt esse delicæ, ut per hæc habeas charitatem cum divitis tuis, ipse eas tradas custodiendas Domino nostro Jesu Christo. Quas si ipsi nolueris credere, aut edacitas gulæ eas invadet, vel luxuria libidinum mater tibi eas eripiet, aut sine dubio, quod nosti optime, mors ex improvise aggrediens ita tibi illas extorquet, ut tu illas ulterius in toto nec habere prævideas, nec videre. Numquid si transires per medias acies barbarorum, et invenires fortem virum qui te semper dilexit, qui tibi etiam sacculum pecuniis donaverat: plenum, dicentem tibi: Da mihi custodiendas pecunias quas dedi tibi; quia isti barbari insidiantur ut eas tibi auferant, quas dum tibi abstulerint suis te gladis taniantur; numquid non pedibus ejus advolutus rogares eum, ut eas ipse susciperet, de quo certus esses quod et ampliora quam acceperat redderet, et te ipsum ab hostibus liberaret? Restat nunc ut divitiis vestris tutorem possitis habere Christum.

Scal. Infra *æolarina*, *æolarum* sine *tricliniorum* custodior.

^b Ms. Audom., *virentia*.

^c Al. *altheocentis*.

^d Al. *occasione*.

^e Al. *codices, quæ*.

^f Al., *inquinamentum*.

^g Al., *Interrogat ergo quis: Cur, etc.*

^h Al., *quat*.

17. Ad delicias veniamus. Qui habet aures audiendi, audiet eas dicentes sibi: Si vos amatores nostri estis, illi nos commendate, qui nos vobis integras illibatasque in illa regione restituat, in qua vobiscum jugiter manere possimus: in ista enim vita si vobis nostrum voluerimus occupare servitium, quasi hic expertæ, ibi vobis omnino negabimus nostræ, servitutis officium. Dimittite nos interim servire morituris, quia idcirco brevitati sunt dies mortalibus, ut immortalibus jugiter famulemur. Sic enim scriptum est (*Matth. xxiv, 22*): Propter electos breviantur dies, ut servitus nostra non sit longa. Injustis quidem servimus, festino a cursu: impiis, acceleratis et turpibus servimus, non sponte; sed propter eum qui nos subdidit. Liberabimur tamen a servitute corruptionis, et revocabimur ad libertatem gloriæ filiorum Dei. Omnis itaque delectatio, lætitiæ vitæ servata, non perditur; neque enim repositi thesauri existimantur ab eo qui eos absconderat in terris, interesse; sed magis tanto securius se eos habere confidit, quanto eos occultius et tutius collocaverit.

18. Sint ergo repositæ omnium deliciarum affluentiæ, ut non contingantur in ista vita, quæ præterit: quia si hic in usu fuerint, in illa vita, quæ æternam præterit, amittantur. Est, quod ista vita captum tendatur aurore spatiis, numquid ex illa die ultima non statim ridebitur quasi non fuisse, et ac memoria hospitii uno die apud nos manentis vestigia reliquisse? Illa autem vita manet jugiter, et perseverat instanter, annis quoque laboribus juvenescit et pollet, et inde renovationis sumit initium unde finis accipitur, et vere illum degerem et omnium honorum expertem, qui hujus tam formosæ vitæ amore non capitur! qui timet istam vitam ardere perituram, et illam accipere quæ penitus perire non novit, in qua deliciae et delectationes, et divitiæ, et gaudia sic inchoant, ut terminum nesciant; sic principium capiunt, ut penitus finire non possint.

19. Nam qui hujus tam præclaræ vitæ amator esse noluerit, non solum istam perdit, et ad illam non pervenit, verum etiam ut jam dixi a perpetua morte capitur et tenetur; in qua est jugis flamma, perreperans tribulatio, et poena perpetua; in qua atroces angeli commorantur, quorum brachia capita draconum suum, quorum oculi ex se igneas sagittas jaculantur; quorum dentes sicut elephantis prominent, et simulant ad torquentem veluti caudæ scorpionum, quorum voces veluti leonum fremitus sonant, quorum aspectus tremorem incutit pariter et dolorem et mortem. Atque utique mors posseet in his angustiis constitutis occurrere! Sed quod est acerbius, ad hoc vivitur, ut cruciatibus gubernatur, ad hoc reintegratur, ut exesa serpentium morsibus membra iteratis subinde et iterum repetitis morsibus attrahatur.

^a Al. *incursu.*

^b Al. *docentur.*

CAPUT VI.

Martyrum felicitas et gloriæ.

20. Hæc est omnis causa certaminis, quæ penas martyrii docet tolerabiliter debere sufferri. Nolite ergo, o amici, nolite, o parentes, nolite, o conjuges venerandæ sanctorum, nolite a vita ad mortem, quos diligitis renocare, a gaudio ad luctum ducere, a lumine ad tenebras trahere, et ab æterna requie ad penas sempiternas accerre. Hæc est cum diabolo quasi piscibus hominum tendere, et invitare ad modicam enavitatem, in qua intus lateat cruciatus viscerum, et mors interorum tormentis extorta. Numquid non hoc est ad compensationem æternarum deliciarum fugitiva gaudia anteponere; et ut perparum rideant, æternis flentibus mancipare? Hoc in gladiatoribus, qui vitæ se offerunt, universi damnantur, qui considerant unius anni delicias, et non considerant, qui fractus ex ipsis deliciis oritur. Et illi cruciantur acibus gladiatorum, vel æterna corde interna viscerum, scisso ventris tegmine, in conspectu præferant populorum, ad pinguedinem, quam inaccessita sagina contulerat, offeratur diabolo devoranda. Isto consilio inimici, quæ isti hæc faciunt, ipso consilio ad vitam æternam epulas Dei Martyres revocantur, qui ut vitam paucorum dierum vivant^b exorantur perpetuos cruciatibus inscurrere, et mortem perpetuam, quæ specialiter commendanda est, non timere.

21. Huic loco forte illud apponitur: Quare Christianus tormenta non metuit, et præsentis non terretur a poena tortoris? Ideo non frangitur metu, ideo dolere non dicitur, quia scit se minus doloris pretio perpetuæ sanitatis gaudium emere; et per momentaneam tribulationem ad perpetuam felicitatem et sempiternam lætitiâ pervenire. Sed si iste timendus sit dolor, timendus sit carnifex, timenda quoque sit nova et exquisita tortoris crudelitas; quæ magis timenda, quæ horrenda, quæ magis lugenda est, et cavenda, ista quæ hodie effervescit, et cras exarescit? ista quæ hodie exardescit, et cras refrigerabit? ista quæ sub hora inducitur, et sub hora excluditur? an illa quæ nullo fine concluditur, nullo tempore extinguitur, nulla potestate consumitur vestitate? Non iste dolor aut levis est, et potest tolerabiliter amoveri; nec gravis est, et gloriose certamine citatum offert finem; ille autem poenam dedit et cruciatibus incendii, qui hujus vitæ amatoribus datur, cum sit vehementior universo tormentorum genere, numquam finitendus aggreditur, et acris subinde quam inholaverit sævit, et nullus saviendi torminis, nullus omnino finis occurrit, sed habens secum universa suppliciorum genera subinde renovatur ut sæviet, augmentatur et excruciet, inflammatur ut acris urat.

22. Hinc ergo ab hoc interitu, quos sumus, hortemur evadere; et nos ipsos ad evadendam famulæ præparamus: nec timeamus una hora ferre dolorem in corpore, qui optamus perpetuo gaudere cum

^c Ms. Rip., *penas tormentis.*

Christo, permittamus animam nostram cum palma A martyrii ex hoc egredi corpore, ut possimus pœnas æternas evadere, et ad possessiones sidereas plenas delectationibus pervenire. Lacrymas nostras convertamus in gaudium : quia non debemus quasi morituros plangere, quos cum Christo credimus regnatos. Congratulemur victoribus hostium, conculcata eorum cervice : congaudeamus martyrii prætexta indutis, et cœli factos consules gloriemur. En dies in quo vincere se tyrannus existimabat, qui dum caput, captus est; dum tenet, vinculus est; dum torquet, tortus est : dum insultat, irrisus est; dum jugulat, occisus est. Nunc ergo in amore martyrii etiam nostros suscitemus affectus; ut illum qui de nostra captivitate voluit victoriam capere, fortiter capiamus, et quasi a gravi somno expergefacti aperiamus oculos animorum, ut videntes foveas quas in nostri perniciem inimicus aptaverat, nos quidem auxiliante Deo evadamus, et ipso diabolo cum satellitibus suis in ipsam quam paraverat foveam incidente, nos cum propheta dicamus : Foderunt ante faciem meam foveam, et ipsi inciderunt in eam (*Psal. lvi, 7*).

CAPUT VII.

Sebastiani oratione et miraculis, conseri Zoe et Nicostratus.

23. Igitur cum hæc beatissimus Sebastianus, indutus chlamyde, succinctus baltheo, ex suo ore proferret, subito per unam fere horam splendore nimio de cœlo veniente illuminatus est, et sub ipso splendore, candidissimo pallio amictus est ab Angelis septem clarissimis, et juvenis apparuit juxta eum dans ei pacem, et dicens : Tu semper mecum eris.

24. Hæc autem gerebantur ^a intra domum ^b Priscrinii, nomine Nicostrati, apud quem custodiebantur Marcellianus et Marcus. Qui Nicostratus habebat uxorem, nomine Zoen : hæc ante sex annos ægritudinis nimietate facta est muta, prudentiam tamen audiendi et intelligendi non solum non amiserat, verum etiam melius quam prius habuerat aurium officium obtinebat. Hæc itaque cum intellexisset omnia, quæ B. Sebastianus dixerat, et tantum lumen circa eum vidisset; cumque omnes tremefacti miraculi stupore tenerentur, innuebat manu omnibus, ut quasi exprobrandi essent, qui tam evidenti assertioni non crederent, et genibus ejus advoluta rogare eum manuum indicis cepit. Sed S. Sebastianus cum videret eam cordis secreta linguæ expressione declarare non posse, causas hujus silentii percunctatus, didicit sermonis illi copiam nimia vi infirmitatis ablatam. Tunc B. Sebastianus dixit : Si ego verus Christi servus sum, et si vera sunt omnia quæ ex ore meo hæc mulier audivit et credidit, jubeat Dominus meus Jesus Christus, ut redeat ad eam officium linguæ, et aperiat os ejus qui aperuit os Zachariæ prophetæ sui; et fecit crucem in os ejus. Atque ad banc vocem S. Sebastiani, exclamavit mulier voce magna, dicens : Beatus es tu, et benedictus

sermo oris tui : et beati qui credunt per te Christum Filium Dei vivi. Ego enim vidi oculis meis angelum ad te venientem de cœlo, et librum ante oculos tuos tenentem, ex cujus lectione universa sermonis tui oratio decurrebat. Benedicti qui in omnibus quæ locutus es credunt, et maledicti qui dubitaverint vel in uno verbo ex his omnibus quæ audierunt : quoniam sicut aurora superveniens universas tenebras noctis excludit et omnium oculis lumen, quod nox cæca negaverat reddit; ita lux sermonum tuorum omnem caliginem, omnemque ignorantie cæcitatem extersit, et oculis recte credentium serenum post noctis tenebras diem reddidit : a me autem non solum incredulitatis tenebras exclusit, verum etiam sermonis mei ostium, quod per sex annos clausum B erat, patefecit.

25. Videns autem Nicostratus, vir ejus, quod esset tanta virtus Christi in sua uxore celebrata, cepit pedibus ejus advolvi, et indulgentiam petere, pro hoc quod imperiali et præfectorio jussu Sanctos Dei habuisset in vinculis : et auferens ex manibus eorum ferreos nexus genua eorum amplexus, cepit rogare ut dignarentur abscedere, dicens : O quam beatus essem si pro vestra mereri possem salute costringi ! Forsitan sanguinis mei effusione abluerem, ut mortem illam pœnarum æternarum evaderem, et ad illam vitam pertingerem, quam nobis Deus per os domini mei Sebastiani manifestare dignatus est.

CAPUT VII.

Marcelliani et Marci constantia, oratio ad neophylos.

26. Cumque rogaret Marcellianum et Marcum ut abscederent, dixerunt ei : Si tu fidel gloriam, quam numquam habueras accepisti; quomodo nos quam fidem semper ab infantia habuimus, relinqueas, tibi passionis nostræ calicem damus, quem nos tibi propinare possumus, non donare ? Dives est enim in omnibus Christus, et larga ubertatis suæ affluentia omnibus venientibus meliora exhibet quam rogatur. Si enim cum essetis increduli, donatum est vobis lumen veritatis agnoscere; quanto magis credentibus vobis omnia quæcumque jam poscitis donabuntur ? Divina enim clementia semper parata est vobis omnibus gratis præstare : et eo unumquemque gratiæ suæ dono multiplicat, quo mens ejus altioris Dei suscepit normam. Fides igitur vestra a magisterio sumpsit exordium, et omnia quæ eruditio annosa vix confert, spatio unius horæ cepistis. Nulla vos memoria parentum impedit credere. Nullus teneræ ætatis in filios et vestros revocat nutritus affectus. Contemnitis subito quod semper amastis, et queritis quod numquam scistis. Per ignaras ingressi vias subito pervenistis ad Christum, et animo jam intrastis cœlum, quia in terra nullum solatium requisistis. O incomparabile facti præconium ! o quam imitabile virtutis exemplum ! Nondum vos ad Christum sacri baptismatis unda perduxit, nondum per

^a Quidam codices, *juxta* : non probatur.

^b Sub dispositione viri illustris præfecti Urbis

inter alias administrationes est *priscrinus*, sive *numerarius*, de cujus officio multa alii.

tirocinii initia militaria saltem signa sumpsistis; et A jam pro vero Rege arma arripistis, et ejus milites a vinculo ferri solventes, vos ipsos intrepidus optatis pro occidendis occidi.

27. Cum hæc audientes omnes pariter fletibus poenitentiam præteritæ persuasionis ostenderent, Marcus ait: Discite, parentes charissimi, et vester, o conjuges, discat jugalis affectus, adversus pugnam diaboli, et contra omnes sagittas affectuum carnalis desiderii clypeum virtutum opponere, atque inter acies tyrannici exercitus hosti non cedere, dimicare acrius, a gradum tenere, et ad regem fortiter pervenire. Insurgant quantum volunt, et sæviant satellites dæmonum, et quibus volunt poenis corpora dilanient nostra; corpus occidere possunt, sed animam vincere non possunt pro fidei pugnantem veritate. Gloriosiores faciunt milites vulnera pro Imperatore suscepta: in hoc enim diabolus tyrannidis suæ furore nunc sævit, in quo prævidet perseverantiæ vestræ tropæo se posse torqueri: et ideo tormenta infert, ne spes ejus pereat: mortem minatur, ut terreat; vitam promittit ut eripiat; securitatem pollicetur, ut tollat. Hæc tota belli calliditas, hoc fraudis consilium, a suppliciis eripere corpus et vitium animam subjugare. Nos e contra contendamus hosti non cedere, corpus contemnere, animæ subvenire. Cur enim fortissimi b duces militibus miseris terga convertant, et in eo bello deficiant, in quo possunt esse victores? Vel qua ratione mori timeant, qui sciunt hanc hominis naturam esse, non poenam? Cur, inquam, mori timeant, qui credunt istam vitam, falsam esse, et veram vitam inveniri non posse, nisi qui ab animo suo falsam istam abjecerit, et caducam, quæ non aliud amatoribus suis, nisi peccata imperat, suadet facinora, ingerit criminosa; nihilque aliud a suis amatoribus exigit, nisi ut penitus de perenni vita non cogitent, et regnum Dei futurum esse desperent?

28. Nunc videamus quibus casibus subjacet, quibusque periculis servit ancilla, ut cum eam probaverimus nec seipsam posse regere, servitia nostra ab ejus dominatione tollentes, alteram cui merito serviendum sit, requiramus. Quantos enim amatores ejus ruina subito gravis oppressit, fragor cæli percussit, c fulmen incendit, naufragia perdiderunt, textit chaos, Charybdis ebibit, gladius jugulavit! et istam miseri cum doloribus amittentes vitam, illam penitus invenire non possunt! Ad illam etenim vitam non ducit tortura, sed causa. Uno denique eodemque poenarum genere et innocentibus salus æterna confertur, et poena delinquentibus irrogatur.

CAPUT IX.

Cæteri a Sebastiano una cum captivis conversi.

29. Igitur cum hæc et his similia Marcus prosequeretur, cœperunt omnes qui aderant Deo gratias agere, atque universi flentes poenitudinem gerebant,

a Alii, ad gaudium tendere; alii, ad gladium tendere; alii ad gradum tendere.

b Al., Ducis milites.

c Al., flamma incendiis voravit.

d Quidam codices, martyrium.

quod charitati Dei prætulerant amorem carnis; et quia ab agone martyrii ausi fuissent animos revocare sanctorum. Cumque omnes, qui ad decipiendos sanctos venerant, unanimiter crederent Christo, Nicostratus cum conjuge sua urgebat se dicens: Non cibum capiam, neque potum, nisi d mysterium mihi christianæ religionis fuerit traditum. Cui S. Sebastianus dixit: Muta dignitatem tuam, et esse magis incipe Christi primiscrinus, quam præfecti. Audi itaque consilium meum, et omnes quos carcer inclusit, quos vincula tenent, quos ergastula conficiunt, in unum redige. Quod cum feceris, antistitem sacrosanctæ legis adhibebo, ut cum omnibus qui credere voluerint mysterii suscipias sacramentum. Si enim diabolus Christo sanctos suos auferre conatus est, et conatur; quanto magis nos pietatis argumento hos, quos diabolus injuste lucratus est curare debemus, et suo restituere Creatori? Et Nicostratus ad hæc respondit, dicens: Quomodo iniquis et criminosis possunt sancta committi? S. Sebastianus dixit: Salvator noster pro peccatoribus suam nobis exhibere dignatus est præsentiam et ostendit mysterium, per quod omnia peccata et crimina homini auferantur, et omnes virtutes Domini conferantur. Inter initia igitur conversionis tuæ hoc munus primum si tu conferas Christo, præsto erit remunerationis ejus præmium super te, corona martyrii, habens secum virtutum omnium flores immarcescibiles, æternæ vitæ gaudiiis e profuturos. Audiens hæc Nicostratus primiscrinus, abiit ad Claudium Commentariensem, et jussit universas personas ad domum ejus adducere, dicens: Quoniam proxima sessione omnes discutiendi sunt, volo ut cum illis Christianis, qui apud me sunt, præsto sint, ne aliqua f præfectoriæ discussioni deesse possit persona.

30. Igitur cum omnes ad domum primiscrinii ducti starent, catenarum nexibus vincti, hoc modo eos vir Dei Sebastianus alloquitur: Crimina diabolica si divinis virtutibus cedant, reatus vester a morte excluditur, et e a gaudiis fugitivis revocatur. Egerat enim per suos satellites hostis injustus, ut animos militum Christi b ad virtutum culmen erectos everteret, et in ipso perfectionis fastigio positos, ad cœnum cœnaretur mergere inferorum. Hac de causa incaluit animus hostium dimicatione provocatus, ut vos, quos jam lucratus fuerat inimicus, de ejus captivitate tollentes, vestro vos Creatori reddamus. Diabolus enim nec dominus vester, nec creator, nec pater esse dignoscitur: Deus autem et Pater et Dominus et Conditor comprobatur. Et si hunc derelinquentes ad illum abistis, qui in tantum vestri existit inimicus, ut vos ad poenas perpetuæ mortis adduceret, et ad istum lethalem faceret exitum devenire; quanto magis ad eum redeundum est, qui unicum Filium suum passioni et morti tradidit, ut nos a pas-

e Ms. Rip., redolentes.

f Al., præfecto; al., prætori; al., præf. prætorii, al., prætorii discussioni.

g Al., ad gaudia votiva.

h Al., a virtutum culmine recto.

sionibus æternis, et a morte perpetua liberaret? Cum hæc et his similia prosequeretur S. Sebastianus, prostraverunt se cum lacrymis univèrsi, et fluxis genibus ceperunt cordis gemitum reddere, et se peccasse et impie egisse poenitentia: vixitque exclamare. Fundebant ergo amaras lacrymas, et se velle Christo credere, unanimis vocibus resonabant. Tunc B. Sebastianus jubet eos omnes a vinculis carcerum exsolvi.

CAPUT X.

Omnes a Polycarpo ad baptismum preparati.

31. Post hæc S. Sebastianus abiit ad a Polycarpum presbyterum, ubi erat causa persecutionis occultus, et narravit ei omnia quæ gesta sunt. Quihus auditis S. Polycarpus gratias agit Deo, et una cum eo venit ad domum Nicostrati primicerii, et videns turbas credentium, salutans eos cum omni gaudio dixit: Beati omnes vos, qui audistis vocem Domini nostri Jesu Christi dicentis: *Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis, et ego vos requiescere faciam. Tollite jugum meum super vos, et discite a me quia mitis sum, et humilis corde; et invenietis requiem animabus vestris. Jugum enim meum suave est, et onus meum leve* (Matth. xi, 28 seqq.). Vos itaque fratres nostri, quos b mundum baptismatis unda diluit, et consecranda Deo omnipotentis clarissimos filios fecit, pro hoc quod a proposito sancto recedat, care equali estis beatissimos milites Christi, quæ vobis erat poenitentia, ut per ipsam ad indulgentiam veniretis. Nunc autem quia ad tantam gloriam accessistis, ut etiam ad passionem a qua dolenter alios revocare voluistis, ad ipsam desideratis gratantes velle currere et libenter amplecti, sciatia vos et ad indulgentiam pervenisse, et ad palmam attingere. Vetus hoc est artificium Christi. Nam ipsum quem vobis electivum suum dignatus est et voluit magistrum gentibus dare, qui non solum fidelium animos a pietatis proposito revocabat, sed etiam volentes a Christo discedere lapidibus obruebat; huic nobis ipse Dominus apostolum condonavit, tribuitque nobis ex Saulo Paulum, ex apostata fecit apostolum, et dedit Ecclesie suæ ex persecutore doctorem. Amator passionis factus est is, qui persecutionis auctor existerat: et qui in alienis afflictionibus prius gratulabatur, in suis postmodum persecutionibus letabatur. Ipse ergo qui tunc in apostolo suo virtutem istam exercebat, ipse et nunc de ipso inferorum conclave, et ex ipsis draconum faucibus animarum vostrarum captivitate eripuit, et vobis nunc a tenebris ad lucem remeantibus æterna vite janua patefecit. Quia ergo omnes demones, qui sunt tenebrarum filii, contristantur, unde et omnes sancti angeli, qui sunt filii lucis, gratulantur; accedit unusquisque vestrum, et dat nomen suum, ut hodierno die usque ad vespertinam perseverante jejunio, festivum baptismatis sacramentum opportunum tempus inveniat. Iustum est enim, ut lux a mortali

A mundo abscedens ad nostras montes immortales accedat, ut qui in isto sæculo volutati in luto tenebrarum sumus, aqua sanctificationis abluti ac mundati, et sinceritate induti alacres pergamus ad Christum. Hæc et his similia prosequente S. Polycarpo universi gavisi sunt, et unusquisque nomen suum festinabat persuasum interrogaretur effera.

CAPUT XI.

Baptizati catechumoni, unaque Claudius cum filijs.

32. Cumque hæc agerentur, venit Claudius commentariensis ad primicerium Nicostrati domum, ubi ista agebantur; et dicit Nicostrato. Vehementer præfectura commota est, quod personas reorum tuæ domus custodia tradidisti. Hæc de causa B suis te jussit præfectus aspectibus præsentari. Vide quasi debeas interrogatus dare responsum. Ingressus itaque ad præfectum Nicostratum cum interrogatus fuisset, cur eas personas, quas carceris custodia retinebant, sua voluerit domus mancipari custodia, respondit: Amplitudinis vestrae jussu christianas intra domum meam custodiendas suscipi personas, quibus ut terrorem passionis inemerent reorum illos feci sociari personis, et jussu vestrae et persuasioni nostræ si non consensu suo, saltem alieno experimento consentiant, et velint ne situmilia eas poena concludat. Libertissima igitur hæc audientis præfectus dimisit eum dicens: Magno te consensu a parentibus eorum recuperari faciam, cum par te illis fuerint incolumis tibi restitui.

33. Revertens itaque ad domum suam Nicostratus primicerius cum Claudio commentariensi, cepit universa referre, et qualiter S. Sebastianus, cum sit amicus imperatorum, christianissimus sit, et in eruditione divina perfectus, et qualiter animas christianorum sua exhortatione revocasset, et quod satis idonea ratione docuisset istam vitam fugitivam et imaginariam esse, et sic dum teneri putatur, auferri. Narrabat etiam, quomodo veniens repente lux de celo perlustrasset eum, et quomodo uterem ejus, quæ per sex annos muta fuerat, lecti loqui.

34. Cum hæc narrasset Nicostratus Claudio, corruit ad pedes Nicostrati Claudius, dicens: Ex amica conjuge duos filios habeo, ex quibus unus hydrope morbo fatigatur, alius diversis vulneribus opprimitur; rogo ut jubeas eos visitari. Non enim dubito quod ille, qui potuit facere ut post sex annos loqueretur uxor tua, faciat, si voluerit, ut ad filios meos sanitas redeat. Et hæc dicens proripuit se ad domum suam, et fecit ipse prius adduci duos filios suos, et introducens eos intra domum, ubi erant sancti Dei, projecit eos ante pedes eorum dicens: Nulla penitus dubitationis signa in corde meo repernerunt: sed ex ipso corde credens quod Christus, quem colitis, ipse sit verus Deus, detuli huic vobis duo incrementa mea, credens quod possent per vos a mor-

a S. Polycarpi presbyteri natalis agitur 27 Februar.

b Multi codices nondum mittunt, quasi ad lapsos sit oratio.

lis periculo liberari. Dicunt et omnes simul sancti Dei : Omnes quos hic hodie infirmitas aliqua tenet, mox ut christiani facti fuerint, sanabuntur.

35. Cumque clamaret Claudius credere se, et desiderare fieri Christianum, iussit S. Polycarpus ut darent singuli nomina sua. Primus itaque omnium dedit nomen suum Tranquillinus pater Marcelliani et Marci. Post hunc sex amici eorum, id est, Ariston, Crescencianus, Eutybrianus, Urbanus, Valla et Justus; post hos Nicestratus primiscrinus, et Caeterus frater ejus, et Claudius Commentarianus. Post hos filii Claudii, Felicitissimus et Felix. Post hos Marcus mater Marcelliani et Marci cum uxoribus eorum et filiis; simul autem et Symphorosa uxor Claudii, et Zoe uxor Nicestrati. Post has omnis familia quae erat in domo Nicestrati, animae tri-

ginta et tres promiscui sexus et aetatis, debine omnes qui vineti fuerant, ac de carceris squalore ad-

ducti, animae sedecim.

36. Igitur omnes isti LXVI, a S. Polycarpo presbytero baptizati, et a S. Sebastiano suscepti sunt; feminarum autem matres factae sunt a Beatrix et Lucia. Primum itaque Claudii filius, hydropleura unum et alterum venteribus plenum, mox ubi in nomine sanctae Trinitatis intulit; ita de fonte saui elevati sunt, et nec signum in eis aliquis morbi praeteriti remansisset. Post hos autem infantulos Tranquillinus pater M. Marcelliani et Marci, qui ita podagrico et chiragrae fuerat dolere^a constrictus, ut sicut supra dictum est, vix in manibus portaretur. Haec dum auerent indumenta, et ille intolerabili se dicebat dolore torqueri, interrogat eum Polycarpus presbyter, dicens: Tranquilline, si ex toto corde credis unigenitum Filium Dei Dominum Jesum Christum tibi salutem posse conferre, et omnibus peccatis tuis indulgentiam condonare, propria ore edicite. Tranquillinus respondit: Ego indulgentiam solam peccatis meis dari et desidero et credo. Caeterum, etiam post baptismatis hujus sanctificationem in doloribus fuero, non potero de fide Christi ulterius dubitare: probavi enim et ex toto corde credens, in mea mente consensit, quod Filius Dei sit Dominus Jesus Christus, qui potest et animabus et corporibus salutem tribuere, et a morte aeterna ad vitam perpetuam revocare. Hic cum dixisset voce magna, omnes sancti post gaudia lacrymas effundebant, et rogebant Dominum ut fidei ejus fructus contenderetur. Sanctus igitur Polycarpus confessor et presbyter mox ut eum^d christiatis linxit unguento, interrogavit eum iterum, si crederet in Patrem et Filium et Spiritum sanctum; statim ut respondit: Credo, revelatae sunt manus ejus quae erant pedum, et genae simul et planta pedum ejus ita sunt incolores reddita, ut ac si puerulus renovatus po-

ditus suis in fontem descenderet clamans et dicens: Tu es Deus unus et verus, quem miser iste mundus ignorat.

37. Hoc itaque ordine suo baptizato, universi, prout compotebat, baptizati sunt, et per dies decem^e qui supererant dilationi, quam meruerant, in Dei laudibus perdurantes ducebant dies et noctes in hymnis et canticis, et quasi fideles milites parabant animas suas ad dimicandum pro Christi nomine in martyrio bellaturi, ita ut et in mulieribus et infantulis amor ferveret martyrii, et invicem se ad confessionem sancti nominis contra diabolicas aces praepararent.

CAPUT XII.

Errores Gentilium coram Chromatio Urbis praefecto confutati a Tranquillino.

38. Diebus igitur acceptae dilationis expletis, Agrestius Chromatius urbis Romae praefectus ad se Tranquillinum patrem Marcelliani et Marci venire jubet. Quem cum de suorum perquireret arbitrio filiorum, Tranquillinus respondit: Ad referendas beneficium vestris gratias nullus mihi eris sufficit sermo. Nisi enim eurrentes sententiam vestri frona moderaminis tenuissent, et ego filius amictissim, et me patrem filii non haberent. Congratulantur mihi omnes, quos tenet paternus affectus, et pungit charitatis stimulus; etiam vestra, credo, quod mihi congaudeat celsitudo, quando meritura vita cellata, et anxia letitia reddita, sollicita securitas^e restituta.

39. Tunc praefectus astinens filios ejus suae velle idem inclinare cervices, ait: h Venienti ergo die debita numinibus a filiis tuis laura reddantur: per quam et tu filia perseveres incolumis, et tibi filii condonentur. Audiens haec Tranquillinus dixit: Illustratione virorem, examinis vestri libram si volitis ergo me et filios meos aqua lance ponere, agnoscere poteritis haec Christianum vocabulum magna esse virtutis. Praefectus dixit: Insanis, Tranquilline. Tranquillinus respondit: Inveniam passus sum, et animae et corporis; sed statim ut credidi Christo, et animae meae recepi et corporis auiditate.

40. Praefectus dixit: Ego, ut videri, ad hoc inducias acceleratis filiis tuis dedisse cognoscor, ut non solum tu illos ab errore non tollerem, sed illi te suis erroribus irretirent. Tranquillinus dixit: Per gloriam vestram, nomen ipsum erroris discentis, et videte quam opera erroris nomine nuncupentur. Praefectus dixit: Tu die quae opera erroris nomen accipiant. Tranquillinus dixit: Primus error est viam vitae relinquere, et per viam mortis gratanter incedere. Praefectus dixit: Haec quae est via mortis? Tranquillinus dixit: Non tibi videtur via mortis esse, mortuis luminibus Deitatis nomen imponere, et figuram eorum per ligna et lapides adorare?

^a Colitur S. Beatrix 29 Jul.

^b De hac Lucina actum 16 Januar. in Vita S. Marcelli. Colitur 30 Junii.

^c Al. contractus.

^d Al. olei.

^e Addunt quidam codices et sex.

^f Scriptum erat in Rosweidi autographo: Liber II. Eam divisionem in nullo exemplari repertam omnino.

^g Al. constricta.

^h Ms. S. Gist., veni ergo hodie et debita

41. Præfectus dixit : Ergo non sunt dii quos colimus ? Tranquillinus dixit : Intantum non sunt dii ut legatur in codicibus ^a publicis, et quam male sint nati, et quam iniquos et crudeles et sceleratos parentes habuerint ; et quam inique et dolose et fraudulentè vixerint ; et quam miserabiliter portui sint. Numquid antequam Saturnus Cretensibus imperaret, et filiorum suorum carnes comederet, Deus in cœlis non erat, aut Creta insula habebat regem, et cœli Deum non habebant ? Valde errat qui putat Jovem filium ejus, imperare fulminibus, homuncionem in quo malitia et libido regnabat. Quem non persecutus est, qui patri non pepercit ? Aut quam sordem non exercuit, qui suam germanam accepit uxorem ? In foro, in plateis, in domibus, atque in omni loco quotidie legimus, quia sordidissima Juno quod et soror et conjux fuerit gloriatur : et rapti Ganymedis honor turpissimus atque incestuissimus ab ipsis, a quibus Jovis colitur, non negatur. Non ergo erras, vir sublimissime, qui tales colis, quales Romanæ jubent leges pro sui facti qualitate damnari, et relicto Deo omnipotente qui in cœlis regnat, lapidi dicis, Deus meus es tu : et ligno dicis : Adjuva me ?

42. Præfectus dixit : Ex quo cœpistis blasphemare deos, et a cultura eorum recedere, ex eo ^b diversis cladibus Romanæ orbis opprimitur. Tranquillinus respondit : Non est verum. Nam si recenseras decadas stylo ^c Livii digestas, illic invenies Jovi thura ponentes, una die viginti tria millia Romani exercitus juvenes cœcidisse. Sed et illud non es immemor, quod Senonenses Galli etiam Capitolium ^d occupaverunt et omnem Romanam manum suis ludibriis subjugarunt. Diversas fames, et inenarrabiles pestes, diversas captivitates, diversas effusiones sanguinis Romanus orbis passus est, antequam unum colerent homines Deum. Nunc vero ex quo invisibilis et verus Deus cœpit a credentibus coli, ^e aucta pace exultat Romanum imperium. Sed quod pejus est, Deus, qui hoc præstat, non cognoscitur ; sed creaturæ ejus ascribitur, quidquid a Creatore præstat.

43. Præfectus dixit : Si ille colendus est, qui humanis commodis aliquid præstat, nullus nisi sol habebitur deus, qui aspectu suo terræ viscera vegetat, ut semina suscepta parturiant, et genuinæ sobolis grana in culmo restituat, atque universis salutis nostræ utilitatibus, et lumen et restaurationem pariter tribuat et vigorem. Tranquillinus respondit : Et in hoc error est infinitus. Nam si hodie per servum suum quispiam clientibus suis tribuat quod rogatur, infinita stultitia est, si neglectus ille qui præstitit, servus per quem præstiterit honoretur. Et ut aliquam hujus dicti comparationem exhibeam ; numquid cum naves Romanis alimenta deferunt, navibus potiusquam regibus gratiæ referun-

tur ? Si ergo non navigantibus, sed imperantibus, homines quod annonantur ascribunt, quanto magis soli Deo agendæ sunt gratiæ, cujus nutu et hæc omnibus usibus nostris elementa deserviunt, et sol ipse quotidie terræ marique pariter et clauditur in fine diei, et in diei iterum renovatione aperitur ?

CAPUT XIII.

Verbi incarnatio Gentili exposita.

44. Præfectus dixit : Si ergo unus et invisibilis est quem colitis, Christum, quem Judæi crucifixerunt, non colitis ? Tranquillinus dixit : recte hæc inquiretes, si credere destinaretis. Incredulis enim omne quod nolunt vanum videtur. Semel enim in præceptis voluntas mortalium ^f declinans, omne quod vituperat vituperari desiderat ; et vult ut laudetur ab omnibus omne quod laudat. Sed sapiens pro merito suo cuicumque rei, aut vituperationem suam impendere ^g nititur aut laudem. Præfectus dixit : Ego te de Christo vestro interrogo. Si enim a vobis hoc colitur quod istis oculis non videtur, Christum non colitis qui et visus est, et auditus, et interrogatus, et omnia quæ humanæ fragilitati competunt in ejus leguntur passione completa ? Tranquillinus dixit : Audi similitudinem et intellige veritatem : Verbi gratia, si hodie anulum tuum habentem gemmam pretiosam videas in cloaca, aut in sterquilinio voluntam, et ad hunc eruendum mittas servos tuos ; illi autem nec illum potuerint liberare, sed et seipsum in aliquo dum illum conantur eripere, polluerint ; postea vero tu ipse, deponens has sericas quas indutus es vestes, induas te servilem tunicam et descendens in cloacam mittas manus tuas in stercorebus, et anulum aureum simul tuis manibus repræsentas et gemmam, præ gaudio omnes amicos tuos invitas ad epulas et lætaris super anulum et gemmam, quod sint de nimis squaloribus liberata. Præfectus dixit : Hanc propositionem ad cujus similitudinem attulisti ? Tranquillinus respondit : Ut ostenderem tibi unum invisibilem Deum nos colere. Præfectus dixit : Et quod est aurum ? aut quæ est gemma, quæ in sterquilinio volutabatur ? Tranquillinus respondit : Aurum, corpus humanum est, gemma vero anima est, quæ in ipso corpore inclusa est. Corpus vero et anima unum hominem faciunt, quomodo aurum et gemma unum anulum facere comprobantur. Sed quantumvis pretiosus tibi sit anulus, longe satis homo pretiosior est centuplum et charus Christo. Tu misisti servos tuos, ut anulum de sordibus eriperent, et nulla ratione eum eruere potuerunt. Misit et prophetas suos Deus de cœlo loquens ad eos, ut humanum genus a sordibus hujus mundi ^h eriperet : et nulla ratione omnino hoc facere vel instantia potuerunt. Tu deposuisti aureas vestes, et servilli indumento indutus descen-

verunt : nam inde pretio deducti, mox et pulsati a Camillo.

^a Al. vestris.

^b Usitata in Christianos calumnia a variis PP. consutata, præsertim Paulo Orosio et S. Augustino.

^c Al. libri, mendose. Scriptum in quibusdam erat Libii.

^d Ita mss. amnes. Legendum potius, oppugnata.

^e Al. alta.

^f Al. lapsa.

^g Al. expendere.

^h Al. eriperent.

disti in cloacam, et manus tuas misisti in sordibus, A
ut annulum de sordibus liberares: Exiit et se ma-
jestas Divinitatis suæ splendore, non tamen superna
relinquens; et induit se servili nostri corporis in-
dumento, et huc in cloacam hujus mundi cœlo
descendens, misit manus suas in sordibus passionum
nostrarum; et passionem, quæ meritis nostris de-
beatur, in semetipso suscipiens, gloriæ nos suorum
reddidit digitorum. Nam qui per incredulitatem
volutabamur in squaloribus mundi, per fidem abluti
a sordibus, divinis sumus manibus, ut ille tuus
annulus, restituti. Numquid servi tui, qui te nega-
verunt dominum suum, dum te in habitu servili
respicerent, non potuerunt ut rebelles occidi? Ita et
qui negant Christum Dominum suum pro hoc quod
semetipsum a majestate exinanivit, et formam servi B
suscepit, nullatenus poterunt æterni ignis pœnas
evadere. Ideo denique nobis qui in eum credimus,
æterni fontis unda subvenit, ut æternus ignis ab
æterno fonte vincatur, et infidelitas a fidelitate
superetur.

45. Præfectus dixit: Ut video, non ut filios tuos
ab hac intentione tolleres poposcisse probaris in-
ducias, sed ut has aniles fabulas ad nostra tribunalia
a meditato afferres. Tranquillinus dixit: Non me-
ditantur discipuli Christi quid in conspectu judicum
prosequantur. Sic enim præmonuit dicens: Quando
potestatibus hujus mundi vos causa mei nominis
tradent, nolite cogitare quomodo aut quid loqua-
mini, dabitur enim vobis divinitus in illa hora quid
loquamini. Non enim vos estis qui loquimini, sed C
Spiritus Dei, qui loquitur in vobis (Matth. x, 19).
Non ergo meditando ego, sed credendo inveni Crea-
torem meum, et qui eram podagrico et chiragrico
dolore contractus et b quassatus, statim ut Christo
credidi, ac si parvulus omnium membrorum meorum
recepti sanitatem. Constat ergo apud animum meum,
ipsum me creasse qui me renovare dignatus est, et
sicut dedit restaurationem corpori, ita quoque
animæ post istam vitam dare promisit, si tamen
non dubius nec timidus hominum terroribus fran-
gar; sed in ejus nominis confessione perdurans
fidem integram, quam me Deus fecit invenire,
conservem.

46. Præfectus dixit: Ignoras, Tranquilline, quanta D
invictissimorum principum erga Christianos ira
desæviat, et ideo quasi securus quod tibi videtur
sine timore prosequeris. Tranquillinus dixit: Stul-
tus timor est, quo plus timetur humana indignatio,
quam divina. Numquid si in medio canum latran-
tium venerimus, et vano furore nos cœperint suis
morsibus attricare, possunt nobis de animo tollere
hoc quod nos homines sumus c rationabiles, cum
sint illi canes, et irrationabiles, et insani? Ita qui
nobis recte credentibus irascuntur, sævire quidem

a Al. meditato.

b Al. quassus.

c Quidam, rationales.

d κονδύλωμα, est in condylis sive articulis digito-

rum possunt, et inferre iniqua supplicia; numquam ta-
men de corde nostro hoc auferre poterunt, quod
Dominum Jesum Christum et creatorem esse cre-
dimus, et redemptorem nostrum ac restauratorem
esse gaudemus. Tum præfectus jussit eum recipi a
Commentariis, dicens: Proxima te audiam sessione.

CAPUT XIV.

Chromatius Urbis præfectus catechizatur.

47. Post hæc mittit et adduci eum ad se præcepit
per noctem occulte, et offerens ei infinitum pondus
auri dicebat: Ostende mihi medicamentum ex quo
recuperasti salutem. Cui Tranquillinus ait: Scias
grandem iram et furorem Dei passuros esse, qui gra-
tiam ejus vel venundandam existimant vel emendam.
Unde si vis a podagrico dolore liberari, crede Chris-
tum Filium Dei, et liberaberis, et sicut hodie me vides,
ita salvus eris. Nempe vix manibus deferebar, et
undecim annos per omnes juncturas nervorum in cor-
pore meo dolorum nodis astrictus, vix ori meo panis
alienis manibus tradebatur: illico ut Christum verum
Deum esse credidi, salutis meæ gaudia recepi, et
sum incolumis, quia verum Deum salvatorem meum
agnovi.

48. Tunc præfectus dimisit eum dicens: Adduc
ad me qui te Christianum fecit, ut si mihi promiserit
sanitatem, possim et ego fieri Christianus. Statim au-
tem Tranquillinus veniens ad S. Polycarpum pres-
byterum narravit ei omnia quæ gesta vel dicta sunt;
et ducens eum intra domum occulte, præfecti eum
aspectibus præsentavit. Cui præfectus ait: Licet
C gravis animaversio principum Christianis infesta
sit, tamen spe recuperandæ salutis afferam vobis
quidquid illud est usque ad dimidium bonorum pa-
trimonii mei, si ab hac nodositate d condylomatium
mei fuerint membra corporis resoluta. Tunc S. Poly-
carpus subridens ait: Potens est Dominus Jesus
Christus ut ignorantia tuæ e januas aperiat, et os-
tendat tibi quod ipse sit corporis tui restitutor.
Nam pecuniam sive qui afferunt, sive qui oblatam
accipiunt, non solum nullam dolentibus conferunt
medicinam, sed etiam ipsi sibi insanabilem morbum
assumunt. Dicit ei præfectus: Dic ergo mihi quid
faciam, ut consequi valeam quod spero. Dicit ei Poly-
carpus: Si credideris ex toto corde tuo, sicut cre-
didit Tranquillinus, salvus eris. Dicit ei præfectus:
Quo ordine credere debeam intimato? Tunc S. Poly-
carpus catechizavit eum, et indixit ei ut per tri-
dium jejunaret. Et convocans ad se S. Sebastianum
tribus diebus et tribus noctibus jejunavit cum eo:
et cum lacrymis pariter orabant, ut fidem nominis sui
in salutem volentis credere Dominus declararet.

CAPUT XV.

Chromatii confracta Idola.

49. Igitur cum dies tertia, quæ constituta fuerat,
advenisset, ad domum sustentis præfecti veniunt

rum tuber, sive inflammatio: Mss. habebant *condo-
logmatum*; quidam *doloris*.

e Al. *Valvas*.

pariter properantes. Qui Ingressi dixerunt : Pax ſi-
dei tua. At ille resalutavit eos officiosissime ; et
hortatur eos federe juxta se, et dixit : Ex ore Tran-
quillini ratio egressa oculorum meorum assertione
declaratur. Video enim hunc san-ſimum quem po-
dagrico et chiragrico videram dolore contractum, A
quo genus medicamenti unde fuiſſet ſalvatus inqu-
rens, tale ab eo recepi reſponſum ; Dum fidem
meam in idolis ponerem, debilis et nimia ſum iſtur-
mitate contractus : at ubi unum Deum in caelis didici
oſtentione Chriſtianorum, abnegavi univerſa quae
ſive cauſa colueram, et tradidi a fidem animi mei
Chriſto. Mox autem ut unum et verum Deum in
caelis regnare conſeſſus ſum, ſtatim omnia, quam
per undecim annos amiſeram, ad me reſerſa eſt
ſanitas, et omnia a me eſt proſinus iſturmitas ſeparata.
Haec audivi auribus, probavi oculis, corde credidi ;
ſuper eſt ut quod feciſtis Tranquillino et mihi ſa-
ciatis, ut poſſim mei corporis recipere ſanitatē.

50. Polycarpus presbyter dixit : Si tranſeuntes
doloris anima hominis non ſuffert, quid de illis do-
loribus actura eſt, quibus nullus unquam evenit
ſinis, nulla datur omnino ſucceſſio ? Nam iſti do-
lores illorum dolorum imaginem portant, et quan-
tum diſtat inter ignem vivum et picturam ejus, tan-
tum diſtat inter dolores quos nunc patitur corpus,
et illos quos anima paſſura eſt, ſi ignara b Creatoris
ſui praſentis vitae impleverit munus. Age ergo no-
biſcum prius de doloribus illis, et eſto de illa poena
ſollicitus, quae habet ignem ſemper ardentem, et
vergem ſemper edentem.

51. Tunc Chromatius urbis Romae praefectus, cum
unico filio ſuo Tiburtio, dedit nomen ſuum diceas ;
In hoc de fide mea certos vos eſſe convenit, in qua
etiam filium meum Chriſtianum fieri mecum exopto.
S. Sebastianus dixit : Vide ne ſola recuperatione
tui corporis ductus te Chriſtianum fieri ſperes, ſed
magis ſpe vitae aeternae facias mentem tuam puram
ad videndam rationem veritatis. Niſi enim agno-
veris qui ſit Creator tuus, non poteris invenire ſa-
lutem quam quaeris. Chromatius dixit : Ergo et ru-
ticos et ſimpliciſſimos homines non videmus eſſe
Chriſtianos, ita ut inter mille viros vix invenias
unum qui poſſit vel ſermonum diſciplinam adipiſci.
Numquid hi omnes ad iſtam inquisitionem attingere
potuerunt dum fierent Chriſtiani ? S. Sebastianus ait :
Hoc reſponſum tuum noſtrae partis c affirmat asser-
tionem. Nam ab origine mundi cum rucolicis et paſ-
toribus ovium Deus habuit rationem, et juxta ſuam
mundi veniens non elegit grammaticos et oratores, ſed
piſcatores et ſimplices, et iſtis tradidit notitiam ſuam.

52. Chromatius dixit : Cur ergo me dicis prius de-
bere agnoſcere quis ſit creator meus, quem niſi
agnoſcerim ſalutem invenire non poſſum ? S. Seba-
stianus dixit : Quia multos deos, et multas deas co-

luisti. Niſi ergo hos a corde tuo excluſeris, et ima-
gines eorum confringeris, et agnoſceris unum et
verum Deum, vitam et ſalutem invenire non pote-
ris. Chromatius dixit : Indica ergo mihi quis ſit
unus et verus Deus. S. Sebastianus reſpondit : Si
ſervum tuum ad hauriendam aquam miſeris, dum
ad fontem venerit, aſpicit prius ne tordes aliqua
intus lateant in lagena, et non eſt auſus aquam in
vas mittere, niſi mundatum a ſordibus viderit ; nos
tibi quomodo poterimus tradere fontem veritatis,
niſi prius te ab omnibus idolorum ſordibus et agra-
loribus feceris alienum ? Chromatius dixit : Et quo
ordine alienus eſſici poterō ab his ? S. Sebastianus
dixit : Da nobis poteſtatem ut omnia idola, quae in
domo tua invenimus, lapideis confringamus, lignis
incendamus, aurea et argentea vel aerea conſolvamus,
et pretia eorum egenibus dividamus. Chromatius
dixit : Et cum haec feceritis, mihi quid fructus acce-
det ? S. Sebastianus dixit : Omnium d nervorum iſtu-
rum, quorum nodositate constringeris, ſtatim conſo-
queris ſanitatē, et quaſi qui numquam dolueris,
ita pedibus tuis currere incipies, et agnoſcere quod
inimicos tuae ſalutis e deos dilexeris ; tuum vero
parentem hunc eſſe, qui te ſtatim ut ejus notitiam
atque culturam inveniret, reſtaurat et ſalvat.

53. Chromatius dixit : Nolle venetiſſimos ad haec
injuriam deponere ; ſed ſervis meis praecipiam ; et
iſi univerſa confringent. S. Sebastianus dixit : De-
biji et timidi et infideles ſi ea confringerint, inveniet
diabolus per quamcumque negligentiam eorum
occasionem laedendi eos, et ſtatim ut laſi fuerint,
dicent infideles, propterea eos laesos eſſe quia idola
confringerunt. Niſi enim loriceam habens non eripitur
ictibus ſagittarum. Galea enim et ſcuto et haſta
nititur docta manus in praellio, ut ex munimine a-
morum et impetu ferendi assumat audaciam, et terga
non vertat. Similiter et milites Dei, qui ſcuto fidei
muniuntur, et lorica tegminis Chriſti protegentur,
habentes galeam fidei et ſalutis, iſiſ eſt totum
inire certamen. Pugnant enim acerrime et fortiter
vineunt, quia contra inviſibilem hoſtem die nocte-
que inſatigabiliter praelliantur ; et ſunt teci in om-
nibus membris, ſide potius armati quam ferro.
Chromatius dixit : Fiat voluntas Dei et veſtra.
Tunc S. Polycarpus presbyter, et B. Sebastianus
D praecipientes eē oraverunt ; et poſt orationem am-
plius quam ducenta idolorum ſigna confringentes,
coeperunt gratias agere Deo ſuo.

CAPUT XVI.

Instrumentis astrologiae judiciariae confractis sanatur
Chromatius.

54. Poſt haec acceſſerunt ad Chromatium dicentes
ei : Confringentibus nobis idola tu deſpiciſti ſanita-
tem recipere, niſi forte aliqua tibi in animo ſigna
infidelitatis derelinquantur. Hoc enim apud nos

a Al. Antmam meam ex fide Chriſto.

b Al. Creatoris sui preverit munus.

c Al. Affirmat.

d Al. membrorum.

e Al. colendos duxeris.

certum gerimas, quod aut est aliquid, quod non-
dum est fractum; nisi si omnia fracta sunt, quid in
animo geras nobis evidentiis manifesta. Tunc ille :
Habeo, inquit, cubiculum holovitæ, in quo omnis
disciplina stellarum ac mathesis ^a mechanicæ est arte
constructa, in cuius fabrica pater meus Tarquinius
amplius quam ducenta ^b pondo auri digoscitur ex-
pendisse. Cui S. Sebastianus dixit: Si hoc tu inte-
grum habere volueris, te ipsum frangis. Chromatius
dixit: Quid enim? Mathesis aut ^c ephemeris aliquo
sacerficiorum usu coluntur, eum tantum eis mensium
et annorum cursus certo ^d numero per horarum
spatia distinguuntur? et lunaris globi plenitudo vel
diminutio, digitorum motu, rationis magisterio, et
calculi computatione prævidetur? S. Polycarpus
presbyter dixit: Illic signa Leonis et Capricornii et
Sagittarii, et Scorpionis, et Tauri sunt, illic in Ariete
luna, in Cancro hora; in Jove stella, in Mercurio tropi-
ca, in Venere Mars, et in omnibus istis monstros-
is demonibus ars Deo inimica cognoscitur. Ista
Christiani ita recu-ant, ut non solum ipsi non ha-
beant, non colant, non credant, non teneant; ve-
rum etiam nec animos illos habeant, qui hujuscemodi
nugis suum occupant pectus? Omnia enim ista falsa
deceptionisque ministra sunt: similitudo in eis ve-
ritatis est, non ipsa veritas.

55. Dicit ei Chromatius: Quid? quod nonnum-
quam futura prænuntiant? S. Sebastianus dixit: Ista
omnia vanissima esse et falsissima, Christo reve-
lante, cognovimus; quæ tibi nunc manifestius ape-
riemus. Præcipe hodie ad te mathesis venire docto-
rem, cui dicas, illo tempore te asperis casibus labo-
rasse, et inquire per quas stellas hoc tibi evenerit
malum; responsa ejus erunt procul dubio talia, quod
tempus tuum a maligno Marte susceptum est, aut
Saturnus ^e apocatasticus fuit, aut annus tuus ex
diametro susceptus est, aut ^f climacterica tibi in
centro sunt nata, aut ^g syndetus fuit cum malo, aut
invisibilis, aut in ^h schemate, aut immobilis circa te
existit cursus in stellis. Hæc et his similia cum dixe-
rit, rationis tibi verisimile assignare nititur aliquid

^a Al. mechanicæ stare videtur constructa.

^b Ms. Bip. talenta.

^c Ἐφημερίδες proprie diarium est, sive res actiones-
que per dies descriptæ.

^d Ms. Rebd. pondere pensentur et tendantur.

^e Ita mss. plerique. Tempus quo sol (aliusve pla-
neta) in eandem partem signiferi per eodem numero
reliit, per quos cursus sui principium cœperat, ἀποκατά-
στασις vocant studiosi rerum cœlestium. Columella.
Potest ergo et revolutio Saturni planetæ ad primum
situm intelligi, aut turbatio rerum et ἀποκατάστασις ma-
ligno ejus sidere concitata. At mss. Rip. habet
apocatasticus. Brechtus apostaticus, id est, retrogradus:
aut potius, contrarius, maleficus.

^f Κλιμακτήριος dicuntur anni scansiles, ἀλίμαξ,
quod est gradus. Vanissimas istas observationes ipse
Plinius ridet lib. vii, cap. 49: Rursus Esculapii
secta, inquit, quæ stata vitæ spatia a stellis accipi dicit,
sed quantum plurimum tribuat, incertum est. Rara autem
esse dicunt longiora tempora, quandoquidem mo-
mentis horarum insignibus lunæ dierumve septem at-
que novem (quæ nocte ac die observantur) ingens turba

et probare. Age nunc, interroga alterum mathemati-
cum, cui ipse horas ipsorumque tempus in hominibus
exuberant casibus dicas, illico videbis eum tibi ra-
tionabilia schemata infinita adferre, quibus appohet,
quia in ipsis tibi temporibus evenire deberent bona.
Circulum etenim tenet ex omni parte collectum, in
quo diversas et varias causas accipit, et quibus occa-
sionem capit dicendi quod voluerit.

56. Nam futura dum penitus prævidere non pos-
sunt, climactericas dicunt, id est naturæ rei incerta
profugia. Nam diversis temporibus nati uno naufragio
perierunt, et una hora diei vel noctis exorti,
alter ad mendicitatem deponitur, ascendit alter ad
regnum: et in uno prelio innumerabilis multitudo
prosternitur, et uno die, imo uno ⁱ puncto, in una
domo, duæ feminae, pudicissima altera, altera effi-
citur impudica: utriusque stellæ si meritum conta-
lerint, nec meretrix vituperanda est, nec casta
laudanda. Certe legum latores et principes sacro sua
prævaricata puniunt, et ideo forum, ideo iudex, ideo
iura, et justi laudantur recte, et injusti merito pu-
niantur. Et hoc nolo ut otiosum existimes, quod te
ipsum nondum salvatum attendis. Nam si ex integro
a te inimici generis humani cæremonias abjiceres,
in temetipso quod verum est didicisses.

57. Audiens hæc Chromatius dixit: Verus ille
Deus est, qui vos tales probatur habere cultores.
Nam omnis sermo vester ita rationibus affluit; ut et
pecudum ad rationem veram mentes inclinet. Unde
etiam hoc ipsum quod ad ornatum domus visus sum
excepisse, ne impediat salutem meam ejus incoheritas,
dissipetur. Credo enim, et hæc fides mea est, quod
his omnibus quæ Christianitatis lex abominatur et
prohibet, si a me ex integro separavero, et præcep-
tem merear salutem consequi et futuram.

58. Audiens hæc filius ejus Tiburtius dixit: Nulla
patiar ratione hæc opus pretiosum et præcipuum at
incomparabile deijci. Sed ne paternæ salutis videar
venire contrarius, deferantur deo cibum et accensi
ante januam cubiculi præparenter, ut dum destru-
ctum ab eis fuerit, et pater meus non receperit

nascatur, scansit annorum lege occidit, quam climac-
teras appellant, non fore ita genitum LIV annuum exes-
cendibus. Primum ergo artis ipsius inconstantia decla-
rat, quam incerta res sit. Accedunt experimenta et
exempla recentissimi census, quem intra quadriennium
imperatores caesares Vespasiani, pater filiusque, cæso-
res egerunt. Et quibusdam interjectis exemplis, sub-
dit: Alia mortalitatis inconstantia: Homerus eadem
nocte natus Hectorem et Polydamanta tradit, tam di-
versæ sortis viros. C. Marius, Cn. Carbo in Cass. ad
quintum Kalend. Junias, M. Cæcilius Rufus et C.
Licinius Calvus eadem die geniti sunt, oratores quidem
ambo, sed tam dispari eventu. Hoc etiam usdem horis
nascentibus in toto mundo quotidie evenit, pariterque
domini ac servi gignuntur, reges et inopes.

^g Brechtus et quidam codices, reditus; al. synde-
ctos; al. si inditus; alii exete, syndetos et syndetus,
id est colligatus, convinctus; forte syndectos, con-
unctio.

^h Quidam codices stigmata. Brechtus hoc omisit.

ⁱ Al., puncti atomo.

uitatem, ambo in singulis clibanis ardentibus de-
mergantur. Audiens hæc pater ejus, prohibebat fieri.
Sancti vero non solum non metuebant promissum
exitium, verum etiam constanter præparari clibanos
hortabantur.

59. Tunc accesserunt ad universa idola crystallina
et holovitrea, et omne opus illud mechanicum : et
subito, dum sanctorum manibus frangerentur, ap-
paruit ante oculos Chromatii juvenis, cujus facies
flammeo radiabat aspectu et dixit ei : Misit me Do-
minus meus Jesus Christus, cui credidisti, ut om-
nium membrorum tuorum recipias sanitatem.
Ad hanc vocem sanissimus redditus cœpit currere
post juvenem, ut pedes ejus oscularetur. At ille dixit
ei : Vide ne contingas me, quia nondum baptismatis
sanctificatio te a squaloribus abluit idolorum. Videns B
hæc Tiburtius filius ejus, advolvitur ad pedes
S. Polycarpi. Ipse autem Chromatius præfectus as-
tringebat plantas S. Sebastiani, et ambo una voce
clamabant : Verus Deus est Christus, verus et om-
nipotens unigenitus Filius Dei, quem prædicatis boni
ministri ejus.

CAPUT XVII.

Chromatii et Tiburtii baptismus.

60. Tunc B. Sebastianus dixit Chromatio : Sicut
ipse nosti, principatum primæ cohortis ago, sed utrum
sit ^a militia hominis, nescire olim decrevi, nec vellem.
Ad hoc tantum sub chlamyde latere volui, ut nutan-
tium animos instruereim, et dubitantes constantes
efficerem, ne passionem doloribus cederent, quos C
fides fecerat bellatores. Tu autem amplissimæ po-
testatis apicem gerens, non potes temetipsum nec a
spectaculis tollere, neque judicandis negotiis absen-
tare. Simulans igitur ægritudinem, tibi ipsi postula
successorem, ut possis liber ab occupationibus muni-
di, futuræ vitæ rudimenta suscipere, ut secunda na-
tivate iterum natus æternis efficiaris parentibus
proles. Eodem itaque die mittit ad amicos suos in
palatio positos, per quos testimonialia scripta sus-
cipiens, tirocinium divinæ militiæ antequam bap-
tizaretur accepit.

61. Quid minorem, quam plenissimæ fidei fuerit,
quamque acris ingenii contra infidelium asserta con-
stiterit? Sequens lectio manifestat. Nam in initio D
qualiter sit sacrosancti fontis unda perfusus, mentis
ejus fides evidenter enituit. Interrogatus si crederet,
dixit : Credo. Iterum interrogatus, utrum abrenun-
tiaret omnibus idolis, respondit : Abrenuntio. Pro-
secuta est interrogatio sacerdotis, utrum renuntia-
ret omnibus peccatis ; at ille ait : Ista prius debuisti

^a Mss. Rehdorf., *malitia*.

^b Al., *regni*.

^c Al., *totis diebus*.

^d Colitur S. Caius papa 22 April ; sedit a consula-
tu Cari II et Carini, an. chron. 283, usque ad consu-
latum Diocletiani VI, et Constantii II, an. Chron. 296.

^e Carinus sub finem anni 282, cæsar creatus,
Caro patre in expeditione Persica ictu fulminis, Nu-
meriano fratre Apri soceri fraude extinctis, ipse
quoque anno 285, Diocletiani II, ab hoc victus inter-
emptusque est.

inquirere antequam has aulas ^b regis cœlorum in-
trarem. Nunc autem reinduum me non baptizatus,
ut omnibus prius, quibus sum iratus, indulgeam ;
omnibus debitoribus meis chirographa restituum ;
si cui aliquid violenter abstuli, integrum reddi præ-
cipiam : duæ mihi post uxoris obitum concubiæ
sunt, et istis dotem et maritis tradam, ab omni nexu
servili, ingenuo, privato, vel publico actuum meo-
rum exsolvam : et ita demum promittam renuntia-
turum me omnibus peccatis diabolicis et voluptati-
bus mundi. Dicit ei Polycarpus presbyter : Beatiorum
te cœlestis unda perfundet, cum ea quæ arbitrio tuo
dicis te esse facturum, tota festinatione compleveris :
nam et quadragesimæ tempus ideo baptizandis in-
jungitur, ut ^c tot diebus ipsi discant renuntiaturos
se esse omnibus artibus inimici et mundi commer-
ciis, si qui verissime effici volunt Christiani.

62. Tunc Tiburtius juvenis sapientissimus dixit :
Pater, si tibi pro renuntiandis negotiis tempus fla-
gitas, ego qui adhuc suscepturus eram negotia fori,
soli susceptionis voluntati renuntio : et qui futurus
eram advocatus ad agendas causas mortalium, sus-
cipiam Christianitatem, ad agendas actiones angeli-
cas, cum unus esse cœpero ex eorum numero, qui
æternam vitam accipiunt, et efficiuntur caesidici
sanctitatis. Tunc amplexatus est eum B. Sebastia-
nus : quem cum baptizasset S. Polycarpus, ipse pa-
ter susceptionis ejus est factus.

63. Igitur dum pauci admodum transacti fuissent
dies, omnibus rite abrenuntiatis a Chromatio mundi
negotiis, suscepit Chromatius sacri baptismatis novi-
tatem ; et cum eodem ex familia ejus promiscui sexus
mille quadringentæ animæ, quos omnes prius ma-
numissionis gratia a servitutis nodo exsolvit, et do-
nis optimis instruxit, dicens hoc : Illi qui Deum in-
cipiunt habere patrem, servi hominis non debent
esse.

CAPUT XVIII.

Chromatius, præfectura Urbis abdicata, persecutionis tempore Christianos alit.

64. Erat autem papa urbis Romæ nomine ^d Caius,
vir magnæ prudentiæ, magnæque virtutis, imperan-
tibus ^e Carino, Diocletiano et Maximiano. Sed Dio-
cletianus in Urbe erat cum Maximiano : Carinus æ-
tem erat cum omni exercitu in partibus Galliarum
positus : et ejus intuitu lenta persecutio Diocletiani
circa Christianos esse cœperat ; quia ^f Carinus ha-
bebat aliquos amicos, quos hujus tituli professio de-
corabat.

65. Igitur occiso Carino in civitate ^g Maguntiacæ

^f Huc fortasse respexit Vopiscus de eo scribens,
odio nostræ religionis : *Amicos optimos quosque re-
legavit ; pessimum quemque elegit aut tenuit ; et in-
fra : hominibus improbis plurimum detulit.* Tales
etiam Christiani habiti quamquam alioquin *flagitiose
vixisse Carinum Orosius quoque testatur. Sed aucta
invidia, quod in comitatu Christianos haberet, etiam
sanguine junctos, ut ex vita S. Juliani 9 Januar.,
cap. 18, num. 35, patet.*

^g Ita plerique codices ; quidam, *Maguntiacæ* ; nntis,
Maguntiacæ ; Nombrius, *Montiacho* ; Brechtus, *ad*

^a Maximiano et Aquilino consulibus, facta est persecutio talis, ut nullus emeret vel venundaret aliquid nisi qui ^b statuiculis positus in eo loco, ubi emendi gratia ventum fuisset, thuris exhibuisset incensum. Circa ^c insulas, circa vicus, circa ^d nymphæa quoque erant positi compulsores, qui neque emendi copiam darent, aut hauriendi aquam ipsam facultatem tribuerent, nisi qui idolis delibassent.

66. Tunc S. Caii episcopi consilio habito, Chromatius illustris vir omnes Christianos in domo sua suscepit, et universos ita fovebat, ut nullus omnino sacrificandi necessitati succumberet. Verum quia tanta vis persecutionis extiterat, ut opinio ipsa Christianitatis ejus celari non posset, meruit ex sacro rescripto Chromatius ut medendi gratia in Campano littore moraretur, ^e in quo erat lati cespitis dominus, tribuitque copiam omni Christiano ire volenti cum eodem ad persecutoris rabiem declinandam. Tunc orta est contentio inter S. Polycarpum, et B. Sebastianum; quis horum duorum in Urbe remaneret, et quis iret cum Chromatio, qui tantum populum susceperat Christianum. Quibus altercantibus venerabilis papa Caius dixit: Dum ambo passionis coronam quaeritis, acquisitura Domino populum desolatis. Unde mihi videtur, ut tu, frater Polycarpe, quia et sacerdotii rectum tramitem tenes, et scientia Dei repletus es, pergas simul ad confortandas credentium mentes et animos dubios ^f aedificandos. At ille his auditis quievit et blandum papæ imperium æquanimiter tulit. Venit itaque dies Dominica, in qua Caius episcopus agens quæ Dei sunt intra domum Chromatii, hac omnes alloquitur voce: Dominus noster Jesus Christus præscius fragilitatis humanæ duos in se credentibus constituit gradus, confessionis scilicet et martyrii, ut hi qui martyrii pondus se posse perferre desperant, confessionis gratiam teneant, et dantes ^g latus bellantibus, Christi militum, qui pro ejus sunt nomine pugnaturi, sollicitudinem gerant. Pergant itaque qui volunt una cum filiis nostris Chromatio et Tiburtio, et mecum in hac

Urbe qui voluerint maneant. Non enim nos terrarum spatia dividunt, quos Christi charitas necit, nec absentiam vestram sentiunt oculi nostri, quia de interioris hominis vos intuemur aspectu.

67. Hæc et his similia dicente papa Caio, exclamavit Tiburtius, vir clarissimus dicens: Obsecro te, pater et episcoporum episcopo, ne me patiaris terga persequentibus dare. Mihi enim valde jucundum est et optabile, si possem millies pro vero Deo occidi, tantum ut illius vitæ dignitatem inveniam, quam nullus mihi successor eripiat, cui nulla tempora finem imponant. Tunc S. Caius, congaudens fidei ejus lacrymas effundebat, orans ut omnes qui remanserant certamine victores existerent, triumphum martyrii capientes.

CAPUT XIX.

SS. Sebastiani, Tiburtii, et aliorum præclara facta in Urbe.

68. Remanserant autem cum venerabili Caio papa hi, Marcellianus et Marcus, simul quoque et pater eorum vir clarissimus Tranquillinus, item B. Sebastianus, et pulcherrimus juvenis, sed et mente pulchrior, S. Tiburtius, et Nicostratus ex primiscripio cum fratre suo Castorio, et cum conjuge sua, Zoe nomine; item Claudius cum Victorino fratre suo et cum filio suo ^b Symphoriano qui fuerat a morbo hydropis liberatus. Hi tantum, universis cum Chromatio proficiscentibus, cum Caio episcopo remanserunt: Marcus et Marcellianus diaconi honore sanctificavit, Tranquillinum vero patrem eorum, fecit presbyterum. S. Sebastianum autem, qui ad multorum profectum sub specie militiæ latebat, defensorem Ecclesiæ instituit, cæteros vero subdiaconos fecit.

69. Sed quia tutus nullus inveniri poterat locus ad latebram ⁱ confovendam, morabantur omnes apud Castulum quemdam Christianum ^j zetarium palatii: qui Castulus ibidem in palatio, in superiori loco et valde altissimo commanebat. Ideo autem hæc apta mansio probabatur, quia et ipse Castulus

Margum: recte. Ita Vopiscus: Nam contra Diocletianum multis præliis conflixit. Sed ultima pugna apud Margum commissa occubuit. Alia exemplaria habent apud Martium. Eutropius lib. ix: Postea Carinum omni odio et detestatione viventem, apud Margum ingenti prælio vicit, proditum ab exercitu suo, quem fortissem habebat, certe desertum, inter Viminatium atque Aureum montem. Aurelius Victor de Cæsaribus: At Carinus ubi Mæsiam contigit, illico Margum juxta Diocletiano congressus, dum victos avidè premeret, suorum ictu interiit. Margus urbs erat Mæsiæ, et Numen, ut in tabula itineraria videre est.

^a Ita plerique codices omnes. Legendum forte, *Maximo et Aquilino*, nisi *Maximianus Hercules* illi subrogatus, qui anno sequenti, Christi 287 secundum consulatum gessisse legitur. Is ergo coss. cum superiore anno occisus esset *Carinus*, vehemens commota persecutio in Occidente.

^b Ita S. Gregorius Turonens. lib. 1 Hist. Franc. cap. 5. Hic (Chus) primus statuiculum adorandum diaboli instigatione constituit. Alii statuiculum, legunt, et staticulum, uti et hic, estque staticuli nomen etiam Tertulliano usurpatum. Brechtus: *statuiculis, hoc est, parvis idolorum statuis.*

^c Insulæ in urbibus sunt domus undique vicis clause, atque ab aliis separatæ, uti marinæ insulæ undique aquis ambiuntur. Suetonius in Nerone, cap. 46: et ut ante insulas ac domos porticus essent, de quarum solaris incendia arcerentur; et in Julio, cap. 44: Recensum populi nec more nec loco solito, sed vicatim per dominos insularum egit. In veteri descriptione Urbis ad singulas regiones, numerus exprimitur insularum.

^d Al., *nymphas*. In eadem descriptione Urbis præter *balnea lacusque* aliquot recensentur *nymphæa*.

^e Al., *quod latex subterfluit, in quo erat latice piscis*, etc., inepte corrupta lectio.

^f Ms. Rip., *recreandos*; al., *confirmandos*.

^g Al., *locum*.

^h Is, supra, *Felicissimus* appellari videtur. At niss. omnes præterquam Ripatorii, *Symphorianum* hic habent, quem alii *Symphorianum*, alii *Sympronianum* vocant. Inscriptus est Martyrologiis 7 Julii, at *Felicissimus et Felix 2 ejusdem*.

ⁱ Ms. Rip. *contuendam*.

^j Quid *zetæ* sint aut *zætæ*, quibus *zetarius* præerat, supra dictum est ad cap. 3.

cu. u. sui. omnibus christianis inus erat; et lex data de sacrificiis cum ubique eoi fervore deserviret, in illis qui palatio adhererant, quia nec suspicio de eis esse poterat, celabatur. Erant ergo, ut diximus, omnes hi morantes cum sancto papa Caio apud Castulum zetarium, in ipsis superioribus palatii, et die noctuque gemitibus ac flentibus, et jeuniis etque orationibus occupati, exorabant Dominum, et digni laudarentur tolerantia confessionis ejus, in numero sanctorum martyrum sociari.

70. Ascendebant autem ad eos occulte religiosi viri et religiosae feminae, et a Sanctis diversas sibi sanitatum gratias impetrabant. Corroboratos namque veræ fidei firmitate et solidato fundamento virtutum, sanitatum gratia prosequerentur. Nam et carcerum oculi illuminabantur eorum precibus, et sanabantur infirmi, et ex obsessis corporibus demones pellebantur.

71. Interea dum hæc aguntur, transiens B. Tiburtius occurrit homini qui de alto lapsus, et caput et omnia membra quassaverat, ita ut de seia sepultura ejus agerent hi, quorum filius esse dignoscatur. Tunc dicit eis flentibus: Permittite me a precorari ei, forsitan recuperabit sanitatem. Cumque omnes dedissent spatium, accessit juxta eum, et dicens supra vulnera ejus lente orationem Dominicam et symbolum, ita solidata sunt ossa ejus, et caput et omnia viscera, ut quasi nihil ei evenisset, ita factus sit incolumis.

72. Hæc itaque cum fecisset cepit ira. Tenebant autem illum parentes ejus dicentes: Veni et habeam servum et omnia bona nostra tibi tradimus cum eo, quia ipsum unicum, quem habebamus, nobis jam mortuum reddidisti vivum. Dicit eis: Si hæc vobis dixerō feceritis, magni pendam mercedem sanitatis hujus. Dixerunt ei parentes ejus: Nonnulli nos ei servos habere digneris, contraire non possumus: quia immo et optamus, si ipse iudicaveris dignum. Tunc apprehendens manus eorum, segregavit eos a turbis, et indicavit eis virtutum nominis Christi. Et videns animum eorum fixum fortiter in timore Domini, perdidit eos ad papam Caium et dixit: Venerabilis papa ac divini legis antistes, ecce quos per me hodie lucratus est Christus, in quibus fides mea velut arbuscula novella, primum prorupit in fructum, Tunc S. Caius episcopus baptizavit eos, hoc est, juvenem cum parentibus suis, Deo gratias referentes.

CAPUT XX.

SS. Zoes, Tranquillini et aliorum cædes.

73. Verum quia multum est si velimus ea prosequi quæ et quanta per eos fecerit Christus, qualiter

A unusquisque ad palmam martyrii venerit tantummodo explicemus. Beatissima Zoë in Apostolorum mensa dum ad Confessionem Petri apostoli oraret, ab insidiantibus paganis arctatur, duciturque ad patronum regionis Naumachia, et compellitur Martius^d statuaculo, quod illic stabat, turris guttas incendere. Tum illa respondit: Mulierem Marti sacrificare compellitis, ut ostendatis Martem vestrum mulieribus delectari. Sed ille impudicissimæ Veneri potuit pudorem eripere, mihi vero tropæum fidei in fronte portanti non poterit prævalere. Non enim ego meis contra eum viribus luctor; sed in Domini mei Jesu Christi virtute confidens, et vos et illum pariter ridendo contemno. Tunc patronus regionis misit eam in custodiam obscurissimam, et per quinque dies B fecit eam nec lumen videre, nec cibum nec potum accipere. Solum vox ejus qui eam illic incluserat audiebatur dicentis: Ibi morieris fame, et siti, et cæcitate, nisi te libertatam repromiseris diis.

74. Sed cum pertrassissent sex dies suggesterunt de ea prefecto sævientis: qui jussit eam a collo et capillis in arborem excelsam suspendi et subter firmum ex sterquilinio adhiberi. Statim autem ut suspensa est, in confessione Domini emisit spiritum. Illi autem auferentes corpus ejus saxo ligaverunt et Tiberis alveo immerserunt, dicentes: Ne Christiani corpus ejus tollant, et faciant sibi illam deam.

75. Igitur celebrato martyrio ejus, venit in somnis B. Sebastiano, et narravit ei qualiter martyrium Domini suscepisset. Quod cum narrasset S. Sebastiano, proripuit se S. Tranquillinus, dicens: Feminae ad coronam præcedunt, ut quid vivimus? Ipse quoque descendens Apostolorum natalitii octavo die, ad B. Pauli Confessionem accessit; nihilominus et ipse perpeccatus insidiis tentus est, et a populo lapidatus et mortuus est, et corpus ejus Tiberino gurgiti mancipatum est.

76. Item Nicostratus et Claudius una cum Castorio et Victorino et Symphoriano, dum corpora Sanctorum per ora Tiberina requirerent, a persecutoribus tenti sunt, et ad Urbis præfectum perducti. Erat iudex Fabianus, qui eos hortabatur ad sacrificandum, et per decem dies misit eos et blanditiis agens in nullo penitus potuit commovere. Tunc fecit de his suggestionem imperatoribus, qui jusserunt eos atque tertio torqueri. Cumque nulla ratione tormentis compulsi cederent, fuisse eos in medio mari precipites dari. Immensis igitur arctati ponderibus, pelagi fluctibus datæ sunt, et in loco mundo inter æguas coronam martyrii celebraverunt. Insidiabantur itaque infideles fidelibus, et iniquo furore vexati christianum non poterant nec nomen audire.

^a Al., incantare; ed., decantare.

^b Confessio est pars ecclesie ubi sanctorum corpora quiescunt, ac fere sub majori altari.

^c Plures fuerunt in Urbe Naumachia, Diocletiani regione nona; alia tertia decima; hæc decima quarta trans Tiberim. Et Baronius an. 286, u. 43, hoc trans Tiberim gestum censet, et nonnumquam tunc certis locis, certis hominibus ad inquirendos Christianos

nos distincta; sicque ut uni Urbis regioni plures essent præfecti patroni, qui singuli in parte sibi concredita Christianos inquirerent.

^d Al. statuaculo, ut supra.

^e Collitur 5 Jul.

^f 6 Jul.

^g 7 Jul.

CAPUT XXI.

S. Tiburii martyrium.

77. Interea dum S. Caio episcopo quidam se simulata fide sociasset, dicebat se esse Christianum; porro hic apostata existerat et erat fraudulentus in omni sermone, et callidus in omni commisso. Quid multa? dum a B. Tiburtio viro scholasticissimo et nobili et sancto frequenter argueretur, quod capillos super apicem frontis tonsoris arte componeret, et quod assidue a pasceretur et ludendo pranderet; et quod licentius feminarum se aspectibus daret, et quod a jejuniis se et orationibus tolleret, quod somno deditus non interesset; b pervigil in hymnis Dei ducentibus noctes; dum pro his, ut diximus, a B. Tiburtio acrius argueretur, simulat se zequanimenter mentem accipere; et agit arte quatenus orantem S. Tiburtium comprehenderet infideles. In qua comprehensione seipsum teneri fecit, et simul ad secretarium perducitur iudicis scyventis. At ubi introducti sunt, Fabianus praefectus dixit ad eum, qui se arte tradiderat: Quis diceris? At ille respondit: c Torquatus. Fabianus dixit: Quid profiteris? Torquatus dixit: Christianus sum. Fabianus dixit: Ignoras quod iusserunt invictissimi principes, ut qui sacrificare diis noluerint diversis suppliciis macerentur? Torquatus dixit: Hic magister meus est, et ipse me semper docuit: quod hunc video facere, necesse est ut faciam.

78. Fabianus conversus ad S. Tiburtium dixit: Audisti quid Torquatus asserat? quid ad ista respondes? S. Tiburtius dixit: Torquatus diu est quod se Christianum esse mentitur; virtus enim nominis ipsius sancti graviter fert et moleste, suum nomen non a suis d amatoribus usurpari. Revera enim, vir illustrissime, hoc Christianum vocabulum, divinae virtutis est, sectatorum videlicet Christi, qui vere philosophati sunt, qui vere Christiani dicti sunt, qui ad obtendas libidines fortiter dimicant. Credisne, vir illustrissime, hunc esse Christianum, qui in lenocinio sui e moliendo capitis f simbras committit, qui tonsorem diligit, qui scapulas molliter gestit, qui g fluxum gressum improbo nisu distendit, qui viros negligenter agit, feminas diligentius intuetur. Numquam tales Christus habere dignatus est servos. Verum quoniam me hic se imitaturum asseruit, hic in tuo conspectu probabis eum esse mentitum. Hic enim qualis semper fuerit nunc evidenter ostendet.

79. Fabianus dixit: Consultius facies, si saluti tuae consulas, et principum decreta non contempnas. S. Tiburtius dixit: Ego saluti meae melius non consulo, quam ut deos deasque contempnas, unum Dominum Iesum Christum Deum meum esse constiter.

A qualis dixit: Non solum ipse Christianus crudeliter est, verum etiam multos persuadet, et decipit, ac docet omnes deos daemones esse; ipse autem cum sociis suis, cum quibus magicas h artes exerceat die noctuque incantationibus occupatur. S. Tiburtius dixit: Falsus testis non erit impunitus. Et ait iudex: Iste, quem vides, illustrissime vir, malitiae suae curis exarsitans ad nihil aliud Christianis est iunctus, nisi ut cogitaret quomodo se nobis quasi Christianum ostenderet; quomodo aliis se fidelissimum mentiretur. i Reprehendebam tamen in eo Cyclopeam edacitatem, j et mersum vino pudorem, et sepultam divini nominis sanctitatem. Ebrius patiebatur sitim, et esuriam vomens: nec ut Christianus, sed ut Antonianus quoddam ille conviva manducabat, bibebat, vomebat, et nunc Christianus arguit, Christianos accusat, in nos mitem iudicem incitat, gladium volenti iudici porrigit, et ut daemones cervices nostras inclinemus hortatur. Videmus votum tuum, videmus cruenta consilia; et scelerata arte verborum venena tui pectoris intuemur. Accingere nunc k crudelissime: utere carnificis officio: vendica tibi et ipsius iudicis vocem; applica aculeos, suspende Christianos, damna, percutite, incende, universa tormenta adhibe, bene nos accepisti. Si exilium minaris, hoc philosophantibus totus est mundus; si supplicium, evadimus mundi carcerem; si ignes, majora horum in cupiditatibus vincimus. Decerne quidquid libet, omnis nobis vilis est poena ubi pura comes est conscientia.

80. Fabianus praefectus dixit: Restitue te generi tuo, et hoc esto quod te natura dictavit. Nobilis enim natus ad tantam devolutus es faecem, ut l velis et supplicium simul et infamiam subire et mortem. S. Tiburtius dixit: O prudentissimum virorum, et Romanis iudicem constitutum! quia meretricem Venerem, et incestam Iovem, et Mercurium fallacem, et Saturnum filiorum occisorem colere nolo, infamiam m generositatis incurro: et quia unum et verum Deum, qui in caelis regnat, adoro et veneror, supplicii me macerandum esse minaris. n Non annuimus tuae persuasioni: non negamus; Christum Filium Dei ad hoc de caelo descendisse ad terras, ut o terris homo ad caelum posset ascendere; ideo istas omnes vanas effugies, quas colitis sine causa, proculcans pedibus meis, Deo me omnipotenti subieci.

81. Tunc Fabianus iussit ante pedes eius carbonem ardentes effundi; et ait ad eum: Elige tibi unum o duobus, aut thura in istis carbonibus adijce, aut pedibus super eos nudis incede. Tunc B. Tiburtius faciens signum crucis, constanter nuda super eos ingressus est planta, et cepit praefecto dicere: Depone infidelitatem et disce quia hic solus est Deus, quem

a Ms. Rip., potaret.

b Al., pervigiles.

c Metaphras., Curtialis, ne forte legendum Turcualis.

d Al., moribus,

e Al., molliendo.

f Al., fibras omittit; al., fibras amittit.

g Al., fluxum.

h Al., clades.

i Al., reprehendebant.

j Al., immensum vini pudorem; Drachmus, emergens vino pudorem.

k Al., christianissime.

l Al., possis.

m Al., ingenerositatem.

n Al., non abnuimus, non renitimus, non negamus.

confitemur creaturis omnibus dominari. Mitte tu, si A potes, in nomine Jovis dei tui manus in calidam aquam; et si potest Jovis tuus, faciat te non sentire fervorem ardoris. Nam mihi in nomine Domini mei Jesu Christi videtur, quod super roseos flores gradior, quia creatura Creatoris sui famulatur imperio.

82. Fabianus dixit: Quis ignorat magicam vos docuisse Christum vestrum? S. Tiburtius dixit: Obmutesce, infelix, et noli auribus meis hanc injuriam facere, ut audiam te rabido ore latrantem, mellifluum nomen ejus sanctum nominare. Tunc iratus Fabianus dictavit sententiam dicens: Blasphemator deorum, et reus atrocium injuriarum, gladio animadvertatur. Ductus est autem via Lavicana tertio milliario ab Urbe, et effundens orationem ad Dominum uno ictu gladii verberatus ^a abscessit. Et in eodem B loco a parente quodam Christiano sepultus est: in quo loco multa beneficia semper præstitit Christus ad laudem nominis sui usque in præsentem diem.

CAPUT XXII.

SS. *Castuli, Marcelliani, Marci, cædes.*

83. Post hæc autem Torquatus egit ut Castulus zetarius palatii, hospes Sanctorum, comprehenderetur: qui cum fuisset arctatus, et hic tertio appensus, tertio auditus, in confessione Domini perseverans, missus est in foveam et dimissa est super eum massa arenaria, et ipse cum palma martyrii ^b migravit ad Dominum.

84. Tenentur post hæc Marcellianus et Marcus; et ambo ligati ad stipitem clavos in pedibus acutos acceperunt; quibus dicebat insanissimus Fabianus: C Tandiu fixis stabilitis plantis, quousque diis debitum redhibeatis officium. Tunc ambo fratres in uno ligno confixi psallebant dicentes: Ecce quam bonum et quam jucundum habitare fratres in unum. Dicit eis Fabianus: Infelices et miseri, deponite amentiam vestram, et liberate vosmetipsos a cruciatibus imminentibus super vos. Cui respondentibus ambo dixerunt: Numquam tam bene epulati sumus: modo cœpimus esse fixi in amore Christi. Utinam nos sic esse sicut sumus tandiu permittas, quamdiu hujus tegimur corporis indumento. Cumque transisset una dies et una nox, et illi in psalmis et hymnis perseverarent, jussit eos ambos ubi stabant lancis per latera verberari: et ita per martyrii gloriam ^c ad siderea regna migraverunt. Item sepulti sunt et ipsi in via Appia, milliario secundo ab Urbe, in loco qui vocatur Ad Arenas, quia cryptæ arenas illic erant, ex quibus Urbis mœnia ^d struebantur.

^a Colitur S. Tiburtius 11 Aug., quo die et S. Chromatii parentis ejus memoria agitur.

^b 26 Martii.

^c 18 Junii.

^d Al., *instruebantur.*

^e Al., *sumerent*; al., *suerent*; al., *exsuerent*; al., *in eum jacerent.*

^f Al., *insutus*; al., *insitus.*

^g Plurimi codices *Hirene*; Raban., *Herene*; al., *Herena*; al., *Ærena.*

^h Al., *insulam excelsam.*

ⁱ Ubi hi fuerint gradus *Heliogabali*, sive *Elagabali*; colligi ex Lampridio potest, qui in Antonino

CAPUT XXIII.

S. *Sebastiani gloriosum certamen.*

85. His ita gestis B. Sebastianus ab insidiantibus conventus est: et quia, ut diximus, videbatur sub chlamyde latere, cum miles esset dignissimus Christi, suggestit de eo præfectus Diocletiano imperatori. Quem Diocletianus ad se convocans, ait: Ego te inter primos palatii mei semper habui. Et tu contra salutem meam in injuriam deorum hactenus latuisti. S. Sebastianus dixit: Pro salute tua semper Christum colui, et pro statu Romani orbis illum, qui in cœlis est, semper adoravi, considerans a lapidibus auxilium petere insani capitis esse et vani. Tunc iratus Diocletianus jussit eum duci in medium campum, et ligari quasi signum ad sagittam, et jussit ut sagittarii eum ^a figerent. Tunc posuerunt eum milites in medio campo et hinc inde eum ita sagittis repleverunt, ut quasi hericium ita esset ^b hirsutus ictibus sagittarum.

86. Æstimantes autem illum esse mortuum abierunt. Tunc relicta martyris Castuli zetarii, nomine ^c Irene, abiit nocte, ut corpus ejus tolleret et sepeliret. Et inveniens eum viventem adduxit ad domum suam in ^b scala excelsa ubi manebat ad palatium, et ibi intra paucos dies salutem integerrimam recuperavit in omnibus membris.

87. Cumque omnes Christiani ad eum convenirent, hortabantur eum abscedere. Ille autem oratione facta descendit, et stans super gradus ⁱ Heliogabali, venientibus imperatoribus dixit: Iniquis snbreptionibus animos imperii vestri templorum pontifices obsident, suggerentes de Christianis falsa commenta, dicentes eos Reipubl. esse adversarios; quorum orationibus ipsa Respublica melioratur, et crescit; qui pro imperio vestro et pro salute Romani exercitus orare non cessant. Cum hæc et talia diceret, Diocletianus ait: Tune es Sebastianus, quem nos dudum sagittis jusseramus interfici? S. Sebastianus dixit: Ad hoc me Dominus meus Jesus Christus resuscitare dignatus est, ut conveniam et contester vos coram omni populo, injusto judicio persecutionem vestram in Christi famulos ebullisse.

88. Tunc jussit eum in ⁱ hippodromo palatii duci, et tam diu ^k fustigari, quamdiu spiritum exhalaret. Tunc tulerunt corpus ejus nocte, et in ^l cloacam Maximam miserunt dicentes: ne forte Christiani eum sibi martyrem faciant. Tunc B. Sebastianus apparuit in somnis S. Lucinæ cuidam matronæ religiosissimæ dicens: In cloaca illa, quæ est juxta circum, invenies corpus meum pendens in ^m gompho.

Heliogabo ita scribit: *Heliogabalum in Palatino monte, juxta aedes imperatorias consecravit, eique templum fecit.... id agens ne quis Romæ deus nisi Heliogabalus coleretur.* Hujus nimirum dei sacerdos fuerat Antoninus ille.

^l Aliqui codices, *epidromio*; quidam, *hypodromio*; alii, recte, *hippodromio.*

^k Rabanus et alii, *fatigari*; al., *fustibus cædi.*

^l De cloacis Urbis plane admirandis consule Baronium in Notat. ad Martyrol. 26 Aug.; Andream Fulvium Antiquitat. Roman. lib. III, cap. 30; Pli-nium lib. xxxvi, cap. 15.

^m Brechtus et plerique codices, in *anco.* Uncum

Hoc tu dum levaveris perduces ad ^a catacumbas et ^A sepelies in initio cryptæ juxta vestigia Apostolorum.

89. Tunc B. Lucina ipsa per se cum servis suis medio noctis abiit, et levans eum posuit in ^b pavone suo, et perduxit ad locum, ubi ipse imperaverat, et cum omni diligentia sepelivit. Ipsa autem sancta Lucina per xxx dies a loco sancto ipso non discessit.

hunc esse vult Baronius quo ad cloacam, pertractum erat martyris corpus, ut fieri solitum pluribus veterum testimoniis probat. Lampridius in Commodus: *Carnifex unco trahatur, carnifex senatus more majorum unco trahatur.* Et in Heliogabalo: *Per plateas tractus est sordidissime, per cloacas ductus, et in Tiberim submissus est.* At cum impactus esset corpori uncus, qui ex unco pendeat? an uncus multiplex in uno, veluti quo e puteis profundioribus quæ inciderent extrahere mos est; sicque muro fortassis dens unus infixus? Veriorem, ni fallimur, lectionem quidam codices commonstrant, in quibus *gumpho* et *gonpho* scriptum. Legendum in *gonpho*. Est γόμφος, *clavus*, vel *junctiona*. Ita Satius, iv Silv. de via Domitiana:

90. Post aliquantos autem annos pax Ecclesiæ est reddita: quæ statim ut Ecclesia gloriam pacis accepit, domum suam ^c fecit ecclesiam. Cui omnes suas opes ad Christianorum requiem relinquens, fecit ipsam Ecclesiam hæredem in Christo, qui cum Deo Patre et Spiritu sancto æqualis vivit et regnat in unitate virtutis in sæcula sæculorum. Amen.

Tunc umbonibus hinc et hinc coactis,
Et crebris iter alligare gomphis.

connexis nimirum, ne distorqueantur et ab invice dividellantur, lapidibus. Tertullianus in Apolog.: *Cervices ponimus ante plumbum, et glutinum, et gomphos.* Franciscus Zephyrus Paraphrastes *maiores clavos* reddit. Eadem vox infra in S. Thyrsi martyrio. Hic ergo eminens uspiam e muro clavus, aliudve ferramentum firmandis lapidibus adhibitum videtur debere intelligi.

^a De catacumbis vel catatumbis legi potest Baronius in notis ad Martyrol 3 Jan. et 20 Jan.

^b Al., *papillione*; al., *pagone*; Sur., *pilento*; sicque legendum contendit Monachus. De *pavone*, sive *pagone*, egimus 16 Jan. ad vitam S. Marcelli cap. 5.

^c De hac re agitur in eadem S. Marcelli Vita.

LIBER DE

VITIORUM VIRTUTUMQUE CONFLICTU, AD SIMPLICIANUM.

CAPUT PRIMUM.

Apostolica vox clamat per orbem, charissime, atque in procinctu fidei positus ne securitate torpeant, dicit: Omnes qui pie volunt vivere in Christo Jesu, persecutionem patientur. Verum quia hoc tempore Christianitas etiam in suis principibus jam religiosa est, jamque fidelibus desunt pie viventibus in Christo Jesu vincula, verbera, flagra, carceres, equulei, cruces, et si qua sunt alia diversa tormentorum genera: quomodo verum erit (dicet quis) quod per Apostolum sonuit, ut omnes pie viventes persecutionem patiantur? An forte pacis tempore nemo vult pie vivere in Christo Jesu, et ideo desunt ista? Quis hoc modo vel decipiens dixerit? In hac ergo Apostoli sententia non specialis quorundam, sed generalis omnium persecutio debet intelligi. Et quoniam sunt multi intra sinum matris Ecclesiæ constituti, qui pie viventes in Christo, contumeliis afficiuntur, ac amarulentis opprobriis, injuriis, irrisionibusque lacesuntur: istane est illa generalis, inquiet, persecutio, quam Apostolus omnes pie viventes in Christo pati descripsit? Verum non istam facile dixerim: cum sint quidam in Ecclesia adeo devoti, quibus nemo pravorum audeat in faciem derogare. Alia ergo ex Apostoli verbis intelligenda est persecutio immanior et magis noxia, quam non mortalis intorquet severitas, sed vitiorum gignit adversitas. Dum enim contra humilitatem, superbia; contra Domini

C timorem, inanis gloria; contra veram religionem, simulatio; contra submissionem, elatio; contra fraternam dilectionem, invidia; contra charitatem, odium; contra libertatem justæ correctionis, detractio; contra patientiam, ira; contra mansuetudinem, asperitas; contra humilem dilectionem, tumor; contra spiritale gaudium, sæculi tristitia; contra virtutis exercitium, torpor vel ignavia; contra firmam stabilitatem, inquieta vagatio; contra fiduciam spei, desperatio; contra mundi contemptum, cupiditas; contra Dei amorem, amor proprius; contra simplicitatem, furtum et fraus; contra veritatem, fallacia atque mendacium; contra puram frugalitatem ac parcimoniam, ventris ingluvies; contra moderatum mœrorem, inepta lætitia; contra discretam taciturnitatem, multiloquium; contra illibatam castitatem, carnis immunditia atque luxuria; contra cordis munditiam, spiritualis fornicatio; contra amorem patriæ cœlestis, appetitus hujus sæculi opponens, semet emergit; hæc (inquam) cum virtutibus obsistere conantur, quid aliud nobis insinuant, quam quod crudelis adversus conglobatas virtutum acies pie viventium persecutio desæviat? O quam durus, o quam amarus est congressus superbiæ, quæ angelos de cœlo ejecit, hominem paradiso eliminavit (*Gene. iii*), cujus exercitus atque armorum conflictus vitia sunt, quæ breviter comprehensa tetigimus. Sed videamus quemadmodum castra cœli et inferni dimicent, arma Christi et diaboli decertent.

CAPUT II.

Primum superbia tibi dicit,

Certe multis, immo pene omnibus: Melior es, verba, scientia, honoribus et divitiis, et cuncta tibi carnalia et spiritalia suppetunt charismata: cunctos ergo despice, quoniam tibi metipsum superioram ostende.

Humilitas ex adverso respondet:

Memento quia terra es (*Genes. iii*), quia putredo et vermis es (*Job. xxv*), quia et si aliquid es, nisi tantum te humilias, quantum magnus es, perdis omnino quod es (*Ecclesi. iii*). Numquid tu altior quam primus angelus (*Ezech. xxviii*)? Numquid tu splendidior in terra, quam Lucifer in caelo (*Isai. xiv*)? Quod si ille de tanta sublimitate per superbiam cecidit, quomodo tu ad caelestem celsitudinem superbiendo de imis tendes? Qui quamdiu hic vivis, ea conditione teneris, de qua per Sapientem dicitur: Corruptibile enim corpus aggravat animam, et onerat terrena inhabitatio mentem multa cogitantem (*Sap. ix*). Quam densissimis putamus in terra superbiam tenebris lutum nostrum involvi (*Isai. lxiv*), si potuit in caelo stella, quae mane oriebatur, lucis suae globos amittere (*Isai. xiv*)? Audi ergo potius lucem veritatis dicentem: Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitae (*Joan. viii*). In quo autem ipsa esset sequenda, alibi praemonuit, dicens: Discite a me, quia mitis sum, et humilis corde, et invenietis requiem animabus vestris (*Matth. xi*). Audi, tumor superbiam: audi adhuc dicentem humilitatis magistrum: Omnis qui se exaltat, humiliabitur: et qui se humiliat, exaltabitur (*Luc. xiv*); et iterum: Super quem requiescit spiritus meus, nisi super humilem et quietum et trementem sermones meus (*Isai. lxvi*)? Audi quid etiam de illa veritatis luce dicat Apostolus, qui te ad eam sectandam invitat. Ait enim: Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se aequalera Deo: sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus, et specie repertus ut homo. Humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis (*Philip. ii*). Si igitur tanta humilitate se deprimat divina majestas, superbiere in aliquo non debet humana inferioritas.

CAPUT III.

Inanis gloria dicit:

Age bonum quod vales: ostende cunctis bonum quod agis ut bonus a cunctis dicaris, ut sanctus ac venerabilis ab omnibus praediceris, ut tamquam Dei electus noscaris: ut nemo te contempnat, nemo te despiciat: sed universi debitum tibi honorem persolvant.

Timor Domini respondet:

Si boni aliquid agis, non pro transitorio, sed pro aeternis vel honoribus age. Occulta quod agis, in quantum vales: quod si ex toto non vales, sit in animo occultandi voluntas, et tunc non tibi impu-

tabitur de ostentatione ulla iniquitas. Nam crimen esse non poterit, aliquando manifestari quod semper vis celatum haberi. Sic denique duas Redemptoris sententias sibi quasi contrarias videberis adimplere, quibus dicitur: Faciente te elemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua: sed sit elemosyna tua in abscondito: et Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi (*Matt. vi*); et: Videant vestra bona opera, et glorificent Patrem vestrum qui in caelis est (*Matt. v*). Cave propterea ne tibi sententia illa conveniat, qua de hypocritis dicitur: Omnia opera sua faciunt ut beatificentur ab hominibus. Amen dico vobis, receperunt mercedem suam (*Matt. xxiii*): hoc est, laudes tantum ab hominibus quas amaverunt. Attende ergo tibi in omnibus quae agis, ne cenodoxiae relatione pulsatus, cum his qui etiam de miraculorum signis gloriabantur, audias: Videbam Satanam sicut fulgur de caelo cadentem (*Luc. x*): sed time, nam scriptum est: Timor Domini gloria, et gloriatio, laetitia et corona exultationis. Timor Domini delectabit cor, et dabit laetitiam et gaudium, et longitudinem dierum. Timenti Dominum bene erit in extremis: et in die defunctionis suae benedicetur (*Ecclesi. i*). Et infra: Radix sapientiae timere Dominum, et rami illius longitudo dierum (*Ibid.*).

CAPUT IV.

Simulatio suggerit:

Quia in abscondito nihil boni facis, ne a cunctis cognitus detesteris, finge te foris, quod intus esse non appetis.

Religio ex adverso respondet:

Nequaquam omnino id agas, sed magis satage bonus fieri, quod non es. Nam probum ostendere te hominibus quod non es, quid aliud quam damnatio est? Memor esto utique quod dicitur: Vae vobis, Scribae et Pharisei hypocritae, qui mundatam quod deforis est calicis et parapsidis, intus autem pleni estis rapina et immunditia. Pharisaei cavae, mundo prius quod intus est calicis et parapsidis, ut fiat et id quod deforis est mundum (*Matt. xxiii*). Itemque illud quod inculcatum repetitur: Vae vobis, Scribae et Pharisei hypocritae, quia similes estis sepulchris dealbatis, quae foris quidem apparent hominibus speciosa, intus vero plena sunt ossibus mortuorum, et omni spurcitia: sic et vos foris quidem parati hominibus iusti, intus autem pleni estis hyssopini et iniquitate (*Ibid.*). Neque enim et illud quod de talibus scriptum legitur: Vaniant ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces (*Matt. vii*).

CAPUT V.

Elatia objicit:

Qualis es tu, ut prioribus obtemperas, deterioribus famulatum exhibeas? Te magis quam illos docet imperare: nam illi nec ingenio, nec industria, aut viribus tibi coaequari possunt. Obtempera igitur imperia Dei, et non sit tibi ulterius cura de aliquo,

Reata autem submissio respondet :

Si Dei recte obtemperandum est imperio, humano subdi necesse est magisterio. Christus namque Dominus dicit : Qui vos audit, me audit : et qui vos spernit, me spernit : qui autem me spernit, spernit eum qui me misit (*Luc. x*). Verum ita fieri (inquit) oportet, sed si talis qui imperat esset, qualis esse deberet per quem Deus imperat, cum vero talis non sit, igitur non debetur ei obedientia. Ceterum Apostolus e contra ait : Non est potestas, nisi a Deo ; quæ autem sunt, a Deo ordinatæ sunt. Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit (*Rom. xiii*). Quare cum ordinatio hæc divino sit jura constituta, non est humanis obscuranda commenta. Quales ergo esse debeant hi qui imperant, non est a subditi discutiendum. Sequitur enim idem Apostolus : Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt (*Ibid.*). Et quidem primis Ecclesiæ (*Mat. xx*) pastoribus ipse Dominus dicit : Scitis quis reges gentium dominatur eorum, et qui potestatem exercent inter eas, benefici vocantur : vos autem non sic, sed qui in vobis est major, erit omnium servus : sicut Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, et animam suam dare pro multis in redemptionem (*Luc. xxii*). Denique quia non omnes tales futuras esse expressit, ideo subiectorum omnium personas in discipulis assumens, præmouit dicens : Super cathedram Moysi sederunt Scribæ et Pharisei : omnia quæcumque dixerint vobis, seruate et facite : quæ autem faciunt nolite facere. Imponunt enim in humeros hominum onera gravia, et importabilia, digitum autem suo nolunt ea movere (*Mat. xxiii*).

CAPUT VI.

Item invidia dicit :

In quo illa vel isto minor es ? cur ergo eis vel æqualis vel superior non es ? Quanta vales quæ ipsi non valent ? Non ergo tibi aut superiores, aut etiam æquales esse debent.

Verum dilectio fraterna respondet :

Si ceteros, o homo, virtutibus antecellere te existimas, tutius in infimo, quam in summo loco temetipsum servabis. Semper enim de alto peior fit ruina. Quod si tibi, ut asseris, quidam superiores, alii æquales sunt, quid te lædit ? quid te nocet ? Cave prorsus, ne dum alijs locum celsitudinis invidas, illum imiteris, de quo scriptum est : Invidia diaboli mors introiit in orbem terrarum (*Sap. ii*). Imitatur autem illum qui ex parte ejus sunt.

CAPUT VII.

Adiur dicit :

Abest ut te illum diligas, quem in omnibus contrarium habes, qui tibi derogat, qui tibi insultat, qui te iniurijs exacerbat, qui tibi peccata tua imperat, qui te dicitis, operibus atque honoribus semper præire festinat. Nisi enim tibi invideret, nequaquam se tibi ita præferret.

Sed sincera charitas respondet :

Nunquid quia hæc quæ narras, odio habenda

sunt in homine, propterea non est amanda huius imago in homine ? Imma Christus, qui in cruce positus inimicos suos dilexit, et pro eis oravit, ante crucis tormentum discipulos admonuit, dicens : Diligite inimicos vestros, benefacite his qui vos oderunt, et orate pro persequentibus et calumniantibus vos : ut sitis filii Patris vestri, qui in cælis est (*Luc. xxiii* ; *Mat. v*). Quod ante et per Salomonem dictum fuerat, sic enim legitur : Si esurit inimicus tuus, ciba illum : si sitit, da bibere ei, hoc enim faciens, carbones ignis accumulabis super caput ejus, et Dominus retribuet tibi bona (*Prov. xxv*). Huic sententiæ Apostolus ex spiritu Christi, cuius sensum habebat, subiungit dicens : Noli vinci a malo, sed vince in bono malum (*I Cor. i*). Quod contra de his qui fratres odisse noscuntur, per Joannem dicitur (*Rom. xii*) : Qui odit fratrem suum, homicida est (*I Joan. ii*). Et scitis quod omnis homicida non habet vitam æternam in se manentem. Et rursum : Qui odit fratrem suum, in tenebris est, et in tenebris ambulat, et nescit quo eat, quoniam tenebræ obsecaverunt oculos ejus (*I Joan. ii*). At inquit : Sufficit mihi quod amantes me diligo. Sed Dominus contra ait : Si diligitis eos qui vos diligunt, quam mercedem habebitis ? Nonne et publicani hoc faciunt (*Mat. v*) ? Quid tu, homo, ad hoc iterum abjicere vales ? Certe qui odit fratrem suum, manet in morte, et qui diligit, in Deo manet, et Deus in eo (*I Joan. iv*). Omnem ergo amantudinem fellis evome, et quocumque pacto valueris, charitatis dulcedinem sume. Nihil enim illa suavius, nihil in vita beatius, sicut scriptum est : Opium suscitabit contentionem : omnes autem non contentiones operiet amicitia (*Prov. x*). Immo et Deo nos illa conformare contendit : ideo Joannes evangelista hoc affirmans ait : Deus charitas est (*I Joan. iv*). Et egregius prædicator Paulus : Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis (*Rom. v*). Unde nec immerito charitas delictorum facinoræ tegere dicitur, sicut scriptum est : Univera delicta operis charitas (*I Pet. iv*).

CAPUT VIII.

Detractio dicit :

Quis potest sustinere, quis silentia tegere, quanta iste vel ille prava committit, nisi forte qui consentit ?

At justa correctio respondet :

Nec tacenda sunt mala proximi, nec consentienda : sed charitate fraterna proximus in faciem redarguendus est, non autem clanculum detrahendus. Quod si a quoquam objicitur, idcirco se fratrem coram oculis increpare nolle, ne exasperatus non solum non proficiat, sed magis ex correctione scandalum sumat, occurrit Scriptura divina, et versa vice magis detractionem scandalum esse denuntiat, dicens : Sedens adversus fratrem tuum detrahebas, et adversus filium matris tuæ ponebas scandalum (*Psal. cxix*). Magis enim scandalum sumit qui sibi detrahentem intelligit, quam qui se corrigentem

cernit. Et quia nonnumquam delinquentium errata, ut apriori tempore corrigantur, silentio tegenda sunt, propterea subiungitur : Hæc fecisti, et tacuit (*Ibid*): Denique ne ex hoc discreto silentio detractores sibi applaudent, qui dum semper occulte derogare malunt, numquam in apertam correptionem prosiliunt, adhuc subinfertur : Existimasti iniquitatem quod ero tui similis (*Ibid*). Ac si diceret : Iniquitas est cogitare, ut detractori similis appaream, sed ad tempus reticens, locum correptioni aptum exspecto. Unde et protinus subdit : Arguam te, et statuam contra faciem tuam peccata tua (*Ibid*), veluti diceret : Non in occulto, ut est tua consuetudo, sed in aperto, ut est mea sollicitudo, aptum corripiendi tempus exspectans, peccatorem arguam, et ejus delicta contra faciem illius statuam. At inquis : Non odi, sed amo quem ita in abscondito dijudicans reprehendo. Sed respondet : Immo magis hunc odis, et non diligis : unde detrahis, et non corripis. Quam sit autem detestanda detractio proximi, plerisque in locis eloquia divina testantur. Unde est illud : Detrahentem adversus proximum suum occulte, hunc persequeris (*Psal. c*); et illud : Qui detrahit fratri, detrahit et legi (*Jacob. iv*); nec non et illud apostoli Pauli : Quod si invicem mordetis et comeditis, videte ne ab invicem consumamini (*Galat.*).

CAPUT IX.

Ira dicit :

Quæ contra te aguntur, talia sunt, ut æquanimitè profecto ferri non possint, immo patienter hæc tolerare peccatum est : et si non eis cum magna exasperatione resistitur, contra te deinceps sine mensura cumulabuntur.

Patientia respondet :

Si passio Redemptoris ad memoriam reducat, nihil tam durum, quod non æquo animo toleretur. Christus namque (ut ait Petrus) passus est pro nobis relinquens nobis exemplum, ut sequamur vestigia ejus (*I Pet. ii*). Ipse etiam Dominus nobis dixit : Si patrem familias Beelzebub vocaverunt, quanto magis domesticos ejus (*Matt. x*)? Et alio in loco : Si me persecuti sunt, et vos persequentur (*Joan. xv*). Sed quanta sunt in comparatione passionum illius, quæ patimur? Ille enim opprobria, irrisiones, contumelias, alapas, sputa, flagella, spineam coronam, crucemque sustinuit (*Joan. xviii, xix*); et nos miseri (ad nostram dico confusionem) uno sermone fatigamur, uno verbo dejicimur : nec perpendimus id quod dicitur : Si commortui sumus, et convivemus : si sustinemus, et conregnabimus (*II Tim. ii*). Quapropter retundendi sunt iræ stimuli, et ejus metuenda damnatio est. Unde scriptum legimus : Quia omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio : qui autem dixerit fratri suo *raca*, reus erit concilio : qui autem dixerit *fatue*, reus erit gehennæ ignis (*Matt. v*). Ibi tamen innuitur remedium, cum subinfertur : Si offers munus tuum ad altare, et ibi recordatus fueris quod frater tuus ha-

bet aliquid adversum te, relinque ibi munus tuum ante altare, et vade prius reconciliari fratri tuo, et tunc veniens offeres munus tuum (*Ibid*). Ac si aperte diceretur : Nec in corde tacitam precem effundas, nisi prius offensum proximum satisfaciendo ad lenitatis mansuetudinem perducas. Munus enim nostrum, est oratio nostra : altare vero nostrum est cor. Ille autem qui hoc facere (quotiens inter duos ira sine causa fuerit excitata) studuerit, præmissam damnationem nequaquam incurret. Sed sunt multi, qui potenti sibi veniam delicta non remittunt. Contra quos illa Domini sententia venit, qua dicitur : Si non remisistis unusquisque fratri suo de cordibus vestris, nec Pater vester cælestis remittet vobis peccata vestra (*Matt. xviii*). Plura sunt, inquis, quæ in me commisit, me sæpius offendit ; et quia sine causa plurimis juvenior lacessit injuriis, tot ei remittere culpas mihi non convenit. Ad hæc non ego, sed Dominus respondet. Nam cum Petrus ad eum diceret : Quoties peccabit in me frater meus, et dimittam illi? usque septies? Et Dominus ad eum : Non dico tibi usque septies, sed usque septuagies septies (*Ibid.*). Quam multi autem sunt qui suas injurias, tarde relaxant, Dei vero citius indulgent? fitque nonnumquam, ut occasione Domini injurias vindicandi, suas ulciscantur irati. Quid denique de illis dicendum est, qui adeo iracundiæ obcæcantur fervore, ut usque ad verba prorumpant maledictionis, nisi quod Apostolus ait : Neque maledici neque rapaces regnum Dei possidebunt (*I Cor. vi*)?

Quod Jacobus quoque apostolus exaggerando detestatur, dicens : Linguam nullus hominum domare potest : inquietum malum, plena veneno mortifero. In ipsa benedicimus Deum et Patrem : et in ipsa maledicimus homines, qui ad imaginem et similitudinem Dei facti sunt. Ex eodem ore procedit benedictio et maledictio. Non oportet, fratres mei, hæc ita fieri. Numquid fons de eodem foramine emanat dulce et amarum (*Jacob. iii*)? Hac de causa alibi etiam dicitur : Mors et vita in manu linguæ (*Prov. xviii*).

CAPUT X.

Asperitas dicit :

Numquidnam stultis hominibus istis, et insensatis perinde ac brutis animalibus lenia verba, et non potius asperrima, dum delinquant, objicienda sunt, ut dignitatem tuam revereri discant?

Sed mansuetudo respondet :

Non tua in hujusmodi persuasio, sed apostoli Pauli sequenda est præceptio, qui de hoc dilectum discipulum admonuit, dicens : Seniores ne increpaveris, sed exhortare ut patrem, juniores ut fratres, anus ut matres, adolescentulas ut sorores in omni castitate (*I Tim. v*). Et rursum : Servum, inquit, Domini non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes, aptum ad docendum, patientem, modeste corrigentem eos qui diversa sentiunt (*II Tim. ii*). Rursumque : Argue, hortare, increpa in omni longanimitate et doctrina (*II Tim. iv*). Quod videlicet asperitatis malum perniciosum est, sub-

ditis nocet, minusque proficit: immo sæpius contingit, ut etiam charitatis correptionem exacerbati spernant, et contra salutaria verba despectionis emittant jacula. Quod per Sapientem cavetur dum dicit: Qui arguit derisorem, ipse sibi facit injuriam (*Prov. ix*). Econtra vero de illo qui per increpationem proficit, dicit: Argue sapientem, et diliget te (*Ibid.*). Idcirco scriptum est: Fili, in mansuetudine tua honora animam tuam (*Ecl. x*); et Apostolus inquit: Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, instruite hujusmodi in spiritu lenitatis (*Galat. 6*), et idem apostolus episcopos docens ait: Ut ostendant se mansuetos ad omnes (*II Tim. II*).

CAPUT XI.

Tumor dicit:

Testem habes Deum in cœlis, non tibi sit curæ quid de te suspicientur homines in terris.

Sed humilis dejectio respondet:

Non est danda occasio detrahendi, non susurrandi suspicio: sed si adsunt, detractoribus tua facta ut corrigantur manifestanda: aut certe si desunt, humili protestatione dissimulanda sunt. Quoniam Apostolus admonet, nullam occasionem dare adversario maledicti gratia (*I Tim. v*). Quod etiam in illis detestatus est, qui Christiano nomine censiti, in idolio recumbebant, et quamquam ipsi idolum pro nihilo ducentes, immolata quasi innoxios cibos sumerent, infirmas tamen fratrum conscientias per hoc factum ad nefandos idolorum ritus trahebant (*I Cor. viii*). Idcirco inquit: Sine offensione estote Judæis et gentibus, et Ecclesiæ Dei (*Ibid.*).

CAPUT XII.

Tristitia dicit:

Quid habes unde gaudeas, cum tanta mala a proximo sustineas? Perpende quo animi mœrore omnes intuendi sint, qui in tanto contra te amaritudinis felle versantur.

Sed spirituale gaudium respondet:

Geminam esse tristitiam novi, immo duas cordis tristitias expertus sum: unam scilicet quæ salutem operatur (*II Cor. vii*), alteram vero quæ machinatur perniciem: unam quæ ad pœnitentiam trahit, alteram quæ ad desperationem perducit. Tu quidem unam ex illis dignoscere videris, sed illam quæ mortem omnino operatur. Non est igitur in his quæ suades contristandum, sed econtra magis gaudendum in his quæ necdum intelligis. Unde et Dominus perennis dator gaudii dixit: Cum persecuti vos fuerint homines, et dixerint omne malum adversum vos, mentientes propter me, gaudete in illa die, et exultate: ecce enim merces vestra multa est in cœlis (*Math. v*). Memento quia apostoli, nostræ religionis culmina, ibant gaudentes a conspectu concilii, quoniam digni habitii sunt pro nomine Jesu contumeliam pati (*Act. v*). Nullus ergo in afflictionibus mœroris locus esse debet, cum eis tanta lætitiæ exuberantia succedat.

PATROL. XVII.

CAPUT XIII.

Torpor vel ignavia dicit:

Continuæ lectioni ac diuturno Scripturarum studio semper insistis? Oculorum ophthalmiam vel lippitudinem incurres. Si indesinenter lacrymas fundis, ipsum etiam oculorum lumen amittes. Si, protelatis vigiliis, psalmodum pensum persolvis, capitis insaniam incidēs. Si quotidiano labore te conficis, ad opus spiritale quando consurges?

Sed industria, indefessaque virtus respondet:

Quid tibi, o homo, ad bona perficienda tam longa temporum proponis spatia? Numquid scis si crastina vivas die? immo etiam si vel unam in hac vita peragas horam (*Jacob. iv*)? An forte mente excidit quod Salvator in Evangelio dicit: Vigilate, quia B nescitis diem neque horam (*Math. xxv*)? Quapropter discite torporis inertiam, semperque memento quia regnum cœlorum non tepidi, non molles, non desides, sed violenti, vimque facientes, ut inquit Salvator, diripiunt illud (*Math. xi*).

CAPUT XIV.

Evagatio inquieta dicit:

Si Deum esse ubique credis, cur unum singulariter locum, quo tanta mala perpetrantur, custodis, et non potius ad alia transis?

Stabilitas vero respondet:

Si ita est ut asseris, quia ubique esse Deum fatearis, ergo nec iste locus deserendus est, quem fugere appetis: quia et in ipso Deus est. Verum, inquires, meliorem inquiri, meliorem invenio. Sed respondeo: Numquid meliorem, aut saltem qualem diabolus et angelus ejus atque homo perdidit, invenies locum? Memor esto itaque quia primus angelus de cœlo corruit (sic namque scriptum legitur (*Luc. x*): Videbam Satanam sicut fulgur de cœlo cadentem), et primus homo de paradiso expulsus ad ærumnam hujus sæculi devenit (*Gen. iii*). Attende quia Lot exercitio malorum probatus, inter Sodomitas sanctus fuit (*Genes. xix*): in monte vero securitate torpens, inebriatus cum filiabus peccavit (*Ibid.*). Hoc vagationis tædium adhuc alteram speciem addit, dum quosdam etiam in suo exercitio perseverantes a spiritualibus retrahit, vel terrenis negotiis implicat, vel rebus vilissimis satagit occupare: contra dictum Apostoli agens, qui ait: Nemo militans Deo, implicat se negotiis sæcularibus, ut ei placeat, cui se probavit (*II Tim. ii*), et rursum: Sine intermissione orate, in omnibus gratias agite (*I Thess. v*).

CAPUT XV.

Desperatio dicit:

Quæ et quanta in Deum et in animam tuam commisisti, quam gravia crimina, quam innumera delicta, et in melius nec jam vitam mutasti, nec conversationem utiliter hactenus correxisti. Ecce enim, ut cernis, mala semper consuetudine obligatus teneris. Conaris exurgere, sed peccatorum pondere prægravatus relaberis. Quid ergo tibi agendum, quando de præteritis certa damnatio imminet, de præsentibus emendatio nulla succurrit, nisi ut non omittas

temporalium rerum voluptates, dum futuri sæculi A promissiones consequi retardaris.

Sed spei fiducia respondet :

Si de capitalibus delictis agitur : ecce David adulterio simul et homicidio reus, de inferni faucibus Domini misericordia describitur liberatus (I Reg. xii). Ecce impudentissimus Manasses, peccatorum omnium impurissimus ac sordidissimus, per poenitentiam de morte ad vitam rediit (II Paral. xxxiii). Ecce mulier in civitate peccatrix innumeris peccatorum sordibus inquinata, ad pietatis fontem anxia currens, Dominique vestigia lacrymis rigans, capillis detergens, deosculansque et unguento perungens, ablui tota meruit (Luc. vii). Denique audivit : Remittuntur tibi peccata ; et : Fides tua te salvam fecit, vade in pace (Ibid.). Ecce Petrus negationis trinxit vinculis adstrictus, amarissimis lacrymis nodos prolapsionis suæ resolvit (Luc. xxii). Ecce seditione simul et fraternali effusione sanguinis latro mortis damnationis obnoxius, uno temporis momento, unaque confessionis voce, de cruce ad paradysum transiit. Denique dictum est ei : Hodie mecum eris in paradiso (Luc. xxiii). Pulcherrimum profecto affectandæ conversionis exemplum. Nam tam cito latro in venia relaxatur, ut uberior appareat gratia, quam precatio. Ecce Sauls Ecclesiam Dei persequens, multos pro nomine Christi perimens, et madidus pene totus sanctorum martyrum cruore, Domini tandem voce conversus, apostolus factus est, et vas electionis nuncupatus (Act. ix). Ubi ergo tot tantaque exempla præcedunt, non dent locum desperationi mala colloquia, cum et jam scriptum sit : Cum conversus fuerit peccator ab iniquitate sua, et fecerit iudicium et justitiam, in ipsis ipse vivet (Ezech. xxxiii). Et in alio loco : Numquid voluntate velim mortem iniqui, dicit Adonai, quantum ut convertatur ille a via sua mala, et vivat? (Ezech. xviii.) De conversatione vero in melius nequaquam mutata quid aliud respondeam, nisi ut quod heri quisque non egit, hodie agat? Nec conversionem differat de die in diem, dum nescit si vel unam correctionis habeat diem : semperque pro muneribus desuper acceptis, pravæ consuetudini resistens, dicat mane vesperi : Ecce nunc cœpi, hæc commutatio dexteræ Excelsi (Ps. lxxvi).

CAPUT XVI.

Cupiditas dicit :

Certe sine culpa es quod quædam habenda concupiscis quia non multiplicare appetis, sed egere pertimescis : et quod male alius retinet, ipse melius expendis.

Sed mundi contemptus respondet :

Ista læta hujus sæculi a nemine sine periculo vel offensione procurantur : quia quanto quisque plus habet, tanto amplius habere concupiscit : sitque ut modum habendi invenire nequeat, dum innumeris hujus sæculi curis deservire festinat. Ut enim ait Scriptura : Diligens argentum non implebitur argento (Eccl. v). Hæc nimirum habendi cupiditas

semper bibens, et semper sitiens, numquam desiderium suum implens, quam sit detestanda, Paulus apostolus indicat, dicens : Et avaritia, quæ est simulacrorum servitus (Coloss. iii). Quæ quam sit animæ noxia, salutique contraria, idem apostolus exponens ait : Qui volunt divites fieri, invidiam et laqueum, et desideria multa inutilia et nocua, quæ demergunt homines in exitium et interitum (I Tim. vi.) Quam sit vero detestandus avarus, ipse Sapientis denuntiat cum dicit : Avaro quidem nihil iniquius (Eccl. x). Quam sit item noxia divitiarum accumulatio, acervatioque, sanctus Jacobus aperit, dicens : Agite nunc, divites, plorate, ululantes in miseriis vestris quæ advenient vobis. Divitiæ vestræ putrefactæ sunt, et vestimenta ve-

stra a tineis comesta sunt. Aurum et argentum vestrum æruginem traxit, et ærugo eorum in testimonium vobis erit, et manducabit carnes vestras sicut ignis (Jacob. v). Sed nec Redemptor noster præterire silentio voluit hujus execrabilis cupiditatis malum, quod quam sit exitiale, explicat dum ait : Quam difficile qui pecunias habent, in regnum Dei introbunt (Marc. x). Et alibi : Facilius est camelum per furcimen acus transire, quam divitem intrare in regnum cœlorum (Matth. xix). Si igitur sæcularium rerum cupiditas adeo periculosa proponitur omnibus, quanto magis illis qui de sorte Domini sunt, qui sæculo renuntiarunt, qui habitu et conversatione jam sæculares esse desierunt, exitialis erit? Hæc specialiter Redemptoris tendunt verba, ut perniciosus destruat avaritiæ morbus, quibus ait : Nolite solliciti esse animæ vestræ quid manducetis, neque corpori quid induamini. Hæc enim omnia gentes mundi quærent (Luc. xii) : et alibi subjungit : Quærite autem primum regnum Dei, et justitiam ejus : et hæc omnia adjicientur vobis (Matth. vi). O quam beata, o quam secura, o quam amplectenda sententia. Nullus enim in hac vita ita securus est, ut ille qui nihil præter Christum appetens, ipsam possidet. Cuncta namque quæ homini necessaria æstimantur, sub hac possessione ipse probatur habere, sicut Paulus ditissimus pauper dicebat : Tamquam nihil habentes, et omnia possidentes (II Cor. vi). Omnia, inquit, hoc est non superflua utique, sed vitæ humanæ necessaria, ipso confirmante ac explicante alibi, dum dicit : Habentes alimenta, et quibus tegamur, his contenti simus (I Tim. vi). Sed forte dices : Ideo iis qui in sortem Domini vocati sunt, plura habere contingit, ut melius ab ipsis quam a popularibus, erogentur Christi pauperibus. Et iis ego consentio, sed prælatis, non autem subjectis, quos maxime illud mulieris Lot exemplum docuit, quæ dum post tergum a Sodomis exiens respexit, in statuam salis conversa, spiritum efflavit (Genes. xix). Unde et Christus tale quid præcavendum denuntiat, dicens : Nemo mittens manum suam ad aratrum, et respiciens retro, aptus est regno Dei (Luc. ix). Hinc Petrus ait : Melius erat illis non cognoscere viam iustitiæ, quam post agnitionem retro-

sum converti ab eo quod traditum est illis sancto A mandato (II Pet. II). Contingit enim eis illud veri proverbii: Canis reversus ad vomitum suum, et sus lota in volutabro luti (Prov. xxvi). Qui nimirum avaritiæ morbus nunquam melius compescitur, nisi cum dies mortis sine intermissione meditatur, cum qualis post modicum in sepulcro futurus sit homo considerat. Hoc certe fixum manebat in illius memoria, qui dicebat: Homo putredo, et filius hominis vermis (Job. xxv). Hæc ab illius cordo non recedebant, qui docebat: In omnibus sermonibus tuis memorare novissima tua, et in sæculum non peceabis (Eccl. vii). Quid tunc rogo, quid tunc divitiæ conservata proderunt (Ibid., v)? Audi quid sanctus Job de iis dicat: Nudus egressus sum de utero matris meæ, nudus et revertar illuc (Job. i). Audi quid et Apostolus: Nihil intulimus in hunc mundum, sed nec auferre quid possumus (I Tim. vi).

CAPUT XVII.

Amor sui dicit:

Si ea quæ possides, indigentibus tribuis unde te tibi que subjectos, absque penuria vel cum dignitate alere valebis?

Sed amor Dei respondet:

Si apostoli modum in hac parte teneris, utrumque perficere valebis. Hinc enim idem ipse ad Corinthios ait: Si voluntas prompta est, secundum id quod habet, accepta est, non secundum id quod non habet. Non enim ut aliis sit remissio, vobis autem tribulatio, sed ex æqualitate. In præsentem tempore vestra abundantia illorum inopiam suppleat, ut et illorum abundantia vestræ inopiæ sit supplementum, ut fiat æqualitas (II Cor. viii), sicut scriptum est: Qui multum, non abundavit, et qui modicum, non minoravit (Exod. xvi). Hinc et Tobias justus prolem dilectam admonet, dicens: Quemadmodum tibi fuerit, secundum multitudinem fac ex eis elemosynam: si paucum tibi fuerit, juxta paucum ne timeas facere elemosynam (Tob. iv). Hinc quoque incarnata veritas docet: Verumtamen quod superest, date elemosynam, et ecce omnia munda sunt vobis (Luc. ii). Audi quoque quod scriptum est: Judicium sine misericordia illi qui non fecerit misericordiam (Jacob. ii). Quo contra propheta admonet, dicens: Frange esurienti panem tuum, et pauperes sine tecto induc in domum tuam: si videris nudum, operi eum, et a domesticis seminis tui ne despexeris (Isai. LVIII). Memento quid purpurato diviti contigerit: qui non ideo damnatus est quod aliena tulerit, sed quod egenti pauperi sua non tribuerit: et in inferno positus ad petenda minima pervenerit, qui hic parva negavit (Luc. xvi). Quid etiam ad sinistram positus iudex cæli dicturus sit, attende: Ite, inquit, maledicti, in ignem æternum, qui paratus est diabolo et angelis ejus. Esurivi enim, et non dedistis mihi manducare (Matth. xxv), etcætera, quæ ibi terribiliter enumerantur.

CAPUT XVIII.

Furtum et fraus, quamquam diversum gradum habeant

locutionis, unum est tamen quod dicunt. Furtum enim dicit:

Si aliena non tollis, ex proprio vel dives vel sufficiens esse non valet.

Fraus vero dicit:

Si cuncta quæ tibi sunt commissa, illibata consignes, et nec modicum quidem tibi reservandum existimes, unde vel propriis utilitatibus consules, vel amicis et domesticis placebis?

Sed simplicitas ad utrumque respondet:

Mellius est pauperem esse et indigere, nullique ex dato placere, quam aliquem furto lædere vel fraudare. Qui enim aliena quolibet modo injuste præripit, ipse sibi regni cælestis aditum claudit. Unde Paulus prædicator egregius quosdam redarguit, dicens: Sed vos injuriam factis et fraudatis: et hoc fratribus. An nescitis quia iniqui regnum Dei non possidebunt (I Cor. vi)? Atque inter cætera subjungit: Neque fures, neque avari, neque ebriosi, neque maledicti, neque rapaces regnum Dei possidebunt (Ibid.). Furtum igitur et fraus a Dei regno hominem excludunt, idcirco vitanda sunt prorsus.

CAPUT XIX.

Fallacia atque mendacium et ipsa unum dicunt. Nam fallacia fit ingenio, mendacium autem simplici verbo. Fallacia ergo dicit:

Ut ex multis unum præferamus exemplum, cum in non dando aliquem illudere quæris; in petendo moras innectas, jam habeo inquit quod tibi tribuere possum: celans utique in corde quod habes, vel ut tibi conserves, vel ut alii, si voluntas inest, tribuas.

Mendacium dicit:

Omnino quod postulas non habeo (libet illud habeat). Non ergo artificioso ingenio sicut fallacia, sed simplici negationis verbo mendacium poscentem frustratur.

Sed veritas ad utrumque respondet:

Nec artificioso ingenio, nec simplici verbo oportet decipere quemquam, quia quolibet artis modo mentitur quis, peccat; scriptum est enim: Os quod mentitur, occidit animam (Sap. i). Insuper dicitur: Et omnibus mendacibus pars illorum erit in stagno ignis ardentis et sulphuris, quod est mors secunda (Apoc. xxi).

CAPUT XX.

Ventris inglutivus dicit:

Ad esum Deus munda omnia condidit, et qui saturari cibo respuit, quid aliud quam muneris concessio contradicit?

Sed pura fragilitas et simplex portio respondet:

Unum horum quæ dicis, verum est. Nam ne homo fame periret, omnia Deus ad esum munda creavit: sed ne comedendi mensuram excederet, abstinentiam imperavit (Gen. i). Nam inter cætera sua mala saturitate Sodoma perit, Domino attestante, qui de Hierusalem per prophetam loquitur, dicens: Hæc iniquitas Sodomorum sororis tuæ, superbia in saturitate panum (Ezech. xvi). Quapropter sicut æger ad

medicinam, sic ad sumendas dapes quisque debet accedere, non voluptatem in illis appetens, sed necessitati satisfaciens. Hinc veritas per Evangelium monuit: Attendite, inquit, vobis ne forte graventur corda vestra in crapula et ebrietate (*Luc. xxi*). Econtra vero de insatiabili aliorum voracitate Apostolus dicit: Multi enim ambulantes, quos sæpe dicebam vobis, nunc vero et flens dico, inimicos crucis Christi, quorum finis interitus, quorum Deus venter est, et gloria in pudendis ipsorum qui terrena sapiunt (*Philip. iii*); et alibi: Esca ventri, et venter escis: Deus autem et hunc, et has destruet (*I Cor. vi*). Denique hanc labem ventrisque ingluviem ille plene eludit, qui in sumendis dapibus non solum parcimoniam custodit, hoc est, refectioem semper esuriens consummat, verum etiam accuratiores simul et suaviores epulas, excepta corporis necessitate et hospitum susceptione, contemnit.

CAPUT XXI.

Inepta lætitia dicit:

Ut quid animi gaudium intus abscondis? Egredere in publicum lætus: dic aliquid foris unde vel tu vel proximi rideant: fac eos lætos tua lætitia.

Sed sapiens gaudium, moderatusque mæror respondet.

Unde tibi tanta contingit lætitia? Numquidnam diabolus vicisti? Numquidnam pœnas inferni evasisti? Numquidnam de exilio ad patriam pervenisti? Numquidnam de tua electione securitatem aliquam accepisti? An forte in oblivionem tibi venit quod Dominus dicit: Mundus gaudebit, vos vero constrictabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium (*Joan. xvi*)? An forte animo excidit quod idem alibi dicit: Væ vobis qui ridetis nunc, quia lugebitis et flebitis (*Luc. vi*)? Et quod per sanctum Salomonem dicitur: Risus dolore miscbitur, extrema autem gaudii in luctum vadunt (*Prov. xiv*)? Et econtra quod per Evangelium docetur: Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur (*Matth. v*)? Rursumque quod per Salomonem dicitur: Quoniam justi et sapientes, et opera eorum in manu Dei: et nescit homo utrum amore vel odio dignus sit, sed omnia in futurum reservantur incerta (*Eccl. ix*). Comprime ergo inanem lætitiã, quia necdum evasisti pœnalem ærumnam. Nonne apud homines insanus is æstimatur, qui carceralibus tenebris gaudere conatur reclusus?

CAPUT XXII.

Multiloquium dicit:

Non ille reus habebitur criminis, qui plura quidem, sed bona loquitur: sed ille qui, licet pauca, mala tamen dicere probatur.

Cui prudens taciturnitas respondet:

Verum est quod dicitis: sed dum multa bona proferri videntur, sæpe contingit, ut a bonis inchoata locutio ad aliquod pravum derivetur, hoc ipsum sancta Scriptura pronuntians: Quia ex multiloquio non fugies peccatum: parcens autem labiis intelligens eris (*Prov. x*). Et si forte inter multa verba declinantur crimina, sed numquid declinari possunt

A inutilia atque otiosa, de quibus utique ratio in futuro erit reddenda (*Matth. xii*)? Tenendus est ergo modus in loquendo (*Ivo, par. xi, cap. 55*), et ipsis nonnumquam utilibus verbis parcendum, sicut Psalmista sanctus legitur fecisse. Dicit enim: Obmutui, et humiliatus sum, et silui a bonis (*Psal. xxxviii*).

CAPUT XXIII.

Luxuria dicit:

In voluptate cur te modo non dilatas, cum quid te sequetur ignores? Acceptum tempus in tuis desideriis perdere non debes, quia quam citius pertranseat nescis. Si enim Deus in voluptate carnis hominem misceri nolisset, in ipso humani generis exordio masculum et feminam profecto non fecisset.

Sed illibata castitas respondet:

B Nolo ignorare te quid post hanc vitam recipies, præmium enim, vel pœna te manent. Nam si pie casteque vixeris, sine fine in alia gaudebis vita: si vero impiam ac luxuriosam egeris vitam hanc, æternis incendiis contorqueberis in alia. Inde ergo eo castius ac purius vivere debes, quo citius tempus acceptum pertranseat, ignorare te dicis. Quod vero in exordio generis humani ad hoc masculum et feminam Deum procreasse profiteris (*Gen. i*), ut mutuis se amplexibus misceri debeant, omnino verum dicis in aliquibus: sed postquam humanum genus tam longe lateque propagatum est, nobendi licentia quibusdam relinquitur, hoc est, qui virginitatem vel castimoniam vidualem nequaquam professi sunt: quibusdam vero interdicitur, id est, qui virgines vel continentis esse decreverunt. Fornicatio vero nulli impune conceditur. Non attendis forte, aut contemnendum putas quod Apostolus lubricis dicit: Fugite fornicationem? Omne enim peccatum quodcumque fecerit homo, extra corpus est: qui autem fornicatur, in corpus suum peccat (*I Cor. vi*). Quod si hoc parvipendendum existimas, audi unde postea in sempiternum deplores et gemas. Neque fornicarii (inquit idem Apostolus), neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, regnum Dei possidebunt (*Ibid.*). O quam momentanea est carnis delectatio, quam labilis concubitus hora, qua perditur vita æterna. Quod, rogo, emolumentum affert corpori, quodve tribuit lucrum, id quod tam cito animam ducit ad tartarum?

CAPUT XXIV.

Spiritualis fornicatio dicit:

Numquid damnandum aliquid agit is, qui in corde libidini consentit, et ad opus concupitæ libidinis non pertransit? Certe non: quia peccatum, ut scribit Apostolus quod, consummatum fuerit, generat mortem (*Jacob. i*).

Sed munditia cordis respondet:

Omnino delinquit, qui cordis puritatem animique castimoniam non custodit. Idcirco et omnis auctor munditiæ in Evangelio dicit: Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam mœchatus est eam in corde suo (*Matth. v*). Unde et per beatum Job dicitur: Fœdus posui cum oculis meis, ut non intel-

ligam super virginem (*Job. xxxi*). Et quid divisit Deus desuper, et hæreditas sufficientis ex altissimis? Nisi enim Deo auctori nostro pravæ cogitationis consensus displiceret, nequaquam per Esaiam diceretur: Auferte nequitas ab animabus vestris coram oculis meis (*Isai. i*), et in Evangelio adversus Pharisæos non diceretur: Ut quid cogitatis mala in cordibus vestris (*Matth. ix*)? sed nec Paulus apostolus Romanis scriberet: Et inter se cogitationibus invicem accusantibus, aut etiam defendentibus, in die qua iudicabit Deus occulta hominum, secundum Evangelium meum per Jesum Christum (*Rom. ii*).

CAPUT XXV.

Amor sæculi dicit:

Quid pulchrius, quid honestius, quid venustius B quidve potest esse delectabilius, quam quod in præsentī vita quotidie cernimus? O quam mirabilis cœli camera in aere jucundo, in lumine solis, in augmento lunæ atque defectu, in varietate stellarum et cursu: quam oblectabilis terra in nemorum floribus, in fructuum suavitatibus, in pratorum rivulorumque amœnitatibus, in segetum culmis luxuriantibus, in vinearum foliis et botrionibus plenis palmitibus, in silvarum umbris et palmis virentibus, in equorum et canum cursibus, in cervorum et caprearum saltibus, in accipitrum volatibus, in pavonum, columbarum, turturumque pennis et collis, in domorum parietibus pictis et laquearibus, in organorum omniumque musicorum tympanis et cantibus, et in mulierum venustis aspectibus, earumque superciliis et crinibus, oculis et genis, gutture, labiis, et manibus, atque aliis extrinsecus adhibitis ornamentis, nimirum auro et gemmis distinctis monilibus, et cæteris huiusmodi, quæ singillatim sensus modo recolere non potest.

Sed cœlestis amor patriæ respondet:

Si te ista quæ sub cœlo sunt, adeo placent, cur non magis ea quæ in cœlo sunt, te oblectant? Si carcer a te tandi æstimatur, patria, civitas, et quanta est? Si talia

sunt quæ colunt peregrini, qualia sunt ea quæ possident filii? Si mortales et miseri in vita hac taliter sunt ditati: immortales et beati qualiter sunt in alia remunerandi? Quapropter amor præsentis sæculi, in quo nullus ita nascitur ut non moriatur, protinus recedit, ut amor futuri, in quo sic omnes vivificantur, ut deinceps non moriantur, succedit: ubi nulla adversitas turbat, nulla necessitas angustet, nulla molestia inquietat, sed perennis lætitia regnat. Sed quæres quid ibi sit, ubi tanta et talis beatitudo persistit. Aliter dicere nemo potest, nisi quia quidquid boni est, ibi est: et quidquid mali est, nusquam ibi est. Quod, inquit, bonum illud est? Quid ne interrogas? A Propheta et Apostolo explicatum est: Oculus, inquit, non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt quæ præparavit Deus iis qui diligunt illum (*Isai. lxiv*; *I Cor. ii*). Ad hanc felicitatem multis sæculi divitiis constipatus David anhelabat, cum diceret: Quid enim mihi est in cœlo: et a te quid volui super terram (*Psal. lxxii*). Multis et regalibus, dapibus et voluptatibus aliis abundabat, et nihilominus clamabat: Satiabor cum apparuerit mihi gloria tua (*Psal. xvi*), et rursum: Sitivit anima mea ad Deum fortem vivum, quando veniam et apparebo ante faciem Dei (*Psal. xli*)? rursumque: Hei mihi quia incolatus meus prolongatus est (*Psal. cxix*). Hinc et Paulus apostolus: Desiderium, inquit, habens dissolvi, et cum Christo esse multo melius (*Philip. i*). His itaque decursis, quamquam multa prætermiserim, tamen, ut mihi videtur, hostis nostri fortia castra, quibus pie viventes in Christo non desinit impugnare, quam breviter demonstravi. Ecce, frater charissime, inter cæteras meas occupationes hunc tibi sermonem nocturnis horis, inculta licet venustate, dictavi atque conscripsi: quem quia epistolarum excedere modum cognovi, libellum potius de vitiorum virtutumque conflictu nuncupare malui: in quo si ædificationis aliquid repereris, et aliis ipsum legendum tradere curabis.

LIBRI DUO

DE VOCATIONE GENTIUM.

LIBER PRIMUS.

CAPUT PRIMUM.

De quæstione inter defensores liberi arbitrii et prædicatores gratiæ tractata, deque scopo ac ordine auctoris.

Inter defensores liberi arbitrii et prædicatores gratiæ Dei, magna et difficilis dudum vertitur quæstio. Quæritur enim utrum velit Deus omnes homines salvos fieri. Et quia negari hoc non potest: cur voluntas Omnipotentis non impleatur, inquiritur.

D Cumque hoc secundum voluntates hominum fieri videatur, gratia videtur excludi (*Rom. xi*): quæ si meritis redditur, constat eam non donum esse, sed debitum. Unde iterum quæritur, cur hoc donum, sine quo nemo salvus est, ab eo qui omnes salvari vult, non omnibus conferatur. Atque ita contrariarum disputationum nullus terminus reperitur, dum non discernitur quid manifestum, quid sit occultum (*I Tim. ii*). De hac igitur compugnancia opi-

nionum, qua mensura et temperantia sentipendunt sit, quantum Dominus adjuverit, aditit inquirere, exercens atque discutiens modulum facultatis meae in ijs quae cordi meo sobrie (quantum arbitror) inhaeserunt: ut si ipse eas regulas processerit stylus, quae nihil offensionis, nihil habeant pravitatis: non solum nobis, sed et alijs utile sit ad aliquem nos limitem pervenisse, quem non debeamus excedere. Primitus itaque de voluntatis humanae motibus et gradibus disputandum est. Inter quam et gratiam Dei quorundam non sana discretio est, existimantium quod praedicatione gratiae liberum negetur arbitrium, nec advertentium eadem regula sibi posse obijci quod gratiam negent, cum eam humanae voluntatis non ducem volunt esse, sed comitem. Si enim tollitur voluntas, ubi ipsa est verarum origo virtutum? Si tollitur gratia, ubi ipsa est honorum causa meritorum?

CAPUT II.

De voluntate humanae animae, et quotuplex sit illa voluntas: tum quod Deus numquam non hominum universorum curam agat.

Sed jam, auxiliante Christo, quod tractandum concepimus, inchoamus. Omni animae humanae, quantum intelligere atque experiri datur, naturaliter qualiscumque inest voluntas: qua aut appetitur quod placet, aut declinatur quod displicet. Illius voluntatis, quantum ad naturalem pertinet motum, et ex vitio primae praevagationis infirmum, genera sunt duo, secundum quae voluntas hominis aut sensualis, aut animalis est. Sed cum adest gratia Dei, accedit ei per donum Spiritus tertium genus, ut possit fieri spiritualis, et per hunc excellentiorem motum omnes affectus undecumque nascentes supernae rationis lege dijudicet. Sensualis igitur voluntas, quam et carnalem possumus dicere, non erigitur supra eum motum qui de corporis sensibus nascitur, qualis est in animis parvulorum: qui licet nullo iudicio rationis utantur, ostendunt tamen aliquid se velle, aliquid nolle, cum videndo, audiendo, odorando, gustando, tangendo, et ea quibus delectantur amant, et ea quibus offendantur oderunt. Quid autem est amare, nisi velle? aut quid est odisse, nisi nolle? Habent ergo etiam ipsi voluntatem suam, quae etsi providendi et consulendi impotens atque ignara sit, in his tamen amat agere quae carnis sensibus blandiuntur, donec vigor rationalis ingenii per maturiora ministeria corporis excitetur, et ad famulantium sibi membrorum usum non alieno nutu, sed sua lege moveatur. Ab hoc ergo sensuali appetitu, in quo remanent ii quos etiam in annis majoribus excordes videmus et fatuos, ad animalem surgitur voluntatem: quae priusquam spiritu Dei agatur, etiam si supra sensualem motum sese attollere potest, tamen sine summi amoris participatione in terrenis occiduisque versatur. In hac humana etiam ingenia, si corporeae voluptati non turpiter serviant, et cupiditates suas iustitiae atque honesta-

lis legibus temperent, nihil supra mercedem gloriae temporalis acquirunt. Et cum praesentem vitam decenter exornent, aeternae tamen beatitudinis praemium non habent: quia rectas actiones et bona studia sua non ad ejus laudem atque honorem referunt, a quo acceperunt, ut in ipsa animali discretionis sublimius saperent, et excellentius ceteris entescerent. Cum enim quidam non solum ad institutionem utilissimarum artium, et doctrinas liberalium disciplinarum, sed etiam ad inquisitionem summi boni aciem mentis intenderint, et invisibilia Dei, per ea quae facta sunt, intellecta conspexerint, non agentes gratias tamen Deo, nec confitentes illum sibi esse hujus facultatis auctorem, sed dicentes se esse sapientes, hoc est, non in Deo, sed in semetipsis gloriantes, quasi ad veritatis inspectionem suis studiis atque rationibus propinquassent, evanuerunt in cogitationibus suis (Rom. 1). Et quod, illuminata Dei gratia, invenerant, obsecante superbia, perdidit: relapsi a superna luce ad tenebras suas, hoc est, ab incommutabili atque aeterno lumine ad mutabilem corruptibilemque naturam. Cum ergo tales in amorem sui recidunt, et ita sibiimet placeant, ut totum quod in se laudabile judicant, non ad dona Dei referant, sed sibi vendicent, et studio propriae voluntatis ascribant, procul ab illa spiritali exsulant voluntate, et nihil in se habent quo ad vitam provebantur aeternam, incipientes in semetipsis etiam illa ipsa temporalia Dei dona corrumpere, et a bonae earum usu in consuetudinem innumerabilium transire vitiorum. Quamvis enim scriptum sit (Deut. xxxii), quod cum disperseret Excelsus gentes, quemadmodum dispersit filios Adam, statuit terminos gentium secundum numerum angelorum Dei, et facta est portio Domini populus ejus Jacob, funiculus haereditatis ejus Israel: et scriptum sit Dominum dicere ad Israel: Eritis mihi sancti, quia ego sanctus sum Dominus Deus vester, qui segregavi vos ab omnibus gentibus esse mihi (Levit. xx); et quamvis scriptum sit in libro Esther, dicente Mordochaeo: Gratias tibi, Domine, quoniam fecisti nova signa et prodigia, qualia non sunt facta in gentibus dividentis omne saeculum in sortes duas, elegisti unam populi tui, reliquam alijs gentibus (Esther. x); et Paulus et Barnabas dicant: Et nos mortales sumus, similes vobis homines, annuntiantes vobis converti ab his vanis ad Deum vivum, qui fecit caelum et terram, et mare et omnia quae in eis sunt, qui in praeteritis generationibus dimisit omnes gentes ingredi vias suas (Act. xiv); quamvis ergo haec et multa similia veritatis scripturae pronuntiet, secundum ipsam tamen credimus et piissime confitemur, quod numquam universitati hominum divinae providentiae cura defuerit. Quae licet exceptum sibi populum specialibus ad pietatem direxerit institutis, nulli tamen nationi hominum bonitatis suae dona subtrahit, ut propheticae voces et praecepta legalia convincerentur in elementorum obsequiis ac testimoniis accepisse. Unde et inexcusabiles facti sunt, quia deo

sibi Dei dona fecerunt; et quæ creata erant ad utendum, venerati sunt ad colendum. In quam impietatem etiam illa gens quam sibi ab omnibus gentibus Dominus segregavit, tota transisset, nisi misericordiae suæ propositum sustentandis electorum lapsibus prætendisset. Nam plenæ sunt paginæ veteris Testamenti de Israeliticæ defectionis relatu, ut aperte appareat divinæ semper fuisse gratiæ, quod non omnis ille populus discessit a Domino. Ita humana natura in primi hominis prævaricatione vitata, etiam inter beneficia, inter præcepta et auxilia Dei, semper in deteriore est proclivior voluntatem, cui committi, non est aliud quam dimitti. Hæc itaque voluntas vaga, incerta, instabilis, imperita, infirma ad efficiendum, facilis ad audendum, in cupiditatibus cæca, in honoribus tumida, curis anxia, suspicionibus inquieta, gloriæ quam virtutum avidior, famæ quam conscientiæ diligentior, et per omnem sui experientiam miserior, fruendo iis quæ concupiverit, quam carendo, nihil in suis habet viribus, nisi periculi facilitatem: quoniam voluntas mutabilis quæ non ab incommutabili voluntate regitur, tanto citius propinquat iniquitati, quanto acrius intenditur actioni. Quamdiu ergo homini ea placeant quæ Deo displicent, voluntas ejus animalis est: quia etiamsi in bonis moribus agat, male adhuc vivit, si non in Dei gloriam vivit. Hoc est enim proprium et præcipuum piorum, ut in Domino glorientur, nec se nisi in Deo diligant. Bene enim se amant, qui in se opera Dei amant. Nam et Deus hoc amat in nobis, quod ipse fecit: et hoc odii, quod ipse non fecit (II Cor. x). Si ergo opus Dei amamus in nobis, bonam voluntatem recte amamus in nobis: quæ utique si opus Dei non esset, amanda non esset. Quis autem homo, nisi malæ voluntatis fuerit, bonam in se non amat voluntatem, quæ superni agricolæ prima plantatio est? Dicente enim Veritate: Omnis plantatio quam non plantavit pater meus cælestis, eradicabitur: quidquid non est eradicandum, manifestum est a patre esse plantatum (Math. xv). Bonæ autem voluntas omnium virtutum germen est primum, quæ innixa origini suæ, in illa æterna et incommutabili voluntate requiescit, ut vere sit spiritualis: quoniam qui adhæret Deo, unus spiritus est (I Cor. vi), dum per communionem illuminantis et illuminati, justificantis et justificati, regentis et subditi, omnis actio ad unum refertur: et quod ad unum refertur, utriusque est: quia nec a Deo alienari potest quod dedit, nec ab homine quod accepit.

CAPUT III.

De hujus quæstionis tractatione: Cum bonæ voluntatis homo esse incipit, num corrigatur prior voluntas, an alia ei detur; et in sacris litteris, Omnes, aliquando pro Aliquibus dicti.

Hic tractandum videtur utrum cum bonæ voluntatis esse homo incipit, eadem quæ in ipso erat, corrigatur voluntas: an alia ei quam non habebat, et quæ priori repugnet, detur. Quod ut evidentius

A appareat, altius id non pigeat inquirere. Omnes homines in primo homine sine vitio capti sumus, et omnes naturæ nostræ incolumitatem ejusdem hominis prævaricatione perdidimus. Inde tracta mortalitas, inde multiplex corporis animique corruptio, inde ignorantia et difficultas, curæ inutiles, illicitæ cupiditates, sacrilegi errores, timor vanus, amor noxius, injusta gaudia, prænitenda consilia, et non minor miseriarum multitudo quam criminum. His ergo atque aliis malis in naturam humanam irruentibus, fide perditâ, spe relicta, intelligentia obscureta, voluntate captiva, nemo in se unde repararetur invenit: quia etsi sibi qui in naturali intellectus conatus sit vitium reluctari, hujus tantum temporis vitam steriliter ordinavit, ad veras autem virtutes æternamque beatitudinem non profecit. Sine cultu enim veri Dei, etiam quod virtus videtur esse, peccatum est: nec placere ullus Deo sine Deo potest. Qui vero Deo non placet, cui nisi sibi et diabolo placet? A quo cum homo spoliaretur, non voluntate, sed voluntatis sanitate privatus est: quia nec detrudi ab innocentis statu posset, nisi voluntate peccaret. Quæ ergo natura erat bonæ, qualitate facta est mala. Et ille animi motus qui numquam potest sine aliquo esse amore, hoc est, sine aliqua voluntate, non perdidit appetitum, sed mutavit affectum: id recipiens desiderio, quod debuit refutare iudicio. Cum igitur homo ad pietatem rediit (de quo ideo dictum est: Spiritus vadens, et non rediens (Psal. lxxvii); quia nisi illum Deus converteret, non rediret) non sit novum sumentum, novaque creatura, non alia in eo creatur substantia, sed eadem quæ fuerat labefactata, reparatur. Nec aliud ab eo auferitur, nisi vitium, quod natura non habuit. Fuit enim in Adam natura sine vitio, qui per voluptatis inobedientiam mala multa contraxit, et in posteriores magis magisque multiplicanda transfudit. Quæ ut vincantur, atque in nihilum deducantur, non efficit nisi gratia Salvatoris, qui opus suum opere suo reparat. Sicut enim dicit Joannes apostolus: In hac apparuit Filius Dei, ut solvat opera diaboli (I Joann. iii). Et sicut rumpit vincula captivi, sic vestit nuditatem spoliati, sic sanat vulnera sauciati: ut quod in ipso agit, etiam per ipsum geratur. Qui utique contra hostem suum non expedit sine protectione configere. Cum illo enim habet certamen, a quo aliquando superatus est. Non ergo fidat de viribus suis, quæ etiam cum essent integræ, non steterunt: sed per illum quærat victoriam, qui solus non est victus, et omnibus vicit. Et si quærit, non dubitet quærendi affectum ab illo se accepisse quem quærit. Nec quia spiritu Dei agitur, ideo se putet liberum arbitrium non habere, quod ne tunc quidem perdidit quando diabolo voluntate se dedit, a quo iudicium voluntatis depravatum est, non ablatum. Quod ergo non interfectum est per vulnerantem, non tollitur per medentem. Vulnera sanantur, non natura removeitur. Sed quod in natura periit, non restituitur nisi ab auctore naturæ, apud quem quod

perdidit natura non perit. Æterna est enim sapientia, æterna veritas, æterna bonitas, æterna iustitia, omnium denique virtutum lumen æternum est, totumque quod virtus est, Deus est. Qui si non operatur in nobis, nullius possumus participes esse virtutis. Sine hoc quippe bono nihil est bonum, sine hac luce nihil lucidum, sine hac sapientia nihil sanum, sine hac iustitia nihil rectum. Dicit enim per Esaiam Dominus: Ego sum, ego sum Deus, quia non est præter me qui salvet (*Esai. xlv*). Et Hieremias: Scio, inquit, Domine, quia non est in homine via sua, nec viri est ut dirigat iter suum (*Jerem. x*). Homo namque mortalis, damnata in Adam origine, carnaliter natus, ad spiritalem novi generis dignitatem nisi Spiritu sancto regente non pervenit. Sed nec ullo hanc desiderio appetit qui calorem ipsius desiderii non accipit, de quo dicit Dominus: Ignem veni mittere in terram, et quid volo nisi ut ardeat (*Luc. xu.*)? Ignis autem iste dilectio est Dei, quam amator mundi non potest captivo corde comprehendere; plenus est enim amore vanitatum, quas etiamsi potuerit et aliqua parte vitare, et transcens corporalibus ac visibilibus ad æterna et invisibilia intelligenda profecerit, si a colendis quoque simulacris recesserit, et venerari cælum et terram, omniaque mundi hujus elementa destiterit; fidem tamen dilectionemque Christi conturbatus de ipsa ejus humilitate non capiet, et scandalum Dominicæ nativitatis ac mortis proprio iudicio non evincet (*I Cor. i*). Propter sapientiam enim mundi resistantem sapientiæ Dei, ut superbia de se præsumptum cæcæretur, placuit Deo per stultitiam prædicationis salvos facere credentes. Unde qui doctrinis sæcularibus tument, ridendam magis, quam adorandam crucem Christi existimant: et quanto sublimius quisque ad humanarum disciplinarum instituta conscendit, tanto magis prædicationis nostræ humilia et infirma fastidit. Nec mirum si Evangelio crucis Christi philosophia gentilis obnuitur, cui etiam Judaica eruditio reluctatur. Nec docti igitur, nec indocti, nec cujuslibet stirpis aut ordinis humana ad Deum ratione ducuntur; sed omnis homo qui ad Deum convertitur, Dei primum gratia commovetur. Non enim ipse sibi lumen est, nec cursum radio propriæ lucis accendit. Si enim beatus Joannes, quo nemo hominum major natus est (*Math. xi*), non erat lumen, quia non suo splendore lucebat, sed de illo vero lumine quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, ut lux esset, acceperat (*Joan. i*): quis ille erit, qui tot opinionum collucationes, tot vincula consuetudinis, tot præjudicia vetustatis, suo tantum iudicio usus abrumpat, et sola voce extrinsecus sonante doctoris hoc tantum de gratia habeat, quod audivit, et totum de voluntate, quod credidit? Quod si ita esset, nihil inter gratiam legemque distaret; nec indulgentiæ quemquam spiritus vivificaret, si occidens littera permaneret. Lex enim quod fieri aut non fieri jubet, non præstat ut ante fiat aut non fiat: quoniam severitati

A ejus non libertate, sed timore servitur (*II Cor. iii*). Dominus autem ut legem non solveret, sed adimpleret, per gratiæ auxilium efficax fecit legis imperium, et multiplicando clementiam sustulit pœnam, ut peccatum non ulciscendo plecteret, sed remittendo deleret. Unde adulteram ex legis constitutione lapidandam et veritate liberavit (*Matth. v*) et gratia, cum executores correpti, de conscientiis territi, trementem ream sub illius iudicio reliquissent (*Joan. viii*), qui venerat quærere et salvum facere quod perierat. Et ideo inclinatus, id est, ad humana demissus, et in opus nostræ reformationis inflexus, digito scribebat in terra, ut legem mandatorum per gratiæ decreta vacuaret, et ostenderet se esse qui dixerat: Dabo leges meas in sensu ipsorum, et in corde ipsorum scribam eas (*Luc. xix, Joan. viii, Jerem. xxxi*). Quod utique quotidie facit, dum cordibus vocatorum suam inserit voluntatem, et stylo Spiritus sancti quidquid in animæ paginis diabolus invidendo falsavit, veritas miserendo rescribit. Cum igitur verbum Dei per ministerium prædicantium auribus carnis infertur, miscetur operatio potentiæ divini cum sono vocis humanæ, et qui incitavit evangelizantis officium, audientis quoque formavit affectum. Dulcescit enim animæ cibus verbi, veteres tenebræ nova luce pelluntur, et obtutus interior caligine antiqui erroris exiit. Transit animus de voluntate in voluntatem, et illa quæ pellitur aliqua cunctatione moratur, ea tamen quæ gignitur, electiora quæque sibi vendicat, ut lex peccati et lex Dei diversas atque discretas in eodem homine habeant mansiones, et concupiscente carne adversus spiritum, carnis autem concupiscentiis spiritu repugnante, per exteriora quidem insidiari tentator audeat, sed mens auxilio Dei munita prævaleat (*Rom. vii, Galat. v*). Ad magnam enim utilitatem fidelium materia est reservata certaminum, ut non superbiat sanctitas, dum pulsatur infirmitas. Unde et Apostolus dicit: In magnitudine revelationum ne extollar, datus est mihi angelus Sataniæ, qui me colaphizet: propter quod ter Dominum rogavi, ut discederet a me: et dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur (*II Cor. xii*). Quærat ergo Dominus imaginem suam, et errantem ovem bonus pastor inveniat, nec dedignetur ægram, diuque invio fatigatam humeris suis ferre, et non revocando tantum, sed etiam portando salvare (*Luc. xv*). Quærat Dominus imaginem suam, et omnium quæ in eam inciderunt, sordium concreione deterga, speculum humani cordis enubilet. Scriptum est enim: Qui potest facere mundum de immundo conceptum semine? (*Job. xiv*). Nonne tu qui solus es? Quærat Dominus imaginem suam, ut in renovatione ac justificatione ejus gratia reformantis appareat, sicut in se factum Paulus apostolus protestatur, et dicit: Eram autem ignotus facie Ecclesiis Judææ, quæ erant in Christo; tantum auditum habebant, quod is qui persequeretur nos aliquando, nunc evangelizat fidem quam expugnabat; et in me clarificabat

Deum (*Galat. 1*). Si ergo tunc Christianus populus didicerat, et illi primitivæ Ecclesiæ, quorum erat unum cor et una anima (*Act. iv*), sic credebant, ut cum viderent quempiam ad agnitionem veritatis ab errore conversum, glorificarent Deum, et fidem correcti confiterentur muneris esse divini; ipse quoque Dominus discipulos suos magistros omnium gentium sic docebat, dicens: Sic luceat lumen vestrum coram hominibus, ut videntes opera vestra bona magnificent Patrem vestrum qui in cœlis est (*Matth. v*). Fixa ergo hac fide in cordibus nostris, humiliterque fundata, qua saluberrime credimus omnia bona, ac maximè ea quæ ad vitam æternam provehunt, Dei munere haberi, Dei munere augeri, Dei munere custodiri, puto pius sensus non debeat mea quæstione turbari, quæ de omnium, et non de omnium hominum conversione generatur, si ea quæ clara sunt, non de his quæ occulta sunt, obscuremus; et dum procaciter insistimus clausis, excludamur ab apertis; cum sufficere debeat, ut in eo, in quod pervenimus, ambulemus. Quid enim mirum, si ad vitæ sacramenta non veniunt, cum plerique qui videbantur venisse, discedant? De quibus dicitur: Ex nobis exiere, sed non erant ex nobis; si enim fuissent ex nobis, mansissent utique nobiscum (*I Joan. 11*). Quorum similes sunt et illi, qui profitentur se Deum scire, factis autem negant (*Tit. 1*). Nam cum scriptum sit: Omnis qui invocaverit nomen Domini, salvus erit (*Rom. x*); de quibus tamen Dominus ait: Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cœlorum, sed qui facit voluntatem Patris mei qui in cœlis est, ipse intrabit in regnum cœlorum (*Matth. vii*); et: Multi mihi dicent in illa die: Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus, et in nomine tuo dæmonia ejecimus, et in nomine tuo virtutes multas fecimus? et tunc dicam illis: Numquam vos cognovi; discedite a me, operarii iniquitatis (*Ibid.*). Tales non invocant nomen Domini, qui non habent spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba, pater (*Rom. viii*). Nemo enim potest dicere Dominum Jesum, nisi in Spiritu sancto (*I Cor. xii*). Et quicumque spiritu Dei aguntur, hi filii sunt Dei (*Rom. viii*), qui ad Deum per Deum veniunt: et salvari volentes, omnino salvantur, quia ipsum desiderium salutis ex Dei inspiratione concipiunt, et per illuminationem vocantis in agnitionem veniunt veritatis. Sunt enim filii promissionis, merces fidei, spiritale semen Abrahamæ, genus electum, regale sacerdotium, præscitum et præordinatum in vitam æternam, sicut testatur Spiritus sanctus per Hieremiam prophetam dicens: Ecce dies veniunt, dicit Dominus, et disponam domui Israel et domui Judæ testamentum novum, non secundum testamentum quod disposui patribus eorum in die qua apprehendi manum eorum, ut educerem illos de terra Ægypti, quia ipsi non perseveraverunt in testamento meo, et ego eos neglexi, dicit Dominus (*I Pet. 11*; *Jerem. xxxi* et *Heb. viii*).

Quia hoc est testamentum quod disponam domui Israel post dies illos, dicit Dominus: Dabo leges meas in sensu ipsorum, et in corde ipsorum scribam eas: et ero illis in Deum, et ipsi erunt mihi in populum. Et non docebit unusquisque proximum suum, et unusquisque fratrem suum, dicens: Cognosce Dominum: quia omnes cognoscent me a pusillo eorum usque ad magnum: quia propitius ero iniquitatibus eorum, et peccatorum eorum memor non ero. Et dabo illis viam alteram, et cor aliud, ut me timeant omnes dies in bonum ipsis et filiis eorum post eos: et constituam illis testamentum æternum quod non avertam post eos, et timorem meum dabo in cor eorum, ne discedant a me, et visitabo eos ut bonos eos faciam (*Jerem. xxxii*). Per Esaiam quoque de gratia sua Dominus, qua ex omnibus hominibus novam creaturam facit, eadem præannuntiat, dicens: Ecce facio nova quæ nunc orientur, et cognoscent ea: Et faciam in deserto viam, et in sicca terra flumina (*Isai. xliii*). Benedicent me bestię agri, sirenæ et filiæ struthionum, quod dederim in deserto aquam, et flumina in sicca terra ad potandum genus meum electum, populum meum quem mihi acquisivi, ut enarrent virtutes meas. Et iterum: Per me ipsum juro, nisi exhibit de ore meo justitia, et verba mea non avertentur, quia mihi flectetur omne genu, et confitebitur omnis lingua Deo (*Isa. xlv*). Si ergo impossibile est ista non fieri, quia nec incerta præscientia Dei est, nec mutabile consilium, nec inefficax voluntas, nec falsa promissio: omnes isti de quibus hæc prædicta sunt (*Jerem. xxxi*), sine cujusquam exceptione salvantur. Dat enim leges suas in sensu ipsorum, easque in cordibus eorum digito suo scribit, ut agnitionem Dei non doctrinæ humanæ opere, sed magisterio summi eruditoris accipiant: quia neque qui plantat, neque qui rigat, est aliquid, sed qui incrementum dat Deus (*I Cor. iii*). Omnes hi a pusillo usque ad magnum cognoscunt Deum, quia ut venirent ad Christum, a Patre audierunt atque didicerunt. Omnes educti ab errore diriguntur in viam vitæ, omnibus, corde mutato, recta sapere et recta velle donatur, omnibus timor quo in mandatis Dei erudiantur, inseritur (*Jerem. vi*, *Joan. vi*, *Psal. cxviii*). Fit in deserto via, et terra arida fluminibus irrigatur, ut qui prius ad confitendum Deum os non aperiebant, et velut muta atque irrationabilia animalia in feritatem transierant bestiarum, divinatorum eloquiorum fontibus mundati, benedicant et laudent Deum (*Isa. xliii*), enarrantes virtutes et mirabilia misericordiæ ejus qui elegit eos, et in filios adoptavit, ac novi testamenti fecit hæredes (*Ephes. 1*, *Galat. iii*). Si autem (ut Apostolus loquitur) hominis confirmatum testamentum spernit aut superordinat, quomodo fieri potest ut ex ulla parte divina promissio resolvatur? Manet prorsus et quotidie impletur quod Abrahamæ Dominus sine conditione promisit, sine lege donavit: quia etsi quidam quibus hæc prædicata sunt, non crediderunt: incredulitas eorum fidem Dei non evacuavit. Est enim Deus verax, omnis autem homo mendax (*Rom.*

III). Et illi quidem qui audito Evangelio credere noluerunt, inexcusabiliores facti sunt, quam si nullum præconium veritatis audissent. Sed certum est eos apud præscientiam Dei, Abrahamæ filios non fuisse, nec in illorum sorte numeratos, de quibus dictum est: Benedicentur in semine tuo omnes tribus terræ (Joan. xv, Gen. xii). Credituros enim promisit qui dixit: Et non docebit unusquisque proximum suum, et unusquisque fratrem suum, dicens: Cognosce Dominum: quia omnes cognoscent me a pusillo eorum usque ad magnum. Reconciliandos promisit qui dixit: Propitius ero iniquitatibus eorum, et peccatorum memor non ero (Jerem. xxxi, xxxii; Hebr. viii). Obedituros promisit qui dixit: Dabo illis viam alteram et cor aliud, ut timeant me omnes dies (Isa. xlv). Perseveraturos promisit qui dixit: Timorem meum dabo in cor eorum, ne discedant a me: et visitabo eos, ut bonos eos faciam. Postremo omnes sine cujusquam exceptione sibi obsecuturos promisit, qui dixit: Per memetipsum juro, nisi exhibit de ore meo justitia, et verba mea non avertentur, quia mihi flectetur omne genu, et confitebitur omnis lingua Deo. Hic si dicamus non fieri quod Deus juravit esse faciendum: falsitatem Deo (quod absit) et mendacium ascribimus veritati. Si autem (ut pietas fidesque persuadent) Dei verba non excidunt, et sit omnino quod statuit (Matth. xxii); quomodo nobis veracis promissionis firmitas apparebit, cum multa adhuc hominum millia dæmoniis serviant, et idolis genu flectant, nisi hujusmodi denuntiatio, res Dei secundum illam incommutabilem scientiam editas noverimus, in qua apud illum jam universitas humana discreta est, et sive de bonis, sive de malis loquatur, ita unius partis meminit, quasi neminem hominum prætermittat? Nam cum dicit Apostolus: Vetera transierunt, ecce facta sunt omnia nova (II Cor. v): nunquid non omnes homines, videtur dixisse renovatos? Aut cum dicit: Quia in ipso complacuit omnem plenitudinem habitare, et per ipsum reconciliari omnia in ipso (Coloss. i): nunquid non ita loquitur quasi neminem velit exoptem hujus reconciliationis intelligi? Aut cum ait: Novissimis istis diebus locutus est nobis in Filio, quem constituit hæredem universorum (Heb. i): nunquid aliud sonat forma sententiæ, quam omnes homines in Christi hæreditate a Patre esse transcriptos, secundum prophetiam David dicentis: Postula a me, et dabo tibi gentes hæreditatem tuam, et possessionem tuam terminos terræ (Psal. ii); dicente enim Domino: Si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me (Joan. xii): nonne universorum videtur promissa conversio? Aut cum de Ecclesia prophetatur et dicitur: Omnis vallis replebitur, et omnis mons et collis humiliabitur, et erunt prava in directa, et aspera in vias planas (Isa. xl): nunquid ullus hominum videtur omissus, qui non significatus sit Christo esse subdendus? Quid cum dicitur: Et veniet omnis caro in conspectu meo ut adorent in Hierusalem, dicit Dominus (Isa. lxxvi); aut illud: Et erit in diebus illis,

A Effundam de spiritu meo super omnem carnem (Joel. ii); aut illud: Allelat Dominus omnes qui corruunt, et erigit omnes elisos (Psal. xlv): nunquid non ita pronuntiatum est, quasi ab hoc Dei munere nemo discretus sit? Habet ergo populus Dei plenitudinem suam, at quamvis magna pars hominum, salvantis gratiam aut repellat aut negligat, in electis tamen et præscitis, atque ab omnium generalitate discretis, specialis quædam censeatur universitas, ut de toto mundo totus mundus liberatus, et de omnibus hominibus omnes homines videantur assumpti: sicut etiam cum de impiis sermo est, ita locutionem suam divinus stylus ordinat, ut ea quæ de quadam parte dicuntur, ad omnes homines pertinere videantur: veluti est illud quod ait Joannes Baptista: Qui de cælo venit, super omnes est: quod vidit et audivit, testificatur, et testimonium ejus nemo accipit (Joan. iii). Aut illud Apostoli: Omnes quæ sua sunt quaerunt, non quæ Jesu Christi (Philip. ii). Aut illud quod psalmus Davidicus canit: Dominus de cælo prospexit super filios hominum, ut videat si est intelligens, aut requirens Deum (Psal. xiii). Omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est usque ad unum. His igitur et alijs documentis quæ possunt ab inquirentibus numerosiora proferri, non dubie demonstratur interdum et pro parte terræ omnem terram, et pro parte mundi totum mundum, et pro parte hominum omnes homines nominari, quorum tamen discretionem plerumque Scriptura cito aperit, ut sensus legentis ab universalitatis appellatione ad partem quæ intelligenda est transferatur: sicut est illud Apostoli dicentis: Prædicamus Jesum Christum crucifixum, Judæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam, ipsis vero vocatis Judæis atque Græcis Christum Dei virtutem, et Dei sapientiam (I Cor. i). Nunquid ipsis Christus virtus, quibus scandalum? aut ipsis sapientia, quibus stultitia? Sed quoniam quidam ex eisdem justificantur fide, quidam autem sua impietate obdurabuntur: unum credentium et non credentium genus sub vocatorum appellatione discrevit, ut quos a fide significabat alienos, eos quamvis audissent Evangelium, ostenderet vocationis extraneos. Hæc regula per Esaiam promittit sermo divinus, dicens: Et ducam cæcos in viam quam non noverunt, et semitas quas nesciunt calcabunt: et faciam illis tenebras in lucem, et prava in directum. Hæc verba faciam, et non derelinquam eos (Isa. xlii). Sed quod sequitur: Ipsi autem conversi sunt retro; ad partem quamdam generis ipsorum referendum est, non ad eos de quibus ait: Non derelinquam eos. Iterum dicit Dominus ad Jacob (Isa. xliii): Noli metuere, quia tecum sum. Ab Oriente adducam semen tuum, et ab Occasu colligam te. Dicam Aquiloni, adhuc: et Africo, noli retare, adhuc filios meos de terra longinqua, et filias meas a summo terræ: omnes in quibus vocatum est nomen meum. In gloriam enim meam paravi illum, et finxi, et feci illum (Ibid.). Quod autem sequi-

tur: Et prædixi plebem cæcā, et oculi eorum sunt cæci, et surdas aures habent; non potest eis ulla ratione congruere, quos in gloriam suam parasse se dicit. In iis quippe omnibus verbis quæ de uno hominum genere dicuntur, aliis personis priora, aliis posteriora conveniunt. Apud Apostolum quoque quod in parte populi agit, sub totius populi nuncupatione narratur, et in reliquis plenitudo censetur. Cum enim de Judæorum obsecratione dissereret, et quasdam ex ipsis gratia salvis fieri demonstraret: Dico ergo, inquit, numquid repulit Deus populum suum? Absit. Nam et ego Israelita sum ex semine Abraham de tribu Benjamin: non repulit Deus plebem suam quam præscivit (Rom. xi). Plebs ergo præscita, plebs non repulsa, ii sunt qui in Christo justificati sunt. Et quod de omni Israele dici videtur, in iis tantum quos sibi gratiæ electio reliquos fecit, ostenditur, sicut sequenti Apostolici sermonis enarrant (*Ibid.*). Adjungit enim et dicit: An nescitis in Elia quid dicit Scriptura, quemadmodum interpellat Deum adversus Israel? Domine, prophetas tuos occiderunt, altaria tua suffoderunt, et ego relictus sum solus, et quaerunt animam meam (III Reg. xix). Sed quid dicit illi responsum divinum? Reliqui mihi septem millia virorum, qui non curvaverunt genu Baal (Rom. xi). Sic ergo, inquit, et in hoc tempore reliquæ per electionem gratiæ salvæ factæ sunt. Si autem gratia, jam non ex operibus: alioquin gratia jam non est gratia. Non ergo omnis Israel reprobatus, nec omnis electus est, sed partem cæcitas voluntaria averit, partem sibi illuminationis gratuita reservavit; et tamen ita de eis sermo habetur, ut et in iis qui pereunt, et in iis qui salvi sunt, (II Cor. ii) nullatius generis videatur facta discretio, Nam cum legitur: Secundum Evangelium quidem inimici propter vos, secundum electionem autem dilecti propter patres (Rom. xi): ita locutio sonat, tamquam eosdem dicat dilectos, quos dixit inimicos. Sed hanc caliginem Apostolus ipse detersit dicendo: Quia cæcitas ex parte in Israel contigit (*Ibid.*): ut unum genus in duas species intelligeremus esse divisum; et omnem hominem, omnem plenitudinem, omnem Israel, non semper ad universitatem, sed plerumque ad partem esse referendum. Inter has autem formulas locutionum, etiam illam in Scripturis dictionem debemus advertere, qua id quod ad diversorum temporum homines pertinet, ita promittitur, quasi de una ejusdem ætatis generatione dicatur, sicut est quod sanctus Petrus apostolus scribens sui et futuri temporis gentibus ait: Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, ut virtutes annuntietis ejus qui de tenebris vos vocavit in admirabile lumen suum: qui aliquando non populus, hunc autem populum Dei: qui non consecuti misericordiam, nunc autem misericordiam consecuti (I Pet. ii). Numquid cum prædicarentur hæc, adhuc illi homines permanebant, quos omnes Deus in præteritis generationibus dimiserat ingredi vias suas (Act. xiv), et iidem ipsi qui

præius traditi fuerant voluntatibus suis, nunc de tenebris in lumen admirabile vocabantur? Nonne illi jam defecerant, jam in hoc mundo non erant, nec ab errore ad veritatem reditus olim mortuis suppetebat? Et tamen quod multa sæcula gratia in posteris impiorum sit, loquendi consuetudo perstrinxit, ut ipsi videantur nunc eligi, qui prius fuerant derelicti. Pertinent autem hæc non ad eosdem homines, sed ad ejusdem gentis homines: et vocatio quæ illuxit prope mundi finem, ad præteritam non recurrit ætatem. Ita modo quodam et ipsi et non ipsi sunt, de quibus et quibus ista dicuntur, dum in aliquo speciali a generalibus non dividuntur, in aliquo verò a communibus separantur.

CAPUT IV.

Solvit calumniam dicentium auctorem per superius dicta contradicere Apostola desinenti, quod Deus velit omnes homines salvos fieri, et in agnitionem veritatis venire; et quod profunditas divinarum mysteriorum atque judiciorum a nobis non sit perquirenda.

Sed cum lægerint hæc vel audierint qui amant calumniosa certamina, dicent nos per hujusmodi disputationes Apostolo contradicere desinenti, quod Deus omnes homines velit salvos fieri, et in agnitionem veritatis venire (I Tim. ii). Quam particulam verborum Apostoli ita nos integre plenæque suscipimus, ut nihil ei de præcedentibus sive subjectis quæ ad ipsam pertinent subtrahamus: quoniam ut cætera divinarum eloquiorum testimonia sequestremus, hic locus sufficit ad evacuandum quod calumniose objiciunt, et ad defendendum quod imple diffidentur. Scribens itaque ad Timotheum Paulus apostolus ait: Obsecro igitur primæ omnium, fieri obsecrationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus et pro iis qui in sublimitate sunt: ut quietam et tranquillam vitam agamus in omni pietate et castitate (*Ibid.*). Hoc enim honum est et acceptum coram salvatori nostro Deo, qui omnes homines vult salvos fieri, et in agnitionem veritatis venire. Unus enim Deus, et unus mediator Dei et hominum homo Christus Jesus, qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus. De hac ergo doctrinæ apostolicæ regula qua Ecclesia universalis imbuitur, ne in diversum intellectum nostro evagetur arbitrio, quid in ipsa universalis Ecclesia sentiat requiramus: quia nihil dubium esse poterit in præcepto, si obedientia concordet in studio. Præcepit itaque Apostolus, immo per Apostolum Dominus qui loquebatur in Apostolo (II Cor. xiii), fieri obsecrationes et postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus ac pro iis qui in sublimitate sunt. Quam legem supplicationis ita omnium sacerdotum et omnium fidelium devotio concorditer tenet, ut nulla pars mundi sit, in qua hujusmodi orationes non celebrentur a populis Christianis. Supplicat ergo ubique Ecclesia Deo non solum pro sanctis et in Christo jam regeneratis, sed etiam pro omnibus infidelibus et inimicis crucis

Christi (*Philp. iii*), pro omnibus idolorum cultoribus, pro omnibus qui Christum in membris ipsius persequuntur, pro Judæis, quorum cæcitati lumen Evangelii non refulget, pro hæreticis et schismaticis qui ab unitate fidei et charitatis alieni sunt. Quid autem pro istis petit, nisi ut relictis erroribus suis convertantur ad Deum, accipiant fidem, accipiant charitatem, et de ignorantiae tenebris liberati in agnitionem veniant veritatis (*II Cor. iv*)? Quod quia ipsi præstare sibi nequeunt, malæ consuetudinis pondere pressi, et diaboli vinculis alligati, neque deceptiones suas evincere valent, quibus tam pertinaciter inhæserunt, ut quantum amanda est veritas, tantum diligant falsitatem: misericors et justus Dominus pro omnibus sibi vult hominibus supplicari: ut cum videmus de tam profundis malis innumeros erui, non ambigamus Deum præstitisse, quod ut præstaret oratus est: et gratias agentes pro iis qui salvi facti sunt, speremus etiam eos qui nondum illuminati sunt, eodem divinæ gratiæ opere eximendos de potestate tenebrarum, ut in regnum Dei priusquam de hac vita exeant transferantur (*Coloss. i*). Quod si aliquos, sicut videmus accidere, salvantis gratiæ præterierit, et pro eis oratio Ecclesiæ recepta non fuerit: ad occulta divinæ justitiæ judicia referendum, et agnoscendum est secreti hujus profunditatem nobis in hac vita patere non posse. Ex parte enim scimus, et ex parte prophetamus: et videmus nunc per speculum in ænigmate (*I Cor. xiii*). Nec sapientiores aut scientiores beatissimo Apostolo sumus, qui cum de gratiæ potentia disputaret, magnorum mysteriorum ingressus arcanum, iis quæ impossibile erat enarrare, succubuit. Cum enim dixisset: Nolo vos ignorare, fratres, mysterium hoc, ut non sitis vobis ipsis sapientes, quia cæcitas ex parte in Israel contigit, donec plenitudo gentium intraret (*Rom. xi*), et sic omnis Israel salvus fieret, sicut scriptum est: Veniet ex Sion qui eruat et avertat impietates ab Jacob, et hoc illis a me testamentum, cum abstulero peccata eorum (*Isai. lxx*). Secundum Evangelium quidem inimici propter vos, secundum electionem vero dilecti propter patres (*Rom. xi*). Sine pœnitentia enim sunt dona et vocatio Dei. Sicut enim aliquando et vos non credidistis Deo, nunc autem misericordiam consecuti estis propter illorum incredulitatem: ita et isti nunc non crediderunt in vestra misericordia, ut et ipsi misericordiam consequantur. Concluserunt enim Deus omnia in incredulitate, ut omnium misereatur. Cum ergo hæc divinorum operum mysteria supra mensuras humanæ intelligentiæ excellentia, quodam mentis suæ profundisset excessu, totam expositionis rationem transtulit ad stuporem, et admirator eorum quæ protulerat, exclamavit et dixit: O altitudo divitiarum sapientiæ et scientiæ Dei, quam incomprehensibilia sunt judicia ejus, et investigabiles viæ ejus (*Ibid.*)! Quis enim cognovit sensum Domini? aut quis consiliarius ejus fuit? aut quis prior dedit illi, et retribuetur ei? Quoniam ex ipso et per ipsum et

A in ipso sunt omnia, ipsi gloria in sæcula sæculorum. Amen.

CAPUT V.

Cur anterioribus sæculis dimissæ sint omnes gentes ingredi vias suas, uno tantum Israele excepto: et quare Deus uni homini det gratiam, alteri autem denegat.

Præmissa enim docentis assertio, locum dabat multimodæ quæstioni, ut variatæ per tot populos ac tempora gratiæ Dei causa quæreretur: cur scilicet anterioribus sæculis dimissæ essent omnes gentes ingredi vias suas (*Act. xiv*), uno tantum Israele, qui divinis eloquiis erudiretur, excepto, et ad agnitionem veritatis electo, cujus infidelitas locum tandem salvandis gentibus fecerit: tanquam si unus populus in fide sui generis permaneret, misericordia Dei cæteris se nationibus præstare non posset. Cur denique ipsi quorum diminutio salus gentibus est, ab obcæcatione sua non liberentur priusquam ingreditur gentium plenitudo: quasi illuminari cum omnibus nequeant, qui omnes, facta omnium gentium adoptione, salvandi sunt; aut quomodo omnis Israel, sublata obcæcatione, salvandus sit, cujus innumerable multitudo in sua infidelitate deficiens ad tempora salvandis promissa non pervenit; vel quomodo ipsarum gentium, quarum prius non est facta vocatio, dicatur nunc ingredi plenitudo, cum tanta promiscuæ ætatis et conditionis hominum millia in omnibus nationibus quæ sunt sub cœlo, sine Christi justificatione moriantur? Sed horum mysteriorum C judiciorumque causas pius et doctus magister maluit ad altitudinem divitiarum sapientiæ Dei scientiæque suspendere, quam justissimæ veritatis et misericordissimæ bonitatis subtractum ab humana cognitione secretum temeraria inquisitione discutere: nihil omitens de iis quæ non oportet ignorari, nihil contractans de iis quæ non licet sciri (*Rom. xi*). Multa enim sunt in dispensatione operum divinorum, quorum causis latentibus soli monstrantur effectus, ut cum pateat quod geritur, non pateat cur geratur: negotio in medium deducto, et in occultum ratione subducta: ut in eadem re et de inscrutabilibus præsumptio comprimitur, et de manifestis falsitas refutetur. Neque enim si nescio cur ille Græcus creetur, hic Barbarus: iste in divitiis, ille in egestate nascatur: hunc valida proceri corporis pulchritudo sublimet, illum debiliū membrorum exilitas contracta deformet: iste a catholicis editus in veritatis cunabulis nutriatur, ille hæreticorum progenies cum ipso lacte matris hauriat virus erroris: si denique mille alias differentias in habitu corporum, in qualitatibus animorum, in conditione temporum, in more regionum diducere non possum: ideo quod omnium horum Deus sit conditor atque ordinator, ignoro. Qui utique singulorum hominum ita et corpora creavit et spiritus, ut præter illam securam ex uniuscujusque studio voluntariam diversitatem, ipsa conditionis exordia dissimillima numerositate variaret. Turbarent autem nos et in diversum distra-

herent multæ vaniloquorum opiniones, qui de incognoscibilibus definire inconvenientia præsumpserunt, et has originales inæqualitates fati, quæ nulla sunt, et sideribus deputarunt, nisi certissima notitia teneremus, Deum creatorem de elementis originalibus, prout vult, vas unumquodque formare, et unam naturam animarum, unam naturam corporum placitis sibi temperare mensuris. Quæ utique opera Dei humanæ intelligentiæ non subtraherentur, si innotescere debuissent, et manifestaretur cur ita quidque fieret, nisi quod ita fieri, scire sufficeret. Dicit Dominus ad Moysen: Quis dedit os homini, et quis fecit mutum et non audientem? videntem et cæcum? nonne ego Dominus Deus? (*Exod. iv.*) Et per Esaiam: Nonne ego fecundam et sterilem feci? dicit Dominus (*Isa. Lxvi.*) In libro Ecclesiastico legitur: Bona et mala, vita et mors, paupertas et honestas a Deo sunt (*Eccli. xi.*) Et Job dicit: Abundant tabernacula prædonum, et audacter provocant Deum, cum ipse dederit omnia in manibus eorum (*Job. xii.*) Et idem de omnium rerum humanarum profectu et defectu disputans, omnesque mutationes ad judicia Dei referens: Apud ipsum est, inquit, sapientia et fortitudo: ipse habet consilium et intelligentiam (*Ibid.*) Si destruxerit, nemo est qui ædificet: si incluserit hominem, nullus est qui aperiat: si continuerit aquas, omnia siccabuntur: si emiserit eas, subvertent terram. Apud ipsum est fortitudo et sapientia, ipse novit et decipientem, et eum qui decipitur: adducit consiliarios in stultum finem, et iudices in stuporem. Balteum regum dissolvit, et præcingit funes eorum, ducit sacerdotes ingloriosos, et optimates supplantat: commutans labium veracium, et doctrinam senum auferens: effundens despectionem super principes, et eos qui oppressi fuerant relevans, qui revelat profunda de tenebris, et producit in lucem umbram mortis, qui multiplicat gentes, et perdit eas, et subversas in integrum restituit, qui immutat cor principum terræ, et decipit eos, ut frustra incedant per invium, palpabunt quasi in tenebris, et non in luce, et errare eos faciet quasi ebrios. Et iterum idem dicens voluntatem Dei irritam esse non posse: Ipse enim, inquit, solus est, et nemo avertere potest cogitationem ejus, et anima ejus quodcumque voluerit, hoc fiet (*Job. xxiii.*) Liberatur pars hominum parte pereunte. Et si hoc voluntatum meritis velimus ascribere, ut malos neglexisse gratia, bonos autem elegisse videatur: resistet nobis innumerabilium causa populorum, quibus per tot sæcula nulla cœlestis doctrinæ annuntiatio coruscavit, nec meliores fuisse eorum posteros possumus dicere, de quibus scriptum est: Gentium populus qui sedebat in tenebris, lucem vidit magnam, et sedentibus in tenebris et umbra mortis lux orta est illis (*Isai. ix.*) Et ad quos apostolus Petrus dicit: Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, ut virtutes annuntiatis ejus qui de tenebris vos vocavit in tam admirabile lumen suum: qui quondam non populus,

A nunc autem populus Dei: quorum aliquando non est misertus, nunc autem miseretur (*1 Petr. ii.*) Non ergo meritis minorum tribuitur quod non merere majores, par enim impietas et patres accusabat et filios, eademque ignorantiae cæcitas omnes simul in eosdem mergebat errores. Sed cur illorum non misertus, et horum misertus sit Deus: quæ scientia comprehendere, quæ potest investigare sapientia? Latet discretionis istius ratio, sed non latet ipsa discretio. Non intelligimus judicantem, sed videmus operantem. Quid calumniatur justitiæ occultæ, qui gratias debemus misericordiæ manifestæ? Lauda et venerare quod agitur, quia tutum est nescire quod tegitur. Respice autem et ad universalem multitudinem parvulorum, in quibus excepto illo quo in damnationem nascitur gens humana delicto, nec præterita possunt merita nec futura censeri. Omnes enim de quibus nunc loquimur, ante ullum intelligentiæ usum, ante liberum voluntatis arbitrium, alii ad æternam beatitudinem regenerati, alii ad perpetuam miseriam transeunt non renati. Si originalem culpam fateris, omnis numerus in reatu est: si moralem innocentiam quæris, omnis summa sine vitio est. Non invenit quod discernat humana justitia, sed habet quod eligat inenarrabilis gratia Dei. In abscondito est consilium, sed non latet donum: opus exerit pietas, causam obscurat potestas. Sed tam indubitale est quod non videtur, quam quod videtur: quia auctori manifesti operis negari confessio etiam incognitæ non potest æquitatis. Quod si et ad illos dirigas mentis intuitum, qui longam agentes in flagitiis et sceleribus ætatem, sacramento baptismatis Christi in ipso vitæ fine renovantur, et sine ullo suffragio bonorum operum in regni cœlestis consortium transferuntur: quo intellectu divinum iudicium comprehendes, nisi ut indubitanter agnoscas gratuita esse Dei munera: et sicut nulla sunt tam detestanda facinora, quæ possint gratiæ arcere donum, ita nulla posse tam præclara opera exire, quibus hoc quod gratis tribuitur, per retributionis iudicium debeatur? Vilesceret enim redemptio sanguinis Christi, nec misericordiæ Dei humanorum operum prærogativa succumberet, si justificatio quæ fit per gratiam, meritis præcedentibus deberetur: ut non munus largientis, sed merces esset operantis.

D Unde autem posset probari quod ad evacuandum originale peccatum nulla idonea esset industria, nisi et impii et facinorosi per lavacrum Christi assumerentur in regnum, agnoscerentque qui in sua justitia gloriantur, quam nihil dignum agere possint adoptione filiorum Dei, si ad regenerationis non pervenerint sacramentum: cum eadem qua scelestissimi peccatores conditione teneantur: pares futuri in sanctificatione, si adfuerit regeneratio, simul perituri si cessaverit ablutio? Si ergo etiam ex nequissimis in ipso vitæ exitu gratia invenit quos adoptet, cum tamen multi etiam qui minus nocentes videntur, doni hujus alieni sint: quis hoc aut sine dispensatione Dei fieri, aut sine profunda dicat æqui-

tate decerni? Quod utique non ideo iniquum est, quia occultum est: sed ideo æquum est, quia iudicium Dei esse non dubium est. Quod enim ab illius pendet arbitrio, qua sententia iudicari debent, priusquam iudicetur incertum est. Cum autem res ad finem suum venerit, nemini liberum est de exitu conqueri: quid certissimum est nihil aliter Deum facere debuisse, quam fecerit. Qui multimodæ vocationis varietatem ad unam gratiam pertinentem, etiam illa regula evangelicæ comparationis (*Math. xx*) astruxit, qua ostendit patremfamilias diverso tempore conducentem operarios vineæ sub pactione denarii, quo vitæ æternæ significatur æqualitas, ubi sine dubio hora undecima intromissi in vineam, totius diei operariis exæquati, istorum de quibus nunc loquimur, præferunt sortem, quos ad commendandam gratiæ excellentiam in defectu diei et conclusione vitæ divina indulgentia muneravit: non labori pretium solvens, sed divitiis bonitatis suæ in eos quos sine operibus elegit, effundens: ut etiam ille qui in multo labore sudarunt, nec amplius quam novissimi acceperunt, intelligant donum se gratiæ, non operum accepisse mercedem. Unde si et nos adversum patremfamilias murmuremus, eo quod novissime vocati totius diei operariis coæquentur, nec amplius multa opera quam pene nulla mereantur: dicetur nobis quod uni eorum responsum est: Amice, non facio tibi injuriam, nonne ex denario convenisti mecum? Tolle quod tuum est, et vade: volo autem et huic novissimo dare sicut et tibi. Aut non licet mihi de re mea facere quod volo? An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? (*Ibid.*) Certe huic calumniatori injusta videbatur hæc largitas. Et quid eruditionis retulit? quid rationis accepit? Non est ei dispensationis hujus revelata justitia, nec ad inspectionem secreti latentis admissus est: sed ut a discutiendis Dei iudiciis abstineret, opposita est ei bonitas miserantis, et volentis potestas, quasi illi et ab Apostolo diceretur: O homo, tu quis es qui respondeas Deo? Numquid dicit sumentum ei qui se sinit: Quare me fecisti sic (*Rom. ix*)? Omnibus ergo hominibus cujuslibet generis, cujuslibet conditionis et ætatis causa percipiendæ gratiæ voluntas Dei est, apud quam ratio electionis abscondita est, ab ea gratia incipientibus meritis, quam accepere sine meritis. Quæ si possent bona esse sine gratia, non diceretur: Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto, non intrabit in regnum cælorum (*Joan. iii*); et: Nisi manducaveritis carnem filii hominis, et biberitis sanguinem ejus, non habebitis vitam in vobis (*Joan. vi*); sed diceretur: Nisi quis fuerit justus et bonus, beatus in æternum esse non poterit. Nec opus esset per aquam et spiritum renasci, si per mandatum sufficeret erudiri. Et evacuaretur fides, quæ credit per baptismum omnia peccata dimitti, si gratia non malis et impiis, sed bonis et rectis doceretur impendi. Origo itaque veræ vitæ veræque justitiæ in regenerationis est posita sacramento, ut ubi renascitur, ibi etiam ipsarum virtutum veritas

oriatur. Et incipiunt ad perpetuam gloriam proficere per fidem, qui vix ad temporalem vanæ laudis poterant pervenire mercedem. Sive culm Judæus legis scientia tumens, sive Græcus studio sapientiæ naturalis inflatus, priusquam justificetur per fidem Christi, conclusus est sub peccato (*I Cor. i*, *Rom. i*): et si in sua infidelitate perstiterit, ira Dei manet super eum (*Joan. iii*), illa scilicet in Adæ prævaricatione contracta, de qua Apostolus loquitur, dicens: Et vos cum essetis mortui delictis et peccatis vestris, in quibus aliquando ambulastis secundum sæculum mundi hujus, secundum principem potestatis aeris hujus, spiritus qui nunc operatur in filios diffidentiae, in quibus et nos aliquando conversati sumus in desideriis carnis nostræ, facientes voluntatem carnis et cogitationum, et eramus natura filii iræ, sicut et cæteri (*Ephes. ii*). Et iterum: Qui eratis illo tempore sine Christo, alienati a conversatione Israel, et hospites testamentorum, promissionis spem non habentes, et sine Deo in mundo (*Ibid.*). Et iterum: Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino (*Ephes. v*). Et iterum: Gratias agentes Patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine, qui oripuit nos de tenebris, et potestate tenebrarum, et transtulit in regnum Filii dilectionis suæ (*Coloss. i*). Et iterum: Eramus et nos aliquando insipientes, increduli, errantes, servientes desideriis, et voluptatibus variis, in malitia et invidia agentes, odibiles, odientes invicem (*Tit. iii*). Cum autem benignitas et humanitas apparuit Salvatoris nostri: non ex operibus justitiæ quæ facimus nos, sed secundum suam misericordiam salvos nos fecit per lavacrum regenerationis Spiritus sancti, quem effudit in nos abunde per Jesum Christum salvatorem nostrum, ut justificati gratia ipsius, hæredes simus secundum spem vitæ æternæ.

CAPUT VI.

Qualis sit natura humana sine gratia.

Et ut brevissime pateat qualis sit natura humana sine gratia, dicat Judas apostolus quid agat vel ignorantia imperitorum, vel doctrina sapientium. Hi autem, inquit, quæcumque quidem ignorant, blasphemant: quæcumque autem naturaliter ut mala animalia norunt, in his corrumpuntur (*Judæ i*). Dicit etiam sub verbis Zachariæ evangelista Lucæ, ante illuminationem gratiæ in qua humanum genus nocte versetur, et de quibus ignorantia tenebris Dei populus eruitur: Et tu, inquit, puer, propheta Altissimi vocaberis, præibis enim ante faciem Domini parare vias ejus, ad dandam scientiam salutis populo ejus in remissionem peccatorum ipsorum, propter viscera misericordiæ Domini, in quibus visitavit nos oriens ex alto, lucere iis qui in tenebris et umbra mortis sedent, ad dirigendos pedes nostros in viam pacis (*Luc. i*). Hæc autem viscera misericordiæ Dominus non ad unius tantum populi redemptionem, sed omnium nationum impendit salutem, dicente Evangelista: Quia Jesus moriturus erat pro gente, non tantum pro gente, sed etiam ut filios Dei dispersos con-

gregaret in unum (*Joan. 11*). Hoc enim ait illa vox Domini, quæ per quamdam pietatis tubam toto terrarum orbe resonantem, omnes homines et invitat, et convenit. Nam cum illisset: *Converte tibi, Pater Domine cœli et terræ, quia abscondisti hæc a sapientibus et prudentibus, et revelasti ea parvulis: ita Pater, quoniam sic beneplacitum est ante te (Matth. 11); addidit: Omnia mihi tradita sunt a Patre meo: et nemo novit Filium nisi Pater, neque Patrem quis novit nisi Filius, et cui voluerit Filius revelare. Et deinde adjecit: Venite ad me, omnes qui laboratis et onerati estis, et ego vos reficiam. Tollite jugum meum super vos, et discite a me, quia mitis sum et humilis corde, et invenietis requiem animabus vestris. Jugum enim meum suave est, et onus meum leve est (*Ibid.*). Joannes vero Baptista in Evangelio Joannis prophetico spiritu protestatur, dicens: Qui de cœlo venit, super omnes est, quod vidit et audivit, testificatur, et testimonium ejus nemo accipit. Qui accipit testimonium ejus, signavit quoniam Deus verax est (*Joan. 11*). Igitur quantum attinet ad humani generis cœcilitatem, longa ignorantia et superbiam nocte contractam, venit in hunc mundum Creator mundi, et mundus cum non cognovit. Lux lucet in tenebris, et tenebræ eam non comprehenderunt (*Joan. 1*). Qui super omnes est, quod vidit et audivit, testificatur, et testimonium ejus nemo accipit (*Joan. 11*). Sed quia non frustra Deus Dei Filius venit in mundum, et dedit semetipsum pro omnibus, mortuusque est non tantum pro gente, sed etiam ut filios Dei dispersos congregaret in unum (*Tit. 2; Joan. 11*), et universis dicit: Venite ad me, omnes qui laboratis et onerati estis (*Matth. 11*): et servato sibi incognoscibilis electionis arbitrio, dat sui Patrisque notitiam quibus eam voluerit revelare: omnes filii lucis, filii promissionis, filii Abrahamæ, filii Dei, genus electum, regale sacerdotium (*I Petr. 2*), veri Israelitæ, præcogniti et præordinati in regnum Dei, qui eos vocavit non solum ex Judæis, sed etiam ex gentibus: testimonium ejus qui de cœlo venit accipiunt (*Joan. 11*), signantes quia Deus verax est, hæc est, expresse significantes in sua salvatione quoniam Deus verax est, implens et perficiens quod promissit Abrahamæ omnium gentium patri: qui pollicente Deo quod hæres futurus esset mundi, non hæsitavit diffidentia, sed confortatus est fide, dans gloriam Deo, et plenissime sciens quoniam quod promissit, potens est et facere (*Rom. 14*). Quis autem tam alienus est a fide Abrahamæ, quis tam degener ab universarum gentium patre, qui promissionem Dei aut non impleri, aut ab alio præter eum qui promissit, dicat impleri? Ille quidem erit mendax, Deus autem est verax (*Rom. 11*). Et omnis qui accipit testimonium ejus (*Joan. 11*), hoc signat, hoc indicat, quod per hunc illuminantem factus est videns, factus est obediens, factus est intelligens, sicut Joannes Evangelista testatur, dicens: Scimus quia mundus totus in maligno positus est, et scimus quia Filius Dei venit, et dedit nobis sensum, ut co-*

gnoscamus verum Deum, et scimus in vero Filio ejus (*I Joan. 7*).

CAPUT VII.

Cur Salvator omnium non omnibus dederit ut cognoscerent verum Deum, cur etiam quidam parvuli salvati fuerint renati, alii pereant non renati.

Si vero quaeritur cur Salvator omnium hominum non omnibus dederit hunc sensum, ut cognoscerent verum Deum, et essent, id est, permanent in vero Filio ejus: quamvis credamus nullis hominibus opem gratiæ in totum fuisse subtractam, de quo plenius in sequentibus disseremus: tamen ita forte hoc velatum sit, sicut illud absconditum est, cur antea omnibus gentibus prætermisissis, tuum populum sibi quem ad veritatis cognitionem erudiret exceperit: de quo judicio Dei si non est conquerendum, multo minus de hoc quod cum electione omnium gentium geritur, murmurandum est. Quæ enim Deus occulta esse voluit non sunt scrutanda: quæ autem manifesta fecit, non sunt neganda, ne et in illis illicite curiosi, et in lætis damnabiliter inveniamur ingrati. Non autem ignoramus esse quosdam tam inconsideratæ præsumptionis, et tam superbæ arrogantia, ut quod præcipuus magister gentium non ab hominibus neque per hominem, sed divinitus eruditus (*Galat. 1*), supra mensuram scientiæ suæ longe et alte remotum esse confessus est, audeant falsi nominis temerare doctrina, et nihil illic occultum, nihil velint esse secretum, ubi Apostolus non quid sentiendum esse aperuit, sed quid non scrutandum esset ostendit. Nullis etenim (quod supra jam diximus) stædiis, nullis ingenis indagare concessum est quo judicio, quoque consilio Deus incommutabiliter bonus, incommutabiliter justus, semper præsciens, semper omnipotens, ideo omnia in incredulitate conclusit, ut omnium misereatur (*Rom. 11*), et tamen illis sæculis quibus unum Israel em erudiebat, innumerabiles populos impiorum illuminare distulerit, et nunc eundem Israel, donec universitas gentium introeat, obcæcatur esse patiat, perentem in tot millibus nascentium atque morientium, et salvandum in eis quos mundi finis invenerit. Quo mysterio totæ Scripturarum corpore dilatato, innouit quidem nobis quid factum sit, quid fiat, quidve faciendum sit: sed quare ita fieri placuerit, ab humanæ intelligentiæ contemplatione subtractum est. Isti autem qui nescire aliquid erubeant, et per occasionem obsecritatis tendunt laqueos deceptionis, omnem discretionem qua Deus alios eligit, aliosque non eligit (multi enim sunt vocati, pauci autem electi (*Matth. 22*)) ad merita humanæ referunt voluntatis, docentes scilicet neminem gratis, sed ex retributione salvari, quia naturaliter omnibus sit institum, ut si velint, possint veritatis esse participes, eisque affundere gratiam, a quibus fuerit expetita. Quæ definitio (ut interim de gratiæ veritate taceatur) de his videtur aliquam ostendere rutunculam, qui libero utantur arbitrio. De parvulis vero quibus sine ulla bonæ voluntatis merito in originali vulnere cum cæteris

mortalibus causa communis est, nihil potest expositionis afferri, qua doceatur cur isti salvi fiant renati, illi percant non renati, sub illius providentia et omnipotentia, in cujus manu est anima omnis viventis, et spiritus universæ carnis hominis, et cui dicitur: Breves dies hominis sunt, numerus dierum ejus apud te est (*Job. xii*). Non autem puto istos voluntatum patronos, simplicitate illorum tam impudenter usuros, ut aut fortuito ista dicant accidere, aut non renatos asserant non perire. Aperte enim aut cum paganis convincerentur sentire de fato, aut cum Pelagianis transfusum in posteros Adæ negare peccatum. Fato autem non baptizari parvulos nec Pelagiani poterunt dicere, sed quia eos liberos a peccato ausi sunt profiteri, meruere damnari. Cum autem de discretionem omnium hominum quæstio ventiletur, et ab omnibus hominibus parvuli nequeant separari, simulque de totius ætatis hominibus Veritas dixerit: Filius hominis venit quærere et salvare quod perierat (*Luc. xix*), frustra profunditatem inscrutabilis gratiæ per liberum arbitrium conantur aperire, qui causam electionis in eorum constituunt meritis qui eliguntur. Et cum multa de majorum voluntate ac judicio inepta et falsa protulerint, in parvulorum tamen discretionem deficiunt, nec possunt de ejus quæstionis ratione reddita gloriari, quæ de omnibus hominibus tractatur, et non de omnibus expeditur. Multiformitas autem et magnitudo divinæ gratiæ probat istos contra veritatem etiam quod de majorum voluntatibus loquuntur, adstruere, eorumque persuasioni divinatorum eloquiorum testimonia repugnare. Quæ si omnia sermoni nostro velimus annectere, modus non erit disserendo. Quæ tamen si se recordationi offerunt, non omittentur ut, quantum satis est, manifestetur omne hominis bonum meritum ab initio fidei usque ad perseverantiæ consummationem, donum atque opus esse divinum.

CAPUT VIII.

Fides unde nascatur, et unde acquiratur.

Igitur fides quæ bonæ voluntatis et justæ actionis est genitrix, quo ipsa fonte nascatur, Apostolus Paulus exponat, qui pro Romanorum fide Deo gratias agit, dicens: Primum quidem gratias ago Deo meo per Jesum Christum pro omnibus vobis, quia fides vestra annuntiat in universomundo (*Rom. i*). Ad Ephesios quoque scribens: Propterea, inquit, et ego audita fide vestra quæ est in Domino Jesu, et dilectione in omnes sanctos, non cesso gratias agens pro vobis, memoriam vestri faciens in orationibus meis, ut Deus Domini nostri Jesu Christi, Pater gloriæ, det vobis spiritum sapientiæ et revelationis in agnitionem ejus, illuminatos oculos cordis vestri, ut sciatis quæ sit spes vocationis ejus, quæ divitiæ gloriæ hæreditatis ejus in sanctis (*Ephes. i*). De fide etiam Colossensium similiter gratias agens: Gratias agimus, inquit, Deo et Patri Domini nostri Jesu Christi, semper pro vobis orantes, audientes fidem vestram in Christo Jesu, et dilectionem quam habetis in sanctos omnes, propter spem quæ repo-

sita est vobis in cœlis (*Coloss. i*). Et ut alia bona ab eodem bonorum auctore percipiant, quid pro eis oret enarrans: Ideo, inquit, et nos ex qua die audivimus, non cessamus pro vobis orantes et postulantes, ut impleamini agnitione voluntatis ejus in omni sapientia et intellectu spiritali, ut ambuletis digne, Deo placentes, in omni opere bono fructificantes, et crescentes in scientia Dei, in omni virtute confortati secundum potentiam claritatis ejus, in omni patientia et longanimitate cum gaudio (*Ibid.*). Item ad Thessalonicenses, qui spiritu fidei dilectionisque serviebant: Gratias agimus, inquit, Deo semper pro omnibus vobis, memoriam vestri facientes in orationibus nostris sine intermissione, memores operis fidei vestræ et laboris et charitatis et sustinentiæ spei Domini nostri Jesu Christi ante Deum et Patrem nostrum (*I Thess. i*): Et infra: Ideo et nos gratias agimus Deo sine intermissione, quoniam cum accepissetis a nobis verbum auditus Dei, accepistis non ut verbum hominum, sed (sicut est vere) verbum Dei, qui operatur in vobis qui credidistis (*I Thess. ii*). Potuit ne plenius aut evidentius demonstrari Dei esse donum, credentium fidem, quam ut ideo agerentur gratiæ Deo, quoniam ii quibus verbum Dei per homines prædicabatur, non quasi de hominum sermone dubitarunt, sed tamquam Deo loquenti per homines crediderunt, qui in ipsis est operatus ut crederent? In secunda quoque ad eosdem Thessalonicenses epistola de fide in Christo proficientium ita Apostolus loquitur: Gratias agere debemus Deo semper pro vobis, fratres, ita ut dignum est, quoniam supercrescit fides vestra, et abundat charitas uniuscujusque vestrum in invicem, ita ut et nos ipsi in vobis gloriemur in ecclesiis Dei pro patientia vestra et fide in omnibus persecutionibus vestris et tribulationibus quas sustinetis in exemplum justii iudicii Dei, ut digni habeamini in regno Dei, pro quo et patimini (*II Thess. i*). Petrus quoque Apostolus ex Deo haberi fidem prædicans, ita scribit: Scientes quod non corruptilibus auro et argento redempti estis de vana conversatione vestra paternæ traditionis, sed pretioso sanguine quasi agni incontaminati et immaculati Christi Jesu, præcogniti quidem ante constitutionem mundi, manifestati autem novissimis temporibus propter vos qui per ipsum fideles estis in Deum, qui suscitavit eum a mortuis, et gloriam ei dedit, ut fides vestra et spes esset in Domino (*I Pet. i*). Item idem in secunda Epistola de fidei perceptione sic loquitur: Simo Petrus servus et apostolus Jesu Christi, his qui cœqualem nobis adepti sunt fidem per justitiam Domini et Salvatoris Jesu Christi (*II Pet. i*). Unde autem habeatur spiritus fidei, Joannes apostolus manifestissime docet, dicens: Omnis spiritus qui confitetur Jesum in carne venisse, ex Deo non est: et omnis spiritus qui solvit Jesum, ex Deo non est, et hic est antichristus (*I Joan. iv*). Item dicit ab eo recipi Evangelium, in quo est Spiritus veritatis. Nos, inquit, ex Deo sumus: qui novit Deum, audit nos: qui non est ex Deo, non nos audit. In hoc cognosci-

mus spiritum veritatis, et spiritum erroris (*Ibid.*). A Item in Actibus apostolorum Petrus apostolus fidem esse per Dominum Jesum pronuntians: Hunc, inquit, quem videtis et nostis, confirmavit nomen ejus, et fides quæ per eum est, dedit integram sanitatem istam in conspectu omnium vestrum (*Act. iii*). De fide quoque Lydiæ, cujus inter alias mulieres quæ Evangelium pariter audiebant, Dominus cor aperuit, ita in eadem narratur historia: Die autem sabbatorum egressi sumus extra portam juxta flumen, ubi videbatur esse oratio, et sedentes loquebamur mulieribus quæ convenerant: et quædam mulier nomine Lydia purpuraria civitatis Thyatirenorum, colens Deum, audivit, cujus Dominus cor aperuit ut intenderet iis quæ dicebantur a Paulo (*Act. xvi*). Non autem ex humana sapientia esse silem, sed ex inspiratione divina, ipsius veritatis voce firmatur. Dicente enim Domino ad discipulos suos: Vos autem quem me esse dicitis? respondens Simon Petrus dixit: Tu es Christus Filius Dei vivi. Respondens autem Jesus, dixit ei: Beatus es, Simon Barjona, quia caro et sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus qui in cælis est (*Matth. xvi*). Paulus vero apostolus hanc ipsam fidem secundum mensuram dari pro arbitrio largientis ita prædicat: Dico enim per gratiam quæ data est mihi, omnibus qui sunt inter vos, non plus sapere quam oporteat sapere, sed sapere ad sobrietatem, sicut unicuique divisit Deus mensuram fidei. Item idem unitatem rectæ fidei, et consensionem in honorem Dei a Deo esse commendans. Deus autem, inquit, patientiæ et consolationis det vobis id ipsum sapere in alterutrum secundum Jesum Christum: ut unanimes uno ore honorificetis Deum et Patrem Domini nostri Jesu Christi (*Rom. xii*). Et infra: Deus autem spei repleat vos omni gaudio et pace in credendo, ut abundetis spe in virtute Spiritus sancti (*Rom. xv*). Quo testimonio non solum fides, sed etiam gaudium et pax, et abundantia spei docentur nisi in virtute sancti Spiritus non haberi (*Ibid.*). Ad Ephesios vero scribens Apostolus de divitiis gratiæ pro malis bona retribuentis, et de fide quæ non ex nobis, sed ex Dei dono habetur, hæc loquitur: Deus autem qui dives est in misericordia, propter nimiam suam charitatem qua dilexit nos, et cum essemus mortui peccatis, convificavit nos Christo, cujus gratia salvi facti sumus, et conresuscitavit, et considerare fecit in cælestibus in Christo Jesu (*Ephes. ii*). Gratia enim estis salvati per fidem, et hoc non ex vobis. Dei enim donum est, non ex operibus, ne quis gloriatur. Ipsius enim sumus signum, creati in Christo Jesu in operibus bonis, quæ præparavit Deus, ut in illis ambulemus. Proprium ergo hoc habet nova creatura per gratiam, ut qui signum Dei sunt, qui nativitate cælesti conduntur in Christo, non otio torpeant, nec desidia resolvantur, sed de virtute in virtutem proficiant (*Psal. lxxxiii*), per viam honorum operum ambulando; hoc est enim fingi, hoc de veteri creatura novam fieri, hoc de imagine terreni hominis ad ima-

PATROL. XVII.

ginem cælestis hominis reformari: quod totum sive palam per cooperatores gratiæ, sive occulte per subministrationem spiritus, ille inchoat, ille auget et perficit, cujus ædificatio, et cujus signum sumus (*I Cor. iii, xv*).

CAPUT IX.

Quod Deus sit auctor omnium virtutum et omnis boni.

Abunde, quantum arbitror, his testimoniis (quavis et alia documenta aggregari potuerint) demonstratum est fidem qua justificatur impius, nisi ex Dei munere non haberi, eamque nullis meritis præcedentibus tribui, sed ad hoc donari, ut principium possit esse meritorum: ut cum ipsa data fuerit, non petita, ipsius jam petitionibus bona cætera conferantur. Unde itaque quædam de plurimis assumenda sunt testimonia, quæ in diversitate donorum ostendant gratiæ largitatem. Ex Deo utique esse, ut homo viam Dei eligat, et ut surgat a lapsu, psalmus Davidicus canit, dicens: A Domino gressus hominis dirigentur, et viam ejus volet. Cum ceciderit, non collidetur: quia Dominus supponit manum suam (*Psal. xxxvi*). Item idem quod duce Deo veniatur ad Deum: Emitte lucem tuam, et veritatem tuam, ipsa me deduxerunt et adduxerunt in montem sanctum tuum, et in tabernaculo tua (*Psal. xlii*). Item quod in Domino sit hominis fortitudo, et Dei voluntas præveniat liberandum: Fortitudinem, inquit, meam ad te custodiam, quia Deus susceptor meus, Deus meus, voluntas ejus præveniet me (*Psal. lxxviii*). In Proverbiis quoque legimus de sapientia et intellectu: Quoniam Dominus dat sapientiam, et a facie ejus scientia et intellectus (*Prov. ii*). Item in eodem libro de dispensationibus sapientiæ Dei, sine qua nullæ rectæ sunt actiones, ita dicitur: Meum consilium et mea tutela: mea prudentia, mea autem virtus. Permeregus regnant, et tyranni per me obtinent terram (*Prov. viii*). Item alibi, quod nemo possit recte incedere nisi Domino dirigente: A Domino corriguntur gressus viri, mortalis autem quomodo intelligit vias suas (*Prov. xx*)? Item alibi: Omnis vir videtur sibi justus, dirigit autem corda Dominus (*Prov. xxi*). Et alibi: Præparatur voluntas a Domino (*Prov. viii*). Item ibidem de cogitatione atque consilio: Multæ cogitationes in corde viri, consilium autem Domini obtinet (*Prov. xis*). In libro vero Ecclesiastæ dicitur quod et habere necessaria, et eis bene uti, donum sit Dei: Non est, inquit, bonum homini, nisi quod manducat et bibit, et ostendit animæ suæ bonum in labore suo (*Eccle. ii*). Et quidem hæc vidi ego, quia a manu Dei est. Quoniam quis manducabit aut pascet absque illo? Item in eodem libro legitur quod corda et opera justorum in manu sint Dei, et tantum in studiis suis proficiant, quantum ille dona verit. Quantumcumque laboraverit homo ut quærat, non inveniet: et quodcumque dixerit sapiens ut sciat, non poterit invenire, quia universum hoc dedi in cor meum, et cor meum universum hoc vidit, quia et justus et sapienter, et ope-

rationes eorum in manu Dei (*Ecclē viii, ix*). In libro autem Sapientiae de eodem gratiae opere ita dicitur: Quoniam ipse et sapientiae dux est, et sapientium emendator (*Sapient. vii*); in manu enim illius et nos, et sermones nostri, et omnis sapientia, et operum scientiae disciplina. De continentia quoque quod ex Dei habeatur munere, eadem Scriptura sic loquitur: Ut scivi quia aliter non possum esse continens, nisi Deus det: et hoc ipsum erat sapientiae, scire cujus esset hoc donum (*Sapient. viii*). Cui sententiae Pauli apostoli doctrina concordat in prima ad Corinthios haec scribitis: Volo autem omnes homines esse sicut meipsum: sed unusquisque proprium habet donum ex Deo: alius sic, alius vero sic (*I Cor. vii*). Dominus vero in Evangelio secundum Matthaeum haec de continentiae dono insinuasse narratur: Di centibus namque discipulis suis: Si ita est causa viri cum uxore, non expedit nubere: dicit illis Jesus: Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est a Patre meo (*Math. xix*). De timore Dei et sapientia in Ecclesiastico legitur: Corona sapientiae timor Domini: utraque autem dona sunt Dei (*Ecclē i*). Item de eodem: Timor Domini super omnia se superposuit, beatus cui donatum est habere timorem Domini (*Ecclē xxv*). Esaias quoque de divitiis spiritalibus, quarum auctor est Dominus, ita loquitur: In thesauris salus nostra advenit: sapientia, et pietas, et disciplina a Domino, hi sunt thesauri iustitiae (*Esaiā xxxiii*). Item de altitudine divitiarum sapientiae et scientiae Dei (*Rom. xi*), cujus bonitas nullius merito praevenerit, haec dicit: Qui mensus est manu aquam, et caelum palmo, et universam terram pugillo, qui statuit montes in libra, et rupes in statera. Quis cognovit sensum Domini, aut quis ejus fuit consiliarius, qui instruat eum, aut quem consuluit, et instruxit eum, vel quis ostendit ei iudicium, aut viam prudentiae quis ostendit ei, vel quis prior dedit ei, et retribuetur illi (*Esaiā xl*)? Unde et in libro Job secundum eundem sensum leguntur Domini verba, dicentis: Quis ante dedit mihi, ut retribuam illi? Omnia quae sub caelo sunt, mea sunt (*Job. xli*). Hieremias vero quod a Deo sit homini recta sapientia, sic profatur: Scio, Domine, quia non est in homine via ejus, nec viri est ut dirigat iter suum (*Jerem. x*). Item quod ad Deum conversio cordis ex Deo sit, per ipsum Dominus protestatur et dicit: Restituam illos in terram istam, et reaedificabo, et non destruam, et plantabo eos, et non evellam, et dabo illis cor ut sciant me, quia ego sum Dominus, et erunt mihi in populum, et ego ero illis in Deum, quia convertentur ad me ex toto corde suo (*Jerem. xxiv*). Item idem praedicans quod ut Deus cognoscatur ex Deo sit: Et scient, inquit, quia ego Dominus Deus illorum: et dabo illis cor cognoscendi me, et aures audiendi (*Baruch. ii*). Quod autem omne verbum bonum et omne opus sanctum subministratio sit Spiritus sancti, sine quo nihil recte agatur, in prima ad Corinthios Paulus apostolus docet, dicens: Ideo notum vobis facio,

quod nemo in spiritu Dei loquens dicit anathema Jesu. Et nemo potest dicere Dominum Jesum, nisi in Spiritu sancto. Divisiones vero gratiarum sunt, idem autem Spiritus: et divisiones ministracionum sunt, idem autem Dominus: et divisiones operationum sunt, idem vero Deus, qui operatur omnia in omnibus. Unicuique autem datur manifestatio Spiritus ad utilitatem. Alii quidem per Spiritum datur sermo sapientiae, alii autem sermo scientiae secundum eundem Spiritum, alteri fides in eodem Spiritu, alii prophetatio, alii discretio spirituum, alii genera linguarum, alii interpretatio sermonum. Haec autem omnia operatur unus atque idem Spiritus, dividens singulis prout vult (*I Cor. xii*). Tantum vero unumquemque habere gratiae, quantum Dominus donaverit, idem Apostolus ad Ephesios ait (*Ephes. iv*): Unum corpus, et unus spiritus, sicut vocati estis in una spe vocationis vestrae: unus Dominus, una fides, unum baptisma, unus Deus et Pater omnium, qui super omnes est, et super omnia, et in omnibus nobis. Unicuique autem nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi, propter quod dicit: Ascendens in altum captivam duxit captivitatem; dedit dona hominibus (*Psal. lxxvii*). Item idem in secunda ad Corinthios dicit, quod non ad cogitandum quidem quod spiritale est, idonei simus, nisi per gratiam Dei: Fiduciam autem talem habemus per Christum ad Deum, non quod sufficientes simus aliquid cogitare a nobis quasi ex nobismetipsis, sed sufficienti nobis ex Deo est, qui et idoneos fecit nos ministros novi Testamenti, non littera, sed spiritu. Littera enim occidit, spiritus autem vivificat (*II Cor. iii*). Et iterum in eadem Epistola, dicens bonorum operum effectum et sufficientiam a Dei gratia ministrari: Potens est autem, inquit (*II Cor. ix*), Deus omnem gratiam abundare facere in vobis, ut in omnibus per omnia sufficientiam habeatis, abundetis in omne opus bonum, sicut scriptum est: Dispensit, dedit pauperibus, iustitia ejus manet in aeternum (*Psal. iii*). Qui autem ministrat semen seminanti, et panem ad manducandum praestabit, et auget incrementa frugum iustitiae vestrae, ut in omnibus locupletati abundetis in omnem simplicitatem. Ad Ephesios vero scribens Apostolus docet quod omnia bona quibus placeat Deo, dona sint Dei, et quod ab ipso peti oporteat, ut ea non habentibus tribuat: Illius rei, inquit, gratia flecto genum mea ad Patrem Domini nostri Jesu Christi, ex quo omnis paternitas in caelo et in terra nominatur, et det vobis secundum divitias gloriae suae virtutem corroborari per spiritum ejus in interiori homine, habitare Christum per fidem in cordibus vestris, in charitate radicati et firmati, ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quae sit latitudo et longitudo, sublimitas et profundum, supereminentiam scientiae charitatem Christi, ut impleamini in omni plenitudinem Dei. Ei autem qui potens est omnia facere superabundantius quam petimus aut intelli-

gimus, secundum virtutem quæ operatur in nobis : ipsi gloria in Ecclesia, et in Christo Jesu, in omnia sæcula sæculorum, amen (*Ephes. iii*). Omnia autem boni Deum esse auctorem, cujus dona nec incerta sint nec mutabilia, sed ex æterna voluntate varietatis, Jacobus apostolus ita loquitur : Nolite errare, fratres mei dilecti, Omne datum optimum, et omne donum perfectum desursum est, descendens a Patre lumine, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio (*Jacob. i*). Voluntarie enim genuit nos verbo veritatis, ut simus imitium aliquod creaturæ ejus. Cui et Zacharias propheta concinit, dicens : Salvabit Dominus in die illo sicut oves populum suum, quoniam lapides sancti voluntur super terram ipsius : quia si quid bonum, ipsius est : et si quid optimum, ab ipso est (*Zachar. ix*). In Evangelio vero secundum Matthæum, quod scientiæ et intellectus dona sint Dei, quæ quibus voluerit largiatur, ita dicitur : Tunc accedentes discipuli ejus dixerunt : Quare in parabolis loqueris ad eos ? At ipse respondens ait illis : Quia vobis datum est nosse mysteria regni cælorum, illis autem non est datum (*Matth. xiii*). Joannes quoque Evangelista pronuntiat neminem aliquid boni habere, nisi quod desursum acceperit, dicens : Non potest homo accipere quidquam, nisi fuerit ei datum de cælo (*Joan. iii*). In ejusdem vero Evangelio doctrina est ipsius veritatis, quod nemo veniat ad Filium, nisi attractus a Patre ; quia venturum Deus et intelligentem et obedientem facit. Nemo, inquit, potest venire ad me, nisi Pater qui misit me, atraxerit eum : et ego resuscitabo eum in novissimo die. Scriptum est enim in Prophetis : Et erunt omnes dociles Dei (*Isaia. liv*). Omnis qui audivit a Patre, et didicit, venit ad me (*Joan. vi*). Et infra : Propter hoc dixi vobis, quia nemo potest venire ad me, nisi datum fuerit ei a Patre meo (*Joan. vi*). In fide autem et in operibus bonis proficere ac perseverare usque in finem, muneris atque auxilii esse divini, sanctarum Scripturarum confirmat auctoritas. Et enim scribens Paulus apostolus Philippensibus ait : Confidens hoc ipsum, quia qui cœpit in vobis opus bonum, perficiet usque in diem Christi Jesu (*Philipp. i*). Hujus autem testimonii virtutem quidam volens ad sui sensus pravitatem convertare, ita quod dictum est : Qui cœpit in vobis, volebat intelligi, quasi dictum esset : Qui cœpit ex vobis : ut et initium et consummatio operis non ad Deum, sed ad hominem referretur, qui et incipere et perficere voluisset. Sed hanc insensissimam superbiam in eadem Epistola excellentissimus gratiæ prædicator elidit, dicens : In nullo terreni ab adversariis ; quæ est illis causa perditionis, vobis autem salutis, et hæc a Deo : quia vobis donatum est pro Christo, non solum ut in eum credatis, sed etiam ut pro illo patiamini (*Ibid.*). Et iterum : Cum metum, inquit, et tremorem vestram salutem operamini, Deus est qui operatur in vobis et velle et perficere pro bono voluntate (*Philipp. ii*). Item in prima ad Thessalonicenses docet ex Deo esse principium et profectum,

consummationemque virtutem, diceas : Ipse autem Deus, et Pater noster, et Dominus Jesus dirigat viam nostram ad vos ; vos autem Dominus multiplicat, et abundare faciat charitatem in invicem et in omnes, quemadmodum et nos in vos, ad confirmanda corda vestra sine querela in sanctitate ante Deum et Patrem nostrum in adventu Domini nostri Jesu Christi, cum omnibus sanctis ejus (*I Thess. iii*). Ad Corinthios quoque scribens, et omnium virtutum proficientem perseverantiam Dei donum esse commendans : Gratias, inquit, ago Deo meo semper pro vobis in gratia Dei quæ data est vobis in Christo Jesu, quia in omnibus divites facti estis in illo, in omni verbo et sapientia ; sicut testimonium Christi confirmatum est in vobis, ita ut nihil vobis deest in ulla gratia, expectantibus revelationem Domini Jesu Christi ; qui et confirmabit vos usque ad finem sine erimine, in diem adventus Domini nostri Jesu Christi. Item ad Romanos de charitate Christi, quæ eos quos diligit, inseparabilis facit, id est, usque in finem perseverantia ; (nam quid est aliud perseverare, quam temptatione non vinci ?) Quis nos, inquit, separabit a charitate Christi ? Tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius ? sicut scriptum est : Quis propter te mortificamur tota die, et stigmati sumus sicut oves occisionis (*Psal. cxliii*). Sed in his omnibus superamus per eum qui dilexit nos (*Rom. viii*). Item ad Corinthios de victoria quam perficit Christus : Stimulus, inquit, mortis peccatum est ; virtus vero peccati, lex. Deo autem gratias, qui dedit vobis victoriam per Jesum Christum Dominum nostrum (*I Cor. xv*). Item ad Thessalonicenses de perseverantia quam Deus tribuit : Ipse autem, ait, Deus pacis sanctificet vos per omnia, ut integer spiritus vester, et anima et corpus sine querela in adventum Domini nostri Jesu Christi servetur. Fidelis est qui vocavit vos, qui etiam faciet (*I Thess. v*). Item ad Thessalonicenses, quod omnia bona nostra sive in operando, sive in loquendo, et in eis perseverantia, dona sint Dei, ita prædicit dicens : Ipse autem Dominus noster Jesus Christus, et Deus pater noster, qui dilexit nos, et dedit consolationem æternam, et spem bonam in gratia, exhortetur corda vestra, et confirmet in omni opere et sermone bono. De cetero, fratres, orate pro nobis, ut sermo Domini curvat, et clarifietur, sicut et apud vos, et ut liberemur ab importunis hominibus et malis. Non enim omnium est fides. Fidelis autem Deus est, qui et confirmabit nos, et sustinet a malo (*II Thess. ii*). Petrus quoque apostolus unde esse virtutem perseverantiæ doceat, audiamus : Deus autem, inquit, omnium gratiæ, qui vocavit nos in æternam suam gloriam in Christo Jesu, modicum passus, ipse perficiet, confirmabit, solidabitque, cum est virtus et potestas in sæcula ævulorum (*I Pet. v*). Joannes vero apostolus quod victoria sanctarumque Dei sit habitantis in sanctis, ita loquitur : Visus est Deo ante, et vidistis mundum ; quantum major est qui in vobis est, quam qui

in mundo (I Joan. iv). Item idem : Omne quod natum est ex Deo, vincit mundum, et hæc est victoria quæ vincit mundum, fides nostra (I Joan. v). In Evangelio autem secundum Lucam, Deum dare ut in fide perseveretur, ita promitur : Dixit autem Jesus Petro : Simon, Simon, ecce Satanas postulavit, ut vos cribraret sicut triticum. Ego autem rogavi pro te, Petre, ne deficiat fides tua : et tu conversus, confirma fratres tuos, et roga ne intretis in tentationem (Luc. xxii). In Evangelio quoque Joannis, de ovibus Christi quæ de manu ipsius a nullo rapiuntur, hæc legimus dicere veritatem : Sed vos non creditis, quia non estis de ovibus meis. Oves meæ vocem meam audiunt, et ego novi illas, et sequuntur me, et vitam æternam do illis, et non peribunt in æternum, nec quisquam rapiet eas de manu mea (Joan. x). Item in eodem Evangelio, de iis quos Pater dat Filio, qui et omnes veniunt ad Filium, et quorum nullus perit, hæc ipsius Domini ore dicuntur : Omne quod dat mihi Pater, venit ad me ; et eum qui venit ad me, non ejectionem foras : quia descendi de cœlo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit me Patris : ut omne quod dedit mihi, non perdam ex eo quidquam, sed resuscitem illud in novissimo die (Joan. vi). Multa sunt alia in canonicarum serie Scripturarum, quæ vitandæ prolixitatis studio præterimus : quoniam quæ assumpsimus, nec pauca sunt, nec obscura, nec levia : quibus plenissime declaratur, omnia quæ ad promerendam vitam æternam pertinent, sine gratia Dei nec inchoari, nec augeri posse, nec perfici : et contra omnem electionem de libero arbitrio gloriantem, illam invictissime reniti sententiam dicentis Apostoli : Quis

enim te discernit? Quid autem habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis (I Cor. iv)? Igitur profunditas illius quæstionis quam secundum admirationem Apostoli impenetrabilem constemur, per liberi arbitrii velle et nolle non solvitur : quia licet insit homini bonum nolle, tamen nisi donatum non habet bonum velle, et illud contraxit natura per culpam, hoc recipit natura per gratiam. Sed quid illud sit, quod hæc eadem natura in omnibus hominibus ante reconciliationem rea, in omnibus misera, non in omnibus justificatur : et a pereuntibus quadam sui parte discernitur ab eo qui venit quærere et salvare quod perierat (Luc. xix), humano sensu prorsus non potest indagari. Quantumlibet enim impiorum malignitas accusetur resistens gratiæ Dei, numquid probabuntur eam, quibus est collata, meruisse : aut illa virtus gratiæ quæ sibi quos voluit subdidit, convertere eos qui inconvertibiles permansere, non potuit? Tales fuerunt qui sunt attracti, quales ii qui in sua dordia sunt relictii. Sed illis tribuit gratia stupenda quod voluit, istis retribuit veritas justa quod debuit : ut iudicium Dei magis inscrutabile sit in electione gratiæ, quam in retributione justitiæ. Verumtamen ne illa pars fidei qua pie credimus Deum velle ut omnes homines veritatis agnitione salventur (I Tim. ii), per hoc quod de effectibus gratiæ evidenter ostenditur, infirmata videatur, annitendum est auxiliante Christo ut nobis stabilitas hujus definitionis appareat. Sed quia necessariæ inquisitionis negotium non levem operam sibi poscit impendi, securam disputationem ab exordio alterius voluminis inchoemus.

LIBER SECUNDUS.

CAPUT PRIMUM.

Quod tria sint quibus in quæstione superius disputata inhæreret debeat : quodque Deus justus sit ordinator, et quemadmodum secundum ea quæ prædicatoribus a Domino jussa sunt, nullarum nationum facta sit discretio, nemoque sit exceptus, sed ad omnes homines missum sit Evangelium, et gratia salutaris Dei omnibus hominibus apparuerit, et de mysterio ejus quod dictum fuit apostolis : In viam gentium ne abieritis ; ac de occultis Dei judiciis in hominum vocatione.

Remotis abdicatisque omnibus concertationibus quas interperantium disputationum gignit animositas, tria esse perspicuum est, quibus in hac quæstione, de qua secundum volumen incipimus, debeat inhæreret : unum, quod profitendum est, Deum velle omnes homines salvos fieri, et in agnitionem veritatis venire (I Tim. ii) ; alterum, quod dubitandum non est, ad ipsam cognitionem veritatis, et perceptionem salutis, non suis quemquam meritis, sed ope atque opere divinæ gratiæ pervenire ; tertium, quod confitendum est, altitudinem judiciorum Dei, humanæ

intelligentiæ penetrabilem esse non posse : et car non omnes salvet, qui omnes vult salvos fieri, non oportere disquiri : quoniam si quod cognosci non potest, non quæretur inter primam ac secundam definitionem, non remanebit causa certaminis, sed securam ac tranquilla fide utrumque prædicabitur, utrumque credetur. Deus quippe, apud quem non est iniquitas, et cujus universæ viæ misericordia et veritas (Rom. ix ; Psal. xxiv), omnium hominum bonus conditor, justus est ordinator, neminem indebite damnans, neminem debite liberans : nostra plectens cum punit noxios, sua tribuens cum facit justos : ut obstruatur os loquentium iniqua (Psal. lxxii), et justificetur Deus in sermonibus suis, et vincat cum judicatur (Psal. l). Nec damnati justa querimonia, nec justificati verax est arrogantia : si vel ille dicat non meruisse se pœnam, vel iste asserat meruisse se gratiam. Sicut autem ea quæ ad manifestationem gratiæ ex divinis proferuntur eloquiis, nulla possunt ratione, disserendi arte violari, ut perspicuæ consonantesque in tanta numerositate sententiæ ad ali-

quod pravæ interpretationis trahantur incertum : ita etiam quod de salvatione omnium hominum in eodem Scripturarum corpore reperitur, nulla contraria argumentatione temerandum est, ut quanto hoc ipsum difficiliore intellectu capitur, tanto fide laudabiliore credatur. Magna enim fortitudo est consensionis, cui ad sequendam veritatem auctoritas sufficit etiam latente ratione. Proinde vigilanter consideremus, prædicatoribus Evangelii quid a Domino jubeatur. Secundum Matthæum quippe sic ait : Data est mihi potestas omnis in cælo et in terra. Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, docentes eos servare omnia quæcumque mandavi vobis : et ecce vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi (*Matth. xxviii*). Secundum Marcum vero eisdem apostolis ita dicitur : Ite in orbem universum, prædicate Evangelium universæ creaturæ : et qui crediderit, et baptizatus fuerit, ipse salvus fiet : qui vero non crediderit, damnabitur (*Marc. xvi*). Numquid hac præceptione ullarum nationum ullorumve hominum facta discretio est? Neminem merito excepit, neminem separavit genere, neminem conditione distinxit. Ad omnes prorsus homines missum est Evangelium crucis Christi : et ne prædicantium ministeria humano tantum viderentur opere peragenda : Ecce ego, inquit, vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi (*Matth. xxviii*). Id est, cum sicut oves introieritis in medium luporum (*Matth. x*), nolite de vestra infirmitate trepidare, sed de mea potestate confidite, qui vos usque ad consummationem sæculi in hoc opere non derelinquam : non ad hoc ut nihil patiamini, sed quod multo majus est, præstiturus ut nulla sævientium crudelitate superemini. In mea enim potestate prædicabitis, et per me fiet, ut inter contradicentes, inter furentes, Abrahæ filii de lapidibus suscitentur (*Matth. iii*). Ego insinuabo quod docui, ego faciam quod promisi. Tradent enim vos in consiliis, in synagogis suis flagellabunt vos, et ante reges et præsides stabitis propter me, in testimonium illis et gentibus. Cum autem tradent vos, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini. Non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis. Tradet enim frater fratrem in mortem, et pater filium, et insurgent filii in parentes, et morte eos afficient. Et eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum. Qui autem perseveraverit usque in finem, hic salvus erit (*Matth. x*). Apparuit ergo, ut Apostolus ait, gratia salutaris Dei omnibus hominibus (*Tit. ii*), et tamen ministri gratiæ odio erant omnibus hominibus ; et cum alii essent qui oderant, alii qui odiis persequentium premebantur : neutra tamen pars nuncupatione omnium hominum privabatur : habente quidem salutis suæ damnum rebellium portione, sed obtinente plenitudinis fidelium dignitate. Dicit enim Joannes apostolus : sed et si quis peccaverit, advocatum habemus apud Patrem Jesum Christum justum, et ipse est propitiatio pro peccatis nostris ; non pro nostris

A autem tantum, sed etiam pro totius mundi (*I Joan. ii*). Magni autem et inenarrabilis sacramenti mysterium est, quod prædicatoribus, quibus dictum est : Ite in orbem universum, et prædicate Evangelium universæ creaturæ (*Marc. xvi*) : iisdem prius dictum fuerat : In viam gentium ne abieritis, et in civitates Samaritanorum ne introieritis ; sed potius ite ad oves quæ perierunt domus Israel (*Matth. x*). Quamvis enim ad omnium hominum vocationem Evangelium dirigetur, omnesque Dominus salvos fieri, et in agnitionem veritatis vellet venire (*I Tim. ii*), non tamen sibi dispensationum suarum abstulerat potestatem, ut aliter quam occulto justoque judicio statuerat, consilii sui ordo decurreret. Unde locum non habent contumacium murmura querelarum, quia quod Deus fieri voluit, constat non aliter fieri debuisse quam voluit. Posteriore vero tempore cum jam Dominus Jesus in Dei Patris gloria consederet, et prædicatoribus verbi suscepto negotio deservirent, volentes apostoli evangelizare verbum in Asia, vetiti sunt ab Spiritu sancto ; et disponentes ire in Bithyniam, prohibiti sunt ab spiritu Jesu (*Act. xvi*) : non utique negata illis populis gratia, sed quantum apparuit retardata. Nam postea etiam apud ipsos fides christiana convalluit. Quæ autem fuerit differendæ vocationis causa, non claret ; et tamen rei gestæ docemur exemplo, quod inter generalia vel promissa, vel opera, vel præcepta, quædam Deus a communibus excepta causis occultiore novit ordinare ratione, credo ut interpositis quibusdam obumbrationibus ea quæ secretius micant, mirabiliter innotescant, ne negligentior fiat acies de facilitate cernendi, et quodammodo dormitet assuetis, si non excitetur insolitis. Illas autem incognoscibiles illuminationum dilaciones, inter quas utique multi in infidelitate deficiunt, non solum in populis remotioribus impiorum, sed etiam in civitatibus fidelium per plurimas domos ac familias novimus fieri, dum christianæ fidei etiam qui christiani futuri sunt adversantur. Multi enim quod oderunt, amabant : quod non recipiunt, prædicabunt. Et quis inter hæc querulis aut curiosis notum faciet, cur adhuc sol justitiæ quibusdam gentibus non oriat, et a tenebrosis cordibus etiam nunc radios suos veritas revelanda contineat? Cur corrigendi tandem sinantur errare, et quod senibus in fine præstandum est, per tam longam non tribuatur ætatem? Cur filiis jam in Christum credentibus nec dum credant parentes : Et rursum a religiosis parentibus, soboles prava discordet? Cum tamen Deo, qui initiorum fidei incrementique largitor est, secundum ipsius præceptum quotidie pro omnibus supplicetur : ut et si exaudit, nota sit gratia miserationis : et si non exaudit, intelligatur judicium veritatis. Sed ne in præteritis quidem sæculis hæc eadem gratia, quæ post Domini nostri Jesu Christi resurrectionem ubique diffusa est (*Act. xiv*), et de qua scriptum est : Illuxerunt coruscationes tuæ orbi terræ (*Psal. lxxvi*), defuit mundo. Quamvis enim speciali cura atque indulgentia Dei populum Israeliticum constet electum, omnesque aliæ nationes

suis vias ingredi; hoc est, secundum propriam permissionem sicut vivere voluntatem, non ita se tamen eterna Creatoris bonitas ab illis hominibus avertit, ut eos ad cognoscendum se aliq̄ue mettendum nullis significantibus adiungeret. Caelum quippe de terra et mare, nihilquē creatura quæ videtur aliq̄ue intelligi potest, ad hanc præcipue disposita est humani generis utilitatem, et natura rationalis de contemplatione tot specierum, de experimentis tot bonorum, de perceptione tot utilitatum, ad cultum et dilectionem sui imbueretur auctoritate, implebit omnia Spiritu Dei, in quo vivimus; movemur, et sumus (Act. xvii): quoniam etsi longe est a peccatoribus salus (Psal. cxviii); præsentia tamen salutis ipsius ac virtutis nihil vacuum est. Igitur sicut dicit Propheta: Misericordia Domini plena est terra (Psal. xxxii): quæ nullis unquam sæculis, nullis generationibus defuit, eamque providentiam quæ universitatem rerum administrat et continet, regendis aliisque naturis semper impendit, dispositam habetis et incommutabilis eternitate consilia; quibus quidquæ temporibus distribuere, et multiformis gratiæ suæ inscrutabiles investigabilesque mensuras; per que dona ac sacramenta variare. Sicut enim ista gratiæ largitas quæ in omnes gentes novissime effundit; non evadit eam quæ super unum Israel sub lege fovebat, nec presentes divitiæ fidem præterite abrogant parcitati: ita nec de illa cura Dei, quæ patriarcharum illis proprie præsidebat, conjiciendum est gubernacula divini misericordie cæteris hominibus fuisse abstracta; qui quidem in comparatione electorum videntur abjecti, sed nunquam sui manifestis occultisque beneficiis abdicati. Legimus enim in Actibus apostolorum Paulum et Barnabam apostolos Lyconensium dicere: Viri, quid hæc fecistis? Et hæc mortales sumus, similes vobis homines, autumentes vobis ab his vanis converti ad Deum vivam, qui fecit cælum et terram, et mare, et omnia quæ in eis sunt: qui in præteritis generationibus dimisit omnes gentes ingredi vias suas. Et quidem non sine testimonio semetipsum reliquit, benefaciens de cælo; dans pluvias et tempora fructifera, implens cibo et lætitia corda vestra (Act. xiv): Quod est autem hoc testimonium quod semper Domino deservit, et nunquam de ejus bonitate ac potestate conticuit, nisi ipsa totius mundi inenarrabilis pulchritudo, et inenarrabile beneficium ejus dives et ordinata largitio, per que hæmanis cordibus quedam æterna legis tabula præbebantur, ut in paginis elementorum, ac voluntibus temporum; communis et publicæ divini institutionis doctrina lægeretur? Cælum ergo, cunctaque caelestia, mare et terra; omniaque quæ in eis sunt, consone speciei suæ ordinationisque contentu protestabantur gloriam Dei, et prædicatione perpetua majestatem sui loquebantur auctoris. Et tamen maximus numerus hominum qui vias voluntatis suæ ambulare permissus est, non intellexit, nec secutus hanc legem est; et odor vitæ qui spirabat ad vitam, factus est ei odor mortis ad mortem: ut etiam in illis visibili-

bus testimoniis disceret quod litera occideret; spiritus autem vivificaret: (II Cor. iii, iii).

CAPUT II.

Quod ad ipsam cognitionem veritatis et perceptionem salutis non quisquam suis meritis; sed ipse et opera divini gratiæ pervenit.

Quod ergo in Israel per constitutionem legis et prophetica eloquia gerebatur; hoc in omnibus nationibus, totius creaturæ testimoniis et bonitate Dei miracula semper egerunt. Sed cum in illo populo; cui utraque eruditio præfuit; nempe nisi gratia justificans sit per spiritum fidei; quis ambigit eos qui de quibuscumque nationibus quibuslibet temporibus Deo placere potuerunt, spiritu gratiæ Dei fuisse discretos? Quæ etsi patetur antea atque oculis facti, nullis tamen sæculis se negavit, virtute una, qualitate diversa; consilio incommutabili, opere multiformi. Nam et in ille alios quibus totam mundum ineffabilem dominum summa rigant, non Memi modes ostendit, nec eadem mensura confertur. Quamvis enim per ministros verbi et gratiæ Dei eadem cunctis veritas prædicatur; eadem cohortatio adhibetur; Dei tamen agricultura est, Dei ædificatio, cujus virtus invisibiliter agit; ut incremento proficiat quod ædificatur aut collitur: sicut attestatur Paulus apostolus, dicens: Quid igitur est Apollo? quid vero Paulus? Ministri ejus cui credidistis, unicuique sicut Dominus dedit. Ego plantavi, Apollo rigavit, sed Deus incrementum dedit: Itaque neque qui plantat, est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat, Deus. Qui plantat retem; et qui rigat, unum sunt. Unusquisque autem propriam mercedem accipiet secundum suum laborem (I Cor. iii). Dei enim sumus adjutores; Dei agricultores estis, Dei ædificatio estis. Agricultor ergo hujus atque ædificationis in tantum quisque adjutor et operarius ac minister est, in quantum unicuique Dominus dederit. Et il qui ministrorum labore excoluntur, ad eam proficiunt modum ad quem illis incrementum auctor evexerit. In agro enim Domini non uniformis nec una plantatio est. Et quamvis in unum decorum totius templi structura conveniat, non idem tamen locus est, nec idem usus omnium lapidum: sicut et in uno corpore non omnia membra eundem actum habent (Rom. xii), dicens Apostolo: Nunc autem posuit Deus membra, et unumquodque eorum sicut voluit (I Cor. xii). Hæc vero membra unde apta, unde utilia, unde sint pulchra, idem doctor exponit, dicens: Ideo notum vobis facio quod nemo in spiritu Dei loquens dicit anathema Jesu: et nemo potest dicere Dominum Jesum, nisi in Spiritu sancto. Divisiones vero gratiarum sunt, idem autem Spiritus: et divisiones ministrationum sunt, idem autem Dominus: et divisiones operationum sunt, idem vero Deus qui operatur omnia in omnibus. Unicuique autem datur manifestatio Spiritus ad utilitatem. Alii quidem per Spiritum datur sermo sapientiæ, alii sermo scientiæ secundum eundem Spiritum, alii fides in eodem Spiritu, alii operatio virtutum, alii prophetatio, alii discretio spirituum, alii genera li-

guarum, alii interpretatio sermonum : hæc autem omnia operatur unus atque idem Spiritus, dividens singulis prout vult (I Cor. xii). Hæc magistro gentium tanta luce, tanta evidentia prædicante, qua ratione, qua causa dubitandum est, an omnium nobis virtutum germen ex Deo sit? vel quis nisi insipientissimus de differentia divinorum munerum conqueratur, aut imparibus ascribendum meritis arbitretur, quod non æqualiter de superna liberalitate confertur? Si enim hæc distributio secundum præcedentium operum merita proveniret, non ipsorum donorum catalogum tali conclusione Apostolus terminaret, ut diceret : Hæc autem omnia operatur unus atque idem Spiritus dividens singulis prout vult (*Ibid.*). Ubi utique si meritorum causas voluisset intelligi, diceret : Dividens singulis prout merentur : sicut plantatoribus aut rigatoribus præmium devotionis spondit, dicens : Unusquisque autem propriam mercedem accipiet secundum suum laborem (I Cor. iii). Datur ergo unicuique sine merito unde tendat ad meritum, et datur ante ullum laborem, unde quisque mercedem accipiat secundum laborem. Quod ita esse etiam Evangelicæ veritatis testimonio agnoscitur, ubi per comparisonem dicitur, quod homo peregre proficiscens vocavit servos, et tradidit illis substantiam suam : et uni dedit quinque talenta, alii autem duo, alii vero unum (*Matth. xxv*), unicuique secundum propriam virtutem, id est, secundum propriam et naturalem possibilitatem, non autem secundum proprium meritum : quia aliud est posse operari, aliud operari : et aliud est posse habere charitatem, aliud habere charitatem : et aliud est capacem esse continentiam, justitiam, sapientiam, aliud vero esse continentem, justum, atque sapientem. Non itaque omnis reparabilis reparatur, nec omnis sanabilis sanatus est; quia reparabilem et sanabilem esse, de natura est : reparatum autem et sanatum esse, de gratia est. Denique isti quibus secundum modulum capacitatis suæ, quem in eis distributor substantiam prævidebat, dispar creditus est numerus talentorum; non meriti remunerationem, sed operis acceperunt materiam. In qua duorum servorum vigilantissima industria non solum gloriosis laudibus honestatur, sed etiam in æterna Domini sui gaudia intrare præcipitur. Tertii vero pigrum otium, et desidiosa nequitia sic punitur, ut et vituperationis dedecoretur opprobrio, et portione quam acceperat, exuatur. Dignus enim erat perdere inutilem fidem; qui non exercuerat charitatem. Unde et in subsequenti sermone, quo apertissime declaratur futuri forma iudicii, sedente Filio hominis in sede majestatis suæ, ante facta congregatione omnium gentium, alii ducuntur ad dexteram, alii ad sinistram constituendi (*Ibid.*) : laudatis dextris de operibus charitatis, nihil aliud sinistris objicitur, quam misericordie benevolentisque neglectus. Acceperant ergo etiam isti fidem, sed non sectati fuerant dilectionem : nec de non servato, sed de non aucto munere damnabuntur. Quamvis enim omnia bona, dona sint Dei; a Deo

A tamen quædam etiam non petita tribuuntur, ut per ipsa quæ accepta sunt, ea quæ nondum sunt donata, quarantur. Semen quippe quod jacitur in terram, non ob hoc seritur, ut ipsum solum maneat, sed ut fructum afferendo multiplex atque numerosum sit. Cui quidem profectus ab illo est qui dat incrementum (I Cor. iii) : sed terra vivens, et de gratiæ jam imbre fecunda, habet quod ab ipsa expectetur ad id quod accepit, augendum.

CAPUT III.

De consideratione differentiarum quibus divinæ gratiæ opera et dona variata sunt.

Illis recte (ut arbitror) quantum Dominus tribuit pertractatis, ad id unde digressa est disputatio, revertamur : ad considerationem scilicet differentiarum quibus divinæ gratiæ opera ac dona variata sunt. Altitudo quippe divinarum sapientiæ et scientiæ Dei cujus inscrutabilia sunt iudicia, et investigabiles viæ (*Rom. xi*), sic semper misericordiam suam et iudicium temperavit, ut secretissima æterni consilii voluntate noluerit in omnibus super omnes generationes aut super omnes homines, æquales donorum suorum esse mensuras. Siquidem aliter eos juverit : quos ad cognoscendam se, cæli et terræ testimoniis conveniebat : aliter illos quibus non solum elementorum famulatu, sed etiam doctrinâ legis prophetarum oraculis, miraculorum signis, et angelorum cooperationibus consuebat. Et multo magis aliter misericordiam suam universis hominibus declaraverit, quando Filius Dei factus est filius hominis, et inventretur ab eis qui eum non querebant, et apparetur iis qui illum non interrogabant, et non in uno tantum populo Israeliticæ stirpis excelleret, sed in omni gente quæ est sub cælo, multiplicatum Abrabæ semen oriretur, in quam hereditatem non filii carnis, sed filii promissionis intrarent (*Gen. xlv*). Et quanta in præteritis sæculis super cæteras nationes, tanta nunc esset in gente Judæa paritas gratiæ : cum tamen introducta plenitudine gentium (*Rom. ix*), etiam ipsorum ariditati eorundem rigationum inundatio spondeatur. Quæ itaque causæ sint harum sub eadem gratiâ dissimilitudinum, quæque rationes, sanctis Scripturis non loquentibus, quis loquetur? Et cum in eis scientia Pauli apostoli a disputatione transeat ad stuporem : cuius eris tanta præsumptio, qui hæc disserendo, existimet sperienda potius quam silentio miranda? Patienter igitur et æquanimitè ignoretur tam remotum ab humana cognitione secretum : nec tamen qui nequeant clausa penetrari, libet etiam reseratorum est prætereundus introitus. Manifestaverunt enim divinorum eloquiorum multæ auctoritates, et continua omnium sæculorum experimenta docuerunt, justam Dei misericordiam, misericordemque justitiam nec alendis unquam corporibus hominum, nec docendis juvenisque eorum mentibus defuisse. Semper etenim pluit super bonos et malos, semper solem suum oriri fecit super justos et injustos (*Matth. v*), semper vitales auras

præbuit, semper diei et noctis vicissitudines ministravit: ubertatem agris, multiplicationem seminibus, fecunditatem generandis hominibus semper impendit. Et si quando aliquid horum minuit, benignis correptionibus aversionem desidiamque male utentium castigavit, ut miserationes ejus quærent in adversis, cujus justitiam non timuerant in secundis. Denique si ad ipsa mundi exordia recurramus, inveniemus omnium sanctorum qui diluvium præcesserunt, Dei Spiritum fuisse rectorem, propter quod et filii Dei nominati sunt (*Gen. vi*): quoniam sicut ait Apostolus: Quicumque spiritu Dei aguntur, hi filii sunt Dei (*Rom. viii*). Et cum iidem neglecta observantia patrum, illicitis se reproborum connubiis miscuissent, atque ob nefariam societatem digni exterminio judicaretur, Dominus ait: Non permanebit Spiritus meus in hominibus istis, quoniam caro sunt (*Gen. vi*). Unde apparet quod iste populus, cujus generationes discreto ordine cum annorum numero digeruntur, spiritualis antea fuit, ea utique voluntate cui Spiritus sanctus præsidebat, sic impendens moderaminis sui regimen, ut declinandi ad vitia non adimeret potestatem, qua potestate hic populus si non uteretur, non relinqueret Deum, nec relinqueretur a Deo, essetque ille de quo dictum est: Felix qui potuit transgredi, et non est transgressus. Quamdiu ergo apud Deum mansit, ea voluntate mansit, quam Deus inspiravit et rexit. Præparatur enim (sicut scriptum est) voluntas a Domino. Sed hujus præparationis non unus semper proventus, nec una mensura est: quoniam multis modis et innumerabilibus differentiis gratiæ opera et dona variantur, inque ipsis singulis generibus munerum dissimiles sunt gradus, et impares quantitates. Sicut enim in germinibus herbarum atque lignorum quæ terra producit, non una species, nec unum in omnibus genus est, sed singula quæque in sui seminis forma, et in suæ stirpis qualitate gignuntur: plenum autem decorem non statim ut eduntur accipiunt, sed certis et ordinatis provehuntur augmentis, donec ad perfectam sui habitus quantitatem per succedentia sibi incrementa perveniant: ita et semina charismatum, plantæque virtutum non in omni agro cordis humani totum hoc pariter quod sunt futura nascuntur, nec facile reperitur in exordio maturitas, et in inchoatione perfectio. Exserit quidem frequenter potens et misericors Deus mirabiles istos suæ operationis effectus, et quibusdam mentibus non expectata profectuum mora, totum simul quidquid collaturus est, invehit. In Abrahamæ lumbis Levi sanctificatur, et simul cum eo domus Aaron et sacerdotalis ordo benedicitur (*Heb. vii*). In Isaac de repromissione concepto, et contra spem sterilius senum nato, omnium gentium vocatio, et tota Christi forma præconditur (*Gen. xviii*). Jacob nullo merito suffragante dilectus priusquam nascatur eligitur (*Malach. v*). Hieremiæ dicitur: Priusquam te formarem in utero, novi te: et priusquam exires de vulva, sanctificavi te (*Jer. i*). Joannes intra Elisabeth matris

A viscera Spiritu sancto repletus exultat (*Luc. i*): et ut nullus inter natos mulierum major sit, prius sentit initia gratiæ, quam naturæ (*Math. xi*). Sed cum et alia similium documentorum exempla non desint, quæ brevitatis studio præterimus: multo tamen crebrior, multoque numerosior pars illa hominum est, cui particulatim quidquid superna largitas donat, accrescit, ut conferendorum munerum causæ de iis quæ sunt collata, pariantur. Quidam accepta fide diffidentia non carent, quam utique inesse sibi noverat qui dicebat: Credo, Domine, adjuva incredulitatem meam (*Marc. ix*). Quam nec illi abesse penitus a suis animis sentiebant qui dixerunt: Domine, auge nobis fidem (*Luc. xvii*). Quidam quod credant, non intelligunt, et multi diu in suæ simplicitatis modo B dulo detinentur. Multi vero cito intellectus lumen accipiunt. Ipsa autem intelligentia non in omnibus eundem habet vigorem, aut similem facultatem. Et plurimi cum et fide et intellectu videantur ornatî, laborant tamen indigentia charitatis: et iis quæ fide et intellectu vident, nequeunt inhærere: quoniam perseverari in eo non potest, quod non toto corde diligitur. Donum quoque ipsius charitatis non semper ejusmodi est, ut quidquid ad plenitudinem pertinet, simul a percipiente sumatur. Est enim amor qui potest alio amore superari. Et sæpe dilectio Dei ex mundi dilectione marcescit, nisi ad eum fervorem Spiritu sancto inflammante profecerit, qui nullo extingui frigore, nullo possit tepore languere. Cum itaque in hoc inenarrabili dono Deo C omnium summa donorum, et quædam sit cunctarum vita virtutum: ad hoc cætera conferuntur, ut habeat animæ fidelis intentio, per quæ ad perfectam charitatem possit eniti. Quæ quoniam non solum ex Deo, sed etiam Deus est, stabiles et perseverantes atque insuperabiles facit quos flumine suæ voluptatis impleverit. Qui autem istarum aquarum dulcedinem nesciunt, adhuc de mundi hujus torrentibus bibunt; aut etiam si aliquid primoribus labris de vitæ fonte gustaverunt, inebriari tamen aureo Babylonis calice delectantur (*Jer. li; Apoc. xvi*): suo prorsus decipiuntur arbitrio, sua voluntate labuntur: et si in hac desidia perseverant, ipsi se iis quæ accipere, dispoliant. Facile enim qualibet D bona sine charitate possunt perire, quæ non possunt sine charitate prodesse.

CAPUT IV.

Quod aversio a Deo non sit divinæ constitutionis, sed propriæ voluntatis.

Hæc autem summatim breviterque perstricta ad id valent, ut certissime noverimus nullum fidelium a Deo non discedentem relinqui, neque cujusquam ruinam ex divina esse constitutione dispositam: sed multis qui jam iudicio rationis utuntur, ideo liberum esse discedere, ut non discessisse sit præmium: et ut quod non potest nisi cooperante spiritu Dei fieri, eorum meritis deputetur, quorum id potuit voluntate non fieri. Quæ voluntas in malis actionibus sola esse potest, in bonis autem sola esse non po-

test. Quamvis enim secundum naturam sit homini ut bonæ voluntatis sit, vitium tamen quod per malam voluntatem irruit in naturam, non naturæ superatur virtute, sed gratiæ. Regebatur ergo primus ille populus Dei Spiritu Dei, et a maledicti ac prædamnati populi societate ac moribus per eruditionem sancti Spiritus abstinencebat, custodiens discretionem sui a permixtione carnalium, quorum mala tamdiu sustinuit patientia Dei, quamdiu boni per id quod eos non imitabantur, placere potuerunt. Ubi vero etiam boni malorum imitatione corrupti sunt, et per voluntatis defectum in eandem nequitiam conspiravit universitas: quos (excepta Noe domo) una impietas profanavit, sententia una delevit (*Gen. vi*). Bonitas autem Dei ne illi quidem parti defuit, quæ in charitate non stetit, et ab initio sui veneno diabolici livoris intumuit. Principem enim gentis impiæ sancti fratris meritis invidentem, eademque ejus parricidali corde meditantem, dignatur Dominus paterno mitigare consilio, dicens ad Cain: Ut quid tristis factus es? ut quid concidit vultus tuus? Nonne si recte offeras, recte autem non divides, peccasti? Quiesce. Ad te enim erit conversio ejus et tu dominaberis ejus. Depone, inquit, ortam de invidiæ æmulatione tristitiam, et flammam odii crudelis exstingue. Nihil tibi Abel nocuit, nec mihi placendo te læsit: despexi munera tua meo iudicio, non illius voto. Opus enim bonum negligenter egisti: recta fuisset oblatio tua, si fuisset recta discretio. Sciens cui offerres, scire debueras quid voveres. Non digne inter me et te divisisti, quoniam tibi electiora servasti. Tuus ergo hic error est, tuumque peccatum, quiesce, et noli in insonentem fratrem moveri, ad te potius tua culpa revocetur; noli peccato regnum in te dare, sed tu potius in ipsum sume dominatum. Pœnitendo enim nec in majus facinus progredieris, et ab eo in quo te doles displicuisse, mundaberis (*Gen. iv*). Cum ergo talia ad Cain loqueretur Deus, numquid ambiguum est voluisse, eum, et quantum ad medendi modum sufficiebat, egisse, ut Cain ab illo impietatis furore resipisceret? Sed malitia pertinax inde facta est inexcusabilior, unde debuit esse correctior. Et utique præsciebat Deus ad quem finem insanientis esset progressura conceptio. Neque ex eo quod falli scientia divina non poterat, necessitate peccandi urgebatur facinus voluntatis: a cujus utique intentione atque effectu potuit incolumitas Abel illæsa defendi, nisi placuisset Deo cum magna laude patientiæ suæ, ut temporalis furor impij fieret perpetuus honor justi. Pôsteris vero istius fratricidæ, quamvis in progenitoris sui moribus viverent, nunquam se divinam bonitatem negasse quis non facile advertat, si consideret quantum eis prodesse potuerit tam longa patientia Dei, tam dives bonorum temporalium copia, et multiplicatæ fecunditatis tam numerosa propagatio? Quæ beneficia licet obduratis nihil remedii et emendationis attulerint, probant tamen aversionem eorum non divinæ fuisse constitutionis,

A sed propriæ voluntatis. In conservatione autem Noe filiorumque ejus et nuruum, in quibus omnium gentium seminarium disponebatur (*Gen. vii*), quanta divinæ gratiæ opera revelata sint, sancta Scriptura manifestat, dum in illa mirandæ capacitatis arca universi generis animalium quantum reparationi sat erat, receptrice, congregatura ad se omne hominum genus Ecclesia figuratur, dum per lignum et aquam redemptio crucis Christi, et ablutio generationis aperitur, dum in iis qui ex illa mundi vastatione salvati sunt, omnium gentium plenitudo benedicitur, dum donum fecunditatis iteratur, et solo esu suffocatorum et sanguinis interdicto, libertas edendi quod placuerit, augetur, salutisque securitas in testimonio versicoloris arcus, hoc est, in B signo multiformis gratiæ consecratur (*Gen. ix*). Quæ utique mysteria atque sacramenta non unius tantum familiæ paucissimos tunc homines, sed in ipsis omnes eorum posteros imbuebant, ut quod eruditioni impendebatur parentum, proficeret scientiæ filiorum. Jam vero procurrente humanæ propagationis augmento, cum ipsa mortalium numerositas de suis multiplicationibus superbiret, et secundum elationis suæ altitudinem cœlo cuperet molem immodicæ instructionis inserere, quam mirabilis erga cohibendam hanc insolentiam fuit divinæ censura justitiæ? Quæ unam illorum populorum loquelam notis sibi invicem significationibus consonantem septuaginta et duarum linguarum varietate confudit (*Gen. xi*): ut et inter dissonas voces C operantium pereunte concordia, insanæ molitionis machina solveretur, et habitando orbi terrarum daret incolas malæ congregationis opportuna dispersio. In isto autem opere providentiæ Dei præordinabantur miracula gratiæ christianæ, quæ omnem hanc dispersionem in illius ædificationis erat vocatura compagem, in qua omne genu flectitur Deo, et omnis lingua constitetur, quoniam Jesus in gloria Dei Patris est (*Philip. ii*). Hanc latitudinem gratiæ in plenitudine dispositorum temporum revelandæ, facta ab Abraham promissio Dei signis jam luculentioribus indicabat, quando duplex ejus successio, filii scilicet carnis, et filii promissionis, multitudini arenarum comparabatur et siderum, et vir senex per annosam uxoris sterilitatem ab spe jam prolis alienus (*Gen. xvi, xxi*), credebatur laudabili fide per germen unius filii patrem futurum esse se mundi, prospiciens illum in semine suo, immo conspiciens, qui dixit: Abraham diem meum vidit, et gavisus est (*Joan. viii*). Qua fide Abraham cum justificaretur, nondum mandatum circumcisionis acceperat, sed cum esset in præputio naturali, reputata est fides ejus ad justitiam (*Gen. xv; Rom. iv*); et eadem fides signaculum circumcisionis acceperat in eo corporis membro, per quod semen procreationis perventurum erat ad eam carnem, in qua sine carnali semine Dei Filius Deus verbum caro fieret, ac de Abraham filia Maria virgine nasceretur, assumptis omnibus in hujus natiuitatis consortium qui in

Christo per Spiritum sanctum regenerati, quod Abrahamam credidit, credidissent.

CAPUT V.

Quod etiam ante adventum Christi nationes quæ alienatæ a conversatione Israel spem non habebant, ob hoc non sint excusabiles, et quomodo propter persecutiones bonorum Christus populum suum auerit.

Hæc autem fides antequam veniret hoc semen, de quo Abrahamæ dictum est : In semine tuo benedicentur omnes gentes terræ (*Galat. iii; Gen. xii*) : intra unius stirpis populum continebatur vigente apud veros Israelitas spe redemptionis nostræ : quoniam etsi fuerint ex alienigenis quos temporibus legis veritas illustrare dignata sit, tamen tam pauci fuerunt, ut vix recognoscantur an fuerint. Neque ob hoc excusabiles sunt nationes, quæ alienatæ a conversatione Israel, spem non habentes, et sine Deo in hoc mundo sub ignorantia tenebris perierunt (*Ephes. ii*) : quia hæc abundantia gratiæ quæ nunc universum mundum rigat, pari antea largitate non fluxit. Adhibita enim semper est universis hominibus quædam supernæ mensura doctrinæ quæ etsi parciore occultiorisque gratiæ fuit, sufficit tamen, sicut Dominus iudicavit, quibusdam ad remedium, omnibus ad testimonium : ut non dubie, sed evidenter appareret, quod nisi ubi abundavit peccatum, superabundaret gratia (*Rom. v*), nunc quoque universum genus humanum similis obexcaret impietas. An forte (ut plerique garrunt) meliora quam veterum ingenia nostris sæculis orta sunt, et aptiores divinis donis animas tempora extrema pepererunt? Quod etiam si ita esset, ad bonitatem id referendum esset auctoris, qui vocandis ad vitam æternam populis, ea quæ non reniterentur, corda flixisset. Sed nihil prorsus novatum est in generatione carnali, nec generosior avis minorum orta successio est, cum potius in hominibus illius temporis quo mundi redemptor advenit, quanto erat propago tardior, tanto sit iniquitas inventa robustior. Probavit hoc Judaici furoris impietas : et quam apta Evangelio Christi fuerit illa generatio, non solum populi, sed etiam Scribarum et principum ac sacerdotum corda docuerunt : quibus parum fuit in agnum Dei tollentem peccatum mundi (*Joan. i*), contra testificationem legis, contra oracula prophetarum, contra divinarum experimenta virtutum, seditionibus, contumeliis, sputis, alapis, D colaphis, lapidibus, flagris, et ad postremum crucis atrocitate sævisse, nisi etiam testes resurrectionis ejus eadem persequerentur insania : quam apostoli quando a pontificibus flagellati sunt, ostenderunt in psalmo Davidico prophetatam, dicentes (*Act. iv*) : Domine, tu es Deus qui fecisti cælum et terram et mare, et omnia quæ in eis sunt : qui Spiritu sancto per os patris nostri David pueri tui dixisti : Quare fremuerunt gentes, et populi meditati sunt inania : astiterunt reges terræ, et principes convenerunt in unum adversus Dominum et adversus Christum ejus (*Psal. ii*)? Convenerunt enim vere in civitate ista adversus sanctum filium tuum Jesum, quem unxisti,

A Heredes et Pontius Pilatus cum gentibus et populis Israel, facere quæ manus tua et cœcilium decreverunt fieri (*Luc. xxii*). Igitur ad manifestandam gratiam Dei, quæ externe ejus incommutabilique consilio in salutem omnium gentium disponebatur, non priora quasi incapacia declinata sunt tempora, sed ista electa, quæ tales populus ediderunt, quorum ferocis et voluntaria iniquitas non consolendi affecto, sed intentione sævienti persisteret facere quæ manus Dei et consilium decreverunt fieri, ut mirabilior esset gratia et potentia Dei, quæ de tam duris anthis, tam tenebrosis mentibus, tam inimicis cordibus fecit sibi populum fidelem, subditum, sanctum : qui non per sapientiam hujus mundi pervenit ad lumen sapientiæ Dei, sed per illius donum, de quo testatur Joannes B Apostolus, dicens : Scimus quia Filius Dei venit, et dedit nobis sensum ut cognoscamus verum Deum, et simus in vero Filio ejus (*I Joan. v*) : Cui testimonio apostolus Paulus consonat, dicens : Gratias agentes Patri qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine, qui eripuit nos de tenebris, et de potestate tenebrarum, et transtulit in regnum Filii dilectionis suæ (*Coloss. i*). Et iterum idem : Eramus enim, inquit, aliquando insipientes, increduli, errantes, servientes, desideriis et voluptatibus variis, in malitia et invidia agentis, odibiles, odientes invicem. Cum autem benignitas et humanitas apparuit Salvatoris nostri, non ex operibus justitiæ quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam salvos nos fecit per lavacrum regenerationis Spiritus sancti, quem effudit in nos abunde per Jesum Christum Salvatorem nostrum, ut justificati gratia ipsius hæredes simus secundum spem vitæ æternæ (*Tit. i*). Potuitne plenius, luculentius, verius explicari, quæ merita hominum Christus invenerit, et quos sibi mores subjecerit, quæ ad se corda converterit, quando venit moderi non sanis, sed male habentibus, et vocare non justos, sed peccatores (*Matth. ix*)? quoniam gentium populus qui sedebat in tenebris, lucem vidit magnam, et seditibus in tenebris et umbra mortis, lux orta est illis (*Isa. ix*). Fremebant gentes, irascebantur populi, sæviebant reges, et potestates contradicebant, superstitiones et totius mundi relictabant errores. Sed de resistentibus, furentibus, persequentibus populum suum Christus augebat, et per vincula ac supplicia mortisque sanctorum roborabatur fides, vincebat veritas, perque universum mundum Dominici agri segetis multiplicabatur ubertas. Tanta enim desuper præbebat constantia fidei, fiducia spei, fortitudo tolerantia, ut ille ignis dilectionis, quem in cordibus fidelium Spiritus sanctus accenderat, nullo modo ab opprimentibus posset extinguï : cum et qui cruciabantur, vehementius inardescerent : et qui sæviebant, eandem quam persequerentur, flammam sæpe conciperent, quæ beatus apostolus Paulus ignitus fidenter ferventerque dicebat : Justificati igitur ex fide pacem habeamus ad Deum per Dominum nostrum Jesum Christum, per quem et accessum habemus fide in

gratiam istam in qua stetit; et glorificavit in spe gloriæ illorum Dei: non solum vitam, sed et gloriam in tribulationibus; scientes quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem; probatio vero spem, spes autem non confundit, quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, per Spiritum sanctum qui datus est nobis (Rom. v). Et iterum (Rom. viii): Quis nos separabit a charitate Christi? Tribulatio? an angustia? an persecutio? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius? Sicut scriptum est: Quia propter te mortificamur tota die, aestimati sumus sicut oves occisionis (Ps. xliii). Sed in his omnibus superabimus, per eum qui dilexit nos: Certus enim erit quia neque mors, neque vita, neque angelus, neque principatus, neque instantia, neque virtus, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare a charitate Dei quæ est in Christo Jesu Domino nostro. Hæc charitas diffusa per Spiritum sanctum fecit, ut mundus fidelium mundum vinceret impiorum. Hæc Nebonis crudelitatem, Domitiani furorẽ, multorumque post eos principum glorioso innumerabilium martyrum hæc confudit, donante Christo imitatoribus suis de persecutionibus regum, æternarum stemmata coronarum.

CAPUT VI.

Quod Christus pro omnibus impiis et peccatoribus mortuus fuerit.

Nulla igitur ratio dubitandi est Jesum Christum Dominum nostrum pro impiis et peccatoribus mortuum: a quorum numero si aliquis liber inventus est, non est pro omnibus mortuus Christus. Sed propter omnes mortuus est. Nemo ergo omnium hominum ante reconciliationem, quæ per Christi sanguinem facta est, non aut peccator aut impius, dicente Apostolo: Si enim Christus cum adhuc infirmi essemus, juxta tempus pro impiis mortuus est: vix enim pro justo quis moritur, nam pro bono forsitan quis audeat mori. Commendat autem suam charitatem Deus in nobis, quoniam si cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est, multo magis justificati in sanguine ipsius salvi erimus ab ira per ipsum. Si enim cum inimici essemus reconciliati sumus Deo per mortem Filii ejus, multo magis reconciliati salvi erimus in vita ipsius (Rom. v). Idem autem Apostolus in secunda ad Corinthios ait: Charitas enim Christi urget nos, judicantes hoc, quoniam si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt, et pro omnibus mortuus est, ut et qui vivunt, jam non sibi vivant, sed ei qui pro ipsis mortuus est, et resurrexit (II Cor. v). De se ipso vero quid pronuntiet audiamus: Fidelis, inquit, sermo, et omni acceptione dignus, quia Christus venit in hunc mundum peccatores salvos facere, quorum primus ego sum. Sed ideo misericordiam consecutus sum, ut in me primo ostenderet Christus Jesus omnem patien-

tiam, ad informationem eorum qui credituri sunt illi in vitam æternam (I Tim. i). Sive ergo circumcisio, sive præputium, peccato universaliter concludebatur, unusque omnes reatus obtinuerat, et inter magis minusque impios nemo erat qui posset alioque Christi redemptione salvari: quæ redemptione universo esse intulit mundo, et omnibus hominibus indifferenter innotuit: quandoquidem in die quinquagesimo ab illo pascha in quo se hostiam Deo verus Agnus obtulerat, etiam apostoli et qui cum eis unanimes erant, repleti Spiritu sancto linguis omnium gentium loquerentur, conveniebat excita miraculo diversi generis hominum multitudo, ut Evangelium Christi in eis qui aderant, totus mundus audiret. Confluxerant autem (sicut scriptum est) Parthi et Medi: Elamitæ, et qui inhabitant Mesopotamiam, Judæam et Cappadociam, Pontum et Asiam, Phrygiam et Pamphyliam, Ægyptum et partes Libyæ, quæ est circa Cyrenen, et advenæ Romani, Judæi quoque et Proselyti, Greci et Arabes, audientes eorum linguis prædicari magnalia Dei (Act. ii): quorum testificatio etiam in eas gentes quæ remotiores sunt, longe lateque procureret. Ad cujus rei effectum credimus providentia Dei Romani regni latitudinem præparatam, ut nationes vocandæ ad unitatem corporis Christi, prius jure unius imperii consociarentur impietatis; quamvis gratia christiana non contenta sit eisdem limites habere quos Roma, multoque jam populorum sceptro crucis Christi illa subdiderit, quos armis suis ista non domuit. Quæ tamen per apostolici sacerdotii principatum amplior facta est arce religionis, quam solio potestatis. Quod si forte, quemadmodum quasdam gentes, quod non volunt, in consortium filiorum Dei novimus adoptatas, ita etiam nunc in extremis mundi partibus sunt aliquæ nationes quibus nondum gratia Salvatoris illuxit: non ambigimus etiam circa illas occulto judicio Dei tempus vocationis esse dispositam, quo Evangelium quod nondum viderunt, audiant atque suscipiant. Quibus tamen illa mensura generalis auxilii quæ desuper omnibus semper hominibus est præbita, non negatur: quamvis tam acerbo natura humana vulnerare sauciata sit, ut ad cognitionem Dei neminem contemplatio spontanea plene valeat erudire, nisi obumbrationem cordis vera lux discusserit, quam inscrutabili judicio Deus justus et bonus non ita præteritis sæculis quemadmodum in novissimis diebus effudit. Unde et beatus apostolus Paulus scribens Colossensibus ait: Mysteriorum quod absconditum fuit a sæculis et generationibus, nunc autem manifestatum est sanctis ejus, quibus voluit Deus notas facere divitias gloriæ sacramenti hujus in gentibus, quod est Christus in vobis spes gloriæ (Coloss. i).

CAPUT VII.

Quomodo mysterium vocationis gentium prophetis fuerit cognitum et apostolis.

Numquid hoc mysterium etiam prophetis incognitum fuit? et illi per quos Spiritus sanctus loquebatur, ea quorum ab ipsis debant denuntiationes,

nesciebant? Non ita plane intelligendum puto, sed A et gentibus Deus pœnitentiam ad vitam dedit (*Act. xi*). Iacobus quoque apostolus de hac vocatione gentium dicit (*Act. xv*): Viri fratres, audite me: Simon narravit quemadmodum primum Deus visitavit sumere ex gentibus populum nomini suo et huic concordant verba prophetarum, sicut scriptum est: Post hæc revertar, et reedificabo tabernaculum David, quod cecidit, et diruta ejus ædificabo, et erigam illud (*Amos ix*), ut requirant cæteri hominum Dominum, et omnes gentes super quas invocatum est nomen meum, dicit Dominus faciens hæc: notum a sæculo est Domino opus suum. Simeon quoque ille, cui responsum erat a Spiritu sancto non eum visurum mortem priusquam videret Christum Domini, de salute omnium gentium quæ in Christo revelabatur, hæc dixit: Nunc dimitte servum tuum, Domine, secundum verbum tuum in pace: quia viderunt oculi mei salutare tuum, quod parasti ante faciem omnium populorum, lumen ad revelationem gentium, et gloriam plebis tuæ Israel (*Luc. ii*). His et aliis testimoniis Scripturarum non dubie demonstratur istam ditissimam, potentissimam, benignissimam gratiam qua in novissimo mundi tempore omnes gentes in regnum Christi vocantur, prioribus sæculis in occulto Dei absconditam fuisse consilio. Et cur hac manifestatione qua nunc universis nationibus innotescit, antea revelata non fuerit, nullam posse scientiam comprehendere, nullam intelligentiam penetrare: cum tamen illud quod de bonitate Dei piissime creditur, quia omnes homines velit salvos fieri, et in agnitionem veritatis venire (*I Tim. ii*), non oporteat nisi perpetuum æternumque sentiri, secundum eas mensuras quibus Deus dona generalia specialibus novit cumulare muneribus: ut et qui exsortes gratiæ fuerint, de sua nequitia redarguantur: et qui ejus lumine enituerint, non in suo merito, sed in Domino glorientur. In hoc sane angusto quidem, sed tamen recto intelligentiæ tramite non parum difficultatis opponit consideratio parvulorum, qui nullo judicio rationis utuntur, quo auctoris sui beneficia sentientes, ad agnitionem valeant veritatis accedere, nec videatur de neglectu opitulantis gratiæ juste argui, in illa ignorantia naturaliter constituti, quam dubium non est nullam recipere scientiam, nullam sentire doctrinam.

CAPUT VIII.

Quare tanta multitudo non regeneratorum infantium a perpetua alienetur salute.

Unde cum omnes homines velit Deus salvos fieri (*Ibid.*), quid est quod alienatur a salute perpetua tanta infantium multitudo, totque in his ætatibus hominum millis extra vitam relinquuntur æternam; quasi ad hoc tantum conditi sint ab eo, qui neminem odiens creavit, ut quia in hunc mundum cum peccati carne venerunt, insolubilis culpæ vincula sine reatu propriæ actionis inciderent? Quid hæc profundius, quid mirabilius esse potest? Neque credi fas est, eos qui regenerationis non adepti sunt sacramentum, ad ullum beatorum pertinere consor-

tium. Et magis stupendum, magisque sit mirum, quod ubi actio non offendit; ubi arbitrium non resistit, ubi eadem miseria, similis imbecillitas, causa communis est, non unum esse de tanta paritate judicium; et quales reprobatur abdicatio, tales adoptat electio. Verumtamen de hac altitudine discretionis Dei non conturbabitur cor nostrum, si firma et stabili fide omne judicium Dei justum esse credamus, nec appetamus habere cognitum, quod voluit esse secretum; ut ubi investigari non potest quare ita judicet, sufficiat scire quis judicet. Quamquam non ita incognoscibilis ista sit quæstio, ut nihil sit quod de ea eruditionis possimus acquirere, si ad contemplandum id quod videri potest, tranquillus sobrii cordis adhibeatur intuitus. Cum enim consideramus inter paganos, inter Judæos, inter hæreticos, inter ipsos catholicos christianos quam multiplex pereat numerus parvulorum, quos quantum ad proprias pertinet voluntates, neque bonum aliquid, neque malum constat egisse: discimus super eos illam manere sententiam, quam humanum genus prævaricatione primi parentis excepit, cujus sententiæ rigor dum etiam circa tales non resolvitur, quam magnum illud peccatum fuerit demonstratur. Nemo autem putaretur non innocens nasci, nisi etiam talibus esse noxium non renasci. De immaturitate vero mortis non est ratio conquerendi, cum semel in naturam nostram per peccatum ingressa mortalitas obnoxium sibi omnem vitæ nostræ fecerit diem. Esset enim, quoniam secundum aliquem modum immortalis dici homo posset, si esset tempus intra quod mori omnino non posset. Sed numquam corruptio ita incorruptionis est particeps, ut non semper obnoxium sit defectioni quod debetur occasui. Vitæ hujus principium, mortis exordium est: nec prius incipit augeri ætas nostra, quam minui. Cui si quid adjicitur spatii temporalis, non ad hoc accedit ut maneat, sed in hoc transit ut pereat. Quod ergo ab initii sui die mortale est, qualibet occidat die, non contra legem mortalitatis occumbit, nec umquam ei vicinius est posse vivere, quam posse deficere. Quamvis autem ex una causa omnium hominum sit orta mortalitas, non in unam tamen, sed in multiplicem imbecillitatem corruptibilis natura distrahitur. Et sive morbis, sive debilitatibus, sive vulneribus, non solum anni aut menses vel dies ætatis humanæ, sed et omnes horæ omniaque momenta subjecta sunt. Nec est aliquod mortis genus, aut ullus obeundi modus, qui non intra universitatem mortalium in aliquam incidat portionem. Manet enim grave jugum super filios Adam a die exitus de ventre matris eorum, in diem sepulturæ in matrem omnium (*Eccl. xl.*). Sed hujus asperrimi jugi pondera non ita in Adæ filios irruerunt, ut divina justitia nihil eis suæ dimensionis adhiberet, quæ defectionum legibus ita defectura subjecit, ut ab eis moderationum suarum non averteret potestatem. Nec ideo omnia omnes inciderent mala, quia per communem conditionem omnes omnibus subjace-

rent, sed ut generali necessitate variata, causas sibi Dominus indulgentiæ correptionisque servaret, essetque in uno omnium debito quod et misericors remitteret, et justus exigeret. Cum igitur justa et omnipotens providentia Dei incessabiliter universa dijudicet, et nemo in hunc mundum veniat, neque ab hoc mundo exeat, nisi eo ortu atque decessu, quem rerum særbiter secundum altissimam scientiam suam sapientiamque decernit, sicut scriptum est in libro Job: Quis ignorat quod omnia hæc manus Domini fecerit, in cujus manu anima omnis viventis et spiritus universæ carnis hominis (*Job. xii*)? Et iterum: Breves dies hominis sunt, et numerus dierum ejus apud te est: quis audeat causas operum et consiliorum ejus inquirere (*Job. xiv*)? Inscrutabile enim est, valdeque secretum cur tantis differentiis conditio humana variata sit. Illum ab infantia usque in senectutem longæva carpit infirmitas, nec inter perseverantes dolores statuti deficit tempus ætatis. Illum integris valentem viribus annosissimus vigor vegetat. Huic in pueritia finis est, illi in adolescentia. Huic ultra juventutem non licet progredi: illi impossibile est usque ad loquendi rudimenta grandescere. Quas vitæ metas multiformiter inæquales minus acerbas experiretur caduca mortalitas, si præsentis tantum sæculi detrimenta pateretur, et non in æternas miseriæ caderent, qui hinc sine lavacro regenerationis exissent. Sed cum inscrutabilis sit causa tam donorum quæ gratia tribuit, quam miseriæ quas natura promeruit: ipsa nos intelligentiæ difficultas ad nostrum remittit auctorem. Et cum quærimus quomodo omnes homines salvos fieri velit, qui non omnibus illud tempus impertit, in quo per voluntariam fidem percipiendæ gratiæ sint capaces, non irreligiose arbitror credi, neque inconvenienter intelligi quod isti paucorum dierum homines ad illam pertineant gratiæ partem, quæ semper universis est impensa nationibus, qua utique si bene eorum uterentur parentes, etiam ipsi per eosdem juvantur. Omnium namque exordia parvulorum, totaque illa principia necdum rationalis infantæ, sub arbitrio jacent voluntatis alienæ, nec ullo modo eis nisi per alios consuli potest, et consequens est illos ad eorum pertinere consortium, quorum vel recto vel pravo aguntur affectu. Sicut enim ex aliena confessione credunt, ita ex aliena infidelitate aut dissimulatione non credunt. Et cum ipsi nec præsentis vitæ desiderium habuerunt, nec futuræ; quam ipsorum factum est nasci, tam ipsorum efficitur non renasci. Sicut autem circa majores præter illam generalem gratiam parcius atque occultius omnium hominum corda pulsantem, excellentiore opere, largiore munere, potentiore virtute vocatio specialis exseritur, ita etiam circa innumeros parvulos eadem manifestatur electio; quæ quidem nec illis qui renati non sunt, in parentibus deficit, sed iis qui renati sunt, præ parentibus adfuit; ita ut multis sæpe quos suorum impietas deseruit, alienorum cura ser-

vjerit, et ad regenerationem venerint per extraneos, quæ eis non erat providenda per proximos. In quo opere gratiæ quis nisi arrogantissimus atque vanissimus de divini justitiæ conqueratur, quod non omnibus parvulis similis providentia consulat, omniaque pericula quæ mortuorum regenerationem prohibere possunt, aut potestate submoveat, aut miseratione præveniat? Quod utique erga omnes ita fieret si ita fieri deberet. Non autem lateat quantum cordibus fidelium desidiæ gignatur, si in baptizandis parvulis nihil de cujusquam negligentia, nihil de ipsorum esset mortalitate metuendum: quandoquidem ut tales Baptismo fraudarentur, nullo modo posset accidere. Hac vero tam inamissibili felicitate infantium vehementissime opinio illius roboraretur erroris, qui gratiam Dei secundum merita hominum dari audeat contra fidem catholicam prædicare. Videretur quippe inculpabili innocentie hoc tota æquitate deberi, ut neminem eorum adoptio præteriret, quos nullus reatus perstringeret: nec impie a quodam de parvulorum Baptismo dictum fuisset, Habet gratia quod adoptet, non habet unda quod diluat. Sed hoc detestabiliter prædicatum omnes discipuli veritatis intelligunt: et inde manifestum est eos qui salvi sunt, non merito, sed gratia liberari, quia sine baptismo mortuos perisse non dubium est. Qui utique nisi gravissimi peccati essent participes, non perirent. Nunc autem occulta quidem Dei discretione, sed justa, sic ostenditur et quid conferat gratia, et quid prævaricatrix mereatur natura; ut nec contra donum elevetur superbia, nec contra periculum cesset industria. Sive igitur novissima contemplerur sæcula, seu prima, seu media, rationabiliter creditur omnes homines salvos fieri Deum velle, semperque voluisse; et hoc non aliunde monstratur, quam de iis beneficiis, eaque providentia Dei, quam universis generationibus communiter atque indifferenter impendit. Fuerunt enim ac sunt hujusmodi dona ita generalia, ut per ipsorum testimonia ad querendum verum Deum possent homines adjuvari; quibus donis auctorem suum per omnia sæcula protestantibus, specialis gratiæ largitas superflua est. Quæ licet copiosius nunc quam ante præstetur, causas tamen distributionum suarum Dominus apud scientiam suam tenuit, et intra secretum potentissimæ voluntatis occulvit; quæ si omnibus uniformiter affluerent, non laterent. Et quam nulla est ambiguitas de benignitate generali, tam de speciali misericordia nihil quod stupendum esset existeret, ac proinde illa esset gratia, ista non esset. Deo autem placuit et hæc multis tribuere, et illam a nemine submovere; ut ex utraque appareret non negatam universitati, quod collatum est portioni; sed in aliis prævaluisse gratiam, in aliis refulsisse naturam. Mane quippe abundantiore gratiam ita credimus atque experimur potentem, ut nullo modo arbitremur esse violentam, quo quidquid in salvandis hominibus agitur, ex sola Dei voluntate peraga-

tur, cum etiam ipsis parvulis per aliæ voluntatis subveniatur obsequium.

CAPUT IX.

Quomodo gratia tanquam famulam et recipientem donorum suorum præparet voluntatem.

Gratia quidem Dei in omnibus justificationibus principaliter præeminet, suadendo exhortationibus, monendo exemplis, terrendo periculis, incitando miraculis, dando intellectum, inspirando consilium, corque ipsum illuminando, et fidei affectionibus imbuendo. Sed etiam voluntas hominis subjungitur ei atque conjungitur, quæ ad hoc prædictis est excitata præsidii, ut divini in se cooperetur operi, et incipiat exercere ad meritum, quod superno semper concepit ad studium; de sua habere mutabilitate si deficit, de gratiæ opitulatione si proficit. Quæ opitulatione per innumeros modos sive occultos, sive manifestos omnibus adhibetur; et quod a multis refusetur, ipsorum est nequitia; quod autem a multis suscipitur, et gratiæ est divini, et voluntatis humanæ. Sive igitur iustitia, sive profectus fidelium, sive usque in finem perseverantium cogitemus genus, nulla species cujusquam virtutis occurrat, quæ vel sine dono divini gratiæ, vel sine consensu nostræ voluntatis habeatur. Iusa enim gratia hoc omni genere medendi atque auxiliandi agit, ut in eo quem vocat, primam sibi recipientem et famulam donorum suorum præparet voluntatem. Nam virtus nolentium nulla est, nec potest asseri vel fidem, vel spem, vel charitatem eis inesse, quorum ab his bonis consensus alienus est. Hunc autem consensus non solum cohortatio prædicantium, et incitamenta doctrinæ, sed et metus gignit; propter quod scriptum est; Principium sapientiæ timor Domini (Prov. vi). Qui quantislibet terroribus inferatur, non aliud agit, quam ut quem fecerit timentem, faciat et volentem: nec solum volentem, sed etiam sapientem. Unde et illud scriptum est: Beatus cui donatum est habere timorem Dei (Eccli. xxv). Quid enim tam beatificum quam hic timor, qui genitor eruditorque sapientiæ est? In cujus utique devotione devota est et voluntas, quæ auctore gratiæ eodem proficit timore, quo cepit. Cum ergo hic timor etiam per quamdam vim magni terroris immittitur, non ibi ratio extinguitur, nec intellectus auferitur, sed illa potius quæ mentem premebat caligo discutitur, ut voluntas depravata prius atque captiva, recta efficiatur et libera. Unde sicut animus nihil virtutis capit nisi radium veri acceperit luminis, ita gratia nihil ei quem vocat, confert, nisi oculos in eo aperuerit voluntatis. Quæ in plerisque (sicut superius disputatum est) ab ipso initio sui argentissima citis et magnis ditatur augmentis: in plerisque autem tarde cunctanterque proficiens, vix ad ea incrementa provehitur, quæ idoneam ad perseverandum habeat firmitatem. Dicit quidem Dominus; Nemo venit ad me, nisi Pater qui misit me, attraxerit eum (Joan. vi). Sed hoc idem dictum est, ut illam fidem, sine qua nemo ad Christum venit, ex Patris haberi

munere reverimus, secundum illud quod Apostolo dicitur: Beatus es, Simon Barjona, quia caro et sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus qui in caelis est (*Matth. xvi*). Qui in cordibus trahendorum hoc egit, ut crederent: hoc effecit, ut vellent. Non enim esset unde traherentur, si sequaces fide et voluntate non essent: quoniam qui non credunt, nec trahuntur omnino, nec veniunt; neque accedunt qui dissentiunt, sed recedunt. Qui ergo veniunt, amore ducuntur; dilecti enim sunt, et dilexerunt: quæsi sunt, et quæsierunt; et quod eos voluit Deus velle, voluerunt: qui ad obediendum sibi ipsum velle sic donat, ut etiam a perseverantibus illam mutabilitatem quæ potest nolle, non auferat. Alioquin nemo umquam fidelium recessisset a fide. Neminem concupiscentia vinceret, neminem tristitia elideret, neminem iracundia debellaret, nullius charitas refrigesceret, nullius patientia frangeretur, et collatam sibi gratiam nemo negligeret. Sed quia hæc possunt fieri, et in consensum talium tentationum facilis nimium proclivisque descensio est, nunquam debet in auribus fidelium vox illa Domini non sonare, qua apostolis dicitur: Vigilate et orate, ne intretis in tentationem (*Matth. xxv*). Ubi si de vigilando tantum, non etiam de orando discipulos admoneret, solas liberi arbitrii vires videretur hortatus. Sed cum addidit: Et orate, satis docuit superni futurum muneris, ut eos etiam vigilantes teutationis procella non vinceret. Tale est et illud quod ait: Simon, Simon, ecce Satanas exposulavit ut vos cribraret velut triticum; ego autem rogavi pro te, ne deficiat fides tua; et tu tandem conversus, confirma fratres tuos, et roga, ne intretis in tentationem (*Luc. xxii*). Si ergo defectura erat fides tanti apostoli nisi pro eo Christus oraret, inerat ei proculdubio mutabilitas, quæ posset in tentatione nutare, et non ita jam perseverantiæ fuerat virtute solidatus, ut nullis periculis esset obnoxius. Si quidem tam gravis eum perturbatio etiam post ista concusserit, ut in Caiphæ domo unius ancillæ interrogatione pavefactus, usque ad trinam negationem Christi, cui moriturum se sponderat, constantia deficiente perductus sit (*Matth. xxvi*). Qui ergo tunc conturbatum cor apostoli, non humanis, sed divinis convenit oculis, et ad largos cœpitudoinis fletus potenti incitavit aspectu, potuit hanc firmitatem animi præcipuo conferre discipulo, ut sicut ipsum Dominum nihil ab explende passionis proposito deterrebat, ita nec beatum Petrum ulla tunc formido superaret. Sed hæc stabilitas illius tantummodo propria fuit, qui solus vere potenterque dicebat: Potestatem habeo ponere animam meam, et potestatem habeo iterum sumere eam (*Joan. x*). In cæteris vero hominibus, donec caro concupiscit adversus spiritum, et spiritus adversus carnem (*Galat. v*), et donec spiritus quidem promptus est, caro autem infirma (*Matth. xxvi*), incommutabilis animi firmitudo non potest reperiri: quoniam non hujus, sed alterius vitæ est vere perfecta et sacra felicitas. In

A præsentis autem agonis insarulo ubi tota vita tentatio est, et ab insidianti superbia nec ipsa est tuta victoria (*Job. vii*), mutabilitatis periculo non caretur. Et licet innumeris sanctis suis donet virtutem perseverandi usque in finem divina protectio, a nullis tamen aufert quod ipsis repugnat ex ipsis, ut in omnibus studiis eorum atque conatibus semper inter se velle et nolle deceret. Quam compugnantiam idem beatissimus Petrus etiam in ipsa palmarum omnium consummatione perpessus est. Siquidem hoc ipse Dominus protestetur et dicat: Amen, amen dico tibi, quando juvenis eras, præcingebas te, et ambulabas ubi volebas: cum autem senueris, extendas manus tuas, et alius te præcinget, et ducet quo tu non vis. Hoc autem dixit, significans qua morte glorificaturus esset Deum (*Joan. xxi*). Quis ergo ambigat, quis ignoret hanc fortissimam petram, quæ ab illa principali petra communionem et virtutis sumpsit et nominis, hoc desiderium semper habuisse, ut ei moriendi pro Christo constantia donaretur? Verumtamen ita inevitabilis erat oblectatio trepidationis, ut vir martyrii avidissimus, adepturus quidem denuntiaretur victoriam passionis, sed non sine tentatione formidinis. Merito igitur non solum incipientibus, verum etiam a provecitissimis sanctis uniformiter Domino supplicatur, et dicitur: Ne nos inducas in tentationem, sed libera nos a malo (*Matth. vi*). Universis enim qui in fide et dilectione permanent, ab ipso donatur ne in tentatione superentur; ut qui gloriatur, in Domino glorietur: ipsamque gloriam iisdem quibus eam impertit, ascribit (*I Cor. i*): ut quamvis auxilio Dei steterint, tamen quia in se habebunt unde caderent, ipsorum sit meritum quod steterunt. Igitur sicut qui crediderunt juvantur ut in fide maneant: sic et qui nondum crediderunt, juvantur ut credant. Et quemadmodum illi in sua habent potestate ut exeat: ita et isti in sua habent potestate ne veniant. Fitque manifestum quod diversis atque innumeris modis omnes homines vult Deus salvos fieri, et in agnitionem veritatis venire (*I Tim. ii*). Sed qui veniunt, Dei auxilio diriguntur; qui non veniunt, sua pertinaciâ reluctantur. Quamvis autem multi amantes tenebras suas, splendorem non recipiant veritatis, et multi qui illuminati fuerant, tenebrescant: verbum tamen Dei manet in æternum, et de promissionis veritate nihil excidit (*Isa. xl*). Intra quotidiæ præscita et promissa gentium plenitudo, et in Abrahamæ semine omnis gens, omnis tribus, omnis lingua benedicitur (*Joan. vi*). Quod enim pater filio dedit, filius non amittit, neque quisquam potest de manu ejus eripere quod accepit (*Joan. x*). Firmum fundamentum Dei stat (*II Tim. ii*), et mansuri in æternum templi ædificatio non vacillat, præsentia super omnes veritate et misericordia Dei: a quo quod et nemini negatur, et nulli debetur, in iis quos promissit, efficitur. Ipse enim operatur omnia in omnibus (*I Cor. xii*). Sed omnia proculdubio justa et bona. Universæ enim vitæ Dei ipsi, misericordiæ et veritatis (*Ps. xxv*). Qui

sicut præcivit ante sæcula quanta totius mundi hominum multitudo, vel communibus usa donis, vel specialibus adjuta præsiidiis, declinans tamen ab itinere veritatis et vitæ ingressura esset latitudinem erroris et mortis : ita semper præcognitum habuit quantus piorum numerus per opem gratiæ, et per servitutem obedientiæ ad æternam beatitudinem pertineret ; ut nullo excidente de plenitudine promissorum, qui nec propectu erat fallendus, nec auxilio defuturus, eos glorificaret præ omnibus, quos elegit ex omnibus. Universitati quippe hominum, quod abunde probavimus, ita multiplex atque ineffabilis bonitas Dei consulit semper et consulit, ut neque ulli pereuntium excusatio suppetat de abnegato sibi lumine veritatis, neque cuiquam sit liberum de sua justitia gloriari, cum et illos propria nequitia demergat ad pœnam, et istos Dei gratia perducat ad gloriam.

CAPUT X.

De recapitulatione in hoc secundo libro definitorum, et operis conclusionem, quemadmodum videlicet Deus omnes homines velit salvos fieri.

Quod itaque in principio secundi hujus voluminis insinuavimus, hoc nunc iterum commendamus, ut cum de gratiæ profunditate et altitudine disputatur, tribus illis saluberrimis et veracissimis definitionibus simus iunxi. Quarum una proficitur æternum et proprium divinæ esse bonitatis, ut omnes homines salvos fieri velit, et in agnitionem veritatis venire (I Tim. II) ; alia simul prædicat, omnem hominem qui salvus sit, quique in agnitionem veritatis venit, Dei auxilio juvari et regi, utque in fide quæ per dilectionem operatur permaneat, custodiri (Galat. V) ; tertia vero temperanter et sobrie protestatur non omnem voluntatis Dei comprehendere posse rationem, et multas divinorum operum causas ab humana intelligentia esse subductas : ut cum in temporibus, in nationibus, in familiis, in parvulis, in nondum natis et gentis quædam aut varie aut insigniter gesta noscuntur, non anbigamus ea ex illis esse quæ justus et misericors Deus in hoc transituro sæculo noluit sciri. Quod quidem ad utilitatem nostram dispositum sentiendum est, ut quoniam spe salvi facti sumus (Rom. VIII), cui præparavit Deus quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit (I Cor. II), sicut

est (ut Apostolus ait) salvator omnium hominum, maxime fidelium (I Tim. IV). Quæ sententia subtilissimæ brevitatis, et validissimi roboris, si tranquillo consideretur intuitu, totam hanc de qua egimus controversiam dirimit. Dicendo enim : Qui est salvator omnium hominum, confirmavit bonitatem Dei super universos homines esse generalem. Adji-ciendo autem : Maxime fidelium, ostendit esse partem generis humani, quæ merito fidei divinius inspiratæ, ad summam atque æternam salutem specialibus beneficiis provebatur : quod utique nulla iniquitate agitur justissimi et misericordissimi Dei, cujus judicium in his dispensationibus non cum arrogantia discutiendum, sed cum tremore laudandum est : siquidem in ipsis quoque fidelium populis (quod jam superius ostensum est) non eadem omnibus nec paria conferantur, et ante ulla humanorum pondera meritorum, dissimillima divinorum mensura sit munerum. Si enim de parentum carnalium judiciis conqueri non audemus, cum aliquos filios suos ante ulla morum examina, ante aliqua pietatis obsequia, indulgentiore amplectuntur affectu : in dominis quoque erga famulos libera est dispositio, nec juste a quoquam reprehenditur qui de unius conditionis familia quosdam sibi quos benignius honestaret, et quos liberius erudiret, elegit : numquid de summi Patris et veri Domini benevolentissima æquitate causandum est, quod in magna domo ejus innumeris differentiis universa variantur ? Cumque nemo aliquid boni habeat quod non ille donaverit, non omnes tamen iisdem virtutibus micant, aut eadem charismatum dote ditantur. Nec possumus hanc diversitatem graduum causis aptare meritorum, cum totius boni meriti principalis causa sit gratia, de cujus opibus sumitur quidquid in singulis probabile reperitur. Sicut ergo de iis quæ intra Ecclesiam multiformiter Spiritus sanctus operatur, impium est ullam querelam corde concipere, ita etiam de illa providentia quæ infidelibus præsidet, nullatenus murmurandum est : quoniam et justus et bonus arbiter nec voluntatis iniquæ est, nec discretionis incertæ, ut sub immensa omnipotentis Dei misericordia atque justitia putemus quod quisquam pereat, qui perire non debeat. Nulla pars mundi ab Evangelio vacat Christi ; et licet illa generalis vocatio non quiescat, tamen etiam ista specialis jam universis est facta communis. Ex omni gente, ex omni conditione adoptantur quotidie millia senum, millia juvenum, millia parvulorum, et effectibus gratiæ Christianæ etiam ipsa quibus mundus atteritur, arua famulantur. Quam multos enim qui in tranquillitate pacis, sacramentum baptismatis suscipere differebant, ad aquam regenerationis confugere instantis periculi metus impulit ! et lentis tepidisque animis quod diu cohortatio quieta non suasit, minax subito terror extorsit. Quidam Ecclesiæ filii ab hostibus capti dominos suos Christi Evangelio manciparunt : et quibus conditione bellica serviebant, eisdem fidei magisterio præferunt.

At alii Barbari dum Romanis auxiliantur, quod in suis locis nosse non poterant, in nostris didicere regionibus, et ad sedes suas cum Christianæ religionis institutione remearunt. Ita nihil obsistere divinæ gratiæ potest, quominus id quod voluerit, impleatur, dum etiam discordiæ ad unitatem trahunt, et plagæ in remedia vertuntur, ut Ecclesia unde metuit periculum, inde sumat augmentum. Ad quoslibet igitur rerum humanarum exitus se nostra convertat inspectio, nulla sæcula, nulla negotia, nullos generationes ortus atque decessus ab æternis et inscrutabilibus judiciis Dei vacare reperiet. Omnes varietatum compugnantiæ, et universæ dissimilium proventuum causæ, quas investigare et discernere non valeamus, in illa æterna scientia simul notæ, simulque divisæ sunt. Et nihil ibi inordinatum est etiam necdum existentium qualitatibus actionum: quoniam non est in Deo accidens motus, aut nova voluntas, aut temporale consilium, nec cogitatio ejus cum rerum mutabilium inæqualitate variatur, sed cuncta pariter tempora et temporalia sempiterno ac stabili comprehendit intuitu, et omnibus omnia jam retribuit, qui quæ sunt futura jam fecit (*Ephes. 1*). Hinc illud est beati Pauli apostoli scribentis ad Ephesios: Benedictus Deus et pater Domini nostri Jesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spiritali in cœlestibus in Christo: sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus sancti et immaculati in conspectu ejus in charitate. Qui prædestinavit nos in adoptionem filiorum per Jesum Christum Dominum nostrum, secundum propositum voluntatis suæ, in laudem gloriæ gratiæ suæ, et cætera quæ sub ejusdem sensus prædicatione connectit, docens donum atque opus gratiæ in æterno semper Dei mansisse consilio, omnesque adoptionis filios non solum in eo tempore quo jam existentes vocati sunt, sed etiam priusquam mundus conderetur, electos. In qua electione quidquid hominum in Christo præcognitum non est, nulla eidem ratione sociabitur. Omnes enim qui in regnum Dei de cujuslibet temporis vocatione venturi sunt, in ista quæ sæcula cuncta præcessit, adoptione signati sunt. Et sicut nullus infidelium in hac sorte numeratus, ita nullus piorum ab hac sorte discretus est. De plenitudine quippe membrorum corporis Christi, præscientia Dei, quæ falli non potest, nihil perdit, et nullo detrimento minui potest summa præcognita, atque in Christo ante sæcula æterna præelecta, sicut ad Timotheum scribens Apostolus dicit (*II Tim. vi*): Collabora Evangelio secundum virtutem Dei, qui nos liberavit, et vocavit vocatione sancta, non secundum opera nostra, sed secundum suum propositum, et gratiam quæ data est nobis in Christo Jesu ante tempora æterna. Contra hanc invictæ veritatis splendidissimam lucem, solent quidam non sobrie dicere, superfluo ad acquirenda bonorum operum merita laborari, frustra etiam orationibus quibus Deus exorandus speratur, insisti, si ex incommutabili proposito ejus Christianæ gratiæ subsistit ele-

ctio: nec aliter quidquam procedere potest, quam omnipotentis voluntate dispositum est. Sed qui se ingeniose hoc arbitrantur opponere, non intelligunt scientiam Dei, quæ et præterita et præsentia et futura complectitur, tempore non teneri, et tam in conspectu ejus astare ea quæ gerenda sunt, quam illa quæ aut geruntur aut gesta sunt. Quod cum verissimum sit, non indiget mora cernendi et discernendi illa virtus, quæ perpetuo veroque contuitu creata et creanda, orta et oritura, acta et agenda simul aspicit: et quidquid in universitate rerum per sæcula præfinita evolvitur, ac multimodis varietatibus explicatur, id totum in eo jam ordine comprehendit, quem ex ipsius summo illo perfectoque judicio mundi hujus finis accipiet. Hæc autem æterna et semper tranquilla cognitio nulla nos urget necessitate peccandi: nec inde manat iniquitas, unde justitia: quia cum bonus Deus omnia bona fecerit, et mali nulla sit omnino natura; a liberis voluntatibus, quas utique bonum fuit liberis fieri, spontanea est orta transgressio, et natura mutabilis, cujus incolumitas ab incommutabili pendeat essentia, a summo se bono, dum proprio perverse delectatur abruptit, cui nunc ruinæ medetur gratia Dei. Et propterea Jesus Christus venit in hunc mundum, ut solvat opera diaboli, quæ utique sic solvuntur, ut in destructione eorum, etiam ab iis quibus succurritur, laboretur, quoniam et hoc a salvante donatur (*I Joan. iii*). Ideo beatus Apostolus: Non solum autem inquit, sed et gloriamur in tribulationibus, scientes quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio autem spem, spes autem non confundit, quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis (*Rom. vii*). Itemque idem ad Ephesios: Gratia, inquit, salvati estis per fidem, et hoc non ex vobis, Dei enim donum est, non ex operibus, ne quis glorietur (*Ephes. ii*). Ipsius enim sumus signum, creati in Christo in operibus bonis, quæ præparavit Deus ut in illis ambulemus. Deus ergo iis quos elegit sine meritis, dat unde ornentur et meritis. Et frustra dicitur quod ratio operandi non sit in electis, cum etiam ad hoc operentur ut electi sint. Virtutum quippe munera otiosa esse non possunt, quoniam sicut Veritas ait: Omnia habenti dabitur, non habenti autem etiam quod habet auferetur ab eo (*Matth. xxv*). Non igitur ad hoc datur continentia, ut concupiscentiis non repugnet: nec ideo cuiquam tribuitur sapientia et intellectus, ut non die ac nocte in Domini lege meditetur. Quid agit donum dilectionis, si benevolentia sollicitudo non vigilat? Quis fructus est patientiæ, si non habet fortitudo quod toleret? Aut quomodo in Christo pie vivere ostenditur, qui nulla persecutione pulsatur? Vel pax quæ est a Deo, et cum Deo, numquid bene quietata est si non discordat a mundo? Aut amor Dei poterit sine diaboli inimicitia obtineri? Neminem prorsus Dei gratia intentabilem facit, neque ob hoc cœlestium armorum præsidio a dextris et sini-

stris instruitur Christiana militia, ut cum nullo hoste confligat, cum laudabilius sit atque felicius pugnans non potuisse vinci, quam desidem non potuisse tentari. Orationum vero sollicitudinem divinæ electionis proposito non resolvi, uno testimonio evidenter probabo, ut cætera studio brevitatis omittam. In libro igitur Tobiae ad filium ejus Tobiam Raphael angelus dicit : Memor esto mandatorum patris tui, quoniam præcepit tibi accipere debere uxorem de genere patris tui (*Tob. vi*). Et nunc audi me, frater, noli computare dæmonium illud, sed postula eam. Et scito, quoniam dabitur tibi hac nocte uxor : et cum intraveris in cubiculum, tolle de jecore piscis illius, et impone super carbones, et odor manabit, et odorabitur illud dæmonium, et fugiet, et non apparebit circa illam omnino in perpetuum. Et cum cæperis velle esse cum illa, surgite primum ambo, et deprecamini Dominum cœli, ut detur vobis misericordia et sanitas. Et noli timere, tibi enim destinata est ante sæcula, et tu eam sanabis. Quamvis ergo quod statuit Deus, nulla possit ratione non fieri, studia tamen non tolluntur orandi : nec per electionis propositum, liberi arbitrii devotio relaxatur : cum implendæ voluntatis

A Dei ita sit præordinatus effectus, ut per laborem operum, per instantiam supplicationum, per exercitia virtutum, fiant incrementa meritorum : et qui bona gesserint, non solum secundum propositum Dei, sed etiam secundum sua merita coronentur. Ob hoc enim, in remotissimo ab humana cognitione secreto, prænitio hujus electionis abscondita est, et de nullo ante ipsius finem pronuntari potest, quod in electorum gloria sit futurus, ut perseverantem humilitatem utilis metus servet, et qui stat, videat ne cadat (*I Cor. x*) : et si forte aliqua victus tentatione corruerit, non absorbeatur tristitia, nec de ejus miseratione diffidat, qui allevat omnes qui corruunt, et erigit omnes elisos (*Psal. cxxiv*). Dum enim in hoc corpore vivitur, nullus est negligenda correctio, nullius est desperanda reparatio. Oret itaque sancta Ecclesia, et pro iis qui crediderunt gratias agens, proficientem eis perseverantiam petat : pro iis autem qui extra fidem sunt, poseat ut credant. Nec ideo ab obsecrationibus cesset, si pro aliquibus exaudita non fuerit. Deus enim, qui omnes vult ad agnitionem veritatis venire, non potest quemquam sine justitia refutare (*I Tim. ii*).

DE MORIBUS BRACHMANORUM.

Habetur hic tractatus ms. in tribus celeberrimis Italiæ bibliothecis, Vaticana, Mediolanensi, et Medicea, sub nomine B. Ambrosii Mediolanensis episcopi : cujus tamen non esse, tum ex aliis dubitari potest, tum ex differentia styli, qui a gravitate Ambrosii, ab elegantia et acuminis verborum cum venustate conjuncto longe distare videtur. Sed cum in vetustis libris nomen ipsius, nescio qua occasione, sortitus jam sit, a nobis in hac editione additus est inter alia opuscula incerta, quæ huic sancto doctori tribuenda sint, necne, sinceri lectoris judicio relinquimus. Opus certe ipsum non admodum expolitum fatemur. Vel fortasse Ambrosius (si illius dicendus est auctor) Palladio Græco homini scribens, linguæ Latinæ parum erudito, et adhuc juveni (is enim est, ut conjicitur, qui postea Hibernorum episcopus fuit ordinatus), ut ejus capacitati se accommodaret, magis aperto et communiore sermone usus est.

Desiderium mentis tuæ, Palladi, quæ, immenso sapientiæ amore incensa, nova semper discere optat, novum etiam arduumque opus efficere nos compellit, id vero est Brachmanorum patriam consuetudinem, vitamque recensere. Ego quippe cum neque ipsos, neque ipsorum viderim loca (longo enim terrarum spatio a nostra Europa sunt sejuncti), ea tibi dumtaxat quæ ab aliis audivi, et quæ a scriptoribus desumpsi, enarrare tentabo. Brachmani a nonnullis gymnosophistæ, a quibusdam philosophi seu sapientes Indorum appellantur (*Strabo, l. xv Geographiæ*). Habitant autem juxta Gangem, fluvium totius Indiæ maximum (*Q. Curtius, lib. viii*). Hic vero Ganges ille est quem Scripturæ sanctæ Phison appellant, et unus de quatuor qui e paradiso exire perhibentur (*Genes. ii*). Primum igitur Musæus frater noster Dolenorum episcopus, mihi retulit, quod ipse aliquot ante annos ad Indias, Brachmanos visendi studio profecturus, Sericam fere universam regionem peragravit : in qua refert arbores esse quæ non solum folla, sed lanam quoque proferunt tenuissimam, ex qua vestimenta conficiuntur, quæ serica nuncupantur, et ibi insigne quamdam conspici lapideam columnam Alexandri nomine hoc titulo sculptam : Ego Alexander huc perveni ; et quod plurimis populorum nationibus regionibusque perlustratis, in Arianam tandem devenit provinciam prope Indam amnem : quam desertis circumdatam cernens, fervoribusque ambustam, eo quod sol omnia incenderet (unde maxima aquæ laborabatur penuria, et si illa aliunde advehebatur, quod confestim in suis etiam vasis fervere cerneretur), et cum solis æstum, locorumque incendium sufferre nequiret, protinus iachoatum iter deserere, pedem efferre, et in Europam remeare coactus est (*Plinius, lib. vi Nat. Hist. cap. 23*). Quædam ergo nova, non autem Brachmanos se vidisse affirmat. Refert nihilominus de Brachmanis aliqua se audisse a scholastico quodam Thebæo, qui, ut ait, ob id ipsum, nempe ut ipsos Brachmanos et videret et alloqueretur, in Indias peregrinari proposuit, et quod tandem miser in captivitatem incurrit. Hic ergo, ut mihi episcopus re-

tulit, cum lenioris esset ingenii, in forensis advoca-
tionis officio incongruè sibi artis tædio fatigatus,
Indiam videre, et Brachmanorum patriam ac mores
cognoscere deliberavit. Quocirca cum quibusdam
mercatoribus in Erythræo, sive Rubro mari, navim
conscendens, navigavit primo sinum Adulicum, et
Adulitarum oppidum vidit, mox Aromata promon-
torium, et Troglodytarum emporium penetravit,
hiac et Assumitarum loca attingit, unde solvens pro-
speris flantibus ventis, licet plurimum navigatione
dierum, Muzirim totius Indiæ citra Gangem empo-
rium tandem pervenit: ubi quemdam Indorum re-
gulum dominari asserebat. Immoratus igitur ibi
aliquamdiu, observataque diligenter aeris et loci
qualitate, ac hominum consuetudine, per plures dies,
venit ei in mentem ad insulam quæ Taprobane vo-
catur transfretare: in qua illi, quibus beatorum
nomen est, longissimam ætatem vivere asserrunt
(nam vitam hominum centum annis modicam putant)
propter miram aeris temperiem, et incomprehen-
sibilem divini dispositionem iudicii (*Plinius, lib. vi,
cap. 22*). Huic quatuor moderantur reges seu sa-
trapæ, inter quos unus est maximus, cui cæteri sub-
jacent, obediuntque, ut ille scholasticus referebat
(*Ptolemæus, lib. vii Geographiæ c. 4*). Narrabat quo-
que, si credere facile est, mille insulas Arabici et
Persici maris, et quas Mammolas vocant, illi obtem-
perare. Hic ille, quem magnetem appellant, reperit
lapis, qui ferri naturam ad se vi sua trahere
dicitur. Cum ergo navis aliqua clavos habens fer-
reos illic applicuerit, illico retinetur, nec quoquam
ire permittitur, vi nescio quadam lapidis occulta
impediente, ob id naves ibi ligneis clavibus construi
dicebat. Quod insula quinque habet flumina, et qui-
dem maxima, quibus tota irrigatur, fertiliorque re-
ditur. Unde et ob maximam cæli clementiam poma
nullo unquam tempore arboribus desunt: immo
eodem tempore ejusdem arboris dum ramus alter
florescit, alter fructus gignit, cæteri maturos osten-
dunt fructus. Insuper habet insula hæc dactylos,
nuces quas Indicas dicimus, grandes et minutas,
odoriferas tamen, item et nuces quas corylos dici-
mus. Homines illius terræ aluntur pomorum, oryzae,
et lactis cibo; nobiles vescuntur certis quibusdam
stibus, etiam solemnibus, ovium, caprarumque car-
nibus. Sues a Thebaide usque ad Indiæ Æthiopiæ-
que fines aiunt non inveniri ob maximos æstus. In-
dunt gentes insulæ ovium pelles, non spernenda
laboratas arte, oves item non lanæ, sed setarum
teguuntur vellere, nec lanæ, nec lini habetur ibi usus,
et narrabat scholasticus, et quod de Æthiopiæ et
Persiæ finibus, et Assumitarum locis ibi mercatores
emendi, vendendi, permutandique rei gratia conveni-
unt: et quod piper ibi nascitur, in magna que col-
ligitur copia. Ipsa autem admodum parva atque in-
utilis gens est, quæ intra speluncas saxeas vivit, et
per præcipitia magna discurrere natura patriæ edocta
consuevit. Piper autem cum ramusculis suis colligitur:
ipsas autem arbores quasi quasdam humiles ac

A parvulas stirpes esse dicebat. Nam et ipsos exiguos
homunculos esse, et grandia quædam capita asserrit
habere cum levibus et detonsis capillis. Reliquum
vero Æthiopum atque Indorum genus comis natura-
liter crispatis horret. In quo loco (adjecit) ab eo
qui illic plurimum poterat, ego illico abreptus atque
detentus sum, qui statim cæperat mihi etiam acerbe
conviciari, eo quod eorum patriam solumque con-
tingere ausus fuerim. Et illi neque excusationem,
nec defensionem meam æquis animis audiebant,
non enim poterant linguæ meæ intelligere sermo-
nem, nec ego criminis causam, quod mihi objicie-
batur, sciebam, quia illorum verba non noveram,
ex solis tantum nitibus nos mutuos intelligere vide-
bamur. Ego quidem ex aspectu torvo luminam, et
B ex sævo dentium stridore poteram verborum signifi-
cata noscere: illi vero ex pallorè meo atque pavore
sensus meos misericordia magis dignos suspicaban-
tur. Sic itaque ab eis detentum, per sexennium me
in pristinum opus facere jusserunt, expensa autem
ex palatio regis ipsorum unius tantum mollii fru-
menti quolibet anno. Post sex vero annos, dum pau-
latim ediscerem eorundem loquelam, potui multa
de vicinis nationibus, locisque cognoscere. Tandem
Deo propitio de captivitate hoc modo ereptus sum:
Rex alius supradicto huic regi inimicatus, enim apud
majorem illius regionis imperatorem accusavit, quod
nobilem virum, civemque Romanum in teterrimam
captivitatem atque extremum servitium redegisset.
Quo imperator audito, confestim illuc cogitorem
C causæ transmisit, ac deinceps, rei veritate perspecta,
protinus eum qui convictus in memorato crimine
videbatur, exui tota sui corporis pelle præcepit, eo
quod civi Romano fecisset injuriam (*Plinius, lib. vi,
cap. 22*). Dicuntur autem non solum impensus hono-
rare Romanorum imperatorem, sed incredibiliter
timere, tamquam qui præclaro polleat ingenio, ac
virtute magnifica, et Romanos eo quod armis atque
viribus adeo potentes sint, ut (si velint) ad regio-
nis ipsorum excidium valeant pervenire. Ipse ergo
ille qui ista dicebat, adjiciebat quod genus Brachma-
norum non ex propria tantum voluntate sæcularibus
rebus renuntiat, sed potius ut ex iudicio Dei pen-
dens, ac Divinitatis ope suffultum. Naturaliter enim
nudi in fluminibus fluvii regionibus vivunt. Nulli apud
D eos quadrupedes, nullus terræ cultus, nullus ferri
usus, nullum instrumenti genus, quo fieri aliquid
opus possit. Habent autem illic deliciosas atque
optimas auras, et saluberrime temperatas (*Q. Cur-
tius, lib. viii*). Colunt semper Deum, cujus veram
quidem ac distinctam notitiam se habere profitentur,
omnemque providentiæ ejus ac divinitatis rationem
discernere. Jugiter orant, orantes vero non orien-
talem partem unde oritur sol, aspiciunt, sed cælum
potius intuentur. Edunt autem ea quæ super terram
pecudum more potuerint invenire, hoc est, arborum
folia, et olera silvestria. Abundat enim apud illos
plurimum herba, quam inulam nomine vocamus,
sicut et apud Persas. Item est ibi arbor quæ acan-

thus nominatur. Habent et patrias arbores quasdam, A nescio quos fructus ferentes, quibus vesci semper solent. Viri trans ripam fluminis Gangis in partibus Oceani, in quem fluvius memoratus ingreditur, degunt: feminæ vero citra Gangem juxta mediterraneas partes morantur, ad quas earumdem mariti Julio et Augusto mense transvadere consuescunt. Isti enim menses apud eos frigidiores videntur, eo quod tunc ad nos sol convertitur, et supra Aquilonem quem Boream vocamus vis solis erigitur, quo tempore temperati aeres magis, et ad concubitus magis apti esse dicuntur. Ubi ergo quadraginta cum feminis suis fecerint dies, mox ad propria revertuntur. At cum enixa fuerit uxor alicujus, edideritque unum vel alterum partum, non transit ulterius ad eam ejus maritus, nec ulterius cum propria concumbit uxore. Singulis enim filiis in locum patrum substitutis, per totam de reliquo vitam a propriis se uxoribus abstant. Si autem acciderit ut quispiam sterilem sortiatur uxorem, usque ad quinque annos maritus ipsius ad eam transit, et ei maritale præstat obsequium. Quæ si gravida per tempus illud reddita non fuerit, mox ab eadem penitus separatur: ob quod non in multos populos eorum diffunditur genus, tum propter locorum difficultatem, tum propter consuetudinem continendi. Hæc est ergo vita et conversatio Brachmanorum. Fluvium autem ipsum cum maxima dicunt difficultate vadari (*Q. Curtius, lib. viii*), tum propter Ondoniton tyrannum loca illa infestantem, tum etiam timore cujusdam animalis in supradicto fluvio morantis, quod tantæ magnitudinis esse dicunt, ut integrum possit elephantem devorare. Eo vero tempore quo Brachmani flumen transire consueverunt, divino asserunt iudicio dictum animal non videri in fluvio. Maximi etiam dracones illic esse dicuntur, habentes septuaginta per longitudinem cubitos, unde ego unius pellem vidisse me memini quadraginta duos in latitudine habentem pedes. Formicas etiam illic esse ad modum palmæ hominis, scorpiones vero ad cubiti humani mensuram adesse loquuntur: propter quæ monstra periculosus est ipsorum transitus locorum. Non tamen ubique animalia ista nascuntur, sed in illis partibus tantum quæ ab hominibus non inhabitantur. Plurimique illic elephantum greges esse dicuntur. Hæc sunt quæ a Thebæo scholastico de Brachmanis audivisse se affirmat Musæus: quæ vero ex historiis de Alexandri Vita legi, et quæ ex plerisque auctoribus ad hoc facientia de illis desumpsi, nunc subnectam.

Alexander imperator, cum ei Macedoniæ solius imperium non sufficeret, neque Philippo patre tantum posset esse contentus, Jovis Hammonis filium semet esse dicebat. Et quamvis originem ipsius facile ipsa rei veritas comprobaret, falsis quibusdam tamen, et, ut ei videbatur, invictis modis aliam sui esse naturam generis astruebat. Itaque solemnibus bellorum apparatu, ac instructis equitum peditumque militum copiis, e Macedoniæ regione consur-

gens, totum pene peragravit mundum: et antequam in provinciam Babylonis accederet, Europam quidem et Asiam veluti quædam parva loca transcurrit: venit tandem in partes nostri quoque orbis, ut eas inspiceret, quasque cum reperisset suis conformes sensibus, ipse dicebat: Sapientia, providentiæ mater, habens cum virtute ipsa, quæ omnium virtutum caput est, quamdam communionem, in sola veritate consistens, alens omnem faciensque naturam, cujus donum est nostrorum sermo verborum, notitiam scientiamque communem scrutans et perspicens, injustis quidem tribuens quæ merentur, justis autem parcens: da mihi, quæso, te placidam, ut possim ad illa quæ cupio, his precibus pervenire, Brachmanos vero bonitate ac sapientia præditos viros hic præsentibus cernere. Veni enim ut aliqua cognoscerem a Calano, incola horum locorum, qui ad me festinus accessit, quo nunc persuadente desidero ediscere cuncta plenius et videre. Brachmani vero econtra Alexandro ista dicebant: Venisti ad nos, inquit, cognoscere sapientiam cupiens: nos autem Brachmani libenter statim talem suscepimus voluntatem. Hujusmodi enim desiderium in vita ac moribus nostris regnum judicatur: quod nunc discere imperator ipse voluisti. Philosophus enim non dominio alterius obtemperat, sed ipse dominatur: homo enim in eum non habet potestatem. Sed quoniam nihil nobis hactenus credens (eo quod usque ad præsens tempus male de nobis apud te quidem locuti sunt), nunc ad nos vera degustans venisti. Calanus enim vir apud nos pessimus fuit, per quem vos Græci homines Brachmanos agnovistis quidem, bene tamen non potuistis agnoscere. Ille enim non fuit noster, qui ad divitias sine aliqua sui excusatione transfugit, cui non sufficit de Taberunco fluvio aquam castitatis haurire, neque pressi lactis cibum sumere, quibus Deo digna mens crescit, quam ille Deo semper habuit inimicam, quam male succensus in iram exarsit, quamque de sapientiæ bonis transtulit ad vitia voluptatis. Ex nobis autem nullus in prunis ardentibus volutatur, neque ulli dolores corpora nostra consumunt, sed vita nostra medicamentum aliquod sanitatis est. Naturali autem beneficio alieni a divitiis omnibus sumus: æquo etiam vitam nostram mors sine comitatur. Et si interdum nonnulli forte mortalium, ad quos falsorum venit doctrina verborum, percutere nos vanis tentant sagittis, ingenuitatem tamen nostram lædere ac vitare non possunt. Unum atque idem est mentiri et credere mentienti. Nocet enim quis et cui falsa persuadet, nocet et sibi, quia dum mendacio credit, non facile ad ipsam veritatem pervenire valet. Insimulatio autem mala inimicitiarum quædam et certaminum mater est, quæ ex se iracundiam parit, ex quibus rursus jurgia et bella nascuntur. Nulla tamen virtus est occidere hominem: latronum enim iste, ut novimus, mos est. Sed nos virtutem veram vocamus contra aurarum mutationes nudo corpore dimicare, desideria ventris abscondere, et varias ipsius pugnas

abstinentia patientiaque superare. Igitur prius vince hos inimicos ante omnia tuos, si fortis videris tibi, et exinde opus tibi non erit adversum quempiam certamina externa committere. Idcirco enim contra eos qui foris sunt, commoves bella, ut istis quos intrinsecus habes, alimenta et fomenta suppedites: sed tu vides quod eos quidem, cum quibus foris dimicas, vincis, ab iis autem quos nosti, qui intra te sunt, superaris. Considera igitur quanti tyranni in stultorum cordibus degunt: oculi, aures, nares, venter, virilia, totumque corpus humanum, quam multa etiam desideria nascuntur intrinsecus, quibus omnibus genus mortale succumbit et servit, propter quæ cuncta et jugulantur et jugulant. Nos autem Brachmani, quia omnia quæ intrinsecus habemus bella superamus, jam de reliquo incolumes atque securi in summa pace requiescimus, silvas videmus, cælumque suspicimus, aquilarum diversarumque avium gratissimas voces semper audimus, nudo sub acre arborum foliis nostra corpora contegimus, eorumque fructibus vescimur, aquam bibimus, hymnos Deo canimus, et futuri sæculi vitam desideramus, nullumque quod prodesse nobis non possit, audimus. His ergo nos Brachmani moribus contenti vivimus, paucisque sermonibus agitatæ mox tacemus. Vos autem dicitis quidem quæ debeant fieri, nec tamen facitis; philosophum vos nullum putatis, nisi eum qui noverit loqui: vester enim est omnis sensus in lingua, vobisque in oris vestri labiis tota sapientia est. Aurum argentumque colligitis, plurimis servis et magnis domibus indigetis: affectatis honores, et sectamini dignitates, editis tantum atque potatis quantum juvat expleri, utimini æque et vestibus delicatis semper ac mollibus, eaque facitis quorum pœnitentiam mox geratis: contra vos ipsos veluti contra inimicos vestros soletis loqui, cum tamen habere vos linguæ propriæ potestatem sciatis. Longe profecto meliores sunt illi qui tacere consueverunt, non enim se ipsos loquendo revincunt. Mutuam mercedem ab omnibus accipitis, gloriosum, ut putatis, ornamentum digitis vestris imponitis aurum: vos quoque reminas videmus ornatos, cum sciatis quod id ipsum, in quo magnopere creditis, quantum ad rem pertinet veram, vobis prodesse nihil possit. Auro enim non extolluntur animæ, neque corpora nutriuntur, sed econtra per illud utraque ista vitiantur. Nos autem qui cognoscimus veritatem, ipsamque naturam, si cœperimus sitire, ibimus ad fluvium, aurumque calcantes, aquam bibemus. Auro enim nequit sedari fames, ac sitis nescit exstingui. Non ex auro venit vulnerum cura, non ægrotorum medicina membrorum, non ulla refrenatio cupiditatis immensæ, sed hortatus magis ac provocatio major ad novam nescio quam concupiscendi libidinem. Et sitis quidem illa naturalis cum fuerit, cum aquam, quam desideravit, acceperit, sitire mox cessat; similiter etiam naturalis fames quando escam quam quærit, acceperit, conquiescit. Si igitur eodem modo, eademque natura aurum quoque humanus animus desideraret, ubi primum accepisset quod optabat

A accipere, sine dubio cupiditas et ipsa cessaret: sed nedum ista non cessat, immo semper nova, et sine aliqua intermissione desiderat, quia non ex commotione naturæ desiderium tale procedit. Postremo in quo apud vos homines et ornantur et gloriantur, in eodem apud nos spernuntur. Calanus amicus est vester, sed spernitur et calcatur a vobis. Qui ergo multorum malorum auctor apud vos fuerit, a vobis honoratur et colitur: qui vero est inutilis, projicitur a nobis: et illa quæ nos omnino non quærimus, Calano pro ea quam habuit erga pecuniam cupiditate, placuerunt. Sed non erat noster hic talis, qui animam suam miserabiliter læsit, ac perdidit, ob quod neque Dei neque nostri amicus esse visus est dignus, neque in hoc sæculo inter silvas habere meruit securitatem, neque illam sperare gloriam potuit, quæ promittitur in futuro.

B Alexander imperator ubi venit ad silvas, Dandamim quidem ipsum in transitu videre non potuit (*Plutarch., in Vita Alexandri*): in silva enim jacebat, recumbens super arborum folia in securitate et pace, proximus fonti, quem quasi uber terræ matris incorruptum atque integrum in os suum emulgere consueverat. Misit autem ei Alexander amicum quemdam nomine Onesicritum (*Q. Curt., lib. ix de Gestis Alexandri*), dicens ei: Onesicrite, memoratum virum Dandamim ad me venire festina, aut causam propter quam venire noluerit, nuntia, ut ego ipse ad videntem eum pergam. Cui ille respondit: Faciam cum celeritate quod præcipis. Nam sicut jubere tuum est, ita meum esse cognosco tuis jussis obtemperare. Ubi igitur supradictus ad Dandamim nuntius venit, his eum allocutus est verbis: Dixit filius dei Jovis magni, Alexander imperator, qui est dominus generis humani, ut properes ad illum venire, quia tibi, si veneris, plurima dabit munera: si vero venire nolueris, veluti contemptorem te capite puniet. Quæ cum ad Dandamim aures dicta venissent, non surrexit ex foliis, quibus fultus jacebat, sed tale responsum ridens reddidit, ac recumbens: Deus, inquit, maximus parare cuiquam nescit injuriam, sed lumen vitæ rursus iis præstat animis, quæ suo solverit fato. Meus ergo ille solus est dominus, qui homicidia vetat, et qui bella non concitat. Alexander vero non est deus, quia et ipse moriturus est. Quemadmodum igitur potest esse omnium dominus, qui nondum Tyberoboam fluvium transfretavit, neque per totum mundum sedem suam locavit, non zonæ Gadem transiit, non in medio orbis cursum solis aspexit? quare gentes plurimæ nec ejus quidem nomen adhuc nosse potuerunt. Si autem non capit eum illa quam possidet terra, fluvium transeat nostrum, et inveniet solum tale, quod norit homines sustinere. Quæcumque mihi Alexander pollicetur, si ea præstiterit, cuncta inuillia mihi erunt. Ego enim habeo domum folia, herbis quoque quæ adjacent mihi, vescor, et aquam polo: posthabeo alia quæcumque cum sollicitudine colliguntur ac pereunt, nihilque aliud præter tristitiam quærentibus ea atque haben-

tibus præbent. Nunc igitur securus quiesco, clausis-
que oculis nil omnino custodio. Si aurum voluero
servare, somnum meum dissipo: terra mihi omnia,
ut lac mater infanti, ministrat. Ad quemcumque ac-
cedere voluero locum, vado, quocumque autem ire
noluero, nullius sollicitudinis necessitate compellor.
Et si caput meum voluerit abscindere, animam au-
ferre non poterit: sed caput tantummodo jacens tol-
let, anima vero discedens, caput suum veluti partem
vestis alicujus relinquet, ac reddet ei, a quo id sus-
ceperat, nempe terræ. Cum autem factus spiritus
fuero, ad Deum qui eum intra hanc carnem inclusit,
ascendam. Qui cum hoc fecerit, tentare nos voluit,
ut videret quemadmodum discedentes ab eo, in hoc
 sæculo viveremus. Et postmodum cum ad eum
fuerimus reversi, rationem vitæ hujus a nobis expo-
scit. Cui assistens ego videbo injuriam meam, ejus-
que judicium in illos qui injuriosi mihi fuerunt, in-
tuebor; suspiria enim gemitusque læsorum incipient
lædentium esse supplicia. Hoc Alexander illis mi-
netur, qui opes desiderant, qui timent mortem, quia
nos utrumque contemnimus. Nam Brachmani ne-
que aurum diliguat, neque mortem verentur. Vade
igitur, et hoc Alexandro referas: Nihil tuorum Dan-
damis quærit, verum si aliquid ex ipsius rebus tu
necessarium tibi esse credis, ad eum venire non
dedigneris.

Quæ ubi Alexander per internuntium audivit, de-
siderare plus cœpit ut talem virum videret, utque
se, qui multas vicerat gentes, nudus et nudus vince-
ret senex. Pergit igitur cum quique vel decem
amicis ad eas, quas supra diximus, silvas, et cum
venisset ad proximum, atque ex equo, quo veheba-
tur, exsilisset, coronam de capite deposuit, omnem-
que qui circa ipsum erat, superbiam tumorem relin-
quens, ad memoratum senem ingressus est solus,
et ad pedes ipsius se dedit, hoc dicens: Salve, Dan-
dami, ego ad te veni, quia tu ad me noluisti venire.
Cui ille respondit: Ad quid ad nos venisti? aut quid
de nostris sollicitudinibus auferre desideras? Quod
cupis ipse, nos habere non possumus: quod iterum
nos habemus, necessarium tibi non est. Nos hono-
ramus Deum, et amamus hominem; negligimus au-
rum, contemnimus mortem: vos autem mortem tim-
etis, honoratis aurum, oditis hominem, Deum con-
temnitis. Ad quem Alexander: Doce, inquit, nos
aliquid sapientiæ: plenum aiunt te divinitate, et
cum ipso colloqui sæpius Deo; ego vero scire de-
sidero in qua re præstantiores Græcis vos ipsos
esse dicatis, et in quo aut melius videas quam alii
homines, aut amplius sapias. At ille respondit: Ego,
inquit, vellem deferre ad te acceptum a Deo sensum,
sed ipse locum non habes ubi donum tale suscipias.
Impleverunt enim animam tuam avidæ atque immo-
dicæ cupiditates, quas nunc mecum certare consi-
dero, quia te ab ipsis conor avellere, quamquam ho-
die plurimum mœrent, eo quod morte nullius gentis
vel sanguine polluaris, et quia vident adhuc homi-
nes in civitatibus commorantes. Tu ad Oceanum

usque vis accedere, post quem aliam iterum partem
orbis cupis occupare: et tunc tristitia afficeris, cum
non potueris habere quod vincas. Quomodo ergo sa-
tisfacere desiderio tuo poteris, cum totus tibi ser-
viens mundus animum tuum explere ac satiare non
possit? Minor mundo longe tu factus es, et si om-
nia simul velis vincere, atque universa quæcumque
tenent homines possidere, tandem necesse est et
solum habeas quantum aut tu jacentem tenere me
cernis, aut ego occupare video te sedentem. Ex
quo iterum si ad alia transeamus, et in alijs quoque
tibi similes inveniamur. Eodem enim modo quo ipse,
omnibus utor elementis, aere, aqua, et terra, nec
quidquam ultra habere desidero, et omnia jaste ha-
beo quæcumque possideo, et si solus omnes fluvios
oblineas, plus tamen aquæ quam ego, ex ipsis hau-
rire non poteris. Hanc ergo si a me sapientiam dircas,
nihil tibi deerit: totumque habebis, si nihil
desideraveris. Cupiditas enim paupertatis est mater,
quæ medicamento malo, hoc est, sollicitudine ne-
quit curari: quæ ita semper omnia quærit, quasi
invenire nil possit: quia non in iis, ad quæ jam
potuit pervenire, requiescit, sed ex illis quæ nec-
dum tenere se cernit, magis magisque cruciatur.
Habebis autem maximas cum voluptate opes, si ita
mecum vivere voles: et si meis acquieveris verba,
meas divitias possidebis. Amicus mihi est omnium
Deus, et de ipsis cum eodem rebus loquor, malorum
hominum verba non audio. Cælum habeo pro lecto,
terra mihi tota pro lecto est. Fluvij mihi potum
ministrant, mensam silva suppeditat. Non vescor
animalium visceribus, ut leones, neque intra pectora
mea inclusæ quadrupedum aut volatilium carnes pa-
trescunt, nec sum mortuorum sepulcrum, sed pro-
videntia naturalis omnes mihi fructus ut lac mater
infundit. Intelligo ipse quid quæras. Sapientem me
vides, talis et factus sum, itaque vivo ut procreatus
sum, et quæ Deus faciat agnosco, et quid fieri de-
beat scio. Vos autem vanitate magna repleti, præsa-
gire vos creditis, cum tamen hæc ipsa quæ per sin-
gulos videtis dies, Dei opera intelligere nescitis.
Ego cuncta cognosco, et unde, et quando, et quo-
modo fiunt. Pluvias, siccitates, fulmina, tempestates-
que præsigio: et hoc est quod me delectat ac reficit,
quia Deus habere me communionem quamdam atque
consilium cum operibus suis fecit. Ad me quemad-
modum angelus venit, et si quando aliquid timuerit
imperator, tunc ego deprecor Deum ut boni aliquid
ei, cum ad me venerit, præstet, ut eum metu quo
laborat, absolvat, utque ei fiduciam quamdam men-
tis inspiret. Quid esse rectius dicis, lædere homines,
an tueri atque servare, et quid magis convenit fa-
cere filiis Dei, aut evertere cuncta pugnando, an ex-
pugnata, et diruta instaurare pacando? Non tibi pro-
derit, imperator, enorme pondus auri, neque ele-
phantorum, quos sustulisti aliis, multitudo: sed
hæc vox mea, et is meus sermo. Tu vero etiam
me interficere volueris, non timebo, ibo enim ad
Deum citius, qui et causam et vitam meam novit.

Nihil est quod Deum latere possit, cujus oculi sunt omnes stellæ, sol, et luna, quæ omnia tu effugere non potes, neque in te iudicium ejus evadere. Noli igitur tu destruere quæ ille construxit: noli tu cupere dissipare ea quæ ille, qui ea fecit, ornare desiderat: noli immolare sanguinem civitatum, neque transire supra gentium mortuarum cadavera. Longe enim rectius feceris si tuam curaveris vitam, quam si alienam desideraveris mortem: et si, contemptis iis quæ prosequeris damnis, vera elegeris lucra. Cur cum unam persequeris animam, tot simul vis extinguere nationes? Quid delectaris totius sæculi malis? quid, aliis flentibus, rides? Hoc ipso tamen, quod memor mei, qui in solitudinibus his vivo, esse voluisti, temetipsum lucratus es. Neque nunc aut certamina pertimescis, aut lædere quemquam cupis, aut virtutem tuam in aliorum malis, quod fecisti semper, exerces. Projice igitur a corpore tuo velera ovium mortuarum, neque defunctis volueris te operire tegminibus; magis enim ipse cum talem te feceris, honorabis, quia temperatur anima in desertis vivens locis. Hoc igitur vitæ nostræ propositum magis elige, cujus beatitudine plus quam apud Macedones frui poteris. Qui quidem te per singulos expectant dies, ut reliquas tecum diruant civitates, et quæcumque in ipsis valuerint invenire diripiant: quosque in præsentem die tristari arbitror ac dolere, quod incolumes adhuc quasdam videant nationes, occasionem nanciscentes cupiditatum ac rapinæ suarum auctoritatem nominis tui. Quam ergo securam in Deo vitam poteris obtinere, et ut tibi ipse jam vivas, qui nunc adhuc multa cogitas rapere, multos trucidare desideras: ex quibus jam aliqua fecisti, alia in præsentem facis, alia facturum te esse promittis? Ego vero cum ex hoc mundo recessero, in aere positum te videbo: et tunc quidem sermonem prædicabis meum, quia te multitudo equitum vel peditum nulla comitabitur, et cum maximo mentis tuæ dolore deflebis, hoc dicens: Sine causa perdidisti totius retroacti temporis vitam, quam in honoribus istius mundi, bellisque consumpsi. Ex quibus intelliges nihil tibi aliud te reliquisse, nisi memoriam solam malorum. Novi enim ego quæ Divinitas intra se habeat, cum tamen ipse sim apud homines constitutus, mihi tunc ista dices: Bona consilia, Dandamis, mihi aliquando præbebas. Tunc enim ante conspectum tuum venient omnes quas sine causa expugnaveris animas, apud quas quomodo excusare te poteris?

Libenter hæc et sine ulla iracundia Alexander audiebat: erat enim in Dandami spiritus Dei: sed, instigante dæmone malo, inter ipsa principia mutabatur Alexander. Unde his alloquebatur Dandamim verbis: Scio vera te dicere, de divino enim genere descendens, in his constitutus es locis, ubi nunc tibi sine ulla molestia, sed cum maxima voluptate vivere licet, et ubi naturalibus divitiis frueris et quiete securus. Ego vero inter tumultus varios ac formidines vivo, plurimosque ex ipsis qui me custo-

diunt timeo, et major mihi plerumque ab amicis metus quam ab hostibus venit, quorumque amplius quotidie quam inimicorum meorum insidias per timesco: et neque sine ipsis degere queo, neque illis me possum credere: vivo igitur in afflictione; quos enim vereor, eorum constipatione custodior. Diebus quidem totis varias gentes prosequor ac fatigo, noctibus vero me somnus turbat ac vexat, ne quis in me inopinatus hostis impetum faciat: et si occidero quos formido, tristis efficio; si rursus lenis ac mitis voluero esse, contemnor. Et quemadmodum a tantis rerum periculis me eripiam ignoro. Nam et si voluero in his desertis, in quibus vos degitis, vivere, id mihi penitus non licebit ob quod apud Deum nunc excusare me possum, quia ipse me in hujusmodi vitæ statu, et in tali ordine hominum collocavit. Tu vero pro istis quas ego fudi querelis, quia me per omnia recreasti, ac sensus paulisper meos a conflictationibus et præliis liberasti: dona mea suscipe, neque ea quæ tibi offero, in contumeliam mei volueris recusare. Mibi enim, quando sapientiam honorare fecisti, non modicum profuisti. Hisque finitis, innuit servis Alexander ut munera quæ sponderat, exhiberent. Qui mox auri argenteque optimas species, diversasque vestes cum oleo ac panibus obtulerunt. Quibus visis Dandamis risit, hoc dicens: Num quid suadere avibus istis potes, qui in locis silvestribus vivunt, ut aurum argentumque suscipiant, et melius quam consuerunt, canant? Quod cum fieri omnino non possit, me illis vis esse pejorem? Cur illud accipiam, quod neque edi a me, neque potari potest? Cur accipiam quod mihi nullatenus prosit? Aut quam ob rem id custodiam, quo uti nequeam, nisi forte ut animam meam per omnia liberam hujusmodi nexibus ligem? Cur ingenuitatem ipsius frustra jugo turpissimæ servitutis addicam? Quod ego numquam prorsus efficiam. Sed neque emere quidquam volo, qui in solitudinibus ubi nihil venditur, vivo. Munera mihi Deus, hoc est, fructus istorum locorum, præbet. Nihil enim auro homini vendit Deus, sed sapientiam bonam ei qui noverit eam accipere, largitur. Veste velatus sum cum qua me matris meæ edidit partus. Aere hoc ut cibo vescor, libenter video me talem, dum nullis corpus meum nexibus gravo: omnique mihi melle dulcior est, ubi naturalis venerit sitis, aquæ potus exfluvio. Si autem et panes istos dices habere aliquam voluptatem, cur eos incendisti flammis? Reliquias ego ignis escam facere meam nolo; neque in cibos convertere meos cupio quod de alieno ore sustulerim. Hos ergo panes ipse qui coxit ignis absumat. Sed ne aliquam tibi, qui sapientiam honoras, injuriam a me æstimes irrogari, oleum tantummodo istud accipio. Quæ ubi Dandamis dixit, continuo surrexit, ac silvam peragrans, et colligens ligna, molem ex iis maximam fecit, quam igne succendens, his locutus est verbis: Brachmanus, inquit, omnia habet, et abunde ex omnibus, ut cupit, pascitur. Infusoque oleo mox, pyraque vehementer incensa, ta-

lem cecinit hymnum Deo : Immortalis, inquit, Deus, A cum aliis dimicatis : quorum postea eo quod faaditibi ego in omnibus gratias ago. Quæ ubi Alexander titis cruorem, gaudetis, talemque mercedem ipsis, quæ vidit, abscessit, cuncta secum, præter oleum, quæ perutilia vobis fuerint, redditis vicem : et quorum exhibuerat, reportans, summopere stupens. Dandamis vero hoc etiam sermonibus suis addidit, dicens : vellerà vos extrinsecus velant eorundem vos carnes intrinsecus onerant, et incipitis esse corporum mortuorum sepulcra viventia. Tantis ergo tamque inconvenientibus rebus, tamque contrariis mens gravata, potest in se recipere Dei sensum ? Dimitte paulisper memoratorum animalium carnes, quæ occidis, sic jacere, et quid ex ipsis fiat intellige. Numquid poteris fetorem ipsarum ferre non fugiens ? Quantæ sordes, quantæ impuritates animabus atque corporibus inferuntur humanis, quas cum ipse tolerare non possis, includuntur intra illos, atque ab illis inferuntur, a quibus cibi tales desiderantur. Anima iracundiam parit, ista concreant vomitum : terra vero fructus et flores, qui foras emissis bonis odoribus placent. Tales epulas nobis plantavit Deus, ac præstitit : humanos sensus vos penitus perdidistis. Corpora vestra feras male olent : receptacula enim estis recudum mortuarum : leonibus lupisque pejores esse cœpistis. Lupi enim, si uti terrenis pabulis possent, numquam profecto carnibus vescerentur. Tauri, equi, cervi justis herbarum partibus vivunt, unde et validioribus membris, et nervis fortioribus roborantur. Cur hæc animalia magis non vultis imitari ? Cur non editis silvestria, et aquam bibitis ? Sed causa ignis hujusmodi epulas vobis præparatis quas cum non esse cernitis bestias fortiores, ideo vestris non urgentur insidias ; vos enim quæritis cives plures, C expensas plurimas facitis, et in parvis rebus plurimum laboratis propter exiguam voluptatem : ubi nihil est nisi eorum aperta perditio, in quibus fuerit labor vanus. Ergo nihil est vestra infelicitium vita. Nos numquam bibimus invitati, sed necessarium siti ex fontibus nature implemus officium ; qui etiam non bibentibus nobis defluunt semper : vos vero propter ventris voluptatem, et non esurientes quæritis juges cibos, et quibusdam artibus vobis multas atque diversas epulas præparatis : excurritis omne retibus mare, in aere volitantium, in montibus bestiarum venatione gaudetis, canumque vestrorum velocitatem mirantes, ferarum reprehenditis tarditatem, atque habitatrices eas malarum solitudinum nominatis. Istis igitur rebus insistitis hæc animalia investiga- D re, hæc investigata festinatis occidere, aut viventia caveis clausa desertis ad spectacula civitatum : non ut fruges seratis, ex quibus famem, neque ut exinde necessarium aliquid officium hominibus præbeat, sed ut proximum ac sanguinis vestri, et opus (quod est majus) Dei, cum summo dedecore trucidetis, vel ut violenter vinculis illigatum ferarum morsibus ingeratis. Et hoc ipsum libenter aspicitis, quod cum hominibus feræ pugnent, et quod illæ partem naturæ, vestræ ac similitudinis devorent : postea vero illas prorsus feras occiditis, ut crudeles easdem, eo quod occiderint hominem, esse dicatis : et, quod adhuc scelestius videtur ac pejus, humano sanguine saturati, necdum tot tantisque malis expleti, ve-

strorum cupitis civium ventres replere. Ad hæc, tam dedecorosis, tamque pravis moribus vivitis, ut et vobis calidas superædificetis domos, quibus ad vestram explendam voracitatem comesta digeri citius compellantur. Insuper et ut proprii corporis intestina nimia ciborum repletionem distendantur: lautiores eligitis epulas, unde peritos quosque procuratis artifices condiendis atque ordinandis epulis. Nos autem precamur Deum, ne aliquando sitiamus: nam hoc interdum modo a regula veritatis abstrahimus, hoc est, tunc cum necessarium potum nostro corpori damus, ob quod postea oculos et manus nostras, veluti sacrificium aliquod, ad radios solis agentes extollimus. At vos etiam læti estis quoties supra modum convivia vestra celebratis, nec ante vestris commensationibus finem imponitis, quam nimia ebrietate furere incipiat, et donec ipsum quod sapere videbamini, bibendo perdat: et nimio vini pondere sensus vestri cordis oneratis. Feliciores profecto apud vos esse crediderim eos qui insanire dicuntur. Illi enim semper ebrii sunt, cum tamen vinum non emerint: vos autem pro pretio vini nimiam sollicitudinem geritis: quo empto vosmetipsos ebrietate polluitis, vosque invicem verberatis, ac tandem ad sobrietatem reversi, vix potestis agnoscere quemadmodum ebrietatem vestram custodire valeatis. Audio etiam quod plurima comedentes ea digerere non potestis: et cum tandem a convivii voracitate vix recesseritis, omnia quæ vos explere solent evomit: ipsamque mutantem perverso more naturam, ex eadem parte qua escas capitis, egeratis: capite, non pedibus ambulantes. O stultissimi homines, impletis ingluvie viscera vestra atque distenditis, ut postea iterum arte medicorum corpora vestra vacuetis: turpiudinem per hæc vobis maximamque ægritudinem quærentes, adeoque estis insani, ut ipsam cupiatis evertere tali curatione naturam, quæ nullam penitus sentiat voluptatem: finem habentes voracitatis immodicæ supplicium, non salutem; insatiabilia enim membra fieri ex morbis continuo solent, tormenta comitantur, ita ut postremum quod honestæ ac probæ vitæ ex tantis deliciis conferatur nihil habeatis. Sed jactare vos audio quia plurima possidetis: qui tamen cum aliis multa donetis, vestris admodum pauca præstatis. Unde vos magis pauperes judicamus, quia ne panem quidem ipsum parentibus datis, innumeras autem habere opes desideratis. Servi ventris vos estis, propterea maxima apud vos turba medicorum est, qui assidua vos purgatione evacuunt: faciunt autem id aut jejuniis vel inedia, aut arte medicaminum: ut qui plurima vina solebatis haurire, subito ne aquæ quidem modicam quantitatem possitis accipere, quoties ægritudinum necessitate vexamini. Et sicut tunc ultra naturam multum meri bibitis, ita nunc parum quoque aquæ, quod exposcit ipsa natura, desideratis. Nos vero vi-

num quidem omnino non quærimus, aquam autem habemus quam solam volumus, et qua maxime delectamur, et sapienter curamus sitim. Non furere et insanire properamus, magisque nobis mortem, quam ebrietatem precamur, per quam necesse est homines totis et corporibus et sensibus interire. Ebrius enim videtur quidem vivere, sed quantum ad sapientiam pertinet, mortuus judicatur; perdidit enim sublimem ipsam quam homini dedit Deus mentem. Ecquid ii qui se magnos et gloriosos putant, quam falsa spe et vanis decipiuntur illecebris, qui alternis se invicem manibus lædunt, spoliunt, jugulant, cum tandem et ipsi mortem, quæ necessario eis debetur, expectent? Quid denique de illis viris, quasi de magnis quibusdam et aliorum provisoribus loquar, qui more turpium feminarum variis pigmentorum odoribus oleo membra perfusi foris prodire consueverunt, aeris ipsius puritatem dissolutione propria polluentes? Quid de Stoicis philosophis vestris loquar qui cum omnes auri amore teneantur, vobis tamen admiratione vel laude digni videntur? Audimus etiam quod a masculis vestris partem quamdam corporis amputatis, in muliebremque sexum illos convertere gestiatis: et quod sit apud vos talis homo, qui neque generare ut vir, neque parere possit ut mulier, et qui in suum tantum dedecus et in suam tantum vivat injuriam. Quis talem humani generis prævaricationem, et tam miserabilem casum etiam cogitando non doleat? Quorum nos miseratione ducti vobis prodesse quantum possumus affectamus: quia et superbiam exsecramur, et universam humani generis naturam diligimus, ac lovemus: et quasi in alto magnificæ cujusdam domus sedentes loco, nudi tam mente quam corpore, quoscumque spectatores novimus veritatis, et docemus. Et hoc est in quo cæteris hominibus ditiores nos esse putamus. Macedonia vim omnibus facit, quam tamen prius ab aliis ipsa sustinuit. Omnes autem ad deteriora conversi, turpes famuli judicantur. Sed horum omnium malorum quæ nominamus, Brachmani videntur expertes. A nullo enim debellari atque expugnari queunt, quia nullius rei desiderio vel amore tenentur. Tu vero si vera vis sapere, ad Indiam veni, habita in solitudinibus nudus, omnes quas diligis, et quibus ornari videris, projiciens dignitates: nam aliter non suscipieris a nobis. Et tunc amabis ea, quæcumque paulo ante vidisti, quæque miratus es: neque ullus contra te ulterius dimicabit, aut quidquam tuorum tibi auferre quis poterit; neque aliena collatione, neque aliorum sudore pasceris; eris enim in omnibus dives. Et quoniam desiderare te scribis, ut in aliquo tibi proxim: non invidemus illis qui vere pium imitantur Deum. Universam enim humanam ubique naturam volumus, quantum per nos fieri potest, meliorem evadere.

(Aliqua deesse videntur.)

PHILOSOPHORUM ALIQUOT EPISTOLÆ,

QUORUM HABETUR INTERPRES S. AMBROSIIUS,

Gilberti, Cognati, Nozereni opera in studiosorum usum, jam olim cum aliis multorum epistolis, collectæ.

Thales Pherecydi.

Audio te primum Ionum, de divinis rebus, apud Græcos palam disserere parare. Verum justiore fortasse sententia, inter amicos ea quæ scripseris, leges, quam passim quibuscumque permittes, nullo illis emolumento futura. Equidem si tibi gratum cognovero, volo conscius eorum quæ scribis esse. Ac si quidem jubes, ad te mature proficiscar. Neque enim adeo amentes ac stolidi sumus, ego et Solon Atheniensis, ut cum navigio Cretam petierimus visendi gratia, Ægyptumque itidem penetraverimus, ut istic sacerdotibus et astronomis congregeremur, ad te non pari studio navigaturi simus. Veniet enim et Solon ipse, si annuas. Neque tu loci illius amore detentus, raro in Ioniam transis, neque peregrinorum hominum desiderio tangeris. Verum uni tantum, ut spero, scribendi negotio incumbis. At nos, qui nihil scribimus, Græciam, Asiamque, peragramus. Vale.

Thales Soloni.

Athenis si excedas, Mileti, ut equidem reor, commodissime habitare poteris. Est enim vestra colonia, patierisque grave nihil. Quod si et apud Milesios execraris tyrannidem, æque enim ubique tyrannos infestos habes, ac cum amicis nobiscum vivere erit jucundissimum. Scripsit ad te Bias, ut Prienam proficiscaris: eam tu urbem si libentius inhabitaveris, et ipsi eo ad te advolabimus.

Pisistratus Soloni.

Neque solus Græcorum tyrannidem arripui, neque mihi rem alienam usurpavi, quippe genus a Cecrope duco. Id enim mihi meo jure vindico, quod Athenienses olim cum in jurejurando firmassent Codro, illiusque genti præbituros, postmodum abstulerant. Cæterum in deos, vel in homines nihil alias pecco. Leges, quas ipse Atheniensibus dedisti, servari, atque secundum eas vivere jubeo: et quidem melius servantur, quam possent, si multitudinis imperio res ageretur. Permitto enim nemini injuriam fieri: ac tyrannus ego præter dignitatem et honorem nihil a plebe differo, solis eis stipendiis contentus, quæ iis quoque, qui ante me regnarunt, debebantur. Denique Atheniensium singuli decimas frugum suarum separant, non in usus nostros consumendas, verum sacrificiis publicis commodisque communibus: et si quando bellum contra nos ingruerit, in sumptus deputandas. Tibi equidem nihil succenseo, quod mentem meam consiliumque detexeris: quippe qui id potius reipublicæ studio civitatis, quam mei odio detexeris: ac præterea quod ignorares cujusmodi

A ego rex futurus essem. Id enim si didicisses, æquo animo et conatus meos forte tolerasses, et te fugæ haudquaquam commisisses. Domum igitur bona fide redi, mihi et injurato credens, nihil esse periculi a Pisistrato Soloni. Nosti enim neminem, etiam ex inimicorum numero, mali quippiam a me perpassum. Denique si placuerit nostra amicitia frui, inter primos eris: nihil enim in te fraudis, perfidiaev conspicio. Quod si alioqui habitare Athenis nolueris, pro arbitrio tuo id facies: tantum ne nostri causa, patria excederis. Vale.

Solon Periandro.

Scribis tibi plurimos insidiari; at tu, siquidem omnes e medio tuleris, ne sic quidem proficies. Insidiabitur enim tibi quispiam ex his, quos minime suspectos habes, partim sibi quidem metuens, partim te reprehendens, quod omnia forinides, nihilque non metuas: partim item civitati gratificari cupiens. Esset ergo optimum abstinere tyrannide, ut causas omnis metus evaderes. Quod si tyrannidi omnino insistendum censes, compares tibi, necesse est, externas vires et peregrina auxilia, urbanis viribus majora, ut jam tibi nullus infestus sit, et tu neminem extorrem agas. Vale.

Solon Epimenidi.

Neque leges meæ profecto Atheniensibus profecturæ multum erant: neque tu eis antiquatis, civitati fuisti emolumento. Deus enim, ac latores legum non soli juvare civitates possunt, sed qui multitudinem agunt, in quamcumque sententiam volunt. His enim, si recte rem administrent, Deus ac leges utiles sunt: sin autem male, nihil prosunt. Neque sane meæ leges ac jura, quæ scripsi, quidquam profuerunt: sed qui illas transgressi sunt, magna reipublicæ invexere detrimenta, qui Pisistrato, ne tyrannidem invaderet, non obstiterunt. Neque vero futura prædicenti mihi fides habebatur. Ille fidelior existimabatur Atheniensibus blandiens, quam ego vera proloquens. Positis igitur armis pro curia, his quidem qui Pisistratum gestire tyrannidem non animadvertunt, sapientiosem: eis vero qui libertatem reipublicæ asserere metuerent, fortiosem me esse dixi; at illi Solonis interpretabantur insaniam. Tandem ita patriam contestatus, excessi: O Patria, hic quidem Solon ille tibi opem ferre, et facto et dicto, promptus et paratus est, cæterum hisce et insanire videor. Itaque, te deserta, proficiscor, solus ex omnibus Pisistrati inimicus: isti vero et favere et obsequi parati sunt. Nosti enim hominem amice, quanto ille astu, quo ingenio, qua arte tyrannidem invaserit.

Nam cœpit blande plebem illicere, deinde sibi etiam vulnera infixit : ac progressus in publicum, eaque se ab hostibus accepisse vociferans, orabat quadringentos robustissimos juvenes sibi custodes darent. At illi, me quidem reluctante et reclamante, acquieverunt. Erant autem hi armati validis fustibus; his itaque stipatus, statum reipublicæ evertit. Dumque illi spe inani pauperes suos, ne mercede servirent liberare student, omnes una sub jugum missi sunt, unique serviunt Pisistrato.

Solon Pisistrato.

Credo equidem nihil me abs te passurum mali. Nam ante tyrannidem tibi amicus eram, ne nunc quidem magis infensus, quam alius quisvis Atheniensium, qui tyrannidem non ament. Sive autem unius imperio regi, sive publice rem administrari illis utilius sit, ex sua quisque sententia statuatur. Certe tyrannorum te omnium esse præstantissimum fateor. Athenas autem redire mihi utile non esse cognosco, ne quis me juste reprehendat, qui Atheniensibus dudum rempublicam ex æquo administrandam tradideram, præsensque oblatam mihi tyrannidem sponte declinaveram, modo rediens factum tuum subita pœnitentia probare videar.

Solon Cræso.

Amplector mirifice tuam in nos benevolentiam : et per deos immortales, nisi apud me jampridem stavissem ibi sedem habere ubi respublica sit libera, mallem apud te, in tuo regno vitam, quam Athenis agere, violenter tyrannidem exercente Pisistrato. Verum ibi suavius ex instituto nostro vivimus, ubi sunt omnibus æqua et communia jura. Veniam tamen ad te, ut tuo vel hospitio tantisper fruam.

Chilo Periandra.

Jubes uti militia vacem, extorrisque agam : quasi tu in tuto futurus sis. Atqui ego monarchiæ nec sua tuta esse puto : felicemque eum tyrannum censeo, cui in sua domo absque sanguine contigerit mori.

Pittacus Cræso.

Jubes me in Lydiam venire, spectatum opes tuas. Ego etsi illas minime aspexi, nihil ambigo, Alyattis filium, regum omnium esse opulentissimum, auroque refertissimum. Neque vero amplius quidquam habituri sumus, si Sardeis ad te accesserimus. Auro enim ipsi non indigemus, contenti modico vitæ stipendio, quantum satis sit mihi, et amicis. Veniam tamen, ut tibi perhumano et hospitali viro familiaris efficiar. Vale.

Cleobulus Soloni.

Amici quidem tibi sunt permulti, singulisque domus est : verum ego Soloni commodissimam fore ad inhabitandum, Lindum censeo, civitatem liberam. Estque insula maritima, ubi si morari volueris, nihil a Pisistrato mali formidabis, atque ad te amici undique confluent. Vale.

Periander Sapientibus.

Gratias immortales ago Pythio Apollini, quod in unum coactos epistolæ meæ repererunt, ipsæque Corinthum, ut confido, perducent. Exspecto itaque

A vos. Certe ipsi videbitis, quam civiliter vos exoptiam. Sicut igitur anno præterito Sardeis, in Lydiam venistis : ita nunc oro, ne pigeat ad me quoque proficisci, Corinthi tyrannum; videbunt enim vos non sine gratulatione Corinthii, Periandri domum adeuntes.

Periander Proclo.

Nobis quidem non ex sententia fuit uxoris scelus : tu autem sponte filio ingrato si quid egeris, peccas. Aut igitur immanitatem in filium composesce, aut ego illi opem feram : nam et ipse satis diu pœnas dedit.

Thrasylbulus Periandro.

Præconi quidem tuo nihil dissimulavi, sed ipsum in segetem inducens, eminentiores spicas bacillo feriens, decutiebam, subsequente illo : tibi que, si interrogares, referret quidquid vel viderit vel audierit a me. Tu ergo sic facito, siquidem tyrannidem tuto tenere cupis, atque in ea constabiliri. Civitatis principes tolle, sive illi amici, sive inimici videantur : quippe tyranno amici quoque sæpe suspecti sunt.

Anarcharsis Cræso.

Ego, Lydorum rex, in Græciam adveni, Græcorum mores et studia et instituta percepturus. Auro autem nihil ego, satisque mihi est, ut ad Scythas redeam melior atque doctior. Veniam tamen ad te Sardeis, plurimi faciens tibi familiarem et amicam fieri.

Epimenides Soloni.

Confide, o amice. Si enim vel servire assuetis, vel non bene institutis Atheniensibus Pisistratus immineret, imperium profecto diuturnum habuisset. Cæterum viros haud sane malos, aut ignaves servire compulit : sed qui mentorum Solonis memores, præ pudore ingemiscant, servire tyrannidi diutius haudquam ferent. Verum etsi Pisistratus civitatem occupavit, non tamen ad illius liberis imperium spero deducendum. Est enim perdifficile hominibus liberis, præclarisque institutis legibus, sub servitute durare. Tu autem, noli, quæso, vagari agi, sed in Cretam venire ad nos matura, ubi tyrannus nullus cuiquam molestus est. Si vero illius amici forte, ut sit, in itinere inciderint, metuo ne quid sinistri tibi eveniat.

Pherecydes Thaleti.

Bene moriaris, cum tibi fatalis dies supervenerit. Morbus me invaserat, cum tuas accepi litteras, pediculis opperiebar, et feбри quatiebar totus. Mandavi itaque quibusdam ex familiaribus, ut cum me sepelierint, ad te perferant quæ scripsi. Tu autem, siquidem ea probaveris cum sapientibus reliquis, ita legenda deum trades : sin autem improbaveris, nolito edere. Mihi certe necdum satis placebant, est ibi quidem non certa rerum fides. Neque enim id recepi, neque quid sit verum me scire professus sum. Forte quædam de Theologia reservavi, cætera intelligere oportet. Omnia quippe judicio potius, quam aperio. Morbo autem singulis diebus invalscente, neque medicorum quampiam, neque amicorum penitus admitto. Cæterum assistentibus pro fori-

bus, et interrogantibus quo in statu sim, digito per A ostii claustra dimisso, quam pestilenti malo teneat, ostendi : admonuique ut postridie convenient ad solemnes Pherecydis inferias. Vale.

Anaximenes Pythagoræ.

Thales, ab ætatis flore, ad senectutem, per studia virtutis humanitatisque perfectus, inclita morte defungitur. Is cum, ut conueverat, una cum ancillula, sidera inspecturus, atrio domus matutinus exisset, immemor ut sese loci situs haberet, dum æthera securus explorat, in subjectam foveam cecidit. Milesii siderum observatoris hunc finem tradunt. Cæterum nos, qui litterarum amore tenemur, tanti viri jugiter meminimus, atque in illius maxime doctrina acquiescimus, initiumque sermonis nostri Thalem semper instituumus.

Anaximenes Pythagoræ.

Consultius nobis egisti, ut quietus viveres, qui ex Samo Crotonem commigrasti. Nam Æacidæ cum aliis infesti sunt, tum Milesiis tyranni dominantur. Medorum item rex nobis acriter imminet, nisi velimus esse tributarii. Quamquam videntur Iones pro libertate omnium cum Medis dimicare. Ita enim illi nos undique urgent, ut nulla nobis spes salutis sit. Quoniam igitur animo possit Anaximenes cæli secreta rimari, cui jugis aut mortis, aut servitutis incumbit metus? Atqui tu Crotoniatis atque Italis cæteris gratus atque in pretio es, quem accedunt et ex Sicilia studiosi quique.

Archytas Dionysio.

Misimus omnes Platonis necessarii Lamiscum, et C Photidam, virum illum abs te recepturi jure antiquæ nostræ amicitia. Recte igitur feceris, si memineris quanto a nobis studio efflagitasti Platonis ad te adventum, ut nos illum venire hortaremur, facturum te spondens omnia illumque libere accedere et abire permissurum. Memor esto igitur, quanti illius adventum feceris, quodque eo tempore plus cæteris amaveris. Quod si qua orta simultas est, humanius te agere convenit, illumque nobis restituere illæsum. Hæc enim si facis, justitiam coles, ac nobis gratificaberis.

Arcefilaus Thaumasiæ.

Testamenta mea Diogeni tradidi ad te perferenda. Quia enim sæpius ægrotæ, et corpore non recte valeo, testamentum conficere placuit : ut si quid contingat inopinatum, sine tua injuria proficiscar ex vita, qui unus ex omnibus maximo me affectu prosecutus es. Fidelissimus autem omnium, qui hic secut, cum mihi semper fueris, diligenter et servare stude, tum propter ætatem, tum propter necessitudinem. Cura igitur memor, quantum tuæ fidei committam, ut quod apud te totum deponetur, quantum in te est, et negotia mea honeste disposita sint.

Rex Antigonus Zenoni philosopho.

Ego fortuna me quidem et gloria vitam tuam anteire existimo : cæterum disciplinis studiisque liberalibus, et perfecta felicitate, quam tu possides, longe abs te præcellis sentio. Quocirca te orare statui,

uti ad me proficiscaris, id mihi persuadens, te preces meas minime irritas fieri passurum. Tu igitur modis omnibus enitere, ut tuo contubernio fruamur : certe sciens non mei tantum, sed omnium simul Macedonum eruditorem fore. Nam qui Macedoniæ regem erudit, atque in virtutem imbut, eum et subditos quosque instruere ad fortitudinem et probitatem certum est. Nam cujusmodi fuerit dux, tales ut plurimum subditos fieri necesse est. Vale.

Zeno Antigono regi.

Amplector tuum tam vehemens discendi studium, quod veram, utilem atque necessariam, non populari et quæ ad pervertendos mores tendit, eruditionem apprehendere instituis. Qui enim philosophiæ amore ac studio tenetur, declinatque celebrem illam B et vulgarem voluptatem, quæ quorundam adolescentulorum animos effeminat : eum non natura modo nobilitatem tueri, sed verum quidem virtutis quoque institutum, manifestum est. Porro liberali ac nobili ingenio si adjiciatur modica exercitatio, neque desit præceptoris copia, mature ad perfectam virtutis evadit frugem. Equidem nisi senectus mihi obsisteret, sum enim octogenarius, corpusque præterea invalidum, ipse ad te venire, ut jubes. Quia vero id datur, quosdam ex conturbamentalibus meis ad te mitto, qui animi bonis me minime inferiores sunt, et corporis etiam commodis exsuperant. His si tu studiosè congreiare, nihil quod ad perfectam pertinet beatitudinem, desiderabis.

Pythagoras Anaximeni.

At tu, virorum optime, si nihil Pythagora, et C genere et gloria præstantior esses, profecto ad nos jam ex Mileto migrasses : nunc vero te continuit paterina et avita gloria, quæ et me continuisset, si essem Anaximeni similis. Cæterum vos si augurio urbes deseretis, eis quidem ornatus adimetur, Medique illis infestius instabunt. Neque vero semper convenit astrorum ac cæli vestigare rationes. Præstat interdum, ad patriam curas cogitationesque convertere. Quamquam ego non semper meis vaco fabulis, verum et bellis interdum quibus inter se invicem Itali dissident.

Archytas Platoni.

Facis tu quidem recte, quod nobis te convaluisse ex ægritudine significaris : de Damiseo item certiores feceris. De Commentariis autem curavimus venimusque ad Lucanos, ibique convenimus Ocelli nepotes. Quæ igitur de regno, legibus, justitia, omniumque generatione, et ipsi habemus, et ex his quædam misimus. Reliqua modo reperiri non possunt : cum inventa fuerint, ad te deferentur.

Plato Archytæ.

Quæ abs te nobis allata sunt Commentaria, dici non potest, quam libenter accepimus ; quique illa scripsit, in primis admirati sumus. Ostendit enim profecto vir ille, dignum se majoribus illis suis, antiquissimis atque optimis viris. Feruntur autem isti viri, Myræi fuisse : hi autem ex illis fuere Trojanis, qui cum Laomedonte migrarunt, viri boni, ut de

illis tradita significant. Quæ apud me sunt Commentaria, de quibus scripsisti, nondum satis elucubrata sunt, neque umquam satis erunt; ea tamen misi. De custodia vero ambo consentimus: nihil itaque adhortatione opus est. Vale.

Rex Darius, Hystaspis filius, Heraclitum Ephesium, sapientem virum, salutat.

Librum de Natura scripsisti obscurum, difficilemque in plerisque, qui si ad verbum exponatur, vim quamdam speculationis continere videtur mundi totius, et quæ in eo fiunt omnium, quæ quidem sunt in divino motu constituta. In quibus plurimi hæserunt adeo, ut et qui complura legerunt, ambigant, cum recta abs te narratio conscripta videatur. Rex igitur Darius, Hystaspis filius, auditor esse tuus cupit, particepsque Græcæ eruditionis fieri. Venias **B** itaque quam primum ad conspectum meum, ac re-

giam domum. Græci enim, ut plurimum sapientibus viris observandis minus dediti, aspernantur ea quæ ab his recte fuerint elucubrata: tametsi ejusmodi sint, ut eruditione et gravitate non careant. Apud me autem aderit tibi omnis honor, primatusque omnis, quotidieque sollicita observatio, et grata collocutio, vitæque tuis moribus probabilis. Vale.

Heraclitus Ephesium regi Dario, Hystaspis filio.

Quotquot mortales in terris vivunt, a veritate ac justitia abstinent, avaritiæ autem et inani gloriæ inexplebiliter intendunt, perditæ dementiæ causa. Ego autem, omnis immemor nequitiae, fastidiumque devitans omnis invidiæ domesticæ, quæ splendorem comitari solet, numquam in Persarum solum advenirem, paucis contentus, quæ sunt secundum meam sententiam.

EPISTOLÆ DUÆ DE MONACHO ENERGUMENO.

In exemplari S. Germani ad Pratum Scholasticorum, post tres libros de Officiis, hæc duæ Epistolæ sequebantur. Priorem esse Ambrosii persuadebat materia ad illud tempus accommodata de Antonio, Hilarione, Machario, Gervasio, Prothasio, de Mediolanensi civitate in qua scriptam fuisse constat. Illud tantum ut dubitarem fecit, quod vocet Germanicos et Anglicos et Italicos. Posterior minus habet Ambrosii: sed tamen appressimus utramque, quia utramque antiquam esse et utilem judicavimus.

EPISTOLA PRIMA.

Vir quidam religiosus atque in monachico habitu **C** constitutus tunc, nostro tempore nunc antiqui hostis est inaudita tentatione pulsatus, ita ut idem malignus spiritus vestimentorum ejus particulas et extra illum etiam incompositas, immunda colluvione crebrius fœdaret. Quæ intantum erat horrenda, fetida et noxia, ut pars vestium quam tetigisset, nullius [*Fortè nulli, aut nullius rei*] deinceps esset usui apta, quamquam fuisset abluta. De qua cum interrogatus fuisset, cur omnipotens Deus talem versuto serpenti potestatem in eum dedisset, ut cordis ejus immunditiam foris ostenderet, quod numquam in exteriori habitu fecisset, nisi interiorem omnino corrupisset, scilicet aut infidelitate et blasphemia, aut certe inani et vana gloria, respondi: Sanies quippe intus in corde foras per vestimenta manavit. **D** Quem quia longe positus erat, ego quidem non vidi, sed tamen, ut arbitror, hæc in illo vere prævidi. Quod si ita non est, numquid tamen factum putatur sine causa et propterea gestum, ut in eo munditiam cordis fœditas illa servaret, nec hanc callidus hostis inani gloria fœdaret: sicuti Paulus ne de revelationis magnitudine timeret, stimulum carnis accepit. Si itaque horum quodlibet, aut certe si non fuerit, numquid tamen quod ad extremum positurus sum verum non erit? Verum est omnino. Verum est quod dico, non esse colluvionem illam extrinsecus animæ noxiam, si ipsa servare studuerit intus cordis munditiam. Interea sicut tu ipse judicare curasti, audio quosdam apud vos dicere: Non posse aliquem

in patria suæ nativitatis perfectum esse, illud in argumentum assumentes, quod Dominus dixit: Nemo propheta acceptus est in patria sua (*Luc. iv*). Quos primum oportet ratione veritatis refelli, et sic demum qualiter intelligenda sit prolata sententia demonstrari. Audiant igitur patienter qui hæc dicunt, quia dum sensum sacræ Scripturæ prudenter non considerant, pene omnes sanctos contemnant. Si enim ita est, ut asserunt, ergo quotquot ex Romanis conversi, apud Romanos degunt: quotquot ex Græcis, apud Græcos: quotquot ex Italis, apud Italos: quotquot ex Hiberis, apud Hiberos: quotquot ex Germanicis, apud Germanicos: quotquot ex Aquitanicis, apud Aquitanicos: quotquot ex Anglis, apud Anglos religiose vivunt, imperfecti erunt. Ecce Paulus et Antonius ex Thebæis, apud Thebæos perfecti sunt. Ecce Hilarion ex Palæstinis, apud Palæstinos perfectus est. Ecce Macharius ex Ægyptiis, apud Ægyptios perfectus est. Ecce Oxyrynchus civitas ex propriis civibus tota perfecta est. Ecce, ut ad proximos et vicinos nostros veniamus, Prothasius et Gervasius in propria hac Mediolanensi civitate, propriaque domo manentes, ac per decem annos monachorum vitam exercentes, ita perfecti fuerunt, ut martyres fierent. An forte sola nostra provincia extra hanc regulam erit excepta, ut non de propriis, sed tantum de extremis [*Fortè externis*] habeat monachos. Satagendum igitur magis est, ut ubi quis fuerit, juxta regulam perfectorum vivat, et non parentum, non propinquorum, non affinium illecebris a via perfectionis declinet (*Matth. xix*). Sic certe, juxta Salvatoris

sontentiam, patri, matrique, fratribus, sororibusque, uxoribus, filiis, domibus, agris, et cunctis quæ possidet renuntiare valebit. Hoc autem dico non quo secessores qui de regno ad regnum, de publico ad eremum transeunt, summa laude non ducam: sed quo etiam illos qui magis effectibus [*Fortè, affectibus*] patriam fugiant, quam gressibus, felices atque perfectos ostendam. Obsecro itaque illos qui hæc apud vos fieri posse denegant, ut vigilantibus studio considerent, cur non dixerit Dominus: Nemo propheta perfectus est in patria sua, sed: Nemo acceptus est in patria sua (*Luc. iv*). Sed ibi quid aliud intelligendum est, nisi quia non acceptum dixit, nequaquam receptum. Quod de antiquis prophetis et seipso dictum intelligi voluit, qui apud incredulos Judæos non fuerunt accepti, sed magis spretri, Stephano ad eos dicente: B Quem prophetarum non sunt persecuti (*Act. vii*)?

EPISTOLA ALTERA.

Prædicator omnipotentis Domini Paulus apostolus dicit: Seniores ne increpaveris (*Tit. v*). Sed hæc ejus sententia in ea re servanda est, cum culpa senioris exemplo suo non tradat [*Fortè, trahat*] ad interitum corda juniorum. Ubi autem senior juvenibus exemplum ad interitum præbet, ibi districta increpatione feriendus est, quia scriptum est: Laqueus juvenum omnes vos (*Eccl. xlii*): et rursus Pro-

pheta dicit: Et peccator centum annorum maleficus (*Ibid., 65*). Tanta autem nequitia ad aures meas de tua senectute pervenit, ut eam nisi adhuc humanus pensaremus, fixa jam maledictione feriremus. Dictum quippe est, quod dominicorum die priusquam Missarum solemnibus celebrares, ad extirpandam messem Latoris præsentium perrexisti: et post exactionem ejus Missarum solemnibus celebrares. Post Missarum solemnibus etiam terminos possessionum illius eradicare minime timuisti. Dubii autem de tanta hac perversitate fueramus, sed filius noster Quiriacus abbas a nobis requisitus dum esset Caralis, ita se cognovisse perhibuit. Et quia adhuc canis tuis parcimus, hortamur aliquando respicere, senex, atque tantam lenitatem morum et operum perversitatem com-
pesece: qui quanto morti vicinior efficeris, tanto fieri sollicitior atque timidior debes. Et quidem poenæ sententia in te fuerat jaculanda; sed quia simplicitatem tuam cum senectute novimus, interim tacemus. Eos vero quorum consiliis hæc egisti, in duobus mensibus excommunicatos decernimus: ita ut si quid eis infra duorum mensium spatium humanitas evenerit, benedictione viatici non priventur. Deinceps autem ab eorum consiliis cautus exsiste, teque sollicitus custodi: ne si eis in malo discipulus fueris, quibus magister in bono esse debuisti, nec simplicitati tuæ nec senectuti tuæ ulterius parcamus.

EXPLANATIO SYMBOLI AD INITIANDOS.

Celebrata hætenus mysteria scrutaminum. Inquit: Inquit: solum est ne immunditia in corpore alicujus hæreret. Per * exorcismum non solum corporis, sed etiam animæ, quesita et adhibita est sanctificatio. Nunc tempus est et dies ut symbolum tradamus; quod symbolum est spiritalis signaculum, cordis nostri meditatio, et quasi semper præsens custodia, certe thesaurus pectoris nostri.

Primum igitur rationem nominis ipsius debemus accipere. Symbolum Græce dicitur, Latine autem collatio: et maxime symbolam negotiatores dicere consueverunt, quando conferunt pecuniam suam, et quasi ex singulorum collatione in unam constipata, integra et inviolabilis conservatur, ut nemo fraudem collationi facere conetur, nemo negotiationi: denique inter ipsos negotiatores ista est consuetudo, ut si quis fraudem fecerit, quasi fraudulentus rejiciatur. Sancti ergo apostoli in unam convenientes, breviter fidei fecerunt, ut breviter fidel totius seriem comprehendamus. Brevitas necessaria est, ut semper memoria et recordatione teneatur. Scio in partibus maxime Orientis, ^b quod ea quæ primo tradita sunt a majoribus nostris, dum quasi fraude affi, alii diligentia, fraude hæretici, diligentia catholici; dum ergo

illi fraudulenter conantur irrepere, addiderunt quod non opus est; dum isti fraudem præcavere contendant, finis majorum velut pietate quadam et incuria videntur esse prætergressi.

Ergo apostoli sancti convenientes fecerunt symbolum breviter. Signate vos. Quo facto, et dicto symbolo; in hoc symbolo divinitas Trinitatis æternæ evidentissime comprehensa est unius operationis. *Patrem et Filium et Spiritum sanctum*, hoc est venerabilem Trinitatem. Et quod fides nostra ita sit, ut pari genere credamus in Patrem et Filium et Spiritum sanctum. Ubi enim nulla discretio majestatis est, nec fidei debet esse discretio. Deinde frequenter admonui, quod Dominus noster Jesus Christus Filius Dei solus carnem istam suscepit, corporis forma. D Corporis istius veritate factus est ut homo; sed habet singulare privilegium generationis suæ: non enim ex virili natus est semine, sed *generatus Spiritu*, inquit, *sancto ex Maria virgine*. Prærogativam auctoris cælestis agnosceis; factus quidem ut homo ut infirmitates nostras in sua carne susciperet, sed cum privilegio venit majestatis æternæ. Ergo dicamus symbolum. (Et cum dixisset, hinc complevit.) Hoc habet Scriptura divina. Numquid supra apostolorum

* Exorcismus legitur in Ambrosii editione Maurina t. II, An., sumptus videlicet ex Vaticano perve-

tere codice 82, sæculi xi.

^b Par sententia est apud Rufinum, *comm. in symb.*

fines progredi audaci mente debemus? Numquid nos sumus apostolis cautiore?

Sed, dicis mihi, postea emergerunt hæreses. Quid ergo? vide simplicitatem, vide puritatem. Patripassiani cum emerissent, putaverunt etiam catholici in hac parte addendum *invisibilem et impassibilem*, quasi Filius Dei visibilis et passibilis fuerit. Si fuit visibilis in carne, caro illa fuit visibilis, non divinitas. Denique quid dicat audi: Deus, Deus, respice in me; quare me dereliquisti? In passione hoc dicit; Dominus noster Jesus Christus hoc secundum hominem locutus est, quasi caro dicat ad Divinitatem: Quare me dereliquisti? Ergo esto medici fuerint majores nostri; voluerint addere ægritudini sanitatem; medicina non quæritur. Ergo si medicina non fuit eo tempore necessaria, quo erat hæreticorum quorumdam gravis ægritudo animorum: et si fuit tunc temporis quærenda, nunc non est. Qua ratione? Fides integra adversus Sabellianos. Exclusi sunt Sabelliani maxime de partibus Occidentis. Ex illo remedio Ariani invenerunt sibi genus calumniæ: et quoniam symbolum Romanæ Ecclesiæ nos tenemus, ideo visibilem et passibilem Patrem omnipotentem illi æstimarent et dicerent: vides quia symbolum sic habent, ut visibilem Filium et passibilem designarent? Quid ergo? Ubi fides integra est, sufficiunt præcepta apostolorum. Cautiones licet sacerdotum non requirantur. Quare? quia tritico immixta zizania sunt.

Hinc symbolum. *Credo unicum Dominum nostrum. Sic dicite: Filium ejus unicum. Non unicus Dominus? Unus Deus est, unus et Dominus: sed ne calumnietur et dicant, quia una persona^b; dicamus Filium etiam unicum Dominum nostrum. Quia de divinitate Patris et Filii venit ad incarnationem ipsius, qui natus et sepultus, habes et passionem ipsius, et sepulturam. Tertio die a mortuis; habes et resurrectionem ejus. Ascendit et sedet ad dexteram Patris. Vides ergo quia caro divinitati laminaere nil potuit; immo de incarnatione triumphus magnus quæsitus est Christo. Qua ratione enim ubi de morte ascendit, sedet ad dexteram Patris? Quasi qui patri retulerit bonæ fructum voluntatis. Duo habes: surrexit a morte, sedet ad dexteram Patris. Nullum ergo potuit afferre caro divinitatis gloriæ detrimentum. Duo habes: aut quasi secundum prærogativam divinitatis et substantiæ generationis suæ Dominus noster Jesus Christus sedet ad dexteram, a morte surrexit: aut certe quasi triumphator æternus qui bonam regnum Deo Patri comparavit, prærogativam sibi suæ victoriæ vindicavit, sedens ad dexteram Patris.*

^c [Judicare vivos] et mortuos. Audi, homo. Debes quidem cito credere. Fides ipsa de charitate promatur. Qui amat, nil derogat: amicus, qui amicum amat, nihil derogat: qui amat Dominum, multo magis non debet derogare. Quare dico sedet? Qui amat,

^a Nullis additamentis fuisse auctum Romanum symbolum, et publice ab initiandis recitari solitum, narrat Rufinus loc. cit., qui tamen Aquileiense suum

A habet quid timeat. Unde et mortuos? Ipse de nobis judicaturus est. Cave ergo detrahere ei, quem judicem habiturus es. Quare hoc mysterium? Numquid non unum judicium est Patris et Filii et Spiritus sancti? Numquid non una voluntas est? Numquid non una majestas? Quare tibi dicitur quod Filius judicaturus est, nisi ut intelligas nihil Filio derogandum? Ergo vide: credes in Patrem, credes et in Filium. Et quid tertio? et in Spiritum sanctum. Quæcumque accipies sacramenta, in hac trinitate accipies. Nemo te fallat. Vides ergo unius operationis, unius sanctificationis, unius majestatis esse venerabilem trinitatem.

Sane accipe rationem quemadmodum credimus in auctorem; ne forte dicas, sed habet et in Ecclesiam, sed habet et in remissionem peccatorum, sed habet et in resurrectionem. Quid ergo? Par causa est. Sic credimus in Christum, sic credimus in Patrem, quemadmodum credimus et in Ecclesiam, et in remissionem peccatorum, et in carnis resurrectionem. Quæ ratio est? Quia qui credit in auctorem, credit et in opus auctoris. Denique ne hoc ingenii nostri putetis, accipite testimonium: Si mihi non creditis, vel operibus credite. Ergo hoc habes. Nunc fides tua amplius et cæcebit, si in opus auctoris tui fidem veram et integram putaveris deferendam. In Ecclesiam sanctam, et in remissionem peccatorum. Crede ergo ex fide, quia omnia tibi peccata remittantur. Quare legisti in Evangelio, dicente Domino: Fides tua te salvum fecit. Resurrectionem. Crede quia resurget et caro. Quid enim opus fuit, ut Christus carnem susciperet? quid opus fuit ut Christus mortem gustaret, sepulturam susciperet et resurgeret, nisi propter eam resurrectionem? Totum hoc sacramentum tuæ est resurrectionis. Si Christus non resurrexit, vana est fides nostra: sed quia resurrexit, ideo firma est fides nostra.

Ergo dixi apostolos symbolum composuisse. Si ergo mercum istarum negotiatores et collatores pecuniæ hanc habent legem, ut si qui symbolum suam violaverit, improbus et intestabilis habeatur, multo magis cavendum est nobis, ne de majorum symbolo aliquid detrahatur: cum habeas in libro apocalypsis Joannis, qui libellus canonizatur, et maxime ad fidei proficit fundamentum: ibi enim evidenter omnipotentem Dominum nostrum Jesum Christum memoravit. Licet et in aliis locis, tamen in ipso libello: Si qui, inquit, addiderit aut detraxerit, judicium sibi erit et pœnam. Sic unius apostoli Scripturis nihil detrahendum, nihil addendum, quemadmodum nos symbolo quod accepimus ab apostolis traditam atque compositum, nihil debemus detrahere, nihil adjungere. Hoc autem est symbolum quod Romana Ecclesia tenet, ubi primus apostolorum Petrus sedet, et communem sententiam eo detulit.

Ergo quemadmodum duodecim apostoli, et duodecim sententiæ. Signate vos. Quo facto; Credo [in sequitur.

^b Cod., unam passio nam.

^c Prætermissa in codice verba ubi cis includo.

Deum Patrem omnipotentem, creatorem cæli et terræ, A et in Jesum Christum Filium ejus unicum Dominum nostrum, qui conceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria] virgine; [habes Patrem omnipotentem, habes Filium unicum] habes incarnationem Filii, quem admodum dixi. Sub Pontio Pilato passus et sepultus; habes passionem et sepulturam. Ecce quatuor istæ sententiæ. Videamus alias. Tertia die [resurrexit a mortuis, ascendit ad cælos, sedet ad dexteram Dei Patris, inde venturus est judicare vivos] et mortuos. Ecce aliæ quatuor sententiæ, hoc est octo sententiæ. Videamus adhuc alias quatuor sententias. Et in Spiritum sanctum [sanctam Ecclesiam, remissionem peccatorum, carnis] resurrectionem. Ecce secundum duodecim apostolos, et duodecim sententiæ comprehensæ sunt.

Illud sane monitos vos volo esse, quoniam symbolum non debet scribi, quia reddere illud habetis. Sed nemo scribat. Qua ratione? Sic accepimus ut non debeat scribi. Sed quid! Teneri. Sed dicis mihi, quomodo potest teneri, si non scribitur? Magis potest teneri, si non scribatur. Qua ratione? Accipite. Quod enim scribes, securus quasi relegas, non quotidiana; meditatione incipis recensere: quod autem non scribis, times ne amittas, quotidie incipis recensere. Magnum autem tutamentum est: nascuntur stupores animi et corporis, tentatio adversarii qui nunquam quiescit, tremor aliqui corporis, infirmitas stomachi; symbolum recense intra te, maxime recense intra te ipsum. Quare consuetudinem facias et cum solus, [ut] fortius recenseas ubi sunt fideles.

B

EPISTOLA DE FIDĒ

AD BEATUM HIERONYMUM PRESBYTERUM.

Apostolica narrat auctoritas: Sine fide impossibile esse ut quisquam placeat Deo. Nos ergo fideliter credimus Patrem, Filium et Spiritum sanctum, unum verum solum Deum in essentiali substantia, ac sanctam et individua personalem æternitatem. Deitas enim Christi par in omnibus et consubstantialis est Patri, et sempiterna atque intemporaliter una eademque potentia genitoris et geniti. Creator quippe omnium naturarum; quoniam per ipsum omnia facta sunt, et sine ipso factum est nihil, superior est omnibus quæ creavit, nec unquam creatori suo non fuerunt subjecta quæ condidit: cui proprium et sempiternum est nec aliunde quam de Patre, nec alium esse quam Pater est. Huic si addita esset potestas, si illustrata dignitas, si exaltata sublimitas, minor erat provehente qui creavit; nec habebat divitias ejus naturæ, cujus indiguit largitate.

In ea plenitudine temporis, quæ sempiterno consilio fuerat præstituta, et prophetica dictorum atque gestorum significatione promissa, factus filius hominis non suæ conversione substantiæ, sed nostræ assumptione naturæ, venit quærere et salvare quod perierat. Venit autem non locali accessu nec motione corporea, tamquam præsens futurus unde adfuisset, aut illinc recessurus unde venisset, sed venit per hoc quod erat visibilis et cunctis cernentibus declarandus. Humanam scilicet carnem atque animam in visceribus virginis matris accipiens, ut manens in forma Dei, servi formam assumeret, et in similitudine carnis peccatorum veniret, per quam non minueret divina humanis, sed augeter divinis humana. Talis enim erat omnium a primis ducta

genitoribus causa mortalium, ut originali peccato transeunte per posteros, nullus pœnam damnationis evaderet, nisi Verbum caro fieret et habitaret in nobis. Quod deitatis est, caro non minuit; quod carnis est, deitas non peremit. Idem enim et sempiternus ex Patre; et temporalis ex matre, in sua virtute inviolabilis, in nostra infirmitate passibilis. In deitate tantum et cum Patre et cum Spiritu sancto unius ejusdemque naturæ; in susceptione autem hominis, non unius substantiæ, sed unius ejusdemque personæ: ut idem esset dives in paupertate, omnipotens in submissione, impassibilis in supplicio, immortalis in morte. Nec enim Verbum aut in carnem aut in animam aliqua sui parte conversum est; cum simplex et immutabilis natura deitatis tota in sua sit semper essentia; nec damnum sibi recipiens nec augmentum; et sic assumptam naturam beatificans, ut glorificata, in glorificante permaneat.

Cur autem inconveniens aut impossibile videatur, ut Verbum et caro atque anima unus homo Christus et unus Dei hominisque sit Filius, si caro et anima, quæ dissimilium naturarum sunt, unam faciunt, etiam sine Verbi incarnatione, personam? Cum multo facilius sit, ut hanc unitatem sui atque hominis, deitatis præstet potestas, quam ut eam in substantiis suis obtineat solius humanitatis infirmitas. Nec Verbum igitur in carnem, nec in Verbum caro mutata est: sed utrumque in uno manet, et unus in utroque est: non diversitate divisus, non permixtione confusus, nec alter ex Patre, alter ex matre; sed idem ex Patre ante omne principium, et idem in fine sæculorum ut esset mediator Dei et ho-

^A Rectissime Ambrosius personam, non naturam dicit. Nam si contra una hominis natura dicitur, ut plerique loqui solent, hoc exemplo mire abutuntur Monophysitæ, ut unam Christi naturam affirmant.

Re autem vera duæ sunt in homine naturæ seu substantiæ; spiritalis, anima; materialis, caro. Legitur de hoc exemplo præclara Athanasii doctrina, ed. Maur. t. 1, p. 4279.

minum, homo Jesus Christus in quo habitaret plenitudo divinitatis.

Nativitas enim Domini secundum carnem quamvis habeat quædam propria, quibus humanæ conditionis initia transcendat, sive quod solus ab inviolata virgine sine concupiscentia est conceptus et natus; sive quod ita e visceribus matris est editus; ut fecunditas pareret, et virginitas permaneret; non alterius tamen naturæ erat ejus caro quam nostra est: nec alio illi quam cæteris hominibus anima est inspirata principio, quæ excelleret non diversitate generis sed sublimitate virtutis. Nihil enim carnis suæ habebat adversum; non discordia desideriorum gignebat compugnantiam voluptatum: sensus corporei vigeant sine lege peccati, et veritas affectionum sub moderamine deitatis et mentis, nec tentabatur illecebris, nec cedebat in vitiis: verus homo vere unitus est Deo: nec secundum existentem prius animam deductus e cælo; nec secundum carnem creatus ex nihilo: eandem gerens in Verbi deitate personam, et tenens communem nobiscum in corpore animaque naturam. Non enim esset Dei hominumque mediator, nisi idem Deus idemque homo in utroque et unus esset et verus.

Invitat quidem nos ad latitudinem disserendi materiæ magnitudo; sed apud eruditionem tuam non est copia laborandi. Apud te est Bethleem, in qua salutifer Virginis partus illuxit, quem involutum pannis, inter angustias diversorii, præsepe suscepit.

Apud te est declarata ab angelis, adorata a magis, post multorum infantium ab Herode mortem Salvatoris infantia est persecuta. Apud te, inquam, locus est, ubi pueritia adolevit, ubi adolescentia maturavit, et per incrementa corporea in virum perfectum veri hominis natura profecit, non sine

A cibo esuritionis, non sine somno quietis, non sine fletu miserationis, nec sine pavore formidinis. Unus enim atque idem est qui in Dei forma operatur miracula magnæ virtutis.

Ut autem repararet omnium vitam, recepit omnium causam: et vim veteris chirographi, quod solus inter omnes non debuit, pro omnibus solvendo vacuavit: ut sicut per unius reatum omnes facti fuerant peccatores, ita per unius innocentiam omnes fierent innocentes: iude in homine manente justitia, ubi est suscepta humana natura. Nulla enim ratione extra nostri corporis veritatem. Nam quia captivitas nostræ originalia vincula solvi non poterant, nisi existeret homo nostri generis nostræque naturæ, quem primi præjudicia non tenerent, et qui immaculato sanguine suo chirographum lethale dilueret, sicut erat ab initio divinitus præordinatum; ita est in plenitudine præfiniti temporis factum, ut multis modis significata promissio diu expectato veniret effectu; nec posset esse ambiguum quod continuis significationibus semper fuerat nuntiatum. In magno autem sacrilegio diversa hæreticorum impietas manifestatur, cum specie deitatis honorandæ, humanæ carnis in Christo derogant veritatem; et religiose æstimant credi, si dicatur in Salvatore nostro verum non esse quod salvat; cum ita secundum promissionem omnia sæcula præcurrerent mundus sit Deo reconciliatus in Christo, ut nisi Verbum dignaretur caro fieri, nulla caro posset salvari. Enucleatius autem declarare C fidei sacramentum, et confundere hæreticam pravitatem tuum est, pater optime Hieronyme. Hoc unum oro et deprecor; mei ut memor sis frequentius, invictissime iniles Christi. Amen.

ADMONITIO IN HYMNOS SEQUENTES S. AMBROSIO ATTRIBUTOS.

Hos hymnos reperimus in hymnario nuper Halis recensito. Clarissimus editor Germanicus, cui nomen Adalbertus Daniel, nonnullis de sua Thesauri hymnologici editione generatim expositis, sequentia subjicit: quæ, cum ad intelligentiam annotationum hymnis Ambrosii subjectarum nonnihil conferre possint, hic referre juvat.

Jam ut etiam de annotationibus tribus verbis dicamus, pro instituti nostri ratione exclusimus eas quæ ad auctorem et ætatem hymnorum pertinent et quæ lexicographici, metrici vel etiam grammatici generis sunt, propterea quod illæ res omnes in glossario tractantur. Hymnos ut annotationibus asceticis illustraremus nobis suavitatis vir summe reverendus Nickelius. Et illud quidem negotium libenter suscepissemus, si nobis licuisset. Sed nisi brevitati usquequaque maxime studendum fuisset, multa quæ ad historiam Ecclesiæ et dogmata pertinent, copiosius fusiusque explanavissemus. Quam eadem in rationem in sequenti volumine secuturi simus, nondum nobis constat, cum quantum sibi gratiæ opus

nostrum conciliaturum sit nondum compertum habeamus.

Jam non alienum erit narrare, quibus ex fontibus hauserimus quibusque auxiliis usi simus. Quicumque harum rerum periti sunt, ii facile intelligent nobis expectatione plurium fontium aditum esse patefactum: quod vix et ne vix quidem contigisset, nisi multorum virorum benignitate ac liberalitate mirum in modum adjuti essemus. Non quidem dubito quin futuri sint, quibus numerus codicum manus. non satis magnus videatur, et ipse maxime doleo quod in bibliothecis Vindobonensi et Monacensi antiquissimas membranas inspicere et diligenti manu versare non licuit. Sed, ni fallor, multi in hym-

nis recte constituendis libris manuscriptis nimium tribuunt. Nam breviaria diœcesana, quæ circa annum 1500 typis descripta sunt, e diligentissima eorum, qui in diœcesi exstabant, codd. manusc. comparatione profecta sunt, ut hos ipsos auctoritate si non superare, certe æquare mihi videantur. Idem valet de antiquis et recentioribus hymnorum collectionibus, veluti Cassander multos codd. Germanos, Clichtovæus Gallicos, Thomasius Italos inspexit.

I. CODICES.

1. Anni 1839 autumnò cum Dresdæ commorarer, breviaria in bibliotheca Regia asservata adii, cum hujus rei exoptatissimæ occasio mihi oblata esset. Primum adii breviarium illud, quod catalogus manusc. sub titulo A 147 habet, cum id ex accurata narratione Falckensteinii mihi antea innotuisset. Sed est illud Horarium potius, cum horas de Beata Virgine, de Spiritu sancto, etc., contineat. Ætas ejus sine dubio sæculum xv vel xiv non superat, origo autem si non ab ipsa diœcesi Metensi, certe ab affini aliqua repetenda videtur esse. Picturæ marginales quibus codex insignitus est dignæ sunt ad quas, quicumque harum rerum periti sunt, animum advertant. (D. 1.)

2. Eadem in bibliotheca alterum inveni breviarium, in indice sub A 228 notatum, ex libris Crusii. Hoc breviarium, quod ordini Dominicanorum in usu fuit, ex commemoratione quorundam sanctorum, velut S. Athalæ, apparet, ex regione Rhenana superiore originem traxisse. Hunc tamen codicem vix initium sæculi xv transgredi persuasum habeo. (D. 2.)

3. Eadem fere ratio est codicis chartacei, qui cum quondam in bibliotheca monasterii S. Petri Erfordiæ asservaretur, nunc meus est. Inest in hoc codice *Glosa super Ymnos* quæ tamen ad explicandos hymnos fere nihil confert. Huic glossæ commentarius de summula Raymundi additus est. (E.)

4. Antiquissimum eorum quos inspeximus codicum debemus liberalitati Rambachii, viri doctissimi, qui cum primus (nam hæc laus ejus semper propria erit et mansura) in hymnologia viam muniverit, tum de nobis optime meritis est, cum nobis subsidia et rarissima et exoptatissima ad Thesaurum nostrum suppeditaverit. Est ille quem diximus codex ex bibliotheca civitatis illustrissimæ Hamburgensis, quem Staphorstius (Hamb. Kirchengeschichte Thl. I. S. 310 seq.) decimo atque adeo nono sæculo ascripsit. Contra Rambachius Anth. I, p. 23 cum in codice S. Catharinæ mentio facta sit, suo jure sæculum tertium decimum non egrediendum esse stavit. Sed in ejusmodi breviiis duplex pars distinguenda videtur: una primitiva, altera quæ ex posteriore tempore addita habet. Eadem ratio videtur esse hujus codicis: hymni enim in festum S. Catharinæ, Conceptionis Mariæ aliis litteris ætatem posteriorem indicantibus exscripti sunt; et cum hoc quoque notabile sit, hymnos in festum Corporis Christi nondum inveniri, haud scio an illud quod commemora-

vimus proprium de tempore duodecimo atque adeo undecimo sæculo vindicandum sit. (H.)

5. Breviarium diœcesanum chartaceum ex bibliotheca Rev. capituli cathedralis Merseburgensis liberalitati Frejeri, viri ornatissimi, debeo; qui codex manu scriptus, etsi vix sæculum quartum decimum egrediatur, multa tamen continet propria. In his hymnorum paucitas et octavarum; nam desunt ad octavæ Epiphaniæ et Assumptionis. (M.)

6. In libris manu scriptis, quos Fr. Junius indefesso labore satis ille notus, possedit, postea autem bibliotheca Oxoniensis acquisivit, inest etiam vetusta interpretatio Germanica xvi hymnorum. Nonnulli viri docti in studio ad veterem linguam Germanicam pertinentibus hoc codice usi sunt: primum, quartum, quintum et ultimum hymnum jam Hiccesius vulgarat, reliqui omnes in lucem prodierunt cura et studio Jac. Grimmii, viri mira quadam doctrinæ copia instructi, quo nunc patria nostra gaudet (*Hymnorum Veteris Ecclesiæ xvi Interpretatio Theologica, nunc primum edita Göttingæ 1830*). Cum et hymni Latini et versio Germanica, quæ ille codex manusc. complectitur, in octavum sæculum incidant, id quod Prolegomenis vir doctissimus argumentis satis idoneis confirmavit, nihil est quod exponamus, quantum hic Grimmii liber a nobis æstimatus sit. (O.)

7. Cum audivissem in bibliotheca academici Herbipolitaniæ breviaria antiquissima asservari, confusus liberalitate Ludwigi, viri doctissimi, cujus curæ ætate bibliotheca illa commissa est, et Reussii, viri ornatissimi, cujus humanitatem non possum satis prædicare, alium senatum academici omni qua par est observantia ausus sum rogare, ut codicum illorum vetustissimum mihi mitti concederet. Qui cum precibus meis benevole annueret, factum est ut duo antiquissima breviaria inspicere possem, quorum unum est ex celebratissimo monasterio Ebracensi, et, nisi fallor, sæculo tertio decimo scriptum est. (W. 1.)

8. Alterum est breviarium diœcesanum ex bibliotheca monasterii Benedictinorum, quod S. Stephanum patronum colebat. In quo cum nonnulli festi dies seniores ad cultum Mariæ pertinentes desint et festum Corporis Christi unum modo hymnum habeat, non dubito quin codex sub finem sæculi iiii scriptus sit. (W. 2.)

II. BREVIARIA.

Breviaria Diœcesana.

1. *Canonicarum horarum liber secundum ordinem Rubricæ Ecclesiæ Halberstadensis ordinatus studiosissime revisus, correctus et emendatus, et ad instar correctissimorum exemplarium collatus. Ac per Georgium Stuchs Nurnberge impressus. Anno virginæ partus Millesimo quingentesimo quindodecimo. Idibus Novembris feliciter fuit. Meum est. (III.)*

2. *Canonicarum horarum liber secundum ordinem rubricæ sancte Ecclesiæ Magdeburgensis. summo studio revisus atque denuo correctus in officina Georgii Stuchs civis Nurenbergensis impressus. Anno a partu virginis gloriosissime Millesimo quingentesimo quatuordecimo*

mensis Octobris die vigesimo primo finit. Ex bibl. Orphanotrophei Halensis. (Mgd.)

3. Breviarium Misnense typis exscriptum circa annum 1510. Ex bibliotheca Academiae Halensis. (Msn.)

4. Viatici pars estivalis secundum rubricam ecclesie Merseburgensis. In calce libri: *Finita est hec Pars estivalis viatici Merseburgensis atque impressum pervigili cura. Arte et ingenio industriosi Melchioris Lotter Ducalis opidi Liptzensis concivis Anno salutifere incarnationis Millesimo quingentesimo quarto. Die Jovis. quinta decima mensis Augusti.* Ex bibliotheca S. Mariae Halensis. (Msb.)

5. Breviarium Pataviensis Ecclesie mira formandi arte pervigilique cura sollertis viri Petri Lichtenstein impensa vero Leonardi et Lucae Allantse fratrum bibliopolarum wienensium. Absolutum est Venetiis anno Salutifero 1515 die 25 Maii divo ac semper augusto Maximiliano primo imperiale sceptrum fauste tenente. Hoc breviarium ex biblioth. gymnasii Zuicciavensis Hertelius vir doct. benevole suppeditavit. (Pt.)

6. Breviarium Ecclesiae Salisburgensis, quod meum est. Hoc vehementer doleo in fronte et in calce esse mutilum atque deesse nomen typographi atque annum. Est sane splendide typis exscriptum. (Sl.)

7. Breviarium hoc juxta veras rubricas sacrae Myndensis Ecclesie ordinatum sollerti lucubratione praevia opera ac vigilanti cura industriosi viri Georgii Stachs de Sulzspach. quod splendide exaratum anno nonagesimo supra millesimum quadringentesimum, decimo vero nono calendarum Januarii explicat. Id mihi aliosque libros ex bibliotheca academiae Gottingensis, cui summa cum humanitate et liberalitate praest. Benekeus, vir. doct., Havemannus et Rankius, viri doct., quos summa colo observantia, miserunt benevole. (Md.)

8. Breviarium secundum rubricam ecclesie Havelbergensis diligenter recognitum. In calce: *Lipsie in officina Melchioris Lottheri longe quam ante accuratius et emendatius Anno a natali christiano Millesimo quingentesimo decimo octavo.* Meum est. (Hv.)

9. Breviarium dicendarum Canoniarum horarum ad morem Severiani Collegii Erphordiensis. In calce: *Impressum et completum est praesens breviarium in nobili famosaque urbe Moguntina Hujus artis impressorite inventrice prima: per honestum virum Joannem Schoeffer civem Moguntinum. Anno dominice incarnationis Millesimo quingentesimo decimo octavo VIII Idus Februarias.* Ipse librum possideo. (Ef.)

10. Meus est etiam libellus rarissimus in Gallia typis exscriptus: *Heures à l'usage de Lengres au long sans rien requérir. Imprime a Troyes chez Jean le Coq.* (sine anno et numeris foliorum), qui sub finem solemnes per totum annum hymnos continet. Placuit nobis librum litteris Lg. notare, cum illi hymni sine dubio in diocesi Lingonensi in usu fuerint. (Lg.)

11. Hymni Ecclesiae excerpti e Breviariis Romano Sarisburiensi Eboracensi et aliunde Oxonii Z. H. Parker 1838. Hymni e brev. Romano correcti a nostro consilio alieni erant, exoptatissimi tamen

erant qui ex brev. Sarisburiensi et Eboracensi desumpti sunt. Nam uti ex illo, cujus modo mentionem fecimus, libello cognosci poterat, qui apud Franco-gallos usitatissimi fuissent hymni, sic ex hoc qui apud Anglos. (Sb. Eb.)

Breviaria monastica.

12. Breviariorum quae ordinis S. Francisci fuerunt multorum nobis patuit aditus. Antiquissimum est bibliothecae Halensis S. Mariae a nobis litteris Fr. notatum; In calce legitur: *Explicit breviarium secundum morem romane curie. Impressum Venetiis per Franciscum Renner de Hailbrun. Anno Domini 1481.* Alterum (Fr. 2) e mea est bibliotheca. Legitur in calce: *Explicit breviarium secundum ritum Romanum Venetiis impressum arte et impensis Andree de Totesanis de Asula 1495 die vero 14 Martii, feliciter.* Praeterea comparavimus nonnulla alia ab illis fere nihil discrepantia. Primum. *Explicit breviarium secundum ordinem sancte Romanae Ecclesie magna cum diligentia revisum et fidei studio emendatum. Idque in alemonia regali civitate Nurembergk multum famosa impressum arte et impensis Anthonii Koberger praefatae civitatis incolam. Anno incarnatae deitatis elapso 1486. iv idus Decembris.* Meum est. Secundum. *Et sic finitur breviarium secundum usum Romanae curie arte et caractere honesti viri Jacobi de pforzen civis Basiliensis ductu vero fratris Nicolai vincentii ordinis minorum elaboratum. Anno salutiferae Incarnationis quadringentesimo nonagesimo tertio.* Ex bibliotheca S. Mariae Halensi. Inde etiam tertium aliud breviarium fortasse antiquius. Sed desunt annus et nomen typographi. Paginae numeris nondum notatae. Denique etiam ad manus erat recens Minorum breviarium, quod amicissimus nobis Diedrichius, magister scholae Latinae in Orphanotropheo Halensi, nobis largitus est: *Breviarium Romano-Seraphicum, etc. Coloniae Agrippinae 1734.*

13. Ordinis Dominicorum est Breviarium bibliothecae Gottingensis vetustum, quod et Norimbergae anno 1582 editum est (Pd.). Breviarium ejusdem ordinis recentius debemus bibliothecae Orphanotrophei. Prodiit illud Parisiis a. 1643.

14. Bibl. S. Mariae Halensis nobis suppeditavit vetustum ordinis S. Benedicti breviarium: *Finit pars hyemalis breviarii reverendorum patrum ordinis divi Benedicti de observantia per Germanum unionis Bursfeldensis. Parrhisis impressa per Desiderium maheu in vico sancti Jacobi commorantis sub intersignio sancti Nicolai prope templum sancti Benedicti. Sumptibus Godofridi Hectoris honesti bibliopole. Anno Dominice incarnationis 1518. De 15 mensis Januarii (Bd.).* Recens ejusdem ordinis Breviarium meum est: *Breviarium monastico... Benedictinum quadripartitum. Typis principalis monasterii Einsidlensis. anno 1743 seqq.*

15. Ex breviariis Eremitarum S. Augustini duo consulimus: unum ex bibl. S. Mariae Halensi, sine anno et titulo, sed procul dubio pervetustum (Aug.), alterum ex nostra: *Breviarium secundum ritum sancte*

Romane Ecclesie summa cum diligentia emendatum et castigatum in quo etiam multa superaddita sunt quæ in consimilibus breviariis numquam alias fuerunt impressa feliciter explicit. In alma Venetiarum urbe per Jacobum de Leuco accuratissime impressum. Anno salutifere Domini nostri Jesu Christi incarnationis quingentesimo supra millesimum nonis Octobris (Aug. 2).

16. Ex eadem bibl. S. Mariæ est pervetustum Carthusianorum Breviarium: *Breviarium sacre religionis Cartusie. Ab exemplari correctissimo impressum Salutis per magistrum Simonem bevelaqua Papiensem. Anno Domini 156 die 22 Aprilis (Cl.).*

17. Ex breviariis ordinis Cisterciensis antiquis, in quibus hymni more singulari et insolito dispositi sunt, unum ex bibl. Gottingensi inspeximus: *Brev. camerale ad usum Cisterciensis ordinis anno corrente 1510 ab eodem monacho qui præcedentia ejusdem ordinis brev. correxerat diligenti cura castigatum et ad hanc satis amplam formam redactum, reverendissimi patris domini Cistercii obedientia punctis in eodem ordine fieri solitis utiliter comunitum incipit feliciter. — Venale reperitur Parisiis sub Leone Argenteo vici sancti Jacobi (Cs.).*

III. SUBSIDIA LITTERARIA QUÆ HYMNOS COLLECTOS ET EXPLICATOS CONTINENT.

1. Sub finem sæculi xv in Germania sæpius typis excusa est *Expositio hymnorum*. Varias hujus operis editiones novi hæc: *Expositio hymnorum cum notabili commento. Coloniae apud Henricum Quentell 1492. — Expositio, etc. Hagenoviae 1495. — Expositio Hymnorum tum notabili commento implicat historiam cum optimis allegationibus sacre Scripture illorum sanctorum vel sanctarum de quibus tales himni decantantur. Coloniae 1494. — Expositio Hymnorum cum notabili commento. In calce: Basileæ impressus per Michaellem Furter. Anno inc. Domin. 1504. — Exp. H. cum familiari commento jam dudum in lucem edito. In calce: Liber hymnorum cum textuali interpretatiuncula jam dudum laboriose congestus iterato repressus est in domo quondam Henrici Quentell Coloniae 1506 ad finem mensis Maii. Editio quam ego possideo omnibus est antiquior. Inscripta est *Expositio hymnorum perutilis omnibusque salubris: deest annus et nomen typographi, sed ex omnibus elucet in officina Quentelliana circa annum 1490 typis esse descriptam. In hac hymnorum collectione memorabile mihi visum est initium libri: « Liber ste dicitur liber hymnorum. Hymnus dicitur laus Dei cum cantico. Quatuor fuerunt principales auctores qui hymnos composuerunt, Gregorius, Prudentius, Ambrosius, Sedulius. Sed quidam vir prudens nomine Hilarius videns illos multos hymnos compo-**

A suisse, dignum duxit placuitque quosdam in unum colligere compendiose, in unum componere brevem et utilem tractatum, in quo omnes hymni fuerunt. In hoc exordio vestigia vetustatis singularis exstare mihi videbantur. Itaque vel maxime gravisus sum cum Gersdorffus vir Doct. ea qua notus est liberalitate ex Bibl. Paulina Lipsiensis codicem 720 in quo etiam *Expositionem hynnorum* inesse audiveram, mihi mitteret. Mox enim intellexi hoc in codice exhiberi Hilarii nostri commentarium, quem certe tertio decimo sæculo compositum esse ex ætate codicis suspicari licet. Hilarius ille quando vixerit et quis fuerit et quæ operis ejus ratio sit infra disputabimus (Hil.).

2. *Hymni de tempore et de sanctis in eam formam qua a suis autoribus scripti sunt denuo redacti et secundum legem carminis diligenter emendati atque interpretati. Anno Domini 1519. In calce libri legitur: Hymnis per anni circulum occurrentibus Latina cum enucleatione adjunctis difficultium clausularum significatis. Extrema apposta est manus. Argentoraco in Joannis Knobloch calculographi edibus humane redemptionis, etc. Auctorem se appellat in proœmio Jacobus Wimpfelingus Sleistatinus († 1528): verum quod sciam viri docti qui Wimpfelingii libros enumerant hujus operis non injiciunt mentionem. Cæterum in hoc libro fere passim Hilarium sequitur (Wimpf. *).*

3. *Liber Hymnorum in metra noviter redactorum. Apologia et defensio poetice ac oratorice majestatis. Brevis expositio difficultium terminorum in hymnis ab aliis parum probe et erudite forsitan interpretatorum per Henricum Bebelium Justingensem edita poetice et humaniores litteras publice profitemem in gymnasio Tubingensi. Annotationes ejusdem in quasdam vocabulorum interpretationes Mammetractus. Thubingen 1504. Hunc librum Rambachius liberalissime mihi misit. (Beb.)*

4. *Hymni et Sequentie cum diligentis difficillimorum vocabulorum interpretatione omnibus et scholasticis et ecclesiasticis cognitu necessaria Hermanni Torrentini de omnibus puritatis lingue Latine studiosis quam optime meritis. In fine legitur: Impressum Coloniae per Martinum de werdena anno Domini 1513 in profeto Visitationis beate Marie virginis. Exstat hujus libri editio secunda. Hymni et Prosa ecclesiastica vulgo sequentiae dictæ breviuscula quidem sed maxime commoda Hermanni Torrentini explanatione illustrata. Qui piis et Christianis oblectantur canticis his se oblectent. Coloniae. Excudebat Petrus Horst 1556. Utramque editionem inspexi; sed cum ille vir doctus in secunda Clichtovæum plus minusve secutus sit,*

* Rarissimum librum ejusdem auctoris *De hymnorum et sequentiarum auctoribus generibusque carminum quæ in hymnis inveniuntur*, quem multum nos adjuturum esse speramus, vir præcl. Ullmannus ex bibliotheca Palatina nobis liberalissime misit.

Ein vielfach beim Unterrichte eingeführtes Lehr-

buch, eine Art Grammatik mit dem sonderbaren Titel *Mammetractus* od. *Mammotreptes* war zu einem Ansehen und Einflusse gekommen, die unverfälgbar schienen. Sie aussurotten, war *Bebel* mit aller Kraft bedacht. Ersch. Gruber Encyclopædie. s. v. Bebel.

prior editio nobis longe pluris videtur æstimanda. **A** *excudebat.*—*Psalterium Davidis, etc. cum lemmatibus ac notis Adami Siberi. Accesserunt Hymni festorum dierum insignium. Lipsiæ Johannes Rhamba excudebat anno 1577.* (Sib.) Palina ex mea sententia tribuenda est Ludeci operi: *Vesperale et Matutinale, etc.* 1589 (Lud.), quod idem eis qui cultum Lutheranae Ecclesiae veteris cognoscere student maxima utilitati erit.

5. *De tempore et sanctis per totum annum hymnarius in metra ut ab Ambrosio, Sedulio, Prudentio ceterisque doctoribus hymni sunt compositi. Groningen phrisie jam noviter redactus incipit feliciter. In fine: Et sic est finis. Debeo Rambachio (Gron.).*

6. Ex bibliotheca S. Mariæ Halensis suppedtatus est mihi liber, initio mutilus, qui psalmos et hymnos continet. In fine legitur: *Psalterium Davidis adjunctis hymnis felicem habet finem opera et impensis Melchior Lotters ducalis opidi Liptzensis concivis Anno Milesimo quingentesimo undecimo 18 die Aprilis Hoc opus litteris (Lps.) notavimus.*

7. Jodoci Clichtovæi operis copia doctrinæ utilissimi et primam et secundam editionem Ven. Ræmbachio, **B** *cujus insignem liberalitatem non possumus non prædicare, debemus. Elucidatorium ecclesiasticum ad officium ecclesiae pertinentia planius exponens et quatuor libros complectens. — Primus Hymnos de tempore et sanctis per totum annum. — Secundus non nulla cantica ecclesiastica antiphonas et responsoria. — Tertius ea quæ ad Missæ pertinent officium, præsertim præfationes. — Quartus prosas quæ in sancti altaris sacrificio dicuntur continet. Primum prodiit liber Parisiis 1515, deinde Basileæ 1517 et 1519. Opus Clichtovæi abbreviatum, sed in hymnis auctum prodiit Venetiis in vico S. Mariæ formosæ ad signum spei 1555. Cl., cum breviariis Italis, Gallicis et Hungaricis usus sit, opus ejus summo loco est habendum. Multus quidem est in annotationibus, sed non paucæ earum utiles sunt (Clicht.).*

8. *Hymni ecclesiastici præsertim qui Ambrosiani dicuntur multis in locis recogniti et multorum hymnorum accessione locupletati. Cum Scholiis opportunis in locis adjectis et Hymnorum indice Georgii Cassandri. Beda de Metrorum generibus ex primo libro de re metrica. Coloniae anno 1556. Iterum hymni excusi in operibus Cassandri quæ prodierunt Parisiis 1616. Hymnorum textum, ut ita dicam, optime recensuit multis breviariis imprimis Germanicis apte collatis. Notæ auctoris non magni æstimandæ sunt; nam fere omnes sunt dogmatici vel polemici generis. In Romana Ecclesia liber est vetitus (Cass.).*

9. *Collectiones hymnorum quæ quidem circa Lutheri tempora a Lutheranis institutæ sunt, sed ad recensendum textum non multum valent cum per multa in iis mutata deprehenderim. Ad manum erant: Psalmodia, etc., per Lucam Losium Lunebergensem cum præfatione Phil. Melanthonis Witebergæ apud Hær. Georgii Rhau 1561. (Loss.) Cantica selecta veteris novique Testamenti cum hymnis et collectis seu orationibus purioribus quæ in orthofoxa atque catholica Ecclesia cantari solent. Addita dispositione et familiari expositione Christophori Corneri Lipsiæ cum privilegio 1568. (Corn.) Cantica ex sacris litteris in Ecclesia cantari solita cum hymnis et collectis, etc., recognita et aucta per D. Georg. Majorem anno 1570. — Witebergæ Laurentius Schwenck Eisdeldensis*

10. *Hymnorum Ecclesiasticorum ab Andrea Ellingero V. Cl. emendatorum libri III, etc. 1578 Francofurti ad Mœnum. (Ell.)* Hæc collectio omnium quas vidi copiosissima, sed cum in duobus prioribus libris hymni propter metricas rationes prorsus mutati sint, tertio tantum libro uti licuit; in reliquis duobus Ellingeri auctoritas ibi tantum me movit, ubi lineola adjecta notavit veterem et genuinam scriptionem exhiberi.

11. *Poetarum veterum ecclesiasticorum opera Christiana et operum reliquæ atque fragmenta. Thesaurus catholicæ et orthodoxæ Ecclesiae et antiquitatis religiosæ ad utilitatem juventutis scholasticæ, collectus, emendatus, digestus et commentario quoque expositus diligentia et studio Georgii Fabricii Chemnicensis. Basileæ per Joannem Oporinum 1564. (Fabr.)*

12. Ven. Thiloni debeo: *Divorum patrum et doctorum Ecclesiae qui oratione ligata scripserunt Paraphrases et Meditationes in Evangelia dominicalia (in altera parte: in hist. evangelicas quæ festis Sanctorum publicis conventibus explicantur) e diversis ipsorum scriptis collectæ a M. Joach. Zehnero Ecclesiae Schleusingensis pastore et Superintendente. Lipsiæ 1602 sumptibus Thomæ Schureri. Liber utilissimus, cujus auctorem in hymnis Ecclesiae Christianæ veteris satis versatum esse non possumus quin fateamur, omninoque ex illo libro apparet illo quoque tempore apud Lutheranos studiosissimos fuisse hymnorum veterum amatores. (Zehn.)*

13. *Josephi Mariæ Thomasii S. R. E. cardinalis opera omnia..... Tomus secundus continens Psalterium, juxta duplicem editionem ad mss. codices recensuit notisque auxit Ant. Franc. Vezzosi Cleric. Regularis Romæ 1747. (Hymni continentur p. 351-434.)* Hic liber in Germania satis rarus est, sed eo carere nullo pacto potest hymnorum sacrorum editor. Comparavit Thomasius codices Vaticanæ antiquissimos omninoque multos Italicos; quare si quis hymnos Ecclesiae veteris usque ad sæculum VIII investigare constituerit, ei ex illo libro tamquam fonte primario hauriendum erit. (Thom.)

14. *Anthologie christlicher Gesänge aus allen Jahrhunderten der Kirche. Nach der Zeitfolge geordnet und mit gesch. Bemerkungen begleitet von Aug. Jac. Rambach Prediger bei St. Jacob in Hamburg. Erster Band. Die vorzüglichsten, griechischen lateinischen und alt-deutschen Kirchenlieder enthaltend. Altona u. Leipzig, Hammerich 1817.* Thesaurus noster ostendit quoties quantumque studia præclara Rambachii in usum nostrum converterimus. (Ramb.)

15. *Corolla Hymnorum sacrorum publicæ devotioni*

inservientium. Veteres electi, sed mendis quibus iteratis in editionibus scatebant deteresi, Strophis adaucti. Novi assumpti, recentes primum inserti. Coloniae Agrippinae 1806. Typis Hæredum Schauberg. Hic Walraffii liber, quem Ven. Augusti, morte ille literis nuper ereptus, nobis donavit, plurimum prodest iis, qui in hymnis, quos post Lutheri ætatem protulit Ecclesia, cognoscendis studia posuerunt.

16. Liber Bjornii: *Hymni veterum poetarum Christianorum Ecclesiae Latinae selecti. Hafniae 1818. In paucis tantum nos adjuvit.*

17. *Lateinische Anthologie aus den christlichen Dichtern des Mittelalters. Für Gymnasien und Lyceen herausgegeben und mit Anmerkungen begleitet von Joseph Kehrein, Lehrer am Gymnasium zu Mainz. Erster Theil. Die acht ersten christlichen Jahrhunderte. Frankfurt a. M. Sauerlander 1840. Auctor hoc consilium sequitur ut alumnos gymnasiolorum catholicorum ad hymnorum sacrorum cognitionem adducat: quæ res si recte succederet, vehementer gauderemus. Adnotationes Kehreini ad discipulos pertinere vix est quod moneamus, quamquam passim etiam nobis nonnulla in usum nostrum convertere licuit. (Kehr.)*

Jam enumeratis his subsidiis nostris nostrum est animo grato eos viros commemorare qui consilio nostro fautores, laboribus adjutores exsisterunt. In hoc numero primum locum obtinent Ven. Thilo, cujus mihi auctoritas cum aliis in rebus, tum hoc in opere plurimum valuit; Ven. Tholuckius, cujus mul-

tum intererat labores nostros prospere cedere; Hermannus Dryander, vir hymnorum Latinorum non minus quam Germanicorum peritus; F. A. Ecksteinus, collega litteratissimus qui ea qua solet humanitate haud mediocriter me adjuvit. Denique non possum quin gratias agam duobus viris qui a primis operis initiis per totum meum laborem consilio et opera mihi adfuerunt: Aug. Voigtio muneris scholastici societate mihi junctissimo et Chr. Diedrich quem et curriculum scholastici societatis et veteris amicitiae vinculum mecum intime conjunxit. Horum virorum opera atque industria in vitiis exstirpandis et emendandis maxime adjutus sum, quamquam et me et illos emendatores nonnulla sugerint menda.

Faxit autem Dominus Ecclesiae Christianae O. M., cujus honorem omnes hymni celebrant, quem cantica prædicant et sequuntur cum antiphonis laudibus certatim extollunt, ut hic etiam studiorum nostrorum fructus ad salutem Ecclesiae Christianae valeat. Offerimus opus nostrum tanquam donum omnibus quicumque nomen Christi sancte colunt; offerimus sanctissimo Redemptori pro unitate atque amabili Ecclesiae concordia sacrificium; neque aliud quid ex intimo animo precamur, nisi ut ipsi quoque sentiamus illud quod de sanctissimo patriarcha scriptum legimus: *Respexit Dominus ad munera ejus.*

Scribebam Halis in Padagogio Regio
die 21 Mai 1841.

HYMNI S. AMBROSIO ATTRIBUTI.

I.

Hymnus de Nativitate Domini.

A solis ortus cardine
Et usque terræ limitem

Christum canamus principem,
Natum Mariæ virginis.
Gaudete quicquid gentium,
Judæa, Roma et Græcia,
Ægypte, Thrax, Persa, Scytha,

Rex unus omnes possidet.
Laudate vestrum principem
5 Omnes beati ac perditii, 10
Vivi, imbecilli ac mortuis
Jam nemo post hæc mortuus.

1. — Descripsi carmen ex hymnario Thomasi, quem id merito in Ambrosianorum catalogo recensuisse, suo loco evincam. Sane vero in ecclesiasticum usum receptum est tantum fragmentum hymni v. 15-24, *Fit porta Christi pervia* (solemnis purificationis Mariæ vel alii S. Virginis festivitatis cantatum), quod ut carmen integrum et ab Ambrosio profectum tuerent editores Maurini. — 1-4. Eadem fere verba repetuntur in Hymno Seduli alphabetico: *A solis ortus cardine*, qui procul dubio poetam nostrum imitatus est. Quæ consuetudo paulatim serpere ac propagari coepta est cum hymnographi fetus suos fidelibus de meliore nota commendare studerent, antiquorum lumina et flores carminibus intexerent. Exemplo ut utar, in sexcentis hymnorum exordiis, eximium illud Fortunati, *Pange lingua gloriosi*, primi versus locum obtinet. 1. Ps. cxii, 3: *A solis ortus usque ad occasum laudabile nomen*, etc. — 15-16. *Respexit poeta ad Esæch. xliv, 1-3: Dixit Dominus ad me: Porta hæc clausa erit: non aperietur et vir non transibit per eam, quoniam Dominus Deus Israel ingressus est per eam, erique clausa principi. Princeps ipse sedebit in ea*, etc. — 14. Luc. 1, 28: *Ave, gratia plena*. — 15. In hymno 4 inter quos damus fine tomi præcedentis dixit quoque vers. 10: *Claustra pudoris permanent*. — 18. In hymno supra cit. vers. 15:

C *Procedens de thalamo*. — 20. Ibid. vers. 15: *Gigas geminæ substantiæ*. — 21. Fabr. *honor et parentis*. — 24. H. E. Ct. *resolvæ*. — 25-28. Christum in S. Scriptura cum lapide comparari satis notum. Eph. ii, 20; I Cor. iii, 11; I Petr. ii, 4. Item in ipso N. T. Jes. xxviii, 16, et Ps. cxviii, 22, typice ad Christum Redemptorem referuntur (Rom. ix, 33; Act. iv, 11; Matth. xxi, 42). Neque vero Patribus inter hos fines subsistere placuit. Gregorio I Reg. iv, 14; v, 12, Jesus sub lapidum figura latere visus est; præ cæteris gratus erat mysticis interpretibus locus Dan. ii, 34, a poeta nostro in usum suum conversus: *videbas illa, donec abscissus est lapis de monte sine manibus*. Non dubitant, quin a propheta partus intemerata virginis significatus sit, quam sæpius montem in V. T. appellari affirmant. Adeas eundem Gregorium ad verba I Reg. 1, 1, *suit vir de monte Ephraim*: « Potest hujus montis nomine B. semper virgo Maria D. genitrix designari: mons quippe fuit, quæ omnium electæ creaturæ altitudinem electionis suæ dignitate transcendit. An non mons sublimis M. quæ ut ad conceptionem æterni Verbi pertingeret, meritorum verticem supra omnes angelorum choros usque ad solium Deitatis erexit. Hinc enim montis præcellentissimam dignitatem Isaias vaticinans ait: *Erigit in diebus præparatus mons domus Domini in*

Fit porta Christi pervia
 Referta plena gratia
 Transitque rex et permanet 15
 Clausa ut fuit per sæcula.
 Genus superni numinis
 Processit aula virginis,
 Sponsus, redemptor, conditor
 Suxæ gigas Ecclesiæ. 20
 Honor matris et gaudium,
 Immensa spes credentium
 Per atra mortis pocula
 Resolvit nostra crimina.
 Lapis de monte veniens 25
 Mundumque replens gratia,
 Quem non præcisum manibus
 Vates vetusti nuntiant.
 Qui verbum caro factus est
 Præconio angelico, 30
 De claustris virginalibus
 Virginis virgo natus est.
 Rorem dederunt æthera
 Nubesque justum fuderunt,
 Patens excepit Dominum 35
 Terra salutem generans.
 Mirabilis conceptio:
 Christum protulit sobolem
 Ut virgo partum funderet,
 Post partum virgo sisteret. 40

Exultet omnis anima,
 Nunc redemptorem gentium
 Mundi venisse Dominum
 Reclimere quos condidit.
 Creator cuncti generis 45
 Orbis quem totus non capit
 In tua, sancta genitrix,
 Sese recludit viscera.
 Quem Pater ante tempora
 Deus Deumque genuit, 50
 Matrix almæ virginitas
 Matrix almæ virginitas
 Cum tempore partum edidit.
 Tollens cuncta facinora
 Et donans sancta munera
 Augmentum lucis afferens 55
 Tenebris damnum inferens.

II.

Ad Sextam.

Bis ternas horas explicans
 Diei sol ingreditur,
 Ut sex idemque transigat
 Et noctis claudat aditum.
 Nos ergo nunc confamuli, 6
 Prophetæ dicti memores
 Solvamus ora in canticis,
 Prece mixta Davidicis.
 Ut septies diem vere

Orantes cum psalterio, 10
 Laudesque cantantes Deo
 Læti solvamus debitum.
 Sic enim Christi gratia
 Peccantibus dat veniam, 45
 Sæpeque confitentibus
 Non aderit mors impia
 Memento non desit tamen
 Orantibus servis Dei,
 Quod Pauli vox apostoli 50
 Servandum prædixit nobis.
 Cujus vox hoc promeruit
 Ut diceret idem Deo:
 Orabo mente Dominum,
 Orabo simul spiritu. 55
 Ne vox sola Deo canat. 25
 Sensusque noster alibi
 Ductus aberrat fluctuans
 Vanis præventus casibus.
 Tunc enim Deo accepta est
 Oratio canentium, 30
 Si pura mens idem gerat.
 Quod explicat vox cantici.

III.

Hymnus ad serenitatem postendam,
 al. in postulatione serenitatis.

Obduxere polum nubila cæli,

vertice montium. » — 33-36. Is. XLV, 8 : *Rorate cæli* A *desuper et nubes pluant justum, aperiat terra et germinat Salvatorem.* — 42, 43. Cf. hymn. Sup. cit. vers. 4 : *Veni redemptor gentium.* — 44. Sedul. : *ut carne carnem liberans neperderet quos condidit.* — 45-48. Divinæ incarnationis admiratione, ut ita dicam, obstupefacti postea similibus verbis celebrant miraculum illud, quo nil potest cogitari sublimius. Damasus : « Qui non spatium terræ, non æquoris undis, Nec capitur cælo, parvos conflavit in artus. » Fortunatus : « Quem totus orbis non capit Puella portat viscera... » et Lutheri : « Den aller Weltkreis nie beschloss, Der liegt in Mariens Schooss. » Vix moneamus necesse est, canticum : *Gelobet seist du, Jesus Christ, nihil sonare nisi Ambrosium, Sedulium, Fortunatum.*

II. — Editores Ambrosii Bd. tamquam sextum hymnum proferunt carminis quod modo exhibitum partem v. 23-28, *Orabo mente Dominum* et sq. : « Sextum hymnum vel potius hymni fragmentum auctoritate Cassiodori representamus, ejus quippe de illo testimonium legimus in hæc verba (In Psalm. ci, p. 557, ed. Rothom.) : (Hinc etiam S. Ambrosii secundum Apostolum horæ sextæ rosens hymnus ille redoluit : ait enim : *Orabo mente Dominum* et sq.) Neque vero his senatoris laudibus hic hymnus indignus est, si tantummodo spectetur sensus; verumtamen in dubium non immerito revocari potest, num vere ab Ambrosio fuerit compositus, cum in eodem carminis leges prorsus negligantur. Etentm ex his omnibus, de quibus jam ante a nobis dictum est, clare ostenditur peritorem existitio in hoc genere sacrum antistitem, quam ut tam crebro impingeret. Sed Cassiodori non putavimus negandum auctoritati, ut inter Ambrosii nostri carmina suavissimum illud poematum recipiatur. » Neque vero P. P. Bd. hymnum, cujus fragmentum laudant, investigarunt, neque recentiores Cassiodori editores. Notat enim Garretius in margine : *Hymnus iste desideratur*; quam annotationem et ab auctoribus ejusdem Patris operum editionis Venetæ, vulgato jam Thomasi hynario, repetitum videmus. Reperit enim vir diligentissimus integram Ambrosii carmen in cod. Vatic. 82 : quod cum Thomasio, prohi dolor! apud nos quoque sat incognitum sit, plurimos nostri temporis hynnologos latuit. — 4. Quam recepimus scripturam, est

de conjectura. Vatic. *In noctis claudat auditum.* Quod cum displiceret Thomasio, scripsit : *Innocens claudat auditum.* Sed hæc conjectura quem aptum habeat sensum non intelligo; præterea male tornatum efficit carmen. Quæ cum ita sint, equidem propono et *noctis claudat aditum*; et et ut millies confundi non est quod doceamus (Weber ad Lucan. Phars. vi, 155; viii, 184 et a). — 6-12. Ps. cxviii, 164 : *Septies in die laudem dixi tibi super judicium justitiæ tuæ.* — 23, 24. I Cor. xiv, 15 : *Orabo spiritu, orabo et mente : psallam spiritu, psallam et mente.*

III. — Rambachius in Anthol. p. 416. sq. : « Nach Beda's Zeiten waren sie (*carmina dicit Obduxere polum* et *Squalent arva*) fast gänzlich in Vergessenheit gerathen, bis Cassander sie aus einer alten Handschrift mit mehreren anderen lateinischen Kirchengesängen bekannt machte. Ihres eigenthümlichen Tones und mancher dichterisch schönen Stellen wegen scheinen sie mir auch in dieser Sammlung einen Platz zu verdienen. » Sed nihil ad *Gerrinum*, nostrum et quod sequitur carmen mirifice laudantem (Gesch. der deutschen Nationallitteratur Th. 3, p. 15) : « Schwerlich hat man schönere Gesänge als die lateinischen auf Wassernoth und Wassermangel gemacht. » Equidem carminis virtutes, que sunt, libenter concedo et largior; nolim tamen prætermittere id quod negari nequit, poetam imitatum esse Ovidium, Virgilium, Horatium. — 4. Virg. Cul. 375 : *cogor adire lucus viduus a lumine Phæbi.* — 5. Virg. Æn. 1, 94 : *crebris micat ignibus æther.* Hor. Carm. I, 34, 6, *igni corusco.* — 7. Virg. Georg. iii, 261 : *porta tonat cæli.* — 8. *axis æthereus.* Ov. Met. vi, 175. — 9-24. Kehr. : « Das Gedicht scheint in der 3-6 Strophen eine Nachahmung von Ovid. Met. 4, 262 sqq. : Sternuntur segetes et deplorata coloni Vota jacent longique perit labor irritus anni; Exspatiata ruunt per apertos flumina campos, Cum quesatis arbusta simul, pecudesque, virosque, Tectaque, cumque suis, rapiunt penetralia campis... Occupat hic collem, cymba sedet alter adunca, Et ducit remos illic ubi nuper ararat. Ille super segetes, aut mersæ culmina villicæ, Navigat... Aut subjecta terunt curvæ vincetæ carinæ. Quæsitisque diu terris, ubi sistere possit. In more lassatis volucris vaga decidit alis. » — Sed aliis quoque poetis sua repetere licebit. Dico Horatium Od. ii, 2, 9, 10 : *Piscium et summa genus hæsit ulmo,*

Abconduntque diem sole fugato,
Noctes continuas sidere nudas
Et lunæ viduas carpinus olim.

Æther dira micat igne corusco, 5
Concussoque tremit cardine mun-
dus.

Cœli porta tonat, ruptaque credas
Axis ætherei vincla resolvi.

Excrescunt pluviis æquora ponti
Nec fines proprios jam freta no-
runt, 10

Terrarum medio fluctuat unda,
Errabunda secat arva carina.

Portus nauta suos, littora nauta,
Secessusque suos nauta requirit,
Hospes nauta satis, vitibus hos-
pes, 15

Messes nauta super navigat hos-
pes.

Flentes agricolæ culta relinquunt,
Spectant naufragium triste laboris,
Messis læta natat, semina, census:
Nati, tecta, pecus arvaque mi-
grant. 20

Cernas alta domus culmina ferri,
Mutatisque locis culmina poni,
Mœstas inter aves ludere pisces,
Pisces in tremulis ludere tectis.

Eversa videas arbore nidos, 25
Pullis cum teneris per freta duci,
Nec matrem exilio ponere curas,
Majoresque metu cogere fetus.

Spectat turba virum, turba fenestris

Spectat feminei turba pudoris 30
Deploratque famem turba precantur

Victum navigiis nauta ministrat.]

Jesu, parce tua morte redemptis.
Prior diluvium pertulit ætas,

Nota quæ sedes fuerat columbis. — 25. Cass. Kehr. A
eversos. — 34. Beda in libro de re metrica protulit.
— 37. Fabr. ramum. — 38. Beda: *pacificæ.* — 39.
Fabr. fulmine.

IV. — 3. Recte Kehrein: « Beda und Rambach
haben nullus roris, was ich wegen v. 5 nicht auf-
nehmen wollte, ruris hat Fabr. » Bene rus legitur
post arva, agrum, terram, male ros. — 39. Perperam
Fabr. legit Abrami.

V. — Est hymnus Completorio proprius vel festis
diebus, ut est apud Wimpfelingium; vel tempore qua-
dragesimali, quod plurimi annotant libri. E. g. Hl:
« Iste hymnus cantetur ad compl. singulis diebus
usque ad cenam Domini. » Aliter jubet Mgd.: « Iste
hymnus servatur tribus septimanis et non mutatur
nisi cum incidit festum annuntiationis et adventus
reliquiarum S. Mauritii. » In vetusto Carthusiano-
rum Brev. canitur ad Complet. per totum annum.
Vetusta Italorum breviaria ut Fr. carmine nostro
carent, item hodiernis Romanæ Ecclesiæ usus.
Quo verecundior exstitit Lutheri diligentia, qui, ve-
terem poetam imitatus, composuit canticum, *Christ,
der du bist Tag und Licht*; neque post ejus tempora
cura piæ cantilenæ defuit. Dico canticum Erasmi
Alberi, *Christ, der du bist der helle Tag*; quam
Knappius Mich. Weisii esse perhibet. Et recte qui-
dem opinor: cum a partibus ejus jam steterit Joan.
Weitzius, hæc commentario suo præfatus: « Auctor
hujus Odæ Germanicæ esse scribitur Mich. Weitzius,
etc. » Minime vero Germanicum hymnum illustra-
vit Weitzius, sed versionem Josephi Clauderi in Psal-

* Monastica quædam retinuerunt, ut Brev. Ord. Præd.
- 4645 excusum.

Ut mundaret aqua crimina terræ; 35
Sed mundata tuo sanguine terra
est.

Jam nunc missa ferens ore co-
lumba

Ramum paciferæ munus olivæ,
Exutas liquido flumine terras
Læto significet lapsa volatu. 40

Æterne genitor, gloria Christo
Semper cum genito sit tibi, sancte,
etc.

IV.

Hymnus in postulatione pluviæ.

Squalent arva soli pulvere multo,
Pallet siccus ager, terra fatiscit;
Nullus roris honos, nulla venustas
Quando nulla viret gratia florum.

Tellus dura sitiit, nescia roris; 5
Fons jam nescit aquas, flumina cur-

sus;
Herbam nescit humus, nescit ara-
trum,

Magno rupta patet turpis hiatus.

Fervens sole dies, igneus ardor
Ipsas urit aves, frondea rami 10
Fessis tecta negant, pulvis arenæ
Siccò dispuitur ore viantis.

Ventis ore feræ, bestia ventis,
Captantesque viri flamina ventis,
Ventis et volucres ora reclu-
dunt, 15

Hac mulcere sitim fraude volentes.

Fœtus cerva suos, pignora cerva,
Fœtus cerva siti fessa recusat,
Fœtus cerva pios mœsta relinquit
Quæsitam quoniam non vehit her-
bam. 20

Venerunt juvenes, pocula noti
Quærentes putei, lymphaque fugit;
Et vasis vacuis tecta revisunt,

Fletus, heu! proprios ore bibentes.
Bos præsepe suum linquit iuane; 25
Pratorumque volens carpere gra-
men,
Nudam versat humum; sic pecus
omne

Fraudatum moriens, labitur herbis.
Radices nemorum rustica plebes
Explorat misero curva labore, 30
Solarique famem cortice quærit
Nec succos teneros arida præstat.

Hanc peccata famem nostra meretur,

Sed merce propria Christe faveto
Quo culpa gravior gratia major 35
Justi supplicii vincla resolvat.

Jam cœlos reseres, arvaque laxes
Fecundo placidus imbre rogamus.
Helix meritis impia sæcla
Donasti pluvia: nos quoque do-
nes. 40

Æterne genitor, gloria Christo
Semper cum genito sit tibi sancto
Compar Spiritui, qui Deus unus
Pollens perpetuis inclyte sæclis.

V.

Hymnus ad Completorium.

Christe, qui lux es et dies,
Noctis tenebras detegis,
Lucisque lumen crederis
Lumen beatum prædicans.

Precamur, sancte Domine, 5
Defende nos in hac nocte,
Sit nobis in te requies,
Quietam noctem tribue.

Ne gravis somnus irruat,
Nec hostis nos surripiat,
Nec caro illi consentiens
Nos tibi reos statuatur. 10

modiæ Novæ cent. 1, n. 39: *Lux Christe lucidissima.*
Exstant præterea carminis versiones Germanicæ
vetustissimæ; cf. Hoffman Gesch. des deutschen Kir-
chenliedes S. 143, 150, 180, 183, 185. — K. E. P.
Wackernagel das deutsche Kirchenlied p. 333 (in-
terpretatio Urb. Regii). — 1. Oxon. die. — 2. Th.
detegens. — 3. Cass. al: *lux ipse lucis.* Thom.: *Lu-
cifer lucem proferens,* sed cum Cassandro et hic et
omnibus carminis versibus codd. H. E. et O. faciunt.
— 4. Thom., *Vitam beatam tribue.* — 6. O., *nocte et.*
— 7. Thom., *ut sit.* — 10. Thom., *ne hostis.* — 11.
Thom., Fabr., *ne caro.*; O., Msn., Lps., *consentiat.*
O. om., caro. — 12. Thom., *et ne nos;* Fabr., *reos*
tibi. — 14. D. 2, *vigilat,* fortasse propter locum
Scripturæ Cant. v, 2, *ego dormio et cor meum vigilat.*
— 22. Thom., Gron., *in isto gravi.* — 23. Gron.,
es qui. Addit idem hymnarius hunc versiculum:

Ad te clamamus, Domine,
Noli nos derelinquere,
Festina, ne tardaveris,
Succurre nobis miseris.

Qui, procul dubio superpositus, occurrit etiam in
versione germanica apud Riederer, Nachrichten zur
Kirchen-Gelehr-ten-und Bücher-Geschichte. II,
S. 165:

Wir schreien zu dir, rufent an,
Nit wolltest uns in noten lan,
Eil bald und nit zu lang verzeih,
Dein hilf die wone uns armen bei.

* Der Monch v. Salzburg: den ympraum sing vnd laß
man ze den Completen; wer den mit andacht pey der nacht
spricht den mag der tiefel nicht angeweygen noch laß
sweerer trawm czu gefallen.

Oculi somnum capiant
Cor ad te semper vigilet,
Dextera tua protegat
Famulos qui te diligunt.

Defensor noster aspice,
Insidiantes reprime,
Guberna tuos famulos
Quos sanguine mercatus es.
Memento nostri, Domine,
In gravi isto corpore,
Qui es defensor animæ,
Adesto nobis, Domine.

VI.

Hymnus ad Matutinum.

(Ex Libr. vet.)

Summæ Deus clementiæ,
Mundique factor machinæ,
Unus potentialiter
Trinusque personaliter.

Nostros pius cum canticis
Fletus benigne suscipe,
Quo corde pluro sordibus
Te perfruamur largius.

Lumbos jecurque morbidum
Adure igne congruo
Accincti ut sint perpetim
Luxu remoto pessimo.

Ut quique horas noctium
Nunc concinendo rumpimus,
Donis beatæ patriæ
Ditemur omnes affatim.

Ejusdem hymni alia lectio.

(Ex Brev. Rom.)

Summæ parens clementiæ,
Mundi regis qui machinam,
Unius et substantiæ
Trinusque personis Deus.

Nostros pius cum canticis
Fletus benigne suscipe,
Ut corde puro sordium
Te perfruamur largius.

Lumbos, jecurque morbidum
Flammis adure congruis
Accincti ut artus excubent
Luxu remoto pessimo.

Quicumque ut horas noctium,
Nunc concinendo rumpimus,
Ditemur omnes affatim
Donis beatæ patriæ.

Da dextram surgentibus,

VI. — Breviaria, quæ Matutinum cantionibus ornant, carmen præcedens Sabbato assignant. Brev. Rom. præterea festo S. Trinitatis canere jubet ad Matutinum strophas, quas majusculis litteris excudi curavimus. Versus *Da dextram* est hymni: *Æterna cæli gloria.* — 1. Cass., *summæ.... clementia.* — 6. Cass., *benignus.* — 11. Fabr., *accinctus ut sim.*

VII. — Cantatur secundum præceptum Brev. Romani feria sexta ad Nocturnum; duo versiculi majoribus litteris descripti Dominica Trinitatis ad laudes. Versus: *Ortus refulget lucifer* et ipse depromptus est ex hymno: *Æterna cæli gloria.* — 4. Cass., *concinentes.* — 5. Non oblivioni dandum est Wimpfl. ingenium, *lectus dicitur ab electis et mollioribus herbis super quas antiqui requiescebant.* — 8. Cass., *ad te;* Fabr., *medelas.* — 10. Cass., *delinquimus.*

VIII. — Thomasius: S. Ambrosii ex ms. Rg. Sueciæ et Brev. Mozarabum fer. vi post Dominic. 1 in Quadragesima. Accedit cod. O. — 2. O., *solutus.* — 4. O., *perpete.* — 5. O., *cedet.* — 13, 16, 17. Thom., *ne.* — 18. O., *gulam venter.* — 24. O., *Christo.*

*Exsurgat ut mens sobria,
Flagrans et in laudem Dei*
15 *Grates rependat debitas.*
Præsta Pater piissime, etc.

VII.

Hymnus matutinus.

(Ex Libr. vet.)

Tu Trinitatis unitas,
Orbem potenter qui regis,
Attende laudum cantica,
Quæ excubantes psallimus.

Nam lectulo consurgimus,
Noctis quieto tempore,
Ut flagitemus vulnerum
A te medelam omnium.

Quo fraude quicquid dæmonum
In noctibus deliquimus,
Abstergat illud cælitus
Tuæ potestas gloriæ.

Ne corpus adsit sordidum,
Nec torpor instet cordium,
Ne criminis contagio
Tepescat ardor spiritus.

Ob hoc, Redemptor, quæsumus
Reple tuo nos lumine.
Per quod dierum circulis
Nullis ruamus actibus.

Ejusdem hymni alia lectio.

(Ex Brev. Rom.)

Tu Trinitatis unitas,
Orbem potenter quæ regis,
Attende laudis canticum,
Quod excubantes psallimus.

Nam lectulo consurgimus
Noctis quieto tempore,
Ut flagitemus omnium
A te medelam vulnerum.

Quo fraude quicquid dæmonum
In noctibus deliquimus,
Abstergat illud cælitus
Tuæ potestas gloriæ.

Ne corpus adstet sordidum,
Nec torpor instet cordium,
Nec criminis contagio
Tepescat ardor spiritus.

Ob hoc, Redemptor, quæsumus
Reple tuo nos lumine,
Per quod dierum circulis
Nullis ruamus actibus.

Ortus refulget Lucifer

*Præitque solem nuntius,
Cadunt tenebræ noctium,
Lux sancta nos illuminet.*
20 Præsta Pater piissime, etc.

VIII.

Hymnus matutinus.

Æternæ lucis conditor,
Lux ipse totus et dies,
Noctem nec ullam sentiens,
Natura lucis perpeti.

Jam cedit pallens proximo
Diei nox adventui,
Obtundens lumen siderum
Adest et clarus Lucifer.

Jam strato lecti surgimus,
Grates canentes et tuas,
Quod cæcam noctem vicerit,
Revectans rursus sol diem.

Te nunc nec carnis gaudio,
Blandis subrepan æstibus;
Dolis nec cedat sæculi
Mens nostra, sancte, quæsumus.

Ira nec rixas provocet,
Gula nec ventrem incitet,
Opum perveriat nec fames,
Turpis nec luxus occupet.

Sed firma mente sobrii,
Casto manentes corpore,
Toto fideli spiritu,
Christe, ducamus hunc diem.

IX.

Hymnus ad Sextam.

Jam sexta sensim solvitur
Ter binis hora cursibus,
Diesque puncto æquabili
Utramque noctem respicit.

Venite, servi supplices,
Mente et ore extollite
Dignis beatum laudibus
Nomen Dei cum cantico.

Hoc namque tempus illud est,
Quod sæculorum judicem
Injustæ morti tradidit
Mortalium sententia.

Cum sol repente territus,
Horrore tanti criminis,
Mortem minatur sæculo,
Diem refugit impium.

Hoc et beatus tempore
Abrahamus fideliter

A IX. — Reperit Thomasius hymnum in ms. vetustissimo regniæ Sueciæ. Commemoratur præterea in regula Aureliani episcopi neque desideratur apud Cassandrum. Notatur etiam in Ellingeri libri tertio, XXI, nomine Hymnus ad Sextam in Quadragesima. — 3. Thom. *æquali.* — 15. Quoniam signum novissimi temporis erit obscuratio solis. — 17-29. Desunt in Cassandro et Ellingeri libris. — 18. Thom., *Abraham.* — 19. Thom. al., *reperitus.* — 19, 20. Pelbartus Pomoer. Sermon. de Trinit. II: « Tertio lex Moisaica ostendit Trinitatem revelatam patriarchis multiplici præsignatione. Primo Abrahæ quod vidit tres angelos in persona Domini descendentes: tres vidit et unum adoravit. Item Isaac ter Jacob benedixit, Jacob vidit scalam trium graduum, etc. » — 26. Thom.: « Erat alia manu in codice, cujus priores litteræ obsolverant, indicatus Paulus, de quo hic est sermo. » — 17. Th., *et nos.* — 21, 22. Cass., *num rogenus cum Patre, Dominum regemque Filium.* — 26. Cass., *peracto.* — 27. Id., *sub isto.*

Peritus in mysterio Tres vidit, unum credidit.	20	Mortis solutis legibus, Vitæ beatæ munere Cursu perenni currere.	Egypto mortes intalit, Delevit primogenita.
Hanc ad precandum congruum Salvator horam tradidit, Patrem diceret fidelibus Patrem rogandis servulis.		Dicamus ergo proximi Laudes Deo cum cantico: Confessus est latro fidem, In quo est redemptus tempore.	25
Nec non et ille pertinax Hostis fidei gratiam, Quam prædicavit gentibus, Hoc est adeptus tempore.	25	Qua gratia jejunia Læti solemus solvere Instar futuri ut muneris Famem probatit nesciant.	30
At nos amore debito, Timore justo subditi, Adversus omnes impetus Quos sævus hostis incutit.	30	XI. <i>Hymnus ad Nocturnum.</i>	
Unum rogemus et Patrem Deum regemque Filium Simulque sanctum Spiritum In Trinitate Dominum.	35	Dens qui certis legibus Noctem discernis ac diem, Ut fessa curis corpora Somnus relaxet otio.	25
Ut quos redemit passio Isto peracta tempore, Posset sub ipso tempore Servare deprecatio.	40	Te noctis inter horridæ Tempus precamur, ut, sopor Mentem dum fessam detinet, Fidei lux illuminet.	5
X. <i>Hymnus ad Nonam.</i>		Hostis ne fallax incitet Lascivis curis, gaudiis, Secreta noctis advocans Blandos in æstus corporis.	10
Ter hora trina volvitur, Redire qua Christus solet, Mercede largus vineæ Locare mercenarios.		Subrepat nullus sensui Horror timoris anxii, Illudat mentem nec vagam Fallax imago visuum.	15
Decet paratos sistere Ne transeat merces Dei, Plantare quæ vitem solet Christumque cordi affigere.	5	Sed cum profundus vinxerit Somnus curarum nescius, Fides nequaquam dormiat, Vigil te sensus somniat.	20
Hæc hora, quæ respendit Crucisque solvit nubila, Mundum tenebris exuens, Reddens serena lumina.	10	XII. <i>Hymnus ad Nocturnum.</i>	
Hæc hora, qua resuscitat Jesus sepulcris corpora Prodire mortis libera, Jussit refuso spiritu.	15	Mediæ noctis tempus est, Prophetica vox admonet: Dicamus laudes Domino Patri semper ac Filio.	25
Redit favilla in sanguinem Cinisque carnem reddidit, Mixtique vivis mortui Videre Christi gloriam.	20	Sancto quoque Spiritui: Perfecta enim Trinitas, Uniusque substantiæ Laudanda nobis semper est.	5
Novata sæcla crederes		Terrorem tempus hoc habet, Quod cum vastator angelus	10
			25
			30
			35
			40
			45
			50
			55
			60
			65
			70
			75
			80
			85
			90
			95
			100

X. — Thom.: « Al. 11 Inscrubitur Hymno ad Vesperum in die jejunii. Ex codice vetust. Reg. Sueciæ et Vat. 82, 83, Aureliani episcopi Regula in die Paschæ prescribit. » — 1-4. Cf. Matth. xx, 5. — 2. Al. 11, quia. — 3. Vat. 82, mercedem largus. — 9-12. Matth. xxvii, 43. — 9. Cass., qua. — 13-24. Matth. xxvii, 52, 53. — 15. Thom., resuscitans. — 21. Cass., credere. — 23. Thom., quo est. Cass., hoc est: scriptionem nostram tuetur Al. 11. — 29-52. Veteres Christiani diebus stationum jejunare solebant usque ad Nonam.

XI. — Thomasius: Ex cod. Reg. Sueciæ. Aurelianus episcopus in sua Regula ad Lucernarium. Vide Breviar. Mozarabum p. 107. Continet præterea cod. O., — 4. Thom., somno relaxet otio; Brev. Moz., somnus relaxet otium. — 10. Thom., cura. — 12. O., blandus in isto corpore. — 16. O., visui. — 20. O., vigilve.

XII. Thomasius ex cod. Reg. Sueciæ et cod. O. — 1. O., tempore. — 10. Thom., unius quoque. — 11. Thom., Ægyptum mortem. — 18. Thom., tantorum. — 21. O., vero. — 24. O., defensi. — 34. Thom., quia stinctus. — 37. Thom., quare vigilemus. — 53. Thom., splendidus manus. — 41. O., noctisque mediæ.

XIII. — Thom.: « Ms. vetustissimum Reg. Sueciæ, et Brev. Mozarabum ser. post. Dom. 1 Epiphaniæ. Aurelianus episcopus in sua Regula hunc hym-

num ponit ad Primam. In ms. Alexandr. presentis hymni inscriptio ita se habet: *Hymnus quarta feria dicendus. Vides hand modicum a vero aberrasse Rambachium in Anth. p. 117: « Die Hymne Fulgentis auctor, ist aus einem, vormalt dem Fr. Junius zugehörigen, jetzt auf der Bibliothek zu Oxford befindlichen Codex, der 26 in der alten frankischen oder Altemanischen Kirche gebrauchliche Kirchen-gesänge enthalt (Tonzels Monatl. Unterredungen 1691 S. 726) und aus welchem in I. G. ab Eckhart Commentarius de rebus Francicis orient I, II, p. 948. drei (Mediæ noctis tempore; Æternæ non Æternæ) lucis conditor, und der hier wiederholte) nebst einer frankischen wahrscheinlich aus dem 9 ten Jahrhundert stammenden Uebersetzung abgedruckt stehen. Sicher gehören diese Hymnen zum allerwenigsten in das siebente Jhd. und sind, auch abgesehen von ihrem eigenthümlichen Werthe, schon deswegen hochst merkwürdig, weil sie zum Beweise dienen, dass die alteste deutsche Kirche, gleich der in Irland, auch im Gesange und in der Liturgie eine Selbstständigkeit hatte, die sie in der Folge fast ganz verlor. » Fugit virum dæctum Thomasi auctorias, qua prorsus aliter constituitur temporum ratio. Postea cum reliquis nostrum quoque carmen ex codice Oxoniensi evulgavit Grimmius,*

Qui lunam lumen noctibus,
Solem dierum cursibus
Certo fundasti tramite.

Nox atra jam depellitur,
Mundi nitor renascitur,
Novusque jam mentis vigor
Dulces in actus erigit.

Laudes sonare jam tuas
Dies relatus admonet,
Vultusque cœli blandior
Nostra serenat pectora.

Vitemus omne lubricum,
Declinet prava spiritus,
Vitam facta non inquinant,
Lingua in culpa non implicet.

Sed sol diem dum conficit,
Fides profunda ferveat,
Spes ad præmissa provocet,
Christo jungat charitas.

XIV.

Hymnus ad Laudes.

Post matutinas laudes,
Quas Trinitati psallimus,
Psallimus rursus admonet
Verus pater familias.

Sinus semper solliciti
Ne prætereat opus Dei,
Sed oremus sedule
Sicut docet Apostolus.

Psallamus mente Domino,
Psallamus simul spiritu,
Ne vaga mens in turpibus
Inertes tegat animos.

Sed septies in hac die
Dicamus laudes Domino,
Divinitati perpetim
Debitam demus gloriam.

XV.

Hymnus ad Tertiam.

Certum tenentes ordinem,
Pio poscimus pectore
Hora diei tertia
Triinæ virtutis gloriam.

Ut sinus habitaculum
Illi sancto Spiritui,
Qui quondam in apostolis
Hac hora distributus est.

Hoc gradientes ordine,
Ornavit cuncta splendide
Regni cœlestis conditor,
Æternæ vitæ præmiis.

XVI.

Hymnus ad Sextam.

Dicamus laudes Domino
Ferventi rursus spiritu :
Hora voluta sexies
Nos ad orandum provocat.

Quia in hac fidelibus
Veræ salutis gratia,
Beati agni hostia,
Crucis virtute redditur.

Cujus luce clarissima
Tenebrescit meridies,
Sumamus toto pectore
Tanti splendoris gratiam.

XVII.

Hymnus ad Nonam.

Perfectum trinum numerum
Ternis horarum terminis,
Laudes canentes debitas,
Nonam dicentes psallimus.

Sacrum Dei mysterium
Puro tenentes pectore,
Petri magistri regulam
Signo salutis proditam.

Et nos psallamus spiritu
Adherentes apostolis,
Qui plantas adhuc debiles
Christi virtute dirigant.

XVIII.

Hymnus ad Christum.

Christe, rex cœli Domine,
Mundi Salvator maxime,
Qui nos hoc crucis munere
Mortis solvisti crimine,

Te nunc orantes poscimus :
Tua conserves munera ;
Quæ per legem catholicam
Cunctis donasti gentibus.

Tu verbum Patris æterni
Ore divino editus,
Deus ex Deo subsistens
Unigenitus Filius.

Te universa creatura
Mundi fatetur Dominum.
Jussu Patris inchoata
Tuis perfecta viribus.

Tibi omnes et angeli
Cœlestem præstant gloriam,
Te cuorum archangelorum
Divinis laudant vocibus.

Te seniorum multitudo,
Bis duodenus numerus,
Odoramentis plenas gestans
Supplex adorat pateras.

Tibi Cherubim et Seraphim
Throni paterni luminis,
Senis alarum plausibus,
Clamore jugi personant.

Sanctus, Sanctus, Sanctus,
Dominus Deus Sabaoth,
Omne cœlum atque terra
Tua sunt plena gloria.

Hosianna fili David,
Benedictus es a Patre
Qui in nomine Dei
Venisti de excelsis, Domine.

Tu agnus immaculatus
Es datus terræ victima
Qui sanctorum vestimenta
Tuo lavisti sanguine.

Te multitudo beatorum
Cœli locata martyrum,
Palmis insignis et coronis,
Ducem sectantur gloriæ.

Quorum nos addas numero
Te precamur, Domine,
Una voce te sonamus,
Uno laudamus carmine.

XIX.

De SS. Gervasii et Protasii Martyrum Inventione.

Grates tibi, Jesu, novas,
Novi repertor muneris,
Protasio, Gervasio,
Martyribus inventis cano.

Piæ latebant hostiæ,
Sed non latebat fons sacer,
Latere sanguis non potest
Qui clamat ad Deum Patrem.

XIV. — Thomasius: Ex cod. ms. Regiæ Suecicæ num. 1352 et cod. O. — 10. O., simul et. — 15. O., perpeti. — 16. O., debita demus gloriæ.

XV. — Thomasius: Ms. vetustissimum Reg. Suecicæ, et Breviarium Mozarabum. Inscrubitur hymnus ad Tertiam quotidianus. Cod. O. — 10. O., splendida. — 12. O., præmio.

XVI. — Thomasius: Ex ms. vetustissimo Reg. Suecicæ. Cod. O. — 2. O., fervente prompti spiritu, interpretem theotiscum prompto legisse probabile est. — 14. O., tenebricat.

XVII. — Thomasius: Ex cod. vetustissimo Reg. Suecicæ. Ad nonam præseribitur hymnus iste in Alex. 11. in quo incipit: Perfectum trinum numerum, etc. Cod. O. — Thom., perfectio trino numero. — 5. O., regula. — 6. O., prodita. — 11. O., habent. — 12. Thom., dirigunt. — 8. Act. III, 1. Petrus et Joannes ascendebant in templum ad horam orationis nonam.

XVIII. — Thomasii ms. vetustissimum Reg. Suecicæ et cod. O. — 1. O. om., rex. — 3. O. om., hoc. — 4. O. m., legibus. — 5. Thom., te precantes. — 11. Thom., consistens. — 17. O. om., et. — 18. Al. 11, præsentant. — 21. O., nulli seniorum. — 24. O., adorant. — 33. O., Davidis. — 34. O. om., es.

— 38. O. om., es. — 43. O., palmis signis. — 47. O., desonamus. — 48., Thom. unum.

XIX. — Reperitur in Hymnario Thomasii, quem unde sumpserit silentio præterisse vehementer doleo. Exstat præterea apud Bollandistas Act. SS. Jun. III, p. 842, ex vetusto Brev. Mediolanensi descriptus. Addunt viri docti, hymnum ipsius esse S. Ambrosii sine ulla dubitatione credi posse. Quæ sententia etsi non satis explorete percepta sit et cognita, multis argumentis commendatur. Sed de his infra. Ipsa Gervasii et Protasii corporum inventio describitur ab Ambrosio in epistolis. Opp. ed. Bd. II, p. 873 (epist. supposititia in append. p. 483). Adeas præterea Augustinum de Civ. Dei xxii, 8; Conf. ix, 7. — 1, 2, 11, 12. Ambrosius in sermone quem habuit inventis lipsanis apud populum: « Etsi hoc Dei munus est, tamen gratiam quam temporibus sacerdotii mei Dominus Jesus tribuit, negare non possum: et quia ipse martyr esse non mereor, hos vobis martyres acquisivi. » — 6. Ambr.: « Ossa omnia integra, sanguinis plurimum: sanguine tumulus madet, apparent cruoris triumphalis notæ. » Greg. Tur. Mir. I, 48. — 8. Amb. l. c.: « Legistis dicente Deo: sanguis fratris tui clamat ad me. Et

Cœlo refulgens gratia,
Artus revelavit sacros,
Nequimus esse martyres,
Sed reperimus martyres.

Dic quis requirat testium
Voces, ubi factum est fides:
Sanatus impos mentium
Opus fatelur martyrum.

Cæcus recepto lumine
Mortis sacræ meritum probat,
Severus est nomen viro,
Usus minister publici.

Ut martyrum vestem attingit,
Et ora tersit nubila,
Lumen refulsit illico,
Fugitque pulsa cæcitas.

Soluta turba vinculis,
Spiris draconum libera,
Emissa totis urbibus
Domum redit cum gratia.

Vetusta sæcla vidimus
Tactata semicinctia,
Tactu et umbra corporum
Ægris salutem redditam.

Gloria tibi, Domine.
Gloria Unigenito, etc.

XX.
40 *Hymnus tempore Paschali ad Ter-
tiam.*

Hic est dies verus Dei,
Sanctus sereno lumine,
15 Quo diluit sanguis sacer
Probrosa mundi crimina.

Fidem refundens perditis,
Cæcosque visu illuminans:
5 Quem non gravi solvit metu
20 Latronis absolutio.

Qui præmio mutans crucem
Jesum brevi acquirit fide,
10 Justusque prævio gradu
Pervenit in regnum Dei.

Opus stupent et angeli,
Pœnam videntes corporis,
15 Christoque adhærentem reum
Vitam beatam carpere.

Mysterium mirabile,
30 Ut abluat mundi luem,
Peccata tollit omnium,
Carnis vitia mundans caro.

20 Quid hoc potest sublimius:
Ut culpa quærat gratiam

Metumque solvat charitas,
Reddatque mors vitam novam.

15 Nam sibi mors devoret
25 Suisque se nodis liget:
Moriatur vita omnium
Resurgat ut vita omnium.

Cum mors per omnes transeat,
Omnes resurgant mortui:
30 Consumpta mors ictu suo
Perisse se solam gemit.

XXI.

Hymnus ad Tertiam.

Nunc sancte nobis Spiritus,
Unus Patris cum Filio,
Dignare promptus ingeri
Nostro refusus pectori.

3 Os lingua, mens, sensus, vigor
5 Confessionem personet;
Flammescat igne charitas,
Accendat ardor proximos.

10 [Præsta, Pater piissime,
15 Patrique compar unice,
Cum Spiritu paraclito
Nunc et per omne sæculum.]

hic sanguis clamat coloris indicio, sanguis clamat A 7. O., solvat. — 9. Id et Ct., cruce. — 16. Cass.,
operationis præconio, clamat passionis triumpho. »
13. Thom., hic. — 14. Amb. l. c.: « Isti (Ariani)
beneficium negant qui factum negare non possunt. »
— 15, 16. Nil de hoc miraculo compertum habeo.
— 17. seqq. Ambr. 1, 1: « Negant (Ariani) cæcum
illuminatum, sed ille non negat se sanatum. Ille di-
cit: Video qui non videbam..... Notus homo est,
publicis cum valeret mancipatus obsequiis. Severus
nomine, lanuus ministerio. Deposuerat officium post-
quam inciderat impedimentum. Vocat ad testimo-
nium homines, quorum ante sustentabatur obsequiis:
eos iudices suæ visitationis accessit, quos habebat
testes et arbitros cæcitatæ. Clamat quia ut contigit
fimbriam de veste martyrum, qua sacræ reliquiæ ve-
stiuntur, redditum sibi lumen sit.... » Non temera-
rium est iudicium quod addunt editores: « Nihil hoc
miraculo certius aut magis testatum, non modo pro-
pter gravissimam Amb. auctoritatem... verum etiam
propter Augustini oculatum, sit venia verbo, testi-
monium, quod lib. xxii de Civit. Dei cap. 8 et ex-
pressius adhuc Serm. in Natali Mart. Ger. et Prot.
legere est. Idem etiam miraculum simul cum aliis,
quæ memorantur in hac epistola, narrat, qui simili-
ter oculatus testis esse potuit, Paulinus in Ambrosii
Vita. » — 22. Act. S., tertii. — 25-28. Aut dicit
poeta dæmoniacos, martyrum munere liberatos, aut
spectat Arianorum in catholicos sævitiam, hac sanc-
torum manifestatione debilitatam, ne dicam frac-
tam. — 29-32. Act. v, 15, xxx, 11, 12: « Virtutes
non quaslibet faciebat Deus per manum Pauli, ita ut
etiam super languidos deferrentur a corpore ejus
sudaria et semicinctia et recedebant ab eis languores
et spiritus nequam egrediebantur. » Similiter Ger-
vasii Protasiique corpora coruscasse miraculis his
versibus poeta affirmat.

XX. — Exstat in cod. O. apud Cassandrum, Ellin-
gerum, iii, 55, et Thomasius. Aurelianus Ep. in sua
Regula apud Holstenium in Cod. Reg. P. iii, p. 57,
eum cantari vult ad Lucernarium et matutinum toto
Paschate. Al. 11, Vat. 82, hymnum habent, eumque
commemoratum præterea reperimus ab Hincmaro.
Positum est etiam in vetusto Cartusianorum brev.
ad Matutinum in temp. paschali usque ad Ascensio-
nem Domini. — 2. Thom., Ct., sancto serenus lumine;
O. sanctus serenus. — 3. Al. 11, quod diluit. — 5.
Thom., perfidit. — 6. Vat. 82, visus illuminans. —

7. O., solvat. — 9. Id et Ct., cruce. — 16. Cass.,
Vat. 82, Jesu breve acquisivit fidem; Thom., Ct., Je-
sum brevi quasivit fide; Ell., Jesu brevi acquirit fidem.
— 12. Al. 11, prævenit. — 13. O., obstupent et. —
14. O., corpore. — 19. O., tollat. — 25 sqq. Notissima
est veterum patrum sententia, diabolum, divinitatis
Jesu Christi nescium, sacerdotes Judæorum insti-
gasse, ut διάνθρωπον interficerent, sed ipsa redemptio-
ris morte miserime esse deceptum, quæ saluti hu-
manæ non solum non fuerit impedimento, sed etiam
una omnium maxime adiumento. Idem placet carminis
auctori. Morte Christi quasi illecebra allectus, Saian-
hanum devoravit, i. e. suo se gladio interfecit. For-
tasse poetæ ob oculos versabatur locus libri Jobi c.
xl, 20: « an extrahere poteris Leviathan hamo et fure
ligabis linguam ejus — id saltem certum est, diabo-
lum sæpissime cum Leviathane comparari. Conferas
etiam vetustam Germanicam cantionem sc. xii apud
H. Hoffmanni Geschichte des deutschen Kirchenlie-
des bis auf Luthers Zeit S. 23 sqq., cujus strophæ
B quinta hæc est:

Ein angelsnuor geflohtin ist,
Dannen dū geborn bist,
Daz was din dū kunescaft,
Der angel was diu gotes kraft,
Dā der tōt wart ane irworgen,
Der von dir wart verborgen
Sancta Maria!

— 28. O. om., ut; Cass., resurgat vita omnium; Ell.
interserit voculam et. — 32. Thom., quærit; Cass.,
perisse se sola; O., gemat.

XXI. — Hic hymnus tertie horæ propterea ad
Spiritus sanctum potissimum relatus, quod is ea
hora ignearum linguarum specie in apostolos de-
scendisse commemoratur, in omnibus libris ecclesia-
sticis reperitur. Consentiant enim omnes in hymnis
horarum, quæ dicuntur minores: in ipsis vetustis-
simis membranis, quæ carmina ad Matutinum et Ve-
speras continent nulla, non desunt hymni hi: Jam
lucis orto.... Nunc sancte... Rector potens... Rerum
C Deus. Abhorre videtur ab hac lege cod. M., quine
Tertie quidem hymnum assignaverit. Sed negligenti-
æ id potius quam consilio tribuendum esse, de-
monstrat Brev. ecclesiæ Merseburgensis typis de-
scriptum, hymnum loco consueto exhibens. — 2.
Legebant Hinc. et Goteschalkus: unus Patris cum
Filio: ita Vatic. 82. E. Hil., unus vel unum. Cod.,
H., unum cum Patri Filio. Winipf., unum cum Patri

XXII.

Hymnus ad Sextam.

(Ex Libr. vet.)

Rector potens, verax Deus,
Qui temperas rerum vices,
Splendore mane instruis
Et ignibus meridiem.

Exstingue flammam litium,
Aufer calorem noxium,
Confer salutem corporum
Veramque pacem cordium.

Præsta, Pater piissime, etc.

Ejusdem hymni alia lectio.

(Ex Brev. Rom.)

Rector potens, verax Deus,
Qui temperas rerum vices,
Splendore mane illuminas
Et ignibus meridiem.

Exstingue flammam litium,
Aufer calorem noxium,
Confer salutem corporum
Veramque pacem cordium.

Præsta, Pater piissime, etc.

XXIII.

Hymnus ad Nonam.

(Ex Libr. vet.)

Rerum Deus tenax vigor,
Immotus in te permanens,
Lucis diurnæ tempora
Successibus determinans.

Largire clarum vespere
Quo vita nusquam decidat,
Sed præmium mortis sacræ

Perennis instet gloria.

Præsta, Pater piissime, etc.

Ejusdem hymni alia lectio.

(Ex Brev. Rom.)

Rerum Deus tenax vigor,
Immotus in te permanens,
Lucis diurnæ tempora
Successibus determinans.

Largire lumen vespere
Quo vita nusquam decidat,
Sed præmium mortis sacræ
Perennis instet gloria.

Præsta, Pater piissime, etc.

XXIV.

Hymnus ad Completorium.

(Ex Libr. vet.)

Te lucis ante terminum
Rerum creator, poscimus,
Ut solita clementia
Sis præsul ad custodiam.

Procul recedant somnia
Et noctium phantasmata,
Hostemque nostrum comprime
Ne polluantur corpora.

Præsta, Pater omnipotens, etc.

Ejusdem hymni alia lectio.

(Ex Brev. Rom.)

Te lucis ante terminum
Rerum creator, poscimus,
Ut pro tua clementia
Sis præsul et custodia.

Procul recedant somnia.

Et noctium phantasmata,
Hostemque nostrum comprime
Ne polluantur corpora.

Præsta, Pater piissime, etc.

XXV.

Hymnus ad Matutinum.

(Ex Libr. vet.)

Rerum creator optime,
Rectorque noster aspice,
Nos a quiete noxia
Mersos sopore libera.

Te, sancte Christe, poscimus,
Ignosce tu criminibus,
Ad confitendum surgimus
Morasque noctis rumpimus.

Mentes manusque tollimus.
Propheta sicut noctibus
Nobis gerendum præcipit
Paulusque gestis censuit.

Vides malum quod gessimus,
Occulta nostra pandimus,
Preces gentes fundimus,
Dimitte quod peccavimus.

Præsta, Pater piissime, etc.

Ejusdem hymni alia lectio.

(Ex Brev. Rom.)

Rerum creator optime,
Rectorque noster, aspice,
Nos a quiete noxia
Mersos sopore libera.

Te, sancte Christe, poscimus,
Ignosce culpis omnibus;
Ad confitendum surgimus
Morasque noctis rumpimus.

Filio. Lud., unum cum Patre et Filio. Cass., Fabr., A
Hv., unum Patri cum Filio. — 4. H., insusus. — 6.
Vat. 82, H., Hl., Sl., Msb., Pt., Mgd., Torr., Lps.,
confessione. Vat. 82, H., Cass., Fabr., personent. —
7. D. 2, flammascas. Vat. 82, flammascas ignis chari-
tas. — 8. Fabr., H., prozimus. Hil. : « In sole tria sunt:
sphæra, claritas et calor ipsius. Sicut sphæra solis
naturaliter splendens est et calens : sic summus pater
naturaliter sapiens et amans est. Et sicut sphæra
solis et splendor et calor non sunt tres soles, sed
unus sol : sic summus Pater et sapientia ejus et
amor non sunt tres Dii, sed unus est Deus. In sphæra
solis ignea patrem intelligere debemus, in splendore
Filium, in calore Spiritum. » Sæpissime apud veteres
summum Trinitatis mysterium solis exemplo
illustratur. Exempla collegit Barth. Adv. xlv, 10.

XXII. — Hymnus et in omnibus vetustis Breviariis et in Romano per totum annum ponitur ad Sextam. Hilar. : « Materia hujus hymni sumitur contra qualitates aeris ex hoc quia maximum calor solet esse in meridie et solet nocere corpori. Unde Deum rogare debemus ut in nobis exstinguat flammam vitiorum... rogare debemus in sexta hora, qua Adam ejectus fuit de paradiso : illuc redeamus per bonam operationem Christo annuente qui eadem hora in cruce positus fuit. » Addit Ludewig sextam horam tempus esse edendi exemplo S. Petri. Act. X, 9.—3. Lud., Fabr., splendore qui.—4. Fabr., quique ignibus. — 6. Cass. nescio qua auctoritate fretus, maximum. — 8. Lud. in margine, firmaque.

XXIII. — Eodem pacto omnium librorum in unum congruunt sententiæ, quorum testimonio hymnus horæ nonæ addictus est. — 1. Lud. : qui omnes res firmas et integras conservas. — 2. H., Sl., Hv., Ct., Mgd., Gron., Torr., permanet. — 3. Vat. 82, diurna. — 7. Sl., atræ. — 8. H., Hv., instat.

XXIV. — Hymnus, quo petitur victoria de nocturnis illusionibus, apud vetustos et recentiores vel

per totum annum vel ferialibus diebus proprius est Completorio (confer tamen quæ annotavimus ad hym. 5). Merati in Cavant. Thes. III, p. 228 : « Psalmos (Completorii) statim sequitur Hymnus, quem pro temporis diversitate variabant monachi, ut refert Martene. Nobis (Romanis) hymnus numquam mutatur. Sed per totum anni spatium idem est. » Sed errant homines docti cum monachorum tantum mentionem injiciunt. Non prætermittere debebant plurimas Germaniæ, Angliæ allarumque regionum Ecclesias, quas medio ævo (nam hodie Romanum morem sequuntur) festivis diebus cantasse hymnum in Completorio ad liquidum perductum est (e. g. Hl., Mgd., Hv., Ef., multique alii). Plerumque partem hymni, qui cantatur in Vesperi, repetunt in Completorio vel ita disjungunt carmen, ut utrique horæ aptum sit atque idoneum. — 3. Cass. : constabit carmen si legas pro tua : placuit emendatoribus. — 4. Cass. : aliqui legunt et custodia ; ita Gron., H., Hl., Clicht., Fabr., ac custodia.

B XXV. — Omnes libri, qui Hymnos Matutino assignant, tribunt carmen feræ quartæ ad Nocturnum. — 6. Fabr., nostro crimini. — 10. Cass. : « Noctibus legendum, ut habet liber S. Benedicti, cum tamen in omnibus quæ vidi exemplaribus, novimus legatur vitio librorum. Quod hinc factum puto, quod idem fere versus in alio hymno : Primo dierum omnium legatur, ubi novimus legendum esse constat. Porro Clichtov. quamvis in hujus editione novimus legatur, apte tamen locum interpretatur ac si noctibus legisset. Adducit enim locum prophete David ps. cxxxiv : In noctibus extollite manus vestras in sancta. Et alibi ps. cxix : Media nocte surgebam ad confitendum nomini tuo. Item testimonium Pauli Rom. XIII : Hora est nos jam de somno surgere. Et exemplum, qui de nocte manibus laboraverit et in carcere cum Sila inclusus intempesta nocte Deum laudaverit. » — 14. Wimpf., prodimus.

Mentes manusque tollimus.
 Propheta sicut noctibus
 Nobis gerendum præcipit
 Paulusque gestis censuit.
 Vides malum quod fecimus,
 Occulta nostra pandimus,
 Preces gementes fundimus,
 Dimitte quod peccavimus,
 Præsta, Pater piissime, etc.

XXVI.

Hymnus ad Matutinum.

Nox atra rerum contegit
 Terræ colores omnium,
 Nos confitentes poscimus
 Te, juste iudex cordium.
 Ut auferas piacula
 Sordesque mentis abluas,
 Donesque Christi gratiam
 Ut arceantur crimina.
 Mens ecce torpet impia
 Quam culpa mordet noxia,
 Obscura gestis tollere,
 Et te, Redemptor, quærere.
 Repelle tu caliginem
 Intrinsicam quam maxime,
 Ut in beato gaudeat
 Se collocari lumine.

XXVII.

Hymnus ad Laudes.

(Ex Libr. vet.)

Æterna cœli gloria,
 Beata spes mortalium,
 Celsi tonantis unice
 Castæque proles Virginis.
 Da dexteram surgentibus,
 Exsurgat et mens sobria
 Fragransque in laudem Dei
 Grates rependat debitas.
 Ortus refulget Lucifer
 Sparsamque lucem nuntiat,
 Cedit caligo noctium
 Lux sancta nos illuminet,
 Manensque nostris sensibus
 Noctem repellat sæculi
 Omnique sine diei
 Purgata servet pectora.
 Quæsitæ jam primum fides
 Radicet altis sensibus,

XXVI. — Carmen, in quo nihil mutarunt Breviaria Romanæ Ecclesiæ recentiora, ubique decantatur feria quinta ad Nocturnum. — 2. Clicht. : Nonnulli legunt *calores*; ita Hil. 3. — Male Cass., *confidentes*. — 5. Wimpf., *tu auferas*. — 8. Id, *ut arceamus*.

XXVII. — Hymnus ascriptus est omnium librorum testimonio feriæ sextæ ad Laudes. — 3. Wimpf., *cœli*. — 7. Fr., *fragransque*; Clicht. al., *laude*. Ipse vir doctus propter metricas rationes proponit *Flagrans et in laudem Dei*, quod haud displicuit correctoribus. — 9. Clicht. al., *natus*; ita Beb. — 15. Fab. ea qua solet audacia mutavit *diei in temporum*. — 18. Wimpf., *nostris*; Hil., *imis*. — 20. Ita Clicht., Hil., Fr., Aug. — Multi legunt *quæ major exstat charitas*.

XXVIII. — Est Laudum in Sabbato. — 3. Hil. Wimpf., *speculum*. — 10. Hil., *præstolamus*.

XXIX. — Auctorem carminis cogitasse de die jejuniis nemo non perspicit. Sed ex antiquo Ecclesiæ usu quotidie recitatur ad Primam, nec ubi cedit per totum anni spatium. Gav. Thés. III, p. 211.

10 Secunda spes congaudeat
 Quo major exstat charitas.
 Deo Patri sit gloria, etc.

Ejusdem hymni alia lectio.
 (Ex Brev. Rom.)

15 Æterna cœli gloria,
 Beata spes mortalium
 Summi tonantis unice
 Castæque proles virginis.

Da dexteram surgentibus
 Exsurgat ut mens sobria
 Flagrans et in laudem Dei
 Grates rependat debitas.

5 Ortus refulget Lucifer
 Præitque solem nuntius,
 Cadunt tenebræ noctium,
 Lux sancta nos illuminet.

10 Manensque nostris sensibus
 Noctem repellat sæculi,
 Omnique sine temporis
 Purgata servet pectora.

15 Quæsitæ jam primum fides
 In corde radices agat
 Secunda spes congaudeat
 Qua major exstat charitas.

Deo Patri sit gloria, etc.

XXVIII.

Hymnus ad Laudes.

(Ex Libr. vet.)

Aurora jam spargit polum,
 Terris dies illabitur,
 Lucis resultat spiculum,
 Discedat omne lubricum.

5 Phantasma noctis decidat,
 Mentis reatus subruat;
 Quicquid tenebris horridum
 Nox attulit culpæ, cadat.

10 Ut mane illud ultimum,
 Quod præstolamur cernui,
 In lucem nobis effluat
 Dum hoc canore concrepat.

Deo Patri sit gloria, etc.

Ejusdem hymni alia lectio.
 (Ex Brev. Rom.)

15 Aurora jam spargit polum,
 Terris dies illabitur,
 Lucis resultat spiculum,
 Discedat omne lubricum.

20 Phantasma noctis exsulet,
 Mentis reatus corruiat;
 Quidquid tenebris horridum
 Nox attulit culpæ, cadat.

10 Ut mane, quod nos ultimum
 Hic deprecamur cernui,
 Cum luce nobis effluat
 Hoc dum canore concrepat.

Deo Patri sit gloria, etc.

XXIX.

Hymnus ad Primam.

Jam lucis orto sidere
 Deum precemur supplices,
 Ut in diurnis actibus
 10 Nos servet a nocentibus.

5 Linguam refrenans temperet
 Ne litis horror insonet,
 Visum fovendo contegat
 Ne vanitates hauriat.

15 Sint pura cordis intima,
 Absistat et vecordia,
 Carnis terat superbiam
 Potus cibique parcitas.

20 Ut cum dies abscesserit
 Noctemque særs reduxerit,
 Mundi per abstinentiam
 Ipsi canamus gloriam.

Deo Patri sit gloria, etc.

XXX.

Hymnus de diei primæ opere.

(Ex Libr. vet.)

Lucis creator optime,
 Lucem dierum proferens,
 5 Primordis lucis novæ
 Mundi parans originem.

Qui mane junctam vesperi
 Diem vocari præcipis,
 Tetrum chaos illabitur,
 10 Audi preces cum fleatibus.

Ne mens gravata crimine
 Vitæ sit exsul munere,
 Dum nil perenne cogitat
 Seseque culpis illigat.

15 Cœlorum pulset intimum,
 Vitale tollat præmium,
 Vitæ omne noxium,
 Purgemus omne pessimum.

Præsta, Pater piissime, etc.

A t Amalarius refert Primam incipiendam esse ab illa prece : *Deus in adjutorium cum Gloria patri*, sed nihil habet de hymno. *Jam lucis orto*, quæ nulli hymni ejus ætate Romæ recitabantur (?). S. Benedictus tamen Amalario antiquior, qui Primam a Laudibus distinguit cap. 17 suæ regulæ hunc ordinem in ea servari præscribit : Prima hora, inquit, dicatur psalmi tres singulatim et non sub una Gloria, hymnus ejusdem horæ post versum *Deus in adjutorium*, antequam Psalmi incipiantur. Id sane affirmare possum me nullum inespexisse librum nisi qui hymnum *Jam lucis orto* posuerit in Prima. Nihil mutavit Brev. Rom. — 2. Ed., *precarum*. — 5. Torr., *refrenet*. — 14. Torr., Gron., *sol*.

B XXX. — Omnes Ecclesiæ, qui consecraverunt hymnos canere ad Vesperas (nonnullæ *ἀπρωσε*, ut in dicam, prorsus emittunt), die dominicæ cantandum denotarunt. Usus admodum singularis est Brev. Ang., quo id sacramentum est, ut recitaretur : *Lucis creator*, usque ad kalendas Augusti, postea *Θεὸς lucis beata*. — 10. Lud. : *Ab, muneris*.

Ejusdem hymni alia lectio.

(Ex Brev. Rom.)

Lucis creator optime,
Lucem dierum proferens,
Primordiis lucis novæ
Mundi parans originem.

Qui mane junctum vesperi
Diem vocari præcipis,
Illabitur tetrum chaos:
Audi preces cum fletibus.

Ne mens gravata criminæ
Vitæ sit exsul munere,
Dum nil perenne cogitat
Seseque culpis illigat.

Cæleste pulset ostium,
Vitale tollat præmium,
Vitæ omne noxium
Purgemus omne pessimum.

Præsta, Pater piissime, etc.

XXXI.

Hymnus de opere diei secundæ.

(Ex Libr. vet.)

Immense cœli conditor,
Qui mixta ne confunderat,
Aquæ fluentia dividens
Cœlum dedisti limitem.

Firmans locum cœlestibus,
Simulque terræ rivalis,
Ut unda flammæ temperet,
Terræ solum ne dissipet.

Infunde nunc, piissime,
Donum perennis gratiæ,
Fraudis novæ ne casibus
Nos error atterat vetus.

Lucem fides inveniat,
Sic luminis jubar ferat,
Hæc vana cuncta terreat,
Hanc falsa nulla compriment.

Præsta, Pater piissime, etc.

Ejusdem hymni alia lectio.

(Ex Brev. Rom.)

Immense cœli conditor,
Qui mixta ne confunderent,
Aquæ fluentia dividens
Cœlum dedisti limitem.

Firmans locum cœlestibus
Simulque terræ rivalis
Ut unda flammæ temperet,
Terræ solum ne dissipet.

Infunde nunc, piissime,
Donum perennis gratiæ,
Fraudis novæ ne casibus
Nos error atterat vetus.

Lucem fides adaugeat,
Sic luminis jubar ferat,
Hæc vana cuncta proterat,
Hanc falsa nulla compriment.
Præsta, Pater piissime, etc.

XXXII.

Hymnus de opere diei tertiæ.

(Ex Libr. vet.)

Telluris ingens conditor,
Mundi solum qui eruens,
Pulsis aquæ molestiis
Terram dedisti immobilem:

Ut germen aptum proferens,
Fulvis decora floribus,
Fecunda fructu sisteret,
Pastumque gratum redderet.

Mentis perustæ vulnera
Munda viroris gratia,
Ut facta fletu diluat
Motusque pravos atterat.

Jussis tuis obtemperet,
Nullis malis approximet,
Bonis repleri gaudeat
Et mortis actum nesciat.

Præsta, Pater piissime, etc.

Ejusdem hymni alia lectio.

(Ex Brev. Rom.)

Telluris alme conditor,
Mundi solum qui separans,
Pulsis aquæ molestiis
Terram dedisti immobilem:

Ut germen aptum proferens,
Fulvis decora floribus,
Fecunda fructu sisteret,
Pastumque gratum redderet.

Mentis perustæ vulnera
Mundæ virore gratiæ,

8 Ut facta fletu diluat
Motusque pravos atterat.
Jussis tuis obtemperet:
Nullis malis approximet:
Bonis repleri gaudeat
Et mortis ictum nesciat.

15

XXXIII.

Hymnus de opere diei quartæ.

15 Cœli Deus sanctissime
Qui lucidum centrum poli
Candore pingis igneo,
Augens decoro lumine.

Quarto die qui flammeam
Solis rotam constituens,
Lunæ ministrans ordinem,
Vagos recursus siderum.

5

Ut noctibus vel lumini,
Diremptionis terminum,
Primordiis et mensium
Signum dares notissimum.

10

5 Illumina cor hominum,
Absterge sordes mentium,
Resolve culpæ vinculum,
Everte moles criminum.

18

10 Cœli Deus sanctissime
Qui lucidas poli plagas
Candore pingis igneo,
Augens decoro lumine.

20

15 Quarto die qui flammeam
Dum solis accendis rotam,
Lunæ ministras ordinem
Vagosque cursus siderum.

25

Ut noctibus vel lumini,
Diremptionis terminum,
Primordiis et mensium
Signum dares notissimum.

Expelle noctem cordium,
Absterge sordes mentium,
Resolve culpæ vinculum,
Everte moles criminum.

30

Præsta, Pater piissime, etc.

XXXIV.

Hymnus de opere diei quintæ.

(Ex Libr. vet.)

10 Magnæ Deus potentæ,

XXXI.—Hymnus est feriæ secundæ ad Vesperas.— 2. Hil., Mgd., confunderes. Hil., Fabr., Wimpf., confunderet. — 8. Ita libri omnes, quos vidit. Cass., dissipet, sc. flammæ. Sed vox dissipet conjungenda est cum unda, ut poetæ sententia hæc sit: Aqua et ignis ita moderantur gubernante Deo, ut neutrum nocere possit orbi terrarum. Unda temperat flammam firmamenti, quæ aliquando exorerent arva; flamma cohibet aquarum multitudinem, quominus inundando terræ solum dissipet, evanescere faciat. Clichtov.: «Auctor secutus vulgatam multorum sententiam dicit a Deo constitutas esse aquas super firmamentum, ut temperent astrum siderum, ne cœlos ipsos exurant. Quæ quidem ratio philosophiæ naturæ non est consona, cum orbis cœlorum non nati sint incallescere, neque possint incendio conflagrare. Id circa ea elapsula ut unda, etc., ad aquam quæ sub firmamento est potius est referenda, temperantem flammam astrorum, ne illæ terram comburant. Sane quod super cœlos collocate sint aquæ, Scriptura multis in locis testatur. Quam autem ob causam illis positæ sint, non oportet nos curiosius esse sollicitos.» 16. Beb., compriment.

XXXII. — Vesperarum enim forma tertiæ. — 2. Lud.: Al., detegens.— 3. Hil. Wimpf. Beb., atque.— 6.

A Aug., sultus.— 7. Hv., Lud., fructum.— 8. Cass.: Al., partumque.— 10. Fr., Beb., Lud., Cass., vircæ gratia; Aug., Hv., Sl., viroris gratia; Hil., Mgd., Hil., Wimpf., Fabr., vigoris gratia; Clichtov.: Al., vigore gratiæ. Placuit nobis scriptio secundo loco posita, nam reliquis quoque, quæ alias inter sese dissentiant, commendatur.— 16. Hil., Mgd., actas; Lud., Fabr., tetum.

XXXIII. — Legunt hymnum feriæ quarta ad Vesperas. — 4. Hil., decore. — 7. Cass., lunæ ministras ordini. «Ita potius legendum videtur, quam ut habent nonnulla exemplaria lunæ ministrans ordinem.» Idem Clichtov., «minus apte et congruenter, a quibusdam legi testatur. Sed præter Fabricium atque Ludicum nullum reperi librum, qui præberet illud ministras, nec video cur sit minus aptum et congruens: immo optime quadrat ad præcedentia augens, constituens. Libros in voce ordinem (ordine, ordini) dissentire levioris momenti est.— 10. Aug., directionis. In permultis, direptionis.— 12. Multi, daret.— 13. Fabr., Lud. in margine, omnium.

XXXIV. — Adhibetur carmen in Vesperis feriæ quintæ. — 5. Wimpf., Mgd., diversa; Fabr., Lud., Thom., demersa.— 6. Cass., Clichtov., alique, irigans; Hil., Wimpf. perpèram, collo irrogans.—

Qui ex aquis ortum genus
Partim remittis gurgiti,
Partim levas in aera.
Dimersa lymphis imprimens,
Subvecta cœlis irrogans
Ut stirpe una prodita
Diversa rapiant loca.
Largire cunctis servulis,
Quos mundat unda sanguinis,
Nescire lapsus criminum
Nec ferre mortis tœdium.
Ut culpa nullum deprimat,
Nullum levet jactantia,
Elisa mens ne concidat,
Elata mens ne corruat.
Præsta, Pater piissime, etc.

Ejusdem hymni alia lectio.
(Ex Brev. Rom.)

Magnæ Deus potentæ,
Qui fertili natos aqua
Partim relinquis gurgiti,
Partim levas in aera.
Demersa lymphis imprimens,
Subvecta cœlis erigens:
Ut stirpe ab una prodita
Diversa releant loca.
Largire cunctis servulis,
Quos mundat unda sanguinis
Nescire lapsus criminum
Nec ferre mortis tœdium,
Ut culpa nullum deprimat,
Nullum efferat jactantia:
Elisa mens ne concidat,
Elata mens ne corruat.
Præsta, Pater piissime, etc.

XXXV.

Hymnus de opere diei sextæ.
(Ex Libr. vet.)

Plasinator hominis Deus,
Qui cuncta solus ordinans
Humum jubes producere
Reptantis et feræ genus.

Qui magna rerum corpora,
Dictu jubentis vivida,
Ut servant per ordinem
Subdens dedisti homini.
Repelle a servis tuis
Quicquid per immunditiam
Aut moribus se suggerit
Aut actibus se interset.
Da gaudiorum præmia,
Da gratiarum munera
Dissolve litis vincula,
Astringe pacis fœdera.
Præsta, Pater piissime, etc.

Ejusdem hymni alia lectio.
(Ex Brev. Rom.)

Homini superne conditor,
Qui cuncta solus ordinans
Humum jubes producere
Reptantis et feræ genus.
Et magna rerum corpora,
Dictu jubentis vivida,
Per temporum certas vices
Obtemperare servulis.
Repelle quod cupidinis
Ciente vi nos impetit,
Aut moribus se suggerit
Aut actibus se interset.
Da gaudiorum præmia,
Da gratiarum munera,
Dissolve litis vincula,
Adstringe pacis fœdera.
Præsta, Pater piissime, etc.

XXXVI.

Hymnus de Ascensione Domini.

Optatus votis omnium
Sacratu illuxit dies
Quo Christus, mundi spes, Deus,
Conscendit cœlos arduos.
Ascendens in altum Dominus,
Propriam ad sedem remeans,
Gavisus sunt cœli regna
Reditu unigeniti.

5 Magni triumphum prælii,
Mundi perempto principe,
Patris præsentat vulibus
Victricis carnis gloriam.
Est elevatus nubibus
Et spem fecit credentibus,
Aperiens paradisum.
Quem protoplastus clauserat.
O grande cunctis gaudium!
Quod partus nostræ virginis.
15 Post sputa, flagra, post crucem,
Paternæ sedi jungitur.
Agamus ergo gratias
Nostræ salutis vindici,
Nostrum quod corpus vexerit
Sublimem ad cœli regiam.
Sit nobis cum cœlestibus
Commune manens gaudium,
Illis quod se præsentavit,
Nobis quod se non abstulit.
5 Nunc provocatis actibus
Christum expectare nos decet;
50 Vitaque tali vivere,
Quæ possit cœlos scandere.
[Gloria tibi, Domine,
10 Qui scandis super sidera
Cum Patre et sancto Spiritu
35 In sempiterna sæcula. Amen.]

XXXVII.

Hymnus de Ascensione Domini.
(Ex Libr. vet.)

Jesu, nostra redemptio,
Amor et desiderium,
Deus creator omnium,
Homo in fine temporum.
Quæ te vicit clementia
Ut ferres nostra crimina,
Crudelem mortem patiens
Ut nos a morte tollereres.
5 Inferni claustra penetrans,
Tuos captivos redimens,
10 Victor triumpho nobili
Ad dexteram Patris residens.

10. Kehrein.: « unda sanguinis für unda et sanguis. A Unter letzterem ist der Kreuzestod des Heilandes zu verstehen; unter ersterem konnte man die Taufe verstehen; besser wird man es jedoch ebenfalls auf den Kreuzestod beziehen und zwar auf die Seitenwunde des Erlösers, wie in dem Hymnus des Fortunatus. »

XXXV. — Exhibent libri hymnum feria sexta ad Vesperas. — 6. Lud., dicto.

XXXVI. — Reperit Thomasius hunc hymnum in cod. Vat. 82, Ambrosii nomine insignitum; neque dubitat Gallandus Bibl. Patr. VII, p. 772, quin hymni: *Optatus votis omnium, Jesu nostra redemptio, Jam Christus astra ascenderit*, vere a D. Ambrosio sint confecta. Quem primo posuimus loco, rarissimus est in libris liturgicis: in nostris legitur apud Ellingerum et in vetusto Carthusianorum Brev. — 4. Ephes. iv, 8: *Ascendens Christus in altum*, etc. — 5. Fortasse legendum, *scandens*. — 6. Thom., Ct. omittunt *ad*. — 11. Ct., *præsentans*. — 13. Act. 1, 9: *Elevatus est et nubes suscepit illum*. — 14. Ell., *fecitque*. — 16. Thom., *protoplasti clausera*. — 20. Ell., *sedi paternæ*. — 22. Ct., *judici*. — 24. Ct., *regna*. Simili ratione celebrat ascensionem Domini Arator Hist. Ap. I, 36 sqq.:

—resultant
Cœlestes in laude chori, cum rector Olympi
Evehit excelsis, quidquid suscepit ab imis

Ingressusque polum carnis comitante tropæo:
Exuvias atris raptas de fauce profundi
Lucis in arce locat terrenosque erigit artus.

—31, 32. Aug. Serm. de Asc. 9: « Ascendamus cum Christo corde; cum dies ejus promissus advenit, sequemur et corpore. Scire tamen debemus, quia cum Ch. non ascendit superbia, non avaritia, non luxuria, nullum vitium nostrum ascendit cum medico nostro. »

XXXVII. — In plurimis Ecclesiis, suavissimus hymnus ornat Completorium in Ascensione Domini (Fr. ad Vesperas). Ut nunc est, magna cum solemnitate in Vesperis atque Laudibus intonatur. Gavant. Thes. S. R. III, p. 471: « In eisdem Vesperis (Ascensionis) ad principium hymni: *salutis humane sator*, debet celebrans seu officiator jungere, extendere et elevare manus, ac caput inclinare versus altare et ut ex Carimoniali Episc. lib. II monet Baudry, par ratio est de hymno in Laudibus dicendo. » — 3. Fabr., *curator*. — 4. Ell., *in fine homoque temporum*. — 6. Lips., *ferens*. — 10. Fab., *redimens*. — 12. Ell., *ad dexteram patris sedes*; Corn., *resides*. — 16. Ps. xvi, 15: *Ego satiabor cum apparuerit gloria tua*. — 17-20. Om. Hl., Msb. — 17. Ell., *sis queso*. — 18. Clicht.: Al., *futurum*; Ell., *es qui*. — 19. Cor., *nostra in te sit*. — 20. Ell., *in cuncta semper sæcula*.

Ipsa te cogat pietas,
Ut mala nostra superes
Parcendo et voti compotes
Nos tuo vultu saties.

15

Tu esto nostrum gaudium,
Qui es futurus præmium,
Sit nostra in te gloria
Per cuncta semper sæcula.

20

Ejusdem hymni alia lectio.

(Ex Brev. Rom.)

Salutis humanæ sator,
Jesu, voluptas cordium,
Orbis redempti conditor
Et casta lux amantium.

Qua victus es clementia,
Ut nostras ferres crimina,
Mortem subires innocens
A morte nos ut tolleres.

5

Perrumpis infernum chaos
Vinctis catenas detrahis:
Victor triumpho nobili
Ad dexteram Patris sedes.

10

Te cogat indulgentia
Ut damna nostra scarcias,
Tuique vultus compotes
Dites beato lumine.

15

Tu dux ad astra et semita,
Sis meta nostris cordibus,
Sis lacrymarum gaudium,
Sis dulce vitæ præmium.

20

XXXVIII.

Hymnus de die Pentecostes.

(Ex libr. vet.)

Jam Christus astra ascenderit,
Regressus unde venerat,
Promissum Patris munere
Sanctum daturus Spiritum.

Solemnis urgebat dies,
Quo mystico septemplici
Orbis volutus septies
Signat beata tempora.

Dum hora cunctis tertia
Repente mundus intonat,
Orantibus apostolis
Deum venisse nuntiat.

10

De Patris ergo lumine
Decorus ignis advenit,
Qui fida Christi pectora
Calore verbi compleat.

15

Impleta gaudent viscera,
Afflata sancto Spiritu,
Voces diversas intonant,
Fantur Dei magnalia.

20

Ex omni gente cogniti,
Græcis, Latinis, Barbaris,
Cunctisque admirantibus
Linguis loquuntur omnium.

25

Judæa tunc incredula,
Vesana torvo spiritu,
Ructare musti crapulam
Alumnos Christi concrepat.

25

Sed signis et virtutibus
Occurrit et docet Petrus,
Falsa profari perfidos
Joelis testimonio.

30

[Sic, Christe, nunc Paraclitus
Per te pius nos visitet,
Novansque terræ faciem
Culpis solutos recreet.]

35

Ejusdem hymni alia lectio.

(Ex Brev. Rom.)

Jam Christus astra ascenderit,
Reversus unde venerat,
Patris fruendum munere
Sanctum daturus Spiritum.

Solemnis urgebat dies
Quo mystico septemplici
Orbis volutus septies
Signat beata tempora.

5

Cum lucis hora tertia
Repente mundus intonat,
Apostolis orantibus
Deum venire nuntiat.

10

De Patris ergo lumine
Decorus ignis almus est
Qui fida Christi pectora
Calore verbi compleat.

15

Impleta gaudent viscera
Afflata sancto Spiritu,
Vocesque diversas sonant
Fantur Dei magnalia.

20

Notique cunctis gentibus,
Græcis, Latinis, Barbaris,
Simulque demirantibus,
Linguis loquuntur omnium.

25

Judæa tunc incredula,
Vesana torvo spiritu,
Madere musto sobrios
Christi fideles increpat.

25

Sed editis miraculis
Occurrit et docet Petrus,
Falsum profari perfidos
Joel teste comprobans.

30

Deo Patri sit gloria, etc.

XXXIX.

Hymnus matutinus.

Deus, qui cæli lumen es
Satorque lucis, qui polum,
Paterno fultum brachio,
Præclara pandis dextera.

5

Aurora stellas jam legit
Rubrum sustollens gurgitem;
Humectis namque flatibus
Terram baptizans roribus.

Currus jam poscit phosphorus
Radiis rotisque flammæ
Quod cæli scandens verticem
Profectus moram nesciens.

10

Jam noctis umbra linquitur
Polum caligo deserit,
Typusque Christi Lucifer
Diem sopitum suscitans.

15

Dies dierum agius es
Lucisque lumen ipse es,
Unum potens per omnia,

XXXVIII. — Hymnus in perpaucis brevioriis vestustioribus legitur, ex lege Brev. Romani Matutino die festivo Pentecostes ascriptus. — 3. Pd., *promisso patris munere*; Hil., Ct., Fabr., Wimpf., *Promissa p. munera*. — 5. W. 1, Cs., *urgebat*. — 6. Beb., *mystice*, Cass.: « Hujus loci obscuritas optime tolli videtur, si septemplici, quod natura adjectivum est, pro substantivo intelligis hoc sensu: urgebat jam solemnis dies, quo orbis cæli volutus ac circumactus septies septemplici s. septenario mystico significat beata tempora, i. e. futuram quietem typo jubilæi, qui constabat septenario annorum septies, decursu adumbratam » (Cf. 7, 13). — 7. Beb., *orbe soluto*. — 9. Cass.: Al., *tum*; W. 1, Thom., Cs., *cum*. — 11. W. 1, B.b., El., Fabr., Thom., Cs., *ap. orantibus*. — 12. Thom., W. 1., Cs., *nuntians*. Fab., Ell., *renisse nuntiat Deum*. — 14. Beb., *decorans*; W. 1, Fr., Hil., Cs., Ct., *ignis almus est*. Wimpf., Fab., Pd., *Ignis missus est*. Sed cum poetæ Christiani ad sacræ Scripturæ eloquia sese accommodare soleant, id vero simile est, nostrum sequi vestigia B. Lucæ Act. 11: *Factus est repente de cælo sonus tamquam spiritus advenientis et replevit totam domum*. — 16. Beb., Ct., Pd., *complevit*. — 18. Alii, *afflato S. Spiritu*, vel *afflato S. Spiritu*; W. 1, Cs., *sancto lumine*. — 19. W. 1, Thom., Cs., *diversæ consonant*; Fab., *voces discretas intonant*. — 20. Act. 11, 11: *Audivimus eos loquentes nostris linguis magnalia Dei*. — 21. W. 1, Cs., *ex omni gente cogitur*; Fabr., *tum gente*

ab omni cogniti. — 22. W. 1, Ct., Cs., *Græcus, Latinus, Barbarus*. — 24. Al., *omnibus*. — 26. W. 1, Cs., *vesana turba*; Vat. 82, *vesano turbas sp.*; Beb. v. *tacta sp.*; Cass.: Al., *ves. torva spiritu*. Spiritus vesanus, a diabolo profectus, opponitur Spiritui sancto. — 27. Ct., *crapula*; Act. 11, 13: *musto pleni sunt isti*. — 29-32. Hunc versiculum Hymnarius Groningensis perperam annexit ad Hymnum: *Beata nobis gaudia*. — 29. Fabr., Ell., *signis sed.* — 31. Hil., Wimpf., Fabr., *falsos probavit*. — 32. W. 1, Thom., Cs., *Joel teste comprobans*. Cf. Act. 11, 16. — 32-36. Invenies apud Thom., Beb., Cl. — 33. Thom., *hic*; al., *hinc*.

XXXIX. — Ex cod. O. primus evulgavit hymnum 1 Grimmius, itemque carmina *Deus qui claro lumine; Meridie orandum est; Tempus noctis surgentibus* (apud nos 40, 48). Et recte quidem vir saminus, donec aliud doceatur, hos hymnos nunc primuni a se prolatos existimabit, quos, nisi me omnia fallunt, ad hoc usque tempus nemo umquam in ullo libro investigaverit. — Cæterum subnascentur mihi suspicio, carmen conflatum esse ex duobus, quorum alterum incipiat a strophæ: *Pater, qui cælos contines*. Nam præcedens continet doxologiam, in quam hymnos desinere poetis semper cordi erat: itaque apte v. 21-24 concluditur hymnus prior. Deinde usque ad finem orationem Dominicam, ad carminis leges revocatam, a poeta decantari facile appareat.

Potens in unum Trinitas.
Te nunc, Salvator, quæsumus
Tibique genu flectimus,
Patrem cum sancto Spiritu
Totis rogamus vocibus.
Pater, qui cælos contines,
Contemus nunc nomen tuum,
Adveniat regnum tuum
Fiatque voluntas tua.
Hæc, inquam, voluntas tua
Nobis agenda traditur,
Simus fideles spiritu,
Casto manentes corpore.
Panem nostrum quotidie
De te edendum tribue;
Remitte nobis debita
Ut nos nostris remittimus.
Tentatione subdola
Induci nos ne siveris,
Sed puro corde supplices
Tu nos a malo libera.

XL.

Hymnus matutinus.

Tempus noctis surgentibus
Laudes Deo dicentibus
Christo Jesuque Domino
In Trinitatis gloria.
Chorus sanctorum psallimus,
Cervicee nostras flectimus,
Genua prosternimus
Peccata confitentibus.
Oremus Deo jugiter,
Vincamus in bono malo,
Cum fructu pœnitentiæ
Votum perenne reddere.
Christum rogemus et Patrem
Sanctum Patrisque Spiritum
Ut det nobis auxilium,
Vincamus hostem invidum.

XLI.

Hymnus matutinus.

Diei luce reddita,
Primis post somnum vocibus
Dei canamus gloriam,
Christi favente gratia.
Per quem Creator omnium
Diem noctemque condidit,
Æterna lege sanciens,
Ut semper succedant sibi.
Tu vera lux fidelium,
Quem lex vetera non tenet,
Noctem nec ortu succedens
Æterno fulgens lumine.
Christe, precamur annue,
Crantibus servis tuis
Iniquitas hæc sæculi
Ne nostram captivat fidem.

XL. — Habet solus Cod. O.

XLI. — Reperitur in Cod. O. et in Hymnario Thomasi diei sabbati. — 4. Thom., *fatentes gratiam*. — 10. Thom., *æterna*. — 11. Thom., *nec ortus occidens*. — 24. I Tim. vi, 10: *Radix omnium malorum est cupiditas*.

XLII. — Thom. Hymn. et Cod. O. — Al. II inscribit: *Hymnus quinta feria dicendus*. — 8. O., *sancti Spiritus*. — 9. Al. 11, *potens*; O., *alta fides*. — 14. O., *tu septimo*. — 17. Al. 11 pro *omnipotens* legit *homini*. — 18. Thom., *Tu Hostiana*. — 20. O., *Tu*

20 Non cogitemus impie,
Invideamus nemini,
Læsi ne reddamus vicem
Vincamus in bono malo.

25 Absit nostris ex cordibus
Ira, dolus, superbia,
Absistat avaritia,
Malorum radix omnium.

30 Vinum mentem non occupet
Ebrietate perpeti,
Sed nostre sensui competens
Tuum bibamus poculum.

35 Conservet pacis sædera
Non simulata charitas,
Sed illibata castitas
Credulitate perpeti.

40 Addendis non sit prædiis
Malesuada semper fames,
Si affluant divitiæ,
Prophetæ nos psalmus regat.

45 Præsta, Pater ingenite,
Totum ducamus jugiter
Christo placentes hunc diem
Sancto repleti Spiritu.

XLII.

Hymnus matutinus.

Deus æterni luminis
Candor inenarrabilis,
5 Venturus diei iudex
Qui mentis occulta vides;

Tu regnum cælorum tenes,
Et totus in Verbo tu es,
Per Filium cuncta regis,
Sancto Spiritui fons es.

10 Trinum nomen alta vides
Unum per omnia potens,
Mirumque per signum crucis
Tu rector immensæ lucis.

15 Tu mundi constitutor es.
Tu in septimo throno sedes,
Judex ex alto humilis
Venisti pati pro nobis.

Tu Sabaoth omnipotens,
Osanna summi culminis,
Tibi laus est mirabilis,
Tu es prima anastasis.

20 Tu fidei adjutor es
Et humiles tu respicis,
Tibi alta sedes thronus,
Tibi divinus est honor.

25 Christo æternoque Domino
Patri cum sancto Spiritu
Vitæ solvamus munera
A sæculis in sæcula.

XLIII.

Hymnus matutinus.

45 Jam læcis splendor rutilat
Noctis fugatis tenebris,

Reddamus laudes Domino,
Qui manet ante sæcula.
Pellamus omne noxium,
5 Poscamus omne prosperum,
Defendat suos famulos
Virtus æterna jugiter.
Ut ore ei consono
Et corde devotissimo
10 Possimus omni tempore
Laudes referre debitas.

XLIV.

Hymnus ad Primam.

Christe, cælorum conditor,
Deus dominator omnium,
Placabilis nos aspice
Precantes tuos famulos.
5 Hora prima psallimus,
Laudes Deo referimus,
Qui cæcam noctem vicimus
Christum regem requirimus.
Deo Patri sit gloria,
40 Ejusque soli Filio,
Cum Spiritu Paraclito
Et nunc et in perpetuum.

[Gloria tibi, Pater,
Gloria Unigenito.
Una cum sancto Spiritu
15 In sempiterna sæcula. Amen.]

XLV.

Hymnus ad Tertiam.

Jam surgit hora tertia
Et nos intenti currimus,
Psallendi opus implemus
Christum laudemus Dominum.

10 Hora quoque jam tertia
Christus cruce suspensus est,
Voluntatem Patris implevit,
Mundi peccatum abstulit.

15 Conscendit sedem propriam,
Sedet ad Patris dexteram,
Collaudant throni Dominum
Quem perfidi negaverant.

20 Nos Christum Deum colimus,
Judicemque speramus,
Quem propheta cecinerunt,
Apostoli secuti sunt.

25 Egressus hora tertia
Sanctus pater familias
Per singulos denarios
Conduxit operarios.

In tua, Christe, vinea
Quam præmio jam cœrimus,
Sequitur opus mysticum
Propter promissum optimum.

30 Ecce processit hora
In qua sanctus Spiritus

A rex primus anastasis, sed pertinent verba ad Apoc. xx, 5, 6. — 21. Thom., *auditor*. — 23. O., *alte sedis thronus*. — 24. O., *tibique*. — 25. Thom., *Deo*.

XLIII. — Ex Thomasi Hymnario.

XLIV. — Ex Thomasi Hymn. Al. 11 inscribit: *Hymnus ad Tertiam. Vocem conditor v. 1 om. Vat. 82.*

XLV. — Habet Thomasi Hymnarium ex Brv. Mozarabani, sed plurimis locis vitiosum.

Apostolorum vascula
De verbo fecit ebria.
Infunde sensus, Domine,
Ut te canamus laudibus,
Christe, Redemptor omnium,
Sanctifica nostrum chorum.

XLVI.

Hymnus ad Tertiam, de Passione Domini.

Dei fide, qua vivimus,
Spe perenni, qua credimus,
Per charitatis gratiam
Christo canamus gloriam.

Qui ductus hora tertia
Ad passionis hostiam
Crucis ferrens suspendia
Ovem reduxit perditam.

Precemur ergo subditi,
Redemptione liberi,
Ut eruat a sæculo
Quos solvit a chirographo.
Gloria tibi, Trinitas,
Æqualis una Deitas,
Et apte omne sæculum
Et nunc et in perpetuum.

XLVII.

Hymnus ad Sextam.

Jam cursus horæ sextæ
Rotat diei tempora,
Nos admonet per omnia
Laudes referre debitas.

Nunc Petrus orans genibus
Fidem futuram prospicit,
Nunc viva Christus semina
Instat fluente tradere.

Hoc solis ævo mystico
Tres patriarcha hospitât,
Carnis figuræ nuntios
Sub Trinitatis numine.

Perfecta summi calculi,
Et prima constat partibus,
Quæ data sese perficit,
Tenetque mundi fabricam.

Hæc nempe, Christe, condita
Manent tua potentia,

Cujus potestas gloria
Per cuncta regnat sæcula. Amen. 20

XLVIII.

Hymnus ad cœnam.

Meridia orandum est,
Christus deprecandus est,
Ut jubeat nos edere
De suo sancto corpore.

Ut illè sit laudabilis
In universo populo,
Ipse cœlorum Dominus
Qui sedet in altissimis:
Det nobis auxilium
Per angelos mirabiles
Qui semper nos custodiant
In omni vita sæculi.

XLIX.

Hymnus post cibos resumptos.

Cibus resumptis congruis,
Cœnæ peractis usibus,
Ad te, Redemptor inclyte,
Laudes venimus promere.

Occurre nobis ocius,
Tollens cibi gravedinem,
Corpus parandum ad precem,
Confessionis dans fidem.

Ut quidquid ore promimus
Tuis sacris in laudibus,
Nobis coronam conferens,
Soli Deo dans gloriam.
Præsta, Pater piissime, etc.

L.

Hymnus ad Nonam.

Convexa solis orbita,
Novem voluta circulis,
Horæ peracto tramite
Ter conficit ternario.

Hoc passionis tempore
Complevit auctor omnium,
Nunc ad laborem vineæ
Misit vocatos servulos.

Hac Petrus hora mystico
Claudi resolvit vincula,
Nunc visionem cogitat,
Terno recursum terminat.

Hymni canamus gloriam
Cum voce, puris mentibus,
Deo creanti prospera
Per acta justis sæcula.

LI.

Hymnus ad Nonam.

Ternis ter horis numerus
Sacræ fidei panditur,
Nunc Trinitatis nomine
Munus precamur veniæ.

Latronis en confessio
Christi meretur gratiam,
Laudis nostra vel devotio
Meretur indulgentiam.

Mors per crucem nunc interit,
Et post tenebras lux redit:
Horror dehiscat crimum,
Splendor nitescat mentium.

Gloria tibi, Trinitas,
Æqualis una Deitas,
Et ante omne sæculum,
Et nunc et in perpetuum.

LII.

Hymnus ad Vesperas.

Deus, qui claro lumine
Diem fecisti, Domine,
Tuam rogamus gloriam,
Dum pronus solvitur dies.

Jam sol, urgente vespere,
Occasum suum graditur,
Mundum concludens tenebris,
Suum observans limitem.

Sed tunc, excelsè Domine,
Precantes tuos famulos,
Labore fessos diei
Quietos nox suscipiat.

Ut non fuscatis mentibus
Dies abscedat sæculi,
Sed tua tecti gratia
Cernamus lucem prosperam.

LIII.

Hymnus in Adventu Domini.

(Ex libr. vet.)

Conditor almè siderum,
Æterna lux credentium,

XLVI. — Legitur apud Cassandrum, Thomasi-um A et in cod. O. — 3. O., om., qua. — 4. O., Christi. — 12. Col. II, 14, delens quod adversus nos erat chirographum. Inepte veritè interpres theoticus: dea arlose fona luzzi le mu kaseribe.

XLVII. — Ex Thomasi Hymnario. 5. 6. Act. x, 9 seqq.

XLVIII. — Reperitur in uno cod. O.

XLIX. — Thom. Hymn.: Brev. Mozarabum in Offitio ante Completorium in Quadragesima.

L. — Thomasi in Hymnario. — 11, 12. Cf. Act. x, 19 sq.

LI. — Ex Thomasi Hymnario.

LII. — Debemus carmen cod. O. — 9. Cod. O. vitiose, Sed tu, exc. Domine. Grimmius commendat legere, Sed fac, exc. Domine. Si quid video scriptura codicis unice vera est tunc, quod cum voce tu sapissime confundi non est quod prolixo doceamus.

LIII. — Minime spectat, opinor, carmen proprie ad Adventum Domini, sed est Vesperarum (cf. ad v. 24). Id tamen largimur quod ab Ecclesia antiquo more factum esse vides, in plurimis locis aptissime referri posse ad tempus sacrum Nativitati præcedens. Est sane in omnibus libris, quos vidi, positus Hymnus in Adventu ad Vesperas. — 2. Kehr., æter-

ne. Addit: « Ich mochte lieber æterna lesen. » Ego vero cognoscere vellim, unde perversa scriptura fluxerit. Ne apud Fabricium quidem exstat, quem Kehr. in hoc carmine sequitur. — 5-8. Cod. W. I, Cs.:

Qui condoletur hominibus,
Mortis subvectis legibus,
Factus homo, restituit
Vitam in tuo sanguine.

8. H., M., regis. — 9. Cass., Corn., urgente. Ut quibusdam placet, ante oculos erat poetæ locus Zachar. xiv, 7: Et erit dies una, quæ nota est Domino, non dies neque nox et in tempore vesperi erat lux. Clicht.: « Dicitur venisse Christus cum propinquaret mundi vespera. Nam expletis jam quinque mundiæ tatibus, in sexta ejus venit etate, quæ ad finem usque sæculi porrigeretur. » Ipsi patribus disputatio de mundo senectutis molestiis laborante est usitatissima; unum audias Ambrosium de Bono mort., c. 10: « Senescens creatura robur juventutis suæ velut jam marcescente virium suarum vigore deponit. » Eodem sensu noster mundum languidum appellat. — 10. Ps. xvii, 6. — 11. M., beatissimæ. — 12. Gron., matris virginis. Kehr.: « Das hier in etwas ungewöhnlicher Bo-

Christe, redemptor omnium,
Exaudi preces supplicum.

Qui condolens interitu
Mortis perire sæculum,
Salvasti mundum languidum
Donans reis remedium.

Vergente mundi vespere,
Ut sponsus de thalamo,
Egressus honestissima
Virginis matris clausula.

Cujus forti potentia
Genu curvantur omnia,
Cœlestia, terrestria
Fatentur nutu subdita.

[Occasum sol custodiens,
Luna pallorem retinens,
Candor in astris relucens
Certos observat limites.]

Te deprecamur, Hagie,
Venture iudex sæculi,
Conserva nos in tempore
Hostis a telo perfidi.

Laus, honor, virtus, gloria, etc.

Ejusdem hymni alia lectio.
(Ex Brev. Rom.)

Creator alme siderum,
Æterna lux credentium,
Jesu, Redemptor omnium,
Intende votis supplicum.

Qui, dæmonis ne fraudibus
Periret orbis, impetu
Amoris actus, languidi
Mundi medela factus es.

Commune qui mundi nefas
Ut expiaret, ad crucem 10
E virginis sacrario
Intacta prodixit victima.
Cujus potestas gloria
Nomenque cum primum sonat,
Et cœlites et inferi 15
Tremante curvantur genu.
Te deprecamur ultimæ
Magnum diei iudicem,
Armis supernæ gratiæ
Defende nos ab hostibus. 20
Virtus, honor, laus, gloria, etc.

LIV.

Hymnus de Adventu Domini.

(Ex libr. vet.)

Vox clara ecce intonat,
Obscura quæque increpat :
Pellantur eminus somnia
Ab æthere Christus promicat.

Mens jam resurgat torpida 5
Quæ sorde exstat saucia,
Sidus refulget jam novum
Ut tollat omne noxium.

E sursum Agnus mittitur.
Laxare omnis debitum . 10
Omnes pro indulgentia
Vocem demus cum lacrymis.

Secundo ut cum fulserit 5
Mundumque horror cinxerit
Non pro reatu puniat,
Sed pius nos tunc protegat. 15

Ejusdem hymni alia lectio.

(Ex Brev. Rom.)

En clara vox redarguit
Obscura quæque personans,
Procul fugentur somnia
Ab alto Jesus promicat.

Mens jam resurgat torpida, 5
Non amplius jacens humi :
Sidus refulget jam novum
Ut tollat omne noxium.

En Agnus ad nos mittitur
Laxare gratis debitum : 10
Omnes simul cum lacrymis
Precemur indulgentiam.

Ut cum secundo fulserit
Metuque mundum cinxerit 15
Non pro reatu puniat,
Sed nos pius tunc protegat.

Virtus, honor, laus, gloria, etc.

LV.

Hymnus de Adventu Domini.

(Ex libr. vet.)

Verbum supernum prodiens,
A Patre olim exiens,
Qui natus orbi subvenis
Cursu declivi temporis ; 5

Illumina nunc pectora 5
Tuoque amore concrema,
Auditio ut præconio
Sint pulsa tandem lubrica.

Judexque cum post aderis
Rimari facta pectoris, 10

dentung stehende Wort clausula ist mit dem claustrum pudoris eines andern Hymnus (hymn. 4, 12, tom. præced.) gleichbedeutend und steht für utero. Recte si vox in puri sermonis trutina examinatur, apud inferioris Latinitatis scriptores clausula idem significat atque cella, area septo clausa; cf. Du Cange s. v. clausura. — 13-16. Phil. II, 10: *Ut in nomine Jesu omne genu flectatur cœlestium, terrestrium et infernorum.* Cod. W. I et Cs. ad hunc locum proprius accedunt, legentes *cœlestium, terrestrium necnon et infernalium.* — 14. Cass.: *Al., curvantes; Lud., flectuntur; in nonnullis, genua.* W. I., *genu flectatur omnium.* — 16. Fr., Aug., Gron., Lips., Pd., *nutu fatentur.* — 17-20. Rejeicit Brev. Rom. versum neque injuria. Ne illud commemorem, parum eum cohæerere cum reliquis carminis partibus in quibusdam libris etiam abest. Ita explicat verba Loss.: « Corporum cœlestium certus et perpetuus motus de duobus admonet Ecclesiam. Primum de omnipotentia et sapientia Dei, secundo de æterno fœdere, quod Deus per Filium humanum genus sibi copulavit. Jerem. xxxiii: *Fœdus meum cum ipsis inviolabile erit sicut cælum est sempiternum.* » — 19. Beb., *renitens.* — 20. Cass., *observavit.* — 21. Miramur Kebr. hæc monentem: « Agie konnte man, freilich sprachwidrig, für age fassen, besser wird man es jedoch für das griechische ἄγος halten. » — 22. Aug., *venturi.* — 23, 24. Cass.: In libro S. Benedicti ita legitur: *Conserva nos in tempore noctis a telo perfidi, quorum verborum sententia manifesta est. Quamquam reliqui fere omnes exhibent hostis, ego quoque illam scripturam genuinum putaverim.* W. I, Cs., *quo diu simus advenæ.* — 24. D. 2 vitiose a telo providi.

LIV. — In Adventu ad Laudes, fere ubique. Id velim in hoc carmine ne prætermittas, poetam optime in usum suum convernisse pericopas Scripturæ sacræ dominicis diebus et festivis in Ecclesia recitatas. Conferas v. 3-6 cum epistola Dom. Adv. 1, Rom. xiii, 11 sq.; v. 13-16 cum Evangel. Dom. II

(vel in Romana Ecclesia, ut hodie est I), Luc. xxi, 25 sqq.; initium denique cum illa pericopa, quæ in Lectionario vetustissimo tribuitur Domin. IV, Marc. I, 1 sq. — 1. Joannes etiam fatque etiam inculcat poenitentiam et increpat omnia vitia atque peccata. — 3. Bd., *procul.* — 4. Cass., Ramb., *ab æthere.* — 5., E., Msn., *turbida; Pd., resurget.* — 9. Fabr., *desursum.* Male commiscet poeta in sequentibus tropos de Christo usurpatos. — 13. Cass. Ramb., *ut cum secundo.* — 14. Hil., *Mundumque horrore c.* — 16. Hil., *pios nos tunc; Cass., Ramb., Sed nos pius.*

LV. — Hymnus supra positus passim reperitur in Breviariis vetustioribus vel ad Vesperas vel ad Matutinum. Nunc ubique in nocturno officio recitatur tempore adventus: præterea (cum duobus qui antecedunt) in festivitate Expectationis B. V. Mariæ. Hil. hoc hymno respondendum esse censet hæreticis, qui dicerent Christum venisse, sed non de Patre. — 2. E., Cass., *prodiens.* — 4. Cf. 50, 9. — 7. Gron., Beb., *audito quo præconio; Bd., audita ut præconio.* — 11. Cass., *redder vicem.* — 13. Cass., *non des ut; alios legisse refert non damnis; Bd., Hil., Beb., arcenur; Wimpf., arceamur.* — 16. Clicht.: « Per cœlibatum perennem futuræ vitæ petitur status regni que cœlestis perpetua mansio, quoniam in eo jugis est continentia atque vacatio a carnali consortio. . . sunt etiam qui legunt cœlites. Et hi apertiorum exprimunt hujus loci sententiam. Veram qui legeret: Simus pereunne cœlibes, vel cœlites, multo aptius diceret. Nam et lenior est prolatio et melior orationis structura. » Ut ut est, librorum auctoritate ut unum stat *cœlibes*, neque alio modo explicandum, quam explicavit Hil.: « cœlestem vitam ducentes. » Nam ex loco Matth. xxii, 30: *In resurrectione neque nubent neque nubentur, sed erunt sicut Angeli Dei in cælo, prolificisci potuit illa loquendi ratio, ut cœlites pro beatus usurparetur.*

Reddens vicem pro abditis
Justisque regnum pro bonis.
Non demum arcemur malis
Pro qualitate criminis,
Sed cum beatis composites
Simus perennes cœlibes.

Ejusdem hymni alia lectio.

(Ex Brev. Rom.)

Verbum supernum prodiens,
E Patris æterno sinu,
Qui natus orbi subvenis
Labente cursu temporis;
Illumina nunc pectora
Tuoque amore concrema,
Ut cor caduca deserens
Cœli voluptas impleat:
Ut cum tribunal Judicis
Damnabit igni noxios
Et vox amica debitum
Vocabit ad cœlum pios,
Non esca flammaram nigros
Volvamur inter turbines,
Vultu Dei sed composites,
Cœli fruamur gaudiis.

LVI.

De Nativitate Domini.

(Ex libr. vet.)

Christe, Redemptor gentium,
De Patre Patris unice,
Solut ante principium
Natus ineffabiliter.

Tu lumen, tu splendor Patris,
Tu spes perennis omnium,
Intende quas fundunt preces
Tui per orbem famuli.

Memento, salutis auctor,
Quod nostri quondam corporis
Ex illibata virgine
Nascendo formam sumpseris.

Sic præsens testatur dies
Currrens per anni circulum
Quod solus a sede Patris
Mundi salus adveneris.

15 Hunc cœlum, terra, hunc mare,
Hunc omne quod in eis est,
Auctorem adventus tui
Laudans exsullet cantico.

Nos quoque qui sancto tuo
Redempti sumus sanguine,
Ob diem natalis tui
Hymnum novum concinimus.

Ejusdem hymni alia lectio.

(Ex Brev. Rom.)

Jesu, Redemptor omnium,
Quem lucis ante originem
Parem paternæ gloriæ
Pater supremus edidit.

10 Tu lumen et splendor Patris,
Tu spes perennis omnium,
Intende quas fundunt preces
Tui per orbem servuli.

15 *Memento, rerum conditor,*
Nostri quod olim corporis,
Sacrata ab alvo virginis
Nascendo formam sumpseris.

Testatur hoc præsens dies
Currrens per anni circulum
Quod solus e sinu Patris
Mundi salus adveneris,

15 Hunc astra, tellus, æquora,
Huc omne quod cœlo subest,
Salutis auctorem novæ
Novo salutatur cantico.

20 Et nos beata quos sacri
Rigavit unda sanguinis,
Natalis ob diem tui
Hymni tributum solvimus.

Jesu, tibi sit gloria
Qui natus es de Virgine, etc.

LVII.

De Nativitate Domini.

Mysterium Ecclesiæ,
Hymnum Christo referimus,
Quem genuit puerpera,
Verbum Patris in Filio.

Sola in sexu femina,
Electa es in sæculo,
Et meruisti Dominum
Sancto portare in utero.

Vates antiqui temporis
Prædixerant quod factum est,
10 Quia Virgo conciperet,
Et pareret Emmanuel.

Mysterium hoc magnum est,
Mariæ quod concessum est,
15 Ut Deum per quem omnia,
Ex se videret prodere.

5 Vere gratia plena es
Et gloriosa permanes,
Quia ex te nobis natus est
Christus per quem facta sunt omnia. 20

10 Pastores qui audierunt,
Gloriam Domino cantarunt,
Cucurrerunt in Bethleem
Natum videre Dominum.

Sic magi ab ortu solis
25 Per stellæ indicium
Portantes typum gentium
Primi offerunt munera.

Rogemus ergo populi
Dei matrem et virginem
30 Ut ipsa nobis impetret
Pacem et indulgentiam.

Gloria tibi, Domine,
Qui natus es de Virgine, etc.

LVIII.

Hymnus Quadragesimalis.

Jam ter quaternis trahitur

LVI. — Hymnus in vetustis non nisi raro obvius A
(Fr. Aug. et al.), nunc majori cum observantia in
Ecclesia colitur. Canitur enim in utrisque Vesperis
Nativitatis, diebus infra Octavam ejusdem festis haud
impeditis et festo Circumcisionis. Præterea versus
tertius, junctus cum alio aliunde desumpto (*Maria
mater gratiæ, Dulcis parens clementiæ, Tu nos ab
hoste protege, Et hora mortis suscipe*) ac doxologia in-
servit Officio parvo Mariæ ad Completorium et omnes
horas, quæ dicuntur minores. — 1. Fr., Aug., om-
nium. Exstat hymnus senioris ætatis, *Christe Redem-
ptor omnium*, de omnibus sanctis. — 2. Pd., ex. —
5. Cass., Ramb. (qui in hoc carmine Cassandri vestigia
premit), aliique, et. Voculæ et . . . ut, cum
alias (cf. doct. Ungerii quondam collegæ Theb. Pa-
rad. p. 1, 34), tum in hymnis sæpissime a librariis
confunduntur. — 13. Cass.: Al., hic. — 15. Clich-
t.: « Solus advenisse dicitur C. quoniam solus
ipse per incarnationem humanam induit naturam.
Neque enim pater incarnatus est neque Spiritus sanc-
tus. » — 19. Aug., *auctoris adventum sui*. — 20.
Aug., Pd., *laudat exsultans*. — 24. Ps. xcvi, 1; xcvi,
4. Similiter Gellertius: « Und Erde, die ihn heute
sieht, sing ihm, dem Herrn ein neues Lied. »

LVII. — Reperi carmen in Cod. W. 1, in Thoma-
sii Hymnario (in Vat. 82 in scriptis: Hymnus sanctæ
Mariæ), in vetustis Carthusianorum et Cister-
ciensium Brev., in Solemnitatibus et Octavis B. Vir-
ginis Mariæ ad Matutinum vel ad Vesperas, denique
apud Ellingerum (in Epiphania), sed prorsus muta-
tum et aliis in multis dissonum. — 4. W., Ct., Cs.,
filium. — 10. W. 1, *prædixerat*. — 11., 12. Jes.

vii, 14, *Ecce virgo concipiet et pariet filium et vocabi-
tur nomen ejus Emmanuel*. — 13. Vat. 82, om., est.
— 14. Thom., *Et Mariæ quod concessum*. — 17.
Luc. i, 28., *angelus dixit: Ave, gratia plena*. — 19.
Al., om., nobis. — 22. W. 1, Ct., Cs., *Deo canta-
verunt*. — 23. Luc. ii, 16, *et venerunt festinantes*. —
28. Nota res est magos significare gentium multitudi-
nem ad Dominum convertendam. Minus notum, eos
ex veterum opinione non suo nomine, sed tamquam
legatos delectos a toto sapientium Orientalium choro
illud iter confrexisse. Unde Juvenecus i, 228 sq.: *No-
men tenere Magorum, Hinc lecti proceres Solyman
per longa viarum Deveniunt*. Gaudentius Ep. Brixia-
nus ad Paulum fratrem: *Stellæ obsequentis fulgor
magnum declarat Deum, quem legati univrsarum
gentium magi suppliciter adorantes*, etc. — 28. Se-
quuntur apud Ellingerum duo versiculi, in quibus
nullum carminis nostri vestigium:

Et vagienti basia,
Fixere Regi parvulo,
Thus, myrrham et auri bracteas
Larga obtulere munera.

Dei parentem Virginem,
Ecclesiæ typum sacræ,
Laudemus, in cujus tener
Quiescit alais Iesulus.

LVIII. — Wimpf., Sb.: *Dominica tertia et quarta
in Quadragesima*. Thom.: Ponitur in Hymnario ve-
tusto monastico: *Sabbato in Quadrag. ad Vesperas*.
Non male Torr.: « Hic hymnus canitur circa æqui-
noctium vernum quando dies est æqualis nocti, s.

Horis dies ad vesperum,
Occasu sol prænuntiat
Noctis redire tempora.
Nos ergo signo Domini
Tutemus claustra pectorum.
Ne serpens ille collidus
Intrandi tentet aditum.
Sed armis pudicitia
Mens fulta vigil libera,
Sobrietate comite,
Hostem repellat improbum.
Sed nec ciborum erapula
Tandem distendat corpora,
Ne vi per somnum animam
Iudificatam polluat.

LIX.

De Passione Domini.

Hymnum dicamus Domino,¹
Laudes Deo cum cantico,
Qui nos crucis patibulo
Suo redemit sanguine.
Die decursa ad vesperum
Qua Christus morti traditur,
Ad cœnam venit impius
Qui erat Christi proditor.
Jesus futura nuntiat
Cœnantibus discipulis:
Unus ex discumbentibus
Ipse me traditurus est.
Judas mercator pessimus
Osculo petit Dominum,
Ille, ut agnus innocens,
Non negat Judæ osculum.
Denariorum numero
Christus Judæis traditur

Innocens et innocuus,
Quem Judas tradit impia.
Præses Pilatus proclamât:
Nullam culpam invento;
Ablutis aqua manibus,
Christum Judæis tradidit.
Fallaces Judæi impii
Latronem petunt vivere,
Christum accusant graviter:
Crucifigatur, reus est.
Tunc Barabbas dimittitur,
Qui reus mortis fuerat:
Vita mundi suspenditur,
Per quam resurgunt mortui.
[Gloria tibi, Domine.
Gloria Unigenito,
Una cum sancto Spiritu
In sempiterna sæcula. Amen.]

LX.

Hymnus paschalis.

(Ex libr. vet.)

5 Aurora lucis rutilat,
Cœlum laudibus intonat,
Mundus exsultans jubilat,
Gemens infernus ululat,
Cum rex ille fortissimus,
10 Mortis contractis viribus,
Pede conculcans tartara
Solvit a poena miscros.
Ille qui clausus lapide
Custoditur sub milite,
15 Triumphans pompa nobili
Victor surgit de funere.
Solutis jam gemitibus
Et inferni doloribus,

Quia surrexit Dominus 15
Resplendens clamat angelus.
Tristes erant apostoli
De nece sui Domini,
Quem poena mortis crudeli
20 Servi damnarant impii.
Sermone blando angelus
Prædixit mulieribus:
In Galilæa Dominus
Videndus est quantociens.
Illæ dum pergunt concite 25
Apostolis hoc dicere,
Videntes eum vivere
Osculantur pedes Domini.
Quo agnito discipuli,
In Galilæam propere 30
Pergunt, videre faciem
Desideratam Domini.
Claro paschali gaudio
Sol mundo nitet radio,
Cum Christum jam apostoli 35
Visu cernunt corporæ.
Ostensa sibi vulnera
In Christi carne fulgida
Resurrexisset Dominum
Voce fatentur publica. 40
5 Rex, Christe, clementissime,
Tu corda nostra posside,
Ut tibi laudes debitas
Reddamus omni tempore.
Ejusdem hymni alia lectio.
(Ex Brev. Rom.)
Aurora cœlum purpurat,
Æther resulat laudibus,
Mundus triumphans jubilat,
Horrens avernus intremitt.

duodecim horarum. Sane rarissimus est in Brevia- A
riis. — I. O., sic. — 2. Gron., *dies horis*. — 3. O.
Wimpl., *prænuntians*; Torr., *pronuntians*; Clicht.,
Sb., *pronuntiat*. — 4. Cass., Thom., Clicht., *venire*;
O., *noctem redire temporum*. — 6. — Cass., Gron.,
intemur; Sb., *tutatur*; O., *tundimus casta* (Torr.
Wimpl.) *pectora*. — 7. Gen. 3, 1, *Serpens erat calli-
dior cunctis animalibus terræ*. — 8. O., *attemplet*,
attendet; Sb., *aditus*. — 10. O., *liberis*; Sb., Torr.,
Wimpl., *libere*. — 14. Cass., Thom., *distendet*. — 15.
Sb., Cass., *Nec vi per s. animas iudificatas*; O.,
glorificatam. Hil.: « Venter mero æstuans de
facili spumescit in libidinem, et gravitas somni quæ
post crapulam venit facit ut incautiores simus et
imbecilliores ad resistendum insidiis diaboli. » Ad-
dit Sb. versum quintum: *Præsta, beata Trinitas, etc.*,
depromptum ex hymno *Audi, benignus conditor*.

LIX. Habent cod. W. I et Brev. Cs. (A Dominica
Passionis usque ad Pascha præter dominicam in Ra-
mis.) Thomasi Hymnarium ex cod. Vat. 82, ex reliquis
unus Ellingerus, qui carmen, ut solet, ad carminis
leges revocavit itaque funditus mutavit. — 5. W. I,
Cs., *decurso*. — 6. W. I, Cs., *quo*. — 13 sq. Multi
sunt poetæ Christiani in enarrando et detestando
Judæ facinore horrendo, quæ ut *mercator pessimus*
Dominum suum manibus impiorum tradiderit. Ne-
que deest iræ et odio ex tanta pravitate suscepta
lamentatio, nec desideratur lenior animi affectus.
Sic in vetustis hymnis germanicis et exsecrantur et
miserantur poetæ proditorem. Conferas cationem
quæ vocatur *Das Judaslied* (Hoffmann Gesch. d. K.
S. 140):

O du armer Judas, was hastu getan,
dafs du unsern herrn also verraten hast?
des mustu la der helle
immer leiden pein,
Lucifers geselle

mustu ewig sein.

—29. W. I, Cs., et.—32. W. I, quem. Cæterum vir
est quod moneamus, hymnum supra positum fere to-
tum ex ipsis Scripturæ sacræ dictis esse compositum.

LX. — Passim in brevioriis vetustis sed plerum-
que mutilis. Nonnulli habent strophas quinque
(v. 1-20), ut Sb., Beb. Omittit Hv. v. 29-40. Brev.
Romanum ex antiquo more v. 1-16 cantando decre-
vit tempore paschali ad laudes, reliqua de Communi
apostolorum tempore paschali. Pius V divisit hymnum
Tristes erant apostoli in duas partes, ita ut altera in
Laudibus cantari queat cum varietate (Gavanti Thea.
S. R. III, p. 555). — I. Beb., *rutilans*. — 8. O., *ca-
tena*. — 12. Ell., Fabr., *resurgit f.*; Hv., *surgit a fu-
nere*. — 14. Beb., *ac inferni*. — 16. Beb., Hv., *splen-
dens clamabat*; O., *splendens clamat*. Fortasse se-
cundum Scripturam Matth. xxvii, 5, *Respondens au-
tem angelus dixit...*, legendum est *respondens*. —
20. O., Hv., *savi*. — 21. Similiter in pervetusto
B cantico vernaculi sermonis:

Mit seufften sæzen worten
der engel zuo ziu sprach:
Ist iuwer vorcht under wegen
ir lieben frouwen zart,
Jesus der kuene degen
der ist erstandem wart.

—22. O., *prædicit*. Matth. xxvii, 7, *Eccæ prædici
vobis*. — 25. Cass., Thom., Sb., Beb., Fabr., *conci-
ta*. — 28. O., *osculant*. — 30. O., *Galilæa*. — 37.
Clicht.: Al., *ostensis vulneribus*. Cf. in cantico *Pons
luctum, Magdalena*, verbo: *Quinque plagas insipice*:
Fulgent en ut margarita, Ornamenta novæ vitæ. Hil.:
« Quatuor de causis cicatrices vulnerum ostendit
Dominus, ut essent signum victoriæ, ut deinceps de
resurrectione non dubitarent, aut ut esset ad Patrem
intercessio. »

Rex ille dum fortissimus
De mortis inferno specu
Patrum senatum liberum
Educit ad vitæ jubar.

Cujus sepulcrum plurimo
Custode signabat lapis,
Victor triumphat et suo
Mortem sepulcro funerat.

Sat funeri, sat lacrymæ,
Sat est datum doloribus:
Surrexit exstinctor necis,
Clamat coruscans angelus.

Tristes erant apostoli
De Christi acerbo funere,
Quem morte crudelissima
Servi necarant impii.

Sermone verax angelus
Mulieribus prædixerat:
Mox ore Christus gaudium
Gregi feret fidelium.

Ad anxios apostolos
Currunt statim dum nuntia,
Illæ micantis obvia
Christi tenent vestigia.

Galilææ ad alta montium
Se conferunt apostoli
Jesque voti compotes
Almo beantur lumine.

Paschale mundo gaudium
Sol nuntiat formosior,
Cum luce fulgentem nova
Jesum vident apostoli.

In carne Christi vulnera
Micare tamquam sidera
Mirantur et quidquid vident,
Testes fideles prædicant.

Rex Christe, clementissime,
Tu corda nostra posside,

5 Ut lingua grates debitas
Vitæ renatos libera.

LXI.

Hymnus (paschalis) matutinus.

10 (Ex libr. vet.)

O rex æternæ, Domine,
Rerum creator omnium,
Qui eras ante sæcula
Semper cum Patre Filius.

15 Qui mundi in primordio
Adam plasmasti hominem,
Cui tuæ imagini
Vultum dedisti similem.

20 Quem diabolus deceperat
Hostis humani generis,
Cujus tu formam corporis
Assumere dignatus es.

25 Ut hominem redimeres
Quem ante jam plasmaveras,
Et nos Deo conjungeres
Per carnis contubernium.

30 Quem editum ex virgine
Pavescit omnis anima,
Per quem et nos resurgere
Devota mente credimus.

35 Qui nobis per baptismata
Donasti indulgentiam,
Qui tenebamur vinculis
Ligati conscientia.

40 Qui crucem propter hominem
Suscipere dignatus es,
Dedisti tuum sanguinem
Nostræ salutis pretium.

45 Nam velum templi scissum est
Et omnis terra tremuit:
Tuæ multos dormientium
Resuscitasti, Domine.

Tu hostis antiqui vires
Per crucem mortis conteris,
Qua nos signati frontibus
Vexillum fidei ferimus. 35

Tu illum a nobis semper
Repellere diguaveris,
Ne umquam possit lædere
Redemptos tuo sanguine. 40

5 Qui propter nos ad inferos
Descendere dignatus es
Ut mortis debitoribus
Vitæ donares munera.

10 Tibi nocturno tempore
Hymnum desentes canimus,
Ignosce nobis, Domine,
Ignosce confidentibus.

15 Quia tu ipse testis et judex,
Quem nemo potest fallere,
Secreta conscientia
Nostræ videns vestigia.

20 Tu nostrorum pectorum
Solus investigator es,
Tu vulnerum latentium
Bonus assistens medicus.

25 Tu es qui certo tempore
Daturus finem sæculi,
Tu cunctorum meritis
Justus remunerator es. 60

Te ergo, sancte, quæsumus
Ut nostra cures vulnera
Qui es cum Patre Filius
Semper cum sancto Spiritu.

Ejusdem hymni alia lectio.

(Ex Brev. Rom.)

Rex sempiternæ coelorum,
Rerum creator omnium,
Æqualis ante sæcula
Semper parenti Filius.

LXI. — *Cass.*: « Hic hymnus in vulgaribus nunc hymnorum libellis non reperitur, neque illius in mentem mihi venisset, nisi a Beda libro primo de re metrica admonito. Ad eum autem quærendum incitatus sum verbis ejusdem Bedæ: qui eum mirifice commendat: Nam titulo de Rhythmo: *Plerumque, inquit, casu quodam invenies etiam rationem in rhythmo, non artificis modo ratione servata, sed sono et ipsa modulatione ducente. Quomodo instar iambici metri pulcherrime fictus est hymnus ille præclarus: Rex æternæ, Domine.* Hac itaque commendatione inductus in obsoleto quodam libro annos ante 56 impresso (ut vero simillimum est in Hymnario Coloniensi) reperit inserendum hoc loco duxi. » Sed ex his recte colligitur solum Germaniæ atque Angliæ libros Cassandro ad manus fuisse, cum in Italicorum libris hymnus haud raro reperitur. Vezzosi apud Thomasium eundem hymnum esse suspicatur, qui ab Aureliano episcopo in regula sua citatur. Si rationem habueris versuum quas I Grimmius primus ex cod. O. protulit, poetam festum Paschatis celebrasse vix ac ne vix quidem putabis. Spectant omnia ad Matutinum neque ab hoc officio aliena redemptionis per Jesum Christum peractæ accuratior enarratio. Tamen hoc damus, jam apud veteres octo strophas carminis primas paschalem effecisse hymnum: de qua re, ne dicam de inscriptionibus, nihil admodum superest dubitationis propter doxologias paschales carmini annexas. Brev. Romanum ut hodie est, electis, strophe prima, secunda, tertia, sexta, septima, octava, composuit carmen paschale, recitandum Dominica in Albis ad Matutinum et toto tempore paschali usque ad Ascensionem.—I. Fabr., o rex, reliqui om. interjectionem. Si insolite erga

A Fabricium observantiæ requiris causam, metrum carminis tibi in mentem veniat. Neque id opponas, me metricas leges apud poetas Christianos alias sæpissime neglectas conquestum esse. Probatior enim Bedæ testimonio, hunc hymnum « instar iambici metri pulcherrime factum esse. » Accedit altera causa, quod librarii ad scribendam licentiam adeo liberi fuerunt, ut commatum in illis interdum vel litteras otiose appingerent vel etiam demerent. Stat a nostra sententia Santen ad Terent., p. 186: « Malim cum Hieronymo van Athpen interjectionem addere o rex, accentu rectius servato catalectos constituens. » Quod in superioribus notavit dimetros catalecticos effici, legendo omnium, sæcula, filius duabus syllabis, in nostro carmine minime valet, procul dubio catalectico. — 3. O., qui es ante sæc.; Cass. Hil., es et.—15. O., om., et.—21. Fabr., quique nobis; Thom., per baptismata; reliqui, per baptismum.—39-64. Solus cod. O. continet.—29-32. Matth. xxvi, 51-53, Et velum templi scissum est... et terra mota est... et multa corpora sanctorum qui dormierant resurrexerunt.—45 sqq. Fortasse hic incipit hymnus proprius ad Nocturnum.—49. Grimmius vult legi: quia tu ipse judex es, quamquam interpret theoticus hæc habet *thania du selbo urchundo inti suanari pist*: voluit V. D. metro medelam afferre. Quæ tamen verbis poetæ integris minime opus est. Nam quia sæpissime apud poetas serioris ætatis est monosyllabum. Cf. Barth. ad Coripp. de Laud. Just. II, 109.—53. Interpres: *thu unserero prustio*, sed pro pectorum poeta scripsisse videtur peccatorum, ut existat versus satis salebrosus, tamen octo syllabis compositus. Cf. 21, 47.—59. Fortasse: tunc et.

Nascente mundi qui faber
Imaginem vultus tui
Tradens Adamo nobilem
Limo jugasti spiritum.
Cum livor et fraus dæmonis
Fœdasset humanum genus,
Tu carne amictus perditam
Formam reformes artifex.
Qui natus olim ex virgine
Nunc e sepulcro nasceris,
Tecumque nos a mortuis
Jubes sepultos surgere.
Qui pastor æternus gregem
Aqua lavas baptismatis,
Hæc est lavacrum mentium,
Hæc est sepulcrum criminum.
Nobis diu qui debita
Redemptor affixus cruci,
Nostræ dedisti prodigus
Pretium salutis sanguinem.

LXII.

Hymnus paschalis.
(Ex libr. vet.)

Ad cœnam Agni providi
Et stolis albis candidi,
Post transitum maris Rubri
Christo canamus principi.
Cujus corpus sanctissimum
In ara crucis torridum,

5 Cruore ejus roseo
Gustando vivimus Deo.
Protecti paschæ vespere
A devastante angelo,
Erepti de durissimo
Pharaonis imperio.
10 Jam pascha nostrum Christus est,
Qui immolatus agnus est,
Sinceritatis azyma
Caro ejus oblata est.
15 O vere digna hostia,
Per quam fracta sunt tartara,
Redempta plebs captivata,
Reddita vitæ præmia!
20 Cum surgit Christus tumulo,
Victor redit de barathro,
Tyrannum trudens vinculo
Et reserans paradisum.
25 Quæsumus, auctor omnium,
In hoc paschali gaudio:
Ab omni mortis impetu
Tuum defende populum.

Ejusdem hymni alia lectio.

(Ex Brev. Rom.)

Ad regias Agni dapes,
Stolis amicti candidis,
Post transitum maris Rubri,
Christo canamus principi.
5 Divina cujus charitas
Sacrum propinat sanguinem,

Almique membra corporis
Amor sacerdos immolat.
10 Sparsum cruorem postibus
Vastator horret angelus,
Fugitque divisum mare,
Merguntur hostes fluctibus.
15 Jam pascha nostrum Christus est
Paschalis idem victima,
Et pura puris mentibus
Sinceritatis azyma.
20 O vera cœli victima,
Subjecta cui sunt tartara,
Soluta mortis vincula,
Recepta vitæ præmia!
25 Victor subactis inferis
Tropæa Christus explicat
Cœloque aperte subditum
Rogen tenebrarum trahit.
30 Ut sis perenne mentibus
Paschale Jesu gaudium,
A morte dira criminum
Vitæ reuatos libera.

LXIII.

De S. Stephano.

(Cassander Bebelius, Clichtovæus.)

Stephano primo martyri
Cantemus canticum novum,
5 Quod dulce sit psallentibus,
Opem ferat credentibus.

LXII. — Fere ubique in Breviariis tempore paschali. Idem præcipit Brev. Rom. (ad Vesperas usque ad Vigiliam Ascensionis) quod tamen non solum vetustatis rubiginem ex more detersit, sed in hoc carmine rerum novarum, opinor, nimis fuit studiosum. Hilarius: «Materia hujus hymni est, quod nos invocat auctor ad cœnam Agni illius qui tollit peccata mundi, scilicet ad accipiendum corpus et sanguinem Domini, de quo dictum est: Qui sumit corpus Christi indigne, judicium sibi manducat et bibit, qui vero digne, habet vitam æternam:.... nos vero positi ad cœnam Agni providi.» Quæ cum a vero haud longe abesse videantur, ego audacius quid proferam, hymnum *Ad cœnam Agni* in antiqua Ecclesia cantari solitum esse, dum catechumeni baptizati corpore et sanguine Domini rite munirentur. Omnia sane optime cœnæ sacræ conveniunt, neque id prætermittas, ab aliis poetis hanc sententiam disertius esse expressam. Ut in cantico paschali sc. 14. apud Hoffmann, p. 69:

Ir sult iuch mit dem Osterlemblin spisen
und nemt sin heilic fleisch und blut.
o Sathanas, du schiuzlicher scherger
Christus gezamet hat din erge,
dô dir din nacht roup grôzen nam.
Dia nacht erschein dem künig Pharaonem,
do la verslant daz rôte, mer, etc.

— I. Apoc. xix, 9: *Beati qui ad cœnam nuptiarum Agni vocati sunt.* — 2. O., *stolis in albis*; Fabr., *stol. et albis*. Candida veste induebantur baptizati omnes. Hinc Paulinus Ep. 12, ad Sever.: «Inde parens sacro ducit de fonte sacerdos Infantes niveas, corpore, corde, habitu.» — 3. Baptismi typus fuit transitus; Israelitarum per mare Rubrum, I Cor. x, 1 sqq. Arator Hist. Ap. n, 81 sq.; Avitus I. v. (de Transitu maris Rubri); Sedul. Op. pasch. 1, 120. Cæterum Pharaon rex sæpissime typice refertur ad diabolum. — 5. O., *sacrum corpusculum.* — 5, 6. Corn.: «Assatum et arefactum in cruce igne iræ Dei, ut ipse ait: Aruit sicut testa virtus mea.» Accedit quod comparatur cum agno paschali assato. Quæ imago, a Brev. Rom. in textu correcto non recepta, quam sit inepta

A et potius fastidium quam devotionem movens, nemo non nobis concedet. Tamen mire in ipsa acquieverunt poetæ nostræ Ecclesiæ v. c. Lutherus (Christ lag in Todesbanden): «Hic ist das rechte Osterlamm, Davon Gott hat geboten, Das ist an des Kreuzes Stamm In heisser Lieb' gebroten.» — 7. Loss., *rosido.* — 9. O., *vesperum.* — 13 sq. I Cor, v, 78, *Pascha nostrum immolatus est Christus: epulemur in azymis sinceritatis.* — 17. Cass.: *Al., o vera et digna.* — 20. A nobis stant O., E., W. 2, Md., Pd., Thom.; reliqui, *redit ad.* Sed continet ex mea sententia versus tria asyndeta, quæ procedunt a minori ad majus. Non solum fracta sunt tartara, sed etiam plebs in vincula conjecta liberatur, accedit tertium: reduntur ipsi vitæ beatæ dona. Locus est palmaris de descensu glorioso ad inferos. — 21. Cass., Lg., Cs., Thom., Beb., Torr., *consurgit*; Fr., *dum surgit.* — 22. O., per epegesin, *tartaro.* — 23. O., *tradens*; Fabr., *tyranni tr. v.*; Lud.: *Al. tyrannum trahens vinculo.* Cf. jubulum paschalem, *Also heilig ist der Tag, der die Holle überwandt und den leidigen Teufel darinne band.* — 25-28. Om., Fabr. Ut clausula annexitur strophæ plurimis hymnis paschalibus. 28. O., Md., *defendas.*

LXIII. — In Breviariis non reperi hymnum (excepto Cs.), quamquam ad investigandum magnam diligentiam adhibui. Illud enim permirum accidit apud tres auctores diverso modo esse pronuntiatum: præter nos enim quos novimus, Cassandrum (Bebelium et Clichtovæum) et librum S. Benedicti. Thomasius ita carmen exhibet: 1-4, cons. cum Cass.; 5-8, *Psallamus hoc discipuli, Laudem dicamus martyri, Qui primus post redemptorem, Christi secutus est crucem*; 9-16, ut apud Cass.; 17-20, *Ipse martyr egregius, Amore Christi prædicans, sancto repletur Spiritu, Viretum gerens angelicum*; 21-28, ut apud Cass.; 17-24; 29-32, *Iste paratus vertice, Gaudens suscepit lapides, Rogans pro eis Dominum, Gaudens tradidit Spiritum.* Versus Cassandri 25-36 desiderantur. Quo in librorum dissidio ea mihi perplacuit opinio duas de S. Stephano cantilenas a librariis confusas esse atque permixtas: nam alias quoque hæc est hymnographorum consuetudo, ut senten-

Hic primus almo sanguine Christi secutus gloriam, Viam salutis cæteris Amore mortis præbuit.	5	Cantemus canticum novum, Quod dulce sit psallentibus, Opem ferat credentibus.		Captis solebat piscibus Patris senectam pascere, Turbante dum natat salo Immobili fide stetit.	5
Hic enim per apostolos Probatus in laude Dei, Vexilla mortis rapuit Ut præferretur omnibus.	40	Hic primus almo sanguine Christi secutus gloriam Viam salutis æternam Contemptu mortis præbuit.	40	Ilamum profundo merserat, Piscatus est verbum Dei, Jactavit undis retia, Vitam levavit omnium.	10
O præferenda gloria, O beata victoria, Hoc meruisse Stephanum Ut sequeretur Dominum!	15	Hic cum supremis vocibus Verbum salutis ederet, Judæa claram cæcitas Viam veritatis repulit.	15	Piscis bonus pia est fides, Mundi supernatans salum, Subnixa Christi pectore Sancto locuta Spiritu.	15
Ille, levatis oculis, Vidit Patrem cum Filio, Monstrans in cælis vivere Quem plebs quærebat perdere.	20	Sed ille cælum intuens, Vidit paratam gloriam, Nostrisque præstans sæculis, Sublimem usum prodidit.	20	« In principio erat Verbum « Et Verbum erat apud Deum, « Et Deus erat Verbum, « Hoc erat in principio apud Deum	20
Judæi magis sæviunt Saxaque præstant manibus, Currebant ut occiderent Verendum Christi militem.	30	Invadit ergo perfida Plebes docentem martyrem, Et nuper agni sanguine Manus cruentas exerit [Fort. eri- git.	30	« Omnia per ipsum facta sunt; » Sed ipse laude resonet Et laureatus spiritu Scriptis coronetur suis.	20
At ille Christo protinus Tradit beatum Spiritum, Pro persequentium crimine Precem secundam dirigit :	25	At ille Christo protinus Tradens beatum Spiritum Pro persequentium crimine Precem secundam dirigit :	25	Commune multis passio, Cruorque delictum lavans : Hoc morte præstat martyrum Quod fecit esse martyres.	25
Deus, creator omnium, Dimitte cæcis hoc malum, Et hoc nefas, quod aspicias, Indulge meis precibus.	30	Deus, creator omnium, Dimitte cæcis hoc malum Et hoc nefas, quod aspicias Indulge meis precibus.	30	Vinctus tamen ab implis Calente olivo dicitur Tersisse mundi pulverem, Stetisse victor æmuli.	30
Præsta, Pater, per Filium, Præsta per alium Spiritum, Cum his per ævum triplici Unus Deus cognomine.	35	Præsta, Pater, per Filium, Præsta per alium Spiritum, Cum his per ævum triplici Unus Deus cognomine.	35	Gloria tibi, Domine, etc.	

(Liber S. Benedicti.)

LXIV.

Stephani corona martyris,
Quod nomen ejus indicat,
Christi decoram gloriam
Gratis canamus laudibus.
Stephano primo martyri

De S. Joanne apostolo.

Amore Christi nobilis
Et Filius tonitruï,
Arcana Joannes Dei
Fatu revelavit sacro.

LXV.
De S. Agnete.

Agnis beatæ virginis
Natalis est, quo spiritum
Cælo refundit debitum
Pio sacra sanguine.
Matura martyrio fuit,
Matura nondum nuptiis,

tiarum verborumque similitudine pellecti, diversa poetarum carmina commisceant. Primum hymnum ita constituere velim : 1, *Stephano primo martyri*; 2, *Psallamus hoc discipuli*; 3, *Hic enim per apostolos*; 4, *O præferenda gloria*; 5, *Ipse martyr egregius*; 6, *Ille levatis oculis*; 7, *Judæi magis sæviunt*; 8, *Iste paratus vertice*. Hymnus secundus : 1, *Stephani corona martyris*; 2, *Hic primus almo sanguine*; 3, *Hic cum supremis vocibus*; 4, *Sed ille cælum intuens*; 5, *Invadit ergo perfida*; 6, *At ille Christo protinus*; 7, *Deus creator omnium*; 8, *Præsta, Pater, per Filium*. Nos recte vidisse testis est Cs. primum carmen exhibens et Ellingerus, qui libro secundo hymnum, quem primum posui, mutatis tamen, ut solet, verbis exprimit : 1, *Te proimartyr unice canam*; 2, *Psallamus hoc frater die*; 3, *Apostolis hanc gloriam*; 4, *O præferenda gloria*; 5, *Tu martyr inclytus pio*; 6, *Levans ocellos cum patre*; 7, *Tum sævit ardens concio*; 8, *Paratus ille verticem*. — HYMNI PRIMUS. 3. Cass., *Beb., quam dulciss.* — 9, 10. Act. vi, 6 : *Hos statuerunt ante conspectum apostolorum et orantes imposuerunt eis manus*. — 11. S. Stephanus est martyrum antesignanus, qui candidato martyrum exercitui vexilla præfert. Similiter in hymno *Sancte Dei pretiose* : *Tu cælestis primitivus signifer militiæ*. — 16. Sequebatur tamquam primus martyr. — 20. Act. vi, 15 : *Et intuentes eum omnes viderunt faciem ejus tamquam faciem angeli*. — 21-24. Act. vii, 55. — 24. Cass., *gaudebat*. — 26. *Beb., pressant*. — 27. Cass., *conjurant*. — HYMNI SECUNDUS. 8. Cass., *amore mortis*; Lib. S. Benedicti in quo Cassander carmen indagavit, *contemptum*. — 15. Cass., *at ille cælum intuens*. — 22. Cass., *tradit*. — 23. *Clicht., propter metrum, persequentum*. — 24. Cass., *preces sec.*

A — 30. Cass., *indulge*.

LXIV. — Exstat carmen apud Thomasium, Cassandrum, Ellingerum lib. iii (in quo fere nihil in hymnis mutavit) et in Brev. Cs. — 2. Marc. iii, 17, *Boanerges, quod est filii tonitruï*. — 12. Thom., *hominum*, sed Vat. 82, *omnium*. — 14. Cass., *Ell., salo*. — 16. V. 82, *locata*. — 17-22. Ne offensionem tibi sit versus male tornatus, agnosce ipsissima verba Scripturæ sacræ Joann. 1. 1-3. Sæpissime Ambrosianus sancti Spiritus eloquia, immutata atque integra inseruntur. — 28. Evangelio suo et apostolica doctrina. — 29-32. Brev. Romanum in Officio S. Joannis ante portam Latinam mira brevitate hæc refert : « Refert Tertullianus, quod Romæ missus in ferventis olei dolium purior et vegetior exiverit quam intraverit. » Ne tamen paulo obscurior remaneat locus ex aliorum testimonio, S. Joannis æmulum intellige Cratonem philosophum. Ita enim Fr. : « C. philosophus in foro proposuerat de contemptu hujus mundi spectaculum, ut duos juvenes fratres ditissimos, quos fecerat distracto patrimonio gemmas emere singulas, quas in conspectu omnium frangerent populo. Quod, cum faceret pueri, contigit ut inde transitum haberet S. apostolus. Et convocans ad se C. ait : Stultus est iste mundi judicio contemptus, qui hominum ore laudatur et divino judicio condemnatur. Cum aliquantulum litigassent : Crato : Fac, inquit, gemmas redintegrari, ut quod ego feci ad famam hominum, tu facias ad gloriam ejus fieri, quem tuum magistrum esse commemoras. Tunc B. Joannes, colligens fragmenta gemmarum et ponens in manu sua, elevavit oculos ad cælum et dixit.... Sequitur oratio, a Deo exaudita. Coaluerunt enim gemmarum fragmenta.

LXV. — Antiquo cultu splendet in Ecclesia S. A.

Nutabat in viris fides Cedebat et fessus senex.		Ut Deo dicatam virginem Rabido ore perimeret.		Nullumque demus callido Hosti locum tyrannidis.	15
Meu parentes territi, Claustum pudoris auxerant, Solvit fores custodie Fides teneri nescia.	10	Siatim adsunt miseri Ejus qui vellent perdere Religionem sanctissimam, Quam tenet ab infantia.	15	Dicamus omnes cernui Clamemus atque singuli, Ploremus ante judicem, Flectamus iram vindicem.	20
Prodire quis nuptum putet Sic læta vultu ducitur, Novas vero ferens opes Dotata censu sanguinis.	15	Sisti jubet martyrem Suis tribunalibus Et eam sic alloquitur, Ut dis cervicem flecteret.	20	Nostris malis offendimus Tuam, Deus, clementiam, Effunde nobis desuper Remissor indulgentiam.	
Aras nefandi numinis Adolere lædis cogitur: Respondet: Haud tales faces Sumpserit Christi virgines.	20	Sed dum nil valet insania In mamma torquet virginem, Et testas acutissimas Igni succensus adhibet.		Memento quod sumus tui Licet caduci plasmatis, Ne des honorem nominis Tui, precamur, alteri.	25
Hic ignis exstinguit fidem, Hæc flamma lumen eripit, Hic, hic ferite, ut profuso Cruore restinguam faces.		Cujus medendis artibus Sanctus adest apostolus, Qui verbo curat vulnera Quæ tyrannus infixerat.	25	Laxa malum quod gessimus, Auge bonum quod poscimus, Placere quo tandem tibi Possimus hic et perpetim.	30
Percussam quam pompam tulit, Nam veste se totam legit, Curam pudoris præstitit Ne quis relectam cerneret.	25	Dehinc ad sepulcrum veniens Juvens splendidissimus, Mentem sanctam prædicat Patriæ salutem plurimam.	30	<i>Ejusdem hymni alia lectio.</i> (Ex Brev. Rom.) Ex more docti mystico Servemus hoc jejunium, Deno dierum circulo Ducto quater notissimo.	
In morte vivebat pudor: Vultumque texerat manu, Terram genuflexo petit Lapsu verecundo cadens. Gloria tibi, Domine, etc.	30			Lex et prophetæ primitus Hoc prætulere, postmodum Christus sacravit, omnium Rex atque factor temporum.	5
		LXVII. <i>Hymnus Quadragesimalis.</i> (Ex Libr. vet.)		Utamur ergo parcius Verbis, cibis, et potibus Somno, jocis, et arcibus Perstemus in custodia.	10
		Ex more docti mystico Servemus hoc jejunium, Deno dierum circulo Ducto quater notissimo.		Vitemus autem noxia, Quæ subruunt mentes vagas; Nullumque demus callidi Hostis locum tyrannidi.	15
		Lex et prophetæ primitus Hoc prætulere, postmodum Christus sacravit, omnium Rex atque factor temporum.	5	Flectamus iram vindicem, Ploremus ante judicem Clamemus ore supplici, Dicamus omnes cernui:	20
		Utamur ergo parcius Verbis, cibis, et potibus, Somno, jocis, et arcibus Perstemus in custodia.	10		
		Vitemus autem pessima, Quæ subruunt mentes vagas;			

LXVI.

De S. Agatha.

Agathæ sacræ virginis
Diem festum colimus,
In quo, devicto tyranno
Palmam subit martyrii.
Quintianus tyrannus,
Consularis Siciliæ,
Audiens famam virginis
Fremere cœpit invidus.
Vitorum affectibus
Mentem vexabat invidam,

gnes, Virgo et Martyr. Tenet locum in canone, officium in Sacr. Gregorii proprium cum præfatione propria, ex decreti Pii V cultum duplicem, psalmos de communi virorum sanctorum martyrum. Accedit singularis honos, quod octavo die celebratur ritu simplici *Agnæ secundo*, ob apparitionem Agnetis paronibus factam et Constantiæ. Nam Octavam illud festum appellari vetant Rubricistæ, et recte, cum diebus usque ad 28 diem Januarii, nulla fiat S. Agnetis mentio. Tamen in permultis vetustis brevioriis ponitur *octava Agnetis*. Noster de S. Martyre hymnus exstat in Brev. Ca. apud Thomasiuum et Ellingerum. — 1. Patres gignendi casum vocis *Agnes* duplici ratione fingunt, *Agnes, Agnetis, Agnis, Agnæ* ut ab *Agatha, Agathæ* et *Agathæ*. Vide quæ annotarunt PP. S. Mauri passim ad Gregorii Sacramentum. — 5. 6. Tredecim erat annorum. Cf. Ambrosii de Virg. 1, 2: « Nondum idonea pœnæ et jam matura victoriæ, » — 15, 14. Idem: « Non sit ad thalamum nupta properaret ut ad supplicii locum leto successu virgo pervenit » — 13. Vat. 82. Ell., Thom., nuptam. — 25. Vat. 82, *pompa*. Ita legitur in Legenda S. Agnetis: « Jus sit præfectus eam exspoliari et nudam duci ad lupanar. Tantam autem densitatem capillis ejus Dominus contulit, ut melius capillis quam vestibus tegetetur. » Cs., *percussa*. — 26. Cs., *legens*.

LXVI. — Brev., C., Thomasius, e cod. Vat. 82, et Ellingerus libro secundo, in quo omnes hymnos ad carminis leges exegisse scimus. Cæterum vides fere omnibus versibus lucem allatam esse annotationibus hymno 11 aspersis. — 22. Vat. 82, *mammam*.

A — 31. Id., *prædicans*. — 29-32. Fr.: « Posuerunt Christiani corpus in sepulcro novo. Cumque collocaretur, venit quidam juvenis sericis vestibus indutus, quem sequebantur amplius quam centum pæri albati et pulchri. Et introivit ad locum ubi condiebatur, et posuit ibi tabulam brevem marmoream, ubi scriptum est: *Mentem sanctam spontaneam, honorem Deo et patriæ libationem*. Et tam diu ibi stetit juvenis donec sepulcrum ejus cum diligentia clauderetur. Et abscedens ulterius non visus est in tota provincia Sculorum, unde non est dubium quin angelus Dei fuerit. »

LXVII. — Plurimæ Ecclesiæ canebant hunc hymnum tempore Quadragesimali (usque ad dominicam Passionis) ad Nocturnum, idque fit etiam hodie in Romana Ecclesia. In quibusdam diœcesibus (ut in Halberstadensi, Magdeburgensi, al.) duabus tantum septimanis in Quadragesima in psalenticum ore versabatur. — 5, 4. Periphrasis quadragesimalis jejunii Ecclesiæ. — 4. H., Hil., *novissimo*. — 6. Fabr., *perulerunt*; Hil., Aug., *prætulere*. — 5-8. Coru.: « Laudat hæc jejunium ab auctoribus præstantia: scit Mosem, Eliam prophetam et Christum ejus auctores; tot enim ipsi dies jejunaverunt. Exod. xxiv, 3; Reg. xix, 18. » — 11. Lud. in margine, *et arcibus*. — 12. H., *præstemus*. — 14. Hil., *Wimpf*, *quæque*. — 16. Thom., Aug. et Brev. Minorum præter, *callidi hostis... tyrannidi*. — 20. Lips., *flectimus*. — 21. Vimpf., *Deus tuam*. — 25. Ps. cxiu, 1. — 29. Thom., Aug., omnia Brev. Minor., *quod fecimus*. — 32. Lips., *poscimus*; Gron., *nunc et perpetim*. — 35-36. In permultis libris desiderantur.

Nostris malis offendimus
Tuam, Deus, clementiam.
Effunde nobis desuper
Remissor indulgentiam.

Memento quod sumus tui
Licet caduci plasmatis,
Ne des honorem nominis
Tui, precamur, alteri.

Laxa malum quod fecimus,
Auge bonum quod poscimus.
Placere quo tandem tibi
Possimus hic et perpetim.

[Præsta, beata Trinitas,
Concede, simplex Unitas,
Ut fructuosa sint tuis
Jeiuniorum munera.]

LXVIII.

In Natali S. Ambrosii.

Miraculum laudabile
Canite, omnes populi,
Quod datum est Ecclesiam
Fluctuanti in sæculo:

Ambrosium vatem magnum, 5
Prædestinatum a Deo,
Tempore quo diabolus
Foedaverat templa Dei.

Christus qui numquam deserit
Quos suo redemit sanguine, 10
Direxit virum inelytum
Ut Arium destrueret.

Infulus dum gerit sæculi
Acquisivit paradisi, 15
Jus dum portat gladii
Suscepit Evangelii.

Mysterium incognitum,
Altissimum quod noverat,
Nondum ablatus lavacro
Pontifex eligitur. 20

LXVIII. — Reperit Thomasius carmen in cod. A Vat. 82, Muratorius (Anecd. tom. 1, p. 170) codici S. Paulini ascriptum. — 25. Vat. 82, om., tunc. — 34. Id., baptismo. — 35. Id., om., statim. — 37. Id., om., ia.

Ut Græcos omittam, qui sanctum Georgium proprio *μυροδωμάπρωπος* nomine insignitum præ cæteris colunt, vel ex celebratissimo illo Germanica: gentis cantico: *Georgio suor ze male mit nichilhelmo herige*, etc. (Hoffmann Fundgruben u. sw. I, p. 10), satis apparet, etiam Occidentalem Europam S. Georgium ab initio summo honore tam dignum censuisse quam quem censuerit dignissimum. Atque hymnum illum (qui apud unum Thomasium invenitur) Latinorum fortasse antiquissimum esse de S. Georgio, non dubitamus profiteri, cum aliis de causis tum quia hymnus magna et quæ ab noto illo cum dracone certamine prorsus abhorreat simplicitate S. Georgii vitare explicat. Omninoque aut incuria aut iniquitatis crimen subit si quis mirabilem illam cautionem, qua Italorum sæculi xv breviorum plurima in enarrandis S. Georgii factis et factis untur vel prætermiserit vel ea certe qua par est laude non ornaverit. Ita enim pene in omnibus scriptum legitur: « In Perside civitate Diopoli passio S. Georgii M., cujus gesta passionis etsi inter apocryphas connumerentur scripturas, tamen illustrissimum ejus martyrium inter coronas martyrum Ecclesia Dei venerabiliter honorat. » Quid quod Breviarium quo hodie untur Romanum, cum Germana et Anglica vetusta in referendis S. Georgii miraculis veritatis fines mirum in modum egrediantur, his de rebus ne tantillum quidem exhibeat. — 9-12.

• Juvat omnino moderationem et (pene dixerim) sobrie-

Ingressus est ecclesiam
Plebem sedare turbidam,
Cunctorum ora conclamant
Ambrosium episcopum.

25 Arii tunc perfidia
Purgatur de ecclesia,
Cuncta concrepant agmina,
Nec desunt Christi munera.

30 Nox tetra cedat lumini,
Confundantur hæretici,
Adest piissimus,
Qui purget mentes infidas.

35 Virtus ex alto data est
Confundantur in baptismo.
Nam statim ut renatus est
Cœpit fugare dæmones.

Suscepit is Ecclesiam
Gubernavit intrepidus,
Confessor esse meruit,
Dum Arianis non cedit. 40

Gloria tibi, Domine, etc.

LXIX.

In Natali S. Georgii Martyris.

Gesta sanctorum martyrum
Meminisse jucundum est,
Et in eorum laudibus
Deo canere gloriam.

Georgius Christi miles
Ortus est Cappadocia,
Qui vana mundi respuens
Mercatus est cœlestia.

Pecuniam quam tulerat
Propter honorem fragilem, 10
Fide repletus Domini
Stipem dedit pauperibus.

Tum compulsus a principe
Saxis vota persolvere,

Quos ille per fidem Christi 15
In profundum mersit abyssi.

Ira accensus Tyrannus
Pœnas innoxii martyri, 25
Flagella sæva, carceres,
Seras sive sartagine.

Quos ille non tremuit,
Confortatus a Domino,
Sed et magis in populo
Fructus divinos intulit.

Reginam Alexandriam 25
Vocavit ad martyrium,
Contempsit mundi thesauros,
Dei coronam meruit.

Bis denis annis et uno
Triumphat mundi principem: 30
Corvix cæsa gladio
Migravit ad cœlestia.

LXX.

De S. Joanne Baptista.

Almi prophetae progenies pia
Clarus parente et nobilior patre,
Quem matris alvus, claudere ne-
[scia,

Ortus herilis prodidit indicem.
Cum virginalis regia gloriam 5
Summi Tonantis nomine pignoris
Gestaret, aula nobilis intimo

5 Claustro pudoris fertillis integro,
Vox suscitavit missa puerperæ
Fovitque vatis gaudia parvuli, 10
Matres prophetant munere pigno-
[rum,

10 Mutus locutus nomine filii est.
Scribendus hic est vocis ut augeat
Nosræ canores, duraque vincula
Dissolvat oris, larga prophetici 15
Verborum habenis litera nominis.

Msb.: « Georgius, factus tribunus, militiam suam bene regebat. Videns autem quod Christum nemo nominabat, dedit omnem substantiam suam pauperibus et ad martyrium se præparabat. » — 15. Nomen ejus in legenda Dacianus. — 15, 16. Pelbartus in serm. de S. Georgio I: Flexis genibus Christum oravit G., statimque ignis de cœlo descendit et templum cum aliis et sacerdotibus concremavit. Terræque se aperiens omnes eorum reliquias deglutivit. » — 20. Pelb. l. I. « Jussit eum poni in sartagine plumbo liquefacto, qui, signo crucis edito, virtute Dei cepit in ea quasi in balneo relaxari. » — 19. — Fortunatus (Fabr. p. 713) de S. Georgio: Carcere, cæde, fame, vinclis, site, frigore, flammis Confessus Christum duxit ad astra caput. » — 25. A. uxor Daciani credidit in Ch. et martyrio coronata est. — 29. Thom., ternis, quod cum minime conveniat S. Georgio, mendose scriptum est a librario.

LXX.—Carmen de S. Joanne elegantissimum exhibet Brev. Cs.; ex cod. Vat. 82 descripsit Thomasius. — 2. Parens Aaron, pater Zacharias. — 3. Claudere sc. fetum. — 5. Cs. regiam. — 15. Vat. 82, prophetici. — 18. De angelis intellexit poeta locum Matth. xi, 11: Qui autem minor est in regno cælorum, major est illo. — 23, 24. Matth. xiv, 4, Non licet tibi habere eam.

tatem brevissimi Romani propriam agnoscere atque approbare: quæ cum in eligendis rebus conspicua sit tum in eo cernitur, quod octavas, quæ in breviori diocesanis ad tadium usque locum habebant, rarissima adhibet. Ne desit exemplum, in calendario Misnensis Ecclesie præter Octavas Brev. Romani enumerantur hæc: Dorothea, Joannes a. P. Latinam, Visitato Anna, Donatus, Wenceslaus, Hieronymus, Hedwigis, Martinus, Catharina, Andreas, Barbara.

Vox namque Verbi, vox sapientiae
 [est,
 Major prophetis et minor angelis,
 Qui praepravit corda fidelium
 Stravitque rectas iustitiae vias. 20
 Assertor aequi non ope regia
 Nec morte dura linqere tramitem
 Veri coactus: Non licet, ait, tibi
 Uxorera habere fratris adulteram.
 Hinc ira regis saevaque funera 25
 Saltationis munere vendita,
 Mensas tyranni et virginis ebrius
 Luxus replevit sanguine sobrio.
 Haec virlicus dat dona vesanior
 Quam si veneni pocula trade-
 [ret, 30
 Negare praestat quam dare vitri-
 cum,
 Odisse praestat, plus nocet horum
 [amor.
 Sit Trinitati maxima gloria.
 Laus et potestas et sapientia,
 Sit fortitudo ac magnificentia 35
 Uni Deo per saecula perennia.

Electiois vas sacrae
 Petri adaequavit fidem.
 Verso crucis vestigio
 Sinon honorem dans Deo
 Suspensus ascendit, dati 15
 Non immemor oraculi.
 Praecinctus ut dictum est senex
 Et elevatus ab altero
 Quo nollet ivit, sed volens
 Mortem subegit asperam. 20
 Hinc Roma celsum verticem
 Devotionis extulit,
 Fundata tali sanguine
 Et vate tanto nobilis.
 Tanta per urbis ambitum 25
 Stipata tendunt agmina,
 Trinis celebratur viis
 Festum sacrorum martyrum.
 Prodire quis mundum putet
 Concurrere plebem poli,
 Electa gentium caput
 Sedes magistri gentium.

Nam carnifex tyrannidis,
 Fremens ut leo rabiens,
 Advectans secum martyres 15
 Abdon et Sennen perimit.
 Dein ad Xystum properans,
 Vincla, catenas, carcerem
 Minatur, interneciem
 Gladioli sententia. 20
 Tunc pius ille pontifex
 Accersiens Laurentium,
 Levitae fidelissimo
 Commendavit Ecclesiam.
 Uterque consecuti sunt 25
 Agonis sui bravium
 Ensis et craticulae
 Coronam dedit passio.
 [Jungamur ergo socii,
 Hymnum gerentes Domino, 30
 Ut horum interventibus,
 Nostra purgentur crimina.]
 Gloria tibi, Domine.
 Gloria Unigeniti, etc.

LXXII.

De S. Sixto.

LXXI.
 De SS. Petro et Paulo Apostolis.
 Apostolorum passio
 Diem sacravit saeculis,
 Petri triumphum nobilem,
 Paull coronam praefrens.
 Coniunxit aequalis viros 5
 Cruor triumphalis necis,
 Deum secutos praesulem
 Christi coronavit fides.
 Primus Petrus apostolus,
 Nec Paulus impar gratia, 10

Magni palmam certaminis
 Invicta fides contulit;
 Pro Christo dimicantibus
 De coelo datur calculus.
 Sic fortis Xystus athleta,
 Petri sequens martyrium, 5
 Ornavit mox Ecclesiam
 Confessionis titulo.
 Ortus Athenis et altus
 Philosophorum studii,
 Mutavit artem artium
 Praeceptor apostolicus. 10

LXXIII.

De S. Laurentio.

Apostolorum supparem
 Laurentium archidiaconem,
 Pari corona martyrum
 Romana sacravit fides.
 5 Xystum sequens hic martyrem,
 5 Responsa vatis retulit:
 Mœrere, filii, desine,
 Sequeris me post triduum.
 Nec territus poenae metu
 10 Haeres futurus sanguinis,
 Spectavit obtutu pio
 Quod ipse innox persolveret.

LXXI. — Brev. Cs., Thomasius in Hymnario, Bebelius, Cassander, Ellingerus lib. III. — 2. Cs., Bebelius, seculi. — 3. Thom., nostrum. — 5. Thom., Cs., aquales. — 7. Cass., secuti; Bebelius, Cs., praesules. — 11. Locus Act. IX, 15, Vas electionis est mihi iste, ut portet nomen meum coram gentibus, effecit, ut poëta atque in ecclesiasticis officii Paulus solemniter quodam ritu appellaretur vas electionis. — 12. Bebelius, fidei., Ell., illius ad. — 16. sq. Joan. XXI, 18: Cum autem senexis extendes manus tuas et alius te cinget et ducet quo tu non vis. — 19. Cass., ibat. — 20. Cass., in margine: Fort. subivit. — 21. Cass., Roman celsum vertice; Bebelius, Sic Roma. — 24. Cass., et vate tanti nominis; Bebelius, vate tanto nobili. — 25. Cass., tanta per orbis amb., in marg.: Legendum puto urbis. — 26. Cass., mendose, pendent. — 27. Cass., Legendum puto binis, ut alludat ad illud Prudentii Aspicere bifidas plebs Romula funditur plateas lux in duobus feret, una festis. — 28. Cass., celebrantur festa; Ell., inelytorum. — 29. Vat. 82, mundo.

LXXII. — Thomasius in Hymnario. — 6. Quia cruci affixus est. — 13, 14. Decius Caesar et Valerianus praefectus pretorio. — 16. Ita Fr.: « Abdon et Sennen in Corduba civitate Persarum sibi praesentari jussit.... post menses quatuor veniens Decius Romam adducens secum B. Abdon et Sennem catenis vinctos, etc. » — 28. Vat. 82, craticula. — 29-32. Meo iudicio versus est sparius.

LXXIII. — Hymnus, quodulente enarratur S. Laurentii martyrium, legitur apud Thomasium in Hymnario et in Brev. Cs. 1. Suppar apostolus vocatur L. propter miram animi constantiam et dirum quod passus est martyrium, ideoque in Ecclesia omnium martyrum, S. Sebastiani excepto, summus cepit honores. Inde vigilia, inde officium per totum proprium, inde

* Non possum quia huius loci opportunitate sic abuter.

A Octava missa peculiari insignis. Neque vero Italiae in colendo Laurentio cessit Germania. Multae ecclesiae sub ejus patrocinio militabant, in plurimis de eo recitabantur suffragia, ingens temporum numerus ipsi erat dedicatus. (De Germania Septentrionali vide Wiggert Histor. Wanderungen durch die Kirchen des Regzb Magdeburg. Neue Mittheilungen, etc., des Thur. Sachsischen Vereins 1837. IV. S. 119.) Quia etiam post Lutheri tempora, cum sanctorum dies festi jam dudum jacerent obsoleti. S. Laurentius in plurimis protestantium ecclesiis recolabatur. Apud Ludecum invenies liturgiam in festo S. Laurentii canendam atque adeo in bibliis nostris pericopas Martyri nostro aptissime descriptas. — 7, 8. Vat. 82, persolverat. — 29, 30. Ipsos carnifices horrendis craticulae incendiis perustos esse, nusquam in legendis reperi: puto in historiam S. Laurentii irrepsisse ex martyrio trium puerorum. Dan. VI, 47, 48: Et effundebatur flamma super fornacem cubitis quadraginta novam et erupit et incendit quos reperit iuxta fornacem de Chaldeis. — 25. Cs., monstrans. — 26. Cs., profecto. — 51, 52. Ita Antiphona in officio martyris: « B. Laurentius dum in craticula superpositus ureretur, ad impiissimum tyrannum dixit: Assatum est jam, versa et manduca; nam facultates Ecclesiae quas requiris in caelestes thesaurus manus pauperum deportaverunt. »

ut notem foedissimum errorem Græseri (Die katholische Liturgie, etc. p. 352). « Die im Commune Sanctorum stehendem Gebete und Messen sind zu allen Zeiten und für alle Heiligen passend, und es braucht nur statt des Namens im Breviergebet oder der Messe der Name des Heiligen eingeschoben zu werden, so dass dasselbe Formular heute eine missa de S. Laurentio, morgen de S. Anna etc. sein kann. » Nemo potuit talia tam consecrabare, nisi qui Brev. Romanum quasi per transennam et se per transennam quidem inspererit.

Jam tunc in illo martyre
Egit triumphum martyris,
Successor æquus syngrapham 15
Vocis tenens et sanguinis.
Post triduum jussus tamen
Census sacratos prodere,
Spondet pie nec abuit,
Addens dolum victoriæ. 20
Spectaculum pulcherrimum :
Egena cogit agmina,
Inopesque monstrat prædicans :
Hi sunt opes Ecclesiæ.
Vere piorum perpetes 25
Inopes perfectæ sunt opes,
Avarusillus dolet,
Flammæ et ultrices parat.
Fugit perustus carnifex
Suisque cedit ignibus,
Versate me, martyr vocat,
Vorate, si coctum est, jubet.
Gloria tibi, Domine,
Gloria Unigenito, etc.

LXXIV.

De S. Michaelæ archangelo.

Mysteriorum signifer
Cælestium, archangele,
Te supplicantes quæsumus,
Ut nos placatus visites.
Ipe cum sanctis angelis,
Cum jussu, cum apostolis,
Illustra locum jugiter,
Quo nunc orantes degimus.
Castissimorum omnium
Doctorum ac pontificum 10
Pro nobis preces profusas
Devotus offer Domino.
Hostem repellat ut ævum
Opemque pacis dirigat
Et nostra simul pectora
Fides perfecta muniat.
Ascendant nostræ protinus
Ad thronum voces gloriæ
Mentesque nostras erigat

Qui sede splendet fulgida. 20
Hic virtus ejus maneat,
Hic firma flagret charitas,
Hic adsalutis commoda
Suis occurrat famulis,
Errores omnes auferat,
Vagosque sensus corrigat
Et dirigat vestigia
Nostra pacis per semitam.
Lucis in arce fulgida
Hæc sacra scribat carmina,
Nostraque simul nomina 30
In libro vitæ conferat.
Gloria tibi, Domine, etc.

LXXV.

In Natali S. Martini episcopi.

Bellator armis inelytus,
Martinus, actu nobilis,
Quæ gesserit miraculis
Hymnis canamus debitis.
Qui frigoris sub tempore
Dum chilamyde nudum tegit,
Mox Christus ipsa, quam scidit,
Se veste tectum prodidit.
Tres arte sancta pallidos
Resuscitavit mortuos,
De febre Catechumenum
Et alterum suspendio. 10
Orationis ambitu
Latro sepultus proditur ;
Qua non cadebat impetu
Pinus reflexa ducitur. 15
Profana dum succenderet
In aera flammam repulit,
Quo extincta sunt incendia
Imbris fuit præsentia. 20
Humore de paralyti
Curat puellam debilem,
Morbique rasis lomitum
Sancti liquoris unguine.
Pacem leproso dans viro 25
Sordes fugavit ulcerum,
Et quod lavaret morbidum

Jordanis est in osculo.
His et per orbem cognitis
Ingentibus miraculis, 30
Possessor alti Spiritus
Nunc regnat in cælestibus.
Gloria tibi, Domine, etc.

LXXVI.

De Dedicatione ecclesiæ

Sacratum hoc templum Dei,
Altaris renovatio :
Nos recurrentes annuas
Laudes Deo referimus.
Altare magnum hoc Dei 5
Sacratum est hac die,
In cujus honore sedulo
Omnes curvamus genua.
Precantes autem Dominum,
Qui solus invisibilis, 10
Ut nos semper in hoc loco
Sanctificari jubeat.
Vota solventes hic Deo
[Et] Sanctis ejus omnibus,
Quorum sacræ reliquiæ 15
Templum ornare hoc Dei.
Omnis qui hic ingreditur
Sanctificatus exeat,
Semper orando Domino
Purificatus maneat. 20
Cæremoniarum hostias
Ad hoc altare jugiter
Nos offerentes pariter
Devotis semper mentibus.
Sanctificet nos Dominus 25
In hoc templo sancto,
In quo et nos solemnius
Sacrum munus offerimus.
Deum, fratres charissimi,
Et Christum ejus Filium 30
Simulque sanctum Spiritum
Hymnis laudemus jugiter.

LXXVII.

De Dicatione ecclesiæ.

Christe, cunctorum dominator
alme,

LXXIV.—Exstat in Brev. Cs., in Thomasi Hymnario et correctus apud Ellingerum. — 5-8. I Cor. xi, 10. — 16. Vat. 82, maneat.—20. Spiritus sanctus. — 30. Vat. 82, agmina.

LXXV. — Hoc de miraculis S. Martini carmen in Germania, Anglia, etc., non fere vulgatum fuisse videtur. Præter Cs. Thomasi hymnarium inest Ellingeri libri tertio. — 6. Ell., contegit. — 11, 12. Ita Pelbartus : Discedens parumper a monasterio et rediens defunctum reperit catechumenum sine baptismo. Quem in cellam ducens sua oratione resuscitavit.... Alium insuper qui laqueo vitam siniverat vitæ restituit. » 13, 14. Fortunatus de B. Martino (Fabr. p. 715) : « Dum latro extinctus falso coleretur honore, Voce huc Martini cogitur umbra loqui, se referens multa scelorum pro mole præemptum, Se quoque nec justum, Se magis esse reum. » — 12, 16. Fort. l. 1. : « Fanaticam pinum sanctus succidere cogens, Justum ibi supposuit rustica turba premi. Cæsa secure arbor, cum jam daret alta ruinam, Ad crucis imperium est ire coacta retro. » — 17, 18. Sulpit. Sev. de Vita B. M. c. 14 : « Cum in vico quodam, fano antiquissimo et celeberrimo ignem immisisset, in proximam, immo adhærentem domum agente vento flammarum globi ferebantur. Quod ubi M. advertit, rapido cursu tectum domus scandit.... tum vero mirum in modum cerneret contra vim venti ignem retorqueri. » — 18. Thom.,

aere. — 19. Thom., quo extincta.—21. Ell., de paralyti humoriflua. Sulp. Sev., Dial. iii, 9 : « Mulier profluvio sanguinis laborans cum Martini vestem, exemplo mulieris illius evangelicæ, contigisset sub momento temporis sanabatur. » — 23, 24. Fortunatus (Fabr. p. 715) : Serpentis morsu tumidum supra agentem. Hic digitus ut posuit pestis iniqua fuit.... unguentumque novum digitis traxisset venenum. Et tactu artificis sic superesse necesse. » — 25, 28. de miraculo illo Parisiis edito cf. Sulp. Sev. de V. B. M. c. 18. Jordanis erat in osculo, quia tempore veteris Testamenti hujus fluminis unda Naaman a lepra liberatus est. IV Reg. v, 14. Similiter Fortunatus : « Quod Jordanes habet sanctus ab ore dedit. » — 27. Ita Vat. 82 et Ell. Thom., et quo.—32. Ell., regnat.

LXXVI. — Habet unus Thomasi in Hymnario. — 16. Vat. 82, ornaret.

LXXVII. — Continet cod. W. 1 et Cs. — Contuli Cassandri, Thomasi et Rambachii libros ; Bebelius quatuor strophas priores continet, Ellingerus lib. II carmen immutavit. — 2. Vat. 82, æternæ. — 4. W. 1, Beb., pariterque. — 5. Beb., quæ. — 7, 8. W. 1, Cass., annuo cujus redeunt colenda tempore festa. — 11. W. 1, Cass., beatum. — 15. Cass., et creatur. — 21. W. 1, savi. — 26. Al., immensi. — 27. W. 1, Thom., vitæ quæ. — 34. Cass., animas vultu. — 37. Vat. 82, cruciet molestas. — 42. Cass., aulam.

Patris æterni gentibus ab ore,
Supplicum vota pariter ac hym-
num

Carne benignus.

Carne quod puro Deus in honore &
Plebs tua supplex resonat in aula,
Annua cuius revehant colendum
Tempora festum.

Hæc domus rite tibi dedicata
Noscitur, in qua populus sacra-
tum 10

Corpus assumit, bibit et beati
Sanguinis haustum.

Hic sacrosancti latices veteras
Diluunt culpas, perimuntque noxas
Chrismate vero genus ut crea-
tur 15

Christicolarum.

Hic salus ægris, medicina fessis,
Lumen orbatis veniaque nostris
Fertur offensis, timor atque mæror
Pellitur omnis. 20

Dæmonis sæva perit hic rapina
Pervicax monstrum pavet, et re-
tenta

Corpora linquens fugit in remotas
Ocius umbras.

Hic locus nempe vocitatur aula 25
Regis æterni, niveaque cœli
Porta, quæ sanctos patriam peten-
tes

Accipit omnes.

Turbo quam nullus quatit, aut va-
gantes
Diruunt venti penetrantque nim-
bi, 30

Non tetrus lædit piceus tenebris
Tartarus horrens.

Quæsumus ergo, Deus, ut sereno
Annua vultu, famulos gubernans
Qui tuo summo celebrant amore 35
Gaudia templi.

Nulla nos vitæ crucient molesta,
Sint dies læti placidæque noctes,
Nullus ex nobis pereunte mundo
Sentiat ignes. 40

Hæc dies in qua tibi consecratam
Conspicis aram, tribuat perenne
Gaudium nobis vigeatque longo
Temporis usu.

Gloria summum resonet Paron-
tem, 45

Gloria Natum pariterque sanctum
Spiritus dulci modulemur hymno
Omnia per avum.

LXXVIII.

De communi unius martyris.

(Ex Libr. vel.)

Deus tuorum militum
Sors et corona, præmium :
Laudes canentes martyris
Absolve nexu criminis.

[Hic testis ore protulit
Quod cordis arca credidit,
Christum sequendo reperit
Effusione sanguinis.]

Hic nempe mundi gaudia
Et blandimenta noxia
Caduca rite deputans
Pervenit ad cœlestia.

[Tempus tyranni vincula,
Diras catenas, verbera,
Et voce clara nuntiât
Deum creasse omnia.]

Pœnas cucurrit fortiter
Et sustulit viriliter,
Pro te effundens sanguinem
Æterna dona possidet.

[Ex hoc furor vesanis
Jussit periri martyrem
Justumque terris obrui
Quem regna cœli continent.]

Ob hoc precatu supplici
Te poscimus piissime,
In hoc triumpho martyris
Dimitte noxam servulis.

[Ut partem hujus muneris
Hæreditemus congrui,
Lætetur in perpetuum
Juncti polorum atriis.]

Ejusdem hymni alia lectio.

(Ex Brev. Rom.)

Deus tuorum militum
Sors et corona : præmium,
Laudes canentes martyris
Absolve nexu criminis.

Hic nempe mundi gaudia
Et blanda fraudum pabula
Imbuta felle deputans
Pervenit ad cœlestia.

Pœnas cucurrit fortiter
Et sustulit viriliter

Fundensque pro te sanguinem
Æterna dona possidet.

Ob hoc precatu supplici
Te poscimus, piissime,
In hoc triumpho martyris
Dimitte noxam servulis.

Laus et perennis gloria, etc.

LXXIX.

Hymnus de Confessoribus.

(Ex Libr. vel.)

5 Jesu, corona celsior
Et veritas sublimior,
Qui consistenti servulo
Reddis perenne præmium,

10 Da supplicanti cœtui
Obtentu hujus optimi,
Remissionem eriminum
Rumpendo nexum vinculi.

15 Anni recurso tempore
Dies reluxit lumine,
Quo sanctus hic de corpore
Polum migravit præpotens.

20 Hic vana terræ gaudia
Et tentata prædia
Polluta cuncta deputans
Ovans tenet cœlestia.

Te, Christe, rex piissime,
Hic confitendo jugiter
Calcavit hostem fortiter
Superbum ac satellitem. 20

25 Virtutum actu et fide
Confessionis ordine,
Jejuna membra desereas,
Dapes superbas obtinet.

30 Plus currit in certamine
Confessor iste sustinens,
Quam martyr ictum sufferens,
Mucrone fudens sanguinem.

Proinde te, piissime,
Precamur omnes supplices : 30
Ut hujus almi gratia
Nobis remittas debita.

Ejusdem hymni alia lectio.

(Ex Brev. Rom.)

5 Jesu corona celsior
Et veritas sublimior,
Qui consistenti servulo
Reddis perenne præmium,

10 Da supplicanti cœtui,
Hujus rogatu, noxii

LXXVIII. — Hymni qui vocantur de Communi, A fere omnes in vetustissimis libris longiores, in recentioribus in paucos versus contracti sunt, cumque hoc certum esse videatur, antiqua brevitaria carminum exhibere formam genuinam, illud non minus apertum est carminum auctores minime Martyres, Confessores, etc., in universum celebrasse, sed cogitasse de uno aliquo sancto, cultusque ecclesiastici moderatores, resectis versibus qui Officio de Communi minus viderentur apti, reliqua in usum publicum recepisse. Quod atinet ad hymnum: *Deus, tuorum militum*, quænam martyrem poeta laudaverit ne conjectura quidem licet assequi; versus uncis inclusos reperi in cod. W. f atque apud Thomasinum. — 2. Al, *spes et corona*. — 9. W. 1, *hinc*. — 25. W. 1, *hinc nos precantes supplices*.

LXXIX. — Ex hodierno Ecclesiæ ritu recitatur carmen in Natali confessoris, non pontificis, ad Laudes, quam religiosam in confessorum numero separationem cum veteres prorsus ignorent, factum est, ut raro legatur hymnus in membranis vetustis. Ex-

cipias tamen antiqua ordinis S. Benedicti Breviaria, ipsi S. Benedicto hymnum assignantia. Neque auctoris factum esse credideris siquidem, quæ supra de hymnis communi sanctorum officio accommodatis annotavi, ad meam sententiam animum tuum perdulerunt. — 9-12. Gavanti Th. R. m, p. 360 : « In translationem festis et quando officia confessorum transferuntur in aliam diem, mutatur versus in hymno, *Iste confessor*, ut in Brev. Urbani VIII jussa recognito, ne mendacium dicatur, quod eo die obierint : in hymno Laudum confess. non pontificem videbatur etiam mutandus ille versus : *Dies refulsit lumine*, sed non mutatur, quia non dicimus *hæc dies præcise* in quo fit officium. » — 14. Cass., Bd., *fulculta*. — 15. Thom., *sorde*. — 17. Ab hoc versus incipit Cassander hymnum de Confessoribus secundum, deceptus librorum auctoritate, qui hymni alteram partem dant Matutino, alteram Laudibus. — 25-28. Omisit Brev. Rom., ut gloriosius et non sine martyrum obtreccatione conscriptos.

Remissionem criminis
Rumpendo nexum vinculi.
Anni reversa tempore
Dies refulsit lumine,
Quo sanctus hic de corpore
Migravit inter sidera.
Hic vana terræ gaudia
Et luculenta prædia,
Polluta sorde deputans
Ovaas tenet celestia.
Te, Christe, rex piissime,
Hic confitendo jugiter
Calcavit artes dæmonum
Sævumque averni principem.
Virtute clarus et fide,
Confessione sedulus,
Jejuna membra deferens,
Dapes supernas obtinat.
Proinde te, piissime,
Precamur omnes supplices
Nobis ut hujus gratia
Pœnas remittas debitas.

LXXX.

De Virginibus.
(Ex libr. vet.)

Jesu, corona virginum,
Quem mater illa concepit,
Quæ sola virgo parturit,
Hæc vota clemens accipe.
Qui pascis inter lilia,
Septus choreis virginum,
Sponsus decorus gloria,
Sponsisque reddens præmia.
Quocumque pergis, virgines
Sequuntur atque laudibus
Post te canentes cursitant,
Hymnosque dulces personant.
Te deprecamur largius,
Nostris adauge mentibus
Nescire prorsus omnia
Corruptionis vulnera.

(Ex Brev. Rom.)

Jesu, corona virginum,
Quem mater illa concipit,
Quæ sola virgo parturit,
Hæc vota clemens accipe.
Qui pergis inter lilia,
Septus choreis virginum,
Sponsus decorus gloria,
Sponsisque reddens præmia.
Quocumque tendis virgines,
Sequuntur atque laudibus
Post te canentes cursitant,
Hymnosque dulces personant.
Te deprecamur supplices,

Nostris ut addas sensibus
Nescire prorsus omnia
Corruptionis vulnera.

Laus et perpes honor gloria Patri, 45
Laus æterna tibi gloria, Fili,
Una Spiritui gloria sancto
Sicut semper erat, nunc et in ævum.

LXXXI.

Tempore belli.

Sævus bella serit barbarus hor-
[rens,
Frendens bella furor semper acer-
[vat,
Ac respexit ovans cæde recenti,
Multa strage super lætus antio-
[lans.
Terret continuo fervida bella 5
Gens effrena suis vasta catervis
Siden innummeris æquore ponti
Perturbat rigidis arvaque telis,
Vertit terga suis hostibus ecce
Diris ipsa cohors Christicolarum 10
Ac per prona tremens invia perque
Turpi pulsa fugit fessa pavore.
Gens impune ferax millia vexat
Et erude læcerans millia truncat:
Lymphis lota sacris corpora foedis

Passim nuda jacent tradita corvis.
Ædes inde sacras, templa dicata,
Aras atque Deo sanctificatas,
Exsultans calido cuncta triumpho
Incedit spolians prædo superbus. 20
Urbes urit edax barbarus ignis,
Communesque domos urit et almas,
Vinctos prædo senes ducit ephesos,
Nuptas et viduas atque puellas.
Casum virgo ferum virgo sacrata, 25
Casum virgo suum debet amarum,
Amisumque dolet virgo pudorem,
Leih ferre volens virgo laborem.
Hoc peccata malum grande meren-

Vere nostra, Deus, plurima, sancte,
Sed nunc suppliciter poscimus om-
[nes,
Jam clemens famulos aspice tristes.
Immensus penetret fletus Olympum
Ascendatque pius clamor ad auras,
Musi nam meritis Amalecitis 35
Jesus stravit agens nomina clarus.
5 Jesu, nate Dei cunctipotentis,
Virtus vera, salus summa labore,
Pax et certa quies ac decus omne:
Tu nunc esto tuis fautor alumniis. 40
Emptis parce tua morte, rogamus,
Instaurans animos, pelle timorem,
Hostes comminuens sparge fuga-
[tos,
Pacis perpetuæ munera confer.

LXXXII.

Tempore belli.

Tristes nunc populi, Christe re-
[demptor,
Pacem suppliciter carne rogantes,
Thronos et gemitus carne dolorem,
Moestis auxilium desuper affer.
Diræ namque fremens en furor
[atrox 5
Gentis finitimæ arva minatur,
Sæve barbarico murmure nostra
Vastari perlimens ut lupus agnos.
Defensor quis eris, ut pius ipso
Succurras iniacerans auctor Olympi,

Humano generi crimina parcas,
Affectis veniam dones amore?
Habram præsidio pertulit olim
Roges quinque tuo, conditor ævi,
Haud multis pueris nempe paren-
[tem 15
Prostratis reducens hostibus atris.
Moyses gelidi æquora panti
Confidens populum torrida carpens
Deduxit, refluxens undaque hostem
Extemplo rapiens occultit omnem. 20
Trecentisque viris Amalecitis
Bejecit Gedeon jussus adire,
Oppressum populum gentemque
[ferro

Liberavit ope fretus optima.
Hæc tu, Cunctipotens, omnia solus
25 In cujus manibus sunt universa,
In te nostra salus, gloria in te:
Occidis iterum vivilicasque,
Major quippe tua gratia, Jesu,
Quam sit flagitii copia nostri, 30
Contritos nec enim mœstaque corda
Clemens vel humiles spernere nosti.
Salva ergo tua morte redemptos
Salva suppliciter pacta petentes,
Disrumpe frameas, spicula frange,
35 Confringe clypeos bella volentium.
Jam cælum gemitus scandat ama-
[rus,
Jam nubes penetret vox lacryma-
[rum,
Votum contritio plebis aphela,
Salvator placidus jam miserere. 40

LXXX. — Decantatur in Communi Virginum ad A
Ve-peras. — 1. Ex loco Is. xxviii, 5, In die illa erit
Dominus exercituum corona gloriæ et ærtum exultationis
residuo populi sui, manavit nomen, quo Christus
sæpissime vocatur, corona apostolorum, martyrum,
etc. Cf. Invitatorium in festivitate omnium Sancto-
rum: Venite, adoremus Dominum, quia ipse est corona
sanctorum optium. — 2. Cass., concipit; H., quæ.
— 4. Lud., Fab., suscipe. — 3. Cant. ii. 16, dilectus
meus mihi et ego illi qui pascitur inter lilia. — 7. E.,
M., H., Hl., H., Aug., Bd., Mgd., Torr., Wimpf.,
Hil., sponsus decorans gloria, minus apte, cum v. 8
iterum fiat mentio sponsarum. — 15. apud multos,

sensibus.
LXXXI. — Ex Thomasi Hymnario. — 5. Ita Vat.
82., Thom., fervida bello. — 29. Cf. 22, 29; hanc
peccata famem nostra merentur. — 35, 36. Exode
XVII, 9 sqq. — 41. Cf. 27, 33, Jesu, parce tua morte
redemptis.
LXXXII. — Ex Thomasi Hymnario. — 12. Vat.
82., affectos veniam dones amare. — 12-16. Gen. xiii,
17-20; Exod. xiv. 21-24; Jud. vii, 7 sqq. — 25.
Vat. 82, gentem ferro. — 28. I Reg. ii, 6. — 32. Vat.
82., vel humilis. — 33. Cf. hymn. præced., 41. —
35, 56. Mich. iv, 3.

INDEX ANALYTICUS IN HUNC TOMUM.

A

AARON, id est, Christus; virga Aaron, caro Christi est, 41.

ABARIM in deserto est trans Arnon, 19.

ABEL Christum significavit, 521.

ABRAHAM nihil quæsitivæ percircumcisionem, 47. Creditur quod mundo impossibile videtur, 51. Secundum carnem Judæorum pater est, secundum fidem vero omnium credentium, 49, 50. Credentes filii sunt Abraham, 41, 219. Et ille forma est omnium credentium, *ibid.* Donum quod illi promissum est, filiis ejus in Christo solum est, quamvis illud et ipse consecutus sit, 221. Abraham Christum secundum divinitatem, Isaac autem hominem designat, 622.

Abstes solent contemni, 318.

ABSTINENTIA et sobrietatis arma sumenda sunt adversus spiritalia nequitia, 250. Venter abstinentia contractus humanos in altum elevat sensus, 495. Nullum tam grave delictum est, quod non purgetur abstinentia, eleemosynis exstinguatur, 392. Qui ab illicitis se abstinet, habet laudem: qui vero a licitis temperat, et laudem habet et præmium, 275. Gloria est a licitis abstinere, maxime ad aliorum salutem, 200. Jejunare pietas, 297. Non de esca placet quis, aut displicet Deo, 102, 103. Sunt quidam qui quarta feria carnem non edendam statuerunt, sunt qui sabbatis, sunt iterum qui a Pascha usque ad Pentecosten edant, 101. **V. JEJUNIUM.**

Per ACCIDENTIAM, 146.

ACERAS regis penitentia proponitur in exemplum, 597.

ACTUS boni arma lucis sunt, 100. Tunc profectus adest, si quod agendum est, cum Dei voluntate agatur, 29. Multum obest scire veri rationem, et minime factis illam persequentibus affirmare, 272. Pro actibus nostris Dominus nobis obdormit aut vigilat, 441. **V. OPERA.**

ADÆ peccatum non longe est ab idololatria, 55. Si homo in eo quod factus est perdurasset, non esset potestas inimico ad carnem ejus accedere, et animæ contraria susurrare, 69. Adam peccatum suum ad futura ex se stirpis originem propagavit, 437. Nisi Adam corporaliter cecidisset, Christus nos in ipsa vita non spiritaliter suscitare debuisset, 450. Adam Christum figuravit, 520. In quo? 54, 57. Primi et secundi hominis comparatio, 449. **V. PECCATUM ORIGINALE.**

ADOPCIONIS nostræ signaculum est Spiritus sanctus, 181.

ADVENTUS Domini tempus non sine causa celebratur, 591. Sermones eo tempore ad populum habiti sunt, *ibid.* Quæ pietatis opera tum agenda, *ibid.* Ab uxoribus abstinendum, *ibid.*

ADULTEROS puniunt leges Romanæ, non fornicatores, 214.

ADVERSITAS atque prosperitas immoderata semper periculosa fuit in initiis, 6. Ut tribulatio possit tolerari, precibus insistendum est, 96. Ut ipsa exitia tolerare possimus, Christus suggerit vires, 74. Quis homo non timeat angustias? 188. Cur Deus servos suos ab iniquis humiliari permittat? 505. **V. TRIBULATIO.**

ÆGYPTUS persequeus, sive tribulans, atque coarctans interpretatur, 333. Ægyptii quomodo exstinguantur? 4. **V. APIS.**

ÆQUALITAS mater justitiæ, 3.

AGNETIS martyrium describitur, et laudibus exornatur, 455, 479. Virginibus in exemplum proponitur, *ibid.* Parentibus ad sepulcrum ejus orantibus apparet, 483. Miracula ad idem sepulcrum facta, *ibid.* **V. CONSTANTIA.**

AGRICOLA. V. VITALES.

ALANI multa loca depopulati sunt, 564.

ALLELUIA laudate Dominum sonat, 568.

AMAZONES totam Asiam subjecerunt, 275. Viros ita rabidos effecerunt, ut carne humana vescenda imbuerentur, *ibid.*

AMANTIS plus incitatur charitas, si eum cujus sensit beneficia prohibeat amare, 78. Tota mente operatur, qui ex amore aliquid facit, 273. Non poterit minime diligere amicos, qui prodest inimicis, 55. Ubi contentio et dissensio, amor non est, 169. **V. CHARITAS.**

AMBROSIVS. V. PATRES.

AMEN, hoc est, verum, 80, 157. Sive fideliter, 511.

ANGELORUM lingua, 154. Angeli, qui pleni sunt charitate, ignis appellantur, 335. Principes mali et potestates cum sint adhuc ipsi in firmamento, conversatione tamen in terris sunt, 260.

ANIMA quamvis idem sit ac mens; tamen propter aliud anima dicitur, et propter aliud mens, 612. Refutantur hæretici qui animam hominis portionem Dei esse volunt, aut ante corpus ejus factam, 335. Et qui asserunt animas quasdam natura sua esse malas, quæ ad bonum cogi non possint, 309. Quomodo sancti odio habeant animas suas? 548. Animæ profectus gradus, 13. Ipsa est quæ aut sanctificat aut pollutat corpus, 137. Perfecta ejus sanitas est, qua non potest peccare, quod non nisi in resurrectione succedit, 8. Dum peccat, caro dicitur, 72. Sordibus maculata, libidine carnis fit caro; sicut et corpus recte gubernatum spiritaliter appellatur, 127. Fornicator quæcumque a Deo creatore suo recedit, 507. Ejus languor, 8. Et venenum, 424.

ANNUS novus est kalendis Januarii, 224.

ANTICHRISTUS variis virtutibus se decolorabit, 550. Faciet miracula arte diabolica, 551. Fieri potest ut fingat se mori et resurgere, 532. Eum Deum esse existimabunt, *ibid.* Cur Deus permittit ut genus humanum decipiat? 551. Tempus persecutionis ejus, 550. Post defectionem regni Romani apparebit, 286. Quæ sint septem capita ejus, 549.

ANTIDORI amarus est gustus: sed vitale ac suave est, quod est faucibus insuave, 559.

APIA colebant Ægyptii in similitudinem vaccæ, 35.

APOCALYPSIS quidam e catalogo divinarum Scripturarum amputare voluerunt, 586. Quis ejus auctor? 499. Toti in septenario numero consistit, 479. Et in septem visiones distincta est, 500.

Apocalypsis Eliæ in apocryphis, 118. Ab Apostolo citatur, *ibid.*

APOLLINARIS, 11.

APOLLO exercitatus in Scripturis, 107.

APOLLONIS magus ante Domitianum imperatorem stans repente non comparuisse dicitur, 540.

APOPHORETA, 27. In magna vota maxima dantur apophoreta, 258.

APOSTOLUS, hoc est a Domino missus ad res ejus agendas, 26, 87. Post resurrectionem suam Filius Dei eos nominavit, 28. Quare nullus ex gentibus ad apostolatam electus est? 235. Ex Apostolis Ecclesia nata est, quos primos genuit, 521. Spiritus sanctus in die Pentecostes illis se infudit, ut ad fundandam Ecclesiam sapientes essent et ad regendam fortes, 10. Donum virtutis celestis quod olim in Moyse et in Prophetis exstitit, super eos visibiliter apparuit, 10. Major gratia fuit in illis quam in prophetis, 26. Variis linguis loquebantur, ut per plures linguas mentis devotio solveretur, 470. Omnes Apostoli, exceptis Joanne et Paulo, uxores habuerunt, 198. Vicarii sunt Christi, 121. Ministri justitiæ sunt, 200. Per meritum et gloriam eorum agnoscitur Christi gratia et beneficium Dei, 185. Injuriæ Apostolorum tentationes erant credentium, 171. Gaudium Apostoli purificatio est populi, 175. Christus misit Apostolos nobis magistros, ut eorum imitatores essemus; quis ejus esse non possumus, 147. Duodecim fontes, duodecim Apostolos designant, 7. Cur Apostoli dicendi sint fontes? 417.

APPARENTIA pro apparitione, 161, 240, 290.

APPROBATIO vera illic, ubi remuneratio et condemnatio, 87.

AQUÆ mutatio in vinum, magnum est signum ad credendam Dei majestatem sufficiens, 401. Quomodo hoc signum contineat totum resurrectionis nostræ mysterium? *ibid.* Quomodo etiam pro nobis editum? 402 et seq.

AQUILA serpentum inimica pullos suos soli opponit, 452.

AQUILLA, 50. c. Vir Priscillæ, 107.

ARADA idoneum effectum indicat, 15.

ARAM frater Abraham secundum traditionem Judæorum in igne Chaldæorum, eo quod ignem adorare noluerit, mortuus est, 525.

ARBORIS scientiæ cum crucis arbore comparatio, 450.

ARCHIDIAGONORUM scelera pessima arguuntur, 566.

ARISTOBULUS congregator fratrum in Domino, 109.

ARIS dixit Filium Dei initium habuisse, 504. Et minore Patre, 507. Filium Dei, et *Arizotum* id est, ex nullis exstantibus esse dicebat, 548. E Archipirata est, 455. Pariter abicienda est et stulti Sabellii commixtio, et impij Aci separatio, 522.

Ariani, 113. Quibus rationibus Filium de Patris esse substantia negarent? 554. Iis responderetur, *ibid.* Refutantur quod dicunt: Erat tempus, quando non erat Filius, 321, 327. Libellus adversus eos editus, 345.

ARNON amnis, 19.

ARSAPHAN tubæ clangor, sive tubicinatio est, 12.

ASEROTH beatitudo interpretatur, 11.
ASIA elata interpretatur, 499.
ASIONGABER interpretatur consilia viri, 16.
ASPASIVS vicarius urbis Romæ Agnetem gladio feriri jubet, 482.
 Assentire est, si cum possit reprehendere, taceat; aut audiens, aduleatur, 36.
ASTASIVS comes, 486.
AUGUSTINUS. V. **PATRIS**.
AVARITIA quantum malum sit? 245. Quæ vitia generet? 494. Nutrix est luxuriæ, 567. Cur idololatriæ comparatur? 272. Ambæ Deo amegant, quæ ejus sunt, *ibid.* Omnis avarus impius est, et sibi et cæteris nocens, 502.

B

BABYLON quomodo bis cecidit? 565. Civitatem diaboli designat, quæ ex omnibus impiis constat, 535.
 Babylonii primi Deum vocaverunt figmentum Beli cujusdam, qui principatum in eos dicitur egisse, 35.
BANEIACHAM excolationem designat, 15.
BAPTISMI nostri non iterandi figura fuit mare Rubrum, 7. Cum Jordanis transitu comparatur, 415. Christus sicut olim per mare filios Israel in ignis columna præcessit, ita nunc per baptismum christianos populos in corporis sui columna præcedit, 407.
 Cum baptizatus est Christus, et mysterium lavacri instituit, et humanum genus velut vilem aquam in æternam substantiam divinitatis sapore convertit, 505. Christus venit ad lavacrum, ut nobis aquarum fluentia purificet, 403, 406. Consecratio Christi consecratio major est elementi, 406.

Verba solemnia sunt, quæ dicuntur in baptisate, 114. Rigare est baptizare solemnibus verbis, 121. Nullus per baptismum mundari potest, nisi sub invocatione Patris, et Filii et Spiritus sancti, 528. Ante passionem qui baptizati sunt, solam remissionem acceperunt peccatorum: post resurrectionem vero, tam ii qui prius, quam isti qui postea baptizati sunt, omnes justificati sunt per datam formam fidei Trinitatis, 51. Non mirum si in Domini lavacro mysterium non defuit Trinitatis, cum nostrum lavacrum Trinitatis compleat mysterium, 405.

Inter baptismum Joannis et Christi discrimen, 441. Discipuli in adulterino baptisate sub nomine baptismi Joannis, fuerant non tincti sed sordidati, 219. Salva fide dixerim gratius hoc baptismum esse quo abluimur, quam illud quo Salvator baptizatus est, 441.

Baptismus fundamentum est evangelicæ veritatis, 130. Baptizato datur Spiritus sanctus, 72. Peccata sine labore aut aliquo opere in baptismo donantur, 49. Gratia Dei in illo non querit gemitum, aut plangentem, aut opus aliquid, nisi solum ex corde professionem, 95. Gratis donat peccata, *ibid.* Mors peccati est; 59. Et mundi, 270. Est resurrectionis pignus et inago, *ibid.* Peccatori diluvium est; consecratio fidei, 421. Mendacium valde gravissimum est, cum mentimur ea quæ in baptisate promissimus, 554. Non desunt qui prope quotidie baptizentur ægri, 295. Vivus domitæ mortui baptizatus, 165. Quare nunc neque Clerici vel laici baptizant, neque quocumque die credentes tingantur, nisi ægri, 24.

BARBARI qui dicantur? 30.
BARNABAS apostolus erat, 141.
BEATITUDINIS privilegium perfectum non potest obtinere, quod æternitatis non circumvallat infinitas, 604. Christus pro parvis magnifica, pro terrenis cælestia, pro temporalibus perpetua præmia cum gloria pollicetur, 74. Quomodo vita æterna gratis datur, cum pretium sit bonorum operum, 575. Quomodo regnum cælorum cogatur, et diripiatur? 592, 524. V. **VITA ÆTERNA**.

BELLORUM tumultus et præparationes quid christianum hominem doceant? 475. Quos Dominus ex Israelitis ad præliandum idoneos numerari præcepit? 1. Majus malum intestinum bellum, quam externum, 82.

BENEFICIA si præstantia sunt, quanto magis minime auferenda? 138.

BLANDITIIS solent obtineri, quæ auctoritate non possunt, 296.

BLASPHEMIUM, 41, 45.
BONUM summum philosophi mundi istius non dicunt, nisi pacem, honestatem atque virtutem; et summum malum, nisi malitiam, inonestatem, avaritiam atque turpitudinem, 542. Summum malum mors æterna, summum bonum vita æterna est, 541. V. **BEATITUDO**.

Bonum si contra voluntatem fiat, amarum et malum est, 55. Non magnum evitare malum, nisi adhæreatur bono: illud de timore fit, istud de amore, 96. Mos est ut paulatim aiquis de malo transeat ad bonum, 211. Sicut in homine tria sunt, corpus, anima et spiritus: ita tria sunt quæ ad

bona aut mala perducunt, cogitatio, locutio, operatio, 535. Providentur bona coram Deo et hominibus, si ea quæ licet, sic agantur, ne scandalum faciant, 97. Non potest in aliquo omne bonum obliterari, 81. Non sine merito est, qui cogitat de bonis viris, 505.

Justi semper appellantur boni, non tamen semper boni justi, 53. Quod malo malum est, bono bonum est, 100. Eruditus in bono quis sit? 110. Omnis stultus boni accusator est, 206.

BURGUNDIONES Galliam sibi vindicaverunt, 564.

C

CANI parricidium exagitat, 592, 594. Septem in eo flagitia fuisse ostenditur, 594. Jure septuplum in eum viudicatum, *ibid.* Invidus prius suam animam, quam alterius carnem peremit, 495. Populum Judæorum significavit, 521.

CAPHAS prophetavit non merito, sed dignitate ordinis sacerdotalis, 155.

CAIUS quis fuerit? 110.

CALAMO antiqui scribere solebant, 543.

CALATRA sonat latine virgam et dominium, 12.

CALCULUS lapis parvus, a calculando sic vocatur, 507.

CANTU, **CAPTIANI**, et **CANTIANILLE** martyrium celebratur, 458.

CAPTIVITAS et perturbatio nec pietatem habet nec castitatem, 292.

CAPUT qui tenet, reliquam partem subjectam habet, 266.

CARNIS nomine quæ appellantur? 60. Quid sit in carne esse, 65. Quidquid contra legem Dei est, carnale est, 72.

Omne quod lex prohibet, carnale est, 187. Quidquid sine Christo sit, carnale est, ac per hoc mortale, 284. Sensu bruta est omnis caro, 187. Spiritus sanctus deserit hominem, cum aut sensum carnis habet, aut gesta, 72. Omnia peccata de foris oriuntur ex parte carnis, non ex parte spiritus, 229. Omne peccatum caro dicitur, maxime perfidia, quæ est totius sceleris mater, 354. Caro nostra ancilla nostra esse debet, et quomodo? 535. Quomodo crucifigatur? 60. Nisi carnis concupiscentias quis sepeliverit, ad æternam beatitudinem pervenire non poterit, 11. Qui se a carnis desideriis continet, juxta legem mentis vivit, 71. Subjecta sunt carnalia spiritualibus, 116. Non patitur justitia Dei eum qui carnis vitia vicerit, minime coronari, 272. V. **ANIMA**.

CASTIMONI prædicator, 458.

CATAPHRYGÆ, 39, 115. Ipsæ diaconas ordinari debere vana presumptione defendunt, 295.

CATECHUMENI ad baptismum invitantur, 441. Quam bene catechumenus aquæ, et fidelis vino comparetur? 405.

CEDENDUM semper perstrenentibus et animosis, 275.

CELSI pueruli martyrium, 407.

CEREBORUM in baptismo splendet ornatus, 438.

CERVICOSUS, 130, 514.

CHAM prius merito nomen servi accepit, 255. Peccat et impudentiæ causa servus factus est, 155.

CHARACTER bestię quid? 559.

CHARITAS uno licet vocabulo appelletur, multis tamen consistit, 158. Fundamentum est omnium virtutum et bonorum, 495. Cur tale nomen accepit? *ibid.* Mater omnium bonorum est, 159. Caput religionis et fundamentum est, 155. Quasi mater est animarum, 101. Charitas sine cæteris virtutibus, et cæteris virtutibus sine charitate esse non possunt, 524. Quomodo in fide, spe et charitate æqualitas ascribi possit? 581. Charitas semper secum habet pacem, 275. Qui eam sequitur, omnibus humilis est, 509.

Charitatem possident sancti, et possidentur ab ea, 556. Perfectio salutis per eam operatur, 228. Nulla illam vincunt tormenta, 78. Cur nulla sint, quæ nos possint ab illa separare? 78. Quæ cum charitate fiunt, habent timorem Dei et zelum, 169. Delicata charitas, 472. Pro omnibus mandatis dilectio satisfacit, 99. Quilibet bona videamur habere, mortua sunt, si charitas defuerit, 509.

Charitas vera, sua utilitate contenta, ejus curam agit, quem diligere proficitur, 185. Hoc majus est, quod omnibus prodest, 156. Hic sensu perfectus est, qui id agit, ut pro sit alicui, maxime fratri, 187. Quid aliis facere credatur, qui non parcat suis? 150. Simulata charitas in his est, qui in necessitate deserunt fratres, 185. V. **AMOR**.

CELOS quid? 115.

CHRISTIANUM nomen non sufficit præferre, si opera christiana non facimus, 425. Judæi christiani fuerunt, et nos nunc sumus Judæi, 82. Christianorum actus in cælis sunt, ubi et spes salutis eorum Christus est, 260. Quid est discipulum esse Christi, nisi discipulum esse pietatis et veritatis et humilitatis, 451. Paulus christianos vult per omnia esse meliores, 158. In religione christiana nihil fucatum, nihil in teuebris geritur, sicut apud paganos, 158. Bona vita christiani signum est salutis æternæ, 100. Quid tam

illi gloriosum quam exitia pro Christo illata sibi narrare? 204. Qui christiani vulgibus comparantur? 445.

Causas cur Filius Dei vocetur, 529. Jure sequitur se Deo, 234. Deum non esse credendum a quibus profectum? 41. Deum esse probatur, 84. Et unum esse cum Patre Deum, 79. Christo pater Deus est per naturam, nobis per gratiam, 329, 336. De se docet quid sit, et quantos credendos sit, et quas spes in eo sit, et quales debeant esse credentes, 245. Deus est pacis et dilectionis, 209. Præcepta quasi Deus dedit, non quasi homo, et quem elegit, divino judicio elegit, 210. Cur Dominus? 23. Virtus Dei est, 131. Eterna, 32. Cur? 116. Sapientia Dei est, 112. Cur? 116. Ipse justitia est, et cur? 86. Ad Moysen loquebatur, 144. Dignum fuit ut Deus eum per claros viros mundo promitteret, 27. Promissus est Abraham ex traduce Isaac, 86. Ante incarnationem aut Christus potest dici aut Jesus, 235.

In Christo divinitas etque humana natura sacram inlere commercium, et quodammodo illud sit? 351. Ex duabus naturis, id est, divina et humana mystica ratione compositus unum Christum Filium Dei confluitur, 330. Vera ab illo caro suscepta, crucifixa, sepulta et resuscitata est, 350. Quomodo in eo similitudo carnis? 19. Humanitas ejus per divinitatem non est assumpta, 336. Factas caro, non immutatus est, 184. Secundum divinitatem per omnia seculis est Patri, secundum humanitatem tunc perfectus existit, 312.

Christus homo factus est, ut hominem in Deum assumeret, 191. Et ut nos potestatem super diabolum acciperemus, 331. Incarnatio ejus dominum salus fuit in terra, et Angelorum in celo, 435. Christi sinus erat in Joanne evangelista fides, in Deo Patre divinitas, in Mariâ matre virginitas, 406.

Christus sine viro de Spiritu sancto factus de Virgine, 86. Quemadmodum illam virgo divinitus ediderat; ita eam virgo Maria generavit, 399. Mater ejus virgo est, Pater feminam nascit, 480. Cur? 553, 70, 265. Cor ex semine David, et ex Virgine? 27. Et ex radice Jesse, 106. Cor non Christo nativitas sua proficit, sed nobis, 263. Neque dimittit est Patris, neque profectus Filio, una nascitur, *ibid.* In tali corpore utus est, quale fuit Adam ante peccatum, 70. Matthæi et Lucæ in genealogia ejus concordia demonstratur, 689.

Christus quomodo primogenitus, 77. Quam latenter et secreto natus sit? 397. Pax ab Octaviano Augusto, Christo nascente, per univsum orbem facta est, 356. Quomodo a Nerone interrupta? *ibid.* Cur tempore pacis natus sit? 394. Eo adventiente, christus, id est, unctio regalis cessat, quæ potestas intelligitur, 47. Discipulos inter nativitatem Christi et Joannis Baptistæ, 396. Quomodo Christum creverit, Joannes vero Baptista miratus sit? 393. In nativitate Christi dies crescunt, in nativitate Joannis Baptistæ decreverunt, 395. Christo nascenti defertur gloria per angelos, claritas per stellam, religio per Magos, simplicitas per pastores, 398. Grex populum, nox saculum, pastores erant sacerdotes, 397. Nativitatem ejus pastores ante cognoverunt quam principes; simplex rusticatio ante superba dominatio, 397. In natali suo natus est, et in apulonia renatus, et ipsi copulata est Bœcœlia, 405, 406. Cur parvis involutus sit? 394. Virgo erat per omnia, 428. Nostri non sui causa pauper factus est, 191. Quomodo Pater ejus dicitur esse faber? 393.

Diem natalis Domini solem novum vulgus appellat, 397. Quam recte? *ibid.* Quomodo ad eum celebrandum nos preparare debeamus? 393. Quantis laudibus celebrandum sit? 396. Prolixitas divini officii eo die, 594.

Christus quomodo mortuus predicatus? 86. Quam justam erat, ut Joannes eum baptizaret? 442. Quomodo septem dona Spiritus sancti super illum descendissent? 515. Prima ejus tentatio in deserto expenditur, 428. Cur autem Petri cum festinatione concesserit? 459. Quemadmodum placatus prodest, qui etiam miseretur iratus, et amentem dexteram sanat? 411. Plus addit medicina ejus ad salutem, quam infirmitas detrahit sanitatis, 405. Omnia non sui causa, sed nostræ gratia salutis officiebat, 405. Claritas ejus ineffabilis est, et super scientiam hominum, 239. Mirabilia ejus non oblivione sepelluntur, sed virtutibus innovantur, 405. Palmas sedenti Christo super asellum recte offeruntur, et vestimenta sternuntur, 417.

Christus tres decadas annorum totque binos menses in mundo conversatus dicitur, 522. Quomodo vitam suam habuisse dicitur? 514. Anima ejus tristic non pro morte sed usque ad mortem, non pro se sed pro nobis turbata, 350. Mors tristic hominis fuit, 72. Infirmitas magna victoria est, 146. Cur cum judicatus est, vixit? 45. Nobis per passionem crucis de latere suo lavacrum et potum martyrio medicavit, 324. Quomodo Deus eum tradidit, aut quomodo se ipse obtulit Deo? 245. Quomodo Dominus majestatis crucifixus esse dicitur? 606, 148, 356. Carnem seu animam suam, quis

vultu, ubi vultu, quando voluit relinquens posuit, 350. Malum punicum sanguis ejus est, 11. Peccata peccantium ceciderunt super eum, 104. Mors ejus ab exordio mundi in sanctis Patribus præfigurata est, 331. Non ejus mors, sed peccati est, 269. Passio ejus vita nostra est, mors, justificatio peccatorum, et destructio mortis, 218. Cur omnibus profecerit? 46. Caro ejus pro salute corporis, sanguis vero pro anima nostra effusus est, sicut prius præfiguratum fuerat, 149. Natus et mortuus est, ut ea quæ primum fecerat, postea iterum crearet, 263. In cruce extensis manibus interfectionem se peccatum arguit, 89. Occisus est pro his, qui beneficium ejus in irritum ducunt, 149. Quinam principes eum crucifixerunt? 118. Christiani enim vitis suis lapidant; crucifigant et occidunt, 432. Perfecta remissio peccatorum esse non posset, si pro nobis mortuus non fuisset, 315. Quid sit compati Christo? 74. Cur pro Christo patiendum? 74.

Christus ex resurrectione cognoscitur omnium Dominus, 27. Omnia quæ docuit Salvator, tunc firmavit, cum resurrexit a mortuis, 236. Post resurrectionem apparuit soli Petro, 161. Singulariter Jacobo apparuit, sicut et Petro, *ibid.* Et vere manducavit, 550. Descendens ad inferos, mortuos liberavit de inferno, 492. Venturus est judicare vivos et mortuos, id est, justos et peccatores, et gentiles et Judæos, seu animas et corpora, 351.

Christus sub exemplo sui heri docuit, quod nobis in scripto mandavit, 602. Quibus gradibus humiliando se ad nos descendit, etiam et nos ad eum conscendere debemus, 314. Placatum Dei est, si in eo proficitur, 277. Quid sit Christiani iudicare, 101. Quomodo querendus sit? 456. Quisquis violentior Christo fuerit, religiose habebitur a Christo, 593. Sequitur illum, quando invitatur, 513. Qui Christo devoti sunt, hos Apostolus dicit christos, id est, sanctos, 220. Plus illum diligere debemus, quam patrem, 445.

Christus est prius et caput omnium electorum sanctorum, 300. Sicut vita est electorum, ita et mors est reproborum, 552. Per eum facti, et feruntur reformati sumus gratia ejus, 112. Nihil sine illo plerum, 112. Omnis dispositio salutis nostra, a Deo quidem, sed per Christum, 29. In eo perfecta salus est, 234. Sine eo apud Deum nulla salus, 57. Sine ejus invocatione nemo vivit apud Deum, 67. Non aliter Deo vivitur, quam per Christum, 60. Quis non laudet Christum, caput benedictio viva? 40. In illo omnis spes, 60. Unus est, in quo omnis creatura nisi speraverit, peribit, 397. Unus omnis spes in illo est, in quo gloriatur in cruce ejus, ante et mundus crucifixus est, 261. Qui in Christo est, repletus est divinitatis abundantia, 206. Christus ut bonus vel profusus largitur gratiam querit, quomodo docet sui indignis aut voracibus, 74. Se diligit nos, et ubi imparet, quod proficit nobis, 75. Quomodo interposset pro nobis? 77. Omnes dormientes eum perdat, vigilantes invenit, 585. Quisquis ejus fontem aserit, debilitat profusus, et areat, 441. Quid est peccare in Christo, et in Christum? 140. Christus aquila fuit et quomodo? 452, 456. Et margarita, 463. In petra significatur, 65. Virgo Invis et terrens amens figura erant corporis ejus, 482. Quomodo sit navis? 455. Recte fermentum comparatur, 468.

Cibus. Sicut reger ad medicinam, sic ad sumendum dapes accedendum, 495. Quare non infideli liceat cibum sumere, non autem cum fratre vitis inquinari, 126. V. GULLA.

Circumcisio non aliquid habet dignitatis sed signum est tantum, 49. Ante prædicationem filii circumcisio mandatum est gentilibus, et voluissent ad Legem accedere 266. Cur cessare debuerit circumcisio? 209, 225. Circumcisio cordis quid sit? 41, 103.

Circumlocutio secreti sereno, 896. Clavis investigandi, qui moleste ferunt, etiam a senioribus arguuntur, 263. V. ECUMENICUS.

COACTUS qui aliquid facit, mercedem non habet, 191. V. VOLUNTAS.

CELESTIS vera terra viventium, 5. Cogitationes nostras a nullo sciri nisi ab animo nostro manifestum est, 119. Bone et male se invicem accusabunt, 59. Cogitatio sancta servabit te, 16.

COLAPHIZABANTUM, id est, injurias agebantur, 126.

COMA indiditum vestimenti est, 146.

COMPRESSIONES quid? 100.

COMPETENTIBUS adhuc ignotum mysterium Trinitatis recedendum, 485. Et Symbolum, *ibid.*

CONCUPISCENTIAM Lex prohibet, 65.

CONTRITIONES tangere oculisque martyrii palmas accipiunt, 498.

CONFITENDA peccata Deo et sacerdoti, 424. Peccandi quam necessaria et utilis peccati confessio, 389. Excusationes rejiciuntur, 392, 385. Tunc caritas cunctis iniquitatibus, cum adveniente te testis et succesor existit, 304. Confessio tua penitentia medicina est, 1094. Cum spes

seculi iudices confessus mox dirigitur ad pœnam, apud Dominum confitens statim pergat ad veniam, 59. Fidelem venie locum tenet non infusa confessio, 594. Illa non liberat, quæ non sit cum pœnitentia, 425. V. PœNITENTIA.

CONIUGIUM semel benedictum, 290. Quamvis munda sint conjugia, tamen etiam a licitis abstinendum est, ut facilius ad effectum deducatur oratio, 132. Quibus diebus a conjugii actu abstinendum? 155. V. ADVENTUS. Arguuntur mariti qui præter uxores sociant sibi concubinas, 462. V. MATRIMONIUM.

CONSCIENCIA reum suum semper tacita sine contradictione convincit et iudicat, 462. Cum non habeat loquendi usum, nescit tamen tenere silentium, 592. Quanta sit ejus severitas? *ibid.* Illa non moritur, quæ post mortem corporis in anima iudicatur, 593. Male sibi conscia mens loqui trepidat, sensum perdit, in verbis errat, 186. Conscientiæ vermis, 345.

CONSILIUM bonum custodiet te, 16. Quod melius consilium quam bona voluntas? 501.

CONSOLATIONUM duo genera, 170. Magna consolatio est patientis, si secum habeat condolentem, 188.

CONSTANTIA Augusti filia a beata Agnete mirabiliter sapatur, 483. Basilicam construit, et sibi illic mansionem collocari præcipit, *ibid.* Perseveravit in virginitate, per quam multæ virgines nobiles et medicos sacra yelamina susceperunt, *ibid.*

CONSUETUDO homini domatur, 68.

CONTEMPLATIVA vita ab amore sæculi mentes quorundam electorum insensibilis reddit, 524. V. VITA.

CONTENTIONES generant jurgium, cujus fructus est vitæ consumptio, 228. Tolle hominem a contentione et audacia, et habebis eum subiectum, 229.

CONVERSATIO nostra sic temperanda, ut nullus in ea scandalum patiat, 146. Bona conversatio salutem operatur, 257. Terrorem incutit delinquenti, 247. V. VITA. Ex conversatione et moribus Dei servi etiam latecentes intelligendi sunt, 246.

CONVERSI lamenta vult Deus, non morientis mortem, 391. V. CORRECTIO, PœNITENTIA.

CORDIS averta aspiciat Deus, non carnis, 42. Hoc sequitur unumquemque, quod conatur ex corde, 95. Sunt spiræ cordis, quæ Verbum Dei etiam vulnerare consueverunt, 371.

CORACINA sacra, 55.

CORINTHI Paulini, et Petriani, et Apolloniaci dici volunt, non christiani, 111.

CORPUS lege animæ gubernari debet, 75. Quomodo corpus servituti subiciatur? 145.

CORRECTIO fraterna quæ justa sit? 504. Quisquis fratrem peccatum non arguit, quodammodo hortatur, ut peccet, 465. Qui peccat, quando non corripitur, minime sibi videtur peccare, 247. Peccatum unius, quod cognitum non arguitur, multos contaminat, 127. Dulcior est religiosa castigatio, quam blanda remissio, 449. Non potest constanter argui, a quo accipitur aliquid, 131. Non destruuntur, qui arguuntur, ut corrigantur, sed ædificantur ad vitam, 408. Dum correpti immutuantur, testimonium perhibent arguenti, 490. Qui reprehensus pudorem patitur, corrigere se promittit: qui vero irascitur, peiorem se futurum ostendit, 189. Nemo se argui vult errantem, 125. Superfluum est, si commoneas eum, quem scias esse facturum, 195. Correntium mortificatione ip disciplina contineantur, 14. V. CHARITAS.

CORRIGERE viam tuam tantum cura, quantum prospicis alienam, 489.

CREATURAM qualem velit condere in potestate auctoris est, 85. Cur omnis creatura luxurians? 75.

CREMAN facti inordinationis nomen, 207.

CRUX Salvatoris peccatum et maledictum est Judæorum, 220. Signum crucis, 154. Diabolus signatus signo crucis, in qua victus est, in secunda morte tenere non audeat, 70.

CRYSTALLI natura describitur, et quid mystice significet? 382.

CURIOSITAS a fervore sanguinis generatur, 166.

CURIOSITAS periculosus presumptio est, 489.

CYPRIANUS, 27. Cypriani martyris natalis dies vindexiam augures, 470.

D

DANAEUS hodie motor est Ecclesiæ, 296.

DANIELIUM Deus confessorum facit, 458.

DANIELIUM tormenta, 462. Indesinenter meditandum est lectæ damnationis supplicium, 496.

DANSO auctorem leprosis, et interfectionis Philistæum, hinc figura Christi, 520. Goliath occidit non telo ferreo, sed gladio spiritibus, 428. Quomodo id in figura factum inveni? 476.

DECIMÆ annis singulis eroganda sunt, 425, 425.

DEFENDERE. Quod a paucis defenditur, solet non probatum videri, 90.

DEGENERARE est ab auctore recedere, 255.

DEHABERE nihil, 256.

DELECTATIONUM terrenarum contemptus ad cœlum properanti apprime necessarius est, 19.

DELICIAE januæ sunt peccati? 299. Deficiæ spirituales meliores sunt quam carnales, 391.

DEPECCHA sanitas interpretatur, 8. Cur nona sit mansio filiorum Israël? *ibid.*

DESPERIA pati et non vinci, illustris viri est et perfecti, 155.

DESPERATIS spem maximam tribuat novissima latronis non desperantis confessio, 596. Sicut nullus desperare debet, in quacumque ætate sit, si ad Dominum converti voluerit; ita nullus pro sola fide securus esse debet, 410.

DETRAHES nunquam, si te ipsum bene perspexeris, 480.

DEUS est propter timorem, pater autem honoris et benivolentis causa, et quia ab ipso est omnis origo, 262, 280.

DEUS natura novum est et potestatis, quam in Patre et Filio individuum manere ipsa novum ratio docet, 222.

Iosa natura proprio iudicio creatorem suum agnoscit, 59, 61. Deus cum definitur, ipsa sua definitione crescit, 332.

Tunc digne asatur, cum inestimabilis dicitur, 351. Verius cogitatur, quam dicitur, 321. Primum omnium credendum est unum esse, qui cuncta ex nihilo per Verbum suum fecit, et per Spiritum sanctum animavit, 524. Quidquid ab unius Dei professione recedit, mortuum habetur, 234.

Deus compositus intelligi non potest, 321. Proprium Dei est non capisse, sed semper idem esse, quod semper est, 325. In Deo omnia aequalia sunt immensitate infinitatis, 259. Immutabilis perseverat, nec potest non amare quæ fecit, 45. Deo totum est tempus hodie, 405. Apud Deum nihil est quod futurum dicitur, 160.

Deum providenter operis sui merito re-jurare ostenditur 36. Sapientia hujus sæculi Deum incuriosum existimat, 415. Hoc scire Deus dicitur, quod bonum est, 182. Quos scit futuros sanctos, iam apud illum sancti sunt et perinapet, 50. Præscientia Dei quæ? 81. Justum esse iudicium præscientiæ Dei, 82. De justitia iudicat, non de præscientia, 84. Nomenem dæmon, antequam peccet; et nullum coronat, antequam vincat, 84. Quomodo eos prædestinaverit, qui salvantur? 506. V. Pænesis. Pæulum persequentem elegit, præsciens quod futurus esset bonus; Pharaonem ante futurum iudicium animavit, ut crederetur iudicaturus, 82. Vult omnes homines salvos fieri, si et ipsi velint, 292. Bonitas Dei nullam perire vult, 85. Quia omnium unus est Deus, una ratione omnes justificavit, 47. Tria in Deo ordinem temporum, præteritum, præsens et futurum custodiunt; bonitas, quæ iam esse cepimus; misericordia, quæ ad pœnitentiam provocatur; iustitia, quæ iudicabimur, 605.

Quid magnum est, ad Deum de se credere generasse, qui non ambigitur cuncta ex nihilo fecisse? 120. Dixisse Dei fecisse est, 505, 534. Et jurasse est, 542. Sæpe dicitur dedisse quod permissit, 556. Iustitia Dei da sacramento Dei est, 46. Quia quod promittit, dedit, 51. Pater nobis est, cum agimus, iudex, cum peccamus, 392. Apud Deum nulla est discretio personarum, nisi morum et vite, 222. Quomodo Deus verax vincit, cum iudicatur, 42.

Dei eloquia non possunt esse diversa, 284. Quomodo purgari dicantur? 514. Quomodo in Deo ira et indignatio, 57. Manus Domini in Scripturis plurimas significaciones habet, 504. Quomodo ignis consumens sit? 535.

Ad Deum reducenda sunt omnia, 15. Gloria Dei est, cum ab illo omnia, et per illum, et in illo esse dicuntur, 175. Quomodo in gloriam Dei fiat aliquid? 146. Quod non est a Deo, stare non potest, 279.

Deum solum diligendum esse ex mundi fabrica intelligi potest, 52. Potentia ejus et majestas hinc intellecta conspiciuntur, *ibid.* Dominus amari se mavult, quam timeri, 275. Quod servitium tam acceptabile Deo, quam ut diligatur ex toto corde totaque virtute? 556. Deo aliter serviri non potest quam puro corde, 214. In fide spiritualiter Deo servitur devotione mentis, et puritate cordis, 227. Cur Apostolus ea mensura nos Deo servire præcepit, quæ prius famulabamur Domino, 62. Vox canora Deo serviat, illum laudet psalmus, hymnus extollat, 275. Deus sic genuit, ut nati ingenui, servi tamen ejus sint, 251.

Deo tuæ veras gratias agimus per ipsum, si modum præceptorum ejus custodiamus, 274. Illi soli sciunt nomen Dei, qui custodiunt mandata Dei, 507. Vocantes Deum patrem, si dissimilem vitam exhibeamus, injuriam facimus Deo, 75. Portare Deum hoc est imaginem Dei in rebus bene gestis ostendere, 152. Opus Dei præproperam festis nationem exigit, 14. Quomodo Deus operibus nostris

cogatur? 392, 393. Quam viam Domino præparare jubeatur? 462.

Deum medicum habemus, qui percutiendo sanat, mortificando vivificat, 414. Duabus ex causis misericordiam Dei accepimus, 59. Quis beneficia non in infinitum extollat, quæ Deus præstitit homini, Dominum servo, conditor creaturæ, 291. Deus homines ad Christi exemplum in filios sibi adoptare dignatus est, 77. Quomodo Dei, qui semper vivit, hæredes esse possimus? 74, 225. Quid sit orare ut veniat regnum Dei? 75.

Qui Deo placet, probatus est hominibus, 103. Quis non metuat eum, quem scit Dei esse amicum? 261. Quis accuset eum, quem Deus excusat? 216. Dei suffragium tunc est necessarium, cum humanum auxilium deficit, 204.

Deum inmemorem nostrum tunc facimus, cum peccamus, 420. Compensatio contempti Dei turpitudine est et contaminatio, 34. Natura quæ deserit Deum, semen pessimum dicitur, 235. Quando Deum non videmus, licet præsens sit, absentes ab eo sumus, 182. Est quasi idololatria gloriam Dei nomini hominis vindicare, 114. Infidelitatis genus est in divinis rebus nec gaudere prosperis, nec flere contrariis, 447.

Devotio dum infirmitate pressuræ accidentis non frangitur, probata videtur, 205. Hoc libenter accepto fertur, quod devoto sit animo et prudenter, 263. Ad Deum promerendum suffragatore non opus est, sed mente devota, 35.

DIABOLUS interpretatur deorsum ruens, 348. Peccatum dicitur, 65. Cum alta sapuit, apostatavit, 97. Dæmones per aerem istum more ventorum indestinentur discurrent, 365. Tradere diabolo est permittere, non incitare ut jumentum, 35. Infelix est amicitia diaboli, 348. Non contra eum quem vinculis peccatorum constrictum tenet, dimicat; sed contra eum qui peccare desistit, 514. Nostris nos jaculis impugnat, 60. Qui sint septem spiritus, quos diabolus secum assumit? 349. Amat filios suos, sicut gluto porcellum, ut comedit, 452. Tempestatem Dei servis commovet, sed ipse naufragium facit, 249. Hæc est vera victoria, ut Satanas qui Adam immortalem, gloriosum et epulantem vicerat, nunc ab homine mortali, humili, atque esuriente vincatur, 428. Diaboli civitas est omne corpus reproborum, 303.

DIACONOS nunc septem esse oportet, et aliquantos presbyteros, ut bini sint per Ecclesiam, et unus in civitate episcopus, 295. Evangelistæ sunt diaconi, qui evangelizare possunt sine cathedra, 241. V. DOCTORES.

DIACONÆ. V. CATAPHTORÆ.

Dicta siue factis nihil prosunt, 475.

DIGNOSUS vir, 301. Propensius malum est dignitatem perdidisse, quam non habuisse, 79.

DIGNITAS est circa vallem Zared, 18. Mystice aperturæ tentationum significat, *ibid.*

DIOCLETIANUS imperator, 310.

DONATUS martyr. V. EUSEBIUS.

DISCIPLINÆ nostræ omnis summa in misericordia et pietate est, 297.

DISCIPULI septuaginta, qui in secundo sunt ab apostolis gradu, septuaginta palmarum recte comparantur, 7, 417. Cur Christus discipulos fratres vocet? 301.

DISCIPULORUM perfectio gaudium et corona magistri est, 279. Corona discipulorum magistri est gloria, et veritas ejus incredulorum poena, 285. Auctoritas magistri in discipulorum est fiducia, 285. Discipulis in agone victoribus, dignus erit corona magister, 261. Testimonium magistri est in discipulis obediens, 197. Discipuli tristitia magistri est lætitia, 449.

DISCORDIA exordium injustitiæ est, 100.

Ubi DISSENSIO, nihil rectum est, 448.

DIVES recte dicitur, qui omnibus virtutibus plenus, usque ad culmen perfectionis excrevit, 511. Quam recte camelo dives comparatur? 442.

DIVITÆ non malæ sunt, sed male utentibus malæ sunt, 342. Sicut divitiarum negligentiam parit salutis, ita egestas, dum saturari quærit, a justitia declinat, 283. Alienæ a vobis sunt, 342. Quæ comparandæ sint? 4. Nutrimenta sunt vitiorum, 567. Valde rarum est, ut qui eas possidet, ad requiem tendat, 490.

DOCTOR magna cura eligendus est, 307. Oportet doctores infirmos firmare, et imperitos erudire cum mansuetudine, 104. Qui fideliter docet, non potest malam habere conscientiam, 291. Inanis fiet doctrina mandati, si in facto doctoris non præret auctoritas, 602. Doctores si aliter agant quam docent, ab his est dissentiendum, ut magis lex tibi dux sit quam homo, 230. Doctores eos dicit Apostolus, qui in Ecclesia litteris et lectionibus retinendis pueros imbuebant more Synagoga, 155. Arguuntur quidam legum secularium doctores, qui causas pauperum sine præmii acceptione in judiciis non portant, 568. Quare nunc diaconi in populo non prædicant, 241.

DOCTRINA prima est benefacere, 475. Testis est doctrinæ virtus, ut quia quod prædicatur, incredibile mundo est, gestis fieret credibile, 28, 31. Doctrina mala in ligno, feno et stipula significata est, 122. Fermentum est doctrina, 128.

DOLOR mentis et dolor corporis sic connexi sunt, ut unus sine altero esse non possit, 573.

DOMINICA die collectam fieri præcepit Apostolus, 168.

DOMITIANUS sanctus, 471.

DOMITIANI persecutio omnes Ecclesias turbaverat, 301.

DONATIANI, 39, 113, 114. A nostris baptizatos reprobat, *ibid.*

In Dono plus dantis quam accipientis consideratur sublimitas, 31.

E

EBRIETAS coelestis gratiæ sobrius facit, 479.

EBRONA Latine transitus est, 16.

ECCLESIA a Christo sumpsit initium, et in nomine potest non in natura participari Christo, 248. De latere Christi in cruce per passionem et soporem mortis formata est, 333, 330. Conjungitur quotidie Christo: sed post resurrectionem conjungitur multo excelsius atque nobilius, 387. Christus Ecclesiæ sponus sanguinum, 527. Hæc Christum rapuit Synagoga, 393. Christus spernit Synagoga perfidam, illeum assumit Ecclesiam, 439. Prophetæ disposuerunt, apostoli fundamenta Ecclesiæ jecerunt, 236. Ex omnibus gentibus collecta fuit, quod quidam hæretici negaverunt, 519. Toto orbe terrarum diffusa, 336. Extra catholicam quidquid est, contrarium est, 122.

Ecclesia electorum in septem partes dividitur et quæ illæ sint? 502. Reprobi solo corpore et anima in Ecclesia consistunt, mente vero extra Ecclesiam sunt, 522. Septem Ecclesiarum nominum interpretatio et ordo explicatur, 501. Viam demonstrant, quæ ducit ad vitam, *ibid.* Ecclesia mundum despiciendo calcat, ut liberius ad caelestia tendat, 546. Est columna ignis, 541. Arca Noe figura illius erat, 440, 521. Et mulier quærens drachmam, 427. Et flus, 11. Acervus lapidum dicitur, 18. Dux molestantis suat Ecclesia et Synagoga, una assumetur, altera reliquetur, 408.

Ecclesiam persecutionibus crevisse constat, 541. Est navis in cujus arbore Christus residet, in puppi Pater, in prora Spiritus sanctus; ejus remiges duodecim apostoli et totidem prophete, 453. Procellis vexatur, nunquam mergitur, *ibid.*

In Ecclesia magis lex est, ubi Dominus legis timetur, 129. Cur non per omnia conveniunt scripta Apostoli ordinationi, quæ nunc in Ecclesia est? 241. Synagoga et postea Ecclesia seniores habuit, quorum siue consilio nihil agebatur, 298. Quod qua negligentia obsoleverit, nescio, *ibid.* Hæc est traditio Synagoga, quam nos Apostolus vult accitari; ut sedentes disputent, seniores dignitate in cathedris, sequentes in subselliis, novissimi in pavimento super mattas, 159.

Ecclesia duplex, domestica et publica, 170. Ubicumque presbyteri solemniter celebrant, Ecclesia dicitur, 170. Qui potest omni die nocte in Ecclesiam ad matutinum officium veniat, 423. Quidam ad eam veniunt; non quia ex fide christiani sunt, sed ne ab hominibus christiani non videntur, 443. Arguuntur qui raro ad eam veniebant, etiam clerici, 448. Cum ad illam proceditis, pacem episcopo porrigitis, 421. Laudatur comes qui Ecclesiam œdificaverat, 474.

ECCLESIASTICUS in Dei rebus sollicitus esse debet, a seculari negotio alienus, 307. Non facile aliquis accipiat Ecclesiasticam dignitatem, nisi prius de vita ejus fuerit disputatum, 301. Ille gratiam habet, qualisvis sit, sed ordinis per efficaciam Spiritus sancti, 151. Nihil tam perniciosum est quam si Ecclesiasticus, maxime qui in sublimi loco est, divitiis hujus sæculi studeat, 302. In administratione gratiæ Dei mulier locum non habet, 109.

ECTASIS est vehementis cuiusdam admirationis species, ex arduarum et insolitarum rerum visione proveniens, 15.

Qui EGRET, imperfectus est, 235.

ELECTI omnes sacerdotes vocantur et cur? 573. Tanto debet quisque esse humilior, quanto si sit electus ignorat, 410.

ELEMOSYNA. Omnibus tribue, non eligas, cui miseraris, 490. Non alieno spolio misericordem te ostendas, *ibid.* Hæc est justitia, ut quia Deus dat, retribuatur ex eo humo ei, cui deest, 194. Unusquisque secundum quod habet, debet tribuere egentibus, 423. Ad meritum proficit, cum quis de proprio tribuit egenis, 244. Sic dandum est, ut non egestatem præstet danibus, 191. Non solum queritur quantum, sed et de quanto et quo animo detur, 194. Quid sit largiri in simplicitate? 95. Quam male aliqui se excusent ab erogandis elemosynis? 444.

Eleemosynam facere ipsi proficit, qui largitur, 444. Et hinc fit ditior, *ibid.* Quam gratum eleemosyna opus est, ut omnem maculam hominis et sordes emundet! 262. Bonum munus est eleemosyna, quæ purgat omnem sordem et squalorem, 368, 426. V. ABSTINENTIA, JEJUNIUM, MISERICORDIA.

ELIAS ad viduam Sareptæ loquens Christum figurabat, 530. V. APOCALYPSIS, ENOCH.

ELIM interpretatur arietes, 7.

ELIZÆUS Christum figurabat, Naaman vero populum gentium, 531.

ELMON deblathaim quid significet? 18.

ELOGIUM condemnationis, 593, 597.

EMERENTIÆ collectanæ Agnetis martyrium, 483.

ENOCHEUS et Elias ultimo tempore futuri sunt apostoli, 125.

EPHRAÏMA cur sic appellata? 400. Dies est festivissima, 443.

EPISCOPUS interpretatur superinspector, 364. Solio in Ecclesia editiore residet, *ibid.* Apostoli sunt caput Ecclesiæ et legati Christi, et isti sunt episcopi, 133. Apostoli episcopi sunt, 241. Sublimitas episcopalis nullis potest comparationibus æquari, 359. Regum fulgor et diadema illa longe inferiora sunt, *ibid.* Nihil autem miserius, si de sancta vita episcopus periclitetur, *ibid.* Tempore Pauli adhuc singulis Ecclesiis rectores non erant constituti, 112, 129. Primi presbyteri episcopi appellabantur; ut recedente eo sequens ei succederet, 241. Sed immutata est ratio, prospiciente Concilio; in non ordo, sed meritum crearet episcopum, multorum sacerdotum constitutum, 242. Episcopi et presbyteri una est ordinatio: uterque sacerdos est, sed episcopus primus est: hic enim episcopus est, qui inter presbyteros primus est, 295.

In episcopo omnium ordinationum dignitas est, 114. Et omnes ordines sunt, 241. Vicarius Domini est, 148. In Ecclesia unus est episcopus, 154. Singulos episcopos singulis Ecclesiis præesse debere, 135.

Episcopus qualis eligi debeat? 291. Docetur ex Apostoli regulis qualis debeat esse ejus vita, 360, 361. In ejus persona totius populi salus consistit, 303. Episcopi oculi sunt Ecclesiæ, 364. Episcopus necessitate præcepti tenetur verbum Dei prædicare, 357. Sacerdotibus et pontificibus audacter prædicat salutis communitaria, 358. Bono opere magis quam professione noscatur plus meritis esse episcopus quam nomine, 359, 364. Ipsum magis credunt homines esse laudabile, quicquid episcopus habuerit delectabile, 364. Unam tantum uxorem, id est, non duas Ecclesias sed unam solum, et quæ sit catholica, habere debet, 360. Stipendiis tantum contentus Ecclesiæ suæ, penitus non ambiat, quæ intelligit esse superflua; sed de ipsa potius paupertate Ecclesiæ suæ libenter impertiatur pauperibus, 361. Corpori suo imperioso jure dominetur, 361. Non potest perfidos judicare, 128. Simoniacus acriter castigatur, 362, 363.

EPULUM, 90.

ERROR omnis carni deputatur, 234. Facile poterit quis intelligere errare se, si a multis se videat reprehendi, 210.

ESAU, populi Judaici, Jacob christiani figura fuit, 226.

ESMONA Latine dicitur acceleratio, 14.

ESSE. Omne quod est, aut ingenitum est, aut genitum, aut factum, vel etiam renatum, 522. Deterius est fuisse et non esse, quam nunquam fuisse, 135.

ETHAN tertia mansio filiorum Israel, nobis sonat fortitudo, et quid nos doceat? 5.

EUCCHARISTIA mysterium inter cœnandum celebratum, non cœna fuit, 149. In Eucharistia caro Christi in veritate sumitur, et sanguis in veritate bibitur, 491. Sacrificium est pro salute omnium tam vivorum quam defunctorum, *ibid.* Cum Christi corpus manducamus, divinitatem et humanitatem participamus, 8. Verum est manna, non in typo sed in veritate, *ibid.* Calicem mysticum sanguinis ad tuitionem corporis et animæ nostræ percipimus, 149. Omnes christiani omni dominica debent offerre et communicare, 426. Mundemus corda et corpora nostra, ut ad altare Domini corpore et sanguine satiemur, 424. Devoto animo et cum timore accedendum ad communionem, 149. Nihil differt ab infidelis, qui inconsiderate ad mensam Domini accedit, 150.

EUSEBIUS encomium, et quomodo Dionysii, qui Arianis subscripserat, chirographum sustulerit, 467. Meruit exitus sui finem revelatione cognoscere, 468. Quo martyrii genere in exilio obiit? *ibid.* Ejus discipuli omnes aut sacerdotes aut martyres, 467. Eosdem monachos instituit esse quos clericos, *ibid.*, 468.

EVA et ipsa Adam est, 54.

EVANGELIUM Dei est bonum nuntium Dei, 211. Quo peccatoris ad indulgentiam vocatur, 26. Evangelium beatissimi Pauli, 606. Per virgam ferream Evangelium, per

ligneam Lex figuratur, 508. Quantum distat servus a Domino, tantum distat Evangelium a Lege, 29. Imago Legis Dei est, in cuius fide et conversatione Evangelii veritas lucet, 150. Disciplina christianorum est Evangelium, 545. Paulus dicit gloriam suam in eo, si Evangelii severitas maneat, 141. V. SCRIPTURA, TESTAMENTUM.

EVANGELIZARE majus est, quam baptizare, 114.

EVANGELICA lectio recitata in die natalis Domini, 394.

EXCOMMUNICATIO. Qui efficitur de Ecclesia, traditur Satanæ in interitum carnis, 127.

EXEMPLA facilius suadent, quam verba, 145, 156. Promptior sit quis ad rem sibi traditam, si illi multos videat assentiri, 30. Facile quis inclinatur, si viderit socium consensusse, 134.

EXORCISMUS, 615.

EXORCISTÆ quomodo magistris dici possint? 241.

EXSUPERANTIS Eusebii minister in sacerdotio, comes in martyrio, particeps in labore, 468.

EXTOLLENTIA superbia est, 201.

EZECHIELIS visio ultima cum septima Joannis concordat, 578.

F

FABULÆ bonæ et sobriæ dant gratiam et exemplum audientibus, 244.

FANATICI sine Deo sunt, 119.

FATUM non omnibus contrarium asserunt pagani, 269.

FELICITAS secura plerumque offensionibus subjacet, 602.

FEMINA non est facta ad imaginem Dei, 147, 159. Incongruum erat ut mulier, facta viro subjecta, diceretur imago Dei, 275. Virum suum timere jubetur, 248. Femina quo diabolum vincit, ac per bona opera Deo placere studet, non incongrue vir vocatur, 547.

FESTIVITATES plures nobis præstat unitus Dei visitatio, quam gentilibus multorum deorum superstitionis præsumptio, 400. Per omnes festivitates castitatem servare debemus, 424.

FIDES donum est misericordiæ Dei, 49. Christus hoc nobis donat quod credimus, 113. Credentes hoc appellantur, quod credunt, 222. Fides in animo est, 64. Non in annis, sed in sensibus geritur, 480. Non necessitatis, sed voluntatis res est, 175. Credere aut non credere voluntatis est, 48. Fides Dei in eo est, quod de se reponisit, 31. Ambiguitas in fide nostra non est, 242. Signaculum promissionis Dei fides nostra est, quæ firmat Verba Dei, 308. Credens gentilis, duce natura, in Christum, condemnat Judæum, 41. Quanto impossibile putatur quod creditur, tanto magis honorabilior erit credens, 51.

Fides æterna res est, 176. Charitate fraterna debet muniri, ut perfectio sit credentis, 227. Gradus quidam sunt fidei, et qui devotius credit, religiosius collitetur, 449. Aufert nebulam erroris, et tribuit perfectam Dei cognitionem in mysterio Trinitatis, 42. Dignitatem et meritum facit, 47. Qua quis mente odoratus fuerit fidem, sic et proficiet illi, 70. Major fides est, quam lex, 45, 52. Fides justificat confugientes ad se, 70.

Fidem solam gratia Dei poscit ad salutem, 48. Qui credit in Christum, sola fide gratis accipit remissionem peccatorum, 112. Cur? 95. Et salutem consequitur, 84. Fides propitium facit Deum, si bonis operibus approbetur, 155. Hujus spes frustra est, qui solam professionem fidei habet siue bonis operibus, 315. Non omnes qui habent fidem salvantur, sed ii tantum qui in bono opere perseverant, 409. Hi sapientes et perfecti sunt, qui fidem non magis verbis habent, quam rebus, 118. Fides prima veniam, sancta conversatio perdurans, cum fide coronam meretur, 235. Qui fidem diligit servat mandata, 509. Lex fidelis lex securitatis est, et cur? 75.

Ubi fides integra est, ibi Salvator docet, vigilat, et exsultat, 441. Laus gloriæ Dei est, si multi acquirunt ad fidem, 233. In credente justus Deus apparet, 31. Cur credentes præmiis afficiendi? 76. Arma Dei fides est stabilis, per quam solam semper victus est Satanas, 250. Arma spiritualia fides est incorruptæ prædicationis, 195.

Fides christiana omnem superbiam amputat, 318. Fidelis victoria est, cum omnia vitia et crimina subjungantur, 505. Quicumque fidei christianæ se sociaverit, sit civis sanctorum et domesticus Dei, 236. Deus nihil ultra potuit donare credentibus, quam ut Filii Dei dicantur, perfidis abdicatis, 51. Sicut qui non credunt, jam judicati sunt, et qui credunt, jam cœlestes dicuntur, 166. Tantum videbimus gloriam Dei, quantum credimus, 177. Quomodo fides et spes in beatitudine possint dici remanere? 579.

Nemo fidem Dei custodiens, infidelis potest esse hominibus, 315. Vita ex fide non hæc præsens est, sed futura, 53. Quomodo incredulitas tria penaliam, sic et fidelibus tria magnifica, 38. Nihil tam cogit ad mortem, quam sub ob-

tentu fidei fidem violare, 347. Qui sine professione Christi a vitis se colibere videntur, sanctificati sunt juxta mundum; et secundum Dei spiritum immundum sunt, 187.

Filius Dei ratio, Græce λόγος dicitur, quæ ratio multis nominibus appellatur, 352. Explicantur hæc nomina, *ibid.* Sancti nomen Christi, quod est Filius Dei ex parte sciunt et ex parte nesciunt, 369. Filius non extrinsecus natus aut factus, ut hæretici mentiuntur, sed ex propria substantia Patris generatum vera fides habet, 329. Non extensionem aliquis partis ex Patre (ut quidam putaverunt) Dei Filium dicimus, nec verbum sine re, et velut sonum vocis accipimus, 347. Solus de Deo Patre natus est, de ingenita utique substantia Dei, 263. Per generationem omnia Patris accepit, ut in virtute et substantia et nomine nihil distet a Patre, 234. Perfectum Dei Filium natum de Deo Patre qui negat, arianus est, 253. Filius Dei habet nomen Dei per naturam non per adoptionem, 234. Pater per id intelligitur esse in Filio, quod una eorum sit substantia, 184. Filius dixit: *Ego et Pater unum*, propter naturam divinitatis; *sumus*, propter personarum proprietates, 327. Patre inferior esse non potest, 328. Quomodo sit sapientia Patris vel genita vel creata? 349. Per id quod imago Patris dicitur, nihil ab eo distare credatur, 264. Quam male hæretici dicant Filium esse lumen ex lumine, non de lumine? 350, 352. De paterno pectore, et ut ita dixerim, de utero cordis Dei absque initio credimus natum, 348. Gesta Filii facta sunt Patris, ex quo sunt omnia, 210. Omnia Patris Filii sunt, 72. Filius Dei cur Angelus et Deus dicitur? 87. Naturaliter loquens est Patris Dei, 184. Filius Dei semper apparuit patriarchis, 40. Quomodo a Patribus olim visus est in veteri Testamento? 354. Dispositiones rerum futurarum, quæ suis quibusque temporibus complectendæ erant, in illo per imaginem cernebantur, 335. Sic antiquis Patribus visus accipitur, ut aliquis conspicibilis materiae dispositione assumpta videretur, 335. Apparuit Moysi, 264. Cum hominem induit, labem non intulit æternitati, ut spiritum in carnem mutaret, 333. Sed illem fuit in homine, qui fuerat ante mundum in Patre, 356. Deo gratias per nullum alterum, nisi per Filium ejus agamus, 62. *V. CARUSUS, TRINITAS, VERBUM.*

Filius Dei dicimus per gratiam Christi, 105. Hoc est testimonium filiorum, si in eos per Spiritum videatur signum patrum, 74.

Quis pater non gaudeat, bene agentibus filiis, 207. In claritate filiorum gloria patris est, 210. Hic charissimus patris est filius, qui honorum ejus imitator est, 215.

Fornicatio cur gravissimum sit peccatum? 131. Fornicationem excusant leges Romanæ, 35. Non Apostolus, *ibid.* *V. ADULTER.*

FRANCI Germaniam sibi vindicaverunt, 361.

FRATRES qui dicuntur? 113. Cur hoc nomine vocati? 30. Qui seminant inter fratres discordias, in venelli sunt, 376. Insultat, qui non condolet fratri, 173. *V. CHARITAS.*

G

GADGAD tentamentum interpretatur, 15.

GALLIA. *V. BURGUNDIONES.*

GACDUM. Ad requiem non nisi per laborem, et ad gaudia non nisi per tristitia pervenitur, 7.

GENUS. Hoc est secundum carnem gloriosi, nobilitatem sibi carnis vindicare, et generis prærogativam, 200.

GRAVASU et Protasii corporum inventio describitur, 484 et seq.

GLORIA pro auctoritate legitur, 196. Meritorum gloria bene est non tacere, ut invitent credentes, 204.

Inanis gloria est velle vincere, ubi præmium non est, 229. Inanis gloria septem vitia gignit, 493.

GLUTTONES et ebriosi servi sunt ventris et libidinis, 533. Gog interpretatur rectum, 574.

GORMI Hispaniam sibi vindicaverunt, 346.

GRATIA duplex est, 89. Gratia donum Dei est, non debita merces operibus, sed gratuita ratione, misericordia interveniente concessa, 89, 252. Hominum talis est natura, ut nihil boni a se habere possint, nisi ab eo accipiant, qui est summus bonus, 518, 179. Res Dei non potest sine Spiritu Dei addisci, 119. Nihilquid boni fideles faciunt, operante Deo, faciunt, 335. Paulus omnem gratiam semper reportat ad Deum; ut nostrum sit velle, pericere vero Dei, 257. Spiritus sanctus replet gratia sua quos vult, et quos vult, et quantum vult, 525. Ut possideamus gratiam salutis, communicatio facit sancti Spiritus, 210. Spiritus sanctus conatus bonos adjuvat, 180. Omne donum gratiæ Dei in Christo est, 231. Et a Christo, 89. Gratia confert vitam per Christum, 37. Quomodo gratia Christi hominem ad pristinum innocentis statum reparaverit? 69. Illum Deus juvat, quem videt tota mente contendere, 136. Unicuique Deus gratiam tribuit, ut tantum lauriant, quantum sinit,

240. A munere suo Deus nullum voluit esse alienum, 160. Quomodo gratia superabundet? 58. Acquiritur Deo, qui in gloria ejus manet, 65.

GRÆCI qui dicuntur? 30, 31. *V. LATINI.*

GRÆGONIUS citatur, 544, 582, 585. Sex hominum ætates posuit, 568. *V. PATRES.*

GRUA quæ vitia generet? 495. Adam per escam paradisi sum perdidit, Esau per lentem honorem primatus amisit, Judas per buccellam apostolatus sublime deposuit, 489. *V. CIBUS.*

H

HÆRETICI sub pretextu nominis christiani homines decipiunt, 435. Et legis ac fidei sensum corrumpere nituntur, 107. Non docent, nisi sui Christi nomine, et cur? 123. Vix aliquem ex inventoribus hæresum invenies, qui penitentiam egerit ex suis erroribus, 561. Multæ hæreticorum sectæ ab Apostolorum tempore emergerunt, ex quibus rami aridi existant nunc usque, 111. Nihil periculosius his hæreticis, qui uno tantum verbo a vera fide discedunt, 347. Hæretici Ecclesiam Dei persequuntur, 530. Propter notitiam Scripturarum prophetas se esse aestimant, *ibid.* Scripturis divinis quosdam falsa apponebant, et quosdam detrahebant, 588. Fides non sit in hominum sapientia, et hæresis non est, 327. Hæretici, schismatici, luxuriosi a castris eiciuntur, 9. Oblatio eorum quia Spiritum sanctum non habent, non in Dei cultum, sed in cultum demonum proficit, 326. Nihil eorum Spiritum sanctum habere potest, 326. Jare sedes bestiarum dicuntur, 560. Dathan et Abiron eos qui hæreses et schismata in Ecclesiam introducunt, figurant, 11. Vulpibus comparantur, 416.

HÆRES interpretatur labor, 8. Decima est mansio filiorum Israel, et quid in ea actum sit? 8.

HÆRETI propter Abraham dicti sunt; immutata est enim littera propter sonum, ut non vocarentur Abrazi, sed Hebraei, 239. Ex eodem Abraham et uomen et lingua Hebraei, *ibid.* Qui integre omnibus Hebræorum libris imbutus erat, accepta Hebraei, perfectum fecit doctorem, 297. Hebraei aliquando Syra lingua, pierumque Hebraei in tractatibus aut oblationibus utebantur ad commendationem, 157.

HEXOCIA curru igneo, id est, angelorum subvectione quasi usque ad caelum rapiti est, 511.

HIERONYMUS citatur, 564. *V. PATRES.*

HIERUSALEM interpretatur visio pacis, id est, Dei, 510. Hierusalem usque ad solum destructa est; et ista quæ pro ea edificata est, alio loco sita esse dicitur, 511.

HILARIUS. *V. PATRES.*

Ubi HOLOGRAMMA manus est, falsum dici non potest, 250.

HOMINIS quanta dignitas in sua creatione, et quid illum deceat? 611. Humanae carnis natura in sanctorum Trinitatis substantiam atque consortium per Dominum Christum ingredi meruit, 352. Homo creatura factus est dominus, ut Creatoris voluntatem servaret, 457. In quo sit ad similitudinem Dei? 612. Quomodo sit imago Trinitatis? 611. Deus unus unus; hominem fecit, qui unitatis ejus haberet imaginem, 275. Ideo factus, ut imperium unius Dei prædicaret, 36.

HOMINIS sententia suam quasi lingit naturam; ut hoc appelletur, quod sentit, 72. Ex actu nomen accipit, 45. Sub vocabulo animæ totus homo significatur, 72. Et carnis, *ibid.* Duplex homo carus subjectus et animo, 60. Novo pietatis genere in unum eodemque homine mors operatur et vita, mors peccatorum, virtutum vita, 415. Quomodo Christus hominem ad pristinum, quam accepit, imaginem revoceverit? 338. Innovatus homo exit de timore, acceptus spiritum laetitiae, 305. Quid minus est a gentilitate, dum adhuc aliquid de hominibus operatur? 121. Peregrini homines improbabilis origo in terra athena est, 32.

HONESTE illud sit, quod cum pace et disciplina sit, 160.

HONOR grandis grandiori debet sollicitudine circumvallari, 360. Sublimitas honorum sine onere peccati vix tenetur, 489. Quid prodest honorem sine fructu habere? 263. Cave honores, quos sine culpa tenere non potes, 489. In die iudicii incorruptibilis dabitur honor et gloria, 57.

HOSANNA, id est, salva nos, 453.

HOSTIAM vivam cur offerre nunc debeamus? 94.

HOSTES interiores si desceant, exteriores nihil nobis nocere possunt, 588. Prius tui victor esto, ut possis esse victor alterius, 418. Magna solertia est domestici hostis insidias evitare, 69.

HUMILITAS hæc est, si sibi quis nec quod deberi novit, defendat, 235. Lau-labile est, sublimem virum humiliare se, 317. Qui scit se aliquid esse, humiliet se, ut amicus fiat, 196. Humilia te in omnibus, et coram Deo invenies gratiam, 426. Si gloriarum est christiano, in humilitate gloriarum est, quæ crescit apud Deum, 203, 204, 240. Apud Deum humilitas gloriosa est, 200. Et nutrit amorem

Dei, 319. Superbos solet inclinare, 229. Quæ vitia existit-
guat? 493.

HUNNI Pannoniam sibi vindicaverunt, 564.

HYPOCRISIS. Pejor est qui se cum sit malus, bonum ostendit, quam ille qui est aperte malus, 361.

I

IDOLOLATRÆ quam inexcusabiles? 53, 34, 35. Cur Satanas invenit idololatricam? 145. Gravissimum crimen, et caput totius erroris est, 59. Per eam omnia vitia in mundo nata sunt, 35. Ubique fornicatio vocata est, 434. Sub tegmine simulacrorum diaboli colitur, 145. Quam recte per fumum idololatrici designetur? 340.

IDOLOTHITUM vocatur, quod idolis erat consecratum, 507. IDOLUM vanitas est, 44. Nihil tam inimicum homini, quam idola, 186.

IGNORANTIA. Quasi post nos est, quod ignoramus, 561. Et futurum nobis est, 586.

IMMORTALITAS quam primus homo peccando amisit, iustis reddetur, 575.

IMPENSA carne, 165.

IMPERATORE absente, imago ejus habet auctoritatem, 270.

IMPII habitatores terræ jure vocantur, 557.

IMPUDENTIA quorumdam perstringitur, 559.

INFERIA facile facit, quod fieri viderit a priore, 29.

INFERNI pœna damnatos quodammodo generat, quo con-
sumantur, 285. V. DAMNATI.

INFIRMITATES aliquando peccati causa inferuntur corpori-
bus, 292. Christiana infirmitas fortitudo est, 418.

INFIRMOS non te pigeat visitare; ex his enim in dilectione firmaberis, 368.

INGRATI Ii sunt, qui, Deo vocante, dissentiunt Dei gra-
tiam abnuentes, 83.

INIMICI humanitate ad amicitiam provocandi, 98. Quid sit inimi-
cum diligere? 100. In hoc abundans et perfecta justitia est, *ibid.* Quanto magis inimici graves sunt, tanto magis reconciliandi necessarii, 29.

INIQUITAS fortis vincere sibi videtur ad tempus, 116.

INNOCENTIÆ causa miserabilior est, 55.

INTERPOLÆ et adulteratores Scripturarum, 289.

INVIDIA quæ vitia pariat? 493.

IRA motus est naturalis, qui solet, ad profectum perti-
nere delinquentis, 245. Nasitur ex peccato, 50. Necessè iratus animus mala cogitet, 244. Solet per iram peccari, 98. Ita nihil asperius et amarius, 497. In ira nemo agnoscat quid sibi utile, 249. Inconsiderata res est, in tantum ut aliquando nec sibi parcat, qui trascitur, 274. Qualis ira esse debeat in delinquentes, 244.

ISAAC in typo Salvatoris natus est, 80, 125, 226.

ISAIAH sectum Deus martyrem fecit, 458.

ISRAEL Judæorum, Isaac Christianorum significat nati-
vitatem, 225.

ISRAELITÆ in deserto num jejunaverint? 422. Cur itinera, protectiones, mansionesque Israelitarum a sinibus Ægypti usque ad locum quo Moyses defunctus est, mandato Dei recensentur? 1. Cur mansiones filiorum Israel quadraginta et duæ numero computentur? 2, 3. Hi digni sunt dici Israelitæ, id est, videntes Deum, qui credunt, 80, 84.

J

JACOB populi gentium, Esau Hebraici figura fuit, 523. Duodecim nomina filiorum Jacob interpretationes, et quomodo gradus quibus a conversione peccatorum ad Deum perveniatur significant? 554.

JACOBUS frater Domini appellatus est; quia et Joseph pater ejus etiam Domini pater nuncupatus est, 215.

JANUS homo fuit, unius conditor civitatis, quæ Janiculum nuncupatur, 400.

JANUARIAS kalendas qui celebrabant castigantur, 399.

JERABARIM acerbum lapidum transeuntium sonat, 18.

JEJUNANDI conditio nobis conditionem tolerandi imponit, 419. Jejuniu[m] contritio atque humiliatio est animæ, 335. Qui jejunt a cibo, et non se abstinant a malo, similes sunt diabolo, qui non manducat, et tamen a malo non cessat, 431. Jejunia nostra non debent sæculi ætibus occupari, sed sacris litteris exerceri, 429. Quod vobis subtrahitis jejunando, in eorum debetis transmittere in pauperes, 431. Et totum debetis pauperibus donare, 426.

JEJUNIUM quanta virtus et gratia? 418. Moysen proximum divinitatis consortio faciebat, 414. Castra sunt jejunia christianis, 418. Pedes animæ perniciter sunt fides atque jejuniu[m], 415. Quam male aliqui excusent se a jejuniis? 443. Satis diu jejuna, qui cum voluntate Christi se reficit, 422. V. ABSTINENTIA, QUADRAGESIMA.

JEPETE fidelis inventus est, offerens filiam suam secun-

dum votum, quod stulte voverat, 164.

JEREMIAS receptissimus prophetarum, 398.

JERICHO omne corpus reproborum, quod est civitas diaboli, designat, 505.

JETHETHA bonitas interpretatur, 13.

JOANNEM BAPTISTAM concepti Elizabeth non natura sed gratia, 459. Vocabuli ejus nuncupatio reddidit inuito vocem, patri pietatem, populo sacerdotem, 461. Comparantur inter se Christi Joannisque natalitas, 459. Quo sensu quisquis nascetur de muliere, inferior est Joanne, 461. Hujus natalis dies celebratur, 459. Quomodo sit vox clamantis, 461. Jejunus fuit, humilis, parvus et virgo, 462. Non mirum si in carcere clausus Christum semper discipulis suis intinavit, cum etiam clausus in utero eundem Dominum gestibus prædicavit, 466. Cum caput illi amputatum est, typus erat legis, 462. V. CRISTUS.

JOANNES EVANGELISTA prior agnovit Dominum; quia decebat ut virginitas virginale prius agnosceret corpus, 540. Ea tantummodo scripsit, quæ posteris amplius profutura esse præviderat, 499. Cur post reversionem suam de exsilio compulsus est Evangelium scribere? 542. Sancti Patres tradunt quod post reversionem suam tantum in Epheso et circa adjacentia loca prædicavit, ibique mortuus sit, 545. Sine gladii peremptione quiescit, 505.

JOE ex filiis est Esau, quintus ab Abraham, hoc est nepos Esau, 81.

JOSEPH Mariæ sponsus filios ex alia conjugis susceperat, 213.

JOSEPHUS citatur, 16, 18, 190. Eversionem Hierusalem describit, 505.

JUDÆI cognomen tripartito genere significatio advertitur, 40. Ex tempore Judæ Machabæi, dici cœperunt, 51. Eorum prærogativæ, 42. Cur Paulus Judæum illis anteponat, 58. Judaï apostatæ habeantur necesse est, qui dum Christum non recipiunt, rei sunt violatæ Legis, 84. Judæi Romæ habitantes temporibus apostolorum, 23. Ex quibus hi qui crediderant, tradiderunt Romanis, ut Christum profluentes Legem servarent, *ibid.* De Christo non bene credebant, *ibid.* Si qui Dominum interfecerunt, et apostolos ejus persecuti sunt, tempore quo visio Apocalypsis Joanni demonstrata est, jam a Romanis devastati fuerant, 584. Quam in eos Deus severus sit! 62.

JUDÆORUM consubulatio est magna pollutio, 466. Perfidiæ eorum indicabitur fide apostolorum, 59. Ilorum reprobatio locum fecit gentilibus, 91, 95. Gentium vocatio Judæorum est perditio, 525. Eorum prope gravior causa est apud eos ipsos, quam gentium, 38. Constat illos in fine mundi per prædicationem Eliæ et Enoch ad fidem Christi reversuros, 543, 545.

JUDAS Machabæus fuit ex filiis Aaron, 31.

JUDAM, cum fur esset; quia non est accusatus, minime Dominus abiecit, 127.

JUDICI dies non venit, donec impleatur numerus electorum, 535. In eo signum Filii hominis, id est, crux Christi apparebit, 423. Qua forma Christus ab impiis et justis videri videbitur? 500. Non prius venit Dominus, quam regni Romani defectio fiat, et appareat anticristus, qui interficiet sanctos, reddita Romanis libertate, sub suo tamen nomine, 286.

JUDICI non est sine accusatore damnare, 127. In judiciis nunquam misericordiam deseras, 489.

JURISCONSULTI seu pontifices, quos vocant sacerdotes, certos dies quibus judicatur, decreverunt, 124.

JUSTITIA cognoscitur duce ipsa natura, 95. Prima justitia est agnoscere Creatorem, deinde custodire quæ præcipit, 85. Justitia communis habetur, 97. Vera justitia est non habenti de proprio suo largiri, 164. Vis ejus tenenda est, ut ad misericordiam jurè veniat, 281. Justitia perfecta est bonitas, 53. Impia justitia est humane fragilitati non agnoscere, 489. Quomodo abundet justitia Christianorum, et supergredi videatur? 97.

Ad justificationem spiritus datur, ut adiutorio suo justificet, 72. Justificatio in nobis impletur, cum datur remissio omnium peccatorum, 71.

Justi lapides appellantur, 18. Habitatores cæli jure vocantur, 537. Justorum redemptio quid? 506.

JUVENTUS solet promptior esse ad lapsum, 318.

L

LABORUM hac spe ut fructus capiatur, 141. Naturalis ratio hoc habet, ut quis inde vivat ubi laborat, 141. Nemo laborem suum odio habet, 275. Non extra mensuram gloriatur, qui in labore suo gloriatur, 197. Qui labori insistunt, a malis cogitationibus declinant, 278. Laboranti congruum est, ut appareat Domini gloria, quo præmi visione labores alacrius sustineat, 8. Labor in Domino quid? 109. 3

LACRYMARUM felix officium, 603.

LATINI homines assolent Græcæ cantare, oblectati sono verborum, nescientes tamen quid dicant, 157.

LATRO in cruce baptismum sanguinis profusione protinus acquisivit, et cum Domino in paradysum purpuratus confessor intravit, 598.

LAUDARI se qui videt, data opera elaborat, ut vera sint, quæ dicuntur, 106. Et is qui videt de se bene sentiri, 192, 318. Solent aliqui pudorem pati, et corrigere, cum de se audiunt bona, 150.

LAURENTIUS craticula consumptus, 458. Illi in refrigerium fuerunt prunæ, 6.

LEBNA idem est quod dealbatio, 12.

LECTORES quomodo pastores dici possint? 241.

LEGATIS hominum Lex est non inferre exitia, 230. Nemo egregium et maximum munus mittit per indignam personam, 257.

LEVITIS cur præceptum sit omnes pilos carnis radere? 10.

Lex triplex est, 45. Lex quadruplex, 68. Judex peccati lex est, non genitrix, reos faciens peccatores, 61. Forma uniuscujusque legis in professione et conversatione cultoris debet videri, 150. Justitiam naturaliter servans custos legis est, 38. Scientia Legis firmat animos, et provocat ad spei melioris profectum, 156. Major notitia legis plus facit reum, 144. Lex errantibus dominatur, 228. Lex peccanti ad mortem, obedientibus proficit ad vitam, 85. Iterata lex sollicitiores reddit negligentes, 212. Justificati amici legis sunt, 71. Qui audit venturum eum, a quo legem accepit, sollicitior erit, ne adveniente illo erubescat, 168.

Lex naturalis tres habet partes; et quæ sint? 55. Nullus qui ratione suffultus est, illam ignorare permittitur, 502, 568. Congruit homini habenti notitiam Creatoris vitam suam sine lege refrenare et cur? 55.

Lex Dei omni qua potest, majori sedulitate servanda, 15. Ingratus est misericordiae Dei, qui vult esse sub Lege, 26.

Lex Moysi non est mala, 64. Cur vetus dicitur? *ibid.* Cur in litteris data? 95. Et gentiles olim obnoxii, 58. Quomodo usque ad eam non imputatum sit peccatum? 53. Quomodo data, ut abundaret peccatum? 58. Erat aqua amara in Myrrha, 416. Spiritalis dicitur, 66. Non tamen vitæ, 69. Spiritus est timoris, 73. Per sacrificia, et quasdam observationes legales quasdam peccata veteris populi debebantur, 515. Præcepta legalia, si litteram tantummodo attendas, inutilia tibi videbuntur: si spiritaliter intelligentiam, veritas tibi magna refulget, 530. Lex nullum carnaliter eam intelligentem ad perfectum adducit, sed spiritaliter intelligentem ad perfectionis culmen erigit, 529. Triplex est documentum, 40. Omnis salus in ea de Christo est, 41. Justitia Legis quid? 85. Justitia ejus fides est christiana, 41. Perfectionem ejus habet qui credit in Christum, 86. Hic implet Legem, qui a Lege Moysi pervenit ad Christum, 85. Non eam facit qui non credit in Christum, 58, 40, 41. Non illam evacuat, qui illam cessare debere jam docet, 47. A tempore Christi indulgentia data est promissa in Lege, 85. Distantia inter Christi legem et Judaismum, 214.

Lex nova in animo scribitur, hoc est, in corde, non per calamus, sed per Spiritum, 176. Lex spiritus quid? 74. Quid intersit cum dicitur lex spiritalis, et lex spiritus? 60. Leges Romænis ex Athenis perlatæ sunt: sicut et Græcis ex Hebræis, 62.

LIBER vitæ prædestinatio est Dei omnipotentis, 531.

LIBERUM esse a Deo maximum crimen est, 135. Liber fit, qui remissionem accipit peccatorum, 223. Quod libenter auditur facile agitur, 488.

LIBRI antiquitus ex papyro conficebantur, 525.

LICITUM Num omne quod non licet, prohibetur? 150.

LINCUS, ut fabulæ ferunt, videbat trans parietem, 340.

LINGUÆ moderatio, 17. Non omnibus dicenda sunt omnia, 279. Superfluum est ea fieri, quæ nota sunt, 277. Qualis sermo ostenditur, talis animus comprobatur, 488. Non credibilia potest videri bene vivere eum, qui male loquatur, 244.

LONGOBARDI Italiam sibi vindicaverunt, 564.

LUCAS Evangelium et Actus apostolorum scripsisse perhibetur, 276.

LUCRUS est fletus dierum multorum, 575.

LUNA in tertio circulo dicitur esse, 204.

LUXURIA quæ vitia generet? 495. A Patribus pro libidine sæpe luxuria ponebatur, 549.

M

MACHLOTH interpretatur ab initio, 13.

MACHABÆI martyres, 469.

MAGISTERIO auctoritas competens tunc tribuitur, si proprio innitur exemplum, 594. Idonei magistri est, si ea quæ verbis docet, operibus expleat, 288. Ad magistrus respicit, quidquid a discipulis delinquitur, 566. Qui magistrum con-

temnit emendari se querit, 207. *V. DISCIPULUS.*

MAGOS interpretatur de tecto, 572.

MAGNUS et Vitalinus laudantur, qui totam substantiam in Ecclesiæ facturam contulerunt, 477.

MALITIA contra se agit, 98, 253. Sublati malitiæ semine, nequitiae fructus arescent, 35.

MALORUM omnium una causa est in malo, 45. Citius malum quod intus latet, exstinguitur, 494. Facientem malum et obsequentem par penitentia constringit, 489. Radix in malo quis sit, 110. Unusquisque plus mala sua novit, quam alterius, 150. Facile decipitur, qui gaudet alienis malis, 91. Melius est habere malorum odium, quam consortium, 488. Mensa malorum cur maledicta, 90.

MANASSIS regis penitentia in exemplum proponitur, 396.

MANCIA inde sic vocentur? 274.

MANDATORUM Dei contemptus vulnus sævum ac pessimum est, 539.

MANICHÆORUM errores, 112, 296. Christum hominem negant, 251. Et non negant crucifixum, 210. Nescio quæ habent diversa commenta, inflatis nominibus nuncupata, 314. Diocletianus eos constitutione sua designavit, 310. Forum fallaciæ, *ibid.*

MANNA sapientiam, quæ Christus est, potest significare, 506.

MANSIONES ISRAELITARUM. Christus ad cælum, Israel ad Jordaniem, Christus ad cælum pari mansionum numero deveniunt, 5. *V. ISRAELITÆ.*

MANUS tua sana esse poterit; si malis contrahatur, bonis vero operibus extendatur, 412.

MARANATHA Dominus venit, significat, 170.

MARATH locus est in deserto Sur, sic vocatus ob aquarum amaritudinem, 6.

MARCIONIS error, 112, 125. Ex quibus eum traxerit? 117. Videtur odio Legis Christum et corpus ejus negare, Jesum profiteri, 26. Marcion cetus, 453. Marcionitæ pene defecerunt, 296.

MARIA virgo ante partum, virgo in partu, virgo post partum, 546. Virga erat nitida, subtilis, et virgo, quæ Christum velut florem integritate sui corporis genuavit, 430. Impia assertio est, veros Domini fratres de Maria nato dicere, 214. Maria mater et filia est Ecclesiæ, 517. Evæ et Mariæ comparatio, 450. Arca Testamenti figura Mariæ, 447. Quam recte velleri comparetur? 397. Per portam orientalem figuratur, 579. *V. CAUSUS.*

In Martha Christus longum sanguinis fluxum sanat, 454.

MARTYRI gloria passionibus et pressuris acquiritur, 49. Mater martyrii fides catholica est, 466. De uno grano corporis Christi quanta martyria seges erupit? 475. In eis Christus occiditur, 180. Tyrannus nunquam tantum eis profuisset obsequio, quantum profuit odio, 467. Victoria est martyris iudicium persequentis, 475. Præmium quoddam est palma martyrii, 416. Martyres factorum virtute docent, et martyrii passione persuadent, 475. Honoramus beatos martyres, principes fidei, intercessores mundi, præcones regni, 467. Cur eorum corpora honoranda? *ibid.* Quisquis eos honorat et Christum honorat, 465. Deus martyrum merita nostra vult esse suffragia, eorumque cruciatu nostros esse profectus, 466.

MATRIMONIUM non est ratum, quod sine Dei devotione est, 134. Ac per hoc non est peccatum ei, qui dimittit propter Deum, si alii se junxerit, *ibid.* Viro licet ducere uxorem; si dimiserit uxorem peccantem; non e contra uxori, 153. In mulierum insolentia etiam mariti notantur, 159. Major Dei causa est, quam matrimonia, 134. Nullus omnino uxori suæ jungatur ante octavam Paschæ, 425. *V. CONJUGIUM, NUPTIÆ.*

MEDATOR, id est, arbiter, 221.

MEDICI antiqui in hominibus morte dignis, vel mortis sententiam consenserit requirebant quomodo professent vivis, quæ in homine latebant, apertis, 83. Laus medici est, si multos curet, 255. Quis medicorum non arguit susceptum suum negligentius se tractantem, 171.

MEDITATIO quotidiana tollit soporem, et facit vigilantiam, 96.

Ad **MELIORA** semper transeundum, 16.

MEMBRA omnia compatiuntur unius mortui, 175. Ad membrorum utilitatem et requiem pertinet, si caput inquietum non fuerit, 51.

MEMORIA. Qui semper alicujus memor est, scriptus est in animo ejus, 176.

MENDACIUM non solum in falsis verbis, sed etiam in simulatis operibus comprobatur, 452. Per mendacium omne peccatum intelligi potest, 584. Varia mendaciorum genera describuntur, 576. Mendacia quorundam monachorum, ut magni ab hominibus habeantur, 577. Cur omnis homo mendax? 42. Quomodo? 432.

MENS bona cæteris potior est humanæ substantiæ portionibus, 4. Mens est sicut paterfamilias, 509. *V. ANIMA.*

MENSIS cursus lunæ, diem sol facit, 224.
MERITO proprio unumquemque Deus aut remunerat aut condemnat, 58.
METCHA Latine dicitur nova mors, 15.
MICHAEL, qui interpretatur Quis ut Deus, Christum significat, 547.
MILENARIUM. Quidam in hæresim ceciderunt dicentes Christum, post resurrectionem, per mille annorum spatium cum omnibus sanctis carnaliter esse regnaturum, 587. Resurrectio fiet post annos mille, quibus hic regnabit Salvator, extincto Antichristo, 166.
MIRACULA quare nunc non fiunt sicut initio Ecclesiæ? 154.
DE MISERATIONE cum præsumitur, lenitur rigor justitiæ, 595.
MISERICORDIA multiplex, 95. Simpliciter et cum gaudio fieri debet, 96. Omnis Deo credens misericordiæ debet studere, 316. Retributio hæc est vel merces, ut qui accipiunt misericordiam, misericordiam faciant, 107. Nemini potest imputari misericordia, nisi habuerit justitiam, 98. In misericordia plena et perfecta justitia est, 246. *V. ELEEMOSYNA.*
MISSA. Per omnes fere Ecclesias Orientales et nonnullas Occidentales in oblationibus sacrificiorum cum sacerdote populus cantat irrisationem: *Sanctus, sanctus*, etc., 608. Preces ad Missam præparantes, 489 et seq. Missa a quibus quotidie audienda? 425.
MOAS nomen est civitatis et provinciæ, 7.
MODESTIA quantum proficiat? 509. Profectum parit, 210. In Ecclesia servanda est, 425.
MONACHUS qui sequitur adolescentulam incongrue cachinbantem, arguitur, 463. Quosdam vidimus monasteria reliquisse et in servitio quorundam potentium se tradidisse et ad monasteria rediisse, 539. Quorundam in monasteriis degentium vitia pestrunguntur, 517. *V. MENDACIUM.*
MONYANUS et Priscilla, et Maximilla prophetæ Cataphrygarum, 264. Montani antra duabus prophetissis, Priscilla et Maximilla, tamquam Scyllæ canibus, resonant, 453.
MORS boni quomodo penam nobis sint? 419.
MORS triplex: naturalis, pœnalis, et spiritalis, 14. Mors prima et secunda, 51, 54, 572. Quæ sit vera mors? 464. Quæstus peccati mors, 62. Lucrum facit, cum peccatur, 64. Quosdam vidimus qui quæsierunt mortem, et non invenerunt eam, 538. Quid sit regnum mortis? 56. Illata mors a perfidis, vita est apud credentes, 208.
MORTIFICATIO. Castigare corpus est jejuniis illud angere, et illa ei dare quæ ad vitam proficiant, non ad luxum, 143.
MOSEROTH significat disciplinas, 14.
MOYSIS facta præcipua, et quædam præceptiones mystice explicantur, 525, 526 et seq. Moyses velat clarior Judaici populi dextera fuit, 411. Spiritus sanctus tabulas Moysis scripsit, 607. Moysis finis, 20. Quorundam Judæorum fabula est sepulturam ejus absconditam, ne a magis excitaretur, 316. Moysi gloria evacuatur, apparente gloria Christi, 177.
MULIERES idcirco velantur, ut humilitas appareant, 159. Quomodo ante episcopum stare debeant? 148. Superbus mulierum ornatus quantum dedecet? 235. Romanorum mulieribus usus vini olim incognitus, sicut nunc aquæ, 275. *V. FEMINA.*
MUNDUS duplex, 129. Ejus veris tempore creatus, 457. Ejus radices quatuor numerantur, 2. Mundus, id est, homines, 91, 115. Infidelitas dicitur, et cur? 125. Christianis mundus hic pelagus est, et cur? 173. Spiritus mundi quis sit? 119. Cur omnia quæ sunt in mundo vana sint? 74. Amor sæculi amatores suos sic terræ conjungit, ut unum cum ea efficiantur, 567. Difficile est Deum simul et mundum diligere, 490. Sicut sepultus, nullam habeas curam de hoc sæculo, *ibid.* Fidelis iis quæ sunt mundi tantummodo ad necessitates corporis sublevandas utitur, 525. Diminuta sollicitudine sæculi, in Deo verus propensius vigilatur, 137. Qui non agit quæ mundi sunt, vel erroris, mortuus est mundo, 218. Exire de isto sæculo non metuunt justi, sed gaudent, et cur? 181. Qui conversationem reliquimus sæculi, debemus puram et cœlestem vitam quærere, 10.
MUNERA excæcant oculos, et vim auctoritatis inclinant, 190.
MURMURARE est falso ad invicem de præpositis et rectoribus queri, 144.
MUTABILIS semper est res, quæ tempori et ætati subjecta est, 55.
MYSTERIUM iniquitatis a Nerone inceptum est, usque ad Diocletianum, et novissime Julianum, 286.

N

NARCISsus presbyter officio peregrini fungebatur, 109.
NATURAM nemo potest mutare, nisi qui dominus est nature, 401.

NAZARÆORUM nomine abstinentium, continentiamque vita significatur, 9.

NAZARIUM martyrem Mediolanensis Ecclesiæ totum corpore retinet, 466. Natalem ejus universitatis Ecclesia festa exultatione concelebrat, *ibid.* Martyrium ejus describitur, *ibid.*

NEGIGENTER et indevote si aliquid agitur, in reprehensionem cadit, 257.

NEOMENIÆ sunt dies lunares, 225. Initia mensium vocantur, 270.

NEOPHYTUS quis? 361.

NERO. *V. MYSTERIUM.*

NICENÆ synodi tractatum scimus contra omnes hæreses invicta veritate oppositum, 358.

NICOLAUS hæreticus tempore apostolorum, 557. Nicolaitæ erant hæretici, 505. Nuptias detestabantur, 506.

NON primus in veteri Scriptura justus pronuntiat est, decimus a protoplasto, 2.

NOMINA ratione componebantur apud veteres nostros, 26. Nomen appellativum, in solo vocabulo est, non in nobilitate nature, 256.

NOVATIANS, 11. Non parvæ scientiæ fuit, sed in schisma versus, hæresim creavit, 155. Arguitur, quod Ecclesiam apud se et omnes purificatos habere diceret, 309. Dicit fornicatores non posse peragere penitentiam, et recipi in communionem: sed contra Apostoli sententiam, 207. Novatiano hic qui fornicatur, in corpus Christi sive in Spiritum sanctum videtur peccare, propter causam qua abscisus est ab Ecclesia, 151.

Novatiani, 39, 113, 114. A nostris baptizatos reprobantes, *ibid.*

NUMERORUM liber unus ex quinque Moysis cur sic appellatus? 1.

NUMERUS binarius mysticus, 3. Quaternarius perfectus est, 2. Et senarius, 410, 575. Qui perfectionem sanctorum designat, 516. Septimus et octonarius, 504. Denarius mysticus est, et perfectus, 2. Numeri viginti quatuor sacramenta explicantur, 516.

NUMTUS. Nemo rem vilem magnis præcursoribus nuntiat, 27.

NUPTIÆ primæ sub benedictione Dei celebrantur solemniter: secundæ autem concessæ sunt, sed præsentem carent gloria, 158. Quid sit in Domino nubere? 158. Invitiæ nuptiæ solent malos proventus habere, 158. *V. MATRIMONIUM.*

O

OBEDIANTIA. Nemo melius alicui obtemperat, quam qui ex charitate obsequitur, 252. Acceptius voluntarium obsequium esse solet quam coactum, 444. Unicuique pro persona ejus et meritis refundenda obsequia sunt, 183.

OBATIONES primorum christianorum, 149. Omni hebdomada offerendum est, etiam non quotidie peregrinis, incolis tamen vel his in hebdomada, 293. Quidquid fide integra, et mente sobria offertur, a Spiritu sancto purificatur, 106.

OBOTH in magos interpretatur, 18.

PER OCTAVAM resurrectio intelligitur, 7.

OCULORUM historia semper inspicitur, 473.

OPACIOTERON. Græci appellant cum uno aliud ipsum, 554. Quomodo hæc vox in Scripturis inveniri posse dicatur? 552. Arguuntur qui sublato *opacioteron*, id est, unius substantiæ vocabulo, *opacioteron*, id est, sinilem factori posuerunt, 348. Respondetur eorum objectioni, hoc verbum *opacioteron* non esse in Scripturis, 549.

ONKSIMUM in custodia urbis Romæ baptizavit Apostolus, 318.

OPERIBUS suis unusquisque aut justificabitur aut condemnabitur, 99. Et mercedem accipiet, 186. Nobiscum non aliud, nisi aut bona aut mala opera portamus, 342. Non parum obest Deum confiteri Dominum, et actibus diabolo famulari, 61. Perfectio sanctorum ex bonis operibus accrescit, 529. Deus nos regeneravit per fidem Christi, ad hoc ut bonis operibus exercitati, promissa mereamur accipere, 235. Timor Domini ad penitentiam impellit, penitentia vero ad bona opera agenda provocat, 535. Magis opera suadent quam verba, 288. *V. ACTUS, FIDES.*

ORATIONUM varia genera referuntur, 535. Necessaria est valde oratio, 96. In spiritu orare est munda conscientia, et fide integra ad Deum precem dirigere, 250. Ad Dominum non tam ore quam corde clamandum est, 445. Non locus orationem commendat, sed devotus animus, 29. Pacificus animus in oratione esse debet, 295. Quomodo sine intermissione orare possimus? 517. Per hos impletur confirmatio orationis, qui respondent, Amen, 157. Multorum preces impossibile est, ut non impetrent, 108. Facile multi impetrant, quod desiderant, 284. Quia Ecclesiastica regula sacerdotes nostri pro omnibus supplicent? 292. Prohibitorum

et sanctorum vitiorum orationibus adjavatur, 364. Mira orationis potentia, 9. Dei commingnis inter se, humillimæ orationis verecundia temperator, 595. Orationis inefficitas, 76. Sedulæ preces provocant animum iudicis ad dandam misericordiam, 283.

Ordo est ut a parvis ad magna veniamus, 6.

ORDINATORIS gratiam dari per prophetiam et mentium impositionem quid sit? 298.

ORATORIS qui columna Ecclesie dicebatur, propter pravam doctrinam ab illa exiit, 510.

Os Eroth, alia translatione Phairoth, os nobilitum interpretatur, vicus est et suburbium Magdali, 5.

OSCELA sanctum quid sit? 109. Signum pacis est, 170.

P

PACIFICUS esse apparet, qui nullam lædit, 98. Omnis bona vita tranquilla est, et actus modesti sunt pacifici, et per istos iter ad Deum, 44. Qui cum Deo pacificus est, nullius inimicitiam metuit, 231.

PAGANI in tenebris mystica sua celebrantes in speleo velatis oculis illuduntur, 246.

PALMARUM sive Olivarum festivitas, 433. Quinta die ante passionem celebratur, 434.

PARABOLARUM verba si attendas, mendacium esse perspicies: sin vero sensum, veritatem probabis, 520.

PARADISUS Ecclesiam significat, 505, 520.

PASCHA immolatio est, non transitus, sicut quibusdam videtur, 123. Pascha transitus dicitur, 436. Et passio Salvatoris, 437. Quomodo paschæ festivitas celebranda, *ibid.* Baptismus in ea celebratur, 438. Psalmus in ea decantari solitus, *ibid.*

PASSIO christianis vita est, et persecutio defensio, 512. Passiones sunt, quæ ostendunt meritum ad futuram vitam, 180.

PASTORES, nascente Dei Filio, prædicatores significabant, 394. V. CHRISTUS.

PATRI iniuste, et posse resistere et nolle, gloria est patientis, 116. Deo immolatur, qui pro ejus justitia patitur, 311. Magna mæstitia est, si patitur quis pro eis, in quibus nihil proficit, 257. Pressuræ exempla sunt futurorum meritorum in his qui patientur ad gloriam, 285.

PATIENTIA salvat homines, 185. Suavissimum ejus bonum, in quo specialiter animarum nostrarum salus collocatur, 494.

PATRES. Ambrosius, Hilarius, Hieronymus, Augustinus, Gregorius et multi alii maximam copiam librorum ediderunt, quibus hæreses, quæ fuerunt, et esse poterant, demonstratæ sunt, 530. Hieronymus, Augustinus, Gregorius, 585.

PATRIARCHÆ. Discite ab Abraham obedientiam, a Joseph castitatem, a David humilitatem, 434.

PATRICIORUM errores, 296.

PATRI lumen inaccessibile est; quia nulli unquam apparuit, 304. Cur Pater solus immortalis et invisibilis dicitur? 291.

Patris est indulgentia pro diversitate morum exhibere filiis pietatis affectum, 407. Coepta patris dignitas nobilitatur in filiis, 40.

PAULINUS judex christianos prosequitur, 485.

PAULUS cur primum Saulus, deinde Paulus sit vocatus? 26. In baptismo cum moribus mutavit et nomen, 421. Deus cum percussione sanum reddidit, 415. Cur vas electionis divino iudicio vocitatus? 119. Ultra omnia mundi sidera raptus intelligitur, 204. Primo hinc usque ad tertium cœlum, deinde in paradisi cœlestem, *ibid.* In Judæism locum doctoris habebat, ut pole pharisæus, 28. Nihil sine Dei Spiritu agebat, 174. A mane usque ad quietem horam vicium manibus quærebat, et ita exiit usque ad decimam disputabat publice, 202. Etiam noctu dorebat, 205. Cur labori insistebat humano? 278. Cur oblato sumptus refutaverit? 142, 290. Quia charitatem omnibus anteposuit, hoc secutus est, quod profleret fratribus, 234. Vir divinus erat, et medicus spiritualis, 120. Hyeme iter faciens, quia imbres assidua sunt, egredientibus fluminibus incurrebat periculum, 202. Hac causa amplius adjutum se credit a Deo, quia derelictus est ab hominibus, 312.

Paulus venit ad Petrum, non ut aliquid ab eo disceret, sed propter affectum apostolatus, 215. Nihil ab aliis apostolis discere poterat, 214, 216. Non simulavit, 143. Servivit tempori, 96. V. PETRUS. Resedit apud Corinthios annum unum et menses sex, 111.

Pauli epistolarum varius ordo, 313. Repetitio in epistola, non erat superflua, 110. Paulus quatuor modis scribit Romanis, 25. Quibus de causis scripserit ad Corinthios? 111. Ante hæc epistolam aliam isdem scripserat, *ibid.*, 128. Cur secundam ad Corinthios scripserit epistolam? 169. Scripsit ad Ephesios de urbis Romæ custodia, 251. Cur ad Colossenses scripserit? 265. Et Thessalonicensibus? 275,

276. Et ad Timotheum? 305. Et scripserit ad Philemœdem, 317.

PAUPERITAS ipsa plane dives est, quæ expendit omnia et possidet omnia, 478.

PAX astra Dei, alia mundi est, 209. Ipsa Dei natura pax est, 261. Sine Christo nulla pax nec spes, 28. Pax Christi non debiti est, sed meriti, 396. Qui habet pacem cum Deo, non timet omnem mentem adversam, 261. Pax est janua dilectionis, 251. Qui in pace vocantur, patientiæ debent studere, 159.

PECCATI triplex genus, 48. Adam vendidit se prior, ac per hoc omne semen ejus subiectum est peccato, 66. Manifestum est omnes in Adam peccasse quasi in massa, 54. Maledictio primi hominis in omnes homines pertransiit, 586. Homo nascitur sub peccato, 68. Scientia mali ex originali peccato descendit, 586. Adam peccans mortem invenit, et omnes ex ejus origine tenuit, 162, 166. Et eam nobis hæreditatis titulo dereliquit, 73. Christus originali peccato obnoxius non fuit; quia ex concubitu viri, qui sine peccato esse non potest, ortus non fuerat, 530. Nisi originale peccatum fuisset, vitium nullum esset, 527. Per traducem fit omnis caro peccati, 68.

Peccatum omne caro est, 73. Quomodo in carne habet, cum non sit substantia? 67, 68. Cum corpus contaminatur, nemo ambigit animæ esse peccatum, 54. Cum cogitatio animæ est in crimine, corpora dicuntur delincentari, 54. Quædam peccata levia ex congeries graviora quibusdam, quæ gravia existimantur, efficiuntur, 578. Apparet, exceptis cæteris peccatis, aliud esse peccatum, quod peccatum dicitur in Spiritum sanctum, 152. Mensura quædam est delictorum, quam cum impleverint peccatores, vita digni minime judicantur, 66. Omne peccatum palam fieri timet, 216. Qui obediunt peccato mortales dicuntur, 60. Iis dominatur, qui peccant, 61. Quia peccata deesse non possunt, certe non regnent, 603. Subjectus peccato facit quod non vult, 67. Nec ideo immunis est a crimine, *ibid.* Quid sit venditum esse sub peccato? 66. Dies iræ peccatoribus, 37. Tolle peccata de medio, et Deum tibi proximum fecisti, 420. In se ipsum vindicat, qui se causa delicti colligit, 189.

Apostolus hoc affectu fuit, ut aliena vitia, quasi sua doret, 50. Plus fit reus, in cuius delicto multum tribulamur, 174. Illi insultandum, cujus peccatum obfuit aliquibus, 95.

Peccatum a Salvatore triplici genere damnatum est, 71. Peccatum remittere et tegere et non imputare una ratio et unus sensus est, 49. Peccata dimittere, et Spiritum dare, solius est Dei, 121. Nullius peccatoris munditia aie donis septem Spiritus sancti perfecta esse potest, 528. Veniam dare peccantibus non est aliud quam gratia, 89. Quantum Deus melior sit ad curam animæ peccata, quam medicus ad sanandum corpus? 591. Remissio peccatorum omnia tollit peccata, 69. Quid tam gratum et jucundum, quam peccatoribus indulgentiam predicare? 291. Mortuus peccati est, 89.

PERLACISSIMUS, 601.

PERFIDIA omnia maculat, 254. Inter perfidos cum prudentia conversandum est, 247.

PERSECUTIO. Dignitas ejus crebrescit, cujus vincula in Christo manifestantur, 252.

PERSONÆ substantiam non dividit, 248.

PETRUS apostolus a Petra Christo, sicut a Christo christianus dicitur, vocatur, 419. Cyprianus ipse est Simon Petrus, primus inter apostolos, 140. Primus inter apostolos est, quanto magis inter cæteros, 198. Primum non accepit Andreas, sed Petrus, 205. Primus erat inter apostolos, cui delegaverat Salvator curam Ecclesiæ, 215. Cur Christus Petri navem elegit? 439. Quomodo Petrus sit fundamentum Ecclesiæ? 530. Ambulans in mari docuit non corpus sed solum ambulasse, 540. Tranquillitas est, ubi solus Petrus navigat; tempestas, ubi Judas adiungitur, 440. Cur post orationem esuriret? 464. Clavis Petri quid? 436.

Petrus et Paulus doctores gentium, auctores martyrum, principes sacerdotum, 463. Quæ fuerit causa ob quam Petrus a Paulo reprehensus est, 217. Quis auferet Petro primo apostolo resistere, nisi alius qui fiducia electionis suæ sciret se non imparem, 217. Plena auctoritas Petro in judæis prædicatione datâ dignoscitur, et Pauli perfecta auctoritas in prædicatione gentium invenitur, 218. Natalis dies Petri et Pauli apostolorum celebratur, 463.

PHARAO nomen regum erat apud Aegyptios, 82.

PHARISÆUS. V. PAULUS. Viri ad explorandam terram promissionis missi scribarum et phariseorum prætulcrunt imaginem, 11.

PHILEMUS vir laudabilis, unus ex plebe, 317.

PHILIPPUS corpora SS. Gervasii et Protasii sepelivit, 486.

PHILOSOPHORUM et poetarum doctrina plena erat mendacis omnibusque erroribus, 865. Quam recte philosophorum doctrina serpentibus assimiletur? 541. Quam insulse sapen

les intrudi dicant statim esse quod Deus fecit ultra quam sapit homo? 71.

PANTONbris pœnitentia interpretatur, 17.

PAROXIS quomodo resurgit de pulvere suo? 512.

PAROUSI error, 125. Christum Deum negat, 26, 210, 218, 251. Eius auctores, 41. Photiniana Citaribus, 453. Photiniani, 119.

In **PARVITA** nisi spurcus intersit, sacramentum mutuum est, et torpescit religio, 62.

PATA in conversatione divina sibi sp̄s est, 96.

PAUCIFICARE animam, 601.

PECCATA in omni diversitas est, 258.

PELVIA unde oriatur? 672.

PEENITENTIA est mala prœterita plangere et plangendam iterum non committere, 425. Est prioris ævi damnatio, et in futuro pœnitentia correctio, 359. Hęc vera pœnitentia est, jam cessare a peccato, 174. Pœnitentia non habet excusationem, sed confessionem, 189. Reatum agnovisse confessionis initium est, et proximum fit veniæ, quod stimulat pœnitentia, 595. Tanto magis est insistendum confessionis officio, quanto peccatorum es sarcinis oneratus; ut quod per afflictum non es dignus exigere, per imbecilliam vales obtinere, 595. Pœnitentia nunc agenda est, 425. Nivivitarum confessio et pœnitentis proponitur pœnitentibus, et licentent describitur, 595. Et duplex Davidis pœnitentia, 591. Publicani pœnitentia in excelsam proponitur, 595. Et mulieris peccatrici, *ibid.* Et filii prodigi, 599. **P.** ACHAB, MARISSES. Differit Dominus pœnam, ut inveniat pœnitentiam; protelat patientiam, ne amittat clementiam, quod debuit fieri censura, 601. Quæ graviter peccantur, non nisi metu et gemitu ad veniam pertinent, 95. Qui graviora peccata incompetenti vindicta vult exsequi, debilem facit eum, quem potuit emendatum habere et sanum, 98. Sordēs corporis ornamenta sunt pœnitentiæ, 395. Aspera est castigatio utilitas, sed lenior efficitur, si modus culpe tractetur, 599. Pœnitentia magis commotionem turbationemque agit, 5. Ibi Achab, Nihiv rex, Corihthi, mansionem fixerunt, 4.

Pœnitentia si de veronitio est, protinus habet fructum, 174. Certum habet donum veniæ, cui permittitur peccata, 604. Deus per misericordiam rursum regenerat et reformatur peccitentes; ut non sola sit venia, sed status pristini restantur, 170. Pœnitentia est velut collyrium, 511. In pœna futura vite positus sine fructu pœnitentiæ pœnitent, 57.

Pœnitens homo quis sit? 427. Quid agere debeat? 5. Sollicitus est, ne dento decet, 189. In tuto est, si indulgentiæ remissionem non dubitet, 594.

Pœnitenti hovi Testamenti austeriora sunt quam veteris, 508.

Pœnitentiario. Quosnam Deus prœdestinet? 76, 77, 81. Est qui ad tempus eligitur, non de præsencia, sed de præsenti iustitia, 76. Præparat aliquem ad gloriam, aut interitum, est præsente quid futurum est, 84. An quis deleri possit de libro præservationis, 509. **V.** DEUS, LINER.

Pœnitentiario sacerdotis in plebe salvandis est correctio, et contestatio iudicantis, 448. Non indiget pompa et cultu sermonis, 114. Gloriam suam querit, qui fidem Christi verbis suis exornare vult, *ibid.* In religione vis sermonis necessaria est, non sermo dulcis, 109. In Ecclesia ille debet loqui, qui omnibus prosit, 136. Qui non missus prœdicat, præsuntor est et reprobus, 197. Signum devoti et fidelis prœdicantis est, si in pressura loqui verbum Dei non timeat, 278. Qui aliter agit quam prœdicat, suspectos facit audientes, ut de promissis dubitent, 143. Cujus vita despiciunt, restat ut prœdicatio ejus contemnatur, 511. Gloria prœdicantium est, quando audientes facile credunt, 279. Prædicatores Christum corde et lingua portaverunt, 503. Due tubæ argenteæ prœdicatores figurabant, 10. Per stelas designantur, *ibid.*

Pœnitentiarii vicarii sunt Christi, 301. De presbytero non facile credi debet cimen, et cur? 300. Apud Ægyptum presbyteri consignant, si præsens non sit episcopus, 241. **V.** EPISCOPOS.

PANITIA in Ecclesia offerendæ sunt, 245.

PASCILLA, 30.

PRIVILEGIO alieno qui fruitor, privabitur merito suo, 591.

PROFESSIO. Nihil tam periculosum est, quam si professioni gesta repugnent, 300. Non in professione magis quam in gestis laus Dei et virtus est, 310.

PROPHETIAM falli impossibile est, 514. Prophetæ futura dicunt, et Scripturas revelant, 155, 156. Prophetæ explanatores sunt Scripturarum, 241. Prophetare est advenum fore Domini voce symboli post orationem effari, 147. Prophetia prima probatio est rationalitatem esse fidem nostram, 95.

PROFANA potest cedere quiddam simpliciter sub Dei evotione sit, 224.

PROFANUS. **V.** GRAVISSUS.

PROFANUS. Magna gloria est, si cui potuisti nocere, parcas; et peccanti in te non retribuas secundum culpam, 488. Tanta scias tibi posse dimitte, quantum tu proprio dimiseris debitori, 602. **V.** CHARITAS.

PRUDENTIA hæc est prodesse magis aliquibus, quam obesse, 95. Hoc est prudentis, scire quemadmodum unicuique respondeat, 247. Vetères desinuerunt omnes prudentes esse liberos, stultos autem omnes esse servos, 275. Difficile in injuriis prudens, in iniuriis non sapit, 35. Præferre se nolunt prudentes, 201.

Prudentia carnis quid, et cur sic dicta? 71. Prudentia mundi intelligitur est iustitia, 117.

PRUDENTIUS de conflictu vitiorum atque virtutum egregie versibus disseruit, 549.

PSALMODIARUM, 88, 104, 141, 359, 453, 464, 567.

PSEUDOAPOSTOLI nomen Christi prædicabant, admixta philosophia, 112.

PRUDOR neglecta iustitia nihil proficit, 94.

PULCHRUM solet a Deo iudicari, quod hominibus videtur despectum, 135.

PURGATORIS ignis, 533, 572, 580. Quis per ignem purgatus fiet salvus, ut non, sicut peridi, æterno igne in perpetuum torqueatur, 122.

PURPURA ornamentum est regale, 565.

PYTHONEM quem appellant? 719.

QUADRAGESIMA tempus est redemptionis, et cœlestis quodammodo medicinæ, 413. Quid in eo agendum, 414, 422, 424. Non ab hominibus constitutum, sed divinitus consecratum est, 429. Mysticum esse ostenditur et sacratissimum, 421. Stationes vocantur, 418. Omni observatione custodienda, 419. Cur quadraginta et duos continet dies? 413. Mansionibus Israelitarum comparatur, 415, 416, 417. Varii modi celebrandi Quadragesimam, 410. Arguuntur qui septem debus prædant, et septem diebus jejulant, 421. Non leve peccatum est inlectam Quadragesimam violare, 418, 420. Qui illam una die violaverit, totius Quadragesimæ violator arguitur, 429. Bonum est cunctis temporibus jejunare, sed melius quadragesimam jejunare cum Christo, 420, 421. Nullus in ea ante nonam manducet aut bibat, 425.

QUINQUAGESIMÆ dominica, 409. Cur sic dicta? 410. A Telesphoro instituta, *ibid.* Quidam quinquagesimam se facere mentuntur, 420.

R

RABAS (typus) habuit Ecclesie, 454.

RAMESSES Ægypti civitas, interpretatur cœmoteris turberella; et significatam significat, 6. Prima Israelitarum mansio, et quid in ea factum sit? 4.

RAPIDUM laus iudicii interpretatur, 9. Undecima Israelitarum mansio, quæ trium admirabilium operum prærogativa decoratur, 8.

REMI homo, nisi quod suum fuerat, 117.

REDES habent Dei imaginem, 99. Afflicto propter dissolutionem regum, 314.

RELIGIOSUS et professionis suæ fidem nescire est reprobum esse, 208.

REMISAM accipere, 263.

REMOPHARES divisio sublimis interpretatur, 12.

REPROBI ad hoc vocantur, ut inexcusabiles sint, 584.

RESSA laudabilis tentatio interpretatur, 12.

RESURREXITIO carnis contra hæreticos assertitur, 535, 536. Horum fallacia, 550. Quilam aerium corpus, et paulatim in auras tenues dissolvendum post resurrectionem conatur introducere, 344. Utrum in resurrectione diversitas sexus futura sit? 336. Respondetur resurrectionem negantium objectionibus, 337, 341. Num post eam comessuri sumus atque bibaturi? 359. Tandiu suspensa est, quamdiu omnes credunt præservationi ad vitam, 291. Victoria devictæ mortis est, 167. Mors de terra est, resurrectio vero de cœlis, si tamen immutetur ad gloriam, 181. Impii resurgunt, sed ad hoc ut pereant, 167. Infidelitas claram resurrectionem non potest habere, 165. Resurrectio prima, et secunda, 371.

RETINNA, hoc est, os videntis, 12. Voce propria, at communis solitudinis cum nullis cæteris Pharan vocatur, 11. Decima quinta est Israelitarum mansio, et quid in ea actum sit? *ibid.*

ROMA per meretricem designata, 562, 563. Fornicitia vocatur, 564. Quæcumque gens Romanorum pacem sequi desideravit, oblati donis suscepta est, ut essent cives Romani, 236. Apud Romanos reges Augusti vocantur, 82. Potestas regnum Assyriorum, Persarum, et Macedonum ad Romanos transierat, 534, 548. Romanorum fides lau-

data, 25. Romani imperii destructio designata, 364. Romani Judæos deleverunt, 560. V. **ANTICHRISTUS**, **JUDICI** **DIES**.

RUINA quæ de alto est, graviore casu colliditur, 360.

S

SABELLUS ipsum Patrem ipsum Filium profitetur, 354. **Pirata** est, 435. V. **ARIUS**.

SACERDOS ex populo potest fieri, 212. Recte apibus comparatur, 418. V. **PRESBYTER**.

SACRAMENTUM mysterii Dei est Christus in carne, 296. **Sacramenta** rerum spiritualium facile publicari non debent, 280.

SACRIFICIUM laudis quotidie offerre Deo sancta Ecclesia consuevit, 500. In Ecclesia non carnalia, sed spiritalia sacrificia quotidie offeruntur, 584.

SALMONA interpretatur umbra, 17.

SALOMON differt ab aliis prophetis, et in quo, 454. Quorundam Judæorum fabula est Salomonem adjutorio dæmonum templum ædificasse, 518. Cur Salomon tria impossibilia scire non potuerit? 451. Illa explicantur, *ibid*.

SALUTATIONES ante sanctorum basilicas damnantur, 423. An aliquando saltare liceat? 447.

SALUTATIO ecclesiastica, 209.

SALUTIS necessitas omni necessitate major est, 443, 444. Non licet ignorare maxime quod pertinet ad salutem, 199.

SAMARITANA docta per Legem, 142.

SAMARITANI sunt ex origine Persarum et Assyriorum, 142. Legem solum accipiunt, id est, quinque libros Moysis, *ibid*. Ignem colunt more Persarum, *ibid*.

SAMUEL tristis fuit in Saul peccante, 127.

SAMSON Christum, capilli ejus electos significant, 505.

SANCTI reges sunt et sacerdotes, et quomodo? 519. Qui dicantur sancti vocati? 28. Sancti animus in omni bono est, 190. Hoc est sanctorum memorem esse et communicatorem, imitari actus illorum, 96. Qui ministrant sanctis, debitores sibi faciunt sanctos, 191. Mariæ suffragia, apostolorum intercessionem, martyrum preces, confessorum orationes desepco, 497.

SAPIENTES qui dicantur? 30. Prima sapientiæ pars est timere Deum, 59. Quæ tam vera sapientia est, quam cognovisse quod prosit, et desepisse quod obsit, 267. Vitam acquirit et pacem, 71. Potens est ad omnia vitia extirpanda, 587. Quomodo ædificavit sibi domum et columnas septem? 505. Veteribus placuit omnes sapientes liberos appellare, imprudentes autem omnes servos, 135. Quidquid homines sine Deo sapiunt, stultum est, 123. Sapientes mundi in carne sunt, 72.

SARACENI totam Asiam subegerunt, 584.

SARAPTA incensa interpretatur, vel angustia panis, 530.

SATANAS interpretatur contrarius, 588.

SAUL hostes suos non tam armis quam devotione vincebat, et plus dimittebat religionem quam telis, 418. V. **SAMUEL**.

SANDALIZARI aliquando idem est ac carnis pati desiderium, 203.

SCHOLÆ Magistri sunt ii qui litteris et lectionibus imbuendos infantes solebant imbuere, sicut mos Judæorum est, quorum traditio ad nos transitum fecit, quæ per negligentiam obsolevit, 241.

SCIENTIÆ boni et mali lignum, cur sic dictum? 505. Imbecillitas humana stultum putat, quod scientia sua non concludit, 120. Astrologia, geometria, arithmetica, musica cur a nostris despectæ sint? 267. Sicut vita hæc imperfecta est, ita et scientia, 153. Tunc magna est, et sibi utilis, si charitate humilietur, 138, 139, 140. Charitate subnixæ non inflatur, sed est mansueta, proficiens omnibus, 156. Et rerum notitia habeatur plenior, principia earum requirenda sunt prius, 23. Scientiam quæ in Christum descendit, nullus nisi bonus habere potest, 514. Scientia optima est vitæ desepere, atque ad Deum tota mente converti, 514.

SCRIPTURÆ quosdam Latinos codices constat olim de veteribus Græcis translatos, quos incorruptos simplicitas temporum servavit et probat, 36. Multa in eis mutata et a quibus, *ibid*. Græci diversos codices cur habeant, 37. Adulterare verbum Dei est verum sensum per falsum velle excludere, 178. Hæc sacerdotum vehemens et copiosa vindicta est indignis quibusque Scripturarum celestium sacramenta non credere, 464. Semper divina Scriptura loquitur et clamat, 461. Quanto amplius in corde ruminatur, tanto salubriorem dulcedinem menti exhibet, 515. Ad resecanda vitia acutissima est, 570. Panis est animarum, 529. Pabulum et vita est, 429. Quidam illum non pro amore Dei, sed pro amore sæculi didicerunt, 499. Expositor Scripturæ nihil addit aut minuit, 588. V. **EVANGELIUM**, **TESTAMENTUM**.

SECURITAS incauta patet incursibus, 397.

SENECTUS apud omnes gentes honorabilis est, 298.

SEPTUAGESIMÆ doniunica novum nomen, 409. Cur sic dicta? 410.

SEPULTURA corporum manibus clericorum procuratur, 469.

SERPENS signo suspensus typus fuit Christi pro salute nostra in cruce pendens, 17.

SERVI pro ministris positi sunt, 125. Ejus dicitur servi, cui obedimus, 61. Majus est ex libero servum fieri, quam nasci, 227. Dignitas est servum esse potentis, 291. Qui ex animo servit, talis est foris, qualis et intus, 274. Idonei servi sunt, qui instantia sua et fide negotia domiorum suorum exaggerant, 504. Idoneus servus probatur, quando pro amore domini sui inimicus ejus offendit, 277. Servi hominum hi sunt, qui humanis se subjiciunt superstitionibus, 135.

SERVUS Christi dignitatis est nomen, 274. Nulla major dignitas, quam servire Christo, 488. Servi Dei serrient Deo amando et sine fine laudando, 586. Apud Deum hic servus habetur, qui peccaverit, 274.

SERVI ex peccato fiunt, 235. V. **CHAM**. Peccata servos faciunt, 135.

SEXAGESIMÆ dominica novum nomen, 409. Cur sic dicta? 410.

SIGNIFICANTIÆ diversarum causarum, 269.

SIMILITUDO solet habere aliquid dissimile, 53.

SIMPLICITAS conscientiæ et sinceritas gloriæ est, 171.

SIMON magus dicitur in aere sursum, ut populum Christi scandalizaret, volasse, 78. Dicitur fluxisse se mori et resurgere, 532.

SIMONIA. Arguuntur ministri qui gradus ecclesiasticos vendunt, 566.

SIMULATIO omnis, et omnis duplicitas mendacium est, 432.

SIN interpretatur rubus, et est solitudo a mari Rubro usque ad montem Sinai, 7. Mansio trigesima tertia in deserto Sin alia est ab octava ejusdem nominis, 16.

SINAI duodecima Israelitarum mansio, et quid in ea factum sit? 9.

SOCOTH secunda mansio filiorum Israel, 4. Interpretatur tabernacula, *ibid*. Quid in ea factum sit? *ibid*.

SOLLICITIO quis sit pudore, quando in causa sua alterum viderit laborare, 276.

SOPHISTÆ Græcorum adulterarunt Scripturam, 215.

SORTILEGIA, 423.

SPES. In quo spes non est, pro mortuo habendus est, 129.

Qui spem sine recta fide habet, se ipsum decipit, 531. Hæc fidelium probatio est, si fidei suæ spem advertant, 256. Cur spe liberali simus? 78. Omnis qui aliquid sine spe agit, orta tribulatione succumbit, 288. Spebus dubiis, 596, 212, 224.

STERNUTIONES, 423.

SPERITUS sanctus cur sic vocatur? 321. Deus esse probatur, 122, 605. Ex ejus donis, nominibus, operibus et effectibus demonstratur, 324. Omnia quæ Deus, ille operatur, 606. Id probatur, 607. Ille sicut inuago ex annulo, et ignis de igniculo in aliquid eorum quæ operatur, non mutatur, 325. Cur non sit filius? 322. De Deo est Patre, 94. A Patre et Filio inseparabiliter ab æterno procedit, 438, 579, 611. Omnia Patris et Filii ac Spiritus sancti, qui et Patris et Filii est, esse communia, 528. Spiritus sanctus propter societatem unitatemque naturæ a Filio mittitur, 327. In substantia Christus est, 181. Quare ad Christum in specie columbæ descendit? 401. Per ignem designatur, 533. Quæ sunt ex Deo, per Deum sunt, postea renata in Spiritu, 94. Qualiter septem dona ejus unicuique fidelium conveniant? 514. Et Christo, 513. In credentibus inhabitat, 268. Sanctificat filios Dei, 244. In bene agentibus est communis cum Deo et hominibus, 151. Postulat more naturæ suæ, 78. Contristatur ex nolis, et gaudet in nobis, 103, 244.

SPIRITU ambulat, qui fugit peccatum, 128. In quo est bona semper spiritalia meditatur, 217. Spiritalia sunt, quæ servata meritum collocant apud Deum, 212. Qui s. erunt spiritalia, putat illa carnalia, 195. Sicut justitia spiritalis facit, ita et delicta carnales, 45. V. **CARO**.

STELLAS pagani angelos vocant, 270.

STEPHANO in dulcedinem fuerunt torrentis lapides, 6.

STIPENDIUM est, quod militans accipit ad sumptus vice mercedis, 199.

STULTUS sæculo prudens est Deo, 122.

SUBSTANTIÆ unius quod est, unum est, 91. Cur substantiam in Deo naturam dicitur, 257. Qui substantiæ verbum volunt auferre, hæresim Arianam intromittunt, 548. Arguuntur, *ibid*. Respondetur objectioni hæreticorum qui verba *hypocritarum* et substantiam a Deo penitus excludere volunt, 351.

SUPERBIA est alta sapere, 97. Plena insipientia est, si quis de falsis se laudet, superbia si de veris, 200. Superbia et elatio peccatum est, 97. Maximum malum est, horrendum atque pavendum, 493. Septem vitia ex ea orta

referuntur, *ibid.* Velut insania habetur, 183. Omnes superbi filii sunt diaboli, 439. Miserum est superbum esse eum, cui ignotum est, 95. Superborum mens fructum non facit Deo dignum, 182. *V. EXTOLLENTIA.*

SUPERFLUA solent majorem parere sollicitudinem, 195.

SUSPICIO trepidum facit, 301.

SUEVI multa loca depopulati sunt, 564.

SYBYLLA quo spiritu locuta sit? 119.

SYMBOLUM fidei, 345. Duodecim apostolorum symbolo fides sancta concepta est, qui, velut periti artifices in unum convenientes, clavens suo consilio conflaverunt, 455. Fermentum salutis nostræ est, 408.

SYMMACHIANI, qui ex pharisæis originem trahunt, christianos se dicunt, 209.

SYMPHONIOS præfectus Agnetis persecutor, 480 et seq. *SYNAGOGÆ* manus in scribis, doctoribus et pharisæis aruit, 411. Adæ dexteram Salvator curat in Synagoga, 412. *V. ECCLESIA.*

T

TELESPHORUS pontifex, 410.

TENTATIO. Diversis modis probantur homines, alius per inopiam et infirmitatem corporis, alius per divitias et sanitatem, 341. Probationes diversæ credentium, 258. Omnis probatio tentatio est, non tamen omnis tentatio probatio, 208. Deus numquam nos in tentationibus istius mundi et miseris nec sine advocato, nec sine consolatore esse patitur, 524. Humana tentatio est propter spem Dei diffidere de homine, 144. Majora perniciosioraque tentamenta, quibus anima in hac vita impugnatur, dæmonum illusiones, magorumque ac pythouum præstigia omnium consensu æstimantur, 17. Diabolus per subjectam sibi carnem, suggestiones malas ingerit animæ, 69. Anima quantumvis perfecta, nisi assiduis salietur tentationibus, relaxatur, 12. Tentatio animæ fidei custodia, fortitudo, et virtutis augmentum est, 15, 18.

TERMINALIS exitus, 605.

TERTIUS frater, 192. Tertius scriba epistolæ Pauli, 110.

TERTULLIANUS, 57. Non parvæ scientiæ fuit, sed hæresim creavit, 155.

TESTAMENTUM defuncti jure factum non potest scindi, 220.

TESTAMENTUM vetus ab Hebræis dividitur in prophetas, Legem, et agiographa, 529. Non est contrarium novo, 449. Umbra fuit novum Testamenti, 542. Spiritalis intelligentia in eo nihil est aliud, quam novum Testamentum, 518. Etsi novum Testamentum aperto sit veteris, tamen in eo multa obscure ponuntur, 552. Novum Testamentum canticum novum dicitur, 553. Et cur novum dicitur? *ibid.* *V. EVANGELIUM. SCR. PTURA.*

In *Tetra* co ponti, 165.

THEAETH Latine longanimitatem seu tolerantiam significat, 15.

THEBE Latine interpretatur stupor, Græce *Λεθησις*, 15.

THECLA flammarum globos evasit, 438.

TIMORUM varia genera bona et mala, 575. Est quoddam commotionis iudicium videre quod metuas, 475. Timor Dei temperare debet, et modum imponere accidentibus causis, 244. Qui timet, perfectus non est, 273. Timor prohibet peccatum, 90. A peccatis abstinere facit, 275. Cautior ad vitanda præterita efficitur, quem metus emendat, 602.

TIMOTHEUS quis fuerit? 289. Quia filius erat mulieris Judææ, patre autem Græco, secundum Legem minime est circumciscus, 217. Mirabilis adolescens, 298. Et vir mirabilis, 305. Erat quasi coepiscopus Pauli, 110. Paulus eum filium suum dicit, quia ab ipso fuerat ordinatus, 257.

TITUS Græcus erat, 215.

TOROSI corporis ingluvijs, 601.

TRADITIO apostolica, 347. Et Patrum, *ibid.* Quidquid non ab Apostolis traditum est, sceleribus plenum est, 125.

TRANQUILLITAS in anima finis est actionum vitæ, 2.

TRANSFUSIO hujus vitæ, 245.

TRIBUTA fiscalia solvenda, et cur? 90.

TRIBULATIONIBUS assiduis anima purgatur, 180. Existentes in gratia multiples manent tribulationum amaritudines, 6. Cur in tribulationibus gloriandum? 52. Index fixæ spei tribulatio est, quæ testimonium perhibet ad coronam, 52. *V. ADVERSITAS.*

TRINITAS mysterium, 492. Veritas est, 117. Vocabulum sanctæ Trinitatis grande mysterium et arcanum est, 329. Hoc solum est quod ex Trinitate comprehendimus, quia comprehendendi non potest, 322. Quid de illa sentiendum? 521. Trinitatis mysterium ex Apostolo probatur, 605. In Trinitate tria nomina et tres personæ unius esse essentialis, unius majestatis atque potentis credimus, 347. Et unitas in Trinitate et Trinitas in unitate est, 524. Trinitatis mys-

terium in unius Dei natura et potestate clauditur, cum sit immensum, 151. Pater ejusdem naturæ est cum Filio, et in Spiritu sancto est, 94. Patrem, Filium, et Spiritum sanctum in sua quemque subsistentia sentimus, 322. Pater et Filius una virtus, unaque divinitas et substantia est, 287. Inter Patrem et Spiritum sanctum personarum distantia est, non naturæ, 259, 293. Inter Filium Dei et Patrem non unio sed personarum distinctio, 77. Pater ac Filius etsi duæ personæ creduntur, ratione tamen et substantia unum sunt, 353.

Pater, Filius et Spiritus sanctus unius sunt dominationis, unius deitatis, unius omnipotentis, 517. Unus cultus, una veneratio, una adoratio, una sanctificatio semper Patris et Filii et Spiritus sancti est, 325. Cum constet Patrem et Filium unius esse substantiæ, uterque unus Deus est dictus, 354. Qui de secunda Trinitatis persona non ambigit, admittit et tertiam, 280. Necessè est præferri personam Patris, 183. Patrem, Filium et Spiritum sanctum initio carere demonstratur, 323, 325. Æternitas in Patre, species in imagine, usus in munere est, 521. Quam bene Pater vox, et Filius Verbum dicitur? 404. Quidquid loquitur Pater, verba sunt Filii et Spiritus sancti, et e contra, 327. Sancta et inseparabilis Trinitas numquam aliquid extra se novit operari, 326. Omnia ex Patre, sed per Filium creata sunt, 159. Cum Joannes ait: *Ego et Pater unum sumus*, unum ad unitatem divinitatis refert: *sumus* autem personis assignat, 347. Omnis summa perfectionis in Trinitate consistit, 175. *V. FILIUS.*

TRISTITIA quæ vitia generet? 494. Qui tristis est, quia peccavit, secundum Deum tristis est, 189.

U

URSICINI martyrium, 485.

UTENSILIA aliena, 300. Utensilia sanctorum necessitati-
bus ministrare, 217.

UXORE cum secunda nemo benedicitur, 295. *V. CONJUGIUM, MATRIMONIUM.*

V

VAGINAM hominis non est dedignatus Spiritus sanctus, 540.

VALENS et Ursacius, 435.

VALERIA mater SS. Gervasii et Protasii, 485. Ejus martyrium, *ibid.*

VANDALI Africam sibi vindicaverunt, 564.

VANITAS idolorum cultura est, 246.

VERBA post res sunt, 117. Qui otiosum verbum non recipit, cito ad noxia transit, 488.

VERITAS in sempiterna sæcula perseverat, 238. Hoc est verum, quod æternum est, 515. Quid est veritas, nisi vita, 292. Nihil tam publicum, quam veritas, 100. Non potest indecorum esse, quod verum est, 315. Quidquid verum a quocumque dicitur, a sancto dicitur Spiritu, 150. Quidquid adversum veritatem opponitur, humana inventio est, 514.

VESTIMENTIS fulgere, et sordere flagitiis nihil prodest, 395. Multo melius est animam ornare virtutibus, quam corpus pretiosis induere vestibus, 391.

VICTORINUS, 57.

VIDUA quæ admittenda sit ad stipendia Ecclesiæ? 299. Atque ut nomen ejus ascribatur ecclesiasticis monumentis, *ibid.* Quantum viduæ etiam duum aut trium maritorum uxores, aggravent Ecclesiam? 300.

VIGILARE solemus propensus in alienis causis, 75.

VINCI se nemo patitur, 308. Consuetudo est ut victoriosus palma offeratur, 435.

VINDICTA si Deo remittatur, duplici genere proficitur, 98.

VIR. V. MATRIMONIUM.

VRGINIS et viduæ gloriosum vocabulum, 500. Nihil tam præclarum est atque utile, quam virginitas, 155. Virgo potest esse corpore, sed non mente corrupta, 368. Quid prodest virginem esse corpore, si contingat mente esse corruptum? 495. Virgo devota virginitatem publice professæ ab hominum sæcularium usu et familiaritate deterret, 365 et seq. Virgines oblata sub specie pietatis minuscula virorum debent recusare, 457. Illis de sæculo cogitantibus non imputabitur sanctimonium a Deo, 157. *V. CONSTANTIA.*

VIRTUTIS pulcher ordo felixque progressus, qui semper tendit ad optima, 6. Tribus propugnaculis nos muniri oportet, fidel, spei, charitatis, et cur? 282. Qui humilis, obediens, misericors et patiens est, renovetur necesse est quotidie, ut proficiendo crescat in virtutibus, 409. Concessa præterire virtutis est maximæ, et prohibita non desiderare

non longo est, 136. Virtus Iudisoreta pro vitio depulatur, 483.

VITA hæc non quies, sed perennis est transitus, 16.

Vitæ fidelium sunt quatuor, 372. Dux vitæ, activa et contemplativa, 504, 583. *V. CONTEMPLATIVA.* Vita est cognoscere Deum per Christum, 60. Qui bene agendo vivit Deo, hic vere vivit, 60, *ibid.* Deus in homine veniens habitavit, ut honestam vivendi formam mortalibus daret, 437. Quomodo Christus notas fecerit vias vitæ? 474. Bona et casta vita moribus ornanda est et benevolentia locupletanda, 229. Per bonam vitam spes fidei obtinetur, 94. Hæc est vita æterna vivere sine pena, et habere gloriam, 430. Vita æterna æqualis omnibus, 472. Mala vita totum hominem corrumpit, 128.

VITALICUS, *V. MAIANUS.*

VITALIS pater SS. Gervanii et Protasii, 485. Ejus martyrium, *ibid.*

VITALIS et Agricola martyrium, et corporum inventio describitur, 487.

VITIA. Facilius tolerantur dampnes quam vitia, 550.

Vulginea bestia edera, qui vitis servit, 520.

Vocatus est cogitantem de fide adjuvare, aut componere equos, quem etiam audire, 77, 82. Quiaam secundum propositum vocantur, 76.

Quod *Voluptas* sit, melius sit, 142. Res que sponte non fit, ad effectum non pervenit, 285. Dignate impedimento, reparat se voluntas, robustior virtus, 158. Hic sibi non vivit, qui paratus est donum sui secare contentatorem, 185.

Voluntas in Scripturis sæpe pro comminatione ponitur, 526.

VOLUPTAS. Sæcularibus hominibus nihil tam insulsum videtur et placidum, quam voluptas, 68.

VOYEUR'S fideliter, Deus dabit possibilitatem salvandi, 393.

Z

ZELUS. Nulla res sic consumit hominem, ut zelus, 88. Omnis contentio et zelus inimicitiam parit, 100.

ORDO RERUM

QUÆ IN HAC POSTERIORIS TOMI PARTE CONTINENTUR.

AD OPERA S. AMBROSII APPENDIX.

PARS PRIMA, 9. — In sequentem tractatum admonitio, *ibid.* — TRACTATUS DE XLII MANDUCATIONIBUS FILIORUM ISRAEL, *ibid.* — In subsequentia Commentaria admonitio, 59. — COMMENTARIA IN EPISTOLAS B. PAULI, 45. — IN EPISTOLAM AD ROMANOS, *ibid.* — Prologus, *ibid.* — CAPUT PRIMUM, 47. — CAP. II, 65. — CAP. III, 72. — CAP. IV, 82. — CAP. V, 88. — CAP. VI, 99. — CAP. VII, 105. — CAP. VIII, 116. — CAP. IX, 151. — CAP. X, 142. — CAP. XI, 147. — CAP. XII, 156. — CAP. XIII, 162. — CAP. XIV, 166. — CAP. XV, 172. — CAP. XVI, 178. — IN EPIST. I AD CORINTHIOS, 185. — Prologus, *ibid.* — CAPUT PRIMUM, *ibid.* — CAP. II, 192. — CAP. III, 197. — CAP. IV, 202. — CAP. V, 207. — CAP. VI, 210. — CAP. VII, 216. — CAP. VIII, 226. — CAP. IX, 228. — CAP. X, 235. — CAP. XI, 239. — CAP. XII, 244. — CAP. XIII, 251. — CAP. XIV, 255. — CAP. XV, 260. — CAP. XVI, 272. — IN EPIST. II AD CORINTHIOS, 275. — Prologus, *ibid.* — CAPUT PRIMUM, 278. — CAP. II, 284. — CAP. III, 284. — CAP. IV, 288. — CAP. V, 293. — CAP. VI, 298. — CAP. VII, 302. — CAP. VIII, 307. — CAP. IX, 311. — CAP. X, 315. — CAP. XI, 319. — CAP. XII, 329. — CAP. XIII, 335. — IN EPIST. AD GALATAS, 337. — Prologus, *ibid.* — CAPUT PRIMUM, 359. — CAP. II, 345. — CAP. III, 354. — CAP. IV, 359. — CAP. V, 365. — CAP. VI, 369. — IN EPIST. AD EPHESIENSIS, 371. — Prologus, *ibid.* — CAPUT PRIMUM, 375. — CAP. II, 376. — CAP. III, 381. — CAP. IV, 385. — CAP. V, 395. — CAP. VI, 399. — IN EPIST. AD PHILIPPENSES, 405. — Prologus, *ibid.* — CAPUT PRIMUM, *ibid.* — CAP. II, 407. — CAP. III, 414. — CAP. IV, 418. — IN EPIST. AD COLLOSSENSES, 421. — Prologus, *ibid.* — CAPUT PRIMUM, *ibid.* — CAP. II, 426. — CAP. III, 434. — CAP. IV, 459. — IN EPIST. I AD THESSALONICENSIS, 441. — Prologus, *ibid.* — CAPUT PRIMUM, *ibid.* — CAP. II, 444. — CAP. III, 447. — CAP. IV, 448. — CAP. V, 450. — IN EPIST. II AD THESSALONICENSIS, 453. — Prologus, *ibid.* — CAPUT PRIMUM, *ibid.* — CAP. II, 456. — CAP. III, 458. — IN EPIST. I AD TIMOTHEUM, 461. — Prologus, *ibid.* — CAPUT PRIMUM, *ibid.* — CAP. II, 465. — CAP. III, 468. — CAP. IV, 472. — CAP. V, 475. — CAP. VI, 481. — IN EPIST. II AD TIMOTHEUM, 485. — Prologus, *ibid.* — CAPUT PRIMUM, 485. — CAP. II, 488. — CAP. III, 495. — CAP. IV, 495. — IN EPIST. AD TITUM, 497. — Prologus, *ibid.* — CAPUT PRIMUM, *ibid.* — CAP. II, 500. — CAP. III, 502. — IN EPIST. AD PHILEMONEM, 505. — Prologus, *ibid.* — CAPUT PRIMUM, *ibid.* — In sequentem tractatum admonitio, 507. — TRACTATUS DE TRINITATE, 509. — CAPUT PRIMUM, *ibid.* — CAP. II, 510. — CAP. III, 511. — CAP. IV, 512. — CAP. V, 515. — CAP. VI, 512. — CAP. VII, 516. — CAP. VIII, 517. — CAP. IX, 518. — CAP. X, 519. — CAP. XI, 522. — CAP. XII, 525. — CAP. XIII, 524. — CAP. XIV, 526. — CAP. XV, 527. — CAP. XVI, 528. — CAP.

XVII, 530. — CAP. XVIII, *ibid.* — CAP. XIX, 532. — CAP. XX, *ibid.* — CAP. XXI, 535. — CAP. XXII, *ibid.* — CAP. XXIII, 534. — CAP. XXIV, 536. — CAP. XXV, 536. — CAP. XXVI, 537. — CAP. XXVII, 538. — CAP. XXVIII, 539. — CAP. XXIX, 540. — CAP. XXX, 544. — CAP. XXXI, 542. — CAP. XXXII, 545. — CAP. XXXIII, 544. — CAP. XXXIV, *ibid.* — CAP. XXXV, 546. — In sequentem tractatum admonitio, 547. — TRACTATUS DE FIDE ORTHODOXA CONTRA AMIANOS, 549. — Confessio fidei, *ibid.* — Prologus, *ibid.* — CAPUT PRIMUM, 552. — CAP. II, 555. — CAP. III, 555. — CAP. IV, 557. — CAP. V, 559. — CAP. VI, 560. — CAP. VII, 561. — CAP. VIII, 562. — CIRCULUSSIO, 566. — In libellum de Dignitate sacerdotati admonitio, 567. — DE DIGNITATE SACERDOTALI, *ibid.* — CAPUT PRIMUM, *ibid.* — CAP. II, 569. — CAP. III, 570. — CAP. IV, 571. — CAP. V, 575. — CAP. VI, 578. — CAP. VII, 579. — In sequentem libellum admonitio, *ibid.* — AD VIRGINEM DEVOTAM LIBELLUS, *ibid.* — CAPUT PRIMUM, *ibid.* — CAP. II, 581. — CAP. III, 582.

In sermone sub Ambrosii nomine evulgatos admonitio.

<i>Index sermonum præmissorum.</i>	583
<i>Ordo sermonum in hac editione admissorum.</i>	589
SERMONES S. AMBROSII HACTENUS ASCRIPTI.	606
SERMO PRIMUS. — Dominica prima Adventus.	606
SERMO II. — De Natali Domini veniente.	606
SERMO III. — In die Natalis Domini I.	608
SERMO IV. — De Natali Domini Salvatoris II.	610
SERMO V. — De Natali Domini III.	612
SERMO VI. — De Natali Domini IV.	614
SERMO VII. — De kalendis Januariis.	617
SERMO VIII. — De sancta Epiphania I.	618
SERMO IX. — De sancta Epiphania II.	620
SERMO X. — De sancta Epiphania III.	622
SERMO XI. — De sancta Epiphania IV.	624
SERMO XII. — De sancta Epiphania V.	626
SERMO XIII. — Super his Evangelii verbis: <i>Domine est regnum caelorum in veniente.</i>	628
SERMO XIV. — Dominica in Septuagesima.	650
SERMO XV. — Dominica in Sexagesima.	652
SERMO XVI. — De curatore manus aride facta a Domino in die sabbati.	654
SERMO XVII. — De sancta Quadragesima I.	656
SERMO XVIII. — De sancta Quadragesima II.	657
SERMO XIX. — De sancta Quadragesima III.	659
SERMO XX. — De sancta Quadragesima IV.	662
SERMO XXI. — De sancta Quadragesima V.	614
SERMO XXII. — De sancta Quadragesima VI.	616
SERMO XXIII. — De sancta Quadragesima VII.	648
SERMO XXIV. — De sancta Quadragesima VIII.	651
SERMO XXV. — De sancta Quadragesima IX.	654

SERMO XXVI. — De sancta Quadragesima X.	657	quendum fugiendumve sit, præscribit.	749
SERMO XXVII. — De jejuniis Domini in deserto.	660	<i>In sequentibus Præcationes admittit.</i>	751
SERMO XXVIII. — De sancta Quadragesima XII.	662	PRÆCATIONES DUÆ.	<i>Ibid.</i>
SERMO XXIX. — De sancta Quadragesima XIII.	664	PRÆCATIO PRIMA. — Præparatio ad Missam.	<i>Ibid.</i>
SERMO XXX. — De sancta Quadragesima XIV.	665	PRÆCATIO II. — Item præparatio ad Missam.	753
SERMO XXXI. — De sancta Quadragesima XV.	667	<i>In expositionem Apocalypsis admittit.</i>	763
SERMO XXXII. — De sancta Quadragesima XVI.	668	EXPOSITIO IN SEPTEM VISIONES LIBRI APOCALYPSIS.	765
SERMO XXXIII. — De jejuniis Quadragesimæ XVII.	669	De prima visione.	<i>Ibid.</i>
SERMO XXXIV. — Dominica Resurrectionis.	671	De visione secunda.	795
SERMO XXXV. — De mysterio Paschæ II.	672	De visione tertia.	807
SERMO XXXVI. — In die sancto Pentecostes.	675	De visione quarta.	850
SERMONES DE DIVERSIS.	<i>Ibid.</i>	De visione quinta.	899
SERMO XXXVII. — De mirabilibus.	<i>Ibid.</i>	De visione sexta.	933
SERMO XXXVIII. — De gratia baptisani.	679	De visione septima.	945
SERMO XXXIX. — De causis.	680	<i>In librum de Pœnitentiâ monitum.</i>	969
SERMO XL. — De jejuniis et elemosynis.	682	DE POENITENTIA LIBER UNUS.	971
SERMO XLI. — De eo quod dicit Dominus in Evangelio : <i>Vulpes foveas habent, etc.</i>	684	CAPUT PRIMUM. <i>Ibid.</i> — CAP. II, 972. — CAP. III, 974. — CAP. IV, 975. — CAP. V, 977. — CAP. VI, 978. — CAP. VII, 979. — CAP. VIII, 981. — CAP. IX, 982. — CAP. X, 985. — CAP. XI, 984. — CAP. XII, 985. — CAP. XIII, 986. — CAP. XIV, 987. — CAP. XV, 988. CAP. XVI, 989. — CAP. XVII, 990. — CAP. XVIII, 991. — CAP. XIX, 992. — CAP. XX, 993. — CAP. XXI, 994. — CAP. XXII, 995. — CAP. XXIII, 996. — CAP. XXIV, 997. — CAP. XXV, 998. — CAP. XXVI, 999. — CAP. XXVII, <i>Ibid.</i> — CAP. XXVIII, 1000. — CAP. XXIX, 1001. — CAP. XXX, 1002. — CAP. XXXI, <i>Ibid.</i> CAP. XXXII, 1003, CAP. XXXIII, 1004	
SERMO XLII. — Increpatio ad plebem de eo quod scriptum est in Evangelio : <i>Qui habet, dabitur ei; et: Cantabitis vobis, etc.</i>	686	<i>Monitum.</i>	1005
SERMO XLIII. — Increpatio ad populum quod ecclesiam non frequentat.	689	DE SPIRITU SANCTO LIBELLUS.	<i>Ibid.</i>
SERMO XLIV. — Post increpationem allocutio ad populum.	690	<i>Monitum.</i>	1011
SERMO XLV. — De primo Adam et secundo.	691	DE CONCORDIA MATTHÆI ET LUÆ IN GENÆOLOGIA CHRISTI.	<i>Ibid.</i>
SERMO XLVI. — De Salomoe.	693	<i>Monitum.</i>	1015
SERMO XLVII. — De differentia Salemotis et aliorum prophetarum.	699	DE DIGNITATE CONDITIONIS HUMANÆ LIBELLUS.	1015
SERMONES DE SANCTIS.	701	<i>Monitum.</i>	1017
SERMO XLVIII. — In festo sanctæ Agnæ virginis et martyris.	<i>Ibid.</i>	EXORCISMUS.	1019
SERMO XLIX. — In natali SS. Cæciliæ, Crispini et Cypriani.	705	<i>Admonitio in Acta S. Sebastiani.</i>	<i>Ibid.</i>
SERMO L. — In natali S. Joannis Baptiste.	706	ACTA S. SEBASTIANI.	1021
SERMO LI. — De prerogativa ejusdem S. Joannis.	708	CAPUT PRIMUM. — S. Sebastianus anargyres animat. <i>Ibid.</i>	<i>Ibid.</i>
SERMO LII. — De vita ejusdem S. Joannis.	709	CAP. II. — Marcelliani et Marci graviter oppugnata constantia.	1023
SERMO LIII. — In natali apostolorum Petri et Pauli.	712	CAP. III. — S. Sebastianus nutantes confirmat.	1024
SERMO LIV. — De neglecta solemnitate B. apostolorum Petri et Pauli.	714	CAP. IV. — Inferni poenæ cœlique gaudia martyrum animis inculcata.	1026
SERMO LV. — In natali SS. Nazarii et Celsi martyrum.	715	CAP. V. — Opum deliciarumque usus.	1028
SERMO LVI. — De natali sancti Eusebii Vercellensis episcopi.	719	CAP. VI. — Martyrum felicitas et gloria.	1050
SERMO LVII. — De depositione ejusdem sancti Eusebii.	721	CAP. VII. — Sebastiani oratione et miraculis conversi Zœe et Nicostratus.	1031
SERMO LVIII. — De sancto Cypriano.	722	CAP. VIII. — Marcelliani et Marci constantia. Oratio ad nephytos.	1032
SERMO LIX. — In natali unius martyris.	724	CAP. IX. — Cæteri a Sebastiano una cum capillis conversi.	1033
SERMO LX. — De natali SS. martyrum.	727	CAP. X. — Omnes a Polycarpo ad baptismum preparati.	1035
SERMO LXI. — De natali martyrum.	728	CAP. XI. — Baptizati catechumeni, magne Claudius cum filiis.	1036
SERMO LXII. — De bello tumulo, seu pro communi martyrum.	729	CAP. XII. — Errores Gentilium circa Chromatium, Urbis præfecto, confutati a Tranquillino.	1038
SERMO LXIII. — De serpe centurionis in Evangelio, in dedicatione basilicæ.	731	CAP. XIII. — Verbi Incarnatio Gentili exposita.	1040
<i>In epistolas ex Ambrosianarum numero segregatas admittit.</i>	733	CAP. XIV. — Chromatius catechizatur.	1042
EPISTOLÆ EX AMBROSIANARUM NUMERO SEGREGATÆ.	735	CAP. XV. — Chromatii contracta fides.	<i>Ibid.</i>
EPISTOLA PRIMA. — Antequam Agnæ virginis martyrium describeretur, amor in eam filii præfecti, ejusque repulsa memoratur. Hinc adicitur virginis condemnatio ad lupanar, et inter miracula divinitus propter eandem puellam perpetrata adolescentis in eam desperationis interitus atque ad vitam revocatio. Tum sequitur virginis ob ethæcorum seditionem condemnatio ad rogam, ejusque in mediis ignibus illasæ permanentis croenta cædes. Mox paganos in Christianos ad martyris tumulo instantes furere declarato, nex Eusebientianæ, et Constantiæ Augustæ sanitas restituta, necnon ab eadem principe triumphum libertatis suæ edificatum, et ipsius cum aliis pluribus vicinitatis repositam enarratur.	735	CAP. XVI. — Instrumentis astrologiæ judicariæ contractis, sanatur Chromatius.	1044
EP. II. — Cum beneficia Dei legendæ non sint, visionem narrat, qua sibi per quadragesimam Gervasius ac Protasius simul et iterum, tertio noctem vice etiam Paulus apparuerat, ut eis, post exburnatis ipsorum reliquias, ecclesia construeretur, imperans. Adidit, convocatis coepiscopis, inventa esse sanctorum corpora, quorum conversionem, necnon ac sepulturam ex schedula illic detecta refert. Quibus Vitalis ac Valeriæ martyrium etiam inseritur.	743	CAP. XVII. — Chromatii et Tiburtii baptismus.	1047
EP. III. — Martyrum Vitalis et Agricola, qui Bononiæ inter tumulos Judæorum sepulchri erant, factum cum lausu Christianorum, Judæorum ad irratione, ac miraculis non paucis inventionem refert. Eisdem et a nomine et a constantia in supplicio laudat; aliaque nonnulla subjicit ad eandem rem pertinentia.	747	CAP. XVIII. — Chromatii, præfectura Urbis abdicata, persecutionis tempore Christianos alit.	1048
EP. IV. — Florianum ad maturam et continuum poenitentiam excitans, quid ipsi sive in dictis sive in factis se-		CAP. XIX. — SS. Sebastiani, Tiburtii, et aliorum præfectura facta in Urbe.	1050
		CAP. XX. — SS. Zœes, Tranquillini et aliorum cædes.	1051
		CAP. XXI. — S. Tiburtii martyrium.	1053
		CAP. XXII. — SS. Castuli, Marcelliani, Marci cædes.	1055
		CAP. XXIII. — S. Sebastiani gloriosum certamen.	1056
		LIBER DE VITIORUM VIRTUTUMQUE CONFLICTU.	1057
		DE VOCATIONE GENTIUM LIBRI DUO.	1073
		LIBER PRIMUS.	<i>Ibid.</i>
		CAPUT PRIMUM. — De questione inter defensores liberi arbitrii et prædicatores gratiæ tractata, deque scopo atque ordine auctoris.	<i>Ibid.</i>
		CAP. II. — De voluntate humanæ animæ, et quotuplex	

sit illa voluntas; tum quod Deus numquam non universorum hominum curam agat.	1075	Hymn. IV. — In postulatione pluvias.	1175
CAP. III. — De hujus questionis tractatione: Cum bonæ voluntatis homo esse incipit, num corrigatur prior voluntas, an alia ei datur; et in sacris Litteris Omnes aliquando pro aliquibus dicit.	1077	Hymn. V. — Ad completorium.	1176
CAP. IV. — Solvit calumniam dicentium, Auctorem per se contra se dicta contradicere Apostolo.	1086	Hymn. VI. — Ad Matutinum.	1177
CAP. V. — Cur anterioribus sæculis dimissæ sint omnes viæ ingredi vias suas.	1088	Hymn. VII. — Ad Matutinum.	Ibid.
CAP. VI. — Qualis sit natura humana siue gratia.	1092	Hymn. VIII. — Ad Matutinum.	1178
CAP. VII. Cur Salvator omnium non omnibus dederit ut agnoscerent verum Deum.	1094	Hymn. IX. — Ad Sextam.	Ibid.
CAP. VIII. — Origo fidel.	1095	Hymn. X. — Ad Nonam.	1179
CAP. IX. — Quod Deus sit auctor omnium virtutum et omnis boni.	1098	Hymn. XI. — Ad Nocturnum.	Ibid.
LIBER II.	1103	Hymn. XII. — Ad Nocturnum.	Ibid.
CAPUT PRIMUM. — Quod tria sint quibus in questione superius disputata inhereri debeat; quodque Deus justus sit ordinator, et quemadmodum, secundum ea quæ prædicatoribus a Domino jussa sunt, nullarum nationum facta sit discretio.	Ibid.	Hymn. XIII. — Ad Matutinum.	1180
CAP. II. — Quod ad ipsam cognitionem veritatis et perceptionem salutis non quisquam suis meritis, sed ope et opera divinæ gratiæ perveniat.	1108	Hymn. XIV. — Ad Laudes.	1181
CAP. III. — De consideratione differentiarum quibus divinæ gratiæ opera et dona variata sunt.	1110	Hymn. XV. — Ad Tertiam.	Ibid.
CAP. IV. — Quod aversio a Deo non sit divinæ constitutionis, sed propriæ voluntatis.	1112	Hymn. XVI. — Ad Sextam.	Ibid.
CAP. V. — Quod etiam ante adventum Christi gentes non fuerint in impietate sua excusabiles.	1115	Hymn. XVII. — Ad Nonam.	Ibid.
CAP. VI. — Quod Christus pro omnibus mortuus fuerit.	1117	Hymn. XVIII. — Ad Christum.	Ibid.
CAP. VII. — Quomodo mysterium vocationis gentium prophetis et apostolis fuerit cognitum.	1118	Hymn. XIX. — De SS. Gervasii et Protasii martyrum inventione.	1182
CAP. VIII. — Quare tanta multitudo non regeneratorum infantium a perpetua alienetur salute.	1120	Hymn. XX. — Ad Tertiam in tempore Paschali.	Ibid.
CAP. IX. — Quomodo gratia tanquam famulam et recipientem donorum suorum præparet voluntatem.	1124	Hymn. XXI. — Ad Tertiam.	1184
CAP. X. — De recapitulatione in hoc secundo libro desinitorum, et speciatim quomodo Deus velit omnes homines salvos fieri.	1127	Hymn. XXII. — Ad Sextam.	1183
DE MORIBUS BRACHMANORUM.	1147	Hymn. XXIII. — Ad Nonam.	Ibid.
PHILOSOPHORUM BREVES EPISTOLÆ quorum interpres habetur S. Ambrosius.	1147	Hymn. XXIV. — Ad Completorium.	Ibid.
THALES PHERECTI.	Ibid.	Hymn. XXV. — Ad Matutinum.	1186
THALES SOLONI.	Ibid.	Hymn. XXVI. — Ad Matutinum.	1187
PISISTRATUS SOLONI.	1148	Hymn. XXVII. — Ad Laudes.	Ibid.
SOLON PERIANDRO.	Ibid.	Hymn. XXVIII. — Ad Laudes.	Ibid.
SOLON EPIMENIDI.	1149	Hymn. XXIX. — Ad Primam.	1188
SOLON PISISTRATO.	Ibid.	Hymn. XXX. — De diei primæ opere.	Ibid.
SOLON CRESO.	Ibid.	Hymn. XXXI. — De opere diei secundæ.	1189
CHELO PERIANDRO.	Ibid.	Hymn. XXXII. — De opere diei tertiæ.	Ibid.
PITTACUS CRESO.	Ibid.	Hymn. XXXIII. — De opere diei quartæ.	1190
CLEOBULUS SOLONI.	Ibid.	Hymn. XXXIV. — De opere diei quintæ.	Ibid.
PERIANDER SAPHONYBUS.	Ibid.	Hymn. XXXV. — De opere diei sextæ.	1191
PERIANDER PROCLEO.	1150	Hymn. XXXVI. — De ascensione Domini.	Ibid.
THRASYBULUS PERIANDRO.	Ibid.	Hymn. XXXVII. — De ascensione Domini.	1192
ANACHARSIS CRESO.	Ibid.	Hymn. XXXVIII. — De diei Pentecostes.	1193
EPIMENIDES SOLONI.	Ibid.	Hymn. XXXIX. — Ad Matutinum.	1194
PERECTES THALETI.	Ibid.	Hymn. XL. — Ad Matutinum.	1195
ANAXIMENES PYTHAGORÆ.	1151	Hymn. XLI. — Ad Matutinum.	Ibid.
IDEM EIDEM.	Ibid.	Hymn. XLII. — Ad Matutinum.	Ibid.
ARCHYTAS DIONYSIO.	Ibid.	Hymn. XLIII. — Ad Matutinum.	Ibid.
ARCESLAUS THEAMASIE.	Ibid.	Hymn. XLIV. — Ad Primam.	1196
REX ANTIGONUS ZENONI PHILOSOPHO.	Ibid.	Hymn. XLV. — Ad Tertiam.	Ibid.
ZENO ANTIGONO REGI.	1152	Hymn. XLVI. — De Passione Domini.	1197
PYTHAGORAS ANAXIMENI.	Ibid.	Hymn. XLVII. — Ad Sextam.	Ibid.
ARCHYTAS PLATONI.	Ibid.	Hymn. XLVIII. — Ad cœnam.	Ibid.
PLATO ARCHYTÆ.	Ibid.	Hymn. XLIX. — Post cibos resumptos.	Ibid.
REX DARIUS, HYSTASPIUS FILIUS, HERACLITO EPRESO.	1153	Hymn. L. — Ad Nonam.	1198
HERACLITUS EPRESUS REGI DARIO.	1154	Hymn. LI. — Ad Nonam.	Ibid.
EPISTOLÆ DUÆ DE MONACHO ENERGUMENO.	Ibid.	Hymn. LII. — Ad Vesperas.	Ibid.
EPISTOLA PRIMA.	1155	Hymn. LIII. — In Adventu Domini.	Ibid.
EPISTOLA ALTERA.	1155	Hymn. LIV. — De Adventu Domini.	1199
EXPLANATIO SYMBOLI AD INITIANDOS.	Ibid.	Hymn. LV. — De Adventu Domini.	1200
EPISTOLA DE FIDE.	1159	Hymn. LVI. — De Nativitate Domini.	1201
Admonitio in hymnos sequentes.	1161	Hymn. LVII. — De Nativitate Domini.	1202
HYMNI S. AMBROSIO ATTRIBUTI.	1171	Hymn. LVIII. — In Quadragesima.	Ibid.
Hymnus primus. — De Nativitate Domini.	Ibid.	Hymn. LIX. — De Passione Domini.	1203
Hymn. II. — Ad Sextam.	1173	Hymn. LX. — De Resurrectione Domini.	Ibid.
Hymn. III. — Ad serenitatem precendam.	1174	Hymn. LXI. — Ad Matutinum in diebus Paschalibus.	1205
		Hymn. LXII. — In tempore Paschali.	1207
		Hymn. LXIII. — De S. Stephano.	1208
		Hymn. LXIV. — De S. Joanne apostolo.	1209
		Hymn. LXV. — De S. Agnete.	1210
		Hymn. LXVI. — De S. Agatha.	1211
		Hymn. LXVII. — In Quadragesima.	Ibid.
		Hymn. LXVIII. — In Natali S. Ambrosii.	1213
		Hymn. LXIX. — In Natali S. Georgii martyris.	Ibid.
		Hymn. LXX. — De S. Joanne Baptista.	1214
		Hymn. LXXI. — De SS. Petro et Paulo apostolis.	1215
		Hymn. LXXII. — De S. Sixto.	Ibid.
		Hymn. LXXIII. — De S. Laurentio.	1216
		Hymn. LXXIV. — De S. Michaeli archangelo.	1217
		Hymn. LXXV. — In Natali S. Martini episcopi.	Ibid.
		Hymn. LXXVI. — De dedicatione ecclesiæ.	1218
		Hymn. LXXVII. — De dedicatione ecclesiæ.	Ibid.
		Hymn. LXXVIII. — De Communi unius martyris.	Ibid.
		Hymn. LXXIX. — De Confessoribus.	1220
		Hymn. LXXX. — De Virginibus.	1221
		Hymn. LXXXI. — Tempore belli.	Ibid.
		Hymn. LXXXII. — Tempore belli.	1223
		Index analyticus.	1225



Распознавание текста
ABK/FR



Это цифровая копия книги, хранящейся для потомков на библиотечных полках, прежде чем ее отсканировали сотрудники компании Google в рамках проекта, цель которого - сделать книги со всего мира доступными через Интернет.

Прошло достаточно много времени для того, чтобы срок действия авторских прав на эту книгу истек, и она перешла в свободный доступ. Книга переходит в свободный доступ, если на нее не были поданы авторские права или срок действия авторских прав истек. Переход книги в свободный доступ в разных странах осуществляется по-разному. Книги, перешедшие в свободный доступ, это наш ключ к прошлому, к богатствам истории и культуры, а также к знаниям, которые часто трудно найти.

В этом файле сохранятся все пометки, примечания и другие записи, существующие в оригинальном издании, как минимум о том долгом пути, который книга прошла от издателя до библиотеки и в конечном итоге до Вас.

Правила использования

Компания Google гордится тем, что сотрудничает с библиотеками, чтобы перевести книги, перешедшие в свободный доступ, в цифровой формат и сделать их широкодоступными. Книги, перешедшие в свободный доступ, принадлежат обществу, а мы лишь хранители этого достояния. Тем не менее, эти книги достаточно дорого стоят, поэтому, чтобы и в дальнейшем предоставлять этот ресурс, мы предприняли некоторые действия, предотвращающие коммерческое использование книг, в том числе установив технические ограничения на автоматические запросы.

Мы также просим Вас о следующем.

- Не используйте файлы в коммерческих целях.
Мы разработали программу Поиск книг Google для всех пользователей, поэтому используйте эти файлы только в личных, некоммерческих целях.
- Не отправляйте автоматические запросы.
Не отправляйте в систему Google автоматические запросы любого вида. Если Вы занимаетесь изучением систем машинного перевода, оптического распознавания символов или других областей, где доступ к большому количеству текста может оказаться полезным, свяжитесь с нами. Для этих целей мы рекомендуем использовать материалы, перешедшие в свободный доступ.
- Не удаляйте атрибуты Google.
В каждом файле есть "водяной знак" Google. Он позволяет пользователям узнать об этом проекте и помогает им найти дополнительные материалы при помощи программы Поиск книг Google. Не удаляйте его.
- Делайте это законно.
Независимо от того, что Вы используете, не забудьте проверить законность своих действий, за которые Вы несете полную ответственность. Не думайте, что если книга перешла в свободный доступ в США, то ее на этом основании могут использовать читатели из других стран. Условия для перехода книги в свободный доступ в разных странах различны, поэтому нет единых правил, позволяющих определить, можно ли в определенном случае использовать определенную книгу. Не думайте, что если книга появилась в Поиске книг Google, то ее можно использовать как угодно и где угодно. Наказание за нарушение авторских прав может быть очень серьезным.

О программе Поиск книг Google

Миссия Google состоит в том, чтобы организовать мировую информацию и сделать ее всесторонне доступной и полезной. Программа Поиск книг Google помогает пользователям найти книги со всего мира, а авторам и издателям - новых читателей. Полнотекстовый поиск по этой книге можно выполнить на странице <http://books.google.com/>



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>